

STATVTA
CIVITATIS EUGUBIJ

ANNOTATIONIBUS QUAMPLURIBUS AD SINGULAS ferè Rubricas illuſtrata, & cum iure Canonico, & Civili collata in hac noviſſima Editione.

AB ANTONIO CONCIOLO J.C.

CANTIANENSI, PROTONOT. APOST. ET NUPER huius Legationis Auditore.

Ex quibus ſi quæ obſcura, & difficilia in dictis Statutis adeſſe viderentur facili; & brevi Methodo fuerunt ex Auctoritatibus Doctorum præcipuè Recentiorum, & Sacræ Rotæ Romanæ declarata, & explanata.

Acceſſerunt huic editioni ADDITIONES FRANCISCI ROMAGVERA I.C. Civiſque Honorati Gerunden. à Villa de la Bisbal orti, Juri Gotholano conformes, ac iuxta Jus Commune ampliatæ, & compactæ, Auctoritatibúſque ferè omnium Doctorum Recentiorum exornatæ, materias Canonicas, Civiles, Criminales, ac Politicas continentes, omnibus Practicis, maximè Gotholanis perutiles, & neceſſariæ.

Cum duplici Indice Rubricarum, & Materiarum in Annotationibus, & Additionibus contentarum in Studioſorum gratiam appoſito.

REGINÆ ANGELORVM INTACTÆQ; VIRGINI MARIÆ DE ROSARIO DICATA.





GERUNDÆ,

Per HIERONYMVM PALOL, Typographum.

Anno M. DC. LXXXV.

CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA.





DEIPARÆ SUB SACRATISSIMI ROSARIJ INVOCATIONE HOC OPUS DICATUR.



ELEBRIS fuit mos Antiquis Modernorum posteritati prælegatus sese, & ipsorum facta potentiori terreno Principi commendare ut optimo Mœcenati; eo omnibus grata forent; utquè stridentes Zoili dentes ea rodere trepidarent; at sanè fallax hominum iudicium; terrena enim opera mundanô tutelari fisa facilè uti folium quod vento rapitur dilabuntur, si autem cœlesti perennabunt: tibi inquàm Clementissimæ super omnes Angelorum Choros Reginæ, Omnipotentis Cœli, & terræ Creatoris filiæ, humani generis Redemptoris Matri, Immaculatæ Divini Spiritûs Sponsæ hos primœvos ingenioli mei partus, devotionis æstro percitus dico, tu inquam: quæ *A*, profundissimam Divinæ Sapientiæ penetrasti abyssum, fac ut profundam legalis pelagi metiar dimensionem: Tu quæ *B*, à primo Conceptionis instanti usque ad feliciorem transitum rationis usu prædita extitisti, fac ut in hoc bre-


A *S. Bernard. super illud mulier amicta, &c.*

B *S. Bernardi. Sen. tom. 2. serm. 51. art. 2. cap. 1.*

vi opusculo à rationis tramite non deviem: Tu quæ
C *C*, ab animationis instanti semper Deum, qui est
S. Antonin. par. 4. tit. 15. cap. 17. summa Veritas, clarè vidisti, fac, nè à veritate discedam, & veritatem quæram. Tu quæ *D*, gratiæ abyssus appellaris, fac, ut in terris ob hoc opusculum
D *Damasc. orat. 2. de dormit. virg.* apud gentes gratiam inveniam, & apud Deum ob suam misericordiæ immensitatem illam merear. Tu
E quæ *E*, Turris David ædificata cum propugnaculis,
Cantic. 4. vers. 4. esto turris, & propugnaculũ nugosos erga detractores; ad te uti securum Portum ingenioli mei properat navicula, sub tamen Sacratissimi ROSARII Reginæ nominæ; cùm enim ROSARIUM microcosmus appelletur, eò quia gratiosa JESU CHRISTI cõtinet
F acta; pariter tu microcosmus appellaris *F*, ob tanta-
S. Thom. de Vilano. Conci. 3. de Nativit. Virgi. rum gratiarum collectionem: fave quæso clienti tuo, & hæc scripta foveas quà Mater, ornes quà Virgo, illustres quà Regina, ac tuearis quà Patrona, & tota adsis Auctori, ac operi nomine, numine, clientela ope.



EMI-



EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI D. D.

ALDERANO CYBO

S.R.E. CARDINALI

AMPLISSIMO, CUI ANTONIUS CONCIOLUS annotationes suas dicavit.

ANTONIUS CONCIOLUS I. C. CANTIANENSIS felicitatem.



PRODITURUS in lucem hic Liber Statutorum iussu Civitatis Eugubinæ meis Annotationibus, multisquè lucubrationibus auctus, ultrò avet, ac gestit in sinum tuum convolare sperans procùl dubio fore, ut qui alterum iam nostri ingenioli fœtum tanta exceperis, & quasi lactaris benignitate, se quoquè licet natu minorem, meúmque potiùs adoptivum, quàm filium iisdem humanitatis amplexibus foveas. Et sanè dubius animi pendeo, maior ne mihi incumbat necessitas; testatam publicè iterato faciendi observantiam in te meam, &, si minus propriis, adscititiis saltem monumentis gratiam referendi optimo, ac benefi-

centissimo Principi; an tibi potentissimo patrocinio tuendi ipsa tua in me beneficia. Haud sanè mihi verendum est ne pretiosis tuæ mentis curis Orbi Terrarum Felicitatem elaborantibus videar importunus obstrepere; novi enim immensam ingenii tui vastitatem, qui cùm tot, ac tanta negocia substineas, te nihilominùs quasi feriatum à curis totum commodas servulorum tuorum vel necessitatibus, vel officiis; Ità incumbis ad maxima, ut non ideò sinu tuo vel minima excludas; adeóque te rebus omnibus partiris, ac sufficis, , ut non unus, sed multiplex videaris, tempúsque ipsum, quòd præcipiti lapsu reliquos præterit, tibi uni quodammodò moretur, ac serviat; Deniquè satiùs iudicò benè, ac naviter esse impudentem, quàm timidè ingratum, nequè, si maximè velim, conticescere mihi liceat per immensa beneficia, quæ veluti facto agmine me undique circumsistunt, excitantque dormientem à somno, nec patiuntur quiescere vigilantem. Verùm hæc ipsa, quorum memoria nunquam apud me intermori poterit, quæque usque stimulant, ut tantæ benignitati aliquo subinde officio respondeam, te quoquè, vellicent, atquè admoneant necesse est, ut cum me olim benemerendo faceris tuum, perindè ac tuum semper aspicias, & ne quandò mearum rerum defensionem à tuæ gloriæ ratione disiungas. Quarè quod hactenus ultrò, & naturæ tuæ bonitate fecisti; facere iam debebis dulci quadam, & amabili necessitate coactus. Veruntamen ut quid ego diutiùs has privatas officii causas commemoro, cùm & ista tua in omne genus humanum profusa benignitate omnium iampridem amores extorseris, ac tantum sapientiæ decus in animo isto planè Regali omnium sibi collegerit admirationem, omniumquè ingenia fecerit vectigalia. Nemo iam libris, hoc est liberis suis immortalem vitam auguratur, nisi qui præfixo augusto tuo nomine, veluti balsamo quodam mortem procul amoveat; si qui lucem aliquam, aut præsidium suis doctis laboribus aucupantur, ad neminem pratèr te unum confugiunt, qui es Ecclesiæ decus, & ornamentum;

& cuius

& cuius maxime capite nititur ſalus Terrarum : Sanguinis claritudinem in te derivatam ab antiquiſſimo fonte; quique Nili ad inſtàr non ſinè quadam ſpecie Divinitatis inacceſſis latebris vetuſtatis occulitur, auxiſti virtutibus; & veluti per nitidam Chriſtallum longe ſpecioſiùs incluſa introrſus flamma tranſlucet, Sic per integerrimæ Nobilitatis nitorem multiplices animi tui dotes eniteſcunt. Poſteros, tibi ſago perinde ac toga illuſtres natura providit, ut te maiorem fingeret maioribus tuis; Cumulavit, veluti, in ſtruem, Principum Sceptra, paludamenta Ducum, Imperatorum lauros, ut ſuper eas tu quaſi Phœnix Orbis, & naturæ miraculum naſcereris: Illi Coloiannes, Baiomundi Martes non fabuloſi Liguriæ: Illi Siſinii, Uldarici, Leonardi, & alii quamplures pacatæ Palladis, & Romani muricis gloria. Nec non Bonifatius, & Innocentius ille Nonus, hìc Octavus Romani Pontifices glorioſiſſimi, rudimenta fuere naturæ Alderanum facere condiſcentis. Non poterat tantus fructus exiſtere niſi ex arbore ipſi propè mundo coæva, queque glorioſiſſimos, onuſtoſquè præclaris fœtibus ramos longè, latéque per univerſos Terrarum limites propagaret. Denique in te uno congeſtum cumulatumquè miramur quidquid diſperſum adadmirandos effecerat tot immortales Heroes, per quorum nomina ſi centena ora dividat fama, muta, & elinguis inveniatur oportet, pleroſquè eorum illaudatos, atquè indictos præteriens. Omnes hominum ordines habent, quòd in te quaſi proprium, ac peculiare ſuſpiciant; Judices, legumquè periti venerabundi ad tuæ Domus quaſi ſacrarium, & cortinam accedunt, Teque iuris & conſultiſſimum, & apprimè tenacem deprædicant. Te venerantur ſapientes, ut certiſſimum columen, & præſidem litterarum. Te quoquè Sacri Præſules reſpexerunt, ut abſolutum inſulatæ virtutis exemplar; cùm Æſinæ Paſtor Eccleſiæ ſolem, quem beneficentia ſemper æmulabaris, vigilantia quotidiè præcurreres. Omnes deniquè Domus tuæ caſtiſſimam diſciplinam intuentes obſtupeſcere deſierunt, ſi tàm facilè è privatis parietibus in

omne genus humanum pietatis, atquè honestatis cultum transtuleris: si cum penitus inhæreat animo tuo infixa, toto quoquè promicet cultu, & Sanctissimis moribus efflorescat similitudo Divinitatis. Sed maior est laudum tuarum præstantia, quàm ut possit à me aut quopiam alio pro merito prædicari. Quamvis igitur tu finem non facias præclarè de me, totoquè Terrarum Orbe merendi, finem ego faciam te commendandi, non ingratus beneficiis, sed oppressus. Hoc solùm immortalem Deum præcabor, ut tibi immortalitate dignissimo vitam quàm diutissimam ad servorum tuorum, imò omnium hominum commune solatium, largiatur.



BENE-

BENEVOLO LECTORI.



XCVDE quod sit perpetuò tuum, nam reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium Dominum sortientur hoc nunquam tuum desinet esse : *inquit Plinius Iunior lib. 1. epist. 3. famigeratum sanè dictum, à quo commoti spiritus mei sese huic obtulere labori : fateor èquidem debiles hoc onus meas superare vires, canit Ovid. lib. 4. trist. elegi. 10.*

Maius erat nostris viribus illud onus.

At famæ cupidus, posteritatique quid prælegarem anxius; has quas recolligeram notatiunculas typis mandari decrevi: si illepidè, crassevè scripserim, parce lector, saltim laudandus labor, imitandum studium, iuxta Adriani Iunioris concilium embl. 5. si non illepidè, sed quæ nupèr dicta sunt scripsi, patrocinatur Horat. in arte poëti.

Indignor quidquam reprehendi, non quia crassè
Illepidève putetur dictum, sed quia nupèr.

Præclarissimi Concioli scriptis, meos addo labores, non tàm istorum studio, quàm ut iterum tanti Doctoris opera excudenda ob commune traderentur bonum : Sol à nemine illuminari queit, propriis gaudet lucibus, Luna mendicata à Sole retinet suffragia, qualis ergo Luna radios diffundo quos

à Sole

à Sole accepi ; erratarum fuligine maculatum hoc meum opus intueor, non ex hoc mea crimines ocia, sed fata : dum enim hæc fierent versus hanc fidelissimam Civitatem Gerundensem, in Cathaloniæ Principatu sitam, commotæ sunt penè innumeræ Gallorum Phalanges, invincibilem viginti duabus aliis obsidionibus populum iterum hoc anno 1684. petulanter premunt, premit me undique incepti operis munus, undique fidelissimi Civis in Catholici Regis obsequium affectus me æstuat; velut alter Palladis alumnus tum litteris, tum armis animum dico, sectans Quintilianum in dialogo de caus. corrup. eloq. & Ovid. lib. 2. fast. in prin. Victoriæ lauro nostra redimita mansere tempora, obtruncato Civium commilitonúmque manibus omnibus tremebundo exercitu, apud Deum intercedente Antesignano, Episcopo, Martyre, Compatritio, & Patrono nostro Divo Narcisso, cuius sacratum Corpus post mille, & circum quatuor centum annos incorruptum, integrúmque veneramur : at post partam victoriam ob tot tantásque vigilias passas, ita adversa me circumdedit valetudo, quòd ulteriori labori usque nunc aditus obturatus extat : obsecro igitur te, ut hæc omnia excuses, aut sine aspera castigatione corripias, casu tamen adversi iudicii tuam appello prudentiam, tuæque recurro bonitati. Vale.

FRANCISCVS ROMAGVERA.

HUMA-

HVMANISSIME
LECTOR.



N temporis spatio annorum quinquaginta, & ultra, quo legali Philosophiæ operam dedi, cùm quamplurima in iure notabilia in studendo ad manus pervenerint ad materiam Statutorum Illustrissimæ Civitatis Eugubii, cùm hominis memoria non parum labilis sit, illa adnotavi in margine eiusdem Statuti ad singulas ferè rubricas, quæ posteà tractu temporis non parum excreverunt; Quod cùm ad notitiam dict. Illustriss. Civitatis devenisset, quæ intendebat tunc temporis illius antiqua statuta lapsu temporis ferè consumpta iterum pro Civium utilitate typis committere, illáque aliquibus etiam Annotationibus illustriora reddere, non dedignati sunt illius Nobilissimi Viri me requirere, quod vellem dict. notabilia pro mea particulari commoditate collecta pro communi d. Civitatis, & subditorum illius utilitate dicto Statuto adiungere, & illa ad singulas illius Rubricas adaptare. Me non parùm excusavi à principio parere mandatis dictorum Illustrissimorum Virorum agnoscens tàm tenuitatem ingenioli mei, quàm etiam quod dicta notabilia fuerunt à me collecta tumultuariè, & sine delectu, & ideò longum tempus ad illa expolienda requirebatur. Verùm cùm illorum iussa nòn parum urgerent, decrevi tandem mandatis parere, & annotationes prædictas eis concedere in dicto Statuto apponendas, & ideò illarum maiorem partem à principio

non

non expolitam, & ferè incultam magis extendere, auctoritatibus augere, & ad singulas Rubricas quæ deerant adiungere, quantum tamen temporis angustia permisit, dum eram decursis occupationibus distractus, procuravi. Habes igitur Lector humanissime causam editionis dict. Annotationum, restat solum quòd cùm non potuerim plenè circa illas, ut dixi, satisfacere, quod meam tenuitatem benignè excusare non dedigneris, sed laudare potius meam intentionem cum dictis Annotationibus, quales quales illæ sint proximos iuvandi, & promptam meam voluntatem parendi mandatis dict. Illustriss. Civitatis, à quibus me subtrahere nec licuit, nec potui, & Vale.

ANTONIVS CONCIOLUS.

Si placet Illustrissimo, & Reverendissimo D. D. FRANCISCO CINO Episcopo Maceraten.

Imprimatur.

Gaspar Lauretanus I. V. nec non Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & Lector Universitatis, & Ecclesiæ Cathedralis Maceraten. Canonicus.

Imprimatur.


Io. Paulus Pastovichius I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, Canonicus Ecclesiæ Cathedr. Ariminen. & Illustrissimi & Reverendissimi D. FRANCISCI CINI Episcopi Maceraten. Vicarius Generalis.

Bartholomæus de Amicis Patritius Maceraten. I. V. nec non Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctor, S. Officii Revisor, vidit, &c. Si placet Reverendiss. Patri Inquisit. Anconæ.

Imprimatur.

Fr. Io. Baptista Matthæius Sacræ Theologiæ Magister Theolog. Univers. ac Vicarius Sancti Officii Macerat. Ordinis Prædicatorum.

CEN-



CENSURA

MAGNIFICI JOSEPHI MORET

V. I. D. in primi Senatorii ordinis Gerundensis albo conscripti charissimi Authoris in Astreę castris commilitonis.

ILLVSTRISSIMVS & Reverendissimus Dominus meus D. FR. Severus Thomas Auther Meritissimus Gerunden. Episcopus, electus Dertusen. Regiúsque Consiliarius, &c. quatenus Statuta Civitatis Eugubii, cum Annotationibus Antonii CONCIOLI, & Additionibus Francisci ROMAGVERA V. I. D. Civísq; ac honorati Gerundæ in patritio conscripti albo attentè examinarem, meúmque ferrem iudicium iussit; non stomachatur animus ob præceptum, imò congratulatur; Quid enim iucundius, quàm Maiorum obedire mandatis? Nec quid placidius quàm huius operis nectar degustare? Horrenda haud adulationis fulgetra meum ita cœcutiunt animum, quin omni prorsus eliminato fuco spontaneè meam valeam super opere censuram proferre: si ad Scriptorem me verto intueor Iuvenal. Satyr. 8.

Veniet de gente togata
Qui iuris nodos, & legum ænigmata solvat.

Si attenditur famæ scopos, non me piget tantùm laudare Authorem; teste enim Clemente Alexandrin. lib. 1. Stromat. *Filii quidem corporum, animæ autem liberi sunt scripta:* Si ad opus me confero cum Plinio lib. 4. cap. 20. fateor vidisse: *Opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, spatiosum etiam, & cum magna tua laude diffu-*

sum. non ex hoc, quòd additionum nomenclatura tanto imponatur operi parvi pendendus labor, imò Concioli adamos iis perpolitur additionibus, ait enim Seneca epist. 111. *Semper enim sapienti restabat quòd inveniat, & quod animus eius excurrat:* Quare cum nihil Zoili dentibus tradendum in opere inveniatur, ut typis mandetur dignum nedum iudico, at valdè publicę congruum utilitati Gerundę die 20. Septembris 1685.

Iosephus Moret V. I. D.

NOS Don Fr. Severus Thomas Auther Dei, & Sanctę Sedis Apostolicę gratia Episcopus Gerunden. Electus Dertusen. Regiusque Conciliarius. Attenta supradicta approbatione, Magnifico Francisco Romaguera V. I. D. ac Civi honorato Gerundæ, ut librum inscriptum. Statuta Civitatis Eugubii cum annotationibus, & additionibus auctum typis mandare possit, & valeat licentiam plenariam concedimus. Gerundæ die 31. Octobris 1685.

Fr. S. Th. Episcopus Gerunden.

De dictæ suæ Illustrissimæ, & Reverendissimæ Dominationis mandato.

Franciscus Moretò Presbyter Nott. Vicar.

APPRO-



APPROBATIO

ILLUSTRIS, AC ADMODUM

Reverendi Narcissi de Burguès, Canonici, ac Decani Ecclesiæ Gerunden. Vicariúsque Generalis, & Officialis.



X Commissione admodum Illustris, & admodum Reverendi D. D. Olegarij de Montserràt Meritissimi Cancellarii huius Principatus Cathaloniæ perlegi librum inscriptum *Statuta Civitatis Eugubii cum Annotationibus Antonii Concioli, ac Additionibus Francisci Romaguera I. C.* Civisque honorati Gerundensis, *Tractatúque de hærede simplici, & qualificato.* In quo nihil prorsus reperi, quòd bonis moribus, aut Ecclesiæ iuribus, & traditionibus repugnet, nihilquè quod Regaliis, ac Iurisdictioni Catholici Domini nostri Regis obviet, quinimò dignissimum censeo, quod quàmprimum publici iuris fiat, ex quo utilissimum omnibus in foro versantibus censeo, ob quod typis esse tradendum iudico, Salvo &c. Gerundæ 26. Septembris 1685.

Narcissus de Burguès V. I. D. Canonicus Gerunden.

Barcinonæ die 2. Octobris 1685.
Attenta supradicta relatione.
IMPRIMATUR.
Montserrat Cancell.

SVMMA PRIVILEGII.

EXCELLENTISSIMVS D. Dux de San Lucar, Marchio de Leganès, & de Morata, Locumtenens, & Capitaneus Generalis præsentis Principatus Cathaloniæ pro S. R. & C. Maiestate Regis nostri Caroli II. concessit licentiam, ac facultatem Francisco Romaguera V.I.D. imprimendi, typisque dandi librum hunc, eumque vendendi, ac vendere faciendi hinc ad decem annos proximos cum prohibitionibus, ac pœnis in dicto privilegio contentis, quòd est dat. Barcin. die 5. Octobris 1685.

Oriol, & Marcer Locumt. Pronot.

In diversor. Locumtenent. x vj.
Fol. x x x x x vj.

AD AUCTOREM
EPIGRAMMA.
MICHAELIS ROMAGUERA V.I.D.


Presbyteri, ac Abbatis Insignis, ac Secularis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Felicis Civitatis Gerundæ, & almæ Sedis eiusdem Civitatis Dignitatis, Fratris Auctoris.



Aude tuâ videam cùm me Germane beari
Non finit in laudes me pudor ire tuas;
Conciolus verò, cuius tu nomen adauges,
Haud dubiò gratus luderet ista tibi.
O Romaguera decus, Gotholanę, & Gloria Gētis
Dum docto æternum pollice scribis opus,
Pennas fama suas rerum pręnuncia pręstet,
Aurifer humorem commodet Hermus aquis;
Seu potius ros humor erit, cęlumque volumen;
Et calamus fulgens Iris, & astra notę
Namque opus ęternum moliri ęterna valebunt
Solùm, ut Cęlum, Ros, Iris, & Astra poli.



AD



AD EUNDEM

MATTHÆI ROMAGUERA V.I.D.

Presbyteri, ac Beneficiati Ecclesię Parochialis Villę de la Bisbal Auctoris Fratris.



N mea Musa tuos Frater celebrabit honores
Vel sinet ad cantus sollicitare Lyram?
Forsitan augebunt invita silentia laudem,
Sępè venit tacito maius ab ore decus:
Attamen hoc refert: Phœbus novus esse videris
Illi Dissimilis qui movet axe diem;
Nam fugat Astrorum rutilans Sol lumina clara,
Et solum ipsa micant, cum sine luce iacet;
Conciolus, tanquam cui das lucescere sydus,
Te exoriente oritur, teque micante micat.



AD AUCTOREM
EPIGRAMMA
JOSEPHI MORET J. C. GERUNDEN. CIVISQUE HONORATI EJUSDEM CIVITATIS.



Flammiferâ tenebras superanti lampade Phœbo
   Romaguera nihil te vetat esse parem:
Inter Olympiacos Sol aureus emicat Ignes,
   Prestantésque nites non minus ante viros:
Phosphorus auricomo Jubari precedit eous,
   Conciolus sapiens te quoque lucé preit:
Liberat Ingentem Titan caligine mundum,
   Ipse tuâ cęcos discutis arte dolos:
Ignivomis Illustrat equis ille omnia vectus,
   Eximióque tuo cuncta nitore patent;
Ast uno Imparilem rutilo te iudico Soli;
   Nam in tarthessiacis occidit iste plagis,
Sic vaga succedit Splendoris Luna Parenti;
   Sol tu at Inocciduo lumine semper eris.



AD

AD AUCTOREM
EPIGRAMMA.
AUGUSTINI MAGGIOLI CANTIANENSIS.


Uantum magne tuis ANTONI debeat Orbis
Doctrinis, prælum, scriptáq; mira probant.
Tu Juris vigili rimatus Marte latebras
Recti pandis iter, nobilitasquè vias;
Dirupit lites Calamus, dein' criminis ultor
Aut terret sontes, aut iuvat ille Bonos,
Nunc Eugubinæ dat lumen Juribus Urbis,
Et maius reliquis nobile finxit Opus.
Ergo tuæ resonent Patriæ Can fama Thiani
CONCIOLE, & merito gaudeat illa tuo,
Vos Eugubini Scriptori plaudite, vestræ
Haud Natus Patriæ, sed Pater iste fuit.

EJUSDEM.
ALIUD.


Ræcia barbaricis quamquam laniata Tyrannis
Famam servat adhuc, quam meruere Sophi
Umbria maiori sed nunc clarescit honore,
Spargit ubi sapiens lumina CONCIOLUS
Unus quo septem præstet Sapientibus, Huius
Attigit octavum docta Minerva gradum.

EJUSDEM

EJUSDEM
TETRASTICHON.

ORbem humeris nixum annosi ridemus Atlantis,
Nam premeret nimium machina tanta senem.
Divino tamen ingenio non rideat ullus,
ANTONI, legum pondre nixa tuo.

EJUSDEM
DISTICHON.

CONCIOLUM Mundo si secula prisca dedissent,
Vix aliquid mundo, Papiniane, fores.

VICTORIJ CONCIOLI
AUCTORIS EX FILIO NEPOTIS.
EPIGRAMMA.

NOscere quisquis aves voluas hæc condita libri
Jugens sub parvo corpore gaza patet.
Æquo nectit fas, infirmaquè iura refirmat
Ipse novo melius vivere iure docet,
Corrigit ille malum, leges, & legibus addit
Quæ fuerant tantum dona negata tibi,
Jam festiva rèfert priscos Astræa triumphos,
Astreæque simul redditur æqua bilanx
O quantum est dignus quam longe vivere, quantum
Edita res mundo non sinat ipsa mori.

EUGU:



EUGUBINÆ CIVITATIS HONORIFICA, ET BREVIS DESCRIPTIO.



N Umbria vetustissima ; celebrique Italorum Provincia sedet Civitas Eugubium , quam sæpè Barbarorum armis eversam Cives nòn una loci positione restaurarunt. Situs antiquior fuerat in plano solo, cuius ambitus novem passum millia, & latitudo stadia sexdecim complectebatur , ut asserunt ex murorum reliquiis priscarum rerum Indagatores. At hodiernus unius milliarii longitudine, triúmque circuitu continetur ad pedes nimirùm Ingini Montis, qui est unus Apenninorum. Surgunt hoc loco Ædes commodissimæ , & non contemnenda Palatia, præsertim illud Augustale, ubi residet Magistratus , nobilitate quidem conspicuum , & admirabili constructione à Scriptoribus commendatum. Inter multa notatu digna, quæ in hoc eminenti Palatio Leander Albertus suspexit admirabundus, Fons est in medio superioris Aulæ, quò per admirabilem Aquæductum altius conscendunt crystallinæ, ac murmurantes undæ. Hinc clarissimus Augustinus Steuchus Eugubinus Episcopus

Eugubii situs antiquior.

Situs hodiernus.

Palatium Magistratus.

Fons.

Aquæductus.

kisami, & Bibliothecarius Sedis Apostolicæ in Tomo tertio De revocanda in Vrbem aqua virgine ait: *Quæ igitur, ut ad lymphas redeam, tam abiecta Italia Vrbs est (nam sæpè parva magnis, ut ille inquit, rectè conferuntur) quæ non etiam difficili transitu fontes, seu flumina ad se deduxerit? Alia saxa inter ardua, & scopulos, præruptas, asperásque rupes iter fontibus aperientes, nullis sumptibus parcentes, quale Iguvii Patria mea Aquaductum suspiciendo obstupesces.* Ante ipsum Augustale prostat ampla, & nobilis Platea, quæ vel pulchritudine, vel structuræ opificio commendabilis maiorem illi conciliat maiestatem. Policarpus, de quo infra, Auctor antiquitate, ac doctrima laudandus in Topographia Eugubinæ Vrbis, aliísque in paginis, quas prælo dedit, multique alii Scriptores de Eugubio, ipsiúsque Territorio plura scripserunt, quæ nos brevitati studentes silentio involvimus. Fruitúrque hæc Civitas iucundissimo Agrorum prospectu, qui, & vites alunt innumeras, & arbores pascunt frugiferas, & Collibus circumquaque fœcundis coronantur. Planities cum reliquo Territorio, quo ad centum usque millia procurrit, tot habet rurales domos, ac pleráque tam magnificè constructas, ut si Cives ad regulam Constantini Magni ædificassent, amplitudine, ac splendore laudabili Patriam auxissent, nec primis Italiæ Urbibus inviderent. Tempus, quo Civitas ortum habuit, hominum memoriam superat: alii enim Noë Nepotem, alii antiquissimos Hetruriæ Populos conditores fuisse tradunt. Illud autem inter omnes convenit, hanc esse unam ex Vrbibus non multis, quæ post communem totius Terræ cataclysmum in Italia surrexerunt. Gressolinus Valerianus in suis Chronicis *Regalis*, inquit, *Civitas Vmbria antiquissima aliorum Civitatum Italiæ, at saltem inter antiquiores habet multa monumenta sua .....* reliquum lacerum fortasse dicebat: antiquæ, & Regiæ magnificentiæ, aut certè aliquid aliud simile. Liber hic tanti ponderis, & momenti temporis ingluvie devoratus, ac prorsus penè consumptus Anno 1349. repertus fuit in Conventu Sancti Francisci nostræ Civitatis loco scilicet humenti, abiectóque. Cùm autem ex eius fragmento superstite apparerent notabilia monumenta, quæ complectebatur, tres eorum temporum Notarii *vigore commissionis, & licentia data in publico, & generali Consilio Communis, & Populi Civitatis Eugubii, & à nobilibus Viris D gho Domini Blaxij de Tornaquincis de Florentia hon. Potestate, & Domino Petro de Vulterris Capitaneo Populi Civitatis, Comitatus, & Districtus Eugubij, qui eorum, & dicti Communis auctoritatem, & decretum interposuerunt*, exemplum, seu transumptum transcribere iussi sunt, cuius archetypon, seu primitivum exemplar membrana exaratum in Archivio Arm. Eugubii, hisce oculis vidi, ac lectum, perlectúmque multis eruditionibus denudavi, ut nimirum permulta, quæ in hac historica narratione sum dicturus, valido incumbant fundamento. Qualis extiterit hic Auctor, quem tanti ducimus, colligere est ab exteriore Voluminis fronte, ubi hæc verba antiquo calamo efformata leguntur, *Gressolinus senior natus Eugubii ex nobili gente Valeriana Vir preclarus, sapiens, & probata*

Platea. *Ager.* *Planities, & Territorium.* *Origo.* *Eugubium Civitas Regalis, & antiquissima.*

fidei

fidei scripsit Gesta Eugubinorum ab ædificatione Civitatis usque ad Ann. Domini mille trecentum, obiit eodem Anno ætatis suæ nonagesimo quinto, & sepultus est in Ecclesia Sancti Francisci. Scriptor, qui eiusdem Gressolini tempore Gualdi Chronica exaravit (eorum multa exemplaria extant in nobilibus Bibliothecis, & apud varios antiquitatis Indagatores) & ducentis post annis Guerrerius Bernius Capitaneus, & Secretarius nostri Ducis Federici in suis Chronicis, nec non Vbaldus Angelus Abbatius Auctor proximè elapsi sæculi eruditissimus in suo Iano (amborum libri inter manuscripta à nostris Ducibus diligentissimè conquisita, & in celeberrimam librariam collecta servantur) Item alii Historici, & Chronologi ex antiquis, ac Neotericis *Eugubium* nominant *Civitatem Regiam*, cùm in illa vetustissimi Vmbriæ Reges sedem habuerint. De Regibus iisdem, & eadem antiquitate sæpè, atque honorificè *auctoritate, & vetustate Historici gravissimi* meminit in suo libro *Ioannes Policarpus Severitanus Sibenicensis Dalmata Prædicatorum Ordinis.* Quoniam verò magnum hunc Virum citaturi crebro sumus, propterea quod multa de Eugubio verba fecerit; operæ pretium erit illius virtutem ostendere, ut ad nostra indè scripta plus etiam auctoritatis accedat. Asserunt qui de Policarpo loquuntur, fuisse illum in Philosophiæ, ac Theologiæ scientiis, aliisque etiam litteris, ac disciplinis versatissimum: sub clarissimis Præceptoribus, Palladio scilicet Fusco Paravino, Marco Antonio Sabellico, Pomponio Læto, & Ioanne Sulpitio studuisse: & tanquam compluribus ex cultu scientiis commendatum fuisse à litteratioribus Viris, qui eo sæculo grandium ingeniorum feracissimo floruerunt. Igitur, subdo iam ego, Auctor est probatus, igitur fide dignus Policarpus. Quòd autem Eugubium Civitas fuerit antiquissima, ac Reges ibi resederint, præter eiusdem Scriptoris, aliorúmque testimonia, ac traditiones; fidem facit Regium Sepulcrum, quod nomine Mausoleum, miróque constructum artificio temporum adhuc edacitati repugnat. Rem eandem inter cætera magnificà confirmat veterrimum Theatrum: confirmant novem aheneæ Tabulæ fama percelebres, ac literis, ac sententiis nemini cognitis exaratæ, quæ totius Orbis, nedum Italiæ antiquissima creduntur monumenta. Anno 1444. hasce Tabellas ex ære purissimo fortuna detexit in subterranea Concameratione miris emblematis tessellata, quæ quidem tam egregio picturatur artificio, ut Regalis Aulæ specimen præbeat, apud Theatrum, hoc est in planitie, ubi antiquitùs sedebat Eugubium. Atque illæ notissimum sibi nomen compararunt apud eos, qui vetustate cognita delectantur, multique crediderunt, leges ibi cælatas esse primorum Regum, qui in hac Provincia dominarentur. Centesimus trigesimus tertius agitur annus, ex quo illarum duæ Venetiis in Armamentario Ducalis Palatii inter ratissima custodiuntur, tanquam pretiosa caligantis, sed pulchræ antiquitatis monumenta, ac Tabulæ Eugubinæ vocantur. Delatæ fuerunt in eam Vrbem à clarissimo viro, ut nobilibus eorum temporum Antiquariis traderentur interpretandæ: & licet brevi remittendas fuisse promiserit, nec brevi, nec ullo unquam

Eugubium Sedes Regum.

Regium Sepulcrum.

Theatrum.

Ahenea Tabulæ.

tempore redierunt in societatem aliarum septem, quæ in secretò Palatii Communis Archivio conservantur *Extincto*, inquit Policarpus, *Eugubis Gobio Vmbrorum Regulo* (post longa tamen Annorum intervalla) *Eugubini mutuo fœdere in Romanos cum adventantibus Gallis occursante, primi non timore, non fœderibus pactis, non servitute, sed liberè, & spontè in Romanorum deditionem venerunt.* Populi verò dedititii Romanorum licèt eis parerent, Romani tamen nihil grave in eos statuebant; sed suo iure, ac suis legibus vivere permittebant. Eugubium clarum extitit Romanorum municipium, suisque vixit legibus, ac statutis, quemadmodum aliæ *Vrbes municipales, quæ in Civitatem Romanam receptæ, suis propriis iuribus, & legibus vivebant, muneribus tamen Populi Romani, & honoribus fungebantur.* Quocirca Romanorum societatem adepta, ipsos etiam Reipublicæ honores comparavit, meruitque, ut Cives sui amplissima illa Civitate donarentur. Cumque gentium Illiridis Regnatorem Romani prælio superassent, captum cum Vxore, liberis, Germanóque Eugubinæ Civitati custodiendum miserunt. Vnde *Si Romani curabant, ut nobiliores, & potentiores deprehensi hostes in custodiis haberentur per municipia, quæ maximè opibus valerent*; videre est quantum in eius fide quiescerent, viribúsque confiderent, cui uni tot Regios Principes in custodiam tradidissent. *Livius in fine libri 5. & dec. 5. in impressione Aldina lib. 45. pag. 384. col. prima, Carolus Sigonius in Scholia, & alii.* Progrediente tempore Eugubina Civitas Caii Iulii Cæsaris virtutem, ac gloriam tanto pietatis studiò complexa est, ut contra Pompeium arma desumpserit, Termum fugaverit, steteritque ab eo Invictissimo Imperatore: qui proinde tanto illam amore prosequebatur, tantisque favoribus cumulavit, ut Cives voluerint Patriam alio nomine augere, & Iuliam Iguiam nuncupare, quam posteà denominationem per plura sæculorum spatia tetinuit. Multis etiam nominibus Scriptores hanc Vrbem corruptè appellaverunt, ut de iis loquitur eruditissimus Augustinus Steuchus *Tom. 3. de Eugubii Patria sua nomine.* Sed affirmat constare inter probatos Auctores, *verum illi nomen Iguium antiquitùs fuisse*, ac deindè verba ista subiungit: *Dicendúmque Iguium declarat vetusta quadam historia, quam ego reperi Eugubii, & quo tempore illa Historea scripta est, non erat opud Cæsarem nomen depravatum. Verba Historiæ hæc sunt: Hanc inquit Vrbem in antiqua quadam historia Iuliam appellatam invenimus, quæ vtrum à Iulio Cæsare redeunte victore quem Eugubini, & omnes Populi Civitatum Vmbriæ cum lætitia susceperunt expulso Termo Duce, qui Vmbriam possidebat pro Pompeio, Iulia dicta sit, an propter Iuliam Vxorem Octaviani determinare non valemus.* Illam quoque favoribus ornavit Octavianus Augustus, & *in ludos victoriæ*, quam post Iulii Cæsaris obitum de Lucio Antonio reportavit, antiquissimum Theatrum suprà recensitum instaurari iussit. Eius rei memoriam cælavit in lapide ibi locato, cuius exempla vivunt apud Antiquarios, ac præcipuè apud Eminentissimum Franciscum Cardinalem Barberinum, qui unà cum aliis permultis eiusdem Civitatis Inscriptionibus præfati lapidis exemplar custodiri man-

Eugubium municipium Romanorum.

Rex Illiridis in custodia Eugubinorum.

Eugubium pro Iulio Cæsare cōtra Pompeium.

Eugubium Iulia Iguia appellatur.

Variis nominibus vocatur.

Iulius Cæsar in Civitate Eugubii.

Eugubiū favoribus ornatur ab Octaviano Augusto.

Inscriptiones in marmoribus.

mandavit. Quanta autem dignitate, ac potentia valeret Iguvium, alia etiam comprobant antiquitùs inscripta marmora, ac duo illa potissimum, quorum in uno legitur *Respublica Iguvinorum*, in altero *Iguvinorum splendidissimus Ordo*, ut Aldus Manutius *in Ortogr. & in Scholia comment. Cæsaris*, aliique eruditi Antiquarii litteris prodiderunt. Verùm cum humanissimus humani generis Reparator mortali indutus velamine mortem oppetere voluisset, Eugubium non longo transmisso tempore Christianæ Religioni se consecravit.

Eugubiũ Christianam fidem amplectitur.

Idque intelligimus ex quibusdam veterum monumentis, præsertim ex præfatis Greffolini Chronicis pag. 13. ubi legitur: *prædicto Sancto Episcopo successerunt Agapius, & Secundinus similiter de Eugubio, & mira sanctitate Coepiscopi*, qui in Numidia Anno salutis ducesimo quinquagesimo secundo martyrii palmam acceperunt, &

Episcopi Eugubini antiquis temporibus.

Episcopi, Coepiscopi, sivè Corepiscopi à prædicto Greffolino, à vetertimo Manuscripto, quod in Gualdensi Oppido apud Templum Sancti Facundini servatur, à Marcello secundo ex Eugubino Episcopatu in Petri Cathedrã devecto in suis memorabilibus, à Iulio Lazzarello Canonico Theologo in Catalogo Iguvinorum Antistitum, & ab aliis Scriptoribus promiscuè vocitantur. Quantum in dies Religionis cultu adolesceret, ostendunt primò quatuor eius

Eugubinorum pietas.

Cives Secundinus nempè, & Agapius, quorum iam meminimus, Marianus, & Iacobus apud Numidas pro Christi Religione eodem anno 252. passi martyrium, aliique primorum temporum pietate, ac sanctimonia celebres: ostendunt pia loca, & Sacræ Ædes, quas intra, & extra mœnia erigendas curavit unàcum Xenodochiis duodeviginti, & Abbatiis sedecim vel census amplitudine, vel Bearorum, Sanctorúmque Domicilio conspicuis.

Sancti Secundinus, & Agapius, & Marianus, & Iacobus Cives Eugubini.

Loca pia.

Variis etiam expeditionibus pietatem ostendit, aliàs enim Milites mille, aliàs mille ducentos, aliàs non longe pauciores, sempérque cum magna Civium suorum frequentia ad bella contra infideles sustentanda misit, deditque plures alios nobiles filios, qui eisdem in præliis spontaneæ Christo victimæ opes, & sanguinem profuderunt.

Expeditiones contra infideles.

At si tantum pietatis, ac belli studium emicabat in Civibus; Civitas etiam ipsa in Apostolicæ Sedis obsequium, ac famulatum intenta, religionem, Deique cultum præ se tulit. Ea siquidem supremis universalis Ecclesiæ Hierarchis petitam semper opem concessit, ac nobilibus fuit remunerata Diplomatis, quæ in secreto Palatii Communis Archivio videre est. Sed omissis antiquiorum sæculis Anno supra millesimum quingesimo septuagesimo primo, quando in navali certamine Christiana Classis Turcicam cruenta cæde devictam turpi fugæ mandavit; Eugubini quatuor, & sexaginta inter egregios Militum Præfectos connumerati, aut in acie turmas ducebant, aut Arces, & Propugnacula tuebantur. Quapropter Joannes Austriacus supremus totius belli Imperator die una, qua die numerus Copiarum iniretur, non levi miratione suspensus, Quid Vrbis, inquit, est hoc Eugubium? Nunquid maius est Neapoli? Nunquid maius est Mediolano? Quid Vrbis est hoc? Post sæcula remotiora subiit Iguvium varias fortunæ vices, & in eas incidit perturbatio-

nes, quæ nostram subinde Italiam deplorabili cæde vastarunt. Deleta hæc Patria ab Vngaris Anno nonagesimo decimo septimo, restauratur non Montis in dorso, ubi anteà vixerat; sed ad radices ubi hodiè sedentem videmus. Cumque & potentia, & auctoritate paulatim succresceret, ait Gressolinus, pag. 87. *Civitas plena Populo, & nobilis facta est, opulenta, splendida, & honoranda.* Ita, & opibus aucta, & splendore, suásque vires periclitara, finitimarum Vrbium sustinuit aggressiones. Aliàs contra undecim, aliàs contra septem Vmbriæ, ac Piceni Civitates, quæ cum aliquot Oppidis, & Castris ad eius potentiam deprimendam, & auctoritatem infirmandam sociale fœdus inierant; animo, & vigore impavido reluctabatur. *Ex Diplomatibus Papæ Gregorii Noni, aliisque scripturis Archivii secreti Palatii pub. Eug. & aliis monum. & hist.* Quid autem armis valeret, ostendit etiam sub Pontificum, & Imperatorum vexillo, à quibus multa obtinuit indulta, & privilegia, illámque potissimum prærogativam sua cum veteri libertate vivendi. Surgebant in eius Territorio hic illic eminentes, fortissimæque Turres tum publici, tum privati iuris, aliæque item prospiciebantur, vel super mœnibus, vel intra Vrbem, quò aditum aperiebant maiores portæ duodecim, validis custoditæ præsidiis. Quatuor etiam Arcibus muniebatur, quarum singulas defendebant Præsides sui, & alia duodecim propugnacula idoneis commendata Custodibus Agrum tuebantur. Multa Oppida, & Castella ædificavit, quod non nisi potentiores Respublicæ factitabant, ut Historicus, & Secretarius Florentinæ Reipublicæ in suæ Patriæ Historia comprobavit. In eius potestatem venerunt Vrbes duæ, duoque etiam Oppida spontè se subiecerunt: & in Castris centum sexaginta, ac pluribus dominabatur, quemadmodum per publicas Archiviorum tabulas apparet: immò anteà sua subdictione tenuerat trecenta, teste Anonymo in Eugubinæ Vrbis Epitome; unde magna incolarum multitudine efflorescebat. Quod profectò facilè colligitur è grandi macellorum numero, unde Civitas alebatur, ut legere est in Eugubina Historia Flaminii Beccoli, qui sanè fuit summæ Vir integritatis, ac per generis, doctrinæque fulgorem magna etiam auctoritate pollebat. Quanta ideirco Populi frequentia compleretur Eugubium, libentius deducam è statu, in quo Civitas erat, atque ex ratione ipsa. Cùm in ea Imperiales, & Apostolici Legati residerent, *Homines Communium Civitatum*, ut scribit Gressolinus, *Hinc inde concurrebant, & ideò Civitas plena Populo facta est.* Ex mercatura, quam hùc transtulerunt Mediolanenses post dirutum à Federico Enobarbo Mediolanum, cùm negociatio, commerciumque succresceret; maior etiam accessit frequentia advenarum. Cogebat in Senatum quingentos anteà, & ducentos deinde Cives: numerabat duo de viginti Hospitalia, & viginti septem Sacrarum Virginum Monasteria, licèt Venetus quidam Auctor infra citandus duo solum, & viginti commemoret, Familiarum quinque millia centum quadraginta sex tem suam huic Communitati donaverunt. Domus una, quam hodiernus temporum luxus gentis unius commodo amplificavit, octo

Eugubium deletur ab Vngaris. Restauratur.

Augetur viribus, & splendore.

Ornatur privilegiis à Pontificibus, & Imperatoribus. Libertas.

Potentia.

Oppida, & Castella ædificavit.

Vrbes, Oppida, & Castella subiecta Civitati Eugubii.

Populi frequentia.

&

& decem familias antiquitùs capiebat. Abundabat mirum in modum (sicut inferius patebit) nobilibus Viris, ac proinde etiam Servis alebat sex millia Armatorum, habebátque octoginta Servos publicos, seu Mandatarios, tres Circitores, singulos Satellitibus comitatos sexagenis. Ex iis omnibus, aliisque compluribus, quorum silentium brevitati condonamus, & ex monumentis, quæ de secreto Vrbis Archivio, aliisque Patriæ locis, à Matthæo Villano in Florentina Historia, à Hieronymo Maria Veneto in Chronicis Eugubii in Monasterio Sancti Spiritus, ab eodem Beccolo, à Michaele Angelo Eugenio in memorabilibus, & à cæteris multis Antiquariis deprompta sunt; facili coniectura intelligere possumus qua Populi multitudine redundaret. Addit etiam huic Vrbi & famam & dignitatem Nobilium splendor numerusque Familiarum; nam defunctæ, ac superstites, quarum notitiam ex publicis tabulis, monumentisque desumpsimus, tot hecatontades, seu centinarios faciunt, ut ad evitandam veritatem, quæ mendacii speciem gerit, enumerari non oporteat; præter eas, quæ vel Comitatus, vel Marchionatus titulo insignitæ, vel ad Longobardorum consuetudinem ab Oppidis, Castellisque suæ iurisdictionis nomen accipientes, duæ & nonaginta describuntur. Ex claris hisce Stirpibus non paucæ ab exteris hùc nationibus migravere: qualis autem conditionis existerent, quo rerum initio coalescerent, quavè honoris significatione exciperentur; didicimus à Greffolino pag. 37. ubi sic ait: *Carolo Francorum Regi, & Imperatori strenuissimo ad Civitatem appropinquanti, omnes Eugubini in sono tubæ, & iubilationis obviam iverunt plaudentes, & clamantes: Ave Rex salus nostra. Quamplura dona, & maxima beneficia Civitas Eugubina ab ipso accepit, & quasdam insignes Sanctorum Reliquias ipso largiente recuperavit, & nonnullos Dominos, & Comites de exercitu, & aula Regis eadem Civitas acquisivit, qui multas possessiones, Castra, & Oppida possederunt, fuerunt magni, & potentes, & ab illis descenderunt clarissimi Viri.* In hoc igitur Nobilium exterorum adventu cœpta sunt audiri nomina Marchionis, & Comitis, eiusmodi enim titulis decorari cœperunt Magnates, Oppidani, aliique, *Qui venerunt cum Ottone*, ut scribit idem Greffolinus pag. 68. *Et commorati sunt Eugubii, & ab illis descenderunt plures Nobiles habentes possessiones, & Castra.* Convenerunt perillustres Advenæ tunc temporis, cùm Cives non adhuc absolverant novæ Vrbis mœnia; antiquam enim diruerant invasiones Barbarorum. Potissima verò causa, cur Imperatores vel relinquerent, vel transmitterent hùc, illùc per Italas Vrbes magnam eiusmodi Dominorum frequentiam, quæ fortium Coloniarum vices suppleret; Historico affirmante, ad politiam spectabat, ut scilicet tum ipsi, tum posteri obsequium, & cultum erga Maiestatem Imperii custodirent, ideóque per eosdem Imperatores opibus dominiis, ac titulis augebantur. Greffolinus suprà ad pag. 62. dixerat, quòd vastato per Barbarorum manus Eugubio, Comites nonulli, & oprimates Eugubini *De ædificatione Eugubinæ Civitatis consulunt, & condunt, accesserunt plures Nobiles de Vrbe Roma, & de Liguria profugi, qui, & eorum descendentes*

Familiæ nobilium

Comites, & Marchiones.

Familiæ ab exteris descendentes.

Adventus Caroli Magni Eugubium.

Eugubium reædificatur.

tes habitarunt in ea. Quam ad rem accepimus ex aliis legitimis libellis, Nobiles illos Convenas pro vitæ, sermonisque discrimine gratiam apud populum non iniisse, & apud Primates invidiam sibi cōflasse; quocirca mutuis odiis, & æmulationibus exarsisse. Atque illa fuerunt prima discordiæ semina, unde perniciosæ Guelphorum, & Ghibellinorum factiones hic etiam pullularunt.

Discordiæ inter Indigenas, & Convenas.

Foverunt intestina illa dissentionum initia. Exteri alii benè multi, qui è diversis Italiæ partibus profugientes in hanc Vrbem convolabant, libertati, ac rapinis assueti, exleges, seditiosi, novarum rerum cupidi, petulantes, egenique; itaut renascentem Vrbem domibus nondum plenam, nec agrorum cultu firmatam recentibus quotidiè angustiis afflictarent. Neque enim satis erat prudentissimus, sanctissimusque Purpuratus Petrus Damianus, qui eo tempore Eugubium Episcopatum regebat, eiusmodi incolarum contumaciam, arrogantiamque comprimere. Quòd & in nostra, & in aliis Italorum Urbibus nobilissimæ gentes vel ex Gallia, vel ex Germania, vel aliunde originem ducant; Scriptores innumeri, dignissimique tum nostri, tum transalpini confirmant. Sed clarius ad rem nostram loquitur Guaſdensis Chronologia, quæ ubi multa recensuit ad diversas nobilium Iguvinorum familias spectantia, hæc subdit: *Tres igitur Germani nobiles de Alemania venerunt, qui ab Imperatoribus privilegiati plures possessiones in Planitiis, & Convallibus circa Apenninos Montes acceperunt.* Quòd autem multi ex iis dominis, & Comitibus à Germania oriundis privilegia obtinnerint à Federico primo Imperatore, testem facit Gressolinus in Chronicis pag.90. & confirmant alia vetustatis monumenta. Aliqui nimirum ea privilegia impetrarunt, dum Federicus esset Iguvii, & aliqui cùm ad Penates redirent post emerita stipendia in Mediolanensi, & Germanica expeditione, ubi Militum Duces Cohortibus ipsi præfuerant. Habes ergo quo pacto clarissimis familiis indigenis, advenisque quotidiè magis cumulabatur Iguvium.

Federicus Imperator in Eugubina Civitate.

Quantus autem cumulus accessisset, uno oculorum intuitu videmus in Eugubinis Magnatibus centum triginta. Cùm enim Henricus Sextus Romanorum Rex diversaretur *In Campo Eugubii* (ut ex publicis habetur monumentis in Arch.Arm. Eugubii) anno suprà millesimum centesimo octogesimo sexto, & Mense Augusti, *audito Nuncio Regis* (ait Gressolinus pag.93.) *quòd Rex venturus esset Eugubium, Commune elegit Ambaxiatores ad illum decem Nobiles, & Magnates Civitatis, qui nobilioribus gradibus in bellis decorati fuerant. Quilibet eorum fuit associatus à duodecim aliis nobilibus, & Magnatibus, & multa aliorum Civium caterva.*

Centum triginta Magnates Eugubini obviā eunt Regi Romanorum.

Adventus Regis Romanorum Eugubium.

Tanta verò clementia complexus est Henricus Iguvinam Vrbem, *ut anno millesf. centesf. nonagesf. primo, Regni eius vigesimo secundo, & Imperii primo Nonis Iunii, ante Neapolim* cōcesserit eidem Civitati amplum quippè privilegium, ipsius Imperatoris iussu aureo signo vallatum, dederitque inter alias prærogativas, *Vt Consules Eugubini, qui pro tempore fuerint, facere debeant iustitiam in Civitate ipsa, & in Districtu ipsius, & in locis prænotatis* (quorum ibi permulta nominantur) *atque ab omni vexatione, & requisitione Nunciorum eiusdem Imperatoris,*

Eugubium privilegiatur ab Henrico Imperatore.

&

& aliorum immunitatem habeant. Quod quidem privilegium aureo, ut diximus, sigillo munitum servatur in secreto Archivio unà cum aliis, quibus, & Imperator Federicus eius Pater, & cæteri Imperatores, ac Reges tum antecessores, tum successores ipsammet Vrbem donatam voluerunt. De Illustribus Civitatis nostræ familiis plurima leges apud Vincentium Armannum in epistolis, aliqua apud Bisaccionum in Historia Lucæ Lindi, & tanquam de generis amplitudine non contemnenda, de iis loquitur Placidus Romanus antiquus Scriptor in suo Itinerario. Marcellus Pontifex Cervinus in memorabilibus relatis per Hieronymum Berardellum Canonicum, eiusque familiarem scribit: Eugubium tam multis, clarisque Prosapiis clarescere, ut frequentissimam quamque Vrbem replere, ac nobilitare potuissent. Earum autem, quas ibi nominat, una est vetustissima, simulque nobilissima Gens Pamphilia, quam se genuisse tantopere gloriatur Civitas nostra. Camillus enim Pamphilius Pater exririt Pontificis Innocentii Decimi, Frater Hieronymi Cardinalis, & filius Pamphilii Angeli Benedicti Equitis Eugubini auctoris de Pamphiliis, qui hodiè Principum titulis adaucti, amplitudine, ac splendore Romam exornanr. Hæc longius fortasse persecuti sumus, à Politicis, & Iureconsultis edocti; longè enim fulgescit Civitas aliqua à clariorum stirpium luce, præsertim si grandi etiam numero dilatentur. Eugubium peperit Cardinales, Principes, Præsidesque tum Seculares, tum Ecclesiasticos, aliosque Viros insignes, quot fortasse integra vix Provincia in lucem dederit. Quapropter Policarpus *Nullam*, inquit, *video in tota Vmbria nominis Vrbe Eugubina gloria clariorem.* Genuit etiam Viros Sanctimonia conspicuos, Sanctos videlicet viginti, Beatos triginta novem, & centum duodecim fama, ac pietate percelebres, quos Vincentius Armannus (hic unius, & triginta annorum spatio, & infatigabili diligentia antiquitatem explorans, & omnia accuratissimè perscrutatus, quanquam oculorum lumine captus, gravissimis, plurimisque cognitionibus mentem illustravit: eiusque benignitati acceptum ego refero quicquid veteris, & reconditę eruditionis hìc scribo) in primo, & terrio suarum Epistolarum Volumine Catalogis complexus est. Agebatur Annus suprà millesimum trecentesimus septuagesimus nonus, cùm hęc Civitas ex florenri, felicissimoque statu collapsa ad alterum omninò deplorabilē pręceps ruit: eo nimirum tempore, quo per mutuas Civium dissentiones, ac rixas miserandum in modum dilaniata, pręliorum incendiis conflagrabat. Legimus in reformationum Libris, qui à publicis Notariis, & Cancellariis Vrbis nostrę exarati in Secreto Archivio servantur, Carolum Hierosolymę, ac Sicilię Regem in Eugubinam Civitatem se contulisse, ut Civium animos conciliaret; sed frustra penitus laborasse. Vix enim Rex dicesserat, cùm Cives arma resumentes, novisque cladibus cruentati, in mutuam perniciem conspirabant; donec anno millesimo trecentesimo, & octogesimo quarto labentis Patrię cineres ignem discordię suffocarunt. Sed videamus quid ea de re, ac de cęteris rebus scriptum reliquerit Hippoly-

Eugubium privilegiatur à Federico, aliisque Imperatoribus, & Regibus.

Papa Innocentius Decimus oriundus Eugubio.

Viri Illustres.

Mutatio status.

Adventus Caroli Regis Hierusalem, & Siciliæ Eugubium.

tus

tus Conventinus Patritius Eugubinus ; Vir profectò gravissimus, magnóque habitus honore in suo quodam opere, cuius primum exemplar calamo conscriptum custoditur in Arch. Arm. Eug. Ille quidem sic habet : *Statum huius Civitatis in quam miseratione redegerint dignum exorta Civiles novitates, inimicitia, bella, penuria, pestes, aliaque miseria, quorum caligines suum pristinum, & mirificentissimum detexere splendorem; colligi potest ex libris Reformationum dictis, & aliis memorabilibus, usque ad millesimum trecentesimũ octuages. quartum annum, quando ipsa Civitas tot arumnis, & adversitatum ictibus agitata, & defessa, nec non aliquam quietem, & pacem ab Antonio Montisferetri, ac Vrbini Comite exhibenti, & offerenti expectans, se spontè quodammodo commendavit eidem Antonio tanquam magni nominis Viro, ac beneficiorum oblatori, declinans ita non sine hominum admirationibus ab illa inastimabili libertate, qua vivere sibi à Legatis Apostolicis, qui eius vetera, & reformata confirmarũt Statuta, permissum fuisse in temporalibus tantùm sumitur ex eisdem Statutis in publica, & auctentica forma descriptis in vetusto, & magno Volumine charta pergamena, ac ex libris Reformationum nuncupatis, custoditis in Palatio publico eiusdem Civitatis, nec non ex aliis monumentis, & historiis.*

Regimen *tempore libertatis.* *Constat enim inter alia in ipsis Statutis, quod Consilium unà cum Magistratu erat liberum, & eligebat Potestates, Capitaneos, Rectores, & Officiales omnes Civitatis, & eius Comitatus, & Districtus, Confalonerius Iustitia, & Consules Populi residebant in publico Palatio illa cum auctoritate, iurisdictione, & balia, quam habebat totum Commune, & universus Populus Eugubii, quibus Confalonerio, & Consulibus prater alios Officiales famulabantur, & obedicbant quatuor Tibicines, sex famuli Cives, vigintiquinque famuli forenses cum uno Capitaneo pro custodia ipsorum Dominorum astantes omnes eodem panno induti à livrea dicto, atque Nuncii, & alii: Qui Confalonerius, Consules, & Consilium eligebant Potestatem militari cingulo decoratum, Virum nobilem, & potentem, cùm huiusmodi officium summa dignitatis, & auctoritatis existeret. Cui Potestati, qui tenebatur accedere ad Civitatem Eugubii, & esse cum tribus Iudicibus iurisperitis, duobus sociis bonis, expertis, & literatis, quatuor Notariis, octo Domicellis, sexdecim Birruariis, quatuor Ragazzis, & octo Equis, de quibus sex essent armigeri, conferebant merum, & mixtum Imperium, & generalem Iurisdictionem in Civitate, Comitatu, & Districtu Eugubii servata tamen forma Statutorum, qua erant, & pro tempore erunt. Eligebant quoque Capitaneum Populi, qui nuncupabatur etiam Defensor, & Gubernator Hominum, & Artium Civitatis, Comitatus, & Districtus Eugubii, & tenebatur secum ducere unum bonum, & expertum Iudicem legum Doctorem, unum Socium litteratum, duos bonos, & expertos Notarios, sex Domicellos, Decem Birruarios, & sex Equos, quorum quatuor essent armigeri, & prastabant ei iurisdictionem limitatam licet satis amplam. Eligebant etiam sexdecim Castellanos, & Capitaneos sexdecim Arcium Civitatis, Comitatus, & Districtus Eugubii. Camera quoque, & Fiscus erant ipsius Civitatis cum omnibus vectigalibus, seu gabellis, & condemnationum pœnis, qua solvebantur Camerario Communis Eugubii.* Verùm ut

à

à profanis rebus ad eas, quę ad religionem pertinent transeamus, Eugubii Episcopatum Apostolicę Sedi immediatè subiectum summoperè commendat antiquitas; cùm à primo Christianę Ecclesię nascentis exordio ortum habuerit, ut colligitur ex iis, quę suprà diximus, Eugubium scilicet Episcopos habuisse antequàm haberet Corepiscopos Agapium, & Secundinum, qui anno ducesimo quinquagesimo secundo à Beatissimę Virginis partu martyrii corona donati sunt. Eundem Episcopatum vocant Ecclesiam Insignem multis quidem de causis, sed potissimum, quia eius Episcopi à Romanis Pontificibus ius acceperint providen di aliorum Antistitum electionibus in reliqua Vmbria, & alia etiam ministeria exercendi, ut comprobant vetera monumenta, & litterę, quas ad ipsos dederunt Sancti Innocentius, & Gregorius supremi totius Christiani Orbis Hyerarchę, unde Poliearpus affirmat: *Hunc Innocentius Eugubinæ Vrbis Episcopum de Templorum in Eugubina Vrbe constructione docuit, quovè modo chrismate nobis Christicolis, aut Ortodoxa fidei Sacramentis opus esset, aperiret scire voluit. Divus verò Gregorius in eius magno Dialogo huiusce Vrbis Episcopum Metropolitanum Gaudiosum monet, ne quis pro talibus Sacris absque tanti Patris venia in Vmbria pro Episcopo eligi possit.* Propinquioribus sęculis, quando scilicet in Alma Vrbe Vicarius erat Pontificis Bonifatii Noni Laurentius Eugubinus Antistes, habetur mentio huius eiusdem Ecclesiæ cum titulo Metropolitanæ in publicis quibusdam tabulis per Nicolaum Vannis Cecchi Notarium exaratis, quæ in prædicto secreto Communitatis Archivio servantur. Sed præ cęteris ornant insignes Prælati, duodecim Cardinales, inter quos unus est instar omnium Marcellus Papa Secundus, viginti duo vel Sancti, vel Beati, qui omnes hanc Ecclesiam felicissima administratione rexerunt. Habet Cathedralis Sanctorum Martyrum Mariani, & Iacobi patrocinio commendata Capitulum ex viginti quatuor Canonicis olim compositum nunc nòn plures numerat, quàm sexdecim, qui & ipsi, & Mansionarii Cappis magnis utuntur, iisdemque fulgent prærogativis, quibus in Romana Sancti Petri Basilica Canonici, & Mansionarii fruuntur. Idque ex privilegio Pontificis, in cuius Diplomate hæc honorifica verba leguntur: *Eugubiū inter principaliores Civitates Status nostri.* Decoratur etiam Ecclesia ipsa innumeris, insignibusque Reliquiis, ac præsertim Sanctissimæ Crucis Ligno, & Digito Indice Sancti Ioannis Baptistæ antiquissimi Civitatis Patroni, quo munere alii dicunt à Carolo Magno decoratam fuisse Vrbem, alii à Federico primo Imperatore Divum Vbaldum donatum esse contendunt. Ibi quinque Sanctorum Corpora coluntur, alia triginta adorantur aliis in Templis. Docemur etiam monumentis, & traditionibus triginta alia Sanctorum Corpora in hac eadem Civitate, ac extra quiescere, quo autem loco sint condita, incertum est. Omisi erectam sub Sanctæ Christinæ invocatione Canonicorum Collegiatam, Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal; cuius iurisdictio etiam celebre Piceni Oppidum Fabrianum, eiusque Territorium complectitur, decem Sanctimonialium Monasteria, totidémque Religiosorum

Eugubii Episcopatus.

Papa Marcellus Secundus, prius Episcopus Eugubinus.

Alii Episcopi insignes.

Cathedralis.

Reliquiæ, & Corpora Sanctorum.

gioſorum Cœnobia nō levi ditata cenſu. Omiſi ſeptem ſæcularium confraternitates, Hoſpitalia, alióſque pios locos, præſertim illud recentius Domicilium ad Orphanarum refugia conſtitutum, quod prior adaperuit zelus, ac vigilantia Eminenriſſimi D. Cardinalis Vlderici Carpinei, dum adhuc Cathedralem hanc Sedem conſenderet, ſub Divi Ioſephi invocatione, ac primario ductu, & regimine nobiliſſimæ Dominæ, ac Matronæ piiſſimæ Lauræ de Comitibus Gabriellibus in Conventinis: quod poſteà orbarum Virginū Aſylum ad meliora loca tranſlatum in conſpicuam evaſit, & commodiſſimam Domum. Omiſi prædivitem Bibliothecam inter alia permulta beneficentiæ opera publicæ utilitati donatam ab Alexandro Sperello Eugubino olim Antiſtite pietate, litteriſque celeberrimo, ac pro numero, & qualitate cuiuſque generis librorum multis aureorum millibus æſtimatam, quam annuo, perpetuóque legato cenſu quotidiè ſuccreſcentem videmus, & ampliſſimè adauctam poſteri mirabuntur. Eugubina Civitas poſtquam cogente, ut diximus, neceſſitate Comitem Antonium de Monteferetro in ſuum defenſorem, Gubernatorem, Adminiſtratorem, ac Rectorem elegit, non recuſavit, ut illi in Vicariatum pro Apoſtolica Sede concederetur à Papa Bonifacio Nono. Cumque annos ducentos quadraginta ſeptem, ſeptem aliis Principibus ſucceſſoribus obtemperaſſet, tandem ex obitu ultimi Ducis Franciſci Mariæ Secundi de Ruere ad Sanctam Petri Sedem devolvitur, Pontifice fel. recor. Vrbano Octavo, à quo alios inter honores illum accepit, ut Cardinalis eius Nepos Antonius Barberinus Eugubii, aliarumque devolutarum Vrbium Legatus poſſeſſionem aditurus, peteret ante reliquas Vrbem noſtram, ut in eiuſdem Pontificis Diplomatibus ſub Anno 1631. videre eſt. Omiſi complures alias Eugubii non ignobiles prorogativas; nequè enim fuit opus earum omnium narratione has paginas fatigare, cùm illas Vincentius Armannus Patritius Eugubinus I. V. D. omniquè ferè ſcientia percelebris calamo longè elegantiore deſcribat in primo Volumine Epiſtolarū Romæ impreſs. pag. 674. & ſeq. ac in aliis paginis ſecundi, & tertii Vol. Maceratæ impreſs. & alibi, atque in Theatro Civitatum, & admirandorum Italiæ expreſſo à Ioanne Blaeu Amſtelodami pag. 97. & ſeq.

Eugubium ex obitu ultimi Ducis, Domini ſui devolvitur ad S. Sedem.

Sed omittenda non puto brevia aliqua dicta ex antiquis aliquot Scriptoribus collecta, quæ narrationi meæ coronidem facient, ac pondus augebunt, Chronologus Venetus iam citatus inter alia ad huius Civitatis honorem pertinentia dicit, illam eſſe nobilem, vetuſtam, ac Regiam, & ab ipſa Vrbe condita plerumque Reipublicæ more vixiſſe, ſuiſque ſe legibus gubernaſſe. Dominicus Laudenſis antiquus Auctor in Oratione de Divo Ioanne Laudenſi Epiſcopo Eugubino, quem in ſuos memorabilium libros retulit Berardellus, ita loquitur. *Eugubium Civitas vetuſtiſſima eſt virtute, divitiis & nobilitate Civium inſignis, plurimiſque laudanda, &c.* Doctiſſimus Steuchus Epiſcopus kiſami Tom. 3. De Eugubii Patriæ ſuæ nomine ait: *Magnitudinem, viréſque Eugubii, & quid momenti haberet, teſtatur, quod illo bello civili, cùm Fanum, Piſaurum, Anconam ſingulis*

Quorumdam Auctorum dicta in honorem Eugubii.

gulis Cohortibus Cæsar occupasset, misit huc (scilicet Eugubium) tres Cohortes, & Pompeius quinque Cohortium præsidio cum Prætore Termo tenebat. Vetustatem declarat Mausoleum extra mœnia, & Theatrum, tum complures Tabulæ aneæ litteris incognitis incisæ, quas hucusque legere potuit nemo. Priscus Auctor Sabanicensis novis laudibus hanc Vrbem afficit tali Apostrophe Cives alloquutus: *A Regia igitur stirpe genus est Eugubini Cives, & Quamvis in Vmbria sint generosissimi Viri, strenuissimi Milites, celeberrimæ Vrbes, Eugubina tamen Vrbs, absit livor edax, hæc omnia facilè æquat.* Abaldus Angelus Abbatius in suo Iano cùm de hac plura verba fecisset, iure merito asseruit, *hanc esse Civitatem omnium ferè antiquissimam Italiæ tot nominibus illustrem, tot sæculis nobilissimam, tot Regibus exornatam, multisque Auctoribus decantatam.* Denique Petrus Marionus ab Eugubio Episcopus Telesinus, Vir quidem summa præditus sapientia, candidisque moribus ornatus in Epistola ad Hippolytum Innocentium Calliensem Antiquarium data XV. kal. Aprilis 1605. verba illa exponens: *Gubbio chiarissima, e bellicosa Città.* quæ Sansovinus habet in Historia Familiarum illustrium, asserit, à suis se Progenitoribus audisse, ad Carolum Quintum Imperatorem Bononiæ degentem accessisse honoris causa Ducem Franciscum Mariam Primum de Ruere bellicosissimum sui temporis Principē militari cum pompa, centumquè Militum Ductoribus comitatum, quorum quinquaginta Eugubinos extitisse. Hoc certè notissimum est, atque ad rem propositam dico, sex ultimis hisce sæculis (de antiquioribus loqui non possum, quia deperditæ fuerunt tabulæ, ac monumenta in eis Barbarorum incursionibus, qui non semel in hanc Patriam ferro, igniquè vastarunt) nullum arsisse bellum & ultra, & citra Montes, ubi per omnia tempora, & per singulas ferè partes plurimi non militarent Eugubini, sanguine potissimum clariores, Ductores, Tribuni Militum, Castrorum Præfecti, cæterique primores Ministri, quos inter sexdecim supremi bellorum Duces numerantur. Si ergo in sago, & in toga, in dignitatibus, & honoribus, in virtute, ac sanctitate tam multi, ut diximus, Eugubini homines excelluerunt; quam grandem numerum colligi potuisse credendum est, ni sæculis proximè elapsis, & remotioribus ætatibus conscripta deficerent monumenta? Profectò eadem inclinatio Cęli, quæ iamdudum magna peperit, aluitque ingenia, semper etiam similia genuisse potuit, & educasse. Plura diximus, sed cùm nequeant omnia dici, hoc unum addidisse sit satis, Iguvinam Vrbem magni habitam esse à maximis quatuor Monarchis, quos ad Imperii gloriam, ac maiestatem admirabunda sæcula venerantur. Iulium Cæsarem dico, Octavianum Augustum, Carolum Magnum, magnumque Ottonem, ut omittam alios Imperatores, ac Reges, & propinquiore ætate Leonem Decimum universalis Ecclesiæ Pastorem, qui ut Franciscus Guicciardinus, & Pompeius Pellinus in suis Historiarum libris testem faciunt, hanc Vrbem Ditionis Ducalis Caput declaravit. Quæ omnia sum præfatus, ut prænoscant Lectores, quot meritis refulgeat Civitas ista (unde Maiores mei

Eugubium magni habetur à maximis Monarchis.

anti-

antiquam originē duxerunt, & ubi ſupremos honores ſunt conſecuti, ſicuti appatet ex libris publicis eiuſdem Civitatis) cuius in obſequium pro mea virium tenuitate, ſi Divina non renuat clementia, ſub fauſtis Divi Vbaldi Protectoris glorioſiſſimi auſpiciis fundere aggredior parum aliquod atramenti, ut variis Annotationibus augeam illius Statuta, hoc eſt municipalem Legem, ſeu ius Civile ad commodiorem publicæ adminiſtrationis regulam, & maiorem Eugubinę Gentis utilitatem.

LAVS DEO.

ERRATA SIC CORRIGE.


Prior numerus Paginam, alter verò numerum marginalem deſignat.

PAg. 11. num. *69. dict. deciſ. 125, n.19, & deciſ.169, n.12.* verba iſta ſunt delenda. pag.12. n.92 ſint ſi ſit, lege, ſit ſi ſint. 21. 194, quos ius commune, leg.quod ius commune. 24, 29, *in ſummar.*diebus de feſtivis, leg.diebus,ac feſtivis. *ibid.*1.abſque eius auxilio, leg. eiúſque auxilio. 29. *in Rubric.*Magiſtratus arbitria, leg.Magiſtratus arbitrio. 35, 19, & validitate publica, leg. & utilitate publica. 36, 39, intromittere nequeunt, leg. intromittere poſſunt. 40, 5, diſcrepari,leg. diſceptari. 45, 28, perfitione leg. perfectione. 69, 12, *in ſum.* ſui litaribus,leg. militaribus. 71, 24, domo noſtre Civitatis, leg. loco domus noſtræ Civitatis. 81,1, vim regatur,leg.cùm regatur. 91, 8,licentiam leg.licenciari. 98, 9, ac vitualibus,leg.victualibus. 106, 4, ſaltem vendere, leg. ſalem vendere. 133, 23, & an hec communitas.leg.& an hæc immunitas. 164,3, percuteretur,leg.perverteretur. *ibid* 6, poſſim,leg.paſſim.166,22,Deo,& Virgini Mariæ,leg.Deum,ac Virginem Mariam. 192, 17, deo,leg. de eo. 204,1,ne pars,leg.ut pars. 216,17,præſentatorum, leg.præſentatarum. 217,31,idoneè,leg.ideò ne. 244,43,voluit,leg.noluit. 246,70,non debeant,leg.an debeant. 249,6, pacto, leg. parte, 250,27, poſt,leg.poteſt.251,45,æſtas,le.iſtas. 255,28,*in ſum.*ſolutionis ſolutio,leg.ſolutionis præſumptio. 256, 3,ego,leg. eo. *ibid.*6,præſer.ieg.præſcrip. 258,24, præſer. leg. præſcrip. 260,51, naſcitur, leg.non naſcitur. 261,52,ubi plures, leg.ubi plura. *ibid.*54,annorum,leg.annuorum. 262,62,omnibus,leg. nominibus. 267,22 ſi tibi,leg,ſi ibi. *ibid.*27,non poſſit,leg.poſſit. 270,45,& eſt induſtria,leg.& ex induſtria. 273,13,in tequiratur, leg. an requiratur. 284,29,matetiæ,leg.materia. *ibid.*33,filii, leg. filios, 299,8,eurari,leg.iurari. 304,17,reo ſequeſtratæ,leg.rei ſequeſtratæ. 305,30,vitati. leg.uſitati. 310, 36, penès,leg.penès uxorem. 314,18,in additione,leg. aditione. *ibid.*22, cum qua cauſa, leg. cum aliqua cauſa. 315,49, admovei,leg.admonet. 320,13,per ea,leg.pro ea. 322,36,quo leg.ex quo. 320,8,*in ſum.* videre,leg.viduæ, 330,18,ſtatim in,leg.ſtatim ſi in. 334,1.quod data,leg.quòd dos data. 355,19,opponere,leg.appanere.336,27,opponere,leg.apponere. 337,29,ſen ſu,leg.cenſu.340.31,cæ;terum,lec.cæterum.341,7,& alia,leg.& alii. *ibid.ibid.*quos,leg.eos.*ibid.ibid.*notati,leg.notata. 342,44,*in ſum.*tempore firmæ. 345,34,venditor,leg.creditor. *ibid.*35,ceſſio,leg.ceſſi. 353,17,prohibitorem, leg.prohibitionem. *ibid.*15,*in ſum.*puberes,leg.puberibus.355,11, & annis,à annis. *ibid.ibid.*impubeſcentia,leg. in pubeſcētia.*ibid.*12,petitur,leg.patitur. 358,36,minori verò,leg. maiori verò.262,54,var.1,leg.var.2, *ibid.*57,ſeeluſa contrarium non declaraverint; adeò ut clauſula approbatione contractus,leg.contrarium non declaraverint; adeò ut ſecluſa approbatione contractus. 364,59, ſtatutū,leg.ſtatum *ibid. ibid.*Franch leg Iranç. 365,65,& ille authoritatem interponit, leg. & illi authoritatem interponunt. 368,21. eum,leg.cum,*ibid.*22,eum,leg.cum. 370,38,previdere,leg.providere, 373,20, venditore, lege vendita re.380,3.oppoſitæ,leg appoſitæ. 386,50,lib.2,à n.253.leg lib.3,cap.13, à n.253. 388,16, Cancer. leg. Carena. 389,21,ſibi,leg tibi.395,16,*in ſum.*uxerini,leg.uterini. *ibid.* 6,ſtatum,leg.ſtatutum. 400. 6.*in ſum.*Et ita,leg.& iſta.*ibid.*6. ita leg.iſta. 402,8,*in ſum.*preſentanda,leg.præſtanda. *ibid.*10,*in ſum.* deſtrahendum leg.deſtruendum. *ibid.*23.*in ſum.*auo,leg.aut. 403,26,*in ſum.*ii,leg.ei. 407,35, *in ſum.* conductionem,leg.conductorem. 445,42,appellandi,leg.appellanti. 470,1,reus,leg.reum. 472,4,*in*

ſum.

*ſum.*commiſſis delictis,leg.commiſſi delicti. 473,7.communi,leg.communis. *ibid.* 9, delectis, legē delictis. *ibid.*10, ſivè publicis,leg.ſivè publicis, ſivè privatis. *ibid.*14,patria,leg.partis. *ibid* 15,partis inſtantia,leg. ſi partis inſtantia. *ibid ibid.*ante ſi tamen,leg ante tamen. 478, *in rub.* fleret,leg.foret. *ibid.ibid* eum.le.cum.482,14,*in ſum.*in alıis,le.an aliis 485,3,in criminibus,le.in criminalibus. 487, 4. Iudex offitio,le.Iudex ex officio. *ibid.*8,*in ſum.*conſ:nſus,le.conceſſus. *ibid.ibid.*concedi. le.concedendi. 493,5,*art.n.60*,le.*ar.2,n.60.* 496,5,aceuratore,le.accuſatore.*ibid.*6,cedi,le,concedi.497,11, de dicti,le.delicti. 501,2, ſtatuo,le.ſtatuto. 503,4,*ſeſte*,le.teſti. *ibid ibid.*tſtis ſit, le.teſtis ſit ſtandū. *ibid* 6,dicti,le.dictus 504,3 Imaginarum,le.Imaginum. 505,4,adulterii,le.adulteri. 506,4,adulterii, leg. adulteri. 509,12,ubideflorante,le.ubi de deflorante. 512,10, *in ſum.*Ecclesiaſticæ,le.ſeculari.516, 5, homicidio commiſſo,le.in homicidio commiſſo. 517,15, condemnatur, leg. condemnatus. 529,8, don le non. 533,6,ſic perpetuum,le.in perpetuum.*ibid.*2,in competente,leg.in componente. 548,21, falſiſque litteris,le.falſaſque literas549,25omittat. le.amittat.553,6,non autem,le.nomen autem. 556, 5, iudic:i arbitrio,le.Iudicis arbitrio. 558,5,pactis,le.partis. 561,15,tradit,le.traditi. 566,16,penè,leg. pœnæ 568,1,*in ſum.*frangente in carcerem,le.frangentem carcerem. 572,14,*in ſum.*pœnæ,leg.pœna. 573,10, ut ſi locus, le.ut ſit locus. *ibid.*14,ſic autem,le ſi autem. 588,3, rem emit, le. qui rem emit. 591,4,aromatariæ,le.aromata 596,7,aduore,l.admovere. 605,1,*in ſum.*neceſſarium,le.neceſſariarum. 613,1,domus,le.domos. 622,13,conſumum,leg.conſumam. 635,1,*in ſum.* Purciū, le.porcorum. 636, 4, quam, lege quem.

Plura alia, benigne Lector, invenies errata, in quibus ex unius, vel alterius litera falſitate vocum, vel numerus, vel perſona, vel caſus, vel debita terminatio, & ortographia violatur: quæ ex te ipſo cognoſcere facilè poteris, quæ admiratione digna non ſunt, cùm editionem, illiúſque correctionem ſolius Typographi tribuere coactus fui ob tam moleſtum, ac continuum ſtatum valetudinis, in qua per plures menſes conquieſco, ideò deprecor, ut fallaci impreſſionis conditioni pro tua humanitate digneris condonare.



INDEX

INDEX RUBRICARUM

PRIMI LIBRI.

§ De

De

LIBRI SECUNDI.

De

LIBRI TERTII.

De

LIBRI QVARTI

De

De

LIBRI QVINTI.

De

Quod

LIBRI SEXTI.

De

FINIS.

PRÆ-

PRÆLUDIA GENERALIA AD MATERIAM STATUTORUM.

SVMMARIVM.



1 *STATVTVM est illud ius, quod unaquaque Civitas sibi constituit.*
2 *Statuti appellatione venit etiã consuetudo.*
3 *Statutum, & consuetudo à pari procedunt.*
Licet contrarium teneat FeuZonus, nu.4.
5 *Statutum ubi est, illud est attendendum.*
Non autem ius commune, num.6.
7 *Statutum dicitur ius commune Civitatis.*
Et ideò illud est omnino servandum, nu.8.
Cùm illius decisio reddat inanem omnem disputationem, num.9.
10 *Statutum habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam.*
11 *Statutum est interpretandum, ut corrigat ius commune minus quam fieri potest.*
Itant si potest corrigere in uno, vel in pluribus interpretandum sit, quod in uno tantùm corrigat, num. 12.
13 *Statutum recipit interpretationem passivam à iure communi.*
Itant quando est conforme iuri communi recipiat omnes eius ampliationes, & limitationes, num.14.
15 *Statutum recipit interpretationem ab alio statuto.*
16 *Statuti una pars declarat aliam.*
17 *Statutum recipit interpretationem magis ab alio statuto, quàm à iure communi.*
Cùm in habentibus simbolum facilior sit transitus, num. 18.
19 *Statum recipit interpretationem à statuto Civitatis dominantis.*
Et à statutis aliarum Civitatum, numero 20.
21 *Statutum recipit interpretationem à consuetudine, & observantia.*
Ratio affertur, num. 22.
23 *Observantia interpretativa non est necesse, quod sit præscripta.*
24 *Statutum non recipit interpretationem à iure communi, si illi est contrarium.*
25 *Statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem.*

 Etiamsi

Etiamsi statutum mandet, illud intelligi prout iacet, num. 26.

27 Statutum est interpretandum, ut non mereatur à Sapientibus reprehendi.

Et ne iniquitatem in se contineat, n. 28.

Et quod illud non sit mancum, nu. 29.

30 Statutum loquens cum aliqua qualitate, non habet locum nisi concurrente qualitate.

Ratio affertur, num. 31.

Cùm qualitates statuti sint de forma, numer. 33.

34 Statuta alia sunt ordinatoria, & alia decisoria.

Ordinatoria sunt, quæ dant certam formam procedendi, num. 35.

Decisoria verò, quæ litis decisionem respiciunt, num. 36.

37 Statuta ordinaria servanda sunt in foro, ubi lis agitur, etiam inter forenses.

Ratio affertur, num 38.

Ac etiamsi litigantes essent Clerici litigantes in foro laici, num. 39.

Licet secùs sit in decisoriis, num. 40.

Nisi clericus agens fundet se in statuto, num. 41.

42 Laici litigantes in foro Ecclesiastico ligantur ordinatoriis iudicii.

43 Statutum decisorium non ligat forenses litigantes in foro statuti.

44 Statutum in dubio præsumitur usu receptum.

Quæ præsumptio transfert onus proband. contrarium in adversarium, nu. 45.

Quicquid contrarium senserint aliquid Doctores, num. 46.

Et eo magis si statutum sit descriptum in volumine statutorum, num. 47.

Et conservetur in Archivio publico, num. 49.

Nisi tamen Statutum sit cõfirmatum cum Clausula. Quatenus in usu, num. 48.

Præsumitur tamen esse in usu, si sit conforme iuri communi, num. 50.

51 Statutum quod non sit in usu non sufficit probare, quod casus non evenerit.

Sed est probandum, quod casus evenerit, & fuerit servatum contrarium, num 52.

Ratio affertur, num. 53.

Intellige de consuetudine populi habentis authoritatem legis condendæ, num. 54.

55 Testes volentes probare statuti non usum, quomodo debeant deponere.

56 Statutum usu non receptum non est servandum.

Cùm illud non dicatur statutum, nu. 57.

58 Statutum habet tacitam conditionem, si usu recipiatur.

59 Iurans servare statutum non tenetur servare illud, quod non est in usu.

60 Statutum usu non receptum, non ligat Cives nec forenses.

61 Populi subiecti Sedi Apostolicæ non possunt condere statuta sine confirmatione Papæ.

Maximè si statutum sit iuri communi contrarium, num 62.

Ita ut non sufficiat confirmatio præsumpta ex cursu temporis, num. 63.

Quæ procedunt etiam, in aliis Civitatibus recognoscentibus superiorem, nu 64.

Possunt tamen illa condere circa administrationem suorum bonorum, num 65.

Ratio affertur, num 67.

Dummodo in eis non apponant pœnam, num. 68.

65 Statuta condere est iurisdictionis.

69 Confirmatio statuti in forma communi quando dicatur facta, & num. 70.

Et quando dicatur facta in forma specifica, num. 71.

72 Confirmatio statuti in dubio censetur facta in forma communi.

73 Confirmatio statuti præsumitur ex observantia longi temporis.

Quæ vix potest verificari in Statu Ecclesiastico, num. 74.

Dicta tamen confirmatio censetur solum facta in forma communi num. 75.

Nisi tamen illa deduceretur ab immemoriabili, num. 76.

77 Confirmatio in forma communi non sufficit quando statutum est contra ius.

Quicquid sit quo ad statutum exclusivum fœminarum, num. 78.

Et quo ad statuta rationabilia, num. 79.

80 Statutum exorbitans requirit confirmationem in forma specifica.

Licet secùs sit, si illud sit favorabile, num. 81.

82 Statutum contra ius commune non censetur confirmatum per generalem confirmationem.

Dummodo in confirmatione non sit clausula suadens contrarium num. 83.

Vt stante clausula, dummodo non sint contra libertatem Ecclesiasticam, nu. 84.

85 Statutum nullum, vel iniustum non censetur confirmatum per generalem confirmationem.

Neque statutum contrarium Sacris Canonibus, & libertati Ecclesiasticæ, nu. 86.

Neque statutum odiosum odio irrationabili, num 87.

88 Confirmatio in forma communi continet clausulam dummodo leges confirmatæ sint honestæ, & iuri communi non contrariæ.

89 Confirmatio in forma specifica validat statutum contra ius.

Cùm

Cùm illa habeat vim novæ legis, n.90.

Maximè si Papa mandet statutum inviolabiliter observari, num. 93.

91 Statutum confirmatum à Papa in forma specifica dicitur Papale

Secùs si sit confirmatum in forma communi, num.92.

94 Forma statuti est præcisè servanda.

Aliàs actus est nullus, num. 95.

96 Forma statuti censetur substantialis.

97 Formæ omissio vitiat actum etiam si omissio sit in modico.

Cùm forma sit de genere indivisibilium, num. 98.

Etiam si omittatur in favorabilibus, num.99.

Ita ut ab omissione formæ non excuset ætas, vel alia causa, num. 100.

101 Forma non potest impleri per æquipollens.

Nisi illa respiciat aliquem effectum, num. 102.

103 Forma à statuto inducta an partes possint renunciare remissivè.

104 Forma censetur inducta quando lex mandat, actum certo modo fieri.

Maximè si mandet aliter fieri, quod de iure communi, num. 105.

106 Forma censetur inducta stante decreto irritanti.

Et quando statutum loquitur conditionaliter, num. 107.

Et per ablativos absolutos, num. 108.

Et quando statutum dicit, actum aliter fieri non posse, num. 109.

110 Forma non censetur inducta quando statutum imponit pœnam.

Licèt contrarium teneant aliqui, numero 111.

112. Statutum recipit interpretationem à communi usu loquendi.

Ratio affertur, num. 113.

Etiam stante statuto, quod illa intelligantur ad literam, num. 114.

Cùm d. statutum non tollat legitimam interpretationem, num. 115.

Et etiam si statutum sit correctorium, num. 116.

Et communis usus loquendi præfertur etiam propriæ significationi vocabuli, num. 117.

Nisi statutum mandet illud intelligi secundum propriam significationem, n.118.

Quæ procedunt in communi usu loquendi loci statuti, num. 119.

Probato, quod d. communis usus loquendi adesset tempore conditi statuti, nu.120.

Si tamen statuta latinè prolata habeant vulgare distinctum, num.121.

122 Communis usus loquendi an debeat esse peritorum vel vulgarium remissivè.

123 Statuta sunt stricti iuris, & ideò strictè sunt intelligenda.

Et quod tantum disponant quantum loquuntur, num. 124.

Maximè si statuta sint contra ius commune, num. 125.

Cùm illa interpretentur, quod lædant ius commune minus quam fieri potest, num. 126.

Et idem est in statutis odiosis, quæ strictè interpretantur, num. 127.

Nisi tamen in statuto odioso esset expressa ratio, num. 128.

Et idem est in statuto exorbitanti, numero 129.

130 Statutum iuri communi contrarium non extenditur neque ex maioritate rationis.

Et eo magis si statutum sit correctorium & pœnale, num. 131.

Nisi tamen in statuto correctorio esset ratio scripta, num. 132.

Ac etiam si non sit scripta, sed unica afferri possit, num. 133.

Ratio affertur, num. 134.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 135.

136 Statutum correctorium non extenditur etiam si corrigat ius commune tantum in parte

Licet contrarium teneant aliqui, numero 137.

Et etiam quando nos reducit ad terminos iuris antiqui, num. 138.

139 Statuta civitatis servanda sunt etiam in castris ei subiectis.

Nisi tamen castra habeant particularia statuta, num. 141.

Ita ut statuta castri præferantur statutis civitatis dominantis, num. 142.

Nisi tamen statuta castri loquantur generaliter, & statuta civitatis specialiter, num. 140.

143 Statuta civitatis an ligent in castris separatis remissivè.

144 Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis.


Non dicitur casus omissus quando ille sub verbis comprehenditur, num. 145.

Et quando statuentes requisiti idem respondissent, num. 146.

147 Statutum non porrigit vires extra territorium.

Cùm statuta condere sit actus iurisdictionis, num. 148.

Populus extra suam iurisdictionem dicitur persona privata, num. 149.



PRÆLUDIA.

D Præludiorum igitur generalium materiam statutorum concernentem accessurus invocatione Divini auxilii prius præmissa unà cum Boetio.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Da Pater Augustā iuris pertingere mentē
Da legum lustrare decus, da luce reperta
Difficiles verò sensu dissolvere nodos.

1 Firmo igitur primò conclusionem, quod Statutum est illud ius, quod unaquæque Civitas sibi constituit, quod etiam ius municipale dicitur, *§. ius autem civile, & ibi glos. & Doct. Inst. de iure natur. gent. & civil. l. omnes populi, 9. & ibi Doct. ff. de instit. & iur.* & not. *Card. Tusch. practic. conclus. litt. S, conclus. 426. in princip. Carpan. ad Stat. Mediolan. in prælud. in princip. & Fenzon. ad Satut. Vrb. in princip. num. 1.*

2 Statuti autem appellatione venit etiam consuetudo ut tradunt *Ias. in d. leg. omnes populi, in prima lect. numer. 6. ff. de instit. & iur. Cravett. cons. 251. num. 3. Alex. cons. 190. num. 11. lib. 2. Card. Tusch. d. conclus. 426. num. 4. & Barbos. de appellat. verb. signif. appel. 249. n. 1.*

3 Cùm statutum, & consuetudo à pari procedant, itaut valeat argumentum de uno ad aliud; *Alex. d. cons. 190. numer. 11. & 12. Curt. Iun. cons. 6. num. 4. & cons. 71. num. 2. Decian. cons. 100. num. 46. vol. 2.* & alii plures quos refert, & sequitur *Barbos. in loc. commun. argum. loco 105. nu. 3. & d. appellat. 249. per tot. Giurb. ad Consuet. Messan. in proœm. num. 22. & Rota decis. 210. num. 5. apud Card. Ottobon.*

4 Licet contrarium sentire videatur *Fenzon. ad Statut. Vrb. in princip. num. 2.* volens, verbum statutum intelligi de iure scripto, non autem de iure non scripto, quod est consuetudo, ut ibi per eum.

5 Vbi autem reperitur statutum illud est attendendum, cùm illud faciat recedere à iuris communis dispositione *Bart. & alii in dict. leg. omnes populi, 9. ff. de instit. & iur. Roman. cons. 195. in princip. Ciriac. controvers. 176. n. 25. & controv. 504. num. 40. & 41. Carpan. ad Stat. Mediolan. in prælud. Rota apud Duran. decis. 129. num. 2.* & dixi Ego *alleg. forens. 1. num. 75.*

6 Itaut quando statutum, & ius commune repugnant Iudex non debet servare ius commune, sed statutum, ut tradunt *Baldus in auth. sed novo iure, num. 3. C. de servit. fugit. & in auth. hodiè nu. 2. C. de iudic. Ias. cons. 180. col. fin. & cons. 238. col. 2. lib. 2. Card. Tusch. pract. concl. litt. S, concl. 439. nu. 6. & Rot. decis. 271. n. 6. part. 13. recen.*

7 Nec mirum cùm Statutum dicatur ius commune Civitatis, ut notant *Baldus in leg. constitutionis, numer. 2. C. de bon. quæ libe.* plenè *Zanch. in leg. heredes mei, §. cùm ita sub num. 1119. ff. ad Trebell. Card. Mantic. de conject. ultim. voluntat. lib. 6. tit. 7. numer. 2. Peregr. cons.* 101. *num.* 11. *lib. 3. Aldovin. cons.* 100. *num. 55.*

8 Et ideò illud est omnino servandum, *Ciriac. controu. 702. num. 1. & seq. Paitell. expedit. 98. numer. 3. & seq. Rota decis. 311. num.... part. 11. recen. & decis. 154. num. .... part. 14. recent.*

9 Itaut illius decisio reddat inanem omnem disputationem, *Socin. Iun. cons. 37. sub num. 12. lib. 2. Cravott. cons. 2. num. 21. Caph. cons. 138. num. 20. vol. 1. Aldovin. cons. 1. num. 27. & cons. 37. num. 2. & cons. 89. num. 5. Ciriac. controu. 702. num. 2. & 3.*

10 Cùm habens statuti dispositionem pro se, dicatur habere intentionem fundatam, & rem certā, & manifestam *Schrad. cons. 14. n. 93. lib. 1.* & ante eum *glos. in l. omnis diffinitio, 203. ff. de reg. iur. Aldro. cons. 12. n. 1. & cons. 36. n. 1. & cons. 45. n. 6.* & dixi Ego *alleg. foren. 20. n. 51.*

11 Est tamen interpretandum statutum, ut corrigat ius commune minus, quam fieri potest, ut not. *Doctor. in leg. omnes populi, 9.*

ff. de iust. & iur. & in leg. fin. §. in computatione, C. de iure delib. Mascar. de gener. stat. interpr. concl. 12. *num.* 1. *& seq. Ciriac. controv.* 25. *num.* 13. *& controv.* 104. *num.* 40.

12 Itaut si statutum possit corrigere ius commune in uno, vel in pluribus interpretari debeat, ut in uno tantum corrigat, ut voluerunt *Rolan. cons.* 97. *num.* 21. *lib.* 2. *Paris. cons.* 110. *num.* 6. *lib.* 3. *Mascar. de gener. stat. interp. d. concl.* 12. *num.* 2. ubi alios dat concordantes, & *Rota decis.* 778. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.* 161. *num.* 13. *part.* 2. *divers. & decis.* 42. *num.* 3. *par.* 12. *recen.*

13 Maximè cùm statutum recipiat interpretationem passivam à iure communi, ut docent, *Hond. cons.* 93. *num.* 74. *lib.* 2. *Mascar. de gener. Stat. Interp. concl.* 2. *num.* 1. *& seq. Capic. Latr. decis.* 56. *num.* 17. *part.* 1. *Giur. ad Consuet. Messan. cap.* 3. *glos.* 9. *num.* 4. *Ciriac. controv.* 703. *num.* 6. *Rube. in singul. Rota Rom. tom.* 2. *de stat. interp. observat.* 7. *numer.* 1. dicens, hoc procedere etiam si statutum sit odiosum, ut ibi per eum, & *Rota decis.* 204. *num.* 11. *& decis.* 277. *numer.* 4. *part.* 13. *recent. & apud. Bichium, decis.* 359. *numer.* 41. *part.* 2.

14 Itaut quando statutum disponit idem quod ius commune recipiat omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas recipit ius commune in d. materia, *Gallin. de verb. signific. libr.* 10. *cap.* 32. *numer.* 39. *&* 40. *Mascard. de gener. statut. Interp. conclus.* 2. *numer.* 71. qui alios adducit ita sententes, *Ciriac. dict. contr.* 703. *n.* 7.

15 Et recipiat etiam interpretationem ab alio statuto, ut not., *Caball. cons.* 128. *num.* 193. *lib.* 2. *Honded. cons.* 2. *num.* 14. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 196. *numer.* 4. *lib.* 2. *Giurb. ad Consuet. Messan. cap.* 2. *glos.* 1. *numer.* 15. *Mascard. de gener. statut. interpr. concl.* 2. *numer.* 110. *& Rota decis.* 187. *numer.* 31. *part.* 13. *recen.*

16 Cùm una pars statuti declaret aliam, *Cabal. dict. cons.* 128. *numer.* 294. *lib.* 2. *Thob. Noni.* 94. *numer.* 25. *Aldou, cons.* 32. *numer.* 18. *Mascard. de gener. statut. interpr. dict. conclus.* 2. *num.* 112. *Carpan. ad Stat. Mediol. libr.* 1. *in prælud. num.* 331. plenè *Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *glos.* 1. *numer.* 16. alios adducens ita sententes, *& Rota decis.* 387. *num.* 31. *part.* 13. *recen*, *& decis.* 20. *num.* 2. *part.* 14. *recent.*

17 Et magis recipit interpretationem ab alio statuto, quàm à iure communi, ut tradunt *Paris. cons.* 97. *numer.* 13. *lib.* 3. *Caphal. cons.* 146. *numer.* 17. *lib.* 1. *Deci. cons.* 110. *numer.* 2. & alii plures quos refert, & sequitur *Mascard. de gener. stat. interp. dict. concl.* 2. *nu.* 116. *& seq.* cum quibus pertransit *Giurb. ad Consuet Messan. cap.* 2. *glos.* 1. *num.* 15.

18 Cum in habentibus simbolum facilior sit transitus, *l. sed cum patr. n.* 6. *ff. de liber. posth. l. an inutilis,* 8. *ff. de acc ptil.* & n.t. *Ancar. cons.* 422. *num.* 4. *& Masc. d. conclus.* 2. *num.* 117.

19 Et recipit interpretationem etiam à statuto Civitatis dominantis, ut post *Castr. Cern. Soccin. Iun. & alios per eum adductos* firmat *Mascard. de gener. stat. interpr. concl.* 2. *num.* 85. *&* 86. & novissimè *D. Deluca in Theatr. verit. & iustit. tom.* 6. *in tit. de d...* *discurs.* 105. *num.* 12.

20 Nec non à statutis aliarum Civitatum, & locorum, ut probat idem *D. de Luca in Theatr. veritat. & iustit. tom.* 2. *in titul. de regal. discur.* 83. *numer.* 4. *vers. quoniam, &c. & tom.* 4. *in titul. de servit. discurs.* 2. *numer.* 19. *tom.* 11 *in titul. de success. discurs.* 41. *numer.* 192. ubi concordantes.

21 Amplia supradicta, ut statuta recipiant interpretationem non solum à iure communi, & ab alio statuto, sed etiam illam recipiant à consuetudine, & ab observantia, taut secundum quod consuetudo, & observantia illa declaraverit, ita veniant intelligenda, & observanda, cùm hæc dicatur potius attuetudo, quàm consuetudo, ut not. *Bertaz. cons. civil.* 71. *num.* 21. *& seq. Alex. cons.* 39. *col.* 1. *lib.* 3. *Paris. cons.* 56. *num.* 94. *lib.* 2. *Bru. de statut. exclus. formi. art.* 15. *quæst.* 7. *num.* 15. *Mascar. de gener. statut. interpr. d. conclus.* 2. *num.* 139. *& seq. Alois. Mansin. consult.* 81. *num.* 87. *&* 88. *& Rot. decis.* 136. *num.* 15. *coram Card. Ottobon.*

22 Cùm omnis dispositio sive legalis, sive statutaria, sive hominis privati, sive Principis regulam recipiat à consuetudine, ut tradunt *Deci. cons.* 48. *num.* 2. latè *Gabr. commun. concl. de consuetud. concl.* 1. *num.* 1. *& seq. Ludov. concl.* 38. *ferè per tot. & Mascard. d. concl.* 2. *n.* 147. ubi alios dat concordantes.

23 Quæ quidem observantia interpretativa non est necesse, quod sit præscripta; sed sufficit, quod aliquando, ita fuerit observatum, ut docent *Andreol. controv.* 84. *numer.* 22. *Altograd. cons.* 18. *sub num.* 27. *lib.* 1. *Rota decis.* 419. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & decis.* 169. *num.* 21. *part.* 12. *recent.* ubi aliæ recensentur, & dicitur sufficere unicum actum, ut ibi per eam.

24 Statutum autem non recipit interpretationem à iure communi quando contra aut falsè præter illud disponit, ut declarant *Bald. in l. maximum vitium* 4. *num.* 14. *C. de libe. prat. Rolan. de lucr. dotis quæst.* 30. *num* 13.

Castil.

Castill. decis.90. num.14. & seq. Mascard. de gener. statut. interp. dict.concl.2.num.226. & seq benè declarans *Gratian. discept. forens. cap. 300. num. 15. & 16.part.2. & Rota apud Bichium decis.460. numer.35. tom.2.*

25 Statutum verò excludens interpretationem non excludit interpretationem bonam, & rationabilem, ut voluerunt *Bart. in dict. l. omnes popul. 9. num. 65. & ibi Calcialup. num. 276. ff. de iustit. & iur. Deci. cons. 64. in fin. Theodor. Rub. in sing. Rota Roman. tom.2. circa stat. interpr. observ. 7. §. 2. & Rota apud Card. Seraph. dec. §. 496.n.12.*

26 Etiam si statutum mandet illud esse intelligendum prout iacet, quia adhuc non tollit legitimas interpretationes, ut adnotarunt *Gabr. cons. 14. num. 5. lib.1.& cons.15. num. 1. lib. 2. Menoch. cons. 541. num. 31. lib. 6. Thesaur. decis.169.num.6. & 12. Theod. Rub. dict.obser.7.§.3. Rota decis.548.num.9.part. 1. recent.*

27 Quibus addo circa statutorum interpretationem, quod statutum, ita venit interpretandum, nè à sapientibus mereatur reprehendi, ad tex. *in l. si salvius aristo. 6. ff. de leg. praest. Rolan. cons. 72. num. 43. lib. 1. Caph. cons. 765. num. 35. lib. 5. Rota dec. 708. num. 5. part. 1. divers. & apud Merlin. decis.564. num.14.*

28 Et ne iniquitatem in se contineat, *D. meus de Luca in Theatr. veritat.& iust.tom. 11. in tit. de success. discurs. 15. num. 12. Rot. apud Merlin. dict. decis. 564. num. 14. & decis. 581. num.16.*

29 Et quod illud non sit defectuosum, & mancum, ut pariter probat *Rota apud Merlin. decis. 581. num.28.* & *29.* ubi concordantes recensentur.

30 Advertendum tamen est, quod si statutum loquatur cum aliqua qualitate, illius dispositio non habet locum, nisi probata dicta qualitate à statuto requisita, ut tradunt *Graff. de except. except. 2. num.3. & seq. Ciriac. controv. 216. num.17. & controv.313. num. 4. & controv. 356. num. 9. Andreol. controv. 193. num. 2. Surd. cons.45. num.14. & seq. vol. 1. Paitel. 1. Tract. 19. & Rota apud Merlin. decis. 366. numer. 10. tom. 2. & in Bononien census 4. May 1643. coram R.P.D. Ghisilerio §. non obstat statutum, &c.* & dixi ego *allegat.forens. 37.num. 29. & allegat. 70. num. 33.*

31 Quando enim qualitas est causa alicuius effectus, non sufficiat adesse factum, nisi adsit illa qualitas, *Bald. in l. matrem, 17. num.2. & ibi Add.n.C. de probat. Graff. d. except.2. num. 6.* qui alios dat concordantes, *Paul. Rub. de validit. legal.cap.46.num.40.* & dixi ego *in Resol. crim. in vers. qualitas, Resol. uni. num.1. vers. Quando enim, &c.*

32 Et qualitates statuti esse de forma, & substantia actus tradunt *Tiraquel.de retract. lignag. §. 30. glos. 2. num.24. & seq. Menoch. cons. 541. num. 3. vol.6. Aldovr. cons. 33. num.4. & cons. 40. num 26. & cons. 51. num. 26. & Ladereh. cons.8.num.17. & cons. 186. num. 10.*

33 Quæ adeo vera sunt, ut si plures à statuto requirantur qualitates, omnes sint probandæ, ita ut una non probata statuti dispositioni non sit locus ad text. *in l.4. §.praetor ait, ff. de damn. infect. & in l. si haeredi plures 5. ff. de condit. inst.* & tradunt *Surd. cons.499. numer.1. in princ. lib.4. Fontanell. de pact. nupt. claus.5. glos.8. part. 9. numer. 25.*& post *Bart. Alex. Becci. Nat. Gratian. & Surd. per eum relatos* tradit *Fenzon. ad stat.urb. in praefat. n. 12.* & dixit *Rota decis. 551. num.1. part. 1. divers. & apud Merlin. dict. decis.866. num. 10. tom. 2.* & dixi ego *in Resol. crim. in verbo Qualitas Resol. unic. num.6.*

34 Præscindendum est etiam, quod statuta sunt in duplici differentia, quædam enim dicuntur ordinatoria, & quædam decisoria, ut declarant *Card. Tusch. pract. conclus.littera S, conclus. 461. num. 7. & Fenzon. ad stat. vrb. in praefat. nu.2.*

35 Statuta autem ordinatoria dicuntur, quæ dant certum modum procedendi in iudicio, & non tangunt iustitiam causæ, vt docent *Corn. cons.187. num. 18. Card. Tusch.pract. concl. litera S, concl. 456. in princ. & Fenzon. ad stat. Vrb. in praefat. num.3.* & plura exempla de utriusque ponit *Mascard. de gener. statut. interpr. conclus. 7. num. 76. & seq. & Scacc. de iudic. lib.2. cap.2. num.456. & seq.*

36 Decisoria verò dicuntur illa, quæ litis decisionem respiciunt, sicuti testium attestationes, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, ut declarant *Card. Tusch. pract. conclus. litera S, conclus. 458. num. 1. & seq. Mascard. de gener. statut. interpr.conclus. 7. num. 76. & seq Scacc. de iudic. lib. 2. cap.2. num. 455. & seq. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect.2. nu.135. & seq. & Fenzon. ad stat. vrb. in praefat. num.4.*

37 Statuta autem ordinatoria iudicii servanda sunt in foro, ubi lis agitur etiam si litigantes sint alterius fori, & forenses, ut not. *Bart. in l. 1. num. 15. C. de Summ.Trin.& fide Cath. Alex. cons. 164. numer. 3. lib. 6. Fenzon. ad stat. urb. in praefat. num. 5. & cap. 66. num. 35. Mascard. de gener. stat. interpr.*

interpr. concl.6. num.195. Asin. in pract. in princip. cap.8. num. 6. Barz. decis.41. n.15. Thes. Iun. quæst. forens.7. num.9. lib. 2. Carol. de Graff. dict. effect. 2. num. 133. & dixi ego *allegat. foren. 72. num.6.*

38 Cùm in iudicio quasi contrahatur, *l. 1. §. idem scribis, ff. de pecul. l. de ætate 12. §. qui interrogatur, ff. de inter. actio. Fenzon. in d. præfat. num.6.* & ideo ratione d. quasi contractus efficitur subditus ille, qui aliàs non erat subditus, *l. hæres absens 19. §. proinde, ff. de iudic. cap. fin. de foro compet.* & tradunt, *Roman. Castr. Bellam. Blanc.* & alij relati per *Scacc. de iudic. d.lib.2. cap.2. num. 525. & seq. & per Fenzon. in dict. præfat. num.7.*

39 Ac etiam si litigantes essent Clerici, qui ligantur statuto laicorum litigantes coram Iudice laico in iis, quæ respiciũt ordinatoria causæ, ut not. *Deci. Felin. & alii in cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. Fenzon. ad stat. Urb. in d. præfat. num.8. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 32. num. 10. Gras. de except. in præmd. num. 91. Asin. in pract. in princ. cap. 8. num. 7. Episc. Leo in Thes. for. Eccles. part.1. cap. 11. nu.4. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. num. 132. Caren. resol. 115. num.4. & Sperell. decis.135. num.106. & seq. part.2.*

40 Licet secus sit in decisoriis, quia iis Clerici non ligantur, sed attenduntur leges sui fori naturalis, ut tradunt *Seraph. de privil. iuram. privil. 77. numer.25. Carol. de Graff. dict. effect. 2. nu. 147. Gail. dict. observ. 32. num.10. lib.2. Graff. de except. in præmd. nu. 92. Episc. Leo in Thes. fori Eccles. part. 1. cap. 11. num. 4.* benè comprobans, & latè firmat *Sperell. decis. 100. num. 22. part.1.* ubi dicit, hanc esse veram, communem, & in praxi servatam opinionem, reprobans *Carol. de Graff.* ubi supra quamplures Doctores referentem pro contraria opinione, *& decis. 135. num. 10. part. 2.*

41 Nisi tamen Clericus agens fundet se in statuto, quia tunc secundum illud eiusquè qualitates iudicandum esset, ut not. *Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glos.13. nu. 7. & Sperell. decis. 11. num. 17. & seq. & dict. decis. 100. num.23. & dict. decis.135. num. 113.* necnon *Gargiar Iun. cons. 4. num.5. lib.1.*

42 Et idem est quando laici litigant in foro Ecclesiastico, qui ligantur ordinatoriis iudicii Ecclesiastici, cùm in ordinatoriis semper servandum sit statutum, seu consuetudo illius loci, ubi causa agitatur, licet secus sit in decisoriis *Doct. in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fide Cath. Deci. in cap. S. Mariæ, 10. num. 42. de constit. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex def. proces. num. 56. Scacc. de iudic. lib.2. cap. 2. num. 652.* ubi testatur de communi opinione, *& cap. 5. num. 189. Gail. dict. obser. 32. num. 10. lib. 2. Fenzon. ad stat. urb. in præfat. num.10.* ubi alios dat concordantes, *& Rota apud Greg. XV. decis. 352. num. 7. & ibi Adden. num.11.*

43 Et sicut statutum decisorium non ligat Clericos, ita neque ligat forenses litigantes in foro statuti, ut dicit *Mascard. de gener. stat. interpr. conclus.6. num.196. & Fenzon. ad stat. Urb. cap. 66. in fin. & Rota decis. 673. num. 1. part. 1. diversor.* addo *Post. de subhastat. inspect. 29. num. 56. & alios per me adductos allegat. foren.72. num.7.*

44 Statutum autem in dubio præsumitur usu receptum, *Hond. cons.4. num.91. lib.1. Mascard. de gener. statut. interpr. concl.6. n.96. Morot. cons. 34. num. 3. Gratian. discept. foren. cap. 39. num. 3. part.1. Rolan. cons.90. num.53. lib.1. & cons.99. num.39. lib.2.* idem *Gratian. decis. March. 14. num.9. Capic. Latr. decis. 152. num.6. tom. 2. Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom.2. circa stat. interp. observ.12. §. 1. Rota decis. 393. num. 3. part. 2. recent. & decis. 169. num. 7. part. 11. recentior. & decis. 428. num.49. part.13. recent.*

45 Quæ præsumptio transfert onus probandi contrarium in eum, qui dicit statutum non fuisse usu receptum, *Ceph. cons. 315. nu. 23. lib. 4. Honded. d. cons.4. num. 91. Morot. d. cons.34. num. 3.* ubi dicit, ita omnes tenere uno ore, *Gratian. d. decis. March. 14. nu. 9. & 10. & Rot. decis. 517. num.10. part. 5. recent. lib. 2. & decis. 293. num. 11. part. 4. recent. tom. 2.*

46 Quicquid contrarium imò statutum non præsumi usu receptum voluerit, *Ciriac. controv. 14. num.18. & controv. 205. num. 142. & seq. & controvers. 512. num.40.* qui dat duas declarationes, cum quo pertransit *Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt. 2. num. 2. & 3.* & videtur sentire novissimè *Alois. Mansi. I.C. Lucen. consult.6. num.7.*

47 Quæ conclusio, quod statutum præsumitur in usu eo magis habet locum, quando illud repetitus descriptum in volumine statutorum, ut latè probat *Theod. Rub. in singul. Rota Rom. tom.2. circa stat. interpr. observ.12. §. 4.* ubi quamplures adducit Rotæ decisiones, benè *Rota decis. 398. numer. 3. part.2. recentior. & decis.169. num.7. part.11. recent. & decis. 511. n. 5. part.13. recent.*

48 Quæ tamen non habent locum in illis statutis, quæ fuerunt confirmata per Superiorem cum Clausula: Quatenus sint in usu, quia tunc uti volens statuto tenetur probare usum, & observantiam illius, ut probant

Dec.

Dec. conf. 409. *num.*11. plenè *Gratian. dict. decis. March.* 14. *num.*1. *& seq. Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom.*2. *in tract. de clauf. clauf.*612. *in princip.* ubi quamplures affert Rotæ decisiones, *& circa stat. interp. obser.* 13. §. 22. *vers. Quando autem, &c. & Barbos. de clausul. claus.* 124. *numer.* 1. nec non *Rot. apud Comitol. decis.* 136. *in fin. & decis.* 22. *num.*27. *p.*9. *rec. tom.*1.

49 Nisi tamen ageretur de statutis redactis in unicum volumen, & quod custoditur in Archivio loci, nam tunc illius usus præsumitur, & allegans non usum tenetur illum probare, ut not *Dec. conf.* 534. *num.* 9. *& Rot. apud. Card. Seraph. decis.* 153. *num.* 2. *& in perusina de Oddis* 28. *Iuny* 1604. *coram Card. Mellino, & d.decis.* 22. *num.* 29. *&* 30. *part.*9. *recent. tom.*1.

50 Vel ageretur de statuto conformi dispositioni iuris communis, cuius pariter usus præsumitur, ut dicit *Rota d. decis.*22. *num.* 28. *part.*9. *recen.* De quo tamen non parum dubito, cùm decisio *Duran.* 36. *in fin.* hoc non dicat, & *decis.*56. *num.*4. *part.*1. *divers.* per eam adductæ dicant contrarium, licet veriùs usum in dubio præsumi dixerim suprà, *num.*44.

51 Ad probandum verò statutum non esse in usu non sufficit probare, non usum ex eo, quod casus statuti non evenerit puta per mille annos, *Bursatt. conf.* 339. *num.* 16. *lib.* 3. *Honded. conf.*110. *num.*22. *lib.*1. *Morot. conf.* 34. *num.*4. *& conf.*89. *num.* 14. plenè *Rota in Messan. Decanatus* 27. *Ianuar.* 1642. *coram R.P.D. Dunoz.* §. *sed hinc cessat, &c.* ubi plures dant concordantes, & apud *Card. Cavaler. decis.*85. *num.*1.

52 Sed requiritur probatio contrarii usus, quod casus statuti evenerit, & quod petita fuerit illius observantia, & quod illa fuerit denegata, & vel tacitè, vel expressè reiecta, ut probant *Menoch. conf.*201. *num.*61. *& seq. lib.*3. *Honded. d.conf.*110. *num.*22. *lib.*1. *Morot. d.conf.* 34. *num* 4. *& d.conf.*89. *num.*14. *& Rota apud Card. Seraph. decis.*1043. *nu.* 3. *&* 4. *& decis.* 365. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & apud Post. de manut. decis.*154. *num.*43. *& apud Merlin. decis.* 830. *in fin. & apud Bichium decis.*57. *num.*12. *tom.* 1. *& in dict. Messanen. Decanatus* 27. *Ianuar.*1642. §. *sed hinc cessat, &c.*

53 Lex enim, vel statutum nunquam per non usum abrogatur, licet per mille annos non sit factum, quod in lege disponitur, si de contraria observantia non constat, cùm potuerit evenire, quod casus non acciderit, vel quod quis noluerit uti beneficio statuti, & ideo necesse est ad abrogationem legis, vel statuti ostendere, casus evenisse, & contrarium pluries fuisse servatum, & sic per contrariam observantiam inductam fuisse consuetudinem contrariam statuto, ut declarant *Doct. in d. l. de quibus* 32. *& præcipuè Ias. num.* 33. qui testatur de communi opinione, *ff. de legib. Natt. conf.* 56. *num.*4. *lib.*1. *& conf.*575. *num.* 33. *& seq. lib.*2. *Bursatt. conf.* 222. *num.* 22. *lib.*2. *in fin.* ubi pariter testatur de communi opinione, cum quibus illos referendo pertransit *Hond. d. conf.*110. *num.*22. *lib.* 1. nec non *Morot. d.conf.*34. *num.*4. *&* 5. *& d. conf.* 89. *num.* 14. *& Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num.*95.

54 Intelligendo tamen de illa consuetudine, quæ provenit à populo habente ex se ipso authoritatem legis, & statuti condendi, & abrogandi, secùs tamen est si ageretur de Vniversitate, quæ non potest statuta condere sine confirmatione Principis, quia in tali casu illius consuetudo sola non operaretur abrogationem statuti, quia illius est condere, cuius est abrogare statutum, ita ut eadem authoritas requiratur in abrogando, quæ requiritur in statuendo, ut declarant *Borgn. de tutor, & curator. numer.*45. *& seq. Natt. conf.* 574. *num.*1. *lib.*3. *Gallia ad Consuet. Alex. in præfat.*4. *num.* 59. *Alex. conf.* 573. *num.*8. *lib.*6. *Muscard. de gener. stat. interpr. dict. concl.*6. *num.* 92. *&* 93. ubi alios adducit ita sentientes, *& Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num.*78. *& seq. & num.*106.

55 Et testes probare volentes statutum non esse in usu, non sufficit, quod deponant nescire, an illud sit in usu, vel illud non esse in usu, sed debent deponere quod illud non potuisset esse in usu, quin ipsi scivissent, ut post. *Ang. Alex. Dec. & Paris* per eum adductos firmat *Rot. apud. Greg. XV. decis.* 69. *n.*3. Et debent deponere de actu contrario, & reddere rationem d. non usus etiam non interrogati, *Alex. conf.*156. *nu.*15. *lib.* 2. *Rota apud Caputaq. decis.* 25. *lib.* 1. *in manuscr.* quam refert, & sequitur eadem *Rota apud Gregor. XV. d.decis.*269. *nu.*5. *&* 6.

56 Declara tamen supradicta de usu, & observantia statuti, quod statutum usu non receptum non est servandum, ut not. *R. Ian, conf.* 99. *num.*5. *&* 39. *lib.*2. *Ceph. conf.* 155. *num.*16. *lib.*2. *Ludov. concl.*54. *in prin. Mascar. de gener. stat. interp. concl.* 6. *num* 78, ubi alios adducit ita sentientes, *Theod. Rub. in sing. Rota Rom. tom.* 2. *circa stat. interp. obser.* 12. §. 5. *& Rota apud Caputaq. decis.* 281. *& decis.* 282. *part.*2. *& apud Card. Cavaler. decis.*134. *nu.*4.

57 Cùm statutum usu non receptum non dicatur statutum, ad tex. *in l. derogatur*, 102. *ff.*

de

de verb. signif. Mascar. d. conclus. 6. num. 82. Theod. Rub. in d. observ. 12. §. 5. & P. Sanch. in Præcep. Decal. lib. 3. cap. 14. nu. 8.

58 Statutum enim habet in se tacitam conditionem, si moribus utentium recipiatur, ut post *Ruin. Marcil. Decian. Guid. Pap. Caphal. Imol. & Rip.* per eum adductos firmat, *Mascard. de gener. stat. interp. dict. conclus. 6. num. 85.*

59 Ita ut iurans servare statuta non teneatur servare ea, quæ moribus utentium non sunt recepta, vel per contrariam consuetudinem, vel usum sunt abrogata, *Natt. cons. 19. n. 8. lib. 1. Mascard. de gener. stat. interp. dict. concl. 6. num. 81. Silvest. in sum. in verb. iuramentum, 4. quæst. 23. Navar. in sum. cap. 25. num. 23. P. Azor. inst. moral. lib. 11. cap. 8. quæst. 8. & P. Sanch. in Præcept. Decal. d. lib. 3. cap. 14. num. 8.* ubi alios dat concordantes.

60 Et statutum quod non fuit usu receptum si non ligat ipsos Cives, ut dixi suprà eo minus ligat forenses, *Caph. cons. 155. num. 16. lib. 2. Ias. cons. 112. num. 4. lib. 4. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 2. num. 1.* ubi testatur de communi opinione, & *Masc. de gener. statut. interp. dict. conclus. 6. num. 77.* ubi alios dat concordantes.

61 Populi autem, & Civitates subiectæ Sedi Apostolicæ non possunt condere statuta sine confirmatione Papæ; ut tradunt *Graß. de excep. excep. 1. num. 34. Post. de subhast. inspect. 24. num. 34. Theod. Rub. in sing. Rota Rom. tom. 2. Circa stat. interp. obser. 13. §. 22. Fenzon. ad stat. Urb. in princ. nu. 35. D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 6. in tit. dote discurs. 22. num. 8. & Rot. apud Cardin. Seraph. decis. 1004. num. 7. & apud Greg. XV. decis. 267. num. 7. & ibi Adden. num. 24.* qui alias referunt eiusdem Rotæ decisiones, & apud *Buratt. decis. 6. in princ. & ibi Adden. litera A, & apud Merlin. decis. 553. in fin.*

62 Maximè si statuta sint iuri communi contraria, *Gratian. disc. p. foren. cap. 245. num. 37. part. 2. Rota decis. 536. num. 1. & decis. 780. num. 1. part. 1. divers. & apud Greg. XV. decis. 267. num. 7. & ibi Adden. num. 14. & apud Merlin. decis. 693. num. 4. & 5. tom. 2.*

63 Itaut non sufficiat confirmatio præsumpta ex observantia 30. annorum, de qua dicetur infra, *num....* cùm deficiat scientia Papæ, sine qua cessat præsumptio confirmationis, & cum repugnet Decretum irritans de quo in *Const. Ægidian. lib. 2. cap. 36.* ut declarant *Adden. ad Greg. XV. d. decis. 267. num. 14. & Rot. apud Buratt. d. decis. 6. nu. 2. & 3.* ubi dantur concordantes, cum aliis adductis infra *num.... & seq.*

64 Quæ quidem habent locum non solum in Universitatibus Status Ecclesiastici, sed etiam in aliis Universitatibus, quæ recognoscunt Superiorem, quæ pariter, non possunt condere statuta sine confirmatione Principis, quem in Superiorem recognoscunt, ut not. *Bart. in l. omnes populi, 9. in prima quæst. prin. ff. de instit. & iur. Soc. Iun. cons. 30. nu. 11. lib. 2. Graff. de except. dict. except. 2. n. 34.* ubi dat concordantes *Mascard. de gener. stat. interp. d. concl. 6. num. 93. vers. alias secus, &c.* & latè comprobat *Puteus in cons. unic. post cons. Odd. num. 20. & seq.* ubi quamplures adducit ita sentientes, & dicit ita servari in omnibus Civitatibus, & Terris subiectis Principibus, ut ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Brun. de stat. excl. fœmin. art. 1. num. 43. Andreol. controv. 60. num. 16. & Losen. de iure univers. part. 3. cap. 15. num. 3. & 29.*

65 Cùm statuta condere sit iurisdictionis, ita ut sine illa condi non possint *Roman. cons. 218. num. 1. Socc. cons. 60. num. 3. vol. 1.* qui testatur de communi opinione, quos refert, & sequitur *Fenzon. ad stat. Urbis in prin. num. 30.* necnon *Carpan. ad stat. Mediol. in prælud num. 16.*

66 Nisi tamen illa conderent circa ea, quæ pertinent ad administrationem rerum suarũ, & circa, ea quæ concernunt negocia privata ipsarum Universitatum, quia tunch illa possunt condere absque aliqua confirmatione Superioris, ut tradunt *Doct. in l. cunctus populus, 1. C. de Sum. Trin. & Fide Cathol. Bald. in l. 1. in prin. & ibi Socc. Sen. nu. 22. & seq. ff. quod cuiusq. univ. nom. Osasch. dec. Pedem. 17. in prin. & Losen de iure univer. d. part. 3. cap. 15. num. 3.* latè comprobans, & *num. 29.*

67 Cùm rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, *l. in re mandat. 21. C. mandat.* in puncto *Osasch. d. decis. 17. num 1.* latè *Barbos. axiom. 199. in princip.* qui dat concordantes, & in terminis de Universitate *Losen. de iure univers. part. 3. cap. 4. num. 10.*

68 Dummodo tamen in d. statutis editis circa administrationem rerum suarum Universitas non apponat pœnam, cùm appositio pœnæ spectet ad iurisdictionem, nisi tamen Universitas esset solita id facere, ut docent *Ias. in d. l. omnes populi, 9. num. 34. & 35. ff. de iust. & iur. Innoc. in cap. cùm accessissent. 8. num. 2. de constit. Franc. March. decis. 801. num. 2. vol. 1. Rolan. cons. 99. num. 3. & 20. & seq. lib. 2. & Losen. de iure univers. dict. part. 3. cap. 15. num. 16.*

Confirmatio autem statuti fit per Superiorem dupli-

dict. decis. 125. num. 12. *& d. decis. 169. n.* 12.
duplici modo, vel in forma communi, vel
69 in forma specifica, in forma communi dici-
tur facta confirmatio, quando illa facta fuit
generaliter sine causæ cognitione, nec appa-
ret, statutum per Papam, vel per alium Su-
periorem fuisse visum, seù per alium de il-
lius mandato, ut declarant *Alex. cons.* 123.
num. 22. *vol.* 4. *Card. Tusch. pract. conclus.*
lit. C. conclus. 707. *num.* 10. *& Rot. dec.* 780.
70 *num.* 5. *part.* 1. *diver.* & in dicta confirma-
tione non adest clausula ex certa scientia, vel
causæ cognitio *Rot. d. decis.* 780. *num.* 5. *par.*
1. *diver. & decis.* 438. *num.* 44. *& seq. p.* 4.
rec. tom. 2. *& decis.* 179. *n.* 37. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

71 In forma verò specifica dicitur facta con-
firmatio quando illa facta fuit per Superio-
rem cum causæ cognitione, ex certa scientia,
& statutis benè discussis, ut declarant *Fen-*
Zon. ad stat. Urbis in princip. num. 41. *&*
seq. ubi dat concordantes quamplures, *Gabr.*
cons. 183. *num.* 13. *& seq. vol.* 2. *& Rot. decis.*
192. *num.* 3. *& seq. part.* 1. *rec. & decis.* 179.
num. 36. *& seq. part.* 9. *rec. tom.* 1. *& dict.*
decis. 438. *num.* 44. *& seq. part.* 4. *rec. tom.* 2.
& apud Merlin. dec. 740. *num.* 5. *& seq.*
ubi dicit, non sufficere clausulam ex certa
scientia, ut ibi per eam.

72 In dubio tamen confirmatio statutorum
censetur facta à Papa, vel Superiore in for-
ma communi, non autem in forma specifi-
ca, cùm certa scientia non præsumatur, nisi
probetur ad tex. *in cap. porrecta,* 6. *de confir.*
uti. vel inut. & tradunt *Doct. in d. cap. por-*
recta, & in cap. 2. *de constit. in* 6. nec non
Carol. de Graff de effect. cleric. effect. 2. *num.*
139. *Anton. de Amat. resol.* 100. *num.* 18.
quos refert, & sequitur *Rota d. decis.* 179. *nu.*
39. *part.* 9. *rec. tom.* 2.

73 Confirmatio autem statuti præsumitur ex
observantia longi temporis 30. annorum, ut
not. *Rub. in sing. Rot. Rom. tom.* 2. *Circa*
inter. stat. obser. 1. *§.* 3. *D. Deluca in Theatr.*
verit. & inst. tom. 4. *in tit. de servit. ad mat.*
retrac. discurs. 71. *num.* 11. *&* 12. *& tom.* 6. *in*
tract. de dote discurs. 143. *numer.* 50. *&* 51.
Adden. ad Greg. XV. d. decis. 267. *num.* 14.
& Rota apud Burat. d. dec. 6. *num.* 1. *vers.*
neque dicatur, & decis. 438. *nu.* 6. *p.* 14. *rec.*

74 Quæ vix locum habere possunt in Statu
Ecclesiastico, cùm ut dixi etiam suprà, repu-
gnet Decretum irritans, de quo *in Const.*
Ægidia. lib. 2. *cap.* 36. *Doct. in cap. cùm*
de beneficio, 5. *de preb. in* 6. *Felin. in d. cap.*
cùm accessissent, 8. *sub nu.* 30. *de constit. Gabr.*
commun. concl. de claus. concl. 3. *nu.* 40. *&* 44.
quos referendo sequitur *Rota apud Burat. d.*
decis. 6. *num.* 3. ubi *num.* 2. requirit etiam ad
d. effectum præsumptæ confirmationis ex
lapsu temporis observantiam cum scientia
Papæ *ex Alex. Affic. & Menoc.* per eû rela-
tis ibi, licèt contrarû quò ad scientiam Papæ
teneat *Rube. in sing. Rota Rom. in d. obs.* 1.
§. 3. ubi plures adducit *Rot.* decisiones.

75 In omnem tamen casum d. confirmatio
præsumpta ex longinquitate temporis præ-
sumeretur tantum in forma communi, ut
adnotavit *D. Deluca in d. tit. de servit. ad*
mat. retrac. d. discur. 71. *num.* 12. *& in dict.*
tract. de dote dict. discur. 143. *num.* 51. nec-
non *Rota dict. decis.* 780. *num.* 5. *&* 6. *part.* 1.
diver. & dict. d. c. s. 6. *apud. Burat. n.* 4.

76 Nisi tamen confirmatio statuti deducere-
tur ab immemoriabili, quia tunc cùm liceat
allegare titulum meliorem de mundo, vide-
tur ideò posse allegari confirmatio Aposto-
lica in forma specifica, ut post *Valasc. concl.*
99. *num.* 5. per eum adductum firmat *D.*
Deluca in d. tract. de dote d. discur. 143. *n.* 51.

77 Advertendum est autem, quod confirma-
tio in forma communi non est sufficiens
quando statutum est contra ius commune,
sed requiritur confirmatio in forma specifi-
ca, ut docent *Grat. discept. foren. cap.* 345.
num. 38. *& seq. par.* 2. *Adden. ad Greg. XV.*
decis. 267. *num.* 14. *adden. ad Burat. dict.*
decis. 6. *num.* 4. *& decis.* 103. *num.* 12. *part.* 2.
diver. & decis. 33. *num.* 10. *part.* 4. *rec. &*
apud Merlin. decis. 698. *n.* 6. *& dec.* 740. *n.* 4.

78 Quicquid sit quò ad statutum exclusivum
fœminarum, quod non sit valdè honestum
pro conservatione agnationis, ideò sufficere
illud esse confirmatum in forma communi,
licet sit contra tex. *in l. maximum vitium,* 4.
C. de libe. præt. dixerunt *Adden. ad Greg.*
XV. d. decis. 267. *num.* 14. *in fin. & Rot. apud*
Merlin. decis. 698. *num.* 7. *& decis.* 740. *nu.*
3. *& decis.* 745. *num.* 22. *& decis.* 256. *nu.* 9.
79 *part.* 11. *recen.* & in statutis rationabilibus
Rota apud Merlin. decis. 698. *num.* 7. *&*
decis. 740. *num.* 3. *& decis* 745. *num.* 22. *&*
decis. 511. *num.* 11. *part.* 13. *rec. & apud Bic.*
decis. 634. *num.* 24. *tom.* 2. & dicam latius
infra *lib.* 2. *rubr.* 62.

80 Prout etiam statutum exorbitans à iure
communi requirit confirmationem in forma
specifica, itaut non sufficiat confirmatio in
forma communi, ut declarant *D. Deluca*
in Theatr. verit. & inst. tom. 4. *de serv. ad*
mat. retrac. discur. 71. *num.* 11. *& Rota apud*
Card. Celsum decis. 125. *num.* 9. *& decis.* 169.
num. 10. *part.* 11. *rec.* ubi concordantes.

81 Licet secùs sit, si illud sit favorabile uti
conditum favore agnationis, & ob publicam
utilitatem, quia tunc sufficit confirmatio in
forma communi, *Rota apud Card. Celsum*
&.

& apud Duran. deciſ. 36. num. 42. & deciſ. 51. num. 10. & ſeq. part. 1. rec.

82 Per generalem enim confirmationem non cenſetur confirmatum ſtatutum, quod eſt contra ius commune, *cap. quia diverſitatem 3. & ibi Abb. num. 9. de conceſſ. prabe. Caſſad. deciſ. uni. de confir. util. vel inut. Rota in Ferrarien. de Taſſonis 14. Iunii 1621. coram R.P.D. Ubaldo Seniore, & deciſ. 510. num. 9. part. 4. diver. & deciſ. 84. num. 8. & ſeq. part. 7. rec.* benè comprobans, & dicens, d. confirmationem in forma communi nihil, aut parum operari, ut ibi per eum.

83 Dummodo in confirmationem non adſit aliqua clauſulâ, ex qua deſumatur Papam, vel ſuperiorem voluiſſe confirmare etiam ſtatuta contra ius commune, ut ſtante clauſula, *Quatenus ſint licita, & honeſta*, quia ſi ſint talia cenſentur confirmata, licet ſit contra ius *Rota d. deciſ. 510. in fin. part. 4. diver.*
84 & ſtante clauſula, *Dummodo non tendat contra immunitatem Eccleſiaſticam, Pigan. ad ſtat. Ferrar. tom. 1. rubr. 3. num. 2. in addit. Rota deciſ. 51. num. 10. part. 1. recen. & in Ravennaten. hereditatis 14. Aprilis 1606. coram Card. Pamphilo, & in Bonon. ſucceſſ. 9. Dec. 1622.* coram R.P.D. Vbaldo.

85 Neque per d. generalem confirmationem cenſetur confirmatum ſtatutum invalidum, vel iniuſtum, *Iaſ. conſ. 112. col. 3. lib. 4. & poſt. Bald. Capol. Pariſ. Iaſ. & Roman.* per eum adductos not. *Maſcar. de gener. ſtat. interp. concl. 2. num. 270.* & in terminis confirmationis Statutorum civitatis Eugubii, *Rota deciſ. 478. num. 10. part. 9. rec. tom. 2.*

86 Neque cenſetur confirmatum ſtatutum, quod eſt contrarium Sacris Canonibus, & Eccleſiaſticæ libertati, ut tradunt *Bero. conſ. 107. num. 10. & ſeq. lib. 1. & Rota in Ravennaten. hereditatis, 5. Iunii 1648. coram Cardin. Ottobon. §. neque ſuffragatur, &c.* quæ inter eius impreſſas eſt *deciſ. 149. n. 12.*

87 Prout confirmatio in forma communi nihil operatur circa ſtatutum, quod eſt odioſum odio irrationabili *Rota deciſ. 42. num. 27. part. 12. rec.* quæ duplicata eſt apud *Bichiũ deciſ. 624. n. 21.* ubi dicit ſecùs eſſe ſi non ſit odioſum odio irrationabili, ut ibi per eum.

88 Cùm cõfirmatio in forma communi dùm non includit in confirmante ſcientiam omnium confirmatorum cenſeatur proindè habere in ventre, & continere clauſulam, *Dummodo leges confirmata ſint honeſta, & iuri communi non contraria* iuxta *Alex. conſ. 59. n. 8. & ſeq. lib. 1.* & not. *Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 23. n. 11 & ſeq. D. Deluca in Theat. verit. & iuſt. to. 6. in tit. de dote diſcur. 143. nu. 50. & Rot. d. deciſ. 179. p. 9. recen. tom. 1. ferè per tot.*

89 Licet ſecùs ſit ſi cõfirmatio facta fuerit in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, quia illa reddit validum ſtatutum, etiam ſi ſit contra ius, ut docent *Gabr. conſ. 183. num. 16. libr. 2. & Rota deciſ. 339. num. 3. in fin. p. 2. recen. & deciſ. 157. num. 9. p. 6. rec. & Bononien. cenſus 27. Martii 1643. §. neque &c. coram R.P.D. Ghiſilerio, & apud Bichium deciſ. 381. num. 23. tom. 1.*

90 Cùm confirmatio in forma ſpecifica habeat vim novæ legis, *Rota deciſ. 438. num. 54. & ſeq. part. 4. rec. tom. 2. & deciſ. 293. num. 10. part. 11. recen.* & cùm ſtatutum confir-
91 matum à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia dicatur Papale *Rota deciſ. 297, num. apud Greg. XV. & deciſ. 115. num. 25. part. 6. rec. & apud Card. Ottob. deciſ. 110.*
92 *num* 7. ſecùs tamen ſint ſi ſit confirmata in forma communi, quia tunch non dicuntur Papalia, *Bald. in l. ex placito. 3. ſub num. 12. C. de rer. permut. Aret. conſ. 8. ſub. num. 6. Minad. in Conſtit. Regn. in aliquibus nu. 98.* quos refert, & ſequitur *Ciriac. in addit. primi lib. controver. in fin. n. 127.*

93 Et eo magis hoc habet locum ſi Papa mandet d. ſtatuta, ut ſuprà confirmata inviolabiliter obſervari, cùm d. verba habeant vim novæ legis, ut declarat *Rota deciſ. 438. num. 54. & ſeq. part. 4. rec. tom. 2. & d. dec. 381. num. 25. apud Bichium tom. 1.*

94 Forma autem ſtatuti præcisè eſt ſervanda, *Bald. in l. comparationes, 19. in 3. oppoſ. in fin. C. de fide inſtr. Hond. conſ. 27. num. 2. lib. 1. Barz. deciſ. 87. num. 2. Cenc. de cenſ. quæſt. 50. num. 7. Altogr. conſ. 46. num. 5. & 15. lib. 2. Rota deciſ. 442. num. 14. part. 4. rec. tom. 2. & deciſ. 400. num. 17. part. 13. recen. & apud Bich. deciſ. 223. num. 22. tom. 1.*

95 Itaut illa non impleta actus ſit nullus, *Soc. Iun. conſ. 37. num. 5. volum. 2. Rolan. conſ. 72. num. 54. & 69. lib. 3.* plenè *Carpan. ad ſtat. Mediol. in preliud. n. 146.* ubi quamplures dat concordantes. *Paiſell. expedit. 38. num. 26. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 68. num. 30. & cap. 92. num. 21. Barboſ. axiom. 100. num. 3. & Rota apud Zach. de ſociet. deciſ. 61. num. 3. & deciſ. 78. num. 8. part. 4. recen. tom. 2. & deciſ. 300. num. 30. part. 10. recen. & dec. 107. num. 37. part. 12. rec.*

96 Cùm forma tradita à ſtatuto, ſeu à lege cenſeatur ſubſtantialis, & de eſſentia actus, *Alex. conſ. 50. num. 5. lib. 5. Vant. de nullit. in tit. Quot, & quib. mod. null. in ind. num. 52. Carpan. ad ſtat. Mediol. in preliud. num. 153. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 186. nu. 17. Cenc. de cenſ. quæſt. 32. ſub num. 5. Rota deciſ. 226. numer. 2. part. 1. diver. & deciſ. 72. num. 10. part. 2. diverſ.*

Et

97 Et omiſſio formæ vitiat actum, etiam ſi illa in minimo omittatur, Felin.in cap.cum dilecta,22. nu. 6. de reſcrip. Everar. in Centur. in loco A defectu formæ num.3. & ſeq. quos refert, & ſequitur Fenzon. ad ſtat.Vrb.cap. 171. num.22. ubi dicit, ita ſervari in practica, Carpan.ad ſtat.Mediol.in prælud.num.153. Maſcar.de gener.ſtat. interp.concl.9.num.61. latè Barboſ. axiom.100. num. 14. & 15. ubi dat concordantes quamplures.

98 Cùm forma ſit de genere indiviſibilium, ut tradunt Eſcob. de ratioc.cap.11.n.19. Monach.deciſ.Lucen.18.n.2.& 3. Surd.conſ.282. n.29.lib.2.Grat.diſcept.forenſ. cap.853.nu.28. part.5.Barb.d.Axiom.100.num.14. ub. quamplures adducit ita ſentientes, Cenc.de cenſ. q. 49. num. 17. Ciriac. controv.639.num.84.& Rota deciſ. 30. num. 3. part. 1. rec. & apud Bich. deciſ. 258. num.9.

99 Et etiam in favorabilibus, & piis cauſis, uti advertunt Gram.dec.79.n.11.& 14. Rola. conſ.72.n.59.lib.3.Maſc.de gen.ſtat.interp.d. concl.9.n 64.ubi quamplures dat concordantes, Barb. d. axiom. 100. n. 6. & Adden. ad Rot.deciſ.542.n.59.p.4. rec. tom.3.

100 Itaut a nullitate ob omiſſionem formæ non excuſet ætas, ruſticitas, ſexus, militia,& quælibet ſimilis cauſa, Card.Tuſc.prac.concl. lit.F, concl.415.num.29.Rolan.conſ.30. nu.8. lib.3. Barboſ.d. axiom.100. n.7. cum quibus pertranſeunt Carpan.ad ſtat.Mediol.in prælud.num. 158. & Adden. ad Rot. deciſ. 542. n.66. p.4. rec. tom.3.

101 Quæ quidem forma eſt adeo præciſè ſervanda, ut neque valeat impleri per equipollens, Oſaſc.dec.Pedem.163.n.4.& ſeq. Maſc. de gen.ſtat.interp.d.concl 9. n.62. benè comprobans Barb.d.axiom 100.n.5. Paitel. exped.47.n.22. Cenſ. de cenſ. q.9.n.12. Adden. ad Rot.dec.431.n.33.p.4. rec. tom.2. Rot.dec. 572.n.12. p.4.recent.tom.3. & apud Merlin. deciſ. 351. num.6.

102 Niſi tamen ſtatutum formam inducens cōſideret aliquē effectum, quia tunc ſi effectus ſequatur omiſſio formæ non vitiat actum, ut docent Caph.conſ.35.n.46.lib.1.Menoc.conſ. 131.nu 15. vol.2. Oſaſc.dec. Pedem.92. nu.25. benè Barboſ. dict. axiom.100. num.5. in fin. Ciriac.contr.629.n.34.Caren.cōt.70.n.13. & Rot.dec.149.n.13.& ſeq.p.6.rec.& apud Bich. dec.458.n.23.& 24. & apud Merlin.deciſ. 558. num.15. & 14.

103 Formæ autem per ſtatutum inductæ quando partes poſſint renunciare tradunt Hond. conſ.27.n.2.& ſeq.lib.1. Paitel. exped.82. n. 20.Fenzo ad ſtat.Vrb.c.59 n.6.Maſc.de gen. ſtat.interp.concl.9.n.15.& ſeq.plenè Carp. ad ſtat.Mediol.in præl.n.171.& plur.ſeq.& Rot. apud Bic.dec.98.ferè per tot.103.ipſos cōſulas.

104 Forma verò cenſetur inducta quādo ſtatutū mandat aliquid certo modo fieri, etiā ſi non procedat ulterius actū annullando, Pait. exped.16.n.1.ubi teſtatur de cōmuni opinione, Fariq. in fragm. crim. lit.L, nu. 170. ubi quamplures adducit ita ſentiētes Card.Tuſc. pract.concl.lit.F,concl.414. n.15. Maſc. de gen.ſtat.interp.cōcl.9.in prin.& Carp.ad ſtat. Mediol.in præl.n.167.& 168. ubi dat concordantes D.Aloi.Manſi.conſul.32.n.13.

105 Maximè ſi ſtatutum mandet, actum fieri aliter, quam à iure cōmuni ſit diſpoſitū, Surd. dec.268.n.9.& 10.Ciriac.cōtr.62.n.45.& poſt Aret.Feli.Ancar.& Dec. per eam adductos firmat Rot.apud Cenc.de cēſ.dec.464.n.17.& Maſcar.de gen.ſtat.interp. d.concl.9.n.13.

106 Et certū eſt quando in ſtatuto adeſt Decretū irritans, vel alia verba illi æquipollētia, indicantia nullitatē actus, tunc induci formā, ut declarant Paitel.d.exped.16.n.2 Boccac.ad Conſt.Marcb.gloſ 6.q.159. Cenc.de cenſ. q.32. ſub.n.5.Carpa.ad ſtat.Mediol. in prælud. nu. 168. ubi quamplures adducit ita ſentientes, & Rot.apud.Zach.de ſociet.dec.61.n.2.& apud Greg.XV. deciſ. 365. n.6.

107 Et quando diſpoſitio eſt conditionalis, & ſtatutum loquitur cōditionaliter, ut advertūt Card.Tuſc.pract.concl.lit. F,cōcl.414. n.10.13. & ſeq. Menoc.de arbit.Iud.lib.1.q.30.n.5.Bocca.de Conſt.Marc.gl.6.n.156.Barb.d. axiom. 100.n.2.Carp. ad ſtat. Mediol.in præl.n.169 & Maſc.de gen.ſtat.interp.concl.9.n.2.

108 Et ideo formā cenſeri inductā per ablativos abſolutos tradūt, Rolan.conſ.81.n.15.& 82. lib.1.& conſ.55.n.25.lib.3. P.Sanch. de matr. lib.3.diſp.5.n.2.& Ioſeph.Seſſe.dec.Arag.31.n. 8. & dec. 131. n.22. quos referendo ſequitur Barb.d.axiō.100.n.2. ubi alios refert modos, per quos inducitur forma, ut ibi per eū, cum quibus pertranſit, Maſc.de gen.ſtat.interp. d. concl.9.n.6. ubi dicit, idem eſſe ſi ſtatutum loquatur per dictionem Si, ut ibi per eum.

109 Et idem eſt quando ſtatutum diſponit, quod actus aliter fieri non poſſit, ut not. Dec. conſ. 512. n. 11. & benè comprobat, Maſc. de gen. ſtat. interpr. d. conc.9.n.9.

110 Forma verò non cenſetur inducta per ſtatutū quando illud contrafacienti imponit pœnā cùm tunc non videatur velle annullare actū, ſed per illam ſpecialiter impoſitam contrafacienti videtur ſublata pœna generalis annullationis actus, Alex.conſ.37.ſub n.2.lib. 3. Borgn.deciſ.10. n.4. lib. 1. & latè comprobat Maſc.de gen.ſtat.interp.d.concl.9.n.38.& ſeq. ubi alias affert limitationes, cum quibus pertranſit P.Caſtropalao de leg.pœn.tract.3.diſp. 2.punct.1. num.1. & ſequent.

111 Licet contrarium imò ob contraventionẽ actum esse nullum non obstante pœnæ appositione tueatur *Altograd. cons.64.num.56. & seq. lib.2.* latè comprobans.

112 Verum quia dixi suprà, *n.9. & seq.* quod statutum recipit interpretationem passivam à iure communi, amplia modo d.conclusionẽ, ut statutum recipiat interpretationẽ etiam à cõmuni usu loquendi loci ubi illud fuit conditum, secundũ quem sicut nomina, & significationes rerum, & verborum imposita sunt, & inventa, ita secundum eundem pro tempore existentem mutantur, & renovantur iuxta illud Horat. in Poëtica

Multa renascentur, quæ iam recidere cadentque

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus

Quem penes arbitrium est, ac ius, & norma loquendi,

& in his terminis tradunt *Ias. Roman. Alex. & cæteri in Rubr. ff. de nov. oper. nunc. Socc. In. Crot. & alii in d.l. omnes populi, 9. ff. de iust. & iur.* qui testantur de communi opinione, quã latè comprobant *Mascar. de gen. stat. interp. concl.3. num.1. & seq. Gall. ad Consuet. Alex. in verb. Sollidos, q.1. n.10. & 11. Carp. ad stat. Mediol. in prælud. n.302. & Fenzon. ad stat. Urb. c. 197. n.23.* ubi testatur de communi opinione, & *Sperell. dec.23. n.32. p.1.*

113 Cùm statuentes in condendis statutis censeantur se accommodare usui, & consuetudini loquendi Civitatis, & loci statutorũ, *cap. erit autem lex 4. dist. glos. in cap. nonnulli, 28. de rescrip. & in cap. cupientes, 16. de elect. in 6. Mascar. in d. concl.3. n.3.*

114 Quæ habent locũ etiã stante statuto, quod statuta intelligantur ad literam, seu uti sonãt, quia adhuc sequendus erit in statuti intelligentia communis usus loquẽdi, ut not. *Butr. Abb. Felin. & alii in proœm. Decretal. Alex. cons.211. n.2. lib.6. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. glos.1. n.6. in fin. Mascar. de gener. stat. interp. d. concl.3. n.24.* ubi quamplures alios adducit ita sentientes, & *concl. 4. n. 109.* cum quibus pertranseunt etiam *Everar. in cent. in loco ab opinione vulgi sub n.5. & Carpan. ad stat. Mediol. tom.2. cap.174. num.43.*

115 Cum d. statutũ disponens, quod debeat intelligi prout iacet, non propterea tollat legitimã interpretationem, *Gabr. cons.14. n.5. lib. 1. & cons.15. num.1. lib.2. Simon de Prat. cons. 162. num.17. Thesaur. decis.269. nu.6. & 12. Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom.2. circa stat. interp. observ.7. §.3. Rot. dec.548. n.9. p.5. rec.* & dixi etiam suprà *n.25. & 26.*

116 Et statutum recipit interpretationem à communi usu loquendi etiam si simus in statuto correctorio exorbitanti, & pœnali, ut not. *Butr. Abb. & Felin. in proœm. Decretal. Tiraq. de retract. §.2. glos.1. n.5. Galli. de verb. sign. lib.8. c.18. n.5.* ubi testatur de verissima, & receptissima opinione, & *Masc. de gen. stat. interp. d. concl.3. n.22.* ubi quamplures adducit concordantes, nec non *Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 310.*

117 Itaut communis usus loquendi in interpretatione statuti prævaleat etiam propriæ significationi vocabuli, ut voluerunt *Tiraq. de retract. d. §.2. glos.1. n.6. Curt. Sen. cons.9. nu. 10.* plenè *Mascar. de gen. stat. interp. d. concl. 3. num.23.* latè comprobans, & quamplures adducens ita sentientes, cum quibus pertransit etiam *Carpa. ad stat. Mediol. in prælud. num. 304.* qui plures dat concordantes, & *Sperel decis.23. num.32.*

118 Quod tamen non habet locum stante statuto quod verba statutorum debeant intelligi secundum illorum propriam significationem., nam cùm communis usus loquendi non dicatur propria, sed abusiva significatio vocabuli, ideo tunc est attendẽda propria significatio vocabuli, non autem impropria, & abusiva, ut declarant *Bart. in l. labeo, 7. n.5. ff. de suppel lega. Socc. Iun. in rub. ff. de nov. oper. nunc. num. 95.* ubi testatur de communi opinione, *Everar. in suo Cent. in loco ab opinio. Fulgi. num.8. Mascar. de gen. stat. interp. d. concl.3. num.35.* ubi quamplures dat concordantes, & *Carpan. ad stat. Mediol. tom. 2. cap.174. num.41.*

119 Intelligendo prædicta de communi usu loquendi loci statuti tantum, ut declarant *Bart. in d. l. labeo, 7. n.6. & 7. ff. de suppel. lega. Rolan. de Incr. dot. q. 6. num. 12. Menoch. de arbitr. casu 488. n. 3.* benè *Masc. de gener. stat. interp. d. concl. 3. num.34.* ubi plures dat concordantes.

120 Itaut veniat probandus non solum cõmunis usus loquendi loci statuti, sed etiã quod d. communis usus loquendi extiterit de tempore conditi statuti, ut voluerunt *Menoch. de arbitr. d. casu 488. n.2. Gall. de verb. signif. lib.4. c.9. n. . . . Masc. de gen. stat. interp. d. concl.3. n.35.* ubi alios refert ita sentientes, & *n.36.* ubi dicit esse probandum, quod d. communis usus loquendi extiterit per decem annos, ut ibi per eum, *Carpa. ad stat. Mediol. in prælud. nu. 306. Sperell. dec.23. num.34. p.1. & Rota apud. Card. Celsum, decis.248. n.4.*

121 Declarando tamen supradicta, ut habeant locum quando verba statutorum in latino sermone prolata habent suum vulgare distinctum, prout habet latinum, secùs autem si in latino sermone esset distinctus sermo, qui non est in vulgari, ut post *Socc.*

Sen.

Sen. Felin. & Card. Mantic. per eum relatos declarat *Mascar. de gener. stat. interp. d. conclus. 3. num. 33.* ubi affert huius declarationis exempla.

122 Utrum verò d. communis usus loquendi debeat esse virorum peritorum, vel sufficiat vulgarium personarum tantum, late disputat *Mascar. de gen. stat. interp. concl. 3. n. 44. & seq. Gallia ad Consuet. Alex. in verb. legare, q. 7. num. 94. & seq. Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 303. & Sperel. d. decis. 23. nu. 35. part. 1.* ipsos consulas.

123 Non est tamen hìc omittendum, quod statuta sunt stricti iuris, & ideo illa propriè, & strictè sunt intelligenda, ita tradunt omnes ferè *Doctor. communiter in l. omnes populi, 9. ff. de iust. & iur.* & ultra eos *Mascar. de gen. stat. interp. concl. 4. n. 1. & seq. Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. n. 247. & seq. Barz. dec. 46. n. 57. & dec. 97. n. 11.* plenè *Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. glos. 1. num. 7. Ciriac. controv. 356. num. 14. & Rota decis. 465. num. 16. p. 9. recent. tom. 2. & decis. 179. num. 35. d. part. 9. rec. tom. 1.*

124 Et intelligenda sint ad literam, ut tantum disponant quantum loquuntur, & non liceat eis addere, vel minuere, ut exornant *Decian. cons. 71. num. 2. & 3. & seq. vol. 5. Ceph. cons. 277. num. 26. vol. 2. Rolan. cons. 55. num. 13. vol. 1. Ciriac. controv. 254. num. 62. & controv. 637. num. 63. & D. Alois. Mansi. consul. 18. num. 34. & 35.*

125 Quæ eo magis habent locum, quando statuta essent contra ius commune, quia tunc sunt adeo strictè intelligenda, ut non possint extendi ultra casum in eis expressum, sed sint accipienda prout litera iacet, ut docent *Osasch. decis. Pedem. 21. num. 14.* ubi testatur de communi opinione, *Mascard. de gener. stat. interp. d. concl. 4. num. 51. Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 256.* ubi plures dat concordantes *Andreol. contr. 63. nu. 8. D. Deluca in Theatr. verit. & iust. to. 6. in tit. de dote discur. 109. n. 4. & Rot. apud Merlin. dec. 590. n. 12. & dec. 554. nu. 3. apud Bichium tom. 2. & decis. 319. num. 31. & dec. 333. num. 11. part. 11. recent.* & dixi ego *alleg. for. 30. n. 53. & allegat. 48. n. 55.*

126 Cum statuta ita sint interpretanda, ut lædant ius commune minus, quam fieri potest, ut tradunt *Ias. & alii Doct. comm. in d. l. omnes populi, 9. ff. de iust. & iur. Alex. cons. 29. nu. 7. lib. 4. Masc. de gener. stat. inter. d. conc. 4. n. 52.* ubi alios adducit ita sentientes, *Carp. ad stat. Mediol. in prælud. n. 253. Ciriac. contr. 25. nu. 7.* & dixi suprà *in prin. n. 7. & seq.*

127 Et idem est in statutis odiosis, quæ pariter strictè veniunt interpretanda, & non sunt extendenda, uti advertunt *D. Deluca in Theat. verit. & iust. tom. 11. in tit. de success. discur. 8. n. 6. & tom. 6. in tit. de dot. discurs. 109. nu. 8. & Rota decis. 46. num. 7. part. 14. rec. & decis. 43. num. 2. & seq. & decis. 175. nu. 26. & seq. part. 7. rec.*

128 Nisi tamen in statuto odioso esset expressa ratio, quæ si casui omisso conveniat tunc dicendum est esse locum extensioni, seu potius comprehensioni, ita ut ratio prædicta præferenda sit verbis, ut latè comprobant *Masc. de gener. stat. interp. concl. 4. n. 167. & seq. D. Deluca in dict. tit. de dote discurs. 109. num. 4. & Rota apud Card. Celsum decis. 248. n. 14.* & dicam *infra nn. . .*

129 Quæ habent locum etiam in statutis exorbitantibus, quæ pariter non extenduntur, sed quantum fieri possunt sunt restringenda, ut firmat *Rot. apud Card. Seraph. decis. 1280. num. 15. & decis. 188. nu. 8. part. 7. recent. & decis. 214. in fin. p. 14. recen.*

130 Itaut d. statuta iuri communi contraria extendi non possint non solum ex identitate, verum etiam neque maioritate rationis, ut scripserunt *Masc. de gen. stat. interp. d. concl. 4. n. 53.* ubi quamplures adducit ita sententes etiam de communi opinione attestantes, *Engen. cons. 83. n. 40. l. b. 1.* ubi dat concordantes, quamplures, *Aldov. cons. 98. n. 17. Hond. cons. 1. n. 30. & cons. 8. n. 54. lib. 1. Giovagn. cons. 1. n. 17. & 18. & cons. 66. n. 21. lib. 1. Andreol. contr. 63. n. 8. & contr. 138. n. 6. & contr. 193. nu. 4.* in quibus quamplures adducit ita sententes, & testantur de magis communi Doctorum opinione, *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 152. num. 9.* & latè comprobat *Surd. cons. 410. num. 9. lib. 3. Michal. de fratr. part. 3. cap. 11. numer. 161.* ubi de communi opinione testatur, *& Rota decis. 524. n. 4. part. 1. recen.* & alii plures relati per *Alois. Mansin. consult. 81. num. 8.* & dixi ego *alleg. foren. 71. num. 25. & 26.*

131 Quæ eo magis habent locum si statutum non solum sit correctorium iuris communis, sed etiam pœnale, quod nullam patitur extensionem neque ex identitate, neque ex maioritate rationis, *Osasch. decis. Pedem. 147. num. 3. Farinac. in fragm. crim. litera E, num. 162. Mascard. de gener. stat. interp. concl. 4. num. 64.* ubi dicit hoc procedere etiam si ratio esset expressa in statuto; ut ibi per eum, *Ciriac. contr. 345. num. 23.* alios adducens, & dicens, hoc habere locum etiam in statuto pœnali, & exorbitanti simul, ut ibi per eum *Andreol. contr. 193. n. 6. & 7.* dicens nunquam fieri extẽsionem, & post *Curt. Iun. Engen. Alciat. Rim. Iun. Ceph. Becci. Nicol. Pacia. & Ciriac.* per eũ adductos firmat

Redenas. conſ.1. num.19. & dixi ego *alleg.foren.39. num. 20.*

132 Quæ tamen non habent locum quando in ſtatuto correctorio adeſſet ratio ipſius apertè ſcripta, quia tunc licita eſſet extenſio etiam in correctoriis ex identitate, vel maioritate rationis, quia quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, cùm ratio legis ſit mens, & anima ipſius, ut voluerunt *Bald. in auth. quas actiones, num.4. C. de Sacroſ. Eccleſ. Maſc. de gener. ſtat. interp. d. concl.4. n.59. & ſeq. Carpan. ad ſtat. Mediol. in prælud. nu.375. Andreol. controv.193. num.11. D.Ioan.Bapt. Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom.6. in tit. de dote diſcur. 169. num. 4. & Rota apud Cardin. Celſum deciſ. 248. num. 14. & apud Bich. deciſ.627. num. 10.* & dixi ego *allegat. foren.45. num.43.*

133 Quam concluſionē quamplures Doctores extendunt, ut habeat locum etiam quādo ratio in ſtatuto non eſt expreſſa, ſed ſolum unica afferri poteſt, ſecùs ſi plures afferri poſſunt, ut voluerunt *Surd. dec.174. n.7. Maſc. de gen. ſtat. interp. d. concl.4. nu.62. & ſeq.* ubi dicit, in dubio non præſumi, unam tantum rationē reddi poſſe, ſed plures, ut ibi per eum *Grat. diſc. for. c.15. n.13. p.1. & c. 449. nu. 1. & ſeq. p.3.* latè *Eugen. conſ 37. num.52. vol.2.* & alii plures, quos refert, & ſequi videtur noviſſimè *D. Aloi. Manſi. Lucen. conſult.81. n.21.* & ſentit etiam *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.1. cap.16. num.32. & 33. & Rota dec.53. num.12. part.4. recent.*

134 Cùm ratio tacita idem videatur operari, quàm expreſſa, ut not. *Surd. deciſ.174. n. 7. Grat. d.cap.15. num.13. Eugen. dict. conſ.37. num.57. & ſeq. lib.2. & Rota d.deciſ.53. nu. 12. part.4. recent.*

135 Licèt contrariam opinionem, imò in ſtatuto correctorio non eſſe faciendam extenſionem à ratione tacita, & non expreſſa in ſtatuto neque ex identitate, neque ex maioritate rationis, quæ mihi magis placet, tenuerint *Rim. Iun. conſ. 497. num. 32. & ſeq. & num.63. & ſeq.* latè *Decia. conſ.1. nu.175. & 176. lib.2. Hond. conſ.8. num.53. & ſeq. lib. 1.* ubi de magis communi opinione teſtatur, & quamplures adducit ita ſentientes, & *conſ.12. n.17. & 18. & num.20. lib.2. Caball. conſ.128. num.151. lib. . . Gabr. comm. concl. de ſtat. concl. 6. num. 4. 5. & ſeq.* ubi hanc dicit pariter magis communem eſſe opinionem *Ancar. quæſt. famil. lib.2. quæſt. 66. n. 11.12. & ſeq.* ubi pariter dicit, hanc opinionem veriorem eſſe, & receptiorem, & alii plures, quos refert, & ſequitur *Altograd. conſ.64. num.20. & ſeq. lib.1.* qui etiam dicit, hanc eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, & declarat *Rot.* ubi ſuprà in contrarium adductam, & allegat pro ſua opinione aliam eiuſdem *Rotæ deciſ. 329. num. 13. & 14. & num. 27. & 28. part.6. rec.* & tenuit idem *Aloi. Manſi. conſult. 32. num. 30* & eadem *Rota deciſ. 370. num. 8. part. 13. rec.*

136 Quibus addo quod ſupradicta de ſtatuto correctorio non extendendo habent locum etiam ſi ſtatutum non corrigat in totum ius commune, ſed tantum in parte, ita ut illud dicatur limitatorium, ſeu exorbitans, quia adhuc non venit admittenda extenſio, ut ultra adducta *ſuprà num. 129.* tradunt *Hond. conſ. 95. in fin. lib.1. Grat. diſcep. foren. cap. 971. num. 14. part.5. Fontanell. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 24. num. 60. & Andreol. controv. 193. num.5.* qui plures dat concordantes, *& Rota deciſ.497. num.2. part.1. recen.* ubi tenet neque ex maioritate rationis.

137 Licet contrarium tunc eſſe locum extenſioni ſtatuti ſcripſerint *Maſcard. de gener.*
138 *Stat. interp. d. concl.4. n.65.* & etiam quando ſtatutum correctorium non reducit ad terminos iuris antiqui, quia tunc diceretur materia favorabilis, ut ibi per eum *num. 66.* & dixi ego *allegat. foren. 45. num.41.*

139 Neque venit omittendum, quod ſtatuta condita à Civitate ſervanda ſunt non ſolum in ipſa Civitate, ſed etiam in Caſtris d. Civitati ſubiectis, & quæ ſunt de Comitatu eiuſdem Civitatis, ut tradunt *Doct. communiter in l. omnes populi, 9. ff de inſt. & iur.* nec non etiam *Card. Tuſch. pract. concl. litera S, concl. 541. num. 12. & 18. Maſc. de gener. ſtat. interp. concl. 12. num.10. Carpan. ad ſtat. Mediol. in prælud. num.522. & ſeq. &*
140 *Rota deciſ. 506. num.3. part.9. rec.* ubi habetur, hoc procedere etiam ſi ſtatutum Caſtri loquatur generaliter, & ſtatutum Civitatis dominantis loquatur ſpecialiter, ut ibi per eam, *& dec.169. n.2. & 3. p.12. recen.*

141 Niſi tamen Caſtra habeant propria ſtatuta, quia tunc illa in eis ſervari debent, non autem ſtatuta Civitatis dominantis, ut docent *Cardin. Tuſch. dict. concl. 541. numer. 18. Maſcard. de gener. ſtatut. interp. concl. 2. num. 86. Carpan. ad ſtatut. Mediol. in prælud. num.524. Ciriac. controv. 580. in fin. & Rota deciſ. 22. num. 6. & dict. deciſ. 169. num.3. & 4. part.9. recen. & deciſ.169. num.2.3. & ſequen. part. 12. rec.* ubi aliæ recenſentur.

142 Itaut ſtatuta Caſtrorum, & Comitatus præferantur ſtatutis Civitatis dominantis, ut probat *Rota dict. deciſ. 169. num.8. part. 12. recen.* & expreſsè diſponitur *in Statuto noſtro libr. 6. rubr.* 48.

Utrum

143 Utrum verò d. statutum Civitatis dominantis liget,& servandum sit in Castris a Civitate separatis tradunt *Car.Tusc. pract.cõcl. d concl 541.n.17.& Carp.ad stat.Mediol. in prælud.n.523.& seq.* ipsos consulas.

144 Addo prædictis,quod casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis *ad tex. in l. commodissimè, 10. ff. de liber. & posth.* & tradunt *Carpan.ad stat.Mediol.in prælud.n.351. & n.483. D.Deluca in Theat. verit.& iust.tom.11.in tit. de success. discur.1. nu.51.& discur.2. nu.6. & Rota apud Card. Cels.dec.327.n.9.& dec.46.n.6. & decis.476. num.18. part.14. recent.*

145 Non tamen dicitur casus omissus,quando ille virtualiter sub verbis comprehenditur *Deci. cons.15. num. 6. Menoch. de adipisc. possess.remed. 4. nu.125. & seq. Rota coram Burat.dec.125.n.4. & apud Card. Cels. dec. 243. num.14. in fine.*

146 Et casus omissus habetur pro expresso, quando statuentes requisiti idem statuissent, vel respondissent, *Rolan.cons.97. n.19. lib.2. Gallia ad Consuet. Alex. in verbo legare, quæst.7. num.144. Gall. de verb. signif. lib.8. cap.2. nu. 19.* quos referendo sequitur *Carpan. ad stat.Mediol. in prælud. nu. 363.* ubi dicit, hoc eo magis habere locum in favorabilibus, ut ibi per eum, *n.364.*

147 Advertendum etitam est, quod statutum non porrigit vires suas extra ipsius territoriū, nec comprehendit personas ei non suppositas ad tex.*in l.fin.ff.de iurisd.omn.iud.* & tradunt *Card.Tusch.pract.concl. lit.S,cõcl.544. num.1. Mascar.de gener.stat.interp. concl. 6. num.3. & seq. Merlin.de legit.lib.3. quæst. 18. num.20. & Rota decis. 304. num.2.par.1. divers. & decis. 177. num.12. part. 5. recent. & decis. 68. num. 8. part. 6. recent. & decis. 195. num. 15. part. 9. recent.*

148 Statutū enim est actus iurisdictionis, qui exercetur circa administrationē rerum suarū *c.fin.de const.in 6.l fin.ff. & C.de iurisd. omn. Iudic.& ibi not.Doct.communiter, Rot.d.dec. 177. n.9.p.5.rec.*extra autem propriā iurisdi-
149 ctionē Populus,& Princeps est uti privatus, *Merlin.de legit.d.q.18.n.20.Rot.d.dec.177. n. 10.* & ideo nec mirum si non potest dispone-
150 re, & exercere iurisdictionem extra proprium territorium, ut probant *Lap. Cast. Rolan. Bero. Peregr. Ald br. Brun. Mazzol. Bellon. Iun.* & alii quos refert, & sequitur *Rota d.decis.177. num. 11. part.5. recen. & Merlin de legit. d. q.18. num.20.*

151 Quod habet locum etiam si statutum esset favorabile quia adhuc non extenderetur extra territoriū, quia obstaret defectus iurisdictionis, ut not. *Rolan. cons. 80. sub num. 29. lib. 4. Bellon. Iun. cons.74. num.105. & Rota.d.decis.177. nu.12.part.5. recent.*

152 Itaut sivè statutum loquatur in rem, sivè in personam adhùc ad bona extra territoriū non extendatur, ut reiecta distinctione *Bart. in l.cunctos populos, 1. num. 42. C. de Sum. Trin.& fide Cath.*scripsetunt *Surd.cons.343. n.9.vol.3.Menoch.cons.1021.n.11.lib.11. Carpan.ad stat.Mediol.c.417.n.21. Thesaur.Iun. quæst.forens.5.n.4. lib.2. Ripa obser.252. n.5.* plenè *Giurb.ad Consuet.Messan.cap.1.glos.2. n.119. vers.sed originalis, &c.* ubi quamplures dat concordantes, *Rota decis.295.n.9. & decis.304.n.3. part 1. divers. & d. decis. 177. n. 2. & seq. p.5. recent.*

153 Licèt statutum ratione rei subiectæ statuētibus quomodocumque loquatur sivè in rē, sivè in personam semper liget forenses, ut reiecta d. distinctione *Bart.* de qua suprà tradunt *Alex. cons. 19. num.7. vol.6.* qui testatur de magis communi opinione, *Rmin. Iun. cons.72. num.22. lib.1. Ceph. cons.526. num.2. lib.4. & cons.568.num.12. eodem libr. 4.* latè *Crav.cons.201. num.14.& 15.Bertaz. cons.civil.24. num. 27.* qui *num. 37.* testatur hanc esse magis communem Doctorum opinionem, prout facit etiam *Mascar. de gener.stat.interp. concl.6. num. 18. & seq.* latè comprobans, cum quibus pertransit *Ciriac. controv. 176. num. 14. & Rota apud Greger.XV. decis. 255. in fin.*

154 Cùm statuentibus sit permissum disponere de rebus sui territorii etiam in præiudicium forensium, uti de rebus eorum iurisdictioni subiectis, ut declarant *Mascar. in d. conclus.6.num.181. & seq. & Honded.cons.10. num. 26. & seq. & cons. 13. num. 7. & seq. vol. 2.* ubi dat concordantes quamplures, *& Ciriac.controv.177. num.6.*

155 Statutum autem dicitur conceptum in rē, quando disponit super re, ut declarant *Dec. & Felin.in cap. Ecclesia S. Mariæ, 10. de constit. Brun. de stat. exclus.fæmi.art.6. n.5. Surd.cons.276.num.10.lib.2.* ubi plures adducit ita sentientes, *Ciriac.contr.176. num. 29. & controv. 177. num.3.*

156 Quamvis faciat mentionē de personis, dū nō agit de eis,& de effectu eas directè respiciente,sed de effectu respiciente bona,& res, quo casu dicitur conceptum in rem, ut declarat *Mari Anton.var.resol.lib.2. resol. 59. casu 10. vers. Quia eum, &c. & Rauden. var. resol. cap.11. sub n. 15.* quos referendo sequitur *Ciriac.d. controv.176.n.29. & seq. & d. controv.177. num.4. & seq.* ubi dicit,statutū
157 dici in rem,licèt loquatur in personā,quando providet principaliter super re, quia tunc personalitati inest realitas, ut ibi per eum.

158 Forenses verò quando uti possint beneficio statuti præcipuè exclusivi fœminarum, & an ad d. effectum requiratur subiectio tam personæ, quàm bonorum dixi infra *lib. 2. ad rub. 62.*

159 Statutum autem si simpliciter inhabilitet personam ad contrahendum prohibendo actum fieri adimendo quodamodo exercitium contrahendi ligat subditum etiamsi contrahat extra territorium, itaut actus sit nullus, ut tradunt *Bart. in l.cunctos populos, 1. num.32. C. de Summ. Trin. & fide Cath. Vinc. de Franch. decis. 72. num. 1. & seq. Maresc. var. resol. lib.2. cap. 139. num. 5.* plenè *Altograd cons. 36. num.4. & seq. vol. 1. D.Deluca in Theat. verit. & iust. tom.6. in tit. de dote discur. 143. nu.42. Rota apud Burati. decis. 27. num. 2. & apud Merlin. decis. 601. num.1. & 2.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione, *tom. 2. & decis. 66. nu.24. part.9. recen.* & dixi etiam ego *allegat. foren. 38. num.15.*

160 Secus tamen est si statutum inhabilitet contrahentem non simpliciter, sed causativè, & secundum quid, nempe si prohibeat actum fieri nisi sub certa forma, & solemnitate, quia tunc reiecta distinctione, an statutum loquatur in rem, sivè in personam contractus factus extra territorium est validus, ut tradunt *Caball. consult. civil.100. n. 44. lib 1.* qui hanc opinionem dicit verissimam esse *Mascar.de gener. stat.interp.concl. 6. num.109. & seq.* ubi quamplures dat concordantes, *Cancer. variar. resol. part. 1. cap. 10. num.20. Theod.Rub.in singul. Rotæ Rom. tom.2. Circa stat. interp. ad stat. Urb. lib.1. cap.149. num.1. & 5. Carpan. ad stat. Mediol. cap.319. num.2. & seq.* ubi testatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, quam latè comprobat innumeris ferè Doct. authoritatibus *Altograd. dict.cons.36. num.4. & seq. D. Deluca in d. tit. de dote discur.143. num. 42. & seq. & Rota d. decis.27. apud Burati. num.3.& seq. & dict. decis. 601.num.1.& 2. apud Merlin. tom.2.* & latè probavi ego *dict. alleg. foren. 38. num.15.* ubi obtinui per conformes, uti habetur in fine *allegat.39.*

161 Quicquid contrarium voluerint *Gabr. cons.1. num.7. lib. 1. Odd. cons. 51. num. 10. Merot.cons.53.12.* & alii relati per *Andreol. contr.41.num.3. & per Gratian. discept. for. cap. 886. num.7. & seq. part.5.* contra quos adest verior, & communior opinio de qua suprà.

162 Et ratio est manifesta, quia quò ad solemnitates servandam validitatem contractus attendenda sunt statuta loci ipsiusmet contractus, non autem loci originis, etiamsi statutum dirigat verba in personam, ut tradunt *Dott communiter in dict. l. cunctos populos, 1. C. de Sum.Trin.& fide Cath. Crav. cons. 271. num.4.* plenè *Masc. de gener.stat. interp. d.concl. 7. in princ. Pic. ad stat. Urb. lib.1.cap. 151.glos. 2. num. 36.* quamplures adducens Doct. authoritates de magis communi opinione testantes,& Rotæ decisiones, cum quibus pertransit *Altogr.d.cons 36.num. 4. & seq. & Marescot. var. resol.lib. 2.cap. 139.num.3.*

163 Nisi actus factus fuisset affectatè extra territorium in fraudem statuti, cuius uterquè contrahentium sit particeps, quia tunc actus non substineretur, ut not. *Carpan. ad stat. Mediol. dict. cap.319. num. 4. & cap. 328. num. 44. Mascard. de gener. stat.interp. dict.concl.6. num.134. Ciriac. contr.10. num.83 Gargiar. inn. cons.22.num. 19. D. Deluca in d. tit. de dote discur. 143.num.43. Rot.decis.238.num.10. part.6.rec.* & dixi ego *dict. alleg.38.num. 17.*

164 Quæ quidem habent locum sive quis contraxerit de bonis sub iurisdictione statuentium existentibus, sive de aliis, ut declarant *Carpan. ad stat. Mediol. dict cap. 328. num. 40. Marescott. var. resol. lib. 2. cap.1. num.139. num.1.2. & seq. Pic. ad stat. Urb. dict. glos. 2. num. 49. & 53. & Altograd. dict. cons.36.num.6. lib. 1.* ubi alios dat concordantes.

165 Quicquid dicendum sit quando contractus celebratus fuit extra territorium non physicè, sed moraliter, ut puta in Ecclesia, Monasterio,vel loco exempto, de quo agunt *Surd. decis.129. num.16.* & ibi *Hodier. num. 14. D. Deluca in dict. discur. 143. num. 44. & Rot.decis.9.num.11. & decis.193. num.14. & seq. part.9. rec. tom.1. & decis.231.num.5. part.10. rec.*

166 Non tamen hìc venit omittendum,quod statuta laicalia non ligant Clericos, neque personas Ecclesiasticas ex defectu iurisdictionis, ut tradunt *Masc.de gener.Stat. Interp. concl.1. num.1.2. & plures seq. Carpan. ad stat. Mediol.in prælud. num.163. & seq.* latè *Sperell. decis. 12. num. 51. 52. & seq. p.1.* ubi quamplures adducit de communi, & magis communi opinione testantes, *D. Deluca in Theat. verit. & iust. tom.6. in tit. de dote discur 22.num.2. & Rot.decis. 264. n.1. part.12. & decis. 231. num. 8. part. 10. recen. & apud Merlin. decis. 901. num. 1. & 2. & apud Card. Ottob. decis.149. num. 4. & seq.* & dixi ego *alleg. foren. 30.num.43.*

167 Ita ut statutum laicale faciens mentionem de Clericis uti sapiens quid iurisdictionale

sit

fit etiam nullum ad tex. *in cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. Surd. cons. 301. num. 13. & seq. vol. 3. P. Sanch. in præcep. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 9. num. 4. & seq. Sperel. decis. 123. num 29. part. 2. Rota decis. 180. n. 20. post Zachia. de oblig. cam. & apud Card. Ottob. decis. 216. num. 12. & seq. & decis. 231. num. 8. part. 10. rec.*

168 Licet statutum laicale haberet confirmationem Apostolicam, etiam in forma specifica, quia confirmatio non alterat naturam confirmati, neque illud extendit, sed retinet naturam statuti laicalis, nisi in statuto esset facta mentio de Clericis, vel nisi id pernecesse importent verba generalia, vel aliàs appareat de voluntate Papæ voluisse illos comprehendere, ut not. *Bald. in cap. Ecclesia S. Mariæ, 10. num. 14. & 15. de constit.* & benè declarat. *D. Deluca in dict. tit. de dote, discurs. 22. num. 2. & 10. & Rota decis. 58. num. 28. & seq. part. 6. recent. & apud Zuffi. de logis. proc. crim. dec. 23. num. 6.* ubi aliæ recensentur, *& apud Merlin. dict. dec. 901. num. 1. & 2. tom. 2.*

169 Quæ habent locum etiam in Clericis minoribus ordinibus insignitis, qui cum non sint de foro seculari, ideo nec mirum si statutis secularibus non ligantur, ut tradunt *Felin. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, 10. nu. 110. & ibi etiam Deci. num. 19. de constit. Alex. cons. 210. num. 1. & 2. lib. 2. & Masc. de gen. stat. interp. concl. 1. num. 104.* qui alios dat concordantes.

170 Ac etiam in Cleris habentibus solum primam Tonsuram, qui veniunt pariter appellatione Clericorum, & gaudent privilegiis Ecclesiasticis, ut docent *Mendos. Dect. Host. Abb. Covar. Barbat. Marsil. Gomez. & Farinac.* quos refert, & sequitur *Mascar. de gener. stat. interp. d. conclus. 1. num. 105.* cum quibus pertransit *Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 567. Rota decis. 533. num. 7. part. 14. rec.*

171 Cum appellatione Clericorum, ut dixi veniant tam Clerici primæ tonsuræ, quàm alii in minoribus ordinibus constituti, *cap. cleros, 21. dist. cap. cùm contingat, 11. & ibi Host. nu. 6. de ætat. & qualit.* & alii Doct. quos refert, & sequitur *Barbos. de appell. verb. signif. appell. 91. in princ. & de iure Ecclef. univ. lib. 1. cap. 39. num. 2. & seq. & Rota dict. decis. 533. num. 7.*

172 Dummodo in eis verificentur requisita à Sacr. Conc. Trident. sess. 23. cap. 6. quæ quando habeant locum, cùm sint extra materiam nostram videas *Mascar. de gener. stat. interp. concl. 1. num. 105. & seq.* benè discurrentem, *& Barbos. de iure Ecclef. univer. lib. 1. cap. 40. num. 3. 4. & seq. & in tract. de potest. Episc. allegat. 12. num. 2. & se.* in quibus locis quamplures dant concordantes.

173 Amplia supradicta, ut habeant locum etiam in Clericis coniugatis, qui non dicuntur de foro laicali, & ideo laicorum statutis non subiiciuntur, ut habetur in *cap. uni. de Cler. coniug. in 6.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 36. vers. quæro an Clericus, &c.* ubi testatur de communi opinione *Farinac. de inquis. quæst. 8. num. 6. Masc. de gener. stat. interp. dict. concl. 1. num. 113.* plenè *Barbos. de iure Ecclef. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 37. & seq. & in tract. de potest. Episc. alleg. 1. num. 27.* ubi alii allegantur quamplures.

174 Si tamen cum unica, & virgine matrimonium contraxerint, & tonsuram, & vestes deferant clericales iuxta disposita in *cap. uni. de cleric. coniug.* ut declarant *Mascard. de gener. stat. interp. dict. concl. 1. num. 119.* ubi dat concordantes, *Farin. de inquis. d. quæst. 8. num. 6.* qui requirit, quod alicui Ecclesiæ servitio ab Episcopo sit deputatus, & idem tradit *Barbos. de iure Eccles. univer. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 37. & P. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 46. num. 1. & seq.* nec non *P. Diana in sum. in ver. Clericus quò ad forum num. 11. & 12. & Rota apud Card. Celsum, decis. 249. num. 3.*

175 In criminalibus tamen causis tantum sivè civiliter, sivè criminaliter pro crimine agatur, non autem in iure civilibus, ut tradunt *Mascard. in dict. concl. 1. num. 114.* qui latè comprobat *Farinac. in dict. quæst. 8. nu. 7. P. Sanch. dict. disput. 46. num. 22. De Marin. quotid. resol. cap. 53. Barb. de iure Eccles. univers. dict. §. 2. num. 38. & de potest. Episc. allegat. 18. n. 25. & P. Laim. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 8. n. 5.*

176 Licèt contrarium teneant *Squillan. Ric.* & alii relati per *Barbos. ubi suprà, & per D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote, d. disc. 143. num. 34. & P. Dian. in dict. verb. Clericus quo ad for. num. 11.* cum quibus pertransit *Rot. apud Card. Celsum. decis. 249. num. 1.*

177 Et excepto d. privilegio fori, & canonis Clerici coniugati nullo alio gaudent privilegio quo ad gabellas, collectas, immunitates, & similia, sed habentur uti laici, ut habetur dispositum *in dict. cap. unic. de Cler. coniug. in 6.* ut declarant *Covar. pract. quæst. cap. 31. num. 3. Far. de inquis. d. quæst. 8. n. 9. & Masc. d. concl. 1. n. 117.* benè comprobans.

178 Declara tamen supradicta, quod licet Clerici non ligentur statutis laicorū, possunt

tamen

tamen eis uti ad eorum favorem ratione privilegiativa, ut tradunt Abb. in cap. Ecclesia S. Maria, 10. num. 37. & ibi Felin. num. 31. de constit. Surd. cons. 301. n. 24. lib. 3. Graff. de effect. cleric. cap. 2. n. 43. Adden. ad Gregor. XV. decis. 279. num. 24. Sperell. dec. 11. num. 7. & seq. latè comprobans, & quamplures adducens Doctorum authoritates, Gargiar. Iun. cons. 4. num. 4. lib. 1. D. Deluca in d. tom. 6. in tit. de dote discurs. 22. n. 16. & Rota decis. 251. num. 8. part. 8. recen. & decis. 231. num. 12. & seq. part. 10. rec. declarando, ut per Rot. decis. 52. num. 19. & seq. part. 12. recen.

179 Dumodo illis utantur cum omnibus illorum qualitatibus, etiam si aliquæ sint contra Clericum, ut declarant Deci. in dict. cap. Ecclesia S. Maria, 10. num. 225. de constit. Natt. cons. 534. num. 3. lib. 3. Ceph cons. 226. num. 12. lib. 2 Hond. cons. 78. num. 111. lib. 2. plenè Sperell. dict. decis. 11. num. 17. qui alios dat concordantes, cum quibus pertransit Garg. Iun. cons. 4. num. 5. lib. 1.

180 Ligant tamen Clericos litigantes coram Iudice seculari in ordinatoriis, non autem in decisoriis, ut probant Seraph. de priv. I. iuram. privil. 77. num. 25. Gail. pract. observ. lib. 2. obser. 32. num. 10. Graff. de excep. in prælud. num. 91. Afin. in pract. in princ. cap. 8. num. 7. Leo in Thes. fori Eccles. ca. 11. num. 4. part. 1. & Garg. Iun. cons. 4. in princ. & dixi sup. etiam num. . .

181 Addo prædictis, quod statuta laicorum non solum non ligant personas Clericorum, sed neque ligant eorum bona ex defectu voluntatis, ac etiam potestatis, si de illis mentionem fecissent, ad tex. in cap. quæ in Ecclesiarum, 8. & in cap. Ecclesia S. Maria, 10. & ibi hoc not. Dec. & Felin. de constit. & meliùs in cap. fin. de vita, & honest. cleric. & tradunt Socc. Sen. cons. 71. num. 10. lib. 4. & Sperell. dec. 10. num. 30. & seq. & decis. 12. num. 55. & dec. 100. num. 29. & 30. part. 1. & dec. 135. nu. 10. part. 2. in quibus latè hoc comprobat, & apud Bich. decis. 521. n. 4. to. 2.

182 Neque ligant bona quæ sunt penes laicos dominio tamen directo Ecclesiæ subiecta, ut docent Abb. Dec. Bero. & alii Canonistæ, in d. cap. quæ in Ecclesiarum 7. de constit. Campeg. inter cons. Brun. cons. 2. num. 3. ubi testatur de veriori opinione latè Silvan. cons. 9. num. 25. Franc. Becc. cons. 3. nu. 60. lib. 1. Gratian. discep. Foren. cap. 447. num. 20. & seq. part. 3. ubi dicit, esse difficile ob authoritatem Rotæ Rom. ab hac opinione discedere, Ciriac. controv. 12. num. 67. D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 4. in tit. de emphit. discurs. 45. num. 8. & Rota apud Paris. de Sil. dec. 238. num. 4. & seq. benè comprobans, & apud Ciriac. controv. 265. num. 19. & decis. 42. num. 11. part. 6. rec. & dec. 53. num. 32. part. 10. rec. & dec. 139. n. 9. part. 14. rec. & alii per me adducti alleg. foren. 14. num. 25.

183 Quicquid contrarium imo Statutum laicale comprehendere bona dominio directo Ecclesiæ subiecta voluerint Ancaran. Felin. Alexan. Menoch. Valasc. & Surd. relati per me d. alleg. foren. 14. nu. 24.

184 Nisi tamen statuta essent confirmata à Papa, quia tunc illo d. bona sub dominio directo Ecclesiæ existentia comprehenderent, Ancaran. cons. 89 in prin. Rom. Inn. cons. 267. num. 15. Rot. dec. s. 741. num. 14. part. 4. rec. tom. 3. & decis. 166. num. 17. p. 11. rec.

185 Addo supradictis, pro ulteriori materiæ elucidatione, quod forenses non gaudent beneficio statuti Civitatis, in qua sunt forenses, ut docent Hond. cons. 5. num. 15. lib. 1. & cons. 29. num. 15. lib. 2. Adden. ad Greg. XV. decis. 279. num. 11. Masc. de gen. stat. interp. concl. 6. num. 74. Altograd. cons. 27. num. 24. lib. 2. Thomat. decis. Marc. 204. num. 21. & seq. & Rot. apud Merlin. decis. 353. nu. 40. & 41. & decis. 471. num. 33. ubi aliæ recensentur, & loquitur de statuto Eugubino.

186 Cùm statuentium intentio sit providere civibus suis, non autem exteris, l. 1. C. de Sum. Trin. l. imperialis, 23. C. de nup. Thomat. d. decis. March. 204. num. 25. & n. 41. latè comprobans Rota apud Merlin. dict. decis. 471. num. 33.

187 Nisi tamen contrarium in loco statuti fuisset observatum, nam tunc forenses beneficio illorum gaudere voluerunt Bertaz. cons. civil. 24. in fin. Bald. cons. 473. num. 3. vol. 5. & Fulgos. cons. 34. in 2. dubio, quos refert, & sequitur Mascard. de gener. stat. interp. d. conclus. 6. num. 76.

188 Vel nisi forensis esset incola, & ibi munera subiecti, quia tunc gaudere debet beneficium statuti loci, ut not. Anguis. cons. 8. n. 3. lib. 1. & Masc. de gener. stat. interp. dict. concl. 6. num. 187. ubi plures dat concordantes, & faciunt nota per Card. Tusch. pract. conclus. litt. F, concl. 410. num. 21. & seq.

189 Benè verum est, quod contrahentes in loco statuti tenentur servare illius solemnitates, aliàs contractus est nullus, ut probant Morot. cons. 99. num. 56. Thead. Rub. in sing. Rotæ Rom. tom. 2. Circa stat. Urb. lib. 1. cap. 34. num. 3. plenè Fenzo. ad stat. Urb. cap. 152. num. 11. Ciriac. controv. 10. nu. 80. Sperell. dec. 10. num. 2. part. 1. & Rot. apud Cenc. de cens. dec. 195. n. 4 & 5. & apud Pic. ad stat. Urb. dec. 59. n. 5. & dixi etiam supra n. 162.

Si

190 Si tamen ob non adhibitas solemnitates in loco statuti per foren em, & ob ignorantiam solemnitatum ipse grave damnum sentiat veniat in integrum restituendus ex clausula generali *Si qua mihi iusta causa*, tractant *Masc. de gen. stat. interp. concl.7. num. 35. & Odd. de rest. in integ. quæst.7. num.96. & quæst. 14. num.79.* ipsos consulas.

191 Statutum autem interpretari debet quod non sit superfluum, sed aliquid debeat operari, ut not. *Hond. conf. 4. num. 59. vol. 1. Gratian. discep.foren. cap.913. num.17.par.5. Aldou. conf. 83. num. 22. Andreol. contr. 6. num.10. Rota decis. 253. num. 8t. part. 7. rec. & apud Bich. decis.634. num.20.* & dixi ego *allegat. forens. 36. num. 7.* cum quibus pertransit *Bellon. Iun. conf. 74. num.23.*

192 Itaut ne estatutum reddatur elusorium, fiat extensio in materia correctoria *glos. in clem.1. de sepult. glos. fin. in cap. quamquam, 2. de usur. in 6. Mascar. de gener. stat.interp. concl. 4. num. 184. & seq. Fachin. conf. 52. nu.14. vol.1.* quos refert, & sequitur *Ciriac. contr. 437. num. 31.* & dixi pariter ego *dict.*

193 *alleg. 36. num.9.* licèt contrarium teneat *Altograd. conf.58. num.98. lib. 1.* ubi dat concordantes.

194 Non dicitur autem superfluum, dum idem disponit quos ius commune, cùm dicatur addere novum vinculum, ut declarant *Ceph. conf. 104. num.23.lib.1.* qui plures dat concordantes *Soc.Iun. conf.131. num.38. lib. 1. Ciriac. controv. 531. nu.58. Aldou. conf. 83. num.25. Altograd. conf.58.num.97.vol.1.*

195 Debet tamē statutum potius superfluum iudicari, quàm quod iniquitatem, iniustitiam, absurditatem, aut damnum indebitum alterius contineat, ut declarant *Mascard. de gener.stat. interp. concl.12. in fin.*

196 Statuta autem alia sunt favorabilia, alia autem sunt odiosa ad cognoscendum autem quando statutum sit favorabile, vel odiosum licet plures afferantur considerationes per Doctores, ut videre est per *Masc. de gener. stat. interp.concl.4. num.146.* illa tamen regula magis placet, inspiciendum esse principalem intentionem statuentium, si enim causa illius erit favor alicuius principaliter censebitur statutum favorabile, si verò alterius odium principaliter contineat, censebitur odiosum, ut declarant *Roma. conf.4.num.7. & conf.32.num.4. & conf. 39. num.2. & conf. 328. num.2. Paris.conf. 83. num.4 lib.3.* benè *Masc. de gener. stat.interp.dict. concl.4. sub num.146. Gall. de verb. signif.lib.8.ca.1. num.31.* & alii quos refert, & sequitur *FenZon. ad stat. Urb. cap. 149. num. 4. & cap. 151. nu.4.* cum quibus pertransit *Rota apud Merlin. decis.353. num.5.& 6.*

197 Quæ quidem principalis intentio statuentium ex proœmio statuti cognoscitur, *l.1. ff. de orig. iur. l.1. ff. ad Maced. l. fin. cùm ibi not. ff. de hared.instit.* & not. *Tiraq.de utroq. retrac.tit.1.§.30. glos.1. num.5. Mascar. de gener. stat. Interp. concl.4. sub num. 140. & FenZon. ad statut. Urb. cap. 151. num.5.*

198 Si autem dubitaretur an statutum sit favorabile, vel potius odiosum, in dubio pronunciandum est, illud esse favorabile, non autem odiosum, ut tradunt *Abb. in cap. in litteris,5. in fin. de restitut. spol. Ancar.conf. 37. post medium,& conf.215. num. 3. verf. in contrarium, Decia. conf.19. in fin. lib. 1.* ubi testatur de veriori opinione, cum quibus eos referendo pertransit *Masc. de gen. stat. interp. concl.4 num.147.*

199 Addo pro coronide, quod rubrica statuti habens orationem perfectam sufficit ad decisionem causarum, etiam si nigrum strictius loquatur, ut tradunt *Ias. in l.1. num.10. ff. si cert. petat. Masc. de gener.stat.interp. concl.2. num.196. & 200.& Rot. apud Greg. XV. dec.5. num.2. & apud Card. Ottob. decis. 269. in fin. & in Fanen. nullit. apoca 13. Mertii 1648. coram R.P.D.Royas.*

200 Rubrica autem dicitur habere orationem perfectam, quando certa mens ex illius verbis sine ulla suppletione percipitur, ut declarant *Gabr.conf.12. n.6. vol.1. & Masc. de gener.stat. interp.dict.conclus.2.num.202.*

Non est tamen omittendum pro declaratione statuti nostri, quod licet confirmatio facta per S.M. Urbanum Octavum de d. statutis dicatur facta in forma communi, ut ex illa est videre ex libris Reformationum Civitatis Eugubii de anno 1629. usque ad annum

201 1634. fol. 133. stantibus tamen clausulis in ea appositis, ibi *Licita tamen, & honesta,& dummodo Sac. Cano. & Sac. Conc. Trid. Decretis, & Constitutionibus Apost.non repugnent*, dici possunt confirmata etiam statuta contra ius, ut docent *Pigan. ad stat. Ferrar. tom.1. rubr. 3. num. 2. in addit. & Rota decis.510. in fin. part.4. diver. & decis. 51. num.10.part.1. rec.& in Ravenat. Hereditt.14. Aprilis 1606. coram Card.Pamphil. & in Bononien. Successi. 9. Decembris 1622. coram R.P.D.Ubaldo*, & dixi supra *nu. 83. & seq.*

Ac etiam stantibus verbis, de quibus tam in

202 confirmatione q. Ducis Urbini, quàm in confirmatione Apostolica ibi : *Illa inviolabiliter observari*, quæ non designant simplicem confirmationem, sed novæ legis vim habent, ut dixit *Rota dec. 438. nu.4.& seq. p.4.rec.to.2.& dec.298.n.17.p.10.recent.*

STATU-

STATUTORUM CIVITATIS EUGUBII

LIBER PRIMUS.

DE FESTIS DIEBUS COLENDIS. *Rubrica Prima.*



VÆRITE primùm Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur vobis: Inquit Dominus noster JESUS CHRISTUS. Ut igitur Civitas Eugubii, Dei Optimi Maximi gratiâ, ac Beatissimæ semper Virginis MARIÆ, & Sanctorum omnium intercessione adiuvetur, atque protegatur; In primis Statuit, & Decrevit, quòd quilibet in d. Civitate, eiúsque Districtu Dies omnes Festos colere, & sanctificare teneatur, ac in eis ab omni opere servili, & mercenario abstinere.

Sunt autem, qui sequuntur: Dies omnes Dominici: Dies Nativitatis Domini nostri JESU CHRISTI, cum tribus sequentibus: Circumcisionis: Epiphaniæ: Paschatis Resurrectionis: Ascensionis: Pentecostes: Veneris sancti: Solemnitatis Corporis Domini nostri JESU CHRISTI: Festivitates omnes Beatissimæ semper Virginis MARIÆ, videlicet Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, Assumptionis: Festivitates omnium Apostolorum, & Evangelistarum: Dies nativitatis sancti Joannis Baptistæ: Omnium Sanctorum: S. Crucis de mense Maii: S. Michaëlis de mense Septembris; S. Ubaldi Civis, & Protectoris; necnon dies eius Translationis: SS. Martyrum Mariani, & Jacobi pariter Civitatis nostræ Patronorum: S. Josephi: S. Laurentii, S. Annæ Matris B. MARIÆ Virginis: S. Antonii: S. Sebastiani: S. HIERONYMI: S. Augustini: S. Gregorii: S. Ambrosii: S. Martini: S. Nicolai: S. Sylvestri: S. Francisci: S. Caroli: S. Mariæ Magdalenæ: S. Catharinæ: S. Luciæ. Quibus diebus Artifices omnes apothecas clausas teneant, & tam in Civitate, quàm eius Districtu cuncti à quocunque opere abstineant, sub pœna librarum xx. Præterquam Aromatarii, qui pro imminenti necessitate illius diei, medicinalia conficere, & vendere valeant; atque etiam ii omnes, qui ad victum necessaria vendunt;

vel

vel si ex Area frumentum, legumina, & similia tempore Messium; sive etiam Mustum tempore vindemiarum in Civitatem deferant; vel si casus occurrat urgentis necessitatis, ut pro mortuis sepeliendis, ac similis; Quod Judicis arbitrio iudicari Volumus.

SVMMARIVM.

1 *Deus ubi fundamentu non est, nullum bonum ædificium potest ædificari.*

2 *Civitas non potest Dies festos tanquam sacros instituere, & num. 17.*

Neque potest præcipere, quod tali die subditi Missam audiant, num.3. & 22.

Licet possit præcipere subditis, quod tali die ab opere servili se abstineant, n.4. & 22.

Potest tamen obligari voto ad colendum aliquod festum, num.14.

5 *Festivis in diebus quod non vendantur, nisi medicinalia adest. Const. Mediolan.*

6 *Festivis in diebus potest quis incumbere opere servili, si res peritura esset.*

7 *Opera servilia in diebus festis prohibita, quæ dicantur remissivè, & num. 32.*

8 *Ordines servandi per Artifices, circa festivitates non ligant Iudæos.*

9 *Deus est principium omnium gerendorum.*

10 *Invocatio Divini Numinis in omnibus negotiis est commendanda.*

11 *Principium sumptum à Deo tribuit bonum initium, melius medium, & optimum finem.*

12 *Instrumentum exordium non sumens à invocatione Domini, stante consuetudine, nullum est.*

13 *Electiones Prælatorum, nullæ sunt, si fiant prætermissa Missa de Spiritu sancto.*

15 *Regulares servare non tenentur festa instituta Civitatum voto.*

Nisi indicta sint ab Episcopo cum consensu populi, num.16.

17 *Iudices seculares, ac Magistratus indicere non possunt suis subditis observationem festorum.*

Neque præcipere observationem festorum, num.18.

19 *Episcopi an possint dies festivos indicere, & num.21.*

20 *Festivi dies ut indicentur, an requiratur consilium, aut suffragium cleri.*

23 *Iudices, & Potestates seculares possunt castigare transgressores festorum.*

Et quid præexistente licentiâ Episcopi, num. 26.

24 *Præventio datur inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem ad puniendum festorum inobservantes.*

25 *Licentia laborandi diebus festivis, à quo est habenda, & an pro ea aliquid recipere liceat.*

28 *Iudices seculares an concedere possint licentiam laborandi diebus festivis, ac præscribere modum incedendi in processionibus.*

29 *Festivis diebus, quæ liceat facere remissivè.*

Feriatis diebus de festivis, quæ activari possint remissivè, num. 30.

31 *Feriatis diebus citatio an expediri possit.*

ANNOTATIO.

1 QVONIAM omnia rectè gerimus, si principium ab Omnipotenti Deo, absque eius auxilio procedat, *auth. quom. oper. Episc. in princ. collat. 1.* & not. *Gallia ad consuet. Alex. in princ. & Barbos. axiom. 187. num. 1.* Cùm ubi Deus fundamentum non est, ibi nullius boni operis ædificium valeat exædificari, *cap. cùm Paulus, 1. quæst. 1.* & advertunt *Pacif. de Salvian. in præfat. in princ. & Barbos. d. axiom. 187. nu. 3.* Ideò non minus prudentes, quàm religiosi Cives Eugubini in principio huius statuti primò esse quærendum Regnum Dei, & iustitiam eius, sunt protestati, prout etiam hortatur *Em. Card. Belar. in tract. de ætern. felic. Sanct. lib. 1. cap. 6. post princ.* & quidem cum maxima ratione, quia ut dicit *Boet.* Regnum Cœlorum, & illius beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & latè comprobat *P. Cartag. de admir. Ascension. Christi, lib. 15. homil. 12. vers. verum si me, &c.*

2 Notandum est autem hîc quòd Civitas,
vel Respublica non potest dies festos tanquã
sacros instituere, cùm cultus diei festi sit
actus religionis, ut tradunt *Em. Sà in verb.*
Festum, in princ. P. Suarez de relig. lib. 2.
cap. 12. num. 2. Clav. Reg. lib. 7. cap. 3. num.
17. P. Filliuc. tract. 27. cap. 6. num. 93. & alii
quos refert, & sequitur *Bonac. in 3. præcep.*
Decal. disp. 5. punct. 1. num. 5. Ita ut neque va-
3 leat præcipere, quod tali die Missam audiant,
ut not. *Ema. Sà in d. verb. Festum, in princ.*
P. Filliuc. & Bonac. in loc. proximè adduct.

4 Licèt possit ratione civilis honoris, vel alio titulo præcipere subditis, quod tali die à servilibus operibus, & aliis negociis se abstineant, pœnámque contrafacientibus imponere, ut declarant *Bonac. d. punct. 1. num. 5. & P. Filliuc. ubi suprà.*

5 Quod autem in diebus festivis non possint ven-

vendi nisi medicinalia, & alia ad victum necessaria, prout habetur in hoc statuto dicit servari in Civitate Mediolani ex particulari Constitutione, *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 110. num. 10. lib. 1.* & quò ad Aromatarios concedit etiam *P. Laim. in Theol. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 4. num. 2. vers. Quod attinet, &c.*

6 Si tamen res esset peritura licet etiam in diebus festis incumbere operi servili ad tex. *in cap. licet, 3. & ibi scriben. de fer.* & tradunt *Choel. ad Bull. bon. reg. cap. 31. nu. 146. in fin. P. Laimay. in d. tract. 7. cap. 4. nu. 2. vers. quod attinet, &c.* ubi generaliter dicit, excusare à violatione festi causam necessitatis, & pietatis, cum quo concordant. *P. Em. Sà in verb. Festum, num. 4. & 6. & P. Dian. in Summ. in verbo festum servare, n. 10. & num. 13.* benè declarans.

7 Quæ autem dicantur opera servilia, quæ prohibentur in hoc statuto, & violant festū, tradunt *P. Comitol. Resp. moral. lib. 4. q. 58. P. Em. Sà in d. verb. Festum, num. 5. & seq. P. Laim. in d. tract. 7. cap. 4. nu. 2. vers. quod attinet, &c.* & plenè *P. Dian. in Summ. in verb. festum servare per tot.*

8 Ordines tamen servandi per artifices circa festivitates non ligant Iudæos, secundum *Tiraq. de iure primog. quæst. 60. nu. 33.* quem referendo, sequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 110. num. 11. lib. 1.*

ADDITIO.

9 SAnè principium omnium gerendorum à Deo sumendum docuerunt Pontifices, Imperatores, & Reges, *Barbos. ad cap. cum terra, de elect. num. 5. Modern. Pegas. ad Ordinat. Regn. Portugal. tom. 1. ad proœm. glos. 25. num. 1. & seq.*

10 Et ita laudabilis dicitur Doctorum consuetudo lecturas in scholis, consilia in scriptis, & sententias in foro ab invocatione Divini Numinis exordiendi, cōmendandusque valdè omnium Christianorum usitatus mos, & consuetudo, in literis familiaribus, & aliis quibuscumque conscribendis, qui eas ab eadem Divina invocatione, aut saltem à venerando Crucis signo ordiuntur, *Fontanell. de pact. claus. 2. num. 12.*

11 Sic principium sumendo à Deo habetur bonum initium, melius medium, & optimus finis, maximè eo humiliter invocato, *Scoppa ad decis. Gratian. obser. 1. nu. 1. Pegas. ubi suprà num. 8.*

12 Ex quo concludunt Doctores, stante consuetudine, & decreto irritanti, nullitatis vitio laborare instrumenta ita exordia non sumentia, *Fontanell. dict. claus. 2. per tot. maximè num. 7. Scoppa dict. obser. 1. n. 2. & seq.*

13 Unde fit, in electionibus Prælatorum pro forma, & validitate electionis, præmittendam esse Missam de Spiritu sancto, ipsiusque gratiam invocandam, prout traditur à *Barbos. supr. citat. num. 6. ubi tradit intellectum Abb.* & latiùs dicetur infra *rubrica 6. n. 11.*

14 Possunt tamen Civitates, & Respublicæ obligari voto ad colendum aliquod festum, licèt hæc obligatio uti personalis, ad posteros non transmittatur, nisi fiat de consensu Episcopi id statuentis, aut consuetudine legitima, & approbata, à superiore Prælato inducatur, *Leandr. tom. 3. tract. 1. disp. 2. q. 21.*

15 talia autem festa votiva servare non tenentur Regulares, *ut citatis Bordon. Homobon. Pellizar. & aliis tradit Pasqualig. ad Laurent. de Franch. part. 1. num. 22. Passarin à Sextula de stat. hom. pag. 887. num. 992. tom. 3.*

16 nisi indicta ab Episcopo consensu populi, quia tunc ad talia festa servanda censuris possunt compelli, *Frass. de Reg. Patronat. cap. 62. num. 60.*

17 Principes sæculares, seu Magistratus non posse indicere suis subditis observationem festorum tradit latissimè *Pignatel. consult. canon. lib. 1. consult. 8. tot. Capon. discept. 208. tom. 3. ferè per tot.* maximè *num. 27. 38. & seq. ubi Pac. Iordan. Ricciul. Leandr.* & alios citat intellectum tradentes, *Lomnes, Cod. de feriis,* concludentes non posse indicere festum, ut obligent fideles ad audiendam Missam; sed posse quo ad civilem cultum tantum, nimirum ut laici his diebus à forensibus negotiis, litibus, & à cæteris operibus profanis caveant, & ita posse Potestates sculares statuere diem festum in ordine ad cessationem ab operibus servilibus, *Capon. dict. discept. 208. num. 24.*

18 Non desunt tamen qui asserunt potestatem secularem neutiquam posse præcipere observationem festorum, inter alios *Pignatel. consult. canon. 8. num. 2.* citans *Abb. Suarez, Azor. & Fagnan.* qui tradit *const. Innocentii X.* licèt contrarium teneat *Guazzin. Inn. ad defen. animarum, defen. 1. cap. 13. num. 56.*

19 Iure autem communi licebat Episcopis dies festos indicere, & instituere, *Pilaya decis. canon. lib. 1. decis. 7. num 94.* saltem cum consensu Cleri, & Populi, licèt quo ad populum abrogatum consuetudine dicat *Diana de legib. tom. 6. tract. 1. resol. 18. §. 6.* contrarium tenente vi iuris *Lean. dict. disput. 2. quæst. 9.* vi autem consuetudinis concordante *d. disput. 10.* cum *Diana.*

20 Cleri autem consilium, non autem suffragium

gum requiri dicit idem *Diana tom.3. tract. 3 resol. 89.* præcipuè attenta consuetudine recepta, dies festi sola Episcopi authoritate, adhibitóque consilio Clericorum, non tamen suffragio posse institui, ut tradit *Leand. ubi proximè q.10. in fin.*

21 Hodiè tamen non procedit propter Bullam Urbani VIII. qua est Episcopis prohibitum festa indicere Populo, *Capon. dict. discept. 208. num. 26. Ventrigl. in prax. annot.16. §.1. num. 3. p. 1.* atvero ipsis pro sua Diœcesi permissum tradit, *Nicol. in suis lucubratio. canon. lib.2. tit.9.nu.106.*

22 Potestates autem seculares non possunt præcipere laicis quod die festo Missam audiant, *Capon. dict. discep.208. num.25.* benè tamen quod se abstineant à servilibus negotiis, ut suprà dixi, & tradit hoc loco noster Conciolus, etiam pœnam imponendo contrafacientibus, *Leand. ubi proximè quæst.12. Barbos.in Concil.sess.25.de Regular. & Monial. cap.12. num.9.*

23 Unde, possunt Potestates seculares castigare transgressores dictorum festorum, *Capon.* citatis, *Diana, & Nicol. dict. discept. 208.n.29. & discep. 213.* tradit quomodo se gerere debeat Episcopus circa exequutionem pœnarum contra inobservantes, *Pignatel. d. consult. 8. num.2.*

24 Est tamen certum, quòd in puniendis prędictis inobedientibus datur præventio inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem iuxta Pii V. Constitutionem, *Capon. ibid. Nicol. ibid. dict. num. 6. Tondut. de prævent. iudicial. part.2. cap.29. num.38. & seq. Pignat. dict. num.2.* nisi adsit licentia laborandi diebus festivis data ab Episcopo, seu alio ad quem spectet iuxta adducta per *Barbos. de Parocho cap.16. per tot. Morot. respons.7. num.11.* & alios passim citatos per *Pelay dict. decis. 7. num. 96.* & per *Capon. discept. 211. & 212.*

25 Ubi latè tradit à quibus sit habenda ista licentia, & an pro ea aliquid accipi liceat.

26 Et tunc præexistente dicta licentia, non possunt Iudices laici contra sic laborantem procedere, *Tondut. ubi proximè num.41. Nicol. dict. num.6. Barbos. dict.n.9.* etiam si ta-
27 les licentiæ dictis Iudicibus laicis non exhibeantur, cum ad id non teneantur, *Capon. dict. discept.208. num.28. Nicol. dict.nu.6.* ubi declarationem S.Congregationis extensam affert.

28 Nequeunt tamen Potestates seculares prędictas licentias laborandi in diebus festivis concedere, sicut nec præscribere modum, & ordinem incedendi in processionibus, *Pign. d. consult. 8. num.4. & 5.*

29 Et si tibi occurrerit scire quæ diebus festis vendi, & facere liceat, excusentque à violatione festorum, recurre ad *Nicol. lucub. canon. dict.tit.9. à nu. 1. & in flosculis verbo festum, per tot. Novar. in Summ. Bullar. in addit. commentar. 57.num.9. Antonel.de regim. Eccles.Episcopal.lib.1.cap.4. à num. 44. ad 57.* & latissimè *Leand. dict.tom.3.tract.1. disput.4.* per plures quæstiones, *Capon.discep. 209. & 213. per tot.* quem vide.

30 Pariter si notionem habere desideras actorum qui fieri possunt in diebus feriatis, & festivis, ac scire plura de feriis, vide ad saturitatem *per 77. num. Doctissimum sanè, ac omni ævo laudandum dominum meum Blasium Altimar. in profundissimo suo tract. de nullitatibus tom.1. part.1. rub.9.q.4.* ubi infinitos citat, *nostrúmque meritissimum doctissimum, ac nobilem Regentem Corriada decis. 24. à num. 53. ad 69.* & citato *dicto Nobilis de Corriada tradit Episcopus Didac. Ant. Francès de competent.q.55. nu.1.& seq.*

31 Citari autem an possit die feriato, vel eo die expedire citationem ad diem non feriatam cum omnibus ampliationibus, & limitationibus, citatisque cunctis Doctoribus modernioribus tradit idem *Altimar. in d.tract. de nullitat. p.2. rub. 12. q.36. à n.2. ad 85.*

32 Quem autem dicantur opera servilia, & quæ violant festum, præter Doctores citatos à nostro Conciolo tradunt *Capon.dict. discept.209. nu.2. & 5. & fere per tot. Leand. d.disput.4. quæst.3.*

DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE SANCTORUM.

Rubrica Secunda.

UT Sanctorum Corpora, quæ viva Membra fuerunt Christi, & aliæ Sacræ Reliquiæ ab omnibus debita veneratione colantur; Statuimus, & Ordinamus, Quos DD. Locumtenens, Confalonerius, Prætor, & Consules unà cum aliis Officialibus salariatis de publico, in eorum festivitatibus te-

teneantur, & debeant accedere ad proprias illorum Ecclesias, ibique Divinis adesse, & Sanctos ipsos pro salute Civitatis supplicitet invocare.

Et in primis in Ecclesia Cathedrali sunt infrascripta Corpora, & Reliquiæ. In Altari Maiori requiescunt Ossa SS. Martyrum Mariani, & Iacobi, Quibus, uti Patronis dicta Ecclesia dicata est: Digitus S. Ioannis Baptistæ, qui in die suæ festivitatis de mane, processionaliter defertur ab Ecclesia Cathedrali ad eius Ecclesiam: Digitus S. Leonardi Confessoris: Caput S. Cordulæ Virginis, & Martyris: Corpus S. Ioannis Laudensis Episcopi Eugubii: Corpus Beati Villanii Eugubini: Corpus B. Fortis Heremitæ, & aliæ plures Reliquiæ, quæ ibidẽ sigillatim ostenduntur tertia die Paschatis. In Ecclesia S. Dominici est Digitus S. Catherinæ Virginis, & Martyris: Pes unius Sanctorum Innocentium, & aliæ plures, quæ ostenduntur in die S. Catharinæ, & aliis Solemnibus. In Ecclesia sancti Francisci est Corpus Beatæ Franciſchinæ: & ostenduntur multæ venerabiles Reliquiæ prima die Ianuarii; Sicut etiam in Ecclesia S. Bernardini diversæ ostenduntur in die Nativitatis Domini. In Ecclesia S. Augustini sunt Corpora Beatorum Petri Generalis Ordinis Heremitarum, & Francisci Iuris Vtriusque Doctoris. In Ecclesia S. Spiritus sunt Corpora Beatæ Ianuariæ, & Beatæ Ceciliæ. Extra verò Civitatem sunt infrascripta Corpora, & Reliquiæ: Et in primis venerabile Corpus S. Vbaldi Protectoris nostri, quod integrum, & multis miraculis exornatum in propria Ecclesia requiescit: In Ecclesia S. Secundi in Altari Maiori requiescunt Corpora S. Secundi Martyris, & Sanctorum Secundini, & Agapiti Martyrum, & Pontificum: Adsunt etiam Ossa S. Æmiliani Martyris, & Antoniæ, ac Tertullianæ Virginum, ac Martyrum. Et deinde fuit translatum Corpus S. Erasmi ex propria Ecclesia cum aliis Reliquiis quæ leguntur in pariete dictæ Ecclesiæ Corpus S Verecundi in Ecclesia ei dicata: Corpus S. Felicissimi in sua Ecclesia. Corpora BB. Archangeli Bononiensis, & Francisci Senensis in Ecclesia S. Ambrosii: Corpus SS. Martyrum, & Virginum Ruffinæ, & Secundæ in Eccclesia S. Luciæ: Corpus S. Albertini in Ecclesia S. Crucis Fontis Avellanę, in qua aliæ plures existunt Reliquiæ. Sunt etiam alia SS. Corpora, & Reliquiæ in Castris Diœcesis, prout in quadam Tabella in Episcopatu existente omnia ordinatim descripta reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Sanctorum Reliquiæ sunt ab omnibus veneranda.*
Maximè post approbationem de illis factam per Papam, vel Episcopum. nn. 3.
2 *Reliquiarum nomine quid veniat.*
4 *Laici sunt capaces custodiæ Reliquiarum.*
5 *Sanctorum Corpora quomodo sint furrectura.*
Quomodo à S.C.Trid.nuncupentur, n.6.
Sunt pariter veneranda, num.7.
Et sunt quid pium, & sanctum, num. 8.
9 *Percutientes Corpora Sanctorum, seu sacras Imagines sunt heretici, & ab Inquisitoribus puniendi.*
Et eas surripientes, sacrilegium committunt, num. 10.
11 *Simonia committitur, si Reliquiæ Sanctorũ pretio alienantur.*
Nisi ab uno Conventu ab alio alienentur, num. 12.
13 *Regulares tenentur domo exire, ad Reliquias transeuntes ante Monasterium turificandum.*
14 *Sanctorum Corpora, an sine licentia Principis possint alio transferri.*
15 *Legatum factum alicui Sancto, an debeatur Ecclesiæ ipsius dedicationis, an verò ei in qua ipsius Corpus, seu maior pars custoditur.*
16 *Reliquiæ Sanctorum, an concedi possint absque assensu Apostolico.*
Nequeunt tamen asportari ad infirmos, neque abrradi, ut in potum infirmis dentur, num. 17.

ANNOTATIO.

1 QVod Sanctorum Corpora, & Reliquię sint ab omnibus, uti habetur in hoc statuto reverenter venerandæ habetur, etiam dispositum *in S. Conc. Trid. sess. 25. de invoc. & vener. Sanct.* & tradunt *Card. Bellar. lib. 1. de Sanct. à cap. 1. usque ad 4. P. Suarez tom. 1. in 3. p. D. Thom. quest. 25. art. 6. disp. 55. P. Vasq. de adorat. Imag. lib. 3. disput. 3. nu. 78. cum pluribus seq. P. Sanch. in Praecep. Decal, lib 2. cap. 43. num.* 1. ubi alios dat concordantes, *& Bonac. 1. pracept. disp. 3. q. 1. punct. 4. num. 3.*

2 Nomine autem Reliquiarum intelliguntur ipsa Sanctorum Corpora, & quælibet Ossium, seu carnis particulæ, capilli, ungues, dentes, cineres, in quæ conversa sunt, & alia quibus tempora vitæ usi sunt, ut vela, panni, & alia, quæ ad eorum corpora, vel ossa admoventur, vel quæ ipsa tetigere; ut declarant *P. Azor. inst. moral. lib. 9. cap. 8. quæst. 1. P. Sanch. in Pracept. Decal. lib. 2. cap. 43. num. 2. & P. Laim. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 16.*

3 Maximè post approbationem de illis factam per Summum Pontificem, seu per Episcopum, ut latiùs declarant *Bonac. d. punct. 4. num. 4. P. Sanchez in d. cap. 43. num. 10. & P. Laim. in d. tract. 7. q. 5. n. 15.*

ADDITIO.

4 LAici sunt capaces custodire Reliquiarũ sanctarum, de quibus fit mentio in hoc statuto; maximè stante consuetudine tradit *Andreol. controv.* 381. *in princ. & dicetur infra rub. 8.*

5 Quorum Sanctorum Corpora sunt sine difformitate surrectura, è contra, corpora damnatorum cum suis deformitatibus surrectura sunt, *Tiraq. de ll. connub. l. 2. glos. 1.*
6 *part. 2. num.* 52. vivaque membra CHRISTI; & Templum Spiritus sancti à sacra Trident. Synod. illa nuncupantur, *Marantarespon. num. 4. tom. 2.*

7 Corpora ipsa, & Reliquiæ Sanctorum sunt venerandæ, ut tradit latissimè *Barbos. in Cõcil. sess. 25. de Purgatorio*, ubi ad saturitatem materiam hanc videndam, & penes *Delben. de inquisit. part. 2. dub. 234. per plures sectiones*, & penes *Nicol. lucubr. canon. lib. 3. tit. 45.* ubi plures declarationes S. Congregationis circa hæc adfert, & penes *Novar. in summa Bullar. comment. 115. part. 2. Pignat.*
8 *consult. canon. 53. num. 2. tom.* 1. ipsæque
sunt quid pium, & sanctum, *Delbene dict.*
9 *dub. 234. sect. 1. num. 7.* qua propter eas per-
cutientes sunt hæretici, & ab Inquisitoribus puniuntur, *Diana tom. 5. tract 12. resol. 9.* ubi tradit quibus pœnis sunt puniendi.

10 Pariter eas surripientes uti res sacras, sa-
crilegium committunt, *Novar. in summ.*
11 *Bullar. dict. comment.* 115. *num. 9. p.* 1. & ita
alienari nequeunt pecuniis intervenientibus
absque simonia, *Diana tom. 4. tract. 7. resol.*
66. Nicol. ubi proximè num. 4. Gibellin. de
12 *simonia, quæst. 12. consect. 4. num. 2.* benè ta-
men possunt alienari ab uno Conventu ad alium sine transgressione iurium, *Capon. discep. 94. num. 45. tom. 2.*

13 Reliquiæ ipsæ ita sunt venerandæ, quòd transeunte Episcopo, seu alio eas deferentibus ante Monasterium, vel Ecclesiam alicuius Ordinis Regularis, teneantur, saltem ea pia veneratione Religioni consentanea, ipsi Regulares domo, seu Ecclesiæ exire, ad eas cum turificatione venerandum. *Pignatel. d. consult. 53. tota.*

14 Corpora autem Sanctorum alio transferri absque Principis licentia non posse, tradit *Capiblanch. de Baronib. prag. 3. part. 1. num. 74.* ubi docet de quo Principe, an de Ecclesiastico, vel seculari sit intelligendum, & si plura alia de translatione Sanctorum, & Reliquiarum cupis scire, lege *de Magistr. in silva Ecclesiast. lib. 1. tit. 11. per tot. præcipuè cap. 2.*

15 Unde est, quod legatum relictum alicui Sancto debetur Ecclesiæ in qua Corpus, seu maior pars Reliquiarum custoditur non verò Ecclesiæ dedicationis ipsius, *Modernus Mostassus de causis piis lib. 4. cap. 1. à num. 3. ad 8. ubi Afflict. Molfes. Thoro. Rube.* & alios consiliat.

16 Et ita Reliquiæ Sanctorum, aut particulę illarum, quæ in Ecclesia sunt; etiam Magno Principi non possunt per Episcopum concedi, sine assensu Apostolico, ex quo sunt res Ecclesiæ pretiosissimæ, & earum quæ servando servari possunt, *Ventrigl. in prag. annot. 1. §. 2. num. 27. tom. 1.*

17 Inde fit, quod dictæ Reliquiæ nequeunt asportari ad infirmos, neque Ossa Sanctorũ sunt abradenda, ut redituræ dentur in potum infirmis, *Rescrip. à sacr. Congreg. Episcoporum tradit dictus de Magist. d. c. 2. n. 6.*

DE HONORE FACIENDO B. VBALDO PROTECTORI.
Rubrica III.

VT Civitas Eugubii S. Vbaldi Protectoris, ac Civis, suffragiis adiuvetur, Statuitur, & Ordinatur, quòd quolibet anno in eius Vigilia fiat post Vesperas ab Ecclesia Cathedrali solita Processio per Civitatem cum interventu singularum Religionum, cui in posterum addatur Quadrum Sancti Vbaldi deferendum per Confratres Sanctæ Mariæ Alborum cum Dupleriis, & Musica præcedente ante R. Capitulum, ad hoc ut Cives omnes, & exteri ad illius opem implorandam excitentur. In die verò suæ festivitatis de manè DD. Locumtenens, Confalonerius, Prætor, & Consules unà cum aliis Officialibus, nec non cum Collegio Notariorum, Mercatorum Artis Lanæ, Aromatariorum, & aliarum Artium facibus accensis, & cum earum Dupleriis, Tubis præcedentibus, ordinatim accedant ad eius Ecclesiam, ibique omnes Protectorem ipsum suppliciter exorent, ut pro Salute, & Pace universi Populi, Civitatisque ubertate, ac tranquillitate intercedere dignetur in Cœlis. Si quis verò prædictorum contrefecerit pœnam duarum lib. incurrat, ad honorem Sancti, Magistratus arbitria applicandam. Vtq. scandalis provideatur, quæ ob frequentiam Populi oriri possent; Magistratus iuxta solitum Contestabilem eligat de Primariis Civitatis, unà cum Signifero, Qui post Processionem à Domino Confalonerio Vexillum in Palatio accipiat per Civitatem incædat, & cum xxv. Militibus, & solito stipendio, ac emolumentis vadat ad Custodiam dictæ Ecclesiæ.

ANNOTATIO.

1 SAnctus Ubaldus (de quo fit mentio in hoc statuto) natus Eugubii, nobilis quidem genere, sed nobilior effulsit integritate vitæ. Cùm esset infantulus, Patre orbatus, traditus est Deo nutriendus sub disciplina Prioris Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini in Ecclesia Cathedrali Sanctorum Martyrum Mariani, & Jacobi suæ Patriæ, ubi factus docilis, pietate, & literis egregiè fuit institutus. Jamque adolescens, ut Uxorem duceret, à quodam Amicorum suorum validis ad animum inducendum rationibus tentatus, nunquam à proposito servandæ virginitatis, quam Deo semel consecravit, recessit. Cùm adolescentiæ annos feliciter, & sanctissimè transisset, Prior in eadem Ecclesia effectus est, suosque Canonicos ad eiusdem Ordinis observantiam, à qua eos declinasse dolebat, & regula, & exemplo redegit. Ab Honorio Secundo Summo Pontifice divinitus, edocto Episcopus Eugubinæ Ecclesiæ electus, & consecratus, sicut in dignitate honoris, ita in omni bonitate crevit; erat enim supra modum humanæ conversationis mansuetus, humilis, simplex, prudens, benignus, affabilis, patiens, erga pauperes misericors, ac beneficus, & charitate, aliisque virtutibus prædītus. Tandem cùm Ecclesiam suam multis annis summa laude gubernasset, sanctis operibus, ac miraculis clarus anno 1160. migravit ad Dominum, qui eum fecit mirabilem in vita, & post mortem præcipuè in effugandis spiritibus immundis. Ipsum verò Celestinus Papa Tertius in Sanctorum numerum retulit Anno 1191. Vita S. Vbaldi scripta à B. Tebaldo eius primo Successore in Episcopatu est in Archivio secreto Eugubii, ut legitur in 3. vol. Litterarum D. Vincentii Armanni p. 408. & seq.

Advertte hic circa electionem Contestabilis, d. verbum importare dignitatem cum iurisdictione, ut videre est ex *Henr. Bacc. Alema. in descrip. Regni Neapol. de septem Offic. Regn. fol. mihi 234.* Qui est eligendus ex Nobilioribus Civitatis, cùm id importet d. verbum *Primariis*, idest qui primi sunt in Civitate Primarius vir *Cicer. in Cato idem Verri, 5.* ibi *Hæc omnia doceo Civitatem, & privatis Primariorum testimoniis, &c.*

DE PROCESSIONIBVS, LVMINARIIS, ET OBLATIONIBVS Faciendis. Rubrica IV.

IN primis, Festivitas Sanctissimi Corporis Domini nostri JESV CHRISTI, quolibet anno humiliter, ac reverenter more solito celebretur, In qua DD. Locumtenens, Confalonerius, Prætor, & Consules, unà cum cæteris Civibus, incædant Luminibus accensis, quæ à Camera Ducali iuxta solitum, subministrari debeant; & Baldachinum post Magistratum, & Iudices, per Cives ipsos à Capellano, & Cancellario Communis eligendos, ordinarim, ac reverenter aperto capite deferatur: Cùm verò ad Cathedralem Ecclesiam redierint, habita Benedictione recedant omnes laudantes Deum. Iidem etiam intersint Processioni faciendæ in die S. Marci, & Rogationibus, quæ triduo fiunt ante Ascensionem Domini, ac etiam Processionibus, quæ in vigilia S. Ubaldi, & in die translationis, ad eius Ecclesiam fieri solent. Fiat etiam Luminaria per Civitatem de sero, in vigilia Assumptionis Beatissimæ Virginis, & in vigilia S. Joannis Baptistæ, in quibus omnes Capitanei Artium Tubis præcedentibus incædant ad prædictas Ecclesias, cum earum Dupleriis, Artium sumptibus conficiendis, prout hactenus observatum fuit, & hoc ultra luminariam faciendam B. Vbaldo, de qua diximus in præcedenti Capitulo. Magistratus etiam curare debet, ut iuxta laudabile Institutum Maiorum nostrorum, Torceæ singulis Ecclesiis in earum Festivitatibus impensa Cameræ Ducalis prout hactenus, de mane Tubis præcedentibus, offerantur.

SVMMARIVM.

1 *Baldachinum in festivitate Sanctissimi Corporis Christi est deferendum per digniores, & nobiliores.*

Est primò deferendum per Magistratus, & Dominos, num. 2.

3 *Barones deferre debent primam hastam Baldachini.*

4 *Processio Sanctissimi Sacramenti inchoanda est in Cathedrali Ecclesia.*

5 *Confratriæ seculares, an compelli possint associare processiones, & in quo loco se convenire.*

Non tamen compelli possunt per Iudicem secularem, num. 6.

Intellige ut num. 7.

8 *Civitas Barchinona Confratres ad Processiones invitat, num. 8.*

Civitas Gerundæ pariter, num. 9.

10 *Processiones quæ sint publicæ.*

11 *Regulares, an compelli possint ad Processiones accedere.*

12 *Processiones, à quibus constitui, ac dirigi possint.*

ANNOTATIO.

1 MAxima cum ratione statutum fuit, quòd in delatione Sanctissimi Sacramenti facienda in festivitate Corporis Christi Baldachinū deferri debeat primo loco per Illustrissimum Magistratum, & Dominorum Iudices, cùm de iure illud per digniores, & nobiliores veniat deferendum, ut probant *Vinc. de Franch. dec. 253. per tot. Thor. in Comp. decis. Neapol. litera H, in vers. Hasta Pallii in die festiv. Sanct. Corp. Christi, & Rota in Taurinen. delat. Baldach. 4. Iulii 1646. coram Eminentiss. Corrado, §. nec demum, &c. & P. Vidal post hac scripta visus in Arca salut. inquis. 50. num. 219.*

ADDITIO.

2 AD ista quod Magistratus, & Domini deferant primò Baldachinum, & hastam Pallii, vide *Carol. Anton. de Luca ad dict. decis. Franch. 253. nu. 1.* ubi tradit Nobiles debere eligi ad eundum obviam Regi venienti, *Ricci. ad dictam met decisionem de Franch. 253.*

3 Et conforme est dispositioni iuris, quod Barones deferant primam hastam Baldachini in processione in qua sportatur Sanctissimum Sacramentum, *Novar. de gravam. vassall. lib. 3. gravam. 20. num. 1. Olea de ceß. iur. tit. 3. quæst. 6. num. 34.* dummodo per se ipsos deferant, aliter per alios asportare faciendo vassallos gravarent; ex quo id efficere debent

bent per se ipsos, non per secretarios, seu substitutos, ratione personalitatis talis iuris, *Novar. dict. gravam. 20. per tot. Olea ubi supra num. 35.*

4 Nostrum statutum tradens processionem SS. Sacramenti inchoandam esse in Cathedrali Ecclesia, & quod ad eandem referatur, est iuri communi conforme, *Barbos. ad Concil. sess. 13. de sac. Euch. cap. 5. nu. 5. ubi declarationes sac. Congreg. Rit. adfert Francesc.*
5 *de Eccles. Cathedr. cap. 25. nu. 354.* & ita in dicta Ecclesia Cathedrali pro dicta processione, & aliarum rogationum (maximè Confratres Confratriarum ex quo ad illas associare compelli possunt) omnes in unum convenire debent, *Ricci. collect. 1386. in prin. Francesc. dict. cap. 25. nu. 345. Barbos. in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap 13. nu. 28. Eminen. de Luca in annot. ad S. C. Trid. discurs. 38. sub num. 3. Ventrigl. in prax. annot. 13. §. unic. num. 13.* & hoc licet dictæ Confratriæ fundatæ sint in Ecclesiis Regularium, *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. dict. part. 1. num. 83. & seq.*

6 Benè tamen est verum non ad id posse compelli per Iudicem secularem, qui non potest se intromittere in dictis negotiis, *Ven-*
7 *trigl. ubi suprà nu. 28.* licet crederem, quòd Confratres, & Collegiales alicuius artis, seu exercitii, possunt pœnis ad id compelli per secularem Iudicem, non obstante dicto *Ventrigl.* cùm ipsi subjiciantur dictis Iudicibus secularibus, ex quo sunt instituta dicta Collegia, & Confratriæ primario pro tractandis ipsius artis, ac ministerii negotiis, *Eminen. de Luca de alienat. discurs. 8. num. 5. & 6.*

8 Et hinc descendit observantia Magistratuum, & Civitatum, maximè habentiū privilegia statuendi circa Collegia, & Confraternitates, ut de Civitate Barchinonæ tra-
9 dit *Xam. de privi. eiusd §. 13. per tot.* & de hac nostra Gerundensi extant varia Regia Privilegia, quapropter compellit nostra Civitas Confratres dictarum artium ad dictas processiones accedendum, & mulctat inobedientes, ut passim, & quotidiè fieri videmus, quin Episcopus ad id se intromittat, nec eos ad dictas processiones invitet, sed sola nostra Gerundensi Civitas, seu Jurati illius.

10 Indeque fit, quod cum processiones hoc statuto contentæ, videlicet festivitatis SS. Corporis Christi, S. Marci, & Rogationum sint publicæ, *Pasqualig. ad Lauret. de Frãc.*
11 *dict. part. 1. num. 68. & 69.* Regulares moniti compelli possunt censuris, ut ad eas accedant, *Barbos. ad dict. cap. 13. sess. 25. per tot. Frasus de Reg. Patron. cap. 59. per tot. Ventrigl. d. ct. annot. 13. §. unic. num. 8. Passerin. à Sexmila de stat. hominum, to. 3. pag. 889. n. 995. & seq.*

12 Et qui scire cupiat, quæ processiones sint publicæ, à quibus constitui, edici, ac dirigi valeant, & controversias circa eas componi, legat *Frassin, Barbos. Passarin. Ventrigl. Francesc. Pasqualig. Nicol. & alios in locis citatis.*

QUOD MAGISTRATUS, OFFICIALES, ET CONSILIARII accedant ad Divina Diebus solemnibus. *Rubrica V.*

DD. Locumtenens, Confalonerius, Prætor, & Consules Civitatis Eugubii, nec no Consiliarii, & Salariati de Publico, in Festivitatibus Maioribus, videlicet Domini Nostri Iesu Christi, & Beatissimæ Virginis, accedant ad Ecclesiam Cathedralem, ibique honorificè induti iuxta Gradus, & Officii prærogativam ordinatim manentes, Divinis reverenter intersint: Sicut etiam qualibet prima die Jovis cuiuslibet mensis, in qua ex voto Civitatis celebratur Missa Sacratissimi Corporis Christi; & Fraternitates duæ lumina in Elevatione Assistentibus, more solito subministrent. In festivitate verò Conceptionis Beatissimæ Virginis, quæ etiam votiva Civitatis existit, se conferant ad Ecclesiam S. Francisci, cum assistentia in celebratione Missæ, Dupleriorum singularum Artium: In qua Magistratus curare etiam diligenter debet, quòd Oratio quadraginta Horarum, ex voto à Maioribus nostris instituta, ea, qua decet, veneratione tempore debito fiat, & celebretur, & ad illam Cives omnes, ac præsertim descripti singulis horis successivè incædant: Sicut etiam Orationibus quadraginta Horarum, quæ in Ecclesiis Civitatis annuatim cele-

celebrantur, omnino intersint: Et in Festivitate S. Ioannis Baptistæ, associando cum luminibus sacram Reliquiam Digiti dicti Sancti ad eius Ecclesiam accedant, ac Divinis intersint, sub cuius etiam Patrocinio Civitas requiescit.

SUMMARIUM.

1 *Vota facta à Communitate non obligant successores ex vi voti.*
2 *Licèt secùs sit, interveniente consensu Episcopi, num. 2.*
3 *Consensus præsumitur ex antiquitate temporis, & observantia.*
4 *Oratio quadraginta Horarum prohibetur inconsulto Episcopo.*
5 *Regulares non tenentur accedere pro oratione quadraginta horarum ad alias Ecclesias.*

ANNOTATIO.

1 Vota, de quibus in hoc statuto fit mentio facta à Communitate non videntur obligare successores ex vi voti, cùm votum sit actus personalis proveniens ab ipsismet personis vetis talis Communitatis, nisi votum a singulis fiat, vel acceptetur, ut not, *P. Sanch. in Summ. lib. 4. cap. 15. num. 19. P. Vasq. 1. 2. disput. 167. num. 34. & disp. 177. nu. 22. P. Fillinc. tract. 26. cap. 4. quæst. 1. n. 98.* & alii plures, quos refert & sequitur *Bonac. in 2. Præcept. Decal. disp. 4. quæst. 2. §. 2. n. 20.*

2 Licèt secùs sit si interveniat consensus Episcopi, quia tunc obligare successores ad acceptandum votum, vel ab observandum quod Communitas vovit non ratione voti, sed ratione præcepti Superioris voluerunt, *P. Sanch. P. Suarez, P. Vasq. & P. Fillinc. in locis relatis per Bonac. in dict. disput. 4. q. 2. §. 2. num. 20. in fin.*

ADDITIO.

3 Istis conformantur tradita suprà *rub. 1. n. 17.* taliter quod ex antiquitate temporis iuncta observantia consensus Episcopi præsumitur intervenisse, ut tradunt *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 128. num. 287. lib. 1. Antonel. de temp. legat. lib. 2. cap. 72. num. 1. & seq. benè Roia apud Gregor. XV. decis. 354. in fin. & ibi Addit. lit. C, & apud Card. Cavalier. decis. 265. num. 5. & apud Merlin. dec. 629. num. 15. part. 2.*

4 Oratio ista quadraginta Horarum in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ publicè devotioni fidelium exponitur, prohibetur Confraternitatibus inconsulto Episcopo, cùm ad ipsum spectet inquirere, ad quem finem laici illo utantur, *Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 25. num. 360. Capon. discep. 276. num. 32. ubi Lezan. Ricciul. & Barbos. citat.*

5 Et ad istam Orationem quadraginta Horarum (licèt toto populo ea indicatur) non tenentur accedere Regulares ad Ecclesias extra propria Monasteria, sed solum in propriis Ecclesiis huiusmodi orationi vacare. *Pasqualig. ad Lauret. de Franc. p. 1. num. 81. & 82. Pilaia. decis. canon. 12. n. 41. lib. 1.*

DE ELECTIONE DD. CONFALONERII, ET CONSULUM. *Rubrica VI.*

Antiquis institutionibus inhærentes, Statuimus, & Ordinamus, Quod ultimus Magistratus Generali Consilio convocato in principio mensis Novembris, Authoritatem ab eo accipiat eligendi octo probos, ac discretos Viros ex primo, & secundo Gradu dumtaxat, quos actualiter exercuerint, duos scilicet, pro singulo Quarterio, qui Bussolum de more faciant, atque Cives in eo magis idoneos, ea, quâ decet integritate, ad quatriennium, ad benè regendam Civitatem eligant, atque describant. Qui octo Viri per Magistratum electi, statim de mane in Palatium secretò vocati, alacriter tale munus suscipiant; ac in primis Missam Spiritus sancti in Capella Palatii audiant, in qua meminerit Deum Opt. Max. exorare, ut eorum Corda sancti Spiritus illustratione doceat rectam Civium electionem ad Magistratum facere, & delato eis per Cancellariũ Iuramento, præstitàque per eundem plena informatione, de Mente Serenissimi Du-

Ducis, & Generalis Consilii, per D. Consalonerium claudantur in audientia cum dicto Cancellario, ubi invicem alloquentes, Rem omnem maturè discutiant, & Civium electionem viva voce (& si opus fuerit) Scrutinio faciant, quæ non ex affectu ipsorum, sed iuxta, cuiusque merita, Maiorúmque suorum Vestigia fiat, & ordinatim manu prædicti Cancellarii coram ipsis in Libro describatur, ac interim Publica impensa alantur; Quo peracto, Gratias prius agentes Deo omnipotenti de Palatio recedant; nec electionem ab eis factam ullo modo manifestare audeant; talisque electio reponatur in loco solito, donec per eundem Magistratum fieri debeat extractio novi Magistratus pro alio Bimestri in principio anni in posterum inchoandi.

S V M M A R I V M.

1 *Consiliaris eligendi sunt Cives idonei graves, & virtute prædití.*
Et qui aliter faciunt tenentur restituere damnum Reipublicæ, num. 2. & 3.
Damniq; restitutio facienda est Reipublicæ, non autem dignioribus inelectis, nu. 6.

4 *Consiliariorũ nomina scribenda sunt in albo.*
Sufficit tamen scribere nomina aliquorũ si subnectatur clausula, & plures, &c. n. 5.

7 *Eligentes indignos sunt puniendi.*

8 *Decurionum in electione est circunspectè procedendum.*

9 *Congregationes ad electionem fiendam, manè debent fieri.*

10 *Electiones Decurionum noctè, an possint fieri.*

11 *Missa de Spiritu sancto ante electionem est audienda.*

12 *Iuramentum ante electionem est præstandum.*
Quid in electionibus Ecclesiasticis, n. 13.

14 *Argumentum de electionibus Ecclesiasticis ad seculares procedit.*

15 *Electiones quando dicantur fieri per compromissum*

16 *Electio, quæ fit per antiquos, an habeat assistentiam iuris.*

17 *Electores tenentur de culpis, & defectibus electorum.*
Via tamen ordinaria, num. 18.
Non autem si ipsis sola propositio commissa sit, num. 19.

20 *Electores, seipsos in Decuriones eligere possunt, si publicè id faciunt.*

21 *Vota, si sint paria electio sorte dirimenda est.*

22 *Electio, licèt sit facienda conformiter, & nemine discrepante, procedit etiam minori parte absque rationabili causa dissentiente, & num. 24.*

23 *Appellatio suspensiva interposita à minori parte irrationabiliter dissentiente in electionibus non admittitur.*

25 *Dissensus irrationabiliter præstitus habetur pro consensu.*

26 *Electio per sortem iuri conformis est.*

27 *Gerundensi in Civitate Iurati per sortem extrahuntur.*

28 *Appellare non possunt electi ab eorũ electione sorte facta, si imbursationi consenserint.*
Benè tamen si prædictæ repositioni non consenserunt, & insaculationem non acceptarunt, num 29.

30 *Appellare non licet ab electionibus officiorum authoritate publicorum, & utilitate privatorum.*

31 *Electionum in causis breviter, & summariè est procedendum.*
Cathalonia quo modo procedatur, n. 32.

33 *Possessio in electionibus, opposita nullitate, an tradatur.*
Electus in possessionem missus est manutenendus, ibid.

34 *Tempus an currat electo absque sua causa impedito.*

35 *Electus absque sui culpa impeditus agere debet contra impedientem.*

36 *Electi si ipsi nullitatem electionis opponant, nequeunt exercitium officii declinare.*

37 *Electio Iuratorum, Decurionum, & Consiliariorum ad Universitatem pertinet.*

38 *Barones nequeunt se intromittere in electionibus Iuratorum, seu Decurionum Universitatum, nisi aliter à consuetudine sit introductum, num. 39.*

40 *Universitates nequeunt habere Consulatum absque licentia.*

41 *Officiales. & Superiores possunt interesse in electionibus Iuratorum, & Decurionum.*

42 *Eligendi in Officiales Reipublicæ, quas qualitates debeant habere remissivè.*
Universitatis ab officiis qui excusantur, & ex qua causa, ibid. remissivè.

43 *Nobiles, an cogi possint ad acceptanda officia regiminis Reipublicæ.*

44 *Officia regiminis Reipublicæ acceptare, quilibet cogi potest, nisi excusationem habeat.*

45 *Civilitas originaria, an sufficiat, ut cogi possint officia Reipublicæ acceptare.*

A N.

ANNOTATIO.

1 QVod in electione Consiliariorum maximè elaborandum sit, uti habetur in hoc statuto, quòd ad Rempublicam gubernandam Cives idonei, graves, & virtute præditi eligantur, cùm omnia mala, quæ Communitati accidunt à mala Consiliariorū electione originem ducant scriptum reliquit *Io. Paul. Montana. de Pragm. de admin. Vniv.num.324.* & post eum *Petr. Ant. Ala. de Decur. Christ. quæst.2. circa medium.*

2 Itaut eligentes non idoneos peccent mortaliter, & teneantur Vniversitati ad restitutionem damnorum, quæ ei ex d. mala electione provenerunt, ut docent *P. Sair. in Clav. Regi. lib.10. tract. 2.cap.9. num.5. P. Rebell. de oblig.iusti. part.1. lib.3. quæst.4. n. 14. Guttier. cano. quæst.lib.2.cap.11.num.42. & seq.* cum quibus pertransit *P. Anto. Ala. de Decur. Christ. d. quæst. 2. in fin.* nisi ille excusetur ex aliqua causa, de qua idē *Petr. Anto. Ala. in d.tract. q.17. per tot.*

3 In Consiliarios igitur, qui, & Decuriones appellantur, ut dicit *Losen. de iur. univers. part.1. cap.3. nu.12.* eligi debent maiores 14. anno, viri nobiles, divites, literati, bonis moribus præditi, & alias qualitates habentes, quæ recensentur per *Petr. Ant. Alam. de Decur. Christ. q.4.5.6. & pluribus seq.*

4 Nomina verò Consiliariorum, & Decurionum describenda esse in albo ordine posito per Jur. C. *in l. 1. C. de albo inscrib.* testatur idem *Losen. de univer.iur.p.1.c.3. n.14.*

ADDITIO.

5 SI verò adest multitudo numerosa Civium occurrentium ad electionem, sufficit, ut describantur nomina aliquorum principaliū, & demum subnectatur clausula: *Et plures alii facientes maiorem, & saniorem partem Vniversitatis, Capus. de regim. Reipub. cap.3. num.24. Modernus Altimar. de nullitat. tom.1.p.2. rub.11. q.34. nu.8.*

6 Quam restitutionem damni supra traditam, & reintegrationem, faciendam esse Reipublicæ, non autem dignioribus inelectis, ex quo Reipublicæ ex electione indigni, & non idonei damnum contigit, docet *Oterus de*

7 *Official. Reipub. cap. 5. num. 9.* ulteriúsque tales scienter eligentes indignos sunt puniendi, *Fontanell. de pact. claus.4. glos.10. nu.44. Oter dict. cap.5. num.13.*

8 Sanè nihil mirum quòd circumspectè in electione Consiliariorum, & Decurionum Universitatum procedi debeat, si felicitas ipsarum Universitatum, in ipsis consistit, *Cassiodor.lib.1. var. form.13.*

9 Unde provisum fuit, quòd manè ad præfatam electionem fiendam Congregationes fierent. *Capus. de regim.Reipub. cap.3. num. Oter. de Official.Respub.cap.2.num.11. & 12. Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.1.*

10 *glos.39. num.1. & seq. pag.mihi 198.* licèt in nocte diei assignati fieri etiam posse dicat idem *Oter dicit num.12.* ubi citat *Fontanell. & alios*, ex quo tunc ieiunè melius vigens sensus.

11 Et ante Missam Spiritus sancti audienda, est ut continetur in nostro statuto, tanquam de forma, & substantia, attenta consuetudine, sicuti in electione Ecclesiasticorum, *Barbos.in cap. 3. de causa possess. & proprietatis, num.5.& 6. Oter. ubi proximè num. 10. Passerin. à Sextula de elect. canon.cap.15. nu.3. & seq.* videndi DD. citati per *Pegas. ad ordinatio.Regn. Portugal. tom. 1. glos. 43. per tot. pag. mihi, 204.*

12 Debeturque præstari iuramentum, ut pariter continetur in nostro statuto, *Oter. ibid. num. 21. Capus. dict. cap.3. n.35. Diana to.*

13 *6. tract.1. resol.135.nu.2.* Et licèt, an de necessitate sit præstandum in electionibus Ecclesiasticis, contendatur, *Passerin. d. tract. de elect.canon. cap.18. num. 58. & seq.* tamen

14 unum est, quòd ab istis electionibus Ecclesiasticis ad electiones officiorum secularium argumentum desumi potest, *Tondut. quæst. civil.cap.62. num.18.*

15 Nostram statutariam electionem sic commissam octo viris, per compromissum videtur fieri, ipsis omnium potestatem eligendi transfundendo, *Oter. ubi proximè d. cap. 2. num.24.* ubi *à num.22.* varios modos eligendi explicat, inter quos unus damnatur à Doctoribus, iste sanè quo per Decuriones, seu Consiliarios antiquos metipsos eliguntur, tanquam Reipublicæ incommoda, ac detrimenta nutritivus, irrationabilis, & pessimi exempli, *Eminen. de Luca de præeminen. d.scurs.29.num.15. Capiblanc.de Baron.prag.*

16 *10.num.71. & 75.* licèt modum istum eligendi per Antiquos, iuris assistentiam habere dicat, *Capon. discep. 353. ferè per tot.* præcipuè *à num.6.* ubi *num. 11.* intendit satisfacere dictis *Vincent. de Franch. Stayban. Pontt. Barbat. & aliorum.*

17 Unde est, quòd nostri statutarii electores tenentur de culpis, & defectibus Consaloneriorum, & Consulum, ex quo per ipsam nominationem, seu electionem tribuitur ius electis, licèt non perfectum, *Capuraq. n.c.3. num.27.& 28. Capiblanc. de Baronib. lib.2. cap. 70. num. 14. Oter. ubi proximè cap. 18. num. 1. Capon. dict. discept. 353. nu.12.& 13.*

&

18 & hoc via ordinaria, *Oter. ibid. nu.* 12. non
tamen tenetur ad pœnas incursas per nominatum, seu electum, nec ad id quod extra
officium electus contraxerit, vel deliquit,
Oter. ibid. num. 15. & 16.
19 Non verò tenerentur, si ipsis sola præpositio personæ tribueretur, cum an nil teneatur qui personam commendat, ut citatis
Canc. Felic. Gomez, & aliis tradit *Capon. d. discep. 353. nu. 12. Capue. d. cap. 3. num. 27.*
quam differentiam agnovit *Eminent. de Luca de praeminen. d. discurs. 31. n. 6. & seq.*
20 Et isti nostri electores statutarii seipsos
in Confalonerios, seu Consules eligi possunt,
publicè id faciendo, cùm tunc non dicantur
ambitiosi: ut in terminis nostrorum electorum per compromissum tradit *Fontanell. dec.*
188. *per tot. maximè num. 9. Diana tom. 6.*
21 *tract. 1. resol.* 138. & data paritate votorum in
electis, sorte dirimendum esse in propriis nostris terminis tradit *citatis Fontanell. & aliis*
Oter. d. tract. cap. 4. num. 20.
22 Itaque si in nostro statuto adesset, ut *conformiter, & nemine discrepante*, electio fieret: nihilominus tamen, stante publica utilitate, discensus unius absque causa, sed propria voluntate, nil noceret quin electio iuxta statutum procederet, ad latè tradita per
Capon. dict. discept. 353. à num. 19. & 26. &
23 tunc licet dissentiens appellet, contradictione non obstãte, mandatur execquutioni quòd
à maiori parte concordatum est, *Luca ad decis.* 419. *Vincen. de Franch. num. 5.* ubi
nostrum Fontan. de pact. claus. 4. glos. 10. p. 1. num. 90. citat tradentem, sic dissentientem,
seu contradicentem absque causa repelli deberi, cum omnium damnorum, & expensarum condemnatione, quod pariter citato
ipso *Fontanell. tradit Balmaseda de collect. quæst.* 107. *num.* 11.
24 Quæ proximè tradita confirmantur à
Barbos. ad regul. iur. 56. num. 8. in fin. & ad regul. 29. num. 6. Grammat. decis. 100. num. 6.
25 *Ricci. ad decis. 2. Franch. ampl. 1.* & hoc ex
quo lex supplet, & habet dissensum irrationabiliter præstitum pro consensu, *Eminen. de*
Luca de dote discur. 1. num. 18. & de canon. & Cap. discur. 1. num. 9. Vincen. de Franch. decis. 2. num. 27. Fr. Anton. à Spiritu sancto consult. var. consult. 106. n. 3. & ferè per tot.
26 Eligere sanè usitatur per sortes, quæ electio pariter conformis iuri est in officiis Reipublicæ; neutiquam verò in electionibus Ecclesiasticis iuri canonico, licèt de per se, & absolutè, expectato solo eventu à Deo, licita sit, *Passaran. dict. tract. de elect. canon. cap. 18. nu. 6. & 7.* latè *Oter d. tract. de elect. cap. 9. per tot. Diana dict. resol. 135. n. 1.*

27 In nostra tamen Civitate Gerundensi ita
per sortem Iurati extrahuntur, positis omnibus Civibus, & Militibus matriculatis in urna die Circumcisionis Domini: quatuor
28 pro regimine ipsius procurrenti anno extrahuntur; à qua extractione, & electione, maximè interessentes in repositione in dicta urna, seu habilitatione, tanquam supponentes se iudicio fortunæ, appellare nequeunt
Doctissimus Modernus Altimar. de nullitat. tom. 1. part. 1. rubr. 5. quæst. 32. num. 1. Pellegr. in praxi part. 3. num. 15. limit. 63.
29 Benè tamen censeo, possent appellare si
præfatæ repositioni, seu imbursationi non consentirent, seu eam imò insiculationem non acceptassent; quia tunc intra decem dies eis licitum foret appellare, ex quo dicta officia, & munera sunt authoritate, & validitate publica, *unus pro mille citatis Salgad. Tondut. Francesc. Barbos. & aliis tradit Altimar. d. rub. 5. q. 12. num. 14. & q. 33. à nu.*
30 *2. ad fin.* licèt in aliis officiis, authoritate publicis, & utilitate privatis, ut tutela; & cura
non appelletur ab eorum sententia, *Altimar. dict. quæst. 33. d. num. 2. Pellegrin. in prax. p. 3. sect. 1. num. 15. limit. 31. Matheu de regim. Regn. Val. cap. 11. §. 6. nu. 17. & 24.*
31 In hisque causis electionum, breviter, &
de plano est procedendum, *Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num.* 110. *Vela*
23 *dissert. 39. num. 43. & 44.* & in nostra Provincia Cathaloniæ per statutariam dispositionẽ procedítur summarissimè per compareant partes (ut Nos dicimus) absque libello, & denunciatione processus, habéntque causæ istæ instantiam arbitrariam, *Cancer. var. 3. cap. 16. num.* 139.
33 Vnde est, quòd opposita nullitate electionis, possessio non traditur, sed providetur quod exerceant veteres, nisi electo possessio esset tradita, quia tunc interim in ea esset electus manutenendus, *Luca ad Franch. d. dec. 419. num. 3. Fontanell. d. part. 1. num. 98. Matheu. de regim. Regn. Valen. cap. 4. §. 9. n. 16.* & pluribus citatis doctissimus *Altimar. ad cons. 35. lib. 3. Rovit. num. 5.* ubi per totam observationem materiam hanc digestam tra-
34 dit, cui electo, sic absque sua causa impedito, currit tempus, & ei est computandum, neutiquam verò reintegrandum, propter diversificationem facti cursu temporis mutati, *Luca ibid. num. 6. Fontanell. ibid. num. 103. & 104. Matheu. ubi supr. nu. 21. & seqq.*
35 sed agere potest contra impedientem ad
interesse, & damna, *Fontanell. ibid. num. 105. Luca ibid. num. 6. in fin. Oter. d. tract. cap. 11. num. fin.*
36 Verũ tamen est, quòd si nullitates electionis

ab

ab ipsismet electis opponerentur ad effectum declinandi exercitium muneris, tunc nequeunt, nullitatibus, aut appellationibus pendentibus, exercitium officiorum declinare, imò sunt cogendi oportunis remediis ad dicta munera exercendum, *Luca ad d. decis. 419. num. 2. per tot. Iranço de protestatio. consid.27. num.6. & 7.* & pro mille *Altimar. ad d.consil. Rovit.35. lib.3. num.8.*

37 Electio nostra Confaloneriorum, Consu-
lum, Iuratorum, ac Decurionum ad regimen
Universitatis, pertinet ad dictas Civitates,
totum Populum, & Consilium generale
Eminen. de Luca de praeminen. discurs. 31.
num.5. discurs. 38. num.13. & discurs.39. nu.
10. *Capiblanc. de Baronib.lib.2. cap.69.n.2.*
38 non autem Baronibus licet se intromittere
super electione Iuratorum, Consulum, Syn-
dicorum, & aliorum Officialium Universi-
tatum, *Canc. var.3. cap.13. num.* 161. *& seq.*
Novar. de gravam. vassal. tom. 1. *gravam.*
127. *per tot. Capiblanc. de Baronib. prag.*10.
39 *num. 73 lib.* 1. nisi aliter consuetudine in-
troductum repertatur, quo in casu si ius ha-
bent in electione officialium novi regiminis,
in parlamentis intervenire, & se intromitte-
re nequeunt, *Capiblanch. ubi prox.n.74.*

40 Universitas verò quæ nunquam habuit Consules, non potest in hac Provincia Gotholana consulatum creare, aut erigere, sed si est Locus Regius, debet id à Rege, seu à Locumtenente Generali impetrari; si Baronis, ab ipso Barone, *Canc. d. cap.* 13. *nu.*167. *& sequent.*

41 Superior autem, seu eius Officiales benè possunt intervenire in congregationibus, seu convocationibus, in quibus electiones dictorum Consulum, & Officialium Reipublicæ fiunt, *Capiblanc. de Baronib. lib.2. cap.72. num.8. Canc.var.3. d. cap. 13. num.163.* ubi tradit an Baro civilis, vel criminalis debeat intervenire *Modernus, ac Doctissimus Altimar. de nullitatibus tom.1.part.2. rub.11. nu. 10. & seq.* ubi *à num.* 16. ponit limitationes huius conclusionis, suo doctissimo modo, ab omnibus videndus, qui pro mille sufficit, & cuncta quæ circa hæc dici possent, uberiùs adducit.

42 Ne tamen addendo integrum librum de his componam, qui cupit scire, quam ætatem, quas qualitates debeant habere eligendi in Confalonerios, Consules, Decuriones, Syndicos, & alios Officiales Reipublicæ, qui ab his excusentur, qui ad ea non admittantur, ratione debiti, litis, vilitatis, divitiæ, paupertatis, officii, aut aliàs, ac desiderat scire cuncta materiam hanc concernentia, legat *Amaya. in Cod.ad cunct.ll.tit. de Decurionibus, Mathew. de regim.Regn. Valent. cap. 4.§.3. sect.1. Narbon. de atat. ann.56.quæst. unic. Olea. de cessione iur. tit.2. quæst.6. n.9. & seq.Capiblanc. de Baronib. prag.10. à nu.* 111. *lib. 1. Oter. de Officialibus Reipub. per tot.* præcipuè *cap.3. & 13. Caput. de regim. Reipub. d.cap.3.per tot. Luca ad Franck. obser. ad decis.* 419. *num.* 7. *ad fin. Modernum Hieronymum de Philipp. dissert. fiscal. 30. num.84. cum seq. Balmaseda de collect. quæst.*114. *tot. & quæst. 44. à num.*1. *ad 6.* omnino videndus *Chocl. in bul. bon. regim. ferè per tot. Fontanell de pact. tom.*1. *claus.4. glos.*10. *part.* 1. *per tot.* maximè *à num. 40. Tondut. quæst. civil. cap. 62. num* 1. *& seq. Xammar. de privil.Civit.Barcin.§.22. & ibi additionator Monràs ferè per tot.* & alios passim.

43 Concluditur, quòd propter publicam utilitatem Nobiles, Milites, ac Cives de iure cogi possunt ad acceptanda officia gubernii, seu regiminis Civitatis, pœnis pecuniariis, ac aliis viis, iuxta iuris dispositionem, *Petr. Gregor. Sintag. cap.*18. *num. 3. Barbos. in collect. ad authen. Præsidentes gentium, Cod. de Episcopal. Audien. à num.2. Mastril. de Magistr. lib.*1. *cap. 30. per tot. & signanter à num.25. & à num.63. cum seq. Chocl.in bul. bon. regim. cap.24. §. 9. glos. 2.* verbo Syndicis, *à num.4. & 8. Amaya. in Cod.tit. 38. de Decurionibus, à num.* 16. *ad fin. Fontanell. de pact. claus.4. glos.*10. *part.*1. *à num.* 125. & ita fuit declaratum in nostro semper egregio Senatu, in causa quæ ducebatur inter Syndicum huius fidelissimæ Civitatis Gerundæ, contra nobilem Don Ludovicum Desbach & de Cartellà in præsenti Civitate popularum, per Ioannem de Colomer, dicti Regii Consilii meritissimum Senatorem: in actis Forcada.

44 Et quod quilibet cogi possit munera Reipublicæ acceptare, nisi habeat aliquam iustam excusationem, docet *Fontanell. decis. 247. num.* 19. ubi *à num.* 21. recitat Privilegium huius nostræ Civitatis Gerundensis, quo est apposita pœna ducentarum librarū ea non acceptantibus, videndus *Balmaseda de collect. q.95. num.46.*

45 In tantum quod ad hoc ut possint cogi ad dicta munera, & officia acceptandum, sufficit civilitas originaria, nisi consuetudo, statuta, seu privilegia aliter disponant *Carleval. de iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *num. 64.* ad quod consulas *Contri. discept. foren.* 14. *num.* 16. *& seq. tom.* 1. ubi latè, *& Capiblanc. de Baronib. lib.2. cap. 62. per tot.*

DE

DE INGRESSU, ET IURAMENTO DD. CONFALONERII, & Consulum. Rubrica VII.

EXtracti ad Magistratum prima die eorum Officii, ad tertiũ sonum campanæ magnæ Communis, honorificè induti Domo egrediantur, & ab aliis Civibus associati, ad Ecclesiam S. Joannis Baptistæ Protectoris accedant, ibique Missam Spiritus sancti audiant, oblationes de more faciant, & donec à Sacerdote Sacratissimum Christi Corpus elevatur; in eius honorem Tubis canatur; Deindè Missa expleta, ac Benedictione à Sacerdote recepta, se in Palatium conferant, Tubicinibus præcedentibus, tubásque sonantibus, & Populo subsequente, ac in Sala inferiori sedeant, ubi præsentes esse debeant Decedens Magistratus, & Potestas; ibique coram eis, ac Civibus ab idoneo Adolescente ad benè gerendam rem publicam Oratio habeatur: Quo peracto Cancellarius Communis brevi sermone iuramentum nòvo Magistratui deferat; Quòd semper Serenissimo Vrbini Duci Fidelis erit, eiúsque decreta, & Communis statuta observabit, & observari faciet, Hospitalia, Montem Pietatis, Viduas, Pupillos, & quaslibet miserabiles personas benignè proteget, omnique dolo, & fraude remota, ea, qua decet fide, ac integritate Publica curabit. Deinde Confalonerius Confalonem ponet in manibus novi Confalonerii Claves, & Sigillum, sicut etiam cæteri Consules, restituat; cum Memoriali omnium agendorum, quæ Communi expedire videbuntur; Quibus peractis, Magistratus decedens Civibus comitantibus, ad propria redibit.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum est præstandum per Magistratum, quòd erit fidelis Principi, est de forma. Et est præstandum ante quam incipiat administrare, num. 4.*

2 *Magistratus ad curam pertinet Montis Pietatis, Hospitalium, & Pauperum curam habere.*

3 *Confalonerii nomine utebatur in Civitate Florentiæ, qui supremum Magistratum gerebat.*

5 *Officiales quando à periurio excusentur.*

6 *Iuramentum semper præsumitur præstitum, rebus in eodem statu manentibus.*

7 *Iuramenti præstatio in continuatione officii, non est reiteranda.*

8 *Hospitalium, ac Pauperum cura ad Magistratum pertinet*

9 *Collectæ sunt imponendæ pro alimentis Hospitalium, ac Pauperum.*

10 *Hospitalium materiã, qui tractant remissivè.*

A N N O T A T I O.

1 IVramentum præstandum per Decuriones, seu Magistratum, quod fidelis erit Principi, & quod illius Constitutiones servabit, de quo fit mentio in hoc statuto est adeo de forma, ut illo prætermisso nullius sint momenti, quæ aguntur per Decuriones, & Magistratum tradunt *Afflict. ad Cõstit. Regn. lib.1. Rubr. 67. Putc. de Syndic. in verb. Iuramentum, ca.1. Montana. de admin. Vniv. Pragm.2. num.339. Sola. ad Constit. Sabaud. tit.1. glos. 2. num.*10. & alii quos refert, & sequitur *Petr. Ant. Ala. de Decur. Christ. quæst. 32. post princ.*

2 Quod ad Magistratus, & Decurionum curam spectet Montis Pietatis, Hospitalium, & Pauperum, & miserabilium personarum curam habere latè comprobat *Petr. Ant. Ala. de Decur. Christ. quæst. 34. per tot.*

3 Hoc nomine *Confalonerius*, in Civitate Florentiæ olim utebatur qui gerebat in Republica Supremum Magistratum, ut not. *Adrian. Polit. in suo Dictionario in verbo Confaloniere*, hodiè designat primam Dignitatem in Magistratu Civitatis, & Confalonerius Sanct. Rom. Ecclesiæ est dignitas suprema, quæ confertur per Papam, *Adrian. Polit. ubi suprà.*

A D D I T I O.

4 QVod iuramentum sit præstandum ante administrationem tradit *Mastril. de Magistrat. lib.1. cap.2. num. 48. & seq.* citans

Fontan.& alios,citatisq; Canc. Fontan. Solorzan. Valenzuel.& aliis Crespi. obser.15.n.93.
ubi in fine tradit,personaliter esse præstandū,
non autem per Procuratorē, *Caput. de regim.*
Reipub.c.6.n.3. Pegaf.ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.1. glos.55.n.1. & seq. pag. mihi 194.
5 & quam vim habeat ita præstitum ab Officialibus, & quando excuset à mortali, &
periurio tradit *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.*1. *pag.*524. *num.* 99. semper
6 tamen iuramentum præsumitur præstitum, rebus in eodem statu permanentibus. *Rocc. de officiis pag.* 313. *num.*20.
7 In susceptione officii, unicum sufficit præstare iuramentum, non autem reiterandum
est in singulis actibus, *Eminen. de Luca de Parochis discurs.3. num.6.*
8 Curam Hospitalium, Pauperum, & miserabilium personarum ad Magistratum, Decurionésq; spectare pro certo stabilitur, & in tantum procedit,ut ab ipsis ali debere, & ad id Decuriones bona Universitatis expendere posse, citatis *Cæpola, Escobar. Avendan. Lara. Bovadill. & aliis tradit Balmaseda de collect. quæst. 57. num. 5. Choel. in bul. bon.*
9 *regim. cap. 39. num.* 1. *& seq.* aut etiam si Hospitalibus alimenta deficiant pro alendis pauperibus, expositis, & aliis, possunt Universitates collectas imponere, *Balmaseda ibid. num.* 10. *ubi Fragos. Phœb.* & aliis cumulat, *& cap. 26. num. 7. ubi Hermosil. & alios citat.*
10 De Hospitalibus dicam aliqua infra rub. & interim si de eis notionem habere cupias, lege *Castill. de alim. cap. 7.* & ibi Doctissimum Melium. Frass. *de Reg. Patronat. cap. 85. tom. 2.* Doctissimum, a modernum *Ioann. Torre in suo fertili tract. de pact. futur. success. lib. 3. cap.* 1. *à num.* 137. citantem cunctos modernos Doctores de materia Hospitalium tractantes, quem videre tibi sufficiat *Balmaseda de collect. quæst. 26. num. 6. Fontanell. decis.* 110. *tot. tom.* 1. *& decis.* 331. *&* 332. *tom.2.*

DE OFFICIO, ET AVTHORITATE DD. CONFALONERII, & Consulum. Rubrica VIII.

AD officium DD. Confalonerii, & Consulum spectat vigilem, & præcipuam curam semper habere pro Civium quiete, Civitatisque ubertate, ac sanitate conservanda. Quamobrem in Palatio residere debeant, nec inde, sive à Civitate absque rationabili causa, & licentia Domini Confalonerii recedere valeant, nec pauciores quatuor de Palatio exire debeant, cum Familia, Palliis, ac Vestibus honorificis; in Palatio verò simul comedent, Tubis in Arenga sonantibus, & pro eorum victu, quolibet Bimestri habeant Florenos centum à Camera Ducali, & alios Florenos centum à Depositario Communis; & durante eorum officio, proprias Artes publicè exercere non audeant; sed cum assistentia Cancellarii diligenter curent, ne Officiales Civitatis, aut Comitatus negligentiam, fraudem, aut dolum, sive illicitam exactionem committant, aut damnum, & iniuriam alicui inferant; quòd statuta, & decreta perpetuò custodiantur, & per omnes Iudices serventur; Reformationes, sive resolutiones, quæ per Consilium in dies fieri solent, executioni demandari faciant: Venerabile Corpus S. Vbaldi debita veneratione exornatum, & expolitum conservari curent, clavésque apud se diligenter retineat; Iuramentum à DD. Locumtenente, & Potestate, nec non à Notario Maleficiorum, aliisque Officialibus super eorum officii observatione in ingressu recipiant; In pœnis, quæ libras decem non excedunt, gratiandi Facultatem habeant; Et ne Monopolia per Artifices, sive eorū Vniversitates,vel aliquæ Constitutiones fiant,quę generalibus statutis adversentur; prohibeant, & in vendentes ad victum necessaria animadvertant; Privilegium civilitatis, & exemptionis novis incolis, ut infra dicetur, concedant. In refectione murorum, pontium, aquæductuum, ac omnium ædificiorum publicorum sollicitam curam, & diligentiam adhibeant, eáque frequenter visitent,

& ne vitientur, prohibeant; Nobile Ædificium, in quo resident, illæsum omnino conservent; sicut etiam Palatium, in quo ius redditur, Iudicibus per eos locari solitum; Novam fabricam ad maiorem Iudicum commoditatem, & Civitatis ornatum, & perfici omnino curent; Vias quascunque tam in Civitate quàm in districtu manuteneri, & expurgari mandent; Et si super illis aliqua differentia oriatur, adhibitis Syndicis, prout hactenus observatum est, terminent, & decidant, Præconia inspiciant, & utilia omnia registrari faciant; Portarum Stationarios, & Custodes, Publicanos, & Executores indebitè exigentes coerceant, & ad servandum Tabulas mercedum compellant. Annonam sæpè visitent, & rectè administrari curent, eiúsque Præfectos (cùm opus fuerit) convocent, & admoneant; illorúmque differentias; nec non Panesaculorum, Beccariorum, & aliorum Extraordinariorum, sicut etiam Damni Dati (si ab eius Officialibus quomodocumque reclamari contigerit) summariè terminent, & decidant; Officiales Societatis Misericordiæ, quæ ex voto Civitatis instituta est; pium, ac laudabile Institutum pro subventione Pauperum, & infirmorum, integrè, ac diligenter exercere faciant; Hospitale etiam, & Montem Pietatis singulis mensibus visitare teneantur, & illorum indigentiis, & defectibus providere; Sicut etiam singulis annis de mense Iulii, adhibitis Medicis, & Chirurgo Communis visitare debeant omnes Aromatarias, ad hoc, ut in illis Pharmaca non deficiant, & sint benè conditionata, aliàs illa projicere, & prohibere valeant; Carceratos etiam quolibet mense, Pauperum Advocato, & Procuratore adhibitis, visitent, eorúmque causas Iudicibus pro expeditione accuratè, ac diligenter commendent; cum publicis Administratoribus rationes poni faciant per Revisores Communis, eorúmque computa solidari, registrari, & debita persolvi omnino curent; præcepta sub pœna duorum scutorum pro quolibet in concernentibus eorum officium contra inobedientes comittere, & exigere valeant, ac etiam Iudicis officium, & auxilium implorent: Si in negociis terminandis concordes non fuerint, scrutinio terminent, & consilium DD. Deputatorum (si opus fuerit) adhibeant; Scandalis omnibus obviare, & ob id (si occasio requirat) Serenissimo Principi quamprimùm supplicare studeant; Si quis Officialis Communis infra annum moriatur, alterum eligere debeant, Et ad Funeralia Domum egrediendo, non accedant, nisi in casu mortis Confalonerii, sive alicuius Consulis, aut Iudicis: Monstram etiam quolibet Bimestre à Barigello, & eius Familia, & Equo, fieri curent à Revisore Ducali, & ad effectum Syndicatus per Notarium Cameræ inscriptis redigi faciant: Omnia demum Civitati utilia iuxta temporum, & negociorum qualitatem providere diligenter curent.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones non debent exercere officia vilia.*
2 *Magistratus debet habere curam Montis Pietatis, & locorum piorum.*
3 *Laici de consuetudine retinere possunt claves Reliquiarum, & eorum custodiam habere.*
Possunt administrare bona Ecclesiastica spectantia ad fabricam Ecclesiæ. nu.4.
5 *Claves Reliquiarum ubi una retinetur à Ecclesia, & altera à regimine Universitatis, non est immutandum.*
6 *Laici administrare possunt eleêmosinas, ac oblationes, quæ fiunt Imaginibus, & Reliquiis Sanctorum.*
7 *Oblationes factæ Reliquiis SS. præsumuntur data ad beneficium, & ornatum earum.*
8 *Decurionis, Confalonerii, Iurati, & Consulis vocabula, synonymè usurpantur.*
Non tamen propriè, num. 9.
10 *Decuriones quare ita vocantur.*
11 *Decuriones, seu Magistratus regiminis Universitatum in Hispania, an aliquam habeant iurisdictionem.*

12 *Civitates in Cathalonia ferè omnes habent privilegia statuendi, & ordinandi.*

13 *Civitas Gerundæ dicta privilegia habet.*

14 *Universitates possunt facere statuta circa earum æconomicam administrationem.*

Etiam absque confirmatione, num. 15.

Ac etiam pœnam imponendo, num. 16.

Pœna autem an exequi possit, si statuta non sunt confirmata, num. 17.

18 *Statuta facta ab Universitatibus, quas personas comprehendant.*

19 *Decurionum potestas, praeminentia, & alia, qui tractent remissivè.*

20 *Civitatis Gerundæ Iurati, quam praeminentiam habent.*

21 *Civitas Gerunda habet salvamguardiam Regiam.*

22 *Salvamguardiam Regiam habentes offendentes committunt crimē l. sæ Magestatis.*

23 *Offendentes Confalonerios, Iuratos, ac hos similes à quo puniantur.*

ANNOTATIO.

COncordat cum hoc statuto in pluribus statutum Urbis, *lib.1. cap.15. fere per tot.*

1 Quòd Decuriones non debeant exercere officia vilia est *tex. in l. si quis procurationem, 34. & ibi glos. & l. universos, 15. & ibi pariter glos. & Bart. C. de Decurio. lib.* 10. & tradunt *Rolan. cons.66. num.39. lib.1. & Losæu. de iur univers. lib.* 1. *cap. 3. num. 16.* ubi expressè dicit, Decuriones non debere exercitium Tabellionatus, neque officium Procuratoris exercere, ut ibi per eum.

2 Dixi suprà in rubr. præcedenti ad curam DD. Consiliariorum, & Magistratus spectare providere indemnitati Montis Pietatis, Hospitalium, Annonæ, & similium pro bona gubernatione Civitatis ex *Pietr. Ant. Ala. de Decur. Christ. quæst. 34.* quæ hic non repeto.

Habetur etiam in hoc statuto, quòd DD. Confalonerius, & Consules Civitatis Eugubii habent inter cætera authoritatem gratiandi in pœnis non excedentibus summa decem librarum, quam authoritatem habet etiam Magistratus Terræ Cantiani Patriæ meæ ex Concessione q. Federici Feltrii Ducis Vrbini, & ita quotidiè practicatur.

ADDITIO.

3 LAicis competere de consuetudine retentionem clavium Reliquiarum, & sacrarum Imaginum, & illarum custodiam, uti habetur in hoc statuto, tradit *Andreol. controv.* 381. *num.* 1. novissimè comprobant *D. Torre de pact. futur. succes. lib. 3. cap. 1. nu.* 318. *Eminen. de Luca in theatr. verit. & just. tom. 3. in tract. de praem. discurs. fin. num. 8.* qui adducit ad hoc plura exempla, & *in mi-*
4 *scel. Eccle. tom. 14. discurs. 35. num.* 10. & illos esse capaces etiam gubernandi, & administrandi bona Ecclesiastica spectantia ad fabricam Ecclesiæ tradit idem *Torre cap. 1. num.* 137.

5 Discrepari non debet, ubi Vniversitates habent ius retinendi claves Reliquiarū, quod una retineatur ab ipsa Ecclesia, & altera à regimine loci, & multoties ad sedandas dissentiones, & evitandas abstractiones quarundam partium dictarum Reliquiarum, expediens visum fuit regimini Civitatum unam ex clavibus Reliquiarum commendare, ut tradit *de Magistris in sylva Eccles. lib. 1. tit. 11. cap. 2. num.* 10. *& seq.* ubi exempla refert.

6 Laici pariter capaces sunt perceptionis, ac administrationis eleémosinarum, & oblationum, quæ fiunt ipsis Imaginibus, ac Reliquiis Sanctorum, maximè stante consuetudine, ac possessione, & pariter custodiæ supellectilium, vestium, & ornamentorum, *Torre d. cap. 1. à num.* 244 *Emin. de Luca d. discurs. 35. per tot.* præcipuè *nu.* 12. *& seq.*

7 Taléſque oblationes præsumuntur datæ ad beneficium, ac ornatum ipsarum Imaginum, & Reliquiarum, præcipuè si de voluntate offerentium apparet, & ita non spectant ad Parochum Ecclesiæ ubi Imagines, seu intus cuius Parochiam existunt, sed operi earundem, maximè oblatæ Imagini famosæ, & miraculis coruscanti, *Torre ibid. num.* 243. *& seq. Emin. de Luca ibid. num. 7.*

8 Si cuncta concernentia ad hoc statutum annotare vellem, integrum, ac non parvum tractatum compilare tenerer, sanè cum solū aliqua singularia nota intendam facere, solum pro materia huius statuti dicam, quòd hæc vocabula *Confalonerius, Consul, Consiliarius, Electus, & Iuratus,* pro synonymis, ac idem significantibus habentur, ac in iure nostro, & à Doctoribus confunduntur, *Fontanell. de pact. claus. 3. glos. 1. num. 9. Matheu de regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 3. num. 19. Eminen. de Luca tom. 3. de praeminen. discurs. 30. num. 5.*

9 Benè tamen ipsis minimè propriè adaptari, quòd de Decurionis officio traditur iuxta tradita per dict. *Matheu. dict. §. 3. nu. 16. Caput. de regim. Reipub. cap. 6. num. 25. &*
10 *seq.* sed tantum vocantur Decuriones tanquam capita cuiuslibet Universitatis, *Caput. in rubr. dict. tractat. quæst. 3. num. 38. & d. cap. 6. num. 31.*

11 Infertur inde hos Confalonerios, Consiliarios,

liarios Iuratos, & sic dictos Decuriones (In tota nostra Hispania, in ea recognoscendo, prout recognosci debetur in Superiorem nostrum Invictissimum Regem CAROLVM SECVNDVM, & ita in hac Provincia Gotholana) nullam iurisdictionem habere, sed solum quandam administrationem, potiùs æconomicam, quàm politicam, cum aliqua modica iurisdictione, quæ remansit, seu tollera-tur,vel ob eandem administrationem meliùs faciendam, vel tanquam umbra, seu imago illius antiquæ iurisdictionis, quæ originariè erat penes populum, transfusa deinde in Principem, *Matheu. d.§.3. num.25.Caput. dict.cap.6. num.28. & 29.* & suo doctissimo more *Eminen. de Luca dict. tom. 3. de praeminen. discur.23. num.8.& in summa tom.16. part. 1. de praemin. num. 40. & 55. Borrel. ad Bellug. in specul. Princip. rub. 1.lit. B, fol.5. Xammar. de privil. Civit.Barcin.§.12. n.18. Molina de primogen.lib.1. cap.25.n.9.*

12 Hoc prævisio,paucæ sunt Civitates in hac nostra Provincia, quæ non habeant privilegia statuendi, & ordinandi,ac iurisdictionem quam habent exercendi, ut *citatis Cels. Hugo, & Cancer* affert noster semper laudandus *Fontanell. decis. 295. num. 4. tom. 1.* sicuti

13 quamplurima habet nostra fidelissima Civitas Gerundensis statuendi, & ordinandi,etiã Officialibus Regiis, & alia in diversis negociis eidem iurisdictionem tribuentia.

14 Ex qua administratione æconomica, seu modica iurisdictione, traditum fuit, posse facere Universitates statuta circa concernentia ipsius æconomicam administratione, *Xammar. de privil. Civitat. Barcin. §.12. nu.4. & 14.* & citatis *Cancer.Fontanell.Fragos.& aliis, Matheu.dict. §.3. nu.30. Vela dissert. 3. num. 33.* etiam absque confirmatione,

15 *Xammar. ibid. num.15.& 16.* quicquid contrarium sentiat *Bovadill.* ab eo citatus, & tradat *Caput. in Rub. de regim. Reipub. nu. 17.* & noviter *Castald. consult. foren.132. nu. 4. Modern. Pegas.ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.2. tit. 3. glos. 9. ad §. 4. num. 25.*

16 etiam pœnam imponendo, licèt pro exequutione adeundus sit ordinarius qui exequatur *Xammar. dict. §. 12. num. 21. ubi Canc. & alios citat Matheu. ibid. dict. num. 30.* & circa hæc non te pœnitebit legere *Ciriac. controv. 506. tot.* ubi invenies hæc omnia digesta, ac explanata.

17 Statuta autem ista ab Universitatibus, & Civitatibus facta, exequi nequeunt in terris Baronum absque confirmatione Regia, etiã si à Baronibus confirmata sint, ut certiùs tradit *Hermosil. in l.15. glos.2. tit.5. part. 5. num. 15. pag. 494.*

18 Quæ statuta comprehendunt Nobiles, ac Personas Militares, & isti ad observationem eorum tenentur, ac cogi possunt ; maximè in Civitatibus in quibus dicti Milites, & Personæ Generosæ sunt de Corpore, & ordine consilii Civitatis, ut in hac nostra Gerundensi, *Xammar. de privil. Civit. Barcin. d. §. 12. num. 38. & seq.*

19 Qui autem plura scire cupiat circa authoritatem, potestatem, præeminentiam, delicta Decurionum, Consiliariorum, Iuratorum, recurrat ad *Oter. de Official. Reipub. cap 6 p. 2. Matheu. dict.cap.4. §.3. Xammar. dict. §. 12. & ferè per tot. Amaya. in dict. tit. de Decurionibus lib. 10. Cod. ferè per singulas leges illius, Fragos. de regim. Reipub. Christian. lib.7. disp.19. §.1.2.& 3. tom.1. Caput. de regim. Reipub. per tot.maximè cap.6. Solorzan. de iur. Indiar. tom.2. lib.4. cap.1. n. 26. & seq. Eminen. de Luca tom. 3. de praeminen. discurs.23. 30. & seqq. Cancer.var.3. cap. 13. ferè per 101. Capiblanc. prag.10. à n. 100. Marin. resol. 114. lib. 2. Fermosin. in cap. 6. quæst.2. de constit. Roxas de incompatibilit. part.6. cap.4. à nu. 46. Antun. Portugal. de donationibus Reg.lib.1. part.2.cap. 10. Sanfelici in prax. sect.15. Marin.allegat. 149.* & ad alios.

20 De præeminentia Iuratorum nostræ Civitatis Gerundæ, potestate, & authoritate eorum, si sigillatim de omnibus scribere intenderem, librum magnum componerem : solum dico hos, Civitatémque ipsam, decorari à Locumtenentibus, & Capitaneis Generalibus Magestatis nostri Regis CAROLI SECVNDI titulo *Multum Illustris*, & sic vulgariter *de V. S.* ipsiusque Iuratis, seu imò ipsi Civitati, à Regibus suis Catholicis, uti fidelissimæ innumera sunt concessa privilegia iurisdictionem eidem tribuentia in diversis casibus, ac etiam diversis Officialibus eiusdem, de quibus infra rubricis sequentibus forsan tibi aliqua adducam,

21 Habetq; nostra Civitas Gerundensis salvam guardiam à suis Regibus Catholicis, suntque Iurati, & eorum Officiales, ac cunctæ res suæ sub protectione Regia ; quapropter offendentes eos, iniuriantes, ac damnificantes res ipsius Civitatis in contemptum ipsius tenentur crimine læsæ Magestatis, & proceditur contra eos per viam Regaliæ,

22 etiam contra Milites absque partis instantia, ad tradita per *Xammar. de privil. Civitat. Barcin. §. 18. num. 50. per Mart. de iurisd. part.4. cent.2. ca. 134. num.1. & per Pignatel. consult. canon. lib.1. consult. 123. num.19. Cortiada decis.35. num. 91. & seq.*

23 Confaloneri, Consules, ac Iurati, si in

 tuitu

tuitu officii offendantur, à quo cognoscatur, tradit semper laudandus *Blas. Altimar. de nullitat. tom.1. part.1. rubr.9. quæst. 23. nu.19.* *& num. 42.* tradit à quo si ipsi delinquant *Xammar. de privil. Civit. Barchino. §. 21. num.29. & ibi Monras num.* 30.

DE IMMVNITATE DD. CONFALONERII, ET CONSVLVM.

Rubrica IX.

RAtioni convenit, existentes in Magistratu ab omnibus oneribus personalibus immunes esse, minusq; civiliter etiam per octo dies præcedentes, & subsequentes ab aliquo cõveniri posse nec alios proprio, sive procuratorio nomine cõvenire; Nisi tamen ii, quos nomine proprio convenire voluerint, essent suspecti de fuga, vel Forenses; quo casu procedere valeant per Procuratorem tantum, usque ad satisdationem de Stando iuri, & Iudicatum solvendo, si talis satisdatio de iure præstanda sit. Quamobrem nec pro aliis postulare valeant, & in eorum propriis causis tantum, durante officio terminus alicui Partium non currat, sed eorum causæ in eodem statu maneant, nec interim præscriptio ulla currere censeatur; Pari ratione contra eos inquiri non possit, præterquàm de gravi crimine, ex quo pœna corporis afflictiva veniret imponenda; Arma non tamen prohibita, & in locis prohibitis; tàm Ipsi, quàm eorum Familia deferre valeant, aliisque privilegiis, & emolumentis hactenus frui solitis, in futurum potiantur.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones habent immunitatem ab oneribus ordinariis.*
Non tamen à Realibus, licèt eam habeant à personalibus, num. 17.
Et eas consultò non solventes in consciẽtia tenentur, num. 18.

2 *Officiales, & Magistratus, durante officio, non possunt convenire, nec conveniri, & num. 19.*
Quod procedit in Magistratibus, maioribus, & temporalibus, num. 3. & 21.
Benè tamen perpetui, num. 20.
Et etiam minores, num 23.
Maiores Magistratus, qui dicantur, num 4.
Et qui minores dicantur, num. 5.
Et prædicta procedunt tam in citatione verbali, quàm reali, num. 6.
Itaut neque teneantur mittere Procuratorem, num. 7.
Et dictum privilegium procedit parte tantum opponente, num. 8.
Et solum in loco ubi Magistratus geritur, secùs in aliis, num. 9.
Et utrum Officialis possit comparere per Procuratorem, num. 10.

11 *Magistratum gerens non potest inquiri, nisi pro delictis gravibus, secùs pro levibus, & num. 24.*

12 *Officiales, & eorum familia possunt deferre arma.*
Quid in Cathalonia, num. 25.
Necnon etiam Curiales, & Familiares Principis, num. 13.
Ac etiam possunt illa deferre famuli Episcoporum, num 14.
Et Familiares S. Officii, & famuli Inquisitorum, num. 15. & 26.
Familiarium tamen appellatione, qui veniant in dicto casu, num. 16.

22 *Officiales, & Magistratus ad beneplacitum creati pro perpetuis habentur.*

27 *Præscriptio an currat contra Officialem, durante officio.*
Quid si perficiatur, durante anno officii, num. 28.

29 *Præscriptio delicti nequit opponi à fori iudicato, seu delinquente condemnato.*

30 *Præscriptio currit contra creditorem Officialis minoris temporalis, ac maioris perpetui.*

ANNOTATIO.

1 DEcuriones quòd habeant immunitatem ab oneribus extraordinariis tradit *Bart.* *in*

in l. curiales, 24. C. de decur. & eor. filiis lib. 10. nec non *Losen. de iur. univer. part. 1. cap. 3. num. 38.*

Quòd existentes in Magistratu sint exempti ab oneribus personalibus adest etiam statutum huic conforme in *Oppido Fivizani*, de quo meminit *Borgn. decis. 5. per tot.*

2 Existentes in Magistratu, & Officiales durante officio, quod non possint convenire, nec conveniri, uti disponitur in hoc statuto est *tex. in l. pars literarum, 48. ff. de iudic.* & tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 15. num. 7. & 8. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 977. & seq.* ubi plures dat concordantes, *Thomat. decis. March. 13. num. 19. & Mastril. de Magist. lib. 6. cap. 5. num. 9.*

3 Quod tamen habet locum in Magistratibus, & Officialibus maioribus habentes dignitatem cum administratione, & in temporalibus, non autem in perpetuis, secùs autem in Magistratibus, & Officialibus minoribus, qui benè possunt convenire, & conveniri etiam durante Magistratu, ut docent *Amod. de Syndic. in verbo Olim Potestatem, &c. num. 42. Scacc. de iudic. dict. lib. 2. cap. 9. num. 1004. & Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 15. num. 7. & 8.*

4 Maiores verò Magistratus dicuntur illi qui habent imperium, & qui iubere, & coercere, & carcerare possunt, quales sunt Consul, Præfectus, Prætor, Conservatores Vrbis, Senatores Magni, Quæstor, & similes, ut docent *Amod. de Syndic. in d. verb. olim Potestatem, num. 42. & Scacc. ubi supra n. 1005.* ubi alios dat concordantes, *& Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 15. num. 8. & 9.*

5 Minores verò Magistratus dicuntur qui simplicem habent iurisdictionem, ut declarant *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 34. & seq. & Scacc. de indic. d. cap. 9. num.* 1006. ubi exemplificat in defensoribus Civitatum, in Magistratibus Municipalibus, in Iudicibus pedaneis, & simil. ut ibi per eum, & ante eos dixerunt *Abb. & Felin. in cap. legebatur, 3. de maior. & obed.*

6 Quam conclusionem habere locum tam in citatione verbali, quàm reali firmat *Scacc. in d. cap. 9. num. 979.*

7 Ita ut neque Officialis sic citatus verbaliter teneatur mittere Procuratorem invitus, cùm alias privilegium nihil operaretur, ut not. *Ias. in l. 2. in sec. not. ff. de in ius vocando, Abb. in cap. querelam, 2. sub num. 7. de procur.* & alii quos refert, & sequitur *Scacc. in dict. cap. 9. num. 980.* benè comprobans.

8 Quòd privilegium habere locum parte tamen opponente, aliàs secus post *glos. Ias. Menoch. Grat. Giurb. Surd. & Rot.* per eum adductos tuetur *Thom. decis. March. 13. num. 25. & seq.*

9 Solum habet locum in loco ubi Officialis Magistratum gerit, secùs tamen est si ille conveniatur in patria, vel in alio loco, ubi sortiretur forum, quia ibi posset conveniri, ut not. *glos. in l. si præsens, 18. C. de Episc. audien. Ias. in d. l. 2. sub num. 3. ff. de in ius voc. Felin. in d. cap. legebatur 3. num. 4. de maior. & obed. & Scacc. d. cap. 9. num. 984.* ubi dicit ita servari in practica.

10 Vtrum verò d. Officialis possit comparere per Procuratorem, dicit quod sic *Thomat. dict. decis. 13. num. 20.*

11 Quod verò existentes in Magistratu non possint inquiri, contra eos procedi criminaliter, nisi pro delictis gravibus, non autem pro levibus delictis, uti habetur in hoc statuto docet *Scacc. de indic. lib. 2 cap. 9. n. 993.* qui num. antecedent. quærit, quid dicendum sit pro delictis per Officialem commissis occasione officii ipsum consulas, & videas etiã in meis *resol. crim. in verbo Syndicatus, resol. 4. per tot.*

12 Nota, quòd Officiales, & eorum familia possunt deferre arma absque pœnæ incursu, ut tradunt *Farin. de var. ac diver. crim. q.* 108. *n. 99. Caball. resolut. crim. casu* 107. *n. 2. & seq. cent. 2. Massin. de confisc. bonor. q. 8. n. 37. Sperell. decis.* 128. *nu. 63. part. 2.* & dixi ego *latius in Resolut. crim. in verbo Arma, resol. 19. n. 1.*

13 Prout etiam possunt illa deferre Curiales, & familiares Principis, *Ciriac. contro.* 152. *num.* 11. *Andreol. contro. 426. num. 2.* qui *contro. 325.* tenet illa deferre posse etiam Doctores latè comprobans.

14 Et familia, & famuli Episcoporum, *Farinac. de var. ac diver. crim. d. q.* 108. *num.* 100. latè *Sperell. decis.* 128. *num.* 51. *& seq.* reprobans *Carleval.* contrarium sentiente, *& Vrsel. in exam. apum concl.* 143. *num. 90.* qui dant concordantes.

15 Et eo magis illa deferre possunt Familiares S. Officii, & famuli Inquisitorum, *Farinac. in d. quæst.* 108. *num.* 101. *& in tract. de hæres. quæst. 382. num.* 91. latè *Sperell. d. decis.* 128. *num.* 82. *Caren. de Offic. sanct. Inquisit. part.* 1 *tit.* 14. *ferè per tot. Massin. de confisc. bon. dict. quæst. 8. num. 40.* & dixi ego *in d. Resol.* 19. *num. 3.*

16 Familiæ tamen appellatione venit in dict. casu non solum, qui stat in eadem domo ad panem, & vinum Officialis, sed etiam qui si inservit manendo extra domum recipiendo ab officiali mercedem in singulos dies, mensem, vel annum, ex qua vivere possit, ut probat *Caball. resolut. crim. casu 290. per tot.*

cent.

cent.3. & non dissentit *Barbos. de appell.ver. sign.apell.96. in princ.* & dixi ego *d. resol.19. in fin.*

ADDITIO.

17 QVod Confalonerii, Decuriones, Consules, Iurati, & alii Administratores Reipublicæ non sint exempti à collectis, seu oneribus realibus, & mixtis, benè tamen à personalibus late tradit citatis *Solorzan. & aliis Balmaseda de collect. quæst. 44. per tot.* maximè *à num.8. ad fin. Ricci.part.7.collect.* 2970. ubi *in fin.* tradit, an sint immunes ab hospitatione Militum.

18 Sed non semper ita defacto procedit, prout de iure est supra statutum, cùm non desint Decuriones, qui abutendo, & corrumpendo (etsi occultò faciant) collectas sanè non solvunt, quod cùm de iure facere non possint, in conscientia tenentur, *Balmaseda d. quæst. 44. num.* 15. abusu, ac corruptela in multis Vniversitatibus usitatè introductis: proch dolor!

19 Decuriones, seu Iuratos Civitatum, anno consulatus, & eo durante, non posse conveniri tradit *Xammar. de privil. Civit.Barcin. §. 21. num.28.& 29. ubi nostrum Ramon. cons. 2. num.102. Monras additionator citat Eminen. de Luca de iudiciis, discurs.20. n.19. & de credito in Summa num. 60. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 66. Vela dissert. 39. Monras in allegationibus positis post. dict. tract. Xammar. per tot.* & eo citato Nobilis ac Meritissimus Senator noster *Don Petr. de Amigant in addit. ad dict. Pract. Peguer. dict. rubr.6. n. fin.*

20 Et hoc procedit, ut traditur à nostro Conciolo, in Magistratibus, & Officialibus maioribus temporalibus, non autem perpetuis, cùm si perpetui essent optimè possent convenire, & conveniri, *Mastril. de Magistrat. lib.6. cap.5. num. 26.* & unus pro mille Dominus meus *Blas. Altimar. in suo fæcundissimo tractatu de nullitatib. tom.1.part.2.rubr. 11. q. 31. nu. 117. Solorzan.ubi proximè n.67.*

21 Maiores autem temporales, aut annales, regulariter durante officio, ut supra est traditum, non possunt convenire, nec conveniri, *Altimar. d quæst.31. num. 115.* ubi alios citat, *& num. 116.* limitationes ad hanc regulam tradit, quem non te pœnitebit videre, & præfatas limitationes tradit *Mastril. de Magistrat. lib.6. cap. 5.* ubi inter cæteras ponit unam *num.31.* scilicet quando actio esset tempore peritura, quam iuxta contexturam nostri statuti credo non procedere; ex quo interim tempora non currere præcipiat, & præscriptionibus locum non præstat.

22 Hæc omnia procedunt in Officiali, ac Magistratu, ad beneplacitum constituto, cùm habeatur pro perpetuo, & perpetuo ipse assimilatur; consequenter ergo talis durante officio, convenire, & conveniri potest, *Mastril. dict. cap.5. num.38. Tondut. de prævent. p.1. cap.26. num.31. & seq.ubi Fontanell. & alios citat.*

23 Minores autem durante officio possunt convenire, & conveniri, tradit semper laudandus *Altimar. loco proxime citato, n.*114.

24 Existentésque in Magistratu, seu exercitio officii regiminis Reipublicæ, regulariter non possunt inquiri durante officio, nisi pro delictis in officio commissis, aut in aliis gravibus, veluti in causis Regaliæ, & similibus *Xammar. d. §. 21. dict. nu.29. & ibi Monras additionator, num.30. Mastril. d. cap. 5. à num.16.* & ad saturitatem vide Doctores citatos per *Matheu de regim.Regn.Valent. cap.4. §.3. num.51.* penes quem reperies cuncta quæ volueris ad totalem intelligentiam cunctorum in hac materia evenientũ.

25 Circa delationem armorum crederem, quòd si in nostra Provincia tale statutum vigeret, posse Decuriones, & Officiales Regiminis arma prohibita deferre virtute illius: cùm alias frustratorium fieret, ex quo in hac Provincia cunctis licèt arma licita, honesta, & defensiva deferre, Meritissimus noster Nobilis Regens *Cortiada decis.71. num. 4.* benè tamen censeo, quòd stante prohibitione delationis armorum parvæ mensuræ, & proditoriorum, non licet Decurionibus, ac aliis Officialibus regiminis Reipublicę arma prohibita, inhonesta, & proditoria deferre.

26 Quòd Officiales sanctæ Inquisitionis, Familiares, & famuli Inquisitorum possint arma deferre, & an proditoria, & parvæ mensuræ, & an in actis exercitii iurisdictionis sancti Officii, & an circa ipsam delationem possint se intromittere Iudices seculares, & eos armis spoliari, vide latissimè Doctores citatos à nostro Nobili Regente Cortiada *decis.30. à num. 92. ad* 112.

27 Præscriptio quod non currat, sicuti habetur in nostro statuto, durante officio, iuri conforme videtur, cùm ex quo ipsi Officiales regiminis convenire, nec conveniri possunt, non potest ipsis, nec aliis negligentiam imputari, & sic uti non valentibus agere præscriptio non currit, ad tradita per *Bonden. collect. 10. num. 78. & seq. Carleval. de iudiciis tit.3. disput. 4. num. 18. in fin. Eminen.de Luca de iudiciis discurs.*21. *num.33. & de dote discurs.* 29. *de alienatio. discurs. 3. num. 13. de emptor. discurs.* 32. *sub num. 10. de credito discurs. 131. num.8.*

Ta-

28 Tamen si inchoata præscriptio perficeretur in anno officii, seu regiminis, consulerem ut iudicium introduceretur ad interrumpendam præscriptionem, propter probabilitatem teneo, quòd statuto non obstante, præscriptio consummeretur, quia cùm hoc privilegium habeat locum parte tantum opponente, ut per nostrum CONCIOLVM est traditum supra *num. 8.* non impeditur iudicium, nisi oppositione de privilegio facta, ad quod ita sentiendum præstat fomentum propositio tradita à Doctoribus tenentibus præscriptionem inchoatam cum defuncto perfici posse, hæreditate iacente, *Rodoer ad Marin. cap. 164. num 4.* & ita statutum procedit in cursu temporis intermedii, non autem in perfitione, & consumatione præscriptionis.

29 Unum noto, quòd ex tradito principio sumitur, quod si foriiudicatus, seu delinquens condemnatus, ex quo aufugeret, fuerit captus, non potest opponere contra Curiam aliquam præscriptionem, ad impediendam sententiæ executionem, seu prosequutionem inquisitionis, ac causam criminalem, etiamsi elapsi sint 30. anni, seu quodlibet tempus; quia Curia contra absentem tunc non valet agere, nec procedere, *Blas. Altimar. de nullitatib. tom. 3. part. 1. rub. 4. q. 9. à num. 65. ad fin.* ubi decisiones Consilii Neapolitani affert.

30 Ex quibus certè liquet, quòd respectu Magistratuum, seu Officialium minorum temporalium, ac maiorum perpetuorum quò ad dictam suspensionem præscriptionis statutum non procedit, cùm ipsis, & eorum creditoribus imputari possit negligentiá, attento quòd possunt conveniri, & convenire, ut suprà est traditum; ideòque currit præscriptio, quæ tota fundatur in negligentia creditoris, *Modernus Castaldus consult. foren. tom. 1. consult. 8. num. 15.* ubi alios citat.

DE OFFICIO CAPELLANI DD. CONFALONERII, ET CONSVLVM.

Rubrica X.

CApellanus qualibet die, cùm fuerit requisitus, Missæ Sacrificium in Capella Palatii celebrare teneatur: Dum Generale Consilium faciendum sit, antequam claudatur, coram Consiliariis, cum Stola solitis orationibus, Spiritus sancti gratiam invocare, & eo expleto Gratiarum actiones similiter reddere debeat; Magistratui assistat, & quæ ad Divinum cultum memoranda, & facienda sunt circa Festivitates annuatim currentes; Ecclesiarum visitationes, Processiones, Orationes, & similia diligenter expleri faciat, Corpus S. Vbaldi mundum, & ea, qua decet veneratione detineri curet; & cùm eius Arca aperienda sit, accuratè assistat; omniáque expediat ad suum officium spectantia, ac interim expensas in Palatio habeat, cum solito salario scutorum duodecim.

A N N O T A T I O.

OFficium Capellani Illustrissimorum DD. Consulum in Civitate Eugubii est valde honorificum, cùm illud non soleat conferri, nisi solis Civibus, & cùm ad illius officium spectent plura spiritualitatem concernentia, & præcipuè circa S. Corpus Beati Vbaldi, ut habetur in hoc statuto, & tradit *Andreol. contr. 381. num. 11.* cùm in hoc plurimum valeat communis reputatio, ut dicit *Rota apud Bich. decis. 208. num. 22.*

DE OFFICIO, ET AVTHORITATE D. LOCVMTENENTIS.

Rubrica XI.

D. Locumtenens cùm primum advenerit, præstito iuramento in forma in manibus Cancellarii Communis, omnem diligentiam adhibeat pro pacifico, & quieto Statu Civitatis, & eius Territorii: Secundas causas tàm Civiles, quàm criminales, aut Mixtas celeriter in appellatione cognoscat:

In

In primis verò causis se non intromittat, nisi in Delegatis à Serenissimo Principe, vel in Causis eorum Locorum, quæ eius iurisdictioni sunt immediatè subiecta, vel etiam in causis delationis Armorum extra rixam, Venationum, & Piscationum in locis reservatis, Præfectorum Annonæ, & aliorum officiorum Civitatis, Et si qui electi, seu extracti ad Magistratum, vel aliud officium Communis, Munus illud subire, & exercere nollent, cognoscendo summariè cum participatione Imbussolatorum, & corrigendo errores, & gravamina, quæ manifestè apparerent contra prædictos: In administrationibus Locorum piorum à laïcis faciendis, provideat, quòd per eos rectè gubernentur, eorúmque debitores ad solvendum summariè cogat; Et Administratores omnes in ingressu sui officii infra Bimestre ad rationes reddendas, & satisfaciendum compellat.

Sicut etiam cognoscere poterit causas civiles minimas, quæ summam florenorum viginti non excedunt, in quibus procedere debeat summariè, & sola veritate inspecta; & quatenus testes examinari contigerit, super intentione solùm eos admittat, & quàm citius ad expeditionem deveniat absque interventu Advocati. Procurator verò pro suo salario habeat Iulios duos, usque ad quantitatem Scutorum quinque, & usque ad decem, Iulios tres, & idem servari volumus si à sententia D. Locumtenentis appelletur.

Lites autem, & differentias miserabilium personarum, oretenus, & sine scriptis in Camera audiat, & expediat, prout hodiè Excellentissimus D.Ioan. Petrus Rubeus I. C. Vadensis cum magna eius laude, & charitate erga Pauperes facit, & observat. Pro suo vero salario habere debeat à Camera Ducali florenos viginti quolibet mense, aliisque emolumentis hactenus consuetis, potiatur. Et finito officio stabit ad Syndicatum.

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis, & num. 11.*
Etiamsi fundatores contrarium disponant, num. 13.
Et interim nequeunt ordinari, num. 12.
Non tamen semel ratione reddita, nisi de errore constet, num. 14.
Et quilibet de populo potest id petere in iudicio, num. 2.

3 *Clausula sola facti veritate inspecta admittit probationes præsumptivas.*
Cum vigore dicta clausula Iudex procedat uti Princeps, num. 4.
Et cùm d. clausula auferat ordinem iudiciarium, num. 5.
Licèt contrarium teneat Gratian. relatus num. 6.
Dicta tamen clausula aufert solemnia non substantialia iudicis, num. 7. & 34.
Facitque silere exceptionem præscriptionis, num. 35.

8 *Reconventio de maiori summa admittitur coram Iudice, qui non est competens, nisi usque ad certam summam.*

9 *Miserabiles personæ, quæ dicantur remissivè, & num. 44.*
Earum curam suscipientes, à Deo præmium accipiunt, num. 45.
Lites earum, quomodo sunt tractandæ, num. 46.
Et quomodo in Cathalonia, num. 47.

10 *Iudices omnes tenentur stare ad syndicatum.*

15 *Administrator quilibet, tenetur librum rationum conficere.*
Non ita si nil ad manus suas pervenit, num. 16.

17 *Administrator quilibet debet reliquatum solvere appellatione postposita.*

18 *Appellatio, an admittatur à liquidatione calculatorum.*

19 *Appellare non possunt heredes Administratorum.*

20 *Appellare non licet à condemnatione de reddendis rationibus.*
Et hoc procedit in quibuscumque Administratoribus, num. 21.
Neque dicere de nullitate, num. 22.
Limita, ut num. 23.

24 *Nullitas benè dici potest à condemnatione reliquatus.*

Et

Et omnia prædicta procedunt quando non negatur à convento se administrasse, num. 25.

26 *Appellare nequeunt Administratores verũ Fiscalium, Publicarum, aut Civitatum.*

27 *Civitas Gerundæ exequutivè procedit contra suos debitores.*

28 *Hypotheca datur in bonis Administratorum locorum piorum, Civitatum, ac aliorum legalium.*

Et hypotheca à qua die incipiat, n.29.

An detur in bonis hæredis gravati pro alienatis, num. 30.

31 *Administrator vertens pecunias publicas in rem suam, quomodo puniatur.*

32 *Clausula summariè tradit facultatem procedendi exequutivè.*

Et per eam tolluntur solemnitates iuris civilis, num. 35.

36 *Administratores locorum Piorum cui rationes reddi debent.*

Iurisdictionibus Ecclesiastica, & seculari diversis respectibus subsunt, num.37.

38 *Loca pia administrata per laicos Potestati seculari, an sint subiecta.*

39 *Episcopus ratione piæ causæ, ac exequutionis illius potest se in id intromittere.*

Limitationes quas patitur hæc regula, num. 40.

41 *Clerici, quibus ex causis ad forum seculare trahantur remissivè.*

42 *Praventio datur inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem ad exposcendas rationes locorum piorum.*

43 *Iurisdictio Iudicis habentis limitatam iurisdictionem, an sit porrogabilis.*

ANNOTATIO.

HOc statutum mandans, quòd D. Locumtenens compellat omnes Administratores ad reddendas rationes est confor-
1 me dispositioni iuris Communis, quæ vult, quòd quilibet administrator sive voluntarius, sive necessarius, sivè à lege, Iudice, vel parte fuerit constitutus, vel etiam si sine mandato administravit, illis quibus interest, rationem reddere teneatur suæ administrationis, ut tradunt *Damand. de tutor. & curat. fol.166. num. 17 Munoz. de ratioc. cap. 3. n.31. Choel. ad bul. bon. regim. cap.45. n. 44. & Rota apud Merlin. decis.107. num.3. & in Bononien. pecuniaria, seu affictus Gabellar. 8. Martii 1660. coram R. P. D. Verospio post princ.* & tenetur etiam solvere reliquatum appellatione remota, *Thoma. decis. March.27. n.5. & seq. Choel. d cap.45. n.45. Rota in Romana, seu Nepes. Tutela 4. Iulij*
2 *1642. coram Card. Cerro post prin.* Ita ut quilibet de populo petere possit etiam sine mandato, quòd administratores rerum publicarum reddant rationem, ut tradunt *Innoc. Hosti. & Felin. in cap. dilecti, 13. de maior. & obed. Munoz. de ratioc. cap. 7. num. 62. & seq. & Choel. ad bull. bon. regim. cap. 26. num. 11.*

3 In causis tamen summam florenorum 20. non excedentibus D. Locumtenens vigore d. clausulæ *Sola facti veritate inspecta* potest admittere probationes concludentes præsumptivè, & à communiter accidentibus, & verisimiles, ut docent *Andreol. contro.79. n. 33. Paitel. exped. 11. num. 9. Altograd. cons. 23. n.13. lib.1. & Barbos. de clau. claus.173. n.1.*

4 Cum vigore d. Clausulæ Iudex possit procedere uti Princeps, ut not. *Bertaz. in l. si quis maior, num.60. C. de transa. & Barbos.*
5 *d. claus. 173. num.6.* & eùm d. clausula auferat ordinem iudiciarium, & reducat ad formam iudicii de iure gentium, vel naturali, ut post *Menoch. Valas. Aloi. Ricc. Brun. à Sole, & Rota Bonon.* per eum relatos firmat *Barbo. d. claus.173. num.9.* qui *num. 19.* dicit per d. clausulam censeri etiam derogatum feriis rusticis, ut ibi per eum quamplures effectus d. clausulæ referentem.

6 Licèt contrarium teneat *Gratian. decis. March.68. num.8. & seq.*

7 Dicta tamen Clausula *Sola facti veritate inspecta*, & Clausula *Manu Regia*, tollunt solemnia, non autem substantialia iudicii, *Rota decis. 500. in fin. part.3. & decis. 445. num.6. part.1. diver.*

Adverte tamen, quòd licet D. Locumtenens habeat solam iurisdictionem in prima instan-
8 tia usque ad summam florenorum 20. si tamen reus reconveniat actorem de summa excedente d. florenos 20. D. Locumtenens potest de d. reconventione cognoscere, ut tradunt *Deci. in l. si idem cum eodem. 11. §. qui mutua, num.3. ff. de iurisdic. omn. Iud. & Caph. cons.406. num. 21. lib. 3. necnon. Calvi. de aquis. lib.2. cap.112. num.1. & seq.*

9 Quæ autem dicantur personæ miserabiles, quarum causas potest D. Locumtenens oretenus cognoscere sunt Pupilli, Viduæ, Orfani, & alii relati per *Novar. de elect. & var. fori. sect.2. quæst.1. 2.3. & 4. & plur. seq. per Pract. Ridolph. part. 3. cap. 4. ferè per tot. & per Marsil. Cala de modo artic. §.1. gl.1. ferè per tot.*

Dum verò hoc statutum mandat, quòd D Locumtenens finito officio maneat ad syndica-
10 tum concordat cum iuri communi, à quo dispositur, quòd Magistratus omnes muneris gesti rationem reddere teneantur, ad tex.

in

in l.1. C. ut omn. Iud. tam civil. quàm milit. & tradunt *Amod. de syndic. in exor. nu. 3. Mastril. de Magist. part. 2. lib. 6. cap. 1. & Fenzon. ad stat. Urb. cap. 13. in princ.* & vide infra *Rubr. 19.*

ADDITIO.

11 QVod quilibet administrator teneatur reddere rationem suę administrationis saltem tanquam negociorum gestor, tradit *Rota recen. part. 19. decis. 32. num. 3. & 4.* ubi Doctores, & decisiones modernas invenies, quæ uti in re stabilita tibi sufficient, *Massin. de confisc. bonor. q. 44. num. 1.* ubi *num. 2.* tradit etiam si administravit de facto, *Oliva de for. Eccles. part. 3. quæst. 34. num. 1. & seq. Palma Nepos allegat. 18. num. 3. & latissimè Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1. tit. 1. §. 43. cap. 158. nu. 1. 23. & ferè per tot.*

12 In tantum ipsi administratores rationem reddere debent, quod quousque eam reddiderint ordinari nequeunt, ac etiam Monasterium ingredi, *Boler. de decoct. fiscal. tit. 1. quæst. 9. num. 9.*

13 Taliterquod etiamsi fundatores locorum piorum in fundationibus hoc expresse prohibuissent, adhuc conditione ista tanquam turpi, & contra substantiam actus posita reiecta, ad id tenerentur administratores, & eorum hæredes, *Salgad. de Reg. protect. part. 2. ca. 11. num. 3. Massin. ubi supra num. 13. Oliva de for. Eccles. dict. q. 15. n. 40.*

14 Itaque ratio semel reddita, iterum reddi non debet, nisi de errore calculi constet, claris, & perspicuis probationibus, & de errore in specie, non autem in genere, maximè ratione plena, perfecta, & legitimè reddita, *Bonden. collect. 42. num. 55. & seq. Massin. ubi supra num. 123. Pegas. resol. foren. cap. 3. num. 756. & seq. & ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1. tit. 1. §. 43. cap. 155. num. 16. & cap. 160. num. 6. & 7.*

15 Tamen tenetur quilibet administrator
universalis librum rationum conficere legalem, distinctim, recepta, & data continentem, per annos, & menses, causas, & personas exprimendo, à quibus receptum sit, & quibus datum sit, & predictos libros ædere, & exibere in redditione rationum, *Bonden. ubi supra dict. contr. 42. num. 66. & seq. Parexa de instrum. edit. tit. 5. resol. 3. à num. 20. Carleval. de iudii. tit. 3. disp. 7. num. 13. & 1.1. Ciriac. contro. 544. tot. Pegas. ubi supra dict. cap. 158. num. 29. & resol. foren. cap. 3.*
16 *num. 704.* quod facere non debet quando
ad manus administratoris nil pervenit, *Salgado in labyr. cred. part. 2. cap. 1. num. 43. vers. Reberatur, Parexa ubi proximè num. 35. Pegas. dict. resol. 3. num. 726.* tenetur tamen administrator probare veritatem eorum, quę in rationario continentur, si aliquod dubium, aut difficultas de illis excitetur, *Pegas. de ordinatio. Regn. Portugal. dict. tom. 1. §. 43. c. 156. num. 1. ubi scipsum Garcia, Scobar. Zachia, Valenz. & alios citat.*

17 Unde notat noster *Conciolus hic num. 1.* Administratorem quemlibet, maximè Piæ causæ, seu Piorum locorum teneri reliquatum solvere, appellatione postposita, saltem ad effectum suspensivum, cum ipsi teneantur antea solvere, & postea appellare, Doctissimus *Altimar. in suo tractat. de nullitat. tom. 1. part. 1. rubr. 4. q. 17. num. 17. Massin. ubi suprà num. 104. & seq. Salgad. dict. cap.*
18 *11. num. 37. & seq. ubi num. 43.* tenet non admitti appellationem suspensivam à liquidatione calculatorum circa quid, quantumvé sit reliquatum, quod tenet *Capon. discep. 134. num. 63.*

19 Neque hæredibus dictorum Administratorum locorum piorum permittitur appellare suspensivè à condemnatione, ac liquidatione reliquatus administrationis, ut benè citatis pluribus *decis. Rot. Rom.* tradit *Ursel. concl. 56. num. 89.*

20 Multo magis prædicta de non appellando suspensivè procedunt (ut notat noster *Conciolus*) à condemnatione de reddendis rationibus, *Salgad. dict. cap. 11. num. 5. Altimar. dict. quæst. 17. num. 1. & seq. Massin. ubi supra num. 104. & seq. Capon. discep. 396. n. 4. & 5. & discep. 134. num. 63. Pegas. resol. foren. cap. 15. num. 99. & seq.*

21 Et hoc ultimò dictum procedit in quibuscumque administratoribus rerum profanarū, ut comprehensis ratione, qua non permittitur administratoribus locorum piorum suspensivè appellare, *Salgad. d. cap. 11. num. 12. & seq. Altimar. dict. quæst. 17. num. 10. & seq. Capon. discep. 134. num. 63. tom. 2.*

22 Credo tamen, quod ita pariter à dicta condemnatione, quod de reddendis rationibus non liceat dicere de nullitate, licèt prohibitus appellare, non sit prohibitus dicere de nullitate, ut comprobat, & pro certo tradit *Altri-*
23 *mar. dict. quæst. 17. num. 15.* nisi nullitas evenerit ex defectu iurisdictionis, citationis, seu alio patenti, & insanabili, *Altimar. ubi proximè num. 16.*

24 Altero verò casu condemnationis, seu liquidationis reliquatus benè potest dici de nullitate, licèt non possit administrator ab ea appellare; ex quo coram eodem, absque eo quod adeat superiorē, potest nullitas discuti, &

& gravamen adesse potest deducibile à condemnato: scilicet non exactionis, solutionis, &c. quod adesse nequit in condemnatione redditionis rationum, *Altimar. ubi proximè num.18. cum seq.*

25 Tradita hucusque tam in Administratoribus piæ, quàm prophanæ rei, procedunt quando non negatur à convento administratorem fuisse, quia si negetur ita fieri non potest, sed debetur hoc declarare, & à tali declaratione appellatur ad utrumque effectum, *Salgad. d. cap.11. num. 34. & seq. Ursell. d. concl. 56. num. 46. Capon. dict. discep. 134. num. 65.*

26 Et non solum isti administratores locorum piorum appellare non possunt à præfatis condemnationibus reddendi rationes, solvendique reliquatum, sed etiam condemnati pro debito publico, fisci, seu Universitatum, saltim superiorem non recognoscentium, *Altimar. dict. rubr.4. quæst.18. num.1. & seq. Pellegrin. in prax. part.3. sect. 1. lim.*
27 *27. in num. 15.* Benè tamen nostra hæc Civitas (licèt superiorem recognoscat nostrũ Invictissimum Regem Catholicum CAROLUM II.) executivè contra suos debitores procedit tanquam pro debitis fiscalibus, ac Regalibus virtute diversorum Regiorum privilegiorum, appellatione suspensiva postposita.

28 Inde consequutivè venit dicendum, in bonis istorum administratorum locorum piorum, Civitatum, Universitatum, & aliorum legalium, tacitam hypothecam dari, *Redoer. consil.3. num.14. citans Andreol. contro.353. Emin. de Luca de debitor, & creditor. discurs. 36. per tot.* maximè *num.17.*

29 Quæ hypotheca tacita, an detur in bonis aliorum administratorum, & à qua die incipiat, tradunt *Doctores citati per Andreol. collectan. de pignor. & hypothec. verb. Administrator, Emin. de Luca dict. discurs.36. per tot. & de feud. discur. 80. num. 7. & 8. Massin. de confisc. quæst. 44. num. 2. & seq. & citatis Noguerol. Salgad. Merlin. Andreol. & aliis Castald. consult. 67. num. 5. Bolero. de debitor. decoct. tit.5. quæst.5. Palma Nepos allega. 32. num.69. & seq.*

30 Et an in bonis hæredis gravati competat substitutis pro reintegratione fideicommissi, tam pro bonis, sive scienter, sive ignoranter alienatis, ista tacita legalis hypotheca, tanquam contra male administrantem, vide latissimè apud *Urceol. consult.69. tota, Emin. de Luca de credito, & debito discurs. 36.* & his omnibus prævisis, ac refutatis, novissimè *Castald. consult. foren. 87. tom. 1.* ubi latissimè sustinet hypothecam tacitam dari substitutis in bonis hæredis gravati dolosè alienantis, & ista tenet Rota *recent. decis.176. nu. 8. part. 19.*

31 Isti publici administratores vertentes in rem suam pecuniam publicam, vel permittentes, ut ab alio auferatur, tenentur l. Iulia peculatus, de quo delicto latissimè *Modern. Altimar. obser.60. ad consil. Rovit. lib. 3.* cuius sola allegatio sufficiat tibi ad istam materiam præscrutandam, ipsum consule.

32 Per clausulam *summariè*, in nostro statuto contenta, data fuit potestas Locumtenenti procedendi exequutivè contra debitores reliquatus administrationum locorum piorum, *Massin. de confiscatio. dict. quæst.44. nu.53.*
33 ubi decisiones Rotæ Romanæ citat, & per istam tolluntur solemnitates iuris civilis, *Rosa de Exequutorib. Apostolicis part.2. cap.4. num. 81. & seq.*

34 Quod autem clausulæ *sola facti veritate inspecta*, ac *manu Regia*, tollant solemnia, non autem substantialia docet *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 12. quæst. 3. n.4. & 5. Rosa ubi proximè dict. cap. 4. nu. 94.*
35 *& seq.* & pariter silere faciunt exceptionem præscriptionis quando ita sola facti veritate inspecta proceditur, *Bonden. collect.48. n.62.*

36 Hoc statutum committens Locumtenenti quòd provideat circa administrationes locorum piorum, à laicisque administratas rationes exigat, & reliquatum solvere cogat, est iuri communi conforme, loquendo prout loquitur de locis laicalibus, licet in ipsis opera pia exerceantur, de quibus potestati seculari ratio reddenda est, seu Ordinario, præventione inter ipsos habita *Rot. Rom. apud Ludovis. decis.4. num.5. Ciarlin. contro.28. nu. 19. & 20. Capon. dict. discep. 396. num. 8. 9. 41. & 42. Pilaia decis. canon. tom. 1. lib. 2.*
37 *decis.5. num.40.* Et ita utriusque iurisdictionis Ecclesiasticæ, & laicalis concursus est compatibilis, diversis respectibus, laicalis scilicèt quo ad causas profanas, & indifferentes, Ecclesiasticæ verò quo ad videndum an ibi exerceantur opera pia, pecuniæque si ad id sint consumptæ, & adimpletæ voluntates fundatorum, *Emin. de Luca de iurisd. & for. comp. discurs.45. num. 8. & ferè per tot.*

38 Nam licèt loca pia fundata absque authoritate Ordinarii, administrata per laicos, sint merè laicalia, & secularia, & quo ad temporalia potestati seculari subiecta, *Fontan. dec. 109. num.1. & seq. Eminen. de Luca de for. competen. dict. discurs. 45. num. 5. Torre de pact. futur succes. lib.3. cap. 1. num. 218. Capon. dict. discept. 396. num. 23. Oliva. de for Eccles. part. 3. quæst. 34. num. 19. Pilaia*
39 *dict. num.40.* tamen quo ad respectum dictæ

piæ causæ; ac exequutionis illius potest se intromittere Episcopus virtute Sacri Concilii *sess. 22. cap. 9. de reformat.* ad exposcendum rationes ab administratoribus, licèt laicis, & à secularibus positis, ut præter vulgatos id tenent *Terre dict. cap. 1. num. 208. Capon. dict. discept 396 per tot. & discept. 134. num. 14. 45. & ferè per tot. Frassus de Reg. Patronat. cap. 61. nu. 74. & seq. Emin. de Luca de iurisd. & for. competen. discurs. 40. num. 14. & in annot. Sac. Concil. disc. 11. ferè per tot. Scoppa. ad decis. Gratian. obser. 183. tota, Melius ad Castill. de aliment. cap. 7. num. 10. & 24. Oliva de for. Eccles. part. 3. quæst. 34. num. 16. & seq.* quem vide ubi consiliat Sac. Concil. Trident.

40 Hæc mea ultima assertio limitationes aliquas patitur, quas si distinctim conscriberem, nimis molestus fierem, sufficiat demonstrare aliquos modernos Doctores, qui eas adducunt prout sunt dict. *Eminen. de Luca dict. discurs. 40. num 3. & seq. Capon. dict. discept. 134. à num 60. Torre dict. cap. 1. p. 3. à num. 208. vide Meli. in addit. ad dict. Castill. de aliment. cap. 7. à num. 10. Modern. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. cap. 400. per tot. & magistralem decisionem Rot. Rom. 248. part. 11. recent. Pilaia. dict. decis. 5. n. 40. & seq.* & alii passim.

41 Hoc in loco multa concernentia ad atractionem fori ratione administrationis, non multum digrediendo, possem tibi indicare, veluti an Clerici ratione administrationis à Potestate Seculari susceptæ possent trahi ad iudicium secularis Iudicis, vel ratione sequestri, tutelæ, depositi, aut præservativę iurisdictionis in sententia contentę, attamen ne addendo, librum efficerem, consultè relinquo, patefaciendo solum Doctores, penes quos hæc latiùs poteris videre si legas *Capon. dict. discept. 134. à num. 69. Emin. de Luca de iurisd. & for. competen discurs. 58. 94. & 95. nost. meritissimū Nobilem Regentem Cortiada decis.* 10. *à num.* 112, *ad* 115. *& suo more doctissimo doctum, sarè virum Blas. Altimar. ad decis. Reg. Rovit. obser.* 44. *tota* ubi materiam explicatam invenies citatis modernioribus Authoribus vide *Guazzin. Iun. ad defens. Animar. def. 1. cap. 13. per tot. Oliva. de for. Eccles. part. 3. quæst. 34. num. 8. & seq.*

42 Hæc præventio supra tradita inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, in exigendis rationibus à Administratoribus locorum piorum licet laicis, procedit pariter in administratione reddenda ab exequutoribus testamentorum circa quam est locus præventioni uti mixti fori, *Carpius de exequutoribus lib. 1. cap. 21. num. 3. & ferè per tot. & lib. 4. cap. 2. num. 6. Nobilis, ac Egregius Senator noster Don Petrus Amigant in add. 1. ad prax. civil. Peguer. Curia Vicarii Barchin. rub. 21. nu. fin.* & ad totalem intelligentiam vide *Guazzin. Iun. de defens. animar. defens. 1. cap. 13. num. 61. Oliva. de for. Eccles. part. 3. quæst. 35. per tot. præcipuè num. 2.* ubi latissimè invenies materiam hanc digestam, & tractatas quæstiones ad eam occurrentes, maximè ad quem Ordinarium, & Iudicem secularem pertineat, & ad saturitatem *Doctissimus Blas. Altimar. part. 2. rubr. 11. quæst. 33. tot.* præcipuè *num. 1. & seq.* ubi reperies materiam benè explanatam, & latissimè penes *Pegas. ad ordinat. Regni Portugal. tom. 4. lib. 1. tit. 62. per tot.* & conducunt citati per *Portugal. de donatio. Reg. part. 2. cap. 35. à num. 63.*

43 Circa hanc rubricam, & limitatam iurisdictionem Locumtenentis in quantitate 20 ₶. non digressiones, sed adducere multa connexa possem, cæterum, ne aliena scripta transcribendo, tempus inanè consumam, concludam pro coronide huius rubricæ, dicendo, quod si cupis scire an traditum à nostro Conciolo *hìc num. 8* transeat sine difficultate, & an ista iurisdictio limitata ad certam quantitatem sit porrogabilis, & sententia prolata ultra eam, sit in totum nulla, & alia concernentia, lege Doctissimum semper, & omni ævo laudandum *Blas. Altimar in tract. suo semper præoculis habendo de nullitat. to. 1. part. 1. rubr. 9. quæst. 6.* ubi de sententia *quæst. 7. num. 4. & seq.* ubi de reconventione, *& quæst. 9. à num. 1. ad 20.* ubi de porrogatione istius iurisdictionis, quem vide & non te pœnitebit, imò gaudieris tam doctum virum legisse.

44 Qui dicantur pauperes, & miserabiles personæ sub cuius prætextu causæ earum possent ad Curiam Principis evocari, tradit noster *Ripoll in addit. ad prax. Peguer. rubr. 4. à*
45 *num. 57.* ubi alios citat, ex quo Principes, & Magistratus tenuium, & miserabilium personarum patrocinium suscipientes à Deo florentissimam Rempublicam accipiunt, & eorum est officium pauperum, & miserabilium personarum curam gerere, *Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 27. num. 17. & seq.*

46 Lites miserabilium personarum quod sint tractandæ *celeriter, summariè, & sine scriptis de plano,* & sine expensarum solutione, & antequam causas divitum, tradit *Velasc. de privil. pauper. part. 1. quæst. 28. num. 41. & quæst. 55. num. 9. &* 10. pluribus citatis.

47 Quod pariter à nostro iure municipali, & statutario fuit provisum per *Const. 4. tit. de juy verbal, &c. & Const. 6. tit. de ofici de*

Can-

Canceller, in quibus Cancellario, & Regenti Cancellariam fuit iniunctum, ut de causis pauperum, & miserabilium personarum verbaliter cognoscerent *summariè*, *& de plano*, *sine strepitu*, *& figura iudicii*.

DE INGRESSV, ET IVRAMENTO D. POTESTATIS.
Rubrica X II.

PRætor electus ad regimen Civitatis sit, & esse debeat I. D. Et honorificè indutus super equo à Doctoribus, & Procuratoribus Curiæ associatus, ingrediatur Civitatem, Tubis præcedentibus, & antequam vadat ad Palatium suæ Residentiæ, visitare debeat Ecclesiam Beatissimæ semper Virginis Confraternitatis Alborum, & oblatione de more facta; via solita ad Palatium Communis incedat, & in sala inferiori, ostensis priùs literis patentibus, & per Cancellarium Communis perlectis, iurabit corporaliter tactis scripturis coram D. Confalonerio, & Consulibus in manu dicti Cancellarii recipientis pro Serenissimo Duce nostro, quòd fidelis erit Celsitudini Suæ, officium sibi commissum per se, suósque Officiales legaliter, & bona fide, cum omni diligentia, & integritate exercebit; Statuta, ac Decreta servabit, omnia, & singula Iura Communis illæsa tuebitur; Commissiones, & exactiones illi à Magistratu propositas exequi faciet; Hospitalium, Viduarum, & Pupillorum, omniúmque miserabilium personarum benignus Defensor, ac Protector erit: ius, & iustitiam unicuique pro viribus administrabit, & in fine sui officii stabit ad Syndicatū, & parebit iudicato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet esse protector pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum.*

2 *Iudex debet iurare observantiam statutorum loci, ubi ius dicit, & num. 4.*

Non tenetur tamen illa observare quando sunt illicita, inhonesta, & non sunt in usu, num. 3. & 6.

5 *Iuramentum præstitum in ingressu officii extenditur ad tempus porrogatum.*

7 *Iudices, & Magistratus in ingreßu debent literas sua creationis ostendere antequam admittantur.*

Originalia autem, non verò copia, n. 8.

Neque testibus sufficit creationem probare, num. 9.

10 *Iudices, & Officiales in ingressu officii quid debeant iurare.*

ANNOTATIO.

1 QVod bonus Iudex uti habetur in hoc statuto debeat esse protectorviduarum, pupillorum, & miserabilium personarum habetur *Ecclesi. cap. 4. ibi: In iudicando esto pupillis misericors, ut pater*, & tradit *Novar. de elect. & varia. fori. tom. 2. in pric.* Cùm Deus sit particularis protector viduarum, & pupillorum, uti habetur *Exod. cap. 22.* & not. *in decis. 2. apud Novar. ubi supr. in prin.* Bonus autem Iudex debet assimilari supremo Iudici, idest Deo, ut not. *Gemin. cons. 53. sub nu. 9. & Card. Tusc. pract. concl. litera I, concl. 382. num. 1.*

2 Et quod Iudex debeat iurare observantiam statuti loci, uti habetur in hoc statuto tradunt *Castr. cons. 467. num. 5. in fin. & Card. Tusch. pract. concl. litera I, concl 393. nu. 1.*

3 licet non teneatur illa servare quando illa sunt illicita, vel inhonesta, *Roman. cons. 218. n. 4. & seq. Card. Tusch. dict. concl. 393. n. 14.* & quando illa non sunt in usu, ut dixi supra *in prælud. num....* & in aliis casibus qui recensentur per *Card. Tusc. in d. concl. 393. ferè per tot.*

ADDITIO.

4 QVòd Potestas, & Magistratus, in introitu officii debeant iurare statuta, ac consuetudines locorum, prout continetur in nostro statuto, & annotatur à nostro CONCIOLO, est certum, & triviale, *Mastril. de Magistratib. lib. 1. cap. 2. num. 48. Ricci. collect.*

collect. 1002. per tot. Pegas. ad ordin. Regn. Portugal. tom.1. glos.35. num. 1. & seq. pag. mihi 194.

5 Taléque iuramentum præstitum in ingressu officii temporalis extenditur ad tempus porrogatum, tradit *Matheu de regim. Regn. Valen. cap.2. §.1. num.44.*

6 Et prout annotatur à nostro *Conciolo*, quòd virtute iuramenti non teneantur Potestates,& Officiales servare statuta iniusta,iniqua, & illicita tradit *Cyriac. contro. 321. nu. 56. Capuc. de regim. Reipub. cap.6. num. 5. Canc. var.3. cap. 13. num. 324.*

7 Statutum nostrum disponens, quòd Magistratus, seu Potestates in ingressu debeant priùs literas patentes ostendere,conformatur cum iure communi, secundum quod antequam in exercitio suæ iurisdictionis admittantur, suas literas ostendere tenentur, & præsentare Universitatibus, aut aliis personis consuetis, *Mastril. de Magistratib. dict. lib.1. cap.2. num.47. Solorzan.de iur.Indiar. lib.4. cap. 4. num. 38. & 39. tom. 2.* & pro mille *Doctissimus Blas. Altimar.in dict.tractat. de nullitatib. rubr.9. quæst. 3. à num. 7. ad 20. & quæst. 2 num. 18. Parexa de instrum. edit. tit. 2. Resol. 4. num.10.*

8 Literæ, & documenta concessionis iurisdictionis, originalia esse debent, non autem copiæ, seu transumpta, *Altimar. ubi proximè dict. quæst. 2. num.19.*

9 Et ita concessiones dictæ iurisdictionis quo ad principium exercitii eiusdem, testibus nequeunt probari, ut concludendo, *Avendan. tradit ipse sanè vir doctissimus Altimar. ubi proximè dict. quæst.3. num. 19. Solorzan. dict. lib.4. cap.4. num. 41.*

10 Potestates, & Officiales in introitu officii quid debeant iurare tradit doctissimus sæpè citatus *Blas. Altimar. de nullitatib. tom. 1. part.2. rubr.10. quæst. 12. à num.16.*

DE OFFICIO D. POTESTATIS. Rubrica XIII.

D. Potestas in primis instantiis cognoscat causas quascunque civiles, sive criminales, aut mixtas, in quibus habeat omnimodam iurisdictionem, merum, & mixtum imperium, & Gladii Potestatem; Quamobrem qualibet die iuridica ad solitum Tribunal sedeat, cum assistentia quatuor Notariorum Actuariorum, & causas ipsas celeriter infra tempora à statutis præfixa expediat: Pupillis, & Minoribus Tutores, & Curatores dabit, in integrum, ut iuris erit restituat, statuta, atque decreta uti iacent, absque sophistica interpretatione, & in eorum defectu iura civilia, & canonica observabit: Manus puras, & mundas habebit, & ab omnibus illicitis exactionibus totaliter abstinebit, eiusque Officiales abstinere faciat: De Civitate, & eius districtu sine licentia Serenissimi non recedet; & si ipse, vel D. Locumtenens de licentia recesserint, censeantur per modum provisionis alterutrum in Officio substitutos esse. Cum Civibus non comedet, aut bibet, nec munera ab aliquo recipiat: In adeundo se facilem præbeat, & in ulteriorem familiaritatem alios non admittat: Magistratum exeuntem de Palatio; Itemque redeuntem usque ad scalis comitetur: Notarium habeat à Serenissimo Duce deputandum ad notandum, & describendum omnia maleficia, delicta, acta, & sententias, quæ fieri contigerint in Civitate, vel eius districtu,in quibus possit procedere, condemnare, & punire prout iuri magis convenire videbitur, secundum formam iuris, statutorum, & decretorum, ut superiùs diximus: Sententias criminales ad solitum Tribunal proferat, illásque ac cætera acta, durante eius officio diligenter describi, atque custodiri faciat: Nequeat tamen devenire ad effectualem executionem pœnæ corporis afflictivæ alicui pro delicto infligendæ, absque scientia, & ordine Serenissimi Ducis, & singulis mensibus notula Carceratorum, & causarum criminalium in Audientiam transmittere curet, nec possit examen testium in causis criminalibus gravioribus alicui committere, sed per se ipsum examinare, & reos constituere, omnique diligentiâ eorum causas expedire: Pro suo vero salario habeat pro quolibet mense à Camera Ducali florenos sexdecim aliisque emolumentis solitis potiatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Index debet per se testes in criminalibus examinare, & num. 7.*

Et multo magis debet per se reum constituere, num. 2.

3 *Iudex debet fugere familiaritatem, pracipuè cum reis.*

4 *Constitutiones Cathalonie, & statuta sunt ad literam, & absque sophistica interpretatione intelligenda.*

5 *Cathalonia in defectum iuris Municipalis, ius canonicum ante civile insequitur.*

6 *Iudices munera absque peccato, an possint recipere.*

8 *Iudex non potest dicta testium scribere, nec acta conficere.*

9 *Consilium Regium Gotholanum examen testium in criminalibus aliquando committit.*

ANNOTATIO.

1 QVod Iudex debeat per se in causis criminalibus testes examinare, uti disponitur in hoc statuto ad effectum videndi quo vultu, qua audacia, & quo affectu deponant post *Alber. de malef. de testi. cap. 7. num. 72. & Scap. de iure non scripi. lib. 3. cap. 51. nu. 15.* per eum relatos omninò suadet *Ambros. in proces. inform. lib. 1. cap. 2. num. 4.* nisi negociorum multitudo aliter suadeat, ut ibi per eum *Zuff. de legit. proc. quæst. 61. num. 1.* & præcipuè requiritur præsentia Iudicis in confrontatione, *Zuff. de legitim. proces. q. 132. num. 7.*

2 Et multò magis debet Iudex per se ipsum reum constituere ad notata per eundem *Ambros. in dict. proc. inform. lib. 2. cap. 6. nu. 2. & seq. & per Cartar. in pract. inter. reo. lib. 2. cap. 1. num. 10. & sequen.*

3 Et quod Iudex familiaritatem præcipuè cum reis non admittat, cùm ex illa nascatur contemptus, uti habetur in hoc statuto admonet etiam *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 2. cap. 1. num. 10. & seq.*

ADDITIO.

4 SIcuti in nostro statuto continetur, quòd statuta uti iacent absque sophistica interpretatione intelligantur, ita in hac nostra Provincia Gotholana Constitutiones usatica, & alia iura municipalia ad literam, & hebraicè sunt intelligenda, & servanda, *Fontanell. de pact. clausf. 7. glos. 3. part. 2. num. 61. & part. 7. num. 21. Ripoll. var. cap. 10. nu. 301. & seq. & in prax. Peguer. rubr. 10. num. 6.* quibus conducit *Beuden. collect. legal. 28. num. 88. & 89.*

5 Ista nostra præventio statutaria, quod in defectum iuris statutarii recurratur ad ius civile, seu canonicum fuit pariter facta à nostris legum Latoribus in Curiis anni 1599. cap. 40. disponendo, quòd Iudices, & ita Regii Consiliarii deberent sequi in primis ius nostrum municipale, & in illius defectum ius canonicum uti magis foro interno conforme, *Fontanell. de pact. clausf. 5. glos. 8. p. 11. num. 3.*

6 Munera, an aliquo casu, licitè, absque innodatione in peccato mortali, & obligatione restitutionis possint Potestas, & Iudex recipere à spontè dantibus tradit Doctissimus sanè vir *Guazzin. Iun. ad defensam animar. defen. 3. cap. 38. per tot.*

7 Quod Potestates, & Iudices nequeant committere examen testium in causis criminalibus, sed ipsimet debeant testes examinare, ut disponitur in nostro statuto, & annotat noster *Conciolus* propter multum quod interest, quòd idem qui sententiam est laturus, aspectum testium, modumque deponendi consideret, ut apertiùs veritatem percipiat, tradunt noster *Peguer. in prax. crim. cap. 12. §. 2. num. 1. Faria. ad Covarru. lib. 2. cap. 13. num. 104. & seq. Matheu. de regim. Regn. Valen. cap. 8. §. 2. num. 35. & seq. Altimar. de nullitatib. tom. 1. part. 2. rubr. 13. quæst. 8. num. 9.* ubi hoc vehementer Iudicibus commendat.

8 Tamen licet ipsi testes in causis criminalibus per ipsummet Iudicem sint examinandi, non potest ipse Iudex dicta testium scribere, ac acta conficere, sed solus Actuarius, seu Notarius, aliàs nulliter reciperentur, *Altimar. dict. part. 2. rubr. 13. quæst. 8. num. 10.* ubi dat rationes, & tradit quòd Notarii, seu Actuarii sunt pars quidditativa iudicii, & Iudices sine illis esse non possunt, imò Tabelliones debent habere.

9 Nostrum Consilium Regium cùm Principem repræsentet, quando testes sunt recipiendi extra locum in quo ipsum residet, mittit Alguatzirium, seu Comissarium cum speciali comissione, seu literis, ad testes recipiendos; ex quo Principi id in causis criminalibus licet, nisi adesset aliqua causa propter quam Iudex vellet testem videre examinare; quia tunc non attenta distantia loci, citatur, ut vadat personaliter ad deponendum, *Peguer. in dict. prax. crim. dict. §. 2. num. 1.*

DE OFFICIO NOTARII MALEFICIORUM. *Rubrica XIV.*

NOtarius Maleficiorum, præſtito prius iuramento, & fideiuſſore in forma in manibus Cancellarii de quibuſcunque delictis, & maleficiis diligenter inquirat, & relata cuſtodiat; Caveat ne inter Accuſatorem, Accuſatum colluſio fiat; deque Violentiis expulſivis, ac Turbativis, & Damnisdatis, de quibus criminaliter agitur: omnia accuratè apud acta referat, integramque maleficiorum omnium informationem, omni dolo, & fraude ceſſante, recipiat; Nec qualitates ullas delicta augentes, vel reum excuſantes omittere, aut quidquam ultra veritatem apponere audeat: In diſceſſu Iudicum, omnes, & ſingulas Scripturas, Literas Ducales, ad Cauſas Criminales ſpectantes, ſibi conſignari faciat, illaſque in Cancellaria apponat, & cuſtodiat; Libros omnes ab eo confectos publicare, & publicatos in Cancellaria dimittere teneatur, Vt deinde per Succeſſores reperiri poſſint; & procedi ad expeditionem cauſarum, ad pœnam quocunque caſu quinquaginta librarum. Suumque Officium, mercede conſueta contentus incorruptè omninò exerceat. Quo finito ſtabit ad Syndicatum.

SUMMARIUM.

1 *Iudex in examinandis teſtibus tenetur recipere integrè quod ipſi deponunt, & n.4.*
2 *Cancellarius criminalis à pauperibus nihil debet recipere pro copiis, & num.5.*
3 *Pauper quis dicatur remiſſivè.*
6 *Converſi, ac Neophiti nequeunt eſſe Notarii in criminalibus, & obtinere munera publica.*

ANNOTATIO.

1 QVod Iudex, & Cancellarius criminalis in examinandis teſtibus teneantur recipere integrè quod ipſi teſtes deponunt ſivè pro, ſive contra reum, nec poſſint teſtium depoſitiones dividere cùm ipſi teneantur inveſtigare veritatem tam pro reo, quàm pro fiſco tradunt *Farinac. de teſtib. quaeſt. 74. num. 16. Guazz. defen. 14. cap. 2. num. 1. & ſeq. Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 2. nu. 8. & ſeq.* qui valdè exclamat contra aliter facientes, & ibi *Adden. num. 8. Zuffi. de legit. prac. crim. lib. 3. quaeſt. 189. num. 1. & ſeq.* & late probavi ego *in reſolut. crimin. in verbo Iudex, reſolut. 11. numer. 1. & ſequen.* ibi dixi tales depoſitiones teſtium dividentes non eſſe immunes a crimine falſi.

2 In cauſis pauperum non poſſe Cancellarium aliquid recipere pro copiis proceſſus, & ſimilium ultra *Bulla Pii Quarti, & Pauli Tertii* tradunt *Cartar. Ambroſ. Guazz. & Scacc.* quos retuli, & ſequutus ſum ego *in reſol. crim. in verbo Copia Proceſſ. reſol. 1. num. 5.* cum quibus pertranſeunt *Adden. ad Pastel. exped. 93. num. 29.*

3 Quis autem dicatur pauper videas per *Maſcar. de prob. concl. 1159. vol. 3. ferè per tot. & Pastell. exped. 60. n. 25. & ſeq.*

ADDITIO.

4 TRaditum in hoc ſtatuto, & annotatum à noſtro CONCIOLO, quod Iudices, & Notarii teneantur in cauſis criminalibus integrè continuare dicta teſtium dicentium, ſive pro, ſive contra reum, ut ita non tollatur defenſio rei, eſt pariter ſtabilitum in hac noſtra Provincia Gotholana *Conſtitutione 12. tit. de Notaris, y Eſcrivans. Et in cap. 56. Curiarum anni 1599.* quam citat noſter *Peguer. in dict. §. 2. num. 8.*

5 Et quod a Pauperibus nil poſſit exhigere Notarius, ſeu Actuarius cauſa pro communicatione proceſſus, ac copia illius, eſt pariter diſpoſitum per *Cap. 56. dictar. Curiar. d. Eti anni 1599.* prout pariter dictam Conſtitutionem, & alias recenſet *d. Et. Peguer. ibidem in §. 6. num. 8. & ſeq.*

6 Prævidendo noſtrum ius municipale quantum Reipublicæ intereſt, quòd Notarius criminalium cauſarum ſit vir magnæ opinionis, ac ſanguinis claritate præditus, diſpoſitum fuit per *Conſt. 14. tit. de Notaris, y Eſcrivans,* quòd officium præfatum exercere non poſſent Converſi, ſeu Neophiti, ex quo ut reconſiliati de recenti, adhuc ac ſi

non

non essent reconsiliati existimantur, nec reputantur integræ fidei adversus fideles, quapropter nequeunt munera publica prædicti Conversi obtinere, *Ricciul. de Neophitis, cap. 5. per tot. præcipuè num. 4. & 5. Caput. de regim. Reipub. cap. 3. num. 72.* pariterque esse Iudices in causis fidelium, *Staybau. Ruq. Baron. Thor. Altimar. & alii, quos citat Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 81. num. 13.*

DE OFFICIO BARIGELLI, ET EXECUTIONIBUS PER EUM, & alios Officiales faciendis. Rubrica XV.

BArigellus antequam ad suum officium admittatur, se præsentet coram D. Confalonerio, & Consulibus, cum Literis patentibus suæ electionis, Quibus lectis per Cancellarium Communis, in eius manibus iurare teneantur, Officium suum fideliter, sine dolo, & fraude exercere; Ac propterea ad effectum Syndicatus idoneum Fideiussorem præstare teneatur, & habere debeat ad minus septem Satellites, & alterum ad Custodiam Carcerum, suis expensis, & Salario detinendos; quorum Vnus sit Executor omnium Pignorum faciendorum in Civitate. Alter verò in Comitatu, qui finito eorum Officio teneantur stare ad Syndicatum. Alioquin teneatur Barigellus Quarelantibus ad omnia damna per eos illata tempore sui Syndicatus Bannitos omnes, & Condemnatos perquirere teneatur, eosque personaliter capere, in Carcere ducere, & diligenter custodire: Et propterea debeat habere Equum aptum ad percurrendum quocunque opus fuerit; & cum sua Familia ire debeat de Nocte ad cercam per Civitatem tribus vicibus ad minus in qualibet hebdomada, & repertos in fragranti crimine capere debeat, & incarcerare, nec possit extra Civitatem pernoctare, nisi pro aliquo casu suum officium concernente, sub pœna viginti quinque librar. quoties in aliquo prædictorum contrafecerit: Item debeat prædictus Barigellus, eiusque Executores, & Officiales, omni fraude remota, solicitè facere executiones condemnationum quarumcunque, tam suo tempore factarum, quàm Præcessoris; & etiam teneatur facere executiones pro privatis, & particularibus Personis, habita priùs poliza manu publici Notarii de mandato Superioris, in qua contineatur Dies, Mensis, & Annus, nomen Iudicis, Persona, contra quam committitur, ad cuius instantiam, & pro quanta quantitate: Quod si executio facta sit in re mobili, vel se movente, teneatur Executor, vel Officialis res omnes describere in suo Bastardello, & eas in termino unius diei, si in Civitate vel Burgis talis executio facta sit; depositasse penes Depositarium Pignorum; Si verò in Comitatu, termino quinque dierum; Quibus pignoribus uti non possint in proprios usus, sub pœna XX. librar. pro quolibet, & qualibet vice; Quod si prædicti Executores post licentiam, & mandatum infra octo dies in Civitate, & quindecim in Comitatu neglexerint executionem facere, teneantur in Syndicatu ad interesse Creditoris: Caveant etiam ne recipiant ab aliquo debitore executiones, sive earum mercedes, nisi realiter, & cum effectu illas in totum, si fieri potest, vel in partem fecerint: Nec pro executione facienda, à Creditoribus aliquid prætendere, sive recipere ullo modo possint, ad supradictam pœnam qualibet vice incurrendam: & quolibet Bimestri monstram faciet de familia, & Equo coram Revisore Ducali; Pro suo verò Salario habere debeat quolibet Mense scuta viginti duo cum dimidio, videlicet scuta decem à Communi, scuta verò duodecim cum dimidio à Camera Ducali; aliisque emolumentis hactenus consuetis potiatur: iuxta taxam quæ sigillatim habetur in fine Quinti Libri. Et finito Officio stabit ad Syndicatum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Barisellus tenetur ad omnia damna illata creditoribus per eius executorem.*

2 *Debitor ad fugiendam executionem potest solvere in manibus executoris.*

Qui executor tenetur creditori, & pro eo Barisellus, num. 3.

4 *Executor non potest pro facienda executione civili ingredi domum clausam.*

Secus tamen est pro exequendo criminaliter contra delinquentem, num. 5.

6 *Executori creditur, quod bona executata sint debitoris, & ab eo possessa.*

7 *Barifelli pro nominatione Satellitum ab eis recipere aliquid non possunt.*

8 *Satellites nequeunt capturam facere, absque eo quod mandatum Iudicis ostendant.*

Limita in fragranti, ibid.

Si tale mandatum habere fingant puniuntur, num. 9.

Aliter si mandatum non ostendant, potest de facto eis resistere, num. 10.

11 *Carceratis an liceat à manibus Satellitum se eximere, & quando.*

12 *Officiales quando aliquid faciunt de mandato Principis contra ipsos non potest procedi.*

13 *Satellites nequeunt delinquentes guidare.*

14 *Satellitibus quæ incumbant.*

15 *Satellitibus quæ fides tribuatur, & alia de eis remissivè.*

16 *Eximentes carceratos à manibus satellitum quomodo puniantur.*

17 *Satellites vulnerando delinquentes carcerandos, qua pœna puniantur.*

18 *Satellites, ac Barifelli, quam ætatem habere debeant.*

19 *Satellites negligentes in captura, seu dimittentes captos extraordinariè puniuntur.*

20 *Officiales nequeunt in Cathalonia componere captos antequam Iudici eos præsentent.*

ANNOTATIO.

1 QVod Barisellus teneatur ad omnia damna illata creditoribus per illius executores facit tex. *in l. 1. in princ. & §. familia, & ibi not. Doct. communiter, ff. de public.* & tradunt *Farinac. cons. 18. num. 16. lib. 1. & Posthi. de subhast. inspec. 14. num. 71.* ubi alios dat concordantes.

2 Debitor ad effugiendam executionem potest solvere debitum executori, & liberatur, *l. à Divo Pio 15. §. sed si emptor, ff. de re iudic. Salust. Tiber. in pract. A. C. lib. 1. cap. 41. in fin. Rebuff. de præco. licit. & subhas. art. 1. glos. 2. num. 15* latè *Posthi. de subhast. inspec. 14. num. 69. & seq.*

3 Qui executor tenetur creditori, & pro eo Barisellus, *Rebuff. ubi supra proximè, Posth. dict. inspect. 14. num. 71. & 72.* dicens in Urbe adesse *Constitut. Pauli V super reform. Tribun.*

4 Executor autem non potest pro facienda executione civili ingredi domum clausam, & frangere ostia, nisi mandatum contineat clausulam: *Aperiatur per vim, Sola, ad Constit. Sabaud. lib. 3. de forma proced. in ping. bon. mob. glos. 1. num. 16. Posth. de subhast. dict. inspect. 14. nu. 74. & seq.* & dixi ego *in Resolut. crim. in verbo Captura, resol. 1. n. 5.*

5 Licet id possit facere in causa criminali pro carcerando delinquente, ut post *Pet. Foller. Farinac. Scacc. & Guazzin.* per me relatos probavi, *ego in d. resol. 1. n. 4.*

6 Executori creditur, quòd bona executata sint debitoris, *Posth de subhast. inspect. 18. num. 45. Rota decis. 513. num. 1. part. 5. & decis. 563. num. 1. dict. part. 5. rec.* ita ut dicens contrarium teneatur id probare, *ut in d. decis.* ubi hoc declaratur.

ADDITIO.

7 BArifelli isti pro nominatione dictorum Satellitum, ab ipsis nequeunt pretium ullum recipere, *Solorzan. de iur. Indiar. to. 2. cap. 1. n. 26.* ubi *Mastril. de magistratib. lib. 1. cap. 28. num. 63. & seq.* citat.

8 Et isti, seu eorum Satellites facere non possunt capturam, seu executionem absque mandato Iudicis in scriptis redacto *Oter. de Officialibus Reipub. part. 2. cap. 2. num. 9. Amaya in cod. ad leg. 5. de iure fisci num. 2. Ricciul. de reprob. lib. 12. cap. 2. num. 6. & seq. Fragos. de regim Reipub. Christian. p. 1. lib. 5. disput. 13. §. 12. nu. 335.* nisi in fragranti delicto capiant, *Amaya ubi proximè. n. 15. Ricciul. ubi supr. num. 13. Fragos. ubi supra num. 336. & seq.* quod pariter dispositum est per nostras *Constit. Cathaloniæ 1. & seq. tit. de Capturas,* ubi sunt statuta pœnæ contrafacientibus.

9 Qui si tale mandatum Iudicis se habere fingant, cùm illud non habeant, seu se tales, cùm tales non sint, & ita ab impetitis, seu debitoribus aliquid extorserint, criminaliter, & acriter puniuntur, *Amaya ubi proximè num. 18. Mathen de re crim. contro. 4. per tot.*

10 Debentque ista mandata, seu literas ei cui interest demonstrare, aliter autem defacto eis resistere licet, *Amaya dict. l. 5. num. 1.* ubi alios citat *Ricciul. ubi supra num. 7. vers. Quodquidem mandatum, &c. & cap. 3. num. 9.* & possunt casu, quo ipsi Barifelli, seu

Sa-

Satellites mandatum de capiendo non exhibeant, Carcerari à manibus eorum se eximere, *Altimar. in observa. ad cons. 5. lib. 3. Rovit. num. 8.* ubi *nostrum Conciol. Novar. Spada, & alios citat*, licèt *num. seq.* veritatem præfati dicti perquirat, quem vide, & *Nobilem Regent. nost. Cortiada decis. 83. num. 19.*

12 Hoc sanè casu quando Bariselli, Alguatzirii, seu alii Officiales faciunt aliquid de mandato Principis, seu Proregis propter ipsum factum non potest procedi contra ipsos, sed totum negocium debet tractari cum Principe, seu Prorege; cùm meri executores dicantur, nullámque habeant causæ cognitionem, *Meritissimus noster Regens Cortiada decis. 9. num. 93. & seq.* alios innumeros citans.

13 Et ita isti Satellites, seu Bariselli, cùm iurisdictionem non habeant, non possunt salvum conductum impetitis concedere, *Doctissimus Altimar. de nullitatib. tom. 1. par. 2. rubr. 12. quæst. 33. num. 93.*

14 Ministerium horum Barisellorum, & Satellitum versatur, prout in nostro statuto continetur, in capiendis delinquentibus, noctù calles perlustrare; nequeunt tamen captos apud se, nec in suis domibus retinere, *Oter. d. cap. 2. n. 4. & seq.*

15 Et si ad saturitatem cupis scire quanta fides sit danda hiis Barisellis, Satellitibus, Nunciis, & quando eis credatur, probationémque faciant, lege *Doctores citatos à Meritissimo nostro Nobili Regente Cortiada decis. 21. num. 139. & Doctissimum semper præ oculis habendum Blas. Altimar. in obser. dicta ad Cons. 5. Rovit. lib. 3. à num. 13. Modern. ad Doctum Maiorana in oppoprax. crim. lib. 2. cap. 6. à nu. 100. ubi nostrum Conciol. & alios modernos citat Modern. Carol. Ant. de Luca. obser. ad decis. 479. Vincen. de Franch. per tot. Fragos. dict. §. 12. per tot.* apud quos, & ab hiis citatos reperiès materiam digestam.

16 Et quomodo, quando, & quibus pœnis puniantur eximentes carceratos, sive pro debito civili, sive pro delictis, à manu Barisellorum, & Satellitum, reperies extensè traditum à dicto *Altimar. in dict. obser. ad d. ct. consil. 5. lib. 3. Rovit. fere per tot. observationem*, quem rogo attentè legas, *& Nostrum Meritissimum Nobilem Regentem Cortiada decis. 102. num. 18. & seq. Mathen. de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. à nu. 96.* ad quod videas *Fragos. dict. §. 12. nu. 338.*

17 Pœna qua puniuntur Bariselli, seu Satellites vulnerando, seu occidendo quem prehendere voluerint, tradunt *Caball. resol. crim. cas. 132. Giurba cons. 29. per tot.*

18 Quam ætatem habere debeant isti Bariselli, Satellites, & Apparitores, tradit *Narbona de ætate ann. 25. quæst. 46.*

19 Nota pro coronide, quòd Bariselli, & Satellites negligentes in captura, executione, seu solutione facienda, ex malitia, prece, vel præmio, aut ipsius spe corrupti captum dimittentes, seu liberum, vel capiendum convinenter fugere facientes, seu permittentes, puniuntur pœna arbitraria iuxta qualitatem casus *dict. Nobilis Reg. Cortiada d. decis. 83. num. 20.* ubi alios citat.

20 Per *Const. nostram final. tit. de capturas*, extat dispositum, quòd nullus Alguatzirius, Barisellus, seu alius Officialis audeat captos dimittere, seu permittere quòd effugiant, nec eos componere, seu ab illis aliquid pro compositione exigere, sed eos antea deferre debent coram Iudicibus, seu Assessoribus sub gravissimis pœnis, quòd sanè dolendum hodiè ab Officialibus dict. Constitutionem non observari, quod vehementer cedit in damnum Reipublicæ quietis, & ministrationis iustitiæ.

DE OFFICIO CVSTODIS CARCERVM. *Rubrica XVI.*

CVstos carcerum, præstito priùs per eum iuramento in forma in manibus Cancellarii Communis, claves penes se diligenter retinere, & Personas ibidem pro quacunque causa detentas custodire debeat; Diem carcerationum, & nomina in libello annotet; Carceres singulis diebus visitet, & Carceratorum indigentiis provideat, aut saltem Iudici denunciet, & bis saltem in Mense Carceres mundare teneatur, & curare, quòd Confraternitas Sancti Joannis Decollati singulis diebus festivis solemnibus Missam Carceratis in Altari solito celebrari faciat; & hæc omnia cum solito salario à Barigello ei dando: Et pro relaxatione, seu liberatione cuiusvis carcerati, habeat bononenos duos à

Cive, Incola, & Districtuali, à Forense verò duplum; Quod si eius culpa, vel dolo aliquis carceratus aufugerit, Iudicis arbitrio puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Custodes carcerum quando teneantur, si carcerati ex ipsorum negligentia aufugiant, & num. 3.*

2 *Barisellus quando teneatur, qui custodem proposuit, & an liberetur illum exhibendo. & num. 6.*

4 *Commentariensis, seu custos carcerum à quo deputetur in Civitatibus Barchinona, & Gerunda, & num. 5.*

7 *Commentariensis, quando ob fugam carcerati est condemnatus solvere, an possit obtinere cessionem contra debitorem, seu fideiussorem.*

8 *Commentariensis qua pœna puniatur, si rem cum muliere carcerata habuerit.*

9 *Carcerati, qui fractis carceribus aufugiunt, qua pœna puniuntur.*

10 *Carcerati, an habeantur pro confessis si aufugiunt, an possint appellare, & dicere de nullitate, num. 11.*

12 *Carcerati qui dicantur.*

13 *Alimenta carceratis, quomodo, & à quibus sunt praestanda.*

14 *Carcerati, an pro expensis possint in carcere detineri.*

15 *Carcerati non habent vocem activam, nec passivam in electionibus.*
Intellige si sunt carcerati pro delicto infamiam irrogante, num. 16.

17 *Carcerati an contrahere possint cum Commentariensibus, Officialibus, seu cum eis ad quorum instantiam sunt capti.*
Intellige, ut num. 8.

19 *Carceres à quibus sunt reparandi.*

20 *Commentarienses, quæ salaria à carceratis exigere possunt.*

21 *Carcerati ne fame pereant, cui incumbit.*

22 *Carceratorum custodia ad Barones pertinet.*

ANNOTATIO.

1 Custos carcerum quando teneatur si carcerati ex eius negligentia, seu dolo, vel illius substituti aufugiant latè tradit *Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 31. per tot.* ipsum consulas, quia longum esset omnia hic recensere.

2 Et quando Barisellus teneatur, qui custodem proposuit, & an liberetur illum exhibendo latè pariter tractant *Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 53. & sequen. & Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 540. & seq.* ipsos consulas.

ADDITIO.

2 Sanè in hac rubrica ita me possem extendere circa hanc materiam custodis carcerum, & carceratorum, quod integrum librum conficerem, attamen ne fiam molestus aliena transcribendo, pro maiori annotabo aliquas quæstiones, & materias, quas quando tibi occurrerit poteris videre penes Doctores infra citatos.

3 Igitur si vis scire custodes carcerum, sicq; Commentarienses quando teneantur si carcerati à carceribus aufugiant, in carcereque delictum committatur, & ad quid teneantur, lege *Doctores citatos à nostro meritissimo, ac Nobili Regente Cortiada in decis. 82. nu. 21. Gomez. var. 3. cap. 9. num. 11. & Aylon. ad dict. cap. 9. num. 13. in fin. Ricc. collect. 601. part. 3. Mathen. de re crim. contro. 18. & 19. Oter. de Officialib. Reipub. part. 2. cap. 3. per tot. Olea de cess. iur. tit. 5. quæst. 6. n. 24. Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3. tit. 33. §. ult. cap. 3. & seq.*

4 Isti namque deputantur in nostra Civitate Barchinonæ per ipsam Civitatem, qui præstant Sacramentum, & Homagium, iurantque servare Constitutiones Cathaloniæ, audiuntque sententiam excommunicationis uti dispositum est per *Const. 14. tit. de custodia de presos*, & per Virgarium ipsius Civitatis mittuntur in possessionem dicti officii, in reliquis autem Civitatibus Regiis, prout

5 in hac nostra Gerundensi, deputantur per Officiales Regios, sicque per Ministros Reales, ut ita deputari deberi tradunt *Bovad. in politi. cap. 15. num. 123. lib. 3. Oter. de Official. Reipub. d. cap. 3. num. 4.*

6 Quapropter ipsa Civitas Barcinonæ, & cæteri Ministri Regii eligentes, ac nominantes dictos custodes carcerum, ac Commentarienses in subsidium eorundem tenentur de fuga carceratorum, fugæque ipsorum periculo cædunt, *Oter. d. cap. 2. n. 5.*

7 Custodes carcerum, seu Commentarienses, quando ob fugam debitoris, dolo aut fraude sua eventum, sunt condemnati solvere creditori creditum, nequeunt cessionem obtinere contra ipsum debitorem, seu eius fide-

fideiussores, beneverò si negligentia aut culpa fuga acciderit, *Olea de cess. iur. tit. 5. q. 6. num. 23.*

8 Quia pœna custodes carcerum, seu Commentarienses teneantur, si rem habuerint cum muliere carcerata, licèt meretrice, tradunt *Bovadill. in polit. lib. 5. cap. 3. num. 124. Gomez. ad l. 80. Tauri. num. 25. Mennoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 292.* & latè *Oter. d. tract. d. cap. 3. num. 10. & seq. Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3. tit. 33. ad §. 4. glos. 6. num. 3. & seq.*

9 Carcerati autem, qui fractis carceribus, aut aliter à carcere aufugiunt, qua pœna puniantur, si ad extensum cupis scire, lege *Doctissimum sanè Regentem nostrum Nobilem Cortiada dict. decis. 82. num. 20. Doctissimum, ac à me colendissimum Blas. Altimar. in dict. obser. 5. ad lib. 3. consil. Rovit. num. 41. Matheu de re crim. contro. 5. à num. 51. ad fin. & contro v. 17. tota, & de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 9. num. 64. & seq. Faria ad Covarru. var. lib. 1. cap. 2. à num. 63.* ubi multa scitu digna in foro interno, & externo tradit circa hanc fugam carceratorum; quem deprecor legas.

10 Carcerati sic fractis carceribus fugientes habentur pro confessis, *Faria. ubi proximè n. 76. Altimar. de nullitatib. tom. 1. p. 1. rub. 4. quæst. 16. n. 2. Cabal. cas. 8. per tot. Gomez. var. 3. cap. 9. n. 11.* & ibi *Aylon. num. 12. Diana to. 5. tract. 12. resol. 15. nu. 1.* concurrentibus traditis à dicto *Altimar. dict. quæst. 16. à num. 3. ad fin. Modern. Manfredi. ad*

11 *Capic. Latr. obser. 76. nu. 4.* & ita nequeunt appellare, & dicere de nullitate, *Altimar. dict. quæst. 16. per tot.*

12 Et carcerati dicuntur non solum in carceribus detenti, sed etiam qui sub fideiussione relinquuntur, *Moiorana in oppoprax. crim. lib. 2. cap. 1. num. 16.* ubi *num. 17. & 18.* tradit statuto de carceratis loquendo satisfieri, si Nobili, Domus, Palatium, aut Civitas, loco carceris assignatur, & ita pariter mandato Principis de carcerando Nobilem obtemperatur.

13 Alimenta carceratis, tam pro delictis, quàm pro debitis pecuniariis, & civilibus, à quibus sint præstanda, & qualia, & si non præstentur quid teneatur facere, docent *Balmaseda de collectis quæst. 76. tota. Choel. in bull. bon. regim. cap. 39. num. 22. & seq. Emin. de Luca de creditor. discurs. 31. n. 18. & discurs. 118. & 153. per tot.* & latè *Meli. ad Castil. de aliment. cap. 37. §. 3. à num. 4. ad fin. Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 4. num. 23.* ubi inter plures citat *nostrum Cancer. var. 1. cap. 16. à num. 9.* tradentem *const. final. tit. de Pobres Pladejants*, supra ista alimenta præstanda debitoribus per creditores disponentem.

14 Isti sane carcerati, licèt pro pœna, & pecuniaria condemnatione in carcere detineri possint, non tamen pro expensis litis, seu causæ criminalis, *Olea de cess. iur. tit. 5. q. 5. num. 35. in fine.*

15 Pariter carcerati non habent vocem activam, nec passivam in electionibus Vniversitatum, *Caput. de regim Reipub. cap. 3. n. 76.*

16 quod credo intelligi pro delicto quod infamiam irroget, quo in casu nec testis esse potest, *Maiorana dict. oppoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 77.*

17 Et an carcerati contrahere possint, & contractus facti cum custode carceris, officialibus, seu cum eo ad cuius instantiam sunt capti, sint validi, quando, & quomodo, tradunt *Doctores citati à Doctissimo Vrreòh in tractat. de trarsactio. quæst. 33. tota, Olea de cess. iur. tit. 8. quæst. 1. num. 7. & seq.* ubi plures citat *Cirìac. contro. 467. à num. 13. Eminen. de Lucâ de alienat. ad contract. prohibit. lib. 7. discur. 41. per tot.*

18 Quod sanè limitatur quando contractus factus à carcerato tenderet in ipsius utilitatem; nam tunc rectè sustinetur, ex quo metus tunc non præsumitur, *Vrreòl. d. tract. q. 11. num. 45.*

19 Curiosus si desiderat scire à quibus sint reparandi carceres, qui ad earum reparationem, constructionem, & ædificationem teneantur, lege *Doctum Balmaseda de coll. ct. quæst. 59. num. 23. & seq. nostrum Meritissimum Regentem Cortiada decis. 82. num. 23.* ubi plures citat.

20 Salaria autem & alia quæ à carceratis possunt exhigere custodes carcerum, seu Commentarienses ratione custodiæ, aut alio quovis quæsito colore, & alia multa reperies dispositum per diversas *Const. Cathaloniæ positas sub tit. de Custodia de Presos*, ad quas recurre.

21 Vnum pro coronide commendo custodibus carcerum, & Commentariensibus, aliisque Officialibus, & Iudicibus: ut de alimonia carceratorum curent, ne fame pereant, sicque benè, & humaniter carcerati tractentur, ut ab *Imperatoribus Honor. & Theodor. in l. Iudices, Cod. de Episcopal. Audien.* extat dispositum, & commendatum, *Eminen. de Luca de credito. disc. 153. nu. 5. Bovadill in Politic. lib. 3. cap. 4. num. 87. & cap. 15. num. 63. & à num. 103. Barbos. ad dict. l. Iudices num. 2.*

22 Custodia carceratorum ad Baronem ad quem spectant fructus iurisdictionis, non autem

autem ad vassallos pertinet; possunt tamen ex causa vassalli ad id compelli, soluta eis iusta mercede, *Cancer. variar. 3. cap. 13. num. 233. & seqq.*

DE VISITATORIBVS CARCERVM. Rubrica XVII.

VT carceratis in eorum indigentiis subveniri possint, nec paupertate oppressi omnino destituantur: Volumus, quòd duo Electi à Confraternitate S. Joannis Decollati, quolibet mense carceratos visitare possint ad effectum providendi de eorum necessariis, illósque Judices omnino admittere debeant cum præsentia ipsorum, sivè Notarii Maleficiorum, ad hoc, ut nullo pacto eorum munus in alloquendo, seu aliàs excedere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Scannarola de visitatione carceratorum tractat.*
Pariterque Emin. de Luca, & Gomez num. 2.
3 *Visitatio carceratorum in Cathalonia quomodo fit.*
4 *Visitatio carceratorum Gerunda commendatur.*

ANNOTATIO.

1 DE Visitatoribus carcerum integrum edidit tractatum *Episcopus Scannarola* ipsum consulas.

ADDITIO.

2 DE hac rubrica nil est annotandum, nisi recurrere ad *Scannarola* citatum à nostro *Conciolo*, in quo latissimè invenies tractata cuncta quæ volueris, & lege *Eminen. Card. de Luca in relat. Cur. Rom. foren. d. fr. 29. per tot. Gomez var. lib. 3. cap. 9. nu. 7. in fin.*

3 Solum adducam, quòd in nostra Provincia per *Const. 3. tit. de Audientia, y Consell Real*, & per alia iura statutaria, est dispositum, quòd dicta visitatio carceratorum fiat in quacunque septimana, & in defectu Proregis, & absentia Gubernatoris Cathaloniæ, à Civitate Barcinonæ vice Regia procedente, fit ipsa visitatio à Vicario Barcinonæ cum assistentia Consiliariorum dictæ Civitatis, *Xammar. de privil. Civit. Barcin. §. 10. nu. 41.* & ibi *Monras num. 42.*

4 Dolendum sanè de carceratis nostræ Civitatis Gerundæ, & de incuria Officialium illius in cura, ac visitatione ipsorum, ne permittat Deus ab ipsis in iudicio redditurо Omnipotenti ratio exigatur, & ne eorum animam ad condemnationem ipsa incuria conducat.

DE ELECTIONE, ET EXTRACTIONE SYNDICATORVM. Rubrica XVIII.

VT Judices, & Officiales omnes de gestis, & administratis per eos, rationem reddant, eligantur à Magistratu ad illos syndicandum duo Cives, ex primo, vel secundo Gradu, non minores xxx. annis, nec à Judice syndicando condemnati: Quibus addatur Consultor I. D. & Notarius arbitrio Magistratus, & omnes solita Mercede à Camera Ducali præstanda, eorum officium suscipere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatores, vulgò dicti Judices Tabula in Cathalonia quomodo eligantur.*
Et ex quibus personis, num. 2.
Et quomodo in Civit. Gerundæ, n. 3.

AD-

ADDITIO.

1 IN hac nostra Provincia Gotholana iam est per varia iura municipalia, ac statutaria præcipuè *per Const.7. tit. de offici de Iutges de Taula*, provisum, qui ad officium prædictum syndicatoris, seu ut Nos dicimus *Iutges de Taula*, eligi debent, & à quibus, ita in hiis non immoror, sed si vis circa hæc aliqua scire, perquire nostros Doctores Gotholanos super has Constitutiones, & invenies cuncta quæ volueris.

2 Et sicuti per nostras Constitutiones, ac iura municipalia est dispositum circa electionem, & extractionem horum Syndicatorum, seu ut Nos dicimus *Iudicum Tabula*, eam fiendam esse de personis Civitatum Capitum Vicariarum, ita pariter in Regno, seu Civitate Neapoli eliguntur, & extrahuntur per dictam Civitatem ex personis Sedilium illius, ut latè adducit *Caput. de regim Reipub. cap.7. §. 9. per tot.* ubi multa invenies.

3 In nostra autem Civitate Gerundensi per privilegia ipsi concessa est dispositum, quod si per S. C. & R. M. intra duos menses post finitum triennium non fuerint creati Syndicatores ad syndicandum Officiales, possit ipsa Civitas eos creare, qui sorte extrahuntur, nempè duo ex Civibus de manu maiori, unus nempè Miles, alter Civis, & ex bussula Insaculatorum in officio Iudicis, alter Iurisperitus, & coram ipsis actitantur causæ syndicatus Officialium, qui in dicto triennio in exercitio fuerunt, & ita practicatur.

DE OFFICIO SYNDICATORUM IUDICUM, ET ALIORUM Officialium. *Rubrica XIX.*

CIves ad Syndicandum electi, præstito prius Iuramento in manibus Cancellarii; gesta per Officiales diligenter examinent, Querelas audiant, Condemnandum condemnent, Absolvendum absolvant, de male, & negligenter gestis debitas pœnas imponant. Forma autem procedendi hæc erit; Cum primùm successor advenerit, & non ante, Præconia tria fiant per Civitatem, quorum unum cadat in die Sabbati, in quibus moneantur omnes, ut per tres dies post sonum campanæ, suas Querelas proponant, & prima die Officialis se præsentet coram dictis Syndicatoribus; & respondendo Inquisitioni contra eum formatæ, præstare debeat idoneum Fideiussorem de stando iuri, & iudicatum sovendo; & demum diligenter annotatis omnibus petitionibus, & querelis, & maturè cum eorum Consultore discussis, infra octo dies teneantur ipsorum sententiam, seu Consultoris votum in Auditorium Serenissimi transmittere, & si pro iustificatione querelarum necessarium omnino videatur; ad alios quinque, sive octo dies à Syndicatoribus prorogari possit: Quo voto deinde recepto, causam statim pro Iustitia terminare, & expedire teneantur.

SUMMARIUM.

1 *Magistratus quilibet debet stare ad syndicatum.*

2 *Petitiones contra Iudicem non attenduntur, si data sint elapso termino syndicatus.*

Etiam si per illas dantem allegentur absentia, vel impedimentum, num.3.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 4.

Debent in scriptis dari, & ab Advocato, seu à parte subscribi, num.28.

5 *Iudex absolutus per Syndicatores non potest amplius molestari.*

Fallit, num. 6.

Quid si perempta fuerit instantia, seu absolutus ex defectu probationum, n. 35.

7 *Iudices hodiè non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria.*

Hoc non procedit in Cathalonia, n. 23.

8 *Iudices quando dicantur committere barattariam.*

9 *Barattaria contra Iudicem est plenè probanda.*

10 Probatio contra Iudicem in syndicatu non admittitur per iuramentum suppletorium.

11 Iudex non potest syndicari durante officio, & num.19.

Limita in Cathalonia, num. 20.

12 Feria non obstant in causa syndicatus.

13 Barattariam ad probandum non admittuntur testes à Iudice carcerati, & alii.

14 Iudici in dubio est favendum in syndicatu.

16 Syndicatus iudicium à iure Divino provenit, & ita nequit à Principe remitti.

17 Syndicatores in Cathalonia habent iurisdictionem ordinariam non delegatam.

Ideo possunt cognoscere de nullitate sententia ab ipsis prolata, num. 18.

21 Officialis qui non prastat cautionem de parendo syndicatui, non debet recipi ab Universitate.

22 Officialis qui non steterit in syndicatu, nequit ad aliud officium eligi.

24 Officiales syndicantur non solum de delictis commissionis, sed de delictis omissionis.

25 Honor est debitus Officialibus syndicandis.

26 Officiales an pro residuo sint syndicandi post finitum triennium, seu ante.

27 Syndicatus materiam qui tractant remissivè.

29 Sententia, & procedimenta debent esse facta ab omnibus syndicatoribus, aliter sunt nulla.

30 Syndicatus causa qua termina habeant in Cathalonia.

31 Sententia prolata post finitum tempus praefixum syndicatoribus ad sententiandum sunt valida.

Pracipuè in Cathalonia, num. 32.

Et licèt declarent pœnas non evitant, num. 33.

33 Requisitiones requiruntur ut procedi possit in syndicatu contra Officiales, & num. 43.

34 Instantia ad probandum in causis syndicatus si effluxerit, probationibus non factis, veniunt querelantes condemnandi in expensis.

36 Causa syndicatus, an possint evocari.

37 Appellare an liceat à sententiis syndicatorum

Intellige, ut num. 138.

An ab interlocutoria, num. 39.

Benè tamen potest dici de nullitate, n.40.

41 Sententia syndicatorum, non obstante appellatione executur, praestita cautione si minores sunt 100 ꝟ.

42 Appellare an liceat a sententiis latis per visitatores Officialium domus Deputationis.

ANNOTATIO.

1 Dixi suprà *ad rub. 11. in fin.* Magistratum quemlibet muneris gesti rationem reddere debere mediante syndicatu, ex *Fenzon. ad stat. Vrb. cap.13. in princ.* & ex *Mastrill. de Magistrat. part.2. lib.6. cap. 1.* quibus nunc addo, *Massin. de confisc. bonor. quaest. 11. num. 8.* ubi dicit, per *Constit. March. lib. 2. cap. 40.* id esse faciendum intra 20. dies, licèt in hoc nostro statuto assignentur tantum tres dies ad porrigendum petitiones.

2 Itaut si post lapsum d. termini praesententur petitiones contra Iudicem, illae non sint admittendae, neque super illis possit ferri sententia, ut tradunt *Cancer. variar. resol. part.3. cap.12. nu.42. Thomas. decis. March. 25. per tot. Massin. de confisc. bonor. dict. quaest. 11. num. 11.* & dixi ego *in Resol. crim. in verb. Syndicatus, resol. 5. num.1.*

3 Quod habet locum etiam si volens porrigere querelam contra Iudicem post lapsum terminum alleget absentiam, ignorantiam, vel aliud impedimentum, quia adhuc illum non esse admittendum voluerunt, *Cavalc. de Brach. Reg. part. 5. num. 11. Thomas. dict. decis. 25. n. 11. & Guazzin. defens.1. cap.23. sub num. 10.*

4 Licet contrarium imò comparentem post elapsum terminum ad querelandum, & medio iuramento allegantem absentiam, vel aliud impedimentum esse admittendum ad querelandum voluerunt *Cumin. de syndic. cap. 17. num. 20. Giurb. cons. 53. num.9.* latè comprobans, *& Massin. de confisc. bonor. d. quaest 11. num. 12.* dicens, hanc opinionem approbatam fuisse per Sac. Consultam de anno 1653. in quadam causa Civitatis Fulgin. ut ibi per eum, & dixi ego *in d.resol.5.n.4.*

5 Amplia dicta *suprà num. 2.* ut eo magis habeant locum quando Iudex fuit absolutus per Syndicatores, quia amplius molestari non potest, ut post *Put. Rim. Iun. Turret. & Mastrill.* per eum relatos firmat *Giurb. d. cons. 53. num.18.*

6 Licet pro obligationibus contractis per Iudicem uti privatum, & pro delictis non ratione officii commissis possit conveniri etiã finito officio in alio iudicio voluerint *Bald. Aviles, & Cancer.* qui illos refert *var.resol. d. cap.12. num. 44.* & dixi ego *d.resol. 5. n.7.*

7 Iudices autem hodiè de consuetudine non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria, non autem de sententiis, nec de lata culpa, ut tradunt *Lud. concl.38. illat. 102.* ubi testatur de communi observantia Urbis, Status Ecclesiastici, & totius Italiae *Giglia. ad stat. Perus. in §. syndicatus, vers. cum quidam, & in anno, num.6.* ubi dicit, ita mandasse Sac. Consultam, quem referendo sequitur *Massin. in dict. quaest.11. num.5.* & ita tenent *Farinac. Giurba, Scac. Guaz.* & alii per me relati *in Resol. crim. in verbo Syndicatus, resol.3. in princ.*

8 Iu-

8 Iudex autem dicitur committere barattariam, dum aliquid accipit, ut non facienda faciat, vel facienda omittat, & ut latiùs declarant *Pascal. Masc. Mastrill. Decian. Farinac. Ant. de Ball.* & alii per me relati in *d. resol. 3. n. 2.*

9 Barattaria verò est plenè probanda, ut Iudex possit puniri criminaliter, quicquid sit quando contra eum agitur civiliter, ut probant *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 38. nu. 1. & seq. Farinac.* plenè *de var. ac diver. crim. quæst. 111. num. 264.* ubi testatur de communi opinione, *& Massin. de conf. bon. d. quæst. 11. num. 16.* & dixi ego *in dict. verb. Syndicatus, resol. 2. num. 1.*

10 Itaut probatio contra Iudicem in syndicatu non admittatur per iuramentum suppletorium *Seraph. de privil. iuram. priv. 33. nu. 60. & seq.* latè comprobans *Manc. de iuram. part. 2. art. 6. num. 35. Farinac. in frag. crim. part. 2. litera I, num. 1213. & Balth. Thom. in suis tract. var. tom. 2. in tract. de tut. & curat. tit. 19. num. 2951.* ubi dat concordantes quamplures.

11 Iudex autem non potest syndicari durante officio, *l. nec Magistratibus 32. ff. de iniur. Farinac. in d. quæst. 111. num. 185. Massin. de confisc. bonor. dict. quæst. 11. num. 26. Choell. ad Bull. bon regim. cap. 19. num. 39.* & alii plures per me relati *in dict. verb. Syndicatus resol. 4. num. 1.* ubi dixi, hoc non habere locum pro crimine barattariæ, & pro delictis commissis circa officium, ut ibi est videre.

12 Syndicatores in causa syndicatus possunt procedere feriis non obstantibus in fabricando processum, secùs quo ad sententiandum, *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 12. num. 28. Rovit. de syndic. offic. pragm. 1. num. 8. & Massin. in dict. quæst. 11. num. 20. & seq.* & summariè, & sola veritate inspecta, *Massin. d. quæst. 11. num. 23.* ubi declarat, quid importent d. clausulæ.

13 Ad probandam autem barattariam requiruntur testes idonei, & non admittuntur testes à Iudice carcerati, vel qui dederunt petitiones in syndicatu, ut latè probavi *ego d. verbo Syndicatus resol. 2. ferè per tot.*

14 Advertendum etiam est, quòd in syndicatu in dubio est favendum Iudici, cùm illi non sint calumniandi, nec contra illos fit facienda scrupulosa inquisitio in reverentiam Prioris Officii, ut probat *Put. de syndic. cap. 1. num. 1.*

ADDITIO.

15 SAnè in hac Rubrica integrum tibi possem tradere tractatum, absque divagare ad extranea; sed solum discurrendo in materia præcisa, & non ignoranda, tamen non intendo cuncta ad extensum tractare, sed solum aliqua notabilia tradere ad maiorem facilitatem alia cuncta discendi à Doctoribus infra citandis.

16 Id circo dico, quòd hoc iudicium syndicatus à iure Divino provenit rationibus traditis *sub Rubr. 11.* tam à nostro CONCIOLO, quam à me, & præcipuè ut quilibet reddat rationem villicationis suæ, & ita non posse à Principe remitti tradit *Caput. de Regim. Reipub. dict. cap. 7. §. 9. num. 1. & 61.* ubi tradit quomodo intelligatur si à Principe remittatur syndicatio.

17 Syndicatores autem in nostra Provincia habent iurisdictionem ordinariam, non delegatam, & sic sunt Iudices ordinarii constituti à nostris Constitutionibus Cathaloniæ, *Cancer. var. 3. cap. 12. num. 3. & seqq. Altimar. de nullitatib. tom. 1. part. 2. rubr. 10. quæst. 1. num. 67. & part. 1. rubr. 3. quæst. 10. num. 21. vers. Tamen in locis*; ex quo oriuntur effectus traditi a dicto *Cancer. ibid. num. 9. & seqq. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 7. disput. 23. §. 1. nu. 17. Fontanell. decis. 259. num. 4. & seqq.*

18 Præter prædictos effectus traditos à nostro *Cancer.* nascitur alius, quòd ex quo sunt ordinarii possunt cognoscere de nullitate sententiæ per dictos Syndicatores prolatæ, proposita coram ipsis principaliter, seu excipiendo, *Altimar. dict. part. 1. dict. rub. 3. q. 7. num. 61.*

19 Durante officio nequeunt Officiales syndicari, nec conveniri, *Iul. Clar. in prax. crim. quæst. 16. num. 6.* nisi sint perpetui, ut dixi *rubr. 10.* & tradit *Cancer. var. 3. dict. cap. 12. num. 140. & seqq.* hoc tamen non
20 procedit in Cathalonia, in qua Officiales Regii possunt durante eorum officio syndicari, ac puniri, per *Const. unicam., tit. Que los Oficials pugan esser punits, &c.* quam adducit *Cancer. dict. cap. 12. num. 100.*

21 Quapropter Officialis, qui non præstat cautionem de parendo syndicatui, non potest recepi in Officialem per Universitatem, *Altimar. dict. part. 2. rubr. 10. quæst. 12. num. 4.* ubi *Capiblanc. & Carab. citat.* Et ita per *Const. 3. tit. de ofici de Inges de Taula*, est dispositum, quòd prædicti Officiales cum fideiussoribus assecurent tenere Tabulam, & stare syndicatui.

22 Et ita Officialis qui non stetit syndicatui nequit ad alium officium elegi *Altimar. dict. quæst. 12. num. 1. Fragos. ubi suprà dict. §. 1. num. 11. & 13. Cancer. d. cap. 12. n. 151.*

23 In hac nostra Provincia Officiales syndicantur

cantur non solùm de barattaria, & dolo, de quibus hodiè de consuetudine solum syndicati tradit noster *Conciol.* sed etiam de quacunque iniuria, fraude, debito, & aliis quibusvis delictis, culpis gestis, ac debitis contractis per expressam *Const. 7. tit. de ofici de Iutges de taula*, *Canc. dict. cap. 12. num. 120. & seqq. Caput. dict. cap. 7. §. 9. à num. 32. ad 43. Fragos. dict. disput. 23. §. 4. per tot.*

24 Et non solum de delictis commissionis in officio, sed etiam de delictis omissionis, tanquam sæpè sæpiùs magis damnosis Reipublicæ, syndicari possunt Officiales, *Carleval. de iudiciis tit. 1. disput. 2. à num. 318.* ubi plures alios citat.

25 Istis tamen Officialibus, etiam post finitum officium, & tempore quo syndicantur, est debitus honor, & reverentia; cùm adhuc splendor dignitatis duret, ita & taliter quod eos offendentes graviter puniuntur, *Olea de ceff. iur. tit. 3. quæst. 3. num. 27.* & in syndicatu dum à syndicatoribus interrogantur, non stare, sed sedere debent, licèt in inferiori loco, *Olea dict. num 27.* ubi alios citat.

26 Sanè si Officiales minus anni officium exercuerint, & pro sequenti triennio fuerint, creati, credo cum *Fontanell. decis. 157. & seqq.* deberi syndicari pro dicto residuo, non tamen differre syndicatum in finem dicti triennii, ad quod vide nostrum *Cancer dict. cap. 12. à num. 150. ad 176.*

27 Materia ista est ita extensa, quòd esset nunquam ad finem perducere, velle tam extensè tractare, & ita si eam desideras discurrere, & minutatim prævidere præter Doctores qui de ea integrum tractatum fecerunt, vide nostrum *Cancer. var. 3. dict. cap. 12. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 7. disput. 23. tota*, *Caput. de regim. Reipub. dict. cap. 7. §. 9. Mastril. de Magistratib. lib. 6. cap. 1. & seqq. Ricci. collect. part. 1. collect. 247. Bovadill. Politic. lib. 5. cap. 1. à num. 15. & cap. seqq. Giurba consil. 53. & 72. Escalon. Gazophil. lib. 1. c. 21.* ubi *num. 2.* plures citat.

28 Solum pro coronide tibi adducam aliqua manualia, & in praxim occurrentia, præcipuè in hac nostra Provincia: & in primis quòd in hoc iudicio libellus in scriptis requiritur, *Fragos. dict. disput. 23. §. 2. num. 33.* & ipse, & scedulæ debent esse subscriptæ ab aliquo Advocato, aliter de ipsis querelis, ac causis nulla potest haberi ratio, per *Const. 25. tit. de ofici de Iutges de taula*, & vide *Caput. dict. §. 9. num. 43. & seqq.* ubi formam libellandi in hoc iudicio tradit.

29 Sententiæ, & procedimenta debent esse lata, & facta ab omnibus syndicatoribus, seu Iudicibus tabulæ; taliter quod uno absente, seu non iudicante, omnia sunt nulla, *Canc. var. dict. cap. 12. num. 267. & seqq. Caput. dict. §. 9. num. 69.*

30 Termini causarum syndicatus in hac nostra Provincia omnibus sunt noti, uti constituti à nostris Constitutionibus, præcipuè à *dict. Const. 7. dict. tit. de ofici de Iutges de taula*, & ita in his non immoror, solum
31 assero sententias prolatas post finitum mensem præfixum syndicatoribus ad sententiandum, esse validas, prout ita tenet *Canc. dict. cap. 12. num. 78. & seq. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 51. num. 16. & Doctores citati à Doctissimo Altimar. dict. tract. de nullitatib. part. 1. rubr. 9. quæst. 36. nu. 106.* licet contrarium teneant *Fragos. dict. disput. 23. num. 18. & Doctissimus Altimar. de nullitatib. part. 1. rubr. 9. quæst. 35. per tot.* maximè *num. 5. 12. & seqq.* ubi latè hanc quæstionem tradit: tu cogita.

32 Benè censeo in hac nostra Provincia sequendam esse sententiam nostri *Cancerii* propter rationes ab ipso, & ab *Antonell.* traditas, ea maximè quia per varias *Const.* præcipuè *Const. 12. anni* 1599. ipsis syndicatoribus est stabilita pœna amissionis salarii, & solutionis tantundem, quod confirmat cuncta tradita per ipsum *Cancer* ad fulciendum suam opinionem.

33 Unde perempta instantia dictorum quatuor mensium non possunt syndicatores, seu Iudices tabulæ sententiare, *Altimar. dict. rubr. 9. quæst. 36. num. 163. & seqq.* imò licèt pronunciarent, non evitarent pœnas ab ipsa *Const. 12. Curiarum anni* 1599. stabilitas; si tamen interpellationes necessariæ præcesserint, prout præcedere debent, iuxta tradita à *Cancer d. cap. 12 num. 246. cum seq.*

34 Instantia autem ad probandum, & ita in hac Provincia mensis datus, si effluxerit, querelantésque probationes omiserint, ipsi sunt condemnandi in expensis, *Altimar. d. quæst. 36. num.* 104. & Officiales sunt absolvendi, *Altimar. ibid. dict. num.* 103.

35 Hoc sanè casu peremptæ instantiæ, & ita absolutoriæ ex defectu probationum, seu alia qualibet causa, an contra dictos Officiales aliquo modo possit procedi, invenies latè per tractatum à dicto *Altimar. dict. Rubr. 9. dict. quæst. 36. à num. 94. ad* 127. *& in obser. ad consil. 37. Revig. lib. 3.* ad quem, & Doctores ab eo citatos recurre.

36 Causæ autem istæ, an ad instantiam Officialium, seu querelantium possint evocari ad Regiam Audientiam, tradit *Cancer var. dict. cap. 12. num. 87. & seq.* ubi *Const.* 31.

dict.

dict. tit. de ofici de Iutges de taula adducit.

37 A sententiis istorum syndicatorum, seu Iudicum tabulæ minoribus 500 ss. in nostra Provincia non licet appellare per *Const. 7. dict. tit. de ofici de Iutges de taula, & ibi Mier. num.* 127. à maioribus autem, aut minoribus continentibus infamiam, optimè potest appellari, semel tantum per Officialem, aut querelantem ad Iudices appellationis, ibidem designatos *dict. Const. 7. & ibi Mier. num.* 137.

38 Si verò Officialis iterum per Iudicem appellationis fuerit condemnatus, & sic fuerit confirmata sententia lata per dictos Iudices tabulæ non potest amplius appellare, *Cancer. var. dict. cap.* 12. *num.* 181. *& seqq. Altimar. de nullitatib. tom.* 1. *part.* 1. *rubr.* 5. *quæst.* 27. *num.* 9. si autem ipsa sententia Iudicis appellationis fuerit contraria sententiæ syndicatorum, optimè ad Regiam Audientiam appellatur per *Const.* 31. *Per quant, dict. tit. de ofici de Iutges de taula, Cancer. ubi proximè num.* 185. licèt de iure communi aliter dicendum veniret *Mier. ad dict. cap. 7. de tabula colla. 4. num.* 145. *Altimar. ubi proximè dict. quæst.* 27. *num.* 10.

39 Licèt quod quando non potest appellari à sententia intelligatur de diffinitiva, & dicatur tunc posse appellari à interlocutoria, *Mier. dict. colla. 4. dict. cap. 7. de tabula, num.* 152. *Azeved. cum Lancellot. in l.* 17. *tit. 8. lib. 3. num.* 179. *Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 6. num.* 11. tamen contrarium, est verum, & ita non licet in nostra Provincia in hac materia appellare ab interlocutoria, *Mier. ubi proximè num.* 153. *Altimar. citato Scaccia dict. quæst. 27. num.* 13.

40 Benè tamen potest dici de nullitate sententiæ Iudicis appellationis confirmatoriæ primæ; cum appellatione prohibita non venit prohibitum dici de nullitate, *Mier. ubi proximè num.* 131. *Cancer. dict. cap.* 12. *num.* 186. *& seq. & cap.* 18. *nu.* 21. *Altimar. dict. quæst.* 27. *num.* 14. *&* 16.

41 Sententiæ autem istorum syndicatorum, seu Iudicum tabulæ, pendente appellatione, si minores sunt 100 ℔. præstita cautione, mandantur executioni, *Altimar. dict. quæst. 27. num. 7.* citans *nostrum Fontanell. decis. 259. & seqq. tom.* 1.

42 Si vis scire si a sententiis latis per Visitatores Officialium domus Deputationis, (ex quo per *cap.* 1. *num.* 11. *Curiar. anni* 1599. est prohibita appellatio, recursus, ac supplicatio ab eis) sit prohibitum dicere de nullitate, lege *Cancer. & Fontanell. citatos à Doctissimo Altimar. dict. quæst. 7. num. 8.*

43 An autem Officialis possit syndicari de hiis pro quibus non fuit interpellatus, nec ei præsentatæ fuerint interpellationes, & ita non præcedentibus interpellationibus possit in iudicio syndicatus contra eum agere, tradit noster Doctissimus *Fontanel. decis.* 360, *per tot. præcipuè n.* 4.

DE OFFICIO CANCELLARII COMMVNIS;
Rubrica XX.

CAncellarius Communis sit, & esse debeat Vir discretus, maior xxx. annis, legalis, & sufficiens Notarius, & Civis Eugubinus, qui intersit omnibus Consiliis Generalibus, & Specialibus, in quibus legere debeat Partita omnia per Magistratum proponenda, illáque statim, ac distinctè unà cum discussionibus, & Resolutionibus describere in Libro Reformationum infra tres dies, sub pœna quinque librarum, pro qualibet Reformatione. Teneatur etiam facere omnes, & quascunq; bullettas de omnibus expēsis faciendis, tam ordinariis, quā extraordinariis, & de omnibus Salariis persolvendis; quæ Bullettæ sigillari debeant solito Sigillo in Capsa retento, Illásque registrare Cancellarius teneatur in Libro ad id deputato: Assistat etiam Extractioni Magistratus singulorum Nomina publicando, & in eius Ingressu Iuramentū deferat iuxta Formam suo loco traditā; Talisque extractio, Ingressus, & Iuramentum adnotentur per eum in Libro Reformationum, Sicut etiam Electio, & Iuramentum aliorum Officialium, prout hactenus observatum fuit: Vtque magis omnibus innotescat, Deputatos, Consiliarios, & alios Officiales Communis descriptos ordinatim habeat in Tabella, in Audientia detinenda: describat etiam omnia Bannimenta, ac Decreta, quæ in

dies fierent à Sereniſſimo Duce, vel ab ipſo communi: Literas eleganti, puróque ſermone ſcribat, illáſque ſive etiam receptas, cùm opus fuerit; regiſtret: Omnes ſcripturas á Magiſtratu requiſitus pro negociis publicis gratis faciat, & in publicam, & authenticam formam redigat: Teneatur quoque ſe rogare de Sententiis, ſeu Declarationibus, & Mandatis ferendis, & faciendis à Magiſtratu, ſeu Conſilio de Rebus publicis, & de omnibus Inſtrumentis Venditionum, Locationum, Gabellarum, & ſimilium, quæ in dies fieri contingit cum his, qui ſervire promittunt, tam in Civitate, quàm eius Diſtrictu, illáque in publicum Librum Reformationum regiſtrare: Patentes etiam, ſive licentias ſuper extractione Porcorum de mandato Domini Locumtenentis conficiat: Calculatores, ſeu Reviſores Introituum Communis, exactam rationem ponere cum Depoſitariis, Exactoribus, & Adminiſtratoribus rerum Communis, diligenter curet, relatóſque Debitores in Partitam referat, manu Reviſorum ſubſcriptam, illóſque ſtatim in ſolita Tabella in Audientia affigat: Omnes Libros, & Scripturas in Cancellaria ordinatim retineat, Nec inde exportari permittat, aut copiam petenti faciet abſque rationabili cauſa, & licentia Magiſtratus: Sicut etiam abſque eius licentia, extra Civitatem non pernoctabit: Pro Literis Patentibus, quæ ad Annum fieri ſolent Medicis, Chyrurgo, & Magiſtro Grammaticæ, habeat ſcutum unum paulorum decem à quolibet, & idem pro qualibet Refirmatione: Fidem faciat requiſitus Legalitatis Notariorum, & adhibito Sigillo habeat à Civibus bononenos quatuor, & à Forenſibus bononenos octo; Pro ſuo Salario habeat quolibet Anno à Camera Ducali ſcuta duodecim, à Communitate verò ſcuta trigintaquatuor, & teneatur providere de Carta, Atramento, Cera, & Candelis in Cancellaria detinendis, & exigere impoſitionem Salarii Barigelli, cæteriſque emolumentis conſuetis potiatur: Habeat etiam Victum in Palatio cum Magiſtratu, cui teneatur continué aſſiſtere, eumque aſſociare ad Eccleſias, & alia loca publica, omniáque negocia ei commiſſa ad Communitatem ſpectantia diligenter pertractare, & propterea ab alienis cauſis, & negociis, quæ eius officium impedirent, caveat, & abſtineat; & finito eius officio, Rationem reddat de geſtis per eum, & de libris in publicam formam redactis, & ſcripturis omnibus, quas per inventarium ſucceſſori reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Verba* vir diſcretus, *ſignificant virum iudicioſum, & prudentem.*
2. *Civium appellatione veniunt qui ſunt de Civitate, non autem qui ſunt de Caſtris.* *Veniunt tamen etiam qui ſunt de Comitatu, maximè in favorabilibus, n.3.*
4. *Civium appellatione, an veniant cives ex privilegio remiſſivè.*
5. *Secretarius civit. Gerūda ex quibus eligatur.*
6. *Protocolla Secretarii Reipublicæ cuius ſint.*
7. *Secretarius Vniverſitatis debet in cunctis negocis intervenire, & inſtrumenta conficere.*
8. *Sigillo cognoſcuntur cuius ſint litteræ, ac ſcriptura.*
9. *Secretarius Civitatis eligendus eſt ex notariis collegiatis eiuſdem.*

ANNOTATIO.

1 Verbum *vir diſcretus*, de quo in principio huius ſtatuti deſignat virum iudicioſum, & prudentem, cùm idem ſit diſcretio, quàm iudicium, ut declarant *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 8. num. 25. & Suarez allegat. 12. num. 2.*

2 Civis autem Eugubini appellatione, de qua in hoc ſtatuto, licet regulariter non veniant niſi illi, qui ſunt de Civitate, non autem de Caſtris, ſeu Villis, ut not. *Marſil. de bann. in verbo Civitate, num. 149. & Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 10. num. 38.*
3 Venire tamen etiam illos, qui ſunt de Comitatu, & diſtrictu maximè in favorabilibus, quicquid ſit in odioſis ad tex. *in l. qui ex vico. 30. ff. ad municip. de incol.* volue-

runt

runt *Bart. in l. 1. num. 5. ff. ad munic. de incol. Silva. Nupt. lib. 4. num. 87. Barbos. de appell. verb. signif. appell. 48. num. 1. & Choel. ad bull. bon. regim. cap. 8. num. 5. & dict. cap.* 10. *num.* 9. & 10. qui tamen *num.* 13. dicit, natum in Villa diei Civem impropriè, ut ibi per eum.

4 Utrum verò Civium appellatione veniant Cives ex privilegio tradunt *Surd. conf.* 313. *num.* 1. & *seq.* & *conf.* 437. *num.* 1. & *seqq. lib.* 3. *Rolan. conf.* 79. *num.* 3. *lib.* 3. *Barbos. in dict. appellat.* 48. *num.* 5. *Fenzon. ad stat. Vrb. cap.* 41. *num.* 4. nec non *Redenasc. conf.* 90. *ferè per tot.* ipsos consulas.

ADDITIO.

5 IN hac sanè Rubrica multa possem tradere circa officium, auctoritatem, qualitatem, & obligationes notarii, & Secretarii Civitatū, vel Universitatum, praeipuè huius nostrę Civitatis, in qua ad officium secretariatus illius elegitur unus ex notariis publicis de collegio notariorum eiusdem Civitatis, & ita ne de notariatu librum componerem circa hanc rubricam, & statutariam dispositionem pauca adducam.

6 Iste notarius in Secretarium electus, debet conficere instrumenta omnium contractuum Universitatis, ac Civitatis, manualéque de eisdem, & de cunctis tractatis, resolutis ac factis per ipsam Civitatem tenetur conficere, ipsa relinquendo Civitati, & in archivo illius; cùm proprietas dictorum protocollorum, & manualium sit Civitatis, non verò notarii, seu Secretarii, ac hæredum illius; ipséque solus usufructuarius dicitur, prout in Romana Curia ita provisum extat per *Eminen. Deluca* dum Auditoris Sanctissimi Papæ nostræ Innocentii Undecimi gerebat, prout ipse tradit *in annot. ad tit. de Iudiciis part. 4. suplemen. num. 22.*

7 Unde ut de actitatis in ipsa Civitate credatur, debet in cunctis intervenire ipse Secretarius, ac notarius, instrumenta de cunctis decretis per ipsam factis conficiendo, *Caput. de regim. Reipub. cap. 9. num.* 11. & debet omnia scribere, ac continuare, prout resolvuntur per ipsam Civitatem, & non aliter, sin autem in pœnam falsi incurreret, *Caput. ubi proximè num. 9.*

8 Prædictus Secretarius nostræ Civitatis scribit cunctas literas, & epistolas ad quancunque personam transmittendas, quin ipsas firment Iurati, sed ipse solus Secretarius, nomine dictorum Iuratorum, & sigillo magno, aut parvo nostræ Civitatis sigillat, & ex ipso solo sigillo cognoscitur esse nostræ Civitatis Gerundensis literas; prout ita de Civitate Neapoli tradit *Caput. dict. cap. 9. num.* 14. & 15.

9 Et iusta est observantia nostræ Civitatis, eligendi in Secretarium unum ex notariis collegiatis ipsius Civitatis, cum publica versetur utilitas, quòd acta fiant per tabelliones de numero, & non per alios, ut faciliter inveniantur ab hiis ad quos pertinet, nec ea quærere teneatur nostra Civitas per forenses tabelliones, ne ve eligendo forenses, seu alios non collegiatos, cedat in derogationem præeminentiæ notariorum publicorum de collegio huius Civitatis, habentium tam notam peritiam, ac legalitatem in cuncta hac Provincia, & ubique, ad quod ipsa Civitas summopere attendit, prout attendendum esse tradit *Avendan. de exequend. mandat. cap.* 15. *num.* 1. & *seq.*

DE CONSILIO GENERALI Rubrica XXI.

COnsilium Magnum Magistratus arbitrio convocetur toties, quoties pro servitio Serenissimi Ducis, vel pro aliquo negocio, & interesse Communis aliquid esset providendum: Utquè omnibus innotescat, Præcones duo per loca solita Civitatis, die præcedenti, illud convocent, & Consiliarii omnes ad sonum Campanæ more solito accedere teneantur, & in eo stare, donec expeditum fuerit, ad pœnam unius floreni; de facto exigendam à quolibet inobediente, & ipsi Communi applicandam, Nisi tamen iusta causâ fuerit impeditus, quæ Magistratus arbitrio iudicetur: Quo coadunato in Audientia Palatii, statim Ianua claudatur, cum assistentia Famulorum foris, & invocata priùs Gratia Spiritus sancti per Capellanum Palatii, & in eius absentia per Cancellarium describantur Nomina Consiliariorum præsentium, & absentes punctentur.

Deinde

Deinde D. Confalonerius clarè, & distinctè proponat ea, super quibus est consulendum, & statim Quilibet Consulere volens ordinatim in Arengam ascendat, in qua omni odio, timore, & amore semotis, breviter suam Sententiam dicat, & præpositæ tantùm Quæstioni respondeat, & Uno consulente, cæteri silere debeant, ac consulentem non impedire; Quod si concorditer fuerit discursum, proponatur, & describatur per Cancellarium; vulgari sermone Partitum clarum, & simplex, non Captiosum, aut alternativum, illudque alta, & intelligibili voce per eum legatur, & deinde Singulorum Scrutinio terminetur: Si verò super re proposita diversimodè, sive in contrarium fuerit discursum, tunc Volumus Partitum ad duo Capita clara, distincta reduci, & utrumque Caput unum post aliud finiatur: Deinde Palluctæ omnes per Cancellarium numerentur alta, & intelligibili voce, palàm, & apertè in Bacili Argenteo, & Partitum, quòd in dicto Consilio obtentum fuerit per Maiorem partem Consiliariorum in Concilio existentium vim, & effectum habeat, ac si per totum Consilium nemine discrepante obtentum fuisset; & executioni demandetur, ac si per omnes Cives ordinatum, & sancitum esset: Cæterum in Consilio adesse saltem debeant Consiliarii Num. XXXVI. computatis etiam Deputatis; Aliàs dictum Consilium fieri non possit, & factum non valeat; Nec possit aliquis manere in dicto Consilio; cùm aliquid fuerit propositum de facto proprio, vel alterius de sua Familia, & eorum interesse, & quicquid in eius favorem fuerit obtentum, ipso iure non valeat, & prædicta omnia Cancellarius describere teneatur, & distinctè annotare in Libro Reformationum infra tres dies; Omnes Consiliarii teneantur accipere palluctas, easque mittere in Bussulam, nec alteri dare, ad pœnam quinquaginta librarum; Sicut etiam nullus audeat proferre verba iniuriosa contra aliquem Consulentem sub pœna XX. librarum: vel etiam aliquem subornare, aut de eius Voto, sive Pallucta requirere, ad pœnam centum librarum pro quolibet, & qualibet vice, Sed omnino libera sit cuilibet consulendi facultas, & liber accessus; Nec propterea possint Consiliarii ad Consilium accedentes per Officiales retineri, occasione alicuius debiti Civilis, seu Cameralis, & qui contrafecerit, puniatur pœna XXV. librarum, & Consiliarii omnes possint impunè recedere. Illud etiam Magistratus animadvertat, ut in Rebus arduis, antequam Generale Consilium convocetur, vocari faciat Consilium Speciale XXII. Deputatorum, cum quibus diligenter discutiat, quæ in Consilio Magno sunt proponenda.

S V M M A R I V M.

1 *Consilium generale est vocandum de licentia Superioru.*

Et est faciendum cum illius assistentia, num. 2. & 22.

Limita in Civitate Gerundæ, nu. 23.

Et in loco solito, & assueto, num. 24.

3 *Resolutiones ut valeant requiritur, quòd maior pars Consiliariorum consentiat.*

4 *Procedit in resolutionibus necessariis, & utilibus, cùm in voluntariis requiratur consensus omnium, num. 4.*

5 *Consilium est vocandum mediante sono tubæ, campanæ, vel secundum consuetudinem Loci, & num. 20.*

Et cum licentia Superioris, num. 21.

6 *Propositiones in Consilio sunt faciendæ secundum consuetudinem Loci.*

Et ita in civitate Gerundæ per Iuratum in ordine primum, vulgò dictum Conronel, fiunt, num. 28.

7 *Consiliariorum numerus est necessarius pro actus validitate.*

Et iuxta ius commune duæ partes ex tribus, num. 16.

In civitate Gerundæ sufficit maior pars, num. 17.

Imò

Imò sufficit in ea quivis numerus, in die extractionis Iuratorum, num. 18.

8 *Pater non potest votare ad favorem filii, nisi pro cooptando filio in Decurionem.*

9 *Statutum quod ardua proponantur priùs in consilio Deputatorum est laudabile.*

Sicuti quod priùs tractentur cum Ancianis, num. 29.

10 *Consilium, ut sit legitimum debent in eo intervenire duæ partes ex tribus, & nu. 16.*

11 *Consilium generale Gerundæ repræsentat ipsam civitatem.*

12 *Cives honorati Gerundæ creantur ab ipsa Civitate, & ipsi, & eorum filii gaudent omnibus perrogativis sui litaribus.*

13 *Consilium non convocatur per capita domorum.*

14 *Consilium generale civitatis potest omne id, quòd potest cuncta civitas.*

Non tamen ea quæ à iure Divino, vel humano prohibentur, num. 15.

19 *Consilium particulare, seu adjunctiones nullum habent posse, sed solùm ea quæ ipsis à Consilio generali committuntur.*

25 *Consiliariorum nomina sunt continuanda per Secretarium.*

26 *Secretario asserenti maiorem partem Consiliariorum adfuisse, creditur.*

Maximè in antiquis, num. 27.

30 *Vota, seu suffragia in congregationibus, ac consiliis sunt præstanda insimul, collegialiter, & in loco soluto.*

Aliter non attenduntur, num. 31.

Et sunt præstanda secretè, num. 32.

33 *Consiliarii sub mortali sunt adstricti accedere ad consilium generale.*

34 *Consiliarii tenentur si quid illicitum in consiliis tractatur.*

Pariter si utilia Reipublicæ labi permittant, num. 36.

37 *Consiliarii quando tractantur res, ipsis, seu eorum cognatis, seu affinibus pertinentes, interesse nequeunt in consiliis.*

38 *Consilia generalia quam potestatem habeant.*

39 *Reparatio domus consilii, ac civitatis, quibus incumbit.*

40 *Secreta civitatis, & consilii detegentes graviter puniuntur.*

ANNOTATIO.

1 Consilium generale de iure communi est vocandum non solum de licentia Superioris, ut tradit *Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 31. num. 108. & seq.* benè comprobans,
2 sed etiam illud est faciendum cum assistentia ipsiusmet Superioris, ut not. *Losan. de iure univers. part. 1. cap. 3. num. 67. & Choel. ad bull. bon. regim. in dict. cap. 31. num. 111. & seq.* ubi ponit limitationem, licèt contrarium servetur in civitate Eugubii ex antiquissima consuetudine, seu privilegio convocandi consilium propria authoritate, & sine assistentia Superioris.

3 Resolutiones verò ab Universitate in consiliis, ut valeant requiritur, quòd maior pars Consiliariorum consentiat, uti habetur in hoc statuto, & est tex. *in l. quod maior. 19. ff. ad municip. & in cap. 1. & ibi Abb. num. 16. de his quæ fiunt à maiori part. cap.* & tradunt *Losan. de iure univer. part. 1. cap. 3. num. 75. & seq. & Choel. ad bull. bon. regim. d. cap. 31. n. 136.*

4 Quæ habent locum in resolutionibus necessariis, utilibus, quia in voluntariis requiritur consensus omnium, ita ut si unus contradicat resolutio non sit valida, ut voluerunt *Vinc. de Franch. decis. 2. num. 20. & seq. Costa de fact. scien. & ignor. inspect. 30. num. 8. & 9. Choel. ad bull. bon. regim. dict. cap. 31. num.* 137. ubi dicit, ita obtinuisse, *& Rota apud Card. Seraph. decis. 708. n. 3.*

5 Quod verò consilium convocandum sit mediante sono tubæ, seu campanæ, uti disponitur in hoc statuto, seu alio modo simili secundum consuetudinem dicit *Bart. in l. 2. num. 2. C. de decur. lib. 10.* & latè comprobat *Choel. ubi suprà cap. 31. nu. 127. & seq. & Losan. de iure univers. part. 1. cap. 3. n. 75.*

6 Circa propositionem verò partitorum à quo sint faciendæ in consilio standum esse consuetudini locorum volunt *Losan. de iur. univer. part. 1. cap. 3. num. 88. & Choel. in d. cap. 31. num.* 148.

7 Consiliariorum numerum præfinitum à statuto necessarium esse, ut actus sit validus habetur *in l. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. facien.* & docent *Thes. decis. Pedem. 257. nu. 5. ver. quare cum, &c. & Choel. dict. cap.* 31. *num.* 133. Quid verò dicendum sit si unus Consiliarius recedat ante completum consilium, vide *Choel. ibi n. 143. & seq.*

8 Quòd Pater non possit dare votum filio in Consilio quando agitur de illius commodo pecuniario, uti habetur in hoc statuto, not. *Licent. Pisan. lib. 2. cap. 12. & ibi Apostil.* quem refert, & sequitur *Petr. Ant. Ala. de Decur. Christ. quæst.* 15. *circa medium*, licet possit illud dare quandò agitur de cooptando filio in ordinem Decurionum teneant *Avenda. Losan. Franc. Marc. & Montan. relati per Alam. d. q.* 15.

9 Hoc statutum mandans, quòd ardua proponenda in Consilio priùs examinentur in Consilio DD. Deputatorum valdè rationabile appellat *Choel. ad Bull. bon. regim. dict.*

cap.

cap. 31. *num.* 166. & ita servari in civitate Florentiæ dicit *Castr. in l. item veniunt* 22. *§. præter hæc. num.* 4. *ff. de petit. hered. & Rolan. consf.* 90. *in fin. volum.* 1. & dixi etiam in Rubr. seq.

10 Consilium autem, ut legitimè congregatum dicatur, necesse est quòd omnes Consiliarii vocentur, & quòd saltem duæ partes ex tribus in eo interveniant, ut latè comprobat *Losan. de iure univer. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 75.

ADDITIO.

11 Civitas nostra Gerundensis repræsentatur per consilium ordinarium illius, abusivè dictum *Generale*, quod formatur iuxta Regia Privilegia ex sexaginta personis per sortem electis immediatè post extractionem cuiusvis Iurati, videlicet ex Militaribus 6. ex Civibus de manu maiori 18. ex Civibus de manu mediana 18. & ex Collegiis, & Confratriis Artificum, & Fabrorum 18.

12 Isti sanè Cives de manu maiori creantur per ipsam Civitatem, unus scilicet quolibet anno, & ad istam creationem habet nostra Civitas communicatam, Regiis Privilegiis, Regaliam creandi ipsos, & ipsi efficiuntur veri Milites, ipsique & descendentes eorum gaudent omnibus privilegiis, prerrogativis, libertatibus, & immunitatibus, quibus gaudent Militares personæ, & hoc absque ulla controversia, ac difficultate per privilegium eidem Civitati concessum à nostro Rege Philippo IV. anno 1654. ut tradunt *noster Nobilis, & Meritissimus Regens Cortiada decis.* 10. *num.* 18. & dicto Nobili Regente citato noviter *Vilaplana de Brach. Militar. cap.* 5. *nu.* 85. *& seqq.* quidquid antiquo tempore circa hæc esset iuxta adducta *à Fontanel. de pact. claus.* 3. *glos.* 3. *n.* 96.

13 Concilium autem nostræ Civitatis non convocatur per Capita domorum, ut antiquitùs in Civitate Barchinonæ, & in cunctis Universitatibus fiebat, *Xammar de privileg. Civit. Bar.* §. 20. *nu.* 11. *& seqq. Capiblanc. de Baronib. prag.* 12. *cap.* 83. *num.* 3. *Cancer. var.* 3. *cap.* 13. *num.* 334. vidend. novissimè *Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 5. *tit.* 66. *glos.* 3. *ad §.* 1. *per tot. & §.* 28. *cap.* 7. *num.* 29. Sed per Regia Privilegia ad dictum ordinarium, compositum, ut suprà est dictum ex dictis sexaginta personis, est re-
14 dactum, & ita nostrum Consilium plenissimam habet potestatem, potéstque quod cuncta Civitas potest, *Xammar dict. §.* 20. *num.* 20. *& seqq. Marhan. de regim. Regn. Valent. cap.* 4. *§.* 3. *num.* 21. *Emin. de Luca de alienat. discurs.* 28. *num.* 12. ubi *se ipsum de præeminen. discurs.* 30. *&* 31. citat, & ita no-
15 strum Consilium Generale potest omnia explere, præter ea, quæ à iure Divino, vel humano prohibita sunt, *Capiblanc. dict. cap.* 83. *num.* 10. *Xammar. dict.* §. 20. *n.* 21.

16 De iure autem communi, licet in convocatione Concilii duæ partes ex tribus Consiliariorum requirantur, *Cancer. respon.* 1. *post part.* 1. *var. num.* 141. *Xammar. dict.* §. 20. *num.* 29. *Emin. de Luca dict. discurs.* 23. *num.* 13. *Barbos. vot.* 126. *num.* 355. *& unus pro mille Doctissimus Altimar. de nullitatib. rub.*
17 11. *quæst.* 34. *nu.* 6. *par.* 2. tamen nostra hæc Civitas repræsentatur per maiorem partem dictarum sexaginta personarum, computatis Iuratis, & à civitate, & populo habetur pro facto id, quod à maiori parte convocatorum concluditur, *Xammar. dict.* §. 20. *num.* 51. & ibi *Monràs Caput. de regim. Reipub. cap.* 9. *num.* 11. *in fin.*

18 Benè est verum, quòd nostra hæc Civitas die extractionis Iuratorum repræsentatur per quemcunque numerum personarum, quæ in dicto Consilio reperiuntur, & credo vigore Regii Privilegii, aliter autem id fieri non posset, licet in negociis, & actibus instantaneè explicandis, & necessariis, qui moram, & dilationem non de facili admittunt, credo sufficere qualem qualem numerum dictarum sexaginta personatum, *Emin. de Luca dict. discurs.* 23. *num.* 14. *Cancer. in dict. respon. num.* 143.

19 In hac nostra Civitate non datur consilium particulare, sed diversæ adjunctiones compositæ de certis personis omnium stamentorum, & ipsæ nullam habent potestatem, sed solam tractandi, & concludendi negocia ipsis per Consilium Generale commissa, *Cancer. var. dict. c.* 13. *n.* 334. *Altimar. de nullitatib. par.* 2. *rub.* 11. *quæst* 34. *nu.* 32. in casibus tamen eventualibus, ac promptis aliquarum rerum, & negociorum, in quibus materia non prȩstat locũ convocandi consilium generale, convocãtur matriculati omnium stamentorum, qui inveniuntur, quæ convocatio dicitur *Prohomenada*, & isti consolunt Iuratis circa materiam, quam ipsis Iurati proponunt, & quod concluditur approbatur à consilio generali.

20 Consilium Generale in hac nostra civitate convocatur ad sonum tubæ, ac campanæ maioris Ecclesiæ Cathedralis nostræ civitatis, prout ita fieri in civitate Barchinone, & aliis huius Provinciæ est assuetum, *Caput. dict. tract. de regim. Reipub. cap.* 3. *num.* 6. *& seqq. & unus pro mille citatus Altimar. dict.*

dict. tractat. part. 2. rub. 12. *quæst.* 17. *num.* 6.
Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1.
glos. 50. *per tot. pag. mihi* 213. & novissimè
tom. 5. *tit.* 66. *glos.* 3. *ad* §. 1. *num.* 3. *Urceol.*
consult foren. cap. 76. *num.* 4. & præcedente
ordinatione Dominorum Iuratorum, præha-
bita tamen licentia à Baiulo dictæ nostræ ci-
vitatis tanquam Ordinario illius, secundum
21 quod de iure dicta licentia requiritur, *Xam-
mar. dict.* §. 20. *num.* 32. *&* §. 13. *num.* 5. *&*
6. *Cancer. dict. cap.* 13. *num.* 116. *&* 117. 162.
& 163. *Altimar. dict. rubr.* 11. *quæst.* 34. *n.*
5. *Capiblanc. de Baronib. lib.* 2. *cap.* 72. *nu.*
8. *Luca ad decis.* 446. *Vincen. de Franc. nu.*
1. *& per tot.* novissimè *Manfrell. ad Capic.
Latro obser. ad decis.* 185. *n.* 8.

22 In ipsis tamen conciliis, & congregatio-
nibus debent intervenire Superiores, seu eo-
rum officiales, & esse præsentes in conciliis
quando celebrantur, *Xamm. d.* §. 20. *n.* 38. *Ca-
put. dict. cap.* 3. *num.* 18. *Cancer. dict. cap.*
13. *num.* 163. *Altimar. dict. quæst.* 34. *num.*
10. *& seqq. Capiblanc. ubi proxim. dict. n.* 8.
23 tamen in hac nostra civitate ex privilegio,
aut consuetudine in conciliis, aut congrega-
tionibus non intervenit, nec præsens est ali-
quis Officialis Regius, quod fieri potest, *Ca-
put. dict. num.* 18. *Altimar. dict. n.* 10.

24 Debéntque concilia, & congregationes fie-
ri in domo nostræ civitatis solito, & assueto,
aliter decreta in eisdem facta, & acta cuncta
essent nulla, nisi aliqua subesset causa iusta,
Xammar. dict. §. 20. *num.* 70. *Altimar. dict.
quæst.* 34. *num.* 4. *Amaya ad l.* 46. *de Decu-
rionib. lib.* 10. *num.* 11. *Capiblanc. ubi suprà
num.* 11. novissimè *Manfrell. ad dict. decis.
Capic. Latr.* 185. *num.* 10. *& seq.* & in eis de-
25 bent scribi per Secretarium, & continua-
ri nomina Consiliariorum, sicuti in hac no-
stra Civitate continuantur, *Altimar. dict.
quæst.* 34. *num.* 8. *Xammar. dict.* §. 20. *num.*
26 58. *Caput. dict. cap.* 3. *num.* 24. benè tamen
ipsi Notario, & Secretario attestanti in in-
strumento maiorem partem adfuisse, credi-
tur, *Monràs ad dict. Xammar. dict.* §.
20. *num.* 60. licet contrarium teneat *Farinac.
à dict. Monràs citatus*, & pariter *Alti-
mar. dict. num.* 8. nisi simus in antiquis,
27 quia tunc Notario sic asserenti creditur, &
legitimè congregata Universitas præsumitur,
Altimar. dict. num. 8. *& num.* 9. *Xammar.
dict.* §. 20. *n.* 35.

28 In nostra Civitate propositiones in consi-
liis, ac congregationibus per Iuratum pri-
mum in ordine, qui *Coronel* appellatur, fiunt,
& si ita factæ non apparerent, vel non appa-
reret de propositione, sic factæ præsumerentur,
& decreta, & conclusiones valerent, *Xam-
mar. dict.* §. 20. *num.* 78.

29 Negocia omnia tractanda in consiliis, &
congregationibus anteàquam proponantur in
ipsis, consultantur cum Ancianis cuiusque
stamenti, seu in iunctis, prout ita continetur in
nostro statuto, & sic fiunt prematurè, & absque
festinatione, & celeritate ad consilium exa-
minatum præstandum, *Caput. dict. c.* 3. *n.* 5.

30 Vota autem, & suffragia in istis consiliis, &
congregationibus sunt prestanda communiter,
& simul, in loco assueto collegialiter congre-
gatis, & non separatim, aliàs nulliter agitur,
Altimar. dict. quæst. 34. *num.* 1. *&* 2. *Xam-
mar. dict.* §. 20. *num.* 70. *Barbos. dict. vot.*
31 126. *num.* 356. & ita vota data extra consilium,
seu collegium in nulla habetur consideratio-
ne quando collegialiter proceditur, & non
attenduntur, *Emin. de Luca de benefic. di-
scurs.* 30. *num.* 4. *& de iur. patronat. discurs.*
61. *num.* 22. & alii passim.

32 Sanè vota in consilio præstanda, debent
præstari secreté, postposito omni amore, ti-
more, prece, subornatione, & odio, *Caput.
dict. tract. de regim. Reipub. cap.* 5. *num.* 1.
debéntque continuari à Secretario, *Capi-
blanc. de Baronib. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 15.

33 Concludam dicendo, quòd Consiliarii in
foro animæ, & sub mortali peccato tenentur
accedere ad consilium ad suum votum præ-
bendum, & nequeunt se abstinere, nisi sint
iustè impediti, ut tradunt *Doctores citati à
Monràs ad Xammar. in dict.* §. 20. *num.* 49.
& 65.

34 Advertant sanè Iurati, Consules, seu De-
curiones ne permittant, quòd in consiliis, ac
congregationibus tractetur aliquid illicitum,
& damnosum, quia ipsi tenerentur, & pu-
nirentur, *Xammar. dict.* §. 20. *num.* 80. &
36 pariter sciant ne patiantur labi utilia Reipu-
blicæ, ac tempora ad præscribendum res Uni-
versitatis; quia contra ipsos pro indemnitate
Universitatis pro interesse procedi potest,
Hieronym. Calà de restitutio. in integr. cap. 6.
num. 47.

37 Pariter ipsi Consiliarii quando tractatur in
consilio, seu congregatione de aliquibus re-
bus ad ipsos pertinentibus, seu ad alios suos
consanguineos, & affines, seu parentes cu-
rent ne hi intersint, seu præsentes sint in di-
ctis consiliis, ac congregationibus; ex quo
inibi adesse tunc nequeunt, & ab illis debent
extrahi, *Avendan. de exequend. mandat. par.*
2. *cap.* 23. *num.* 1. *& seqq.*

38 Tandem scias, quòd consilia Civitatum
habent potestatem mutandi decreta, & ordi-
nationes ab ipsis factas, licet iuratas, & assen-
su Principis roboratas, *Capiblanc. de Baro-
nib. d. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 14. *&* 15. *Cancer.*

var.

var. dict. cap. 13. num. 288. Xammar. dict. tract. §. 13. n. 29.

39 Et si vis scire ad quem pertineat reparatio, & edificatio domus consilii, & Civitatis, recurre ad *Solorzan. lib. 5. Polit. cap. 1. Gutier. lib. 1. pract. quæst. 36. Autun. lib. 1. de donationib. par. 3. cap. 10. Avendan. de exequend. part. 1. cap. 20. & ad alios ab his citatos.*

40 Pro coronide scias, quòd graviter delinquunt detegentes secreta civitatis, & congregationum, & uti proditorii puniuntur pœna supplicii, quapropter à Ægyptiis, & Persis linguæ abscisione, & morte mulctabantur, *Pegas. ad ordinatio. Regn. Portugal. to. 1. glos. 51. per tot. pag. mihi* 214. ubi multa de hoc delicto tractat, & pariter *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 5. disput. 13. §. 2. num. 48. & seqq.*

DE CONSILIO SPECIALI DD. DEPUTATORUM.
Rubrica XXII.

IN Consilium Speciale Deputatorum, eligantur XXII. Cives Primarii maiores XXX. Annis optimæ opinionis, tres nempè ex quolibet Quarterio, qui omnium agendorum sint participes, ac propterea omnes, cùm occasio consulendi se præbeat; vocentur ad dictum Consilium, nec pauciores octo ultra Magistratum, illud statuere valeant, aliàs omnia per eos gesta nullius sint roboris, ac momenti: Quæ in Generali Consilio proponenda sunt, maturè discutiant; Nec quicquam alienari possit per Magistratum, aut Syndicum Maiorem, absque eorum assensu: Sicut etiam Magistratus sine illorum assensu non possit expendere de publico pro aliqua indigentia Communis ultra summam florenorum quatuor, aliàs de proprio Communi teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarii in negociis publicis tractandis cautè, & maturè procedere debent, non autem perfunctoriè.*

2 *Consilium speciale datur in civitate Barchinona, non autem Gerunda.*

3 *Consilia bona, mora, ac deliberatione accidunt.*

Et cum meditatione præstita, citò sunt exequenda, num. 4.

5 *Consilia specialia, ac Iuncta nihil de Universitate expendere possunt.*

6 *Civitatis res, quando, & quibus solemnitatibus possint, ac debeant alienari remissivè.*

7 *Decuriones, an possint promittere in locationibus rerum Universitatis licitatoribus præmia, sive ut vulgò dicitur,* axauts.

ANNOTATIO.

1 QVod dict. statutum, quod priùs aliquid proponi debeat in Consilio DD. Deputatorum, & sic minori, antequam terminetur, & resolvatur in Consilio maiori sit valdè rationabile, cùm Consiliarii in negociis publicis maximè arduis tractandis cautè, & maturè procedere, non autem perfunctoriè debeant adnot. per *Castr. in l. item veniunt, 22. §. præter hæc, num. 4. ff. de petit. hæredit.* ubi dicit ita servari in Civitate Florentiæ, *Rolan. cons. 90. num. pen. & fin. lib. 1.* benè *Losæu. de iure univers. part. 1. cap. 3. num. 92. & 93.*

ADDITIO.

2 IN nostra hac Civitate, ut dixi, non datur consilium speciale, prout datur in Civitate Barchinonæ, videlicèt triginta & sex personarum, *Xammar. de privil. d. civit.* §. 20. *num.* 19. ubi tradit potestatem dicti consilii, sed solum congregationes, quæ vulgò dicuntur *Iuntas*, & in ipsis tractatur, & resolvitur, quod à consilio generali eis commissum est, in quibus (ut in nostro statuto) præter Iuratos ad minus adesse debent octo personæ ex stamentis dictæ Civitatis.

3 In ipsis sanè, etiam sæpè tractatur de negociis proponendis in consilio generali, ut ita præmeditatis, optimum sumatur consilium, & conclusio, insequendo vestigia nostri statuti, cùm bona consilia, non nisi mora accidant, *Tacit. lib. 1. Histor. §. 9.* ibi: *Sed tamen nullus cunctationis locus in eo consilio, qui non*

potest

rest laudare, nisi per actũ, & §.10. & consilia semper cũ consideratione præstanda sunt, Bovad. lib. 4. politi. c. 1. n. 4. & c. 2. à n. 30. & lib. 3. c. 7. nu. 29. P. Torres lib. 8. Philos. Moral. cap. 9. Gonsal. ad Reg. Cancel. glos. 46. à nu.

4 *41.* & ita cum deliberatione, & meditatione præstita, citò sunt exequenda, *Bovadil. lib. 2. politic. cap. 6. num. 10. P. Marques lib. 1. de gubernat. cap. 20. & lib. 2. cap. 9. fol. 239. & seqq.*

5 Pariter dictæ Congregationes, seu Iunctæ nostræ civitatis (prout in statuto) non possunt expendere de publico quantitatem aliquam, nisi de commissione Consilii Generalis, licet dicatur quòd Adiunctio Tabulæ in modicis quantitatibus talem potestatem expendendi habeat, quod in quo fundetur nescio.

6 Unde est certum, quòd ipsæ Congregationes, & Iunctæ nequeunt alienare res civitatis, sed solum Consilium Generale in casibus à iure permissis, & si desideras scire quando ipsi Consilio Generali liceat transigere, contrahere, & alienare res ipsius civitatis, & quæ solemnitates requirantur, lege *Xammar. dict. tract. §. 21. à num. 45. ad fin. Capue. dict. tract. de regim. reipub. cap. 9. §. 4. per tot. Hermosil. ad Gregor. Lopez. leg. 15. glos. 2. tit. 5. part. 5. per tot. Vela disert. 36. Escalon. Gazophil. c. 25. à n. 56. lib. 1. Antiot. Portugal. de donationib. Reg. lib. 1. part. 3. cap. 3. Amaya in l. 2. Cod. de præd. Decurion. Castill. de usufruct. cap. 54. Leon. decis. 188. Ricci. collect. 2708. part. 7. Urceol. de transact. quæst. 32. per tot.* & pro mille *Altimar. in obser. 64. ad lib. 1. consil. Rovit. Eminen. de Luca de alienat. discurs. 23. 24. 56. & ferè per tot.* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5. tit. 66. glos. 13. ad §. 11. num. 1. & seq. & glos. 14. ad §. 12. num. 1. & 45. Valeron. de transact. tit. 4. quæst. 3. per tot. maximè à n. 20.*

7 An autem Decuriones in locatione rerum Universitatis possint premia, quę nos *axaus*, appellamus, licitantibus concedere, pulcra est quæstio, eam latè tractant *Carleval. Capue. Lasarte Giród. Bovadill. & alii* quos novissimè citat *Balmaseda de collect. quæst. 80. n. 6.* & ita ipsos consule.

DE ELECTIONE CONSILIARIORUM, ET ALIORUM OFFICIALIUM, & Iuramento ab eis præstando, Rubrica XXIII.

Novum Consilium eligatur à Magistratu, & Deputatis in principio mensis Decembris, & in electione Deputatorum talis ordo observandus est: Vt ex tribus cuiuslibet Quarterii, duo singulis annis mutentur, Vnus scilicet, qui sit antiquior in ordine, reliqui verò duo ponantur ad Partitum à Magistratu, & Deputatis, & qui per plures Palluctas fuerit confirmatus, in Officio remanere debeat, alter verò exclusus censeatur, & eorum loco totidem Cives eiusdem conditionis more solito nominandi; eorum scrutinio subrogentur. In Electione verò Consiliariorum talis Ordo observandus est: Vt nempè ex tresdecim cuiuslibet Quarterii tres antiquiores in ordine singulis annis mutentur, sed ex Quarterio Confalonerii tunc in Officio existentis, quatuor totidemque à Magistratu nominandi bonæ, & non infimæ conditionis, solito Scrutinio eorum loco substituantur: Quibus omnibus sic de novo electis, & à Serenissimo Duce approbatis, Iuramentum in forma à Cancellario deferatur.

Cæteri verò Officiales Communis eligantur, sive extrahantur à Magistratu, eisque Iuramentum deferatur, prout de singulis suo loco dicetur, & sunt sequentes.

Advocatus, & Procurator Communis,
Syndici duo, videlicet Maior, & Minor.
Officiales Montis Pietatis septem, & eorum Nuncius,
Superstites Damni Dati octo,
Pacerii Quatuor.

Præfecti Annonæ Quatuor.
Præfecti Olei Quatuor.
Magistri Viarum Quatuor.
Grasserii Quatuor.
Moderatores Impositionum Quatuor.
Appaltatores Carnium Quatuor.
Taxatores Duo.
Præsidens, & Notarii Duo Registri.
Actuarius ad Bancum D. Locumtenentis, & alter ab Ipso.
Actuarii ad Bancum D. Potestatis Quatuor.
Superstites platearum Duo.
Revisores Rationum Duo.
Superstites Scholæ Duo.
Superstites Aquæductuum Duo.
Syndicatores Officialium Duo, & eorum Consultor.
Superstites Depositariæ Duo.
Bullatores Duo.
Depositarius Introituum Communis.
Depositarius Pignorum.

SUMMARIUM.

1 *Electio Officialium Republicæ ad ipsam Universitatem spectat.*
Et ad id habet absolutam potestatem absque alicuius interventu, num. 2.
3 *Suffragia in electionibus sunt danda secretè aliàs esset electio nulla.*
4 *Electio est facienda præcedente citatione, ac vocatione eligentium.*
Aliter electio esset nulla, num. 5.
Et est facienda in loco solito, nu. 6.
Et iuxta solitum, & consuetum, nu. 7.
Et ad id consuetudo dicitur inducta per decennium; num. 8.
Et est facienda extractio sortis per puerum, ut fit in Civitate Gerundæ, & aliis, num. 9.

ADDITIO.

1 DEbitè fuit statutum in hoc statuto Eugubino, quod Deputati, & Consiliarii eligerentur ab ipsa Civitate ex quo ad Consilium Civitatis spectat electio Officialium ipsius *l. 2. Cod. de Decurinib. lib. 10.* ubi *Bart.* & cum *Aviles, & aliis* id confirmat *Doctissimus modernus Luzitanus Emanuel Alvarez Pegas ad lib. 1. ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5. tit. 67. ad prin. glos. 2.*
2 *num. 24. pag. 322.* taliter quod habet Civitas absolutam electionem officiorum Consilii sine alicuius interventione, *ex l. 1. ff. de offic. quæst. l. momentaneum, Cod. de Decurionib. lib. 10. Pegas dict. n. 24. in fin.*
3 Itaque cùm electio teneatur fieri, ut continetur in statuto, per scrutinium, sunt vota danda secretè, aliàs electio esset nulla, & invalida, ut cum *Tondut. & aliis* tenet *dict. Pegas dict. tom. 5. dict. tit. 67. ad rubr. ca.*
4 *3. num. 10. pag. 309.* & est facienda præfata electio præcedente solemni citatione, & convocatione Electorum, ut fit in nostra hac civitate Gerundensi, nempè Præconis sono tubæ, ac campana *Fermosin. & alii,* quos citat *Pegas dict. cap. 3. pag. 309. nu. 18. Passerin. à Sextula de electio. canon. cap. 11. num. 49. & seq. Eminen. de Luca de Iur. patronat. discurs. 34. sub num. 12. & discurs.*
5 *61. nu. 21.* aliter electio esset nulla, *Amaya in l. 2. & 6. Cod Decurionib. lib. 10. num. 5. & seqq. Sperel. Cabed. Valenzuel. Fontan. & alii,* quos citat *Pegas dict. cap. 3. nu. 32. & 35. Tondut. & Fermosin.* quos citat *ibid.*
6 *num. 11.* estque facienda electio Officialium Universitatis in loco solito, *Passerin. à Sextula de electio. canon. cap. 12. num. 1. Eminen de Luca de Regularib. disc. 53. n. 5. & 12. Antonel. de loc. legal. lib. 1. cap. 17. num. 5. & 7. Pegas ad dict. tit. 67. ad prin.*
7 *glos. 2. num. 7.* & iuxta solitum, & consuetum cùm consuetudo in electionibus attendatur, & in eis ultimus status inspiciatur, *Posth. & alii,* quos citat *dict. Pegas ad dict.*

dict.tit.67. ad rubr. glos.1. num. 5. pag. 304. Salgado de Reg. protect. part.3, cap. 10. nu. 6. Eminen. de Luca de Regularib. discurs.3.
8 *num. 3.* ad quod ut consuetudo introducta dicatur sufficit transitus decem annorum, *Pegas. dict. pag.304. n.6.*
9 In nostra hac civitate Gerundensi non ita per scrutinium Consiliarii eliguntur, sed sorte post extractos Iuratos, ut alibi dixi, & ex bussulis Iuratorum, hucusque expletus sit numerus Consilii Generalis, & fit per Puerum minorem septennio, manu extrahendo à urnis pillas, seu globulos, in quibus sunt affixa, seu inclusa brevia, seu nomina Insaculatorum in regimine nostræ Civitatis, quod optimè provisum fuit quod Puero committeretur extractio sortis dictorum Consiliariorum, ex quo, licet intelligant, & sciant quid faciant, tamen eorum intellectus est extra dolum, & fraudem, quorum sunt incapaces, *l. in sponsalib. 2. ff. de sponsalib. Pegas dict.tom.5. ad glos.67. ad §.5. glos.7. nu.2.*

DE OFFICIO ADVOCATI, ET PROCURATORIS COMMUNIS & Pauperum Rubrica XXIV.

AD Officium Advocati Communis I. D. eligatur ad annum, qui sciat, & teneatur gratis defendere Causas dicti Communis, eiúsque iura conservare, & recuperare, tam agendo, quàm defendendo in quacunque Curia Ecclesiastica, vel Sæculari, & coram quocunque Iudice, & in quacunque Instantia: Teneatur etiam suum Officium præstare in causis Carceratorum Societatis Misericordiæ, Viduarum, pupillorum, & aliarum Miserabilium Personarum, & præstare Consilium Magistratui, quotiescunque fuerit requisitus. Procuratot etiam, ut suprà, ad annum eligatur, qui teneatur gratis prosequi causas dicti Communis, & aliorum prædictorum, tàm in agendo, quàm defendendo in omnibus Instantiis, & coram quocunque Iudice: Ministrósque Communis ad exigendum eorum Credita coadiuvet; & statim Electus in omnibus causis censeatur habere Speciale, & Generale Mandatum, cum plena, & libera facultate, ac si publico documento tale Mandatum habuisset.

SUMMARIUM.

1 *Officia Advocati, & Procuratoris Communis dicuntur munera publica.*
2 *Advocatus, & Procurator Communis possunt aliquid recipere pro eorum labore.*
Maximè esculenta, & poculenta, n.3.
Et honoraria, eis spontè oblata post sententiam, num. 4.
5 *Advocati pro pauperibus debent patrocinari gratis, & n. 9.*
6 *Advocati Communis, an habeant votum consultivum, an decisivum.*
7 *Advocatus pauperum in Cathalonia per Constitutiones est creatus.*
8 *Advocati pauperum, nequeunt contra Pauperes advocare.*
10 *Filiis Advocati Communis decedentis iniuriam infertur, eos non eligendo in Advocatos Communis.*

ANNOTATIO.

1 OFficia Advocati, & Procuratoris Communis dicuntur munera publica, quæ Civitas habet authoritatem illa demandandi, *l. munus propriè 214. ff. de verb. signif. Alberi. in rubr. ff. de muner. & hono. Petr. Ant. Ala. de Advoc. Christ. p.2. quæst. 2. in princ.*
2 Qui de iure communi possunt accipere, & retinere non solum quæ eis spontè dantur, sed etiam lege iustitiæ aliquid eis debetur, ut latè comprobat *Petr. Ant. Ala. de Advoc. Christ. dict. part. 2. quæst. 2.* ubi testatur de veriori, & æquiori opinione.
3 Maximè quo ad esculenta, & poculenta, quæ non prohibentur, neque Iudicibus salariatis, ut post *Bossi. & Alex. Rand.* per eum relatos firmat *Petr. Ant. Ala. in dict. quæst.2. ver. Quod attinet, &c.*

4 Et quo ad honoraria à spontè offerẽtibus post sententiã, ut post *Gemin. Ancar. Deci. Bossi. Felin. Caroc. & Arnon.* per eum adductos benè comprobat *Petr. Anto. Ala. in dict. quæst. 2. ver. Illud insuper.*

5 Licet Advocatus pro pauperibus personis teneatur advocare gratis, ut not. *Fenzo. ad stat. Urb. cap. 92. lib. 3. num. 49.* de quo videas *Petr. Anto. Alam. de Advoc. Christ. quæst. 9. per tot.* latè differentem, & dicentem prædicta non habere locum quo ad pupillos, & viduas, si divites sint, ut ibi per eum.

ADDITIO.

6 ISti Advocati nostræ Civitatis, in cunctis negociis illius habent votum consultivum, non decisivum, prout de Advocatis Civitatis Barchinonæ tradit Xammar. *de privil. Civit. Barchin. §. 14. num. 14. & de offic. Iudic. & Advocat. part. 1. quæst. 5. num. 26.* & si aliqua vis scire de Advocatis Civitatum lege *Caput. de regim. Reipub. cap. 7. §. 20. per tot.*

7 In hac nostra Provincia per *Constitutiones collocatas in tit. de ofici de Advocats, y Procuradors de pobres*, extat formatum officium prædictum Advocati pauperum, & ita ad dictas Constit. recurre, ubi invenies obligationes, & cætera spectantia ad dictos pauperum Advocatos, ne omittas tamen videre Doctores de hoc officio tractantes, quos citat *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 5. disp. 13. §. 10. n. 339.*

8 Soluni dico, quòd isti Advocati pauperum non possunt ullo modo contra pauperes advocare *Altimar. de nullitatib. part. 2. rubr. 11. quæst. 31. num. 113.* & pro Pauperi-
9 bus gratis advocare debent, ut traditur à nostro *Conciolo Mans. de Advocat. nu. 7. Eminentiß. de Luca ad r. l. it. Cur. disc. 46, num. 53. Covarrub. pract. cap. 6. nu. 4. Sanchez. consil. moral. lib. 6. cap. 7. dub. 1.* & latissimè *Altimar. dict. rub. 11. quæst. 31. num. 160. & ferè per tot.* ad quem in materia ista Advocatorum recurre quando tibi occurrerit casus aliquis, & non pœnitebis ipsum legere, ubi per extensum tractatum reperies quando, quibus casibus, contra quos, & quibus pœnis coguntur patrocinare, & de his agunt præter à me citati *lib. 2. rub. 26. Fragos. dict. §. 10. per tot. Hunnii. in sua Encyclopedia part. 2. tit. 39. per tot. præcipuè cap. 3. num. 2.* qui pariter *per tot. tit.* de Advocatis multa tradit, & latissimè *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 1. per tot. maximè defens. 2. cap. 3. per tot.* ubi *in toto dict. lib.* per plures defen. & capita materiam Advocatorum tradit.

10 Pro coronide nota unum, quòd si Advocati electi ad Reipublicæ patrocinium decedant, eorum filii superstites, ac Doctores potius eligi debent ab ipsa Republica, quam alii, aliter eis iniuriam facerent, ut aliis citatis tradit *Barbos. in Cod. ad l. Iubemus 3. tit. de Advocat. diver. Iud num. 8.* & latissimè pluribus citatis *Modern. Pegas ad ordinatio Regn. Portugal. tom. 1. §. 48. cap. 174. num. 17.*

DE OFFICIO SYNDICORUM COMMUNIS.
Rubrica XXV.

SYndicus Maior eligatur in Consilio ad Biennium, vir discretus, & integræ opinionis, qui præstito priùs Iuramento in forma in manibus Cancellarii, diligenter debeat perscrutari omnia negocia Communis, & nullus contractus fieri possit de rebus, & negociis dicti Communis absque eius consensu, & interventu; & ideo debet se priùs benè informare cum Advocato, & Procuratore Communis, & aliis, de qualitate contractus celebrandi, omniáque Magistratui referre, & cognito, quod cedat in publicam commoditatem, præcedentéque licentia Consilii, cùm opus fuerit; contrahet coràm Magistratu, cum quibuscunque Personis; & contractus sic celebratus, vim, ac robur habeat, ac si per Generale Consilium celebratus fuisset.

Eligatur etiam in Consilio alter Syndicus Minor nuncupatus, qui pariter præstito priùs iuramento, & data idonea cautione, res omnes, & massaritias, ad eius custodiam spectantes, recipiat manu Cancellarii Communis, de quibus rationem reddet Magistratui, quoties fuerit requisitus: Prima die Iovis cuiuslibet

bet mensis, providere debeat in Ecclesia Cathedrali de Luminibus exponendis in celebratione Missæ Sanctissimi Sacramenti; & quòd lumina à Fraternitatibus iuxta solitum subministrentur. Sicut etiam in Ecclesia S. Francisci conficere Apparatum pro solita Oratione Quadraginta Horarum, & habeat scutum unum: In ingressu novi Magistratus Vexillum Confalonerio porriget: Apothecas in Platea magna in Nundinis S. Vbaldi confici faciat, & ad hoc præstet auxilium Exactori à Communi deputato, & scutum unum pro sua mercede recipiat: Magistratus Mandatis parcat, & quoties eius opera utatur; habere debeat expensas in Palatio: Ea omnia: quæ reparatione indigent, perquirat, Magistratui referat, & reparationi insistat; Fabricæ Communis intendat, Vias, Pontes, Fontes, & similia manuteneri curet; & si quando ad instantiam alicuius privatæ personæ vadat ad terminandum, seu videndum aliquam differentiam, habere debeat expensas, & bononenos XII. qualibet die, & unum bononenum pro quolibet termino ponendo; Quartam partem pœnarum de inventis & relatis lucretur; & de omnibus per eum administratis rationem retineat in libro authentico per eum conficiendo; & finito eius officio, de iis rationem reddet, & reassignabit eius in officio, Successori res omnes, & Massaritias ad eius manus perventas, cum assistentia, & rogitu prædicti Cancellarii: Et pro suo salario habere debeat de publico, quolibet anno florenos vigintiquatuor, aliisque emolumentis consuetis potiatur.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus electus ab Vniversitate non potest dictum officium recusare.*
2 *Syndicus licet coactus tenetur fideiussorem præstare ad favorem Communitatis.*
3 *Syndicus Communitatis non dicitur Procurator singulorum.*
4 *Syndicus Vniversitatis agit pro ea, etiam in causis requirentibus mādatum speciale.*
Et potest etiam iurare de calumnia, numero 5.
Et potest respondere positionibus, n.6.
7 *Vniversitas quando convenitur non sufficit citare Syndicum.*
Imò sunt citandæ ipsæ Vniversitates collegialiter congregatæ, seu eorum Iurati, num.11.
Limita in iudiciis verbalibus Locumtenentis S. M. in præsenti Principatu Cathaloniæ, num.10.
8 *Syndicus dum mittitur ad aliquem locum debet habere expensas, & salarium.*
9 *Narratio Auctoris.*
12 *Differentia adest inter citationem exequutam in personas Iuratorum, ac in Vniversitates collegialiter congregatas, & quæ.*
13 *Citatione exequuta in personis Iuratorum, iustificandum est eos esse tales.*
14 *Iurati noviter extracti non sunt citandi ad continuationem causæ quando Syndicus legitimè constitutus comparuit.*
15 *Citatio in personis Iuratorum debet esse personalis.*
16 *Vniversitates iure minorum gaudent.*
17 *Vniversitatibus in iudiciis dandus non est curator.*
18 *Syndici quomodo legitimè constituantur, & quam potestatem habeant remissivè.*
19 *Syndici insolidum veniunt constituti licet id non exprimatur.*

ANNOTATIO.

1 Syndicus electus ab Vniversitate, ut illam defendat, & qui nomine ipsius possit conveniri à creditoribus non potest dictum officium recusare, *Petr. Greg. Tolos. in sua Repub. lib.4.cap.5. num.4. ver. Contrarium, &c. Mastril. de Magistr. lib.1. cap. 30. num. 88. & seq. Choel. ad Bullam bon. Regim. c.24. nu.5.*

2 Qui tamen licet coactus sit non ideo excusatur à præstatione fideiussionis ad favorem Vniversitatis uti habetur in hoc statuto ad tex. *in l. fin. in fin. ff. ad municip.* & not. *Choel, in dict. cap. 24. num. 8.* Itaut si cautionem non præstiterit teneantur electores ad omnia damna, quæ ex mala administratione proveniunt Reipublicæ ad tex. *in l. exactores 8. Cod. de suscept. lib. 10. &*

in l.2, Cod. de admin. rer. publi. lib. 11. & ibi not. Bartol. *Ic. de Plate. & alii*, nec
non *Choel. ad Bull. bon. regim. in cap. 45. num.2.*

3 Syndicus autem Vniversitatis non dici-
tur Procurator singulorum, neque pro
illis uti singulis quicquam facere potest,
ut not. *Deci. cons. 61. num. 3. Alex. cons.
44. num. 5. lib.1. Vant de nullitat. in tit. de
nullit. ex defect. mand. num. 154.* ubi alios
4 dat concordantes, pro Communitate autem
agit etiam in causis requirentibus manda-
tum speciale, *Paitell. exped. 53. ante fin.
& ibi Adden. num. 4. Gratian. decis.
Marc. 93. num. 11. Postbi. de manut. obser.
5 55. num. 124.* ubi alios adducit ita sentien-
tes, & potest etiam iurare de calumnia
6 *Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 24. num.
25.* & respondere positionibus *Post. de ma-
nut. obser. 83. num. 30.*

7 Quando verò Vniversitas convenitur non
sufficere citare Syndicum, sed esse citan-
dam Vniversitatem in Consilio congrega-
tam probat *Choel. ad dict. cap. 24. num. 21.
& seq. & Posthi. de manutentio. observ. 107.
num. 11.* ubi plures dat concordantes, & af-
fert limitationem.

8 Syndicus verò si mittatur ad aliquem
locum pro servitio Vniversitatis ultra ex-
pensas debet habere etiam salarium, ut vo-
luerunt *Guid. Pap. decis. 68. num. 2. Adden.
ad Alex. cons. 109. lib. 6. & Choel. ad Bull.
bon. regim. d. cap. 24. num. 23.*

ADDITIO.

9 SI omnia concernentia ad officium Syn-
dici Vniversitatum traditum in hac ru-
brica, vellem tradere, sanè multa folia scri-
ptis adimplerem, & absque dubio mole-
stus fierem, sed insequendo institutum as-
sumptum annotandi pro maiori aliqua in
singulis rubricis. Ideo solùm ad istam ma-
teriam Syndici annoto sequentia magis
contingentia in praxi.

10 Et ita scias in iudicio verbali Excellen-
tissimi Locumtenentis suæ Magestatis posse
primam citationem dirigi in Syndicum
Civitatum, sive Collegiorum, licet regu-
lariter Procuratori fieri nequeat ad tradita
per *Xammar. dict. tract. de privil. civit.
Barchin. §. 14. n. 25. & seq.*

11 In aliis sanè iudiciis, & regulariter pri-
ma citatio non potest dirigi, nec exequi
in personam Syndici Vniversitatum, sed
sunt citandæ ipsæ collegialiter congregatæ,
seu eorum Iurati, Consules, & Decurio-
nes, & in ipsis est exequenda dicta prima
citatio, *Xammar. dict. § 14. num. 27.* & ibi
*Monràs Oter. de Officialib. Reipub. part.
2. cap. 8. num. 23. Ripoll. ad Paguer. in
prax. rubr. 6. à num. 43. ad 52.* & suo mo-
re *Doctissimus Altim tr. de nullitatib. p. 2.
rubr. 12. quæst. 9. num. 60. & seq. Marin.
resol. lib. 1. cap. 340. num. 3.*

12 Sane si vis scire in iure differentiæ, quæ
adsunt inter exequutionem citationis factã
in personis Iuratorum, & Syndicorum, ac
factam Vniversitatibus collegialiter convo-
catis, lege dict. *Doctissimum Altimar. dict.
q. 9. à num. 72. ad fin.*

13 Adverte tamen, quòd si citatio exequu-
ta fuerit in personis Iuratorum, ac Syndico-
rum simul, teneberis in discursu causæ iusti-
ficare ipsos citatos se esse tales, à qua iusti-
ficatione liberaris, si dicta citatio in uni-
versitatem collegialiter Congregatam, exe-
quuta fuerit, *Altim. d. q. 9. n. 74.*

14 Pariter tene, quod si Syndicus legitimè
constitutus ab Vniversitate, comparuerit
in causa, non debes citare noviter Iuratos
extractos, si tamen comparuerit Procura-
tor à dictis Iuratis constitutus, dictam cita-
tionem novorum extractorum non omittas
*Altimar. d. q. 9. n. 75. Ripoll. ad dictam ru.
6. num. 48.*

15 Et præoculis habe, quòd dicta citatio
quando exequitur in personis dictorum
Consulum, seu Iuratorum debet esse perso-
nalis, & non sufficit domi factam esse, li-
cet in privatis id sufficiat, *Xammar. d. §.
14. num. 26. Altim. d. q. 9. n. 65. & seq.*

16 Vnde licet dictæ Civitates & Vniversitates
iure minorũ gaudeant, *Fontan. dec. 109. n. 15.
& seq. Altim. de nullit, rub. 1. p. 1. q. 6. à n. 14.
Modern. Calà de restitut. in integr. q. 1. nu. 4.
Modern Galles. de restit. in integr. cap. 7.
17 à num. 21. pag. 97.* tamen non est necesse ip-
sis providere de defensore legitimo pro
causis contra eos introductis, sicuti provi-
deri tenetur minoribus, *Fontanel. dec. 273.
num. 16.*

18 Et si vis prævidere quomodo, & quando
Syndici à Civitatibus, & Vniversitatibus
legitimè constituantur, quid requiratur in
eorum constitutione, quam potestatem ha-
beant. quæ facere possint, an respondere
personaliter, iurare de calumnia, iuramen-
tum deferre, confessiones facere; & alia
quæ volueris recurre ad dict. *Oter. de Offi-
cialib. Reipub. part. 2. cap. 8. Manzi. dict.
tractat. de Syndicis, Capuc. dict. tract. de
Regim. Reipub cap. 7 §. 21. & 22. & ad
Doctissimũ Altimar. de nullitat. p. 2. to. 1. rub.
11. q. 34.* ubi latissimè hanc materiam tradit
plenissimè tractatam, quem deprecor legas.

19 Tan-

19 Tandem unum adverte, quòd si à Civitatibus, & Universitatibus reperiantur plures Syndici constituti, censentur electi insolidum, licèt ita in instrumento non exprestetur, *Altimar. dict. part. 2. rubr. 11. quæst. 24. num 47.*

DE OFFICIO DEPOSITARII INTROITVM COMMVNIS. Rubrica XXVI.

DEpositarius Communis eligatur à Consilio, Vir discretus, qui præstito priùs Iuramento in forma, & data idonea cautione, Libros diligenter ordinatos, cartulatos, & bullatos habeat, in quibus omnes Introitus, atque exitus Communis distinctè annotare debeat, & omnem pecuniarum quantitatem penes se fideliter retinere, & custodire, eamque à debitoribus sine mora exigere, & si opus fuerit, cum auxilio Advocati, & Procuratoris Communis, ac successivè solvere creditoribus, & aliis personis, prout sibi ordinatum fuerit per Bullettam, manu Cancellarii scriptam, & sigillatam, & à duobus ex Regulatoribus subscriptam, & aliter facta Solutio non valeat: Pecunias ad unum usum depositas, vel destinatas, in alium usum, vel causam non solvat, alioquin de suo solvisse censeatur: A Magistratu requisitus quolibet Bimestre teneatur reddere rationem dati, & accepti, cum interventu Revisorum Communis, Sicut etiam in fine Officii omnia computa benè solidare, Libros, & Pecunias apud eum existentes Successori restituere debeat, & pro suo Salario habeat quolibet anno florenos xxxij.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius Communis non potest solvere illius debita sine ordine speciali.*
Neque unum nummum, n. 2.
3 *Officialis publicus tenetur conficere libros.*
Quidquid sit in simplici exactore, n. 4.
Præsumitur autem illos confecisse, n. 5.
6 *Clavarius in Civitate Gerundæ exercet quæ huic officio incumbunt.*
7 *Clavarius contra quos procedit.*
Non curat in Civitate Gerundæ de exactione debitorum, num. 8.

ANNOTATIO.

1 QVod Depositarius Communis debita Universitatis solvere non possit, nisi de mandato Priorum, & Procerum uti habetur in hoc statuto, aliàs teneatur de proprio, tradunt *Bart. in leg. quoties 2. in 3. not. ff. ad municip. Munoz. de ratiocin. cap. 23. numer. 21.* & latè comprobat *Choel. ad Bull. bon regim. cap. 24. num. 13. 14. & sequen.* Ita ut ipse non possit solvere unum
2 nummum de suo capite, ut not. *Bald. in Rubr, C. de non numer. pecun. & Choel. ubi suprà num. 16.*

3 Quòd verò officialis publicus teneatur conficere libros uti habetur in hoc statuto tradit etiam *Rota apud Greg. XV. decis. 149. num, 4. & ibi Adden. num. 2. & decis. 274. num. 2. & ibi pariter Adden. nu. 7. & decis. 259. num. 1. part. 1. recen.* Quic-
4 quid sit in simplici exactore, uti habetur per *Rot. ubi suprà, & per Farinac. cons. 96. num. 41. vol. 1.* & in tutore, ut per *An-*
5 *dreol. controv. 106. in fin.* Præsumitur tamen illos fecisse, *Guttier. de tutel. lib. 3. cap. 1. num. 28. & 54. Andreol. contro. 187. num. 10. in fin.*

ADDITIO.

6 IN hac nostra Civitate Gerundæ officium istud, de quo loquitur Rubrica, non invenitur, sed loco illius est officium *Clavarii maioris*, qui licet ad dictum finem esset formatum, tamen nomen solum præstat, solum autem cuncti introitus nostræ Civitatis deponuntur per debitores in tabula communium depositorum ad computum dicti Clavarii, neque ipse solvit, sed solum solvitur cum policis manu Secretarii scripis, & ad minus per tres ex quatuor Iuratis subscriptis, quæ polissæ asservantur in tabula prædicta ab officiali cui spectat.

7 Et

7 Et ita Clavarius nostræ Civitatis iuxta Regia Privilegia habet iurisdictionem in cunctis rebus ipsius Civitatis contra debitores illius, fraudantes impositiones ipsius Civitatis, ementes victualia, & alias res à personis exemptis dictarum impositionum, quam iurisdictionem si aliter comprehendere cupias, invenies tractatam à *Xammar. de privil. Civitat. Barchin, §, 10, à nu.11, ad 20,* & à Doctoribus citatis per *nostrum Nobilem, ac meritissimum Regentem Cortiada decis.31. num. 5. à Ripoll. ad prax. Peguer. rub. 27,num.103.& 104,& à eodem Xammar. rerum iudic. diff.130, tota.*

8 Inde præfatus Clavarius non curat de introitis, & exitis Communis Reipublicæ, ac Civitatis, sed præfata cura manet ad computum, & onus Iuratorum nostræ Civitatis, & Syndici, sicque ipsis incumbit cura exigendi debita à debitoribus Civitatis, instandi solutiones, ac alia facere, quæ facere tenebatur ipse Clavarius, seu Depositarius introitus Comunis, & sic in istis procedunt cuncta tradita per *Oter. de Officialib. Reipub, part.2.cap.* 10. quem consulas quando evenerit casus.

DE OFFICIO REVISORUM RATIONUM

Rubrica XXVII.

Revisores Duo à Magistratu electi, quoties ab eo fuerint requisiti, rationes ponant cum Depositario Introitum Communis, cum Præfectis Annonæ, ac cæteris Administrantibus bona, pecunias, affictus, & res omnes dicti Communis: Prout etiam de Administratis per Officiales Societatis Misericordiæ, ut hactenus observatum est: Quibus visis, & calculatis, si quid Animadversione dignum putaverint, Magistratui denunciare debeant, & demum omnia reportare in Partitam in Libro Rationum, propria ipsorum manu subscriptam.

ADDITIO.

De officio contento in nostra Rubrica, & statuto quod in hac Civitate *Oydors de comptes*, nuncupatur invenies aliqua tractata à *Capur. de regim. Reipub. cap. 7. §.* 10. *per tot.* ipsum consulas.

DE OFFICIO REVISORIS DUCALIS.

Rubrica XXVIII.

Ad Officium Revisoris eligatur Civis Primarius, ac discretus, Qui assiduè assistat in Gabella pro occurrentiis aliorum Officialium, & Publicanorum, illorúmque lites, & controversias diligenter cognoscat, & summariè terminet, & decidat; Finitóque tempore Conductionis, alios ad Datia, sive Gabellas exigendas, subroget, servatis servandis: In Causis Damni Dati, quoties fuerit requisitus, pro terminatione alicuius controversiæ se intromittat, ne Cives, vel Comitatenses indebitè graventur; Et quolibet Bimestre adhibito etiam Notario Cameræ Monstram recipiat à Barigello de eius Familia, & Equo, illúmque iuxta temporum necessitatem, ut benè, ac diligenter in Officio se gerat, admoneat.

DE

DE OFFICIO PRIORIS, ET ALIORVM OFFICIALIVM HOSPItalis Maioris. Rubrica XXIX.

AD Regimen Hospitalis eligatur Prior ad annum, Vir discretus, & integræ opinionis, Maior quinquaginta annis, Qui deinde confirmatus à Serenissimo Duce Nostro, & præstito Iuramento in manibus Cancellarii Communis coram D. Locumtenente, & Magistratu; Fideliter gubernare debeat dictum Hospitale, & diligenter curare, quòd illius bona conserventur, & amplientur; quodquè ex eorum fructibus, ac redditibus Infantes expositi piè recipiantur, alantur, bonisque moribus, Literis, & Artibus usque ad ætatem convenientem instituantur: Puellas etiam expositas, cùm illæ ad ætatem nubilem pervenerint, cum dote solita in matrimonio collocari curet: Peregrinos, & Infirmos recipiat, hospitetur, & curari faciat, illorúmque necessitatibus iuxta vires Hospitalis provideat.

Vtque facilius prædicta omnia exequantur, Eligantur ad Triennium XII. Cives de Primariis Civitatis, prudentes Viri, & maiores saltem XXX. Annis, Tres scilicet ex quolibet Quarterio; Quorum Octo nuncupentur Gubernatores, & Quatuor Consiliarii, prout hactenus observatum est, eosque à Serenissimo Duce prius approbatos, dictus Prior convocare valeat, quoties expedierit pro negociis dicti Hospitalis, & præstito in eorum Ingressu Iuramento, super illis fideliter consulere debeant, ponendo Partitum ad Bussulam, & quod per Maiorem partem fuerit obtentum, exequi faciat, dummodo octo saltem ex illis computata persona Prioris, in Consilio intersint.

Eligantur etiam eodem modo cæteri Officiales, Videlicet Camerlengus, Factor, & Notarius, sive Procurator, cum Salario, & oneribus solitis, iuxta formam Capitulorum dicti Hospitalis. Omnes Iudices, Privilegia quæcunque eidem concessa, tàm à Summis Pontificibus, quàm à Iure Communi, & Serenissimis Ducibus conservari studeant, eiusque Lites, & causas summariè, sine scriptis, sola facti Veritate inspecta, terminent, & decidant. Hoc addito quòd dictus Prior finito Officio ad Magistratus onus subeundum in secundo Gradu amplius non compellatur

SVMMARIVM.

1 *Hospitale administratum à laicis præsumitur laicale non Ecclesiasticum.*
Etiamsi in eo exerceantur opera pietatis, & celebretur Missa, n. 2.
Et sic illius cura spectat ad laicos declarando, ut ibi nu. 3.
4 *Officialis delinquens circa curam Hospitalis puniri potest à Iudice laico.*
5 *Administratorum Hospitalium officium, & obligationes remissivè.*
6 *Hospitalia sub protectione Regia existentia nequeunt à Episcopo visitari.*
7 *Privilegium Hospitali concessum retinetur licet sit fortuitò destructum, & alibi ædificatum.*

ANNOTATIO.

1 HOspitale, de quo in hoc statuto vim regatur, & administretur à laicis censetur laicale, non autem Ecclesiasticum, ut not. *Felin. in cap. de quarta 4. sub num. 11. de præscrip. Roma. cons. 477. num. 8. & Rota decis. 725. num. 1. part. 1. diver. & decis. 268. num. 2. part. 3. rec. & in Melevitana bonorum 10. Febr. 1651. coram R. P. D Meltio, §. non obstat, &c.* ubi aliæ recensentur.

2 Etiam quod in eo exerceantur opera pietatis, & habeat locum pro Missa celebranda, quia ad hunc effectum probandum esset, illud fuisse erectum auctoritate Ordinarii. *Barbos. de iur. Eccles univers. lib. 2. cap. 11. sub*

sub num. 38. & num. 80. & sequen. Rota apud Bichium decis. 343. numer. 2. & sequen. & in dict. Melevitana honor. coram Meltio, §. neque præsumpta, &c. ubi aliæ pariter recensentur.

3 Et ideo illius cura, & gubernium spectat ad laicos tantù, & quatenus ex consuetudine inveterata redditio rationum illius spectaret ad Vniversitatem, seu Iudicem, in illa tamen an possit intervenire etiam Ordinarius iuxta disposita *in Sacr. Conc. Trident. sess. 22. cap. 9. de reformat.* vide *Rotam. decis. 355. numer. 1. & 10. & decis. 402. numer. 1. part. 1. recen. & in Leopol. admin. Hospital. 14. Martii 1646. coram Cardin. Cerro in fin.*

4 Quod verò officialis delinquens circa ad ministrationem Hospitalis possit puniri à Iudice laico, latè comprobat *Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 38.* ubi dicit idem esse quo ad officiales Montis Pietatis, & Fraternitatum, ut ibi per eum.

ADDITIO.

5 DE Hospitalibus multa dixi in *rubricis 7. num. 10. & rubr. 11. à nu. 36. huius lib. 1.* quibus adde *Iosep. de Rosa consult. 10. per tot.* ubi latissimè de Hospitalibus, & cui subiiciantur, ac cuius fori sint, *Pegas ad lib. 1. ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4. tit. 62. glos. 50. per tot.* Ideò me expedio dicendo, quòd Hospitale Generale huius Civitatis Gerundæ sub invocatione Sanctæ Catharinæ Martyris est sub protectione nostræ Civitatis, eáque per biennia nominat duos Administratores dicti Hospitalis ex personis insaculatis, ac matriculatis in Regimine nostræ Civitatis, videlicet uno anno unum, & alio alium per omnia stamenta discurrendo, sicque semper remanet unus, qui cum noviter extracto sequenti anno cum duobus Capitularibus de Capitulo Sedis, & Ecclesiæ Cathedralis prædictum Hospitale regunt, & gubernant, & ita de officio prædictorum Administratorum, obligationibus, & cura eorum, vide *Capm. dict. tractat. de regim. Reipub. dict cap. 7. §. 12. per tot.* quem consulas.

6 Istud sanè noster Hospitale Generale est sub immediata nostri Regis Catholici protectione, & ita exemptum à visitatione Ordinarii etiam procedentis uti Subdelegati Apostolici in vim *Sacri Concilii Trident. sess. 22. cap. 8. & 9. de reformatione, Torre de pact. futur success. lib. 3. cap. 1. num. 205. & seq. Ventrigli. in prax. tom. 2. annot. 24. §. 1. num. 16. Frass. de Reg. Patronat. to. 2. cap. 61. num. 76. Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 1. cap. 3. num. 2. Modern. Mostazz. de causis piis lib. 4. cap. 11. num. 44. Eminen. de Luca in annot. ad Sacr. Concil. Trident. discurs. 5. num. 17. & discurs. 10. num. 2. & de iurisdict. disc. 40. num. 3. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 7. dispu. 20. num. 18. Manfrell. ad Capyc. Latr. obser. 95. num. 12*

7 Et licèt hæc Regia Protectio fuit concessa Hospitali tunc constructo extra, & propè mœnia huius Civitatis; tamen ex quo ipsum fuit destructum fortuitò, & absque ulla causa, sed propter obsessionem Exercitus Regis Christianissimi, & ex hac causa constructum intus nostram Civitatem retinet Hospitale nostrum ipsud Privilegium, & ipsam Regiam Protectionem ad tradita per *Vela dissert. 33. num. 77. & per nostrum Cancer. var. 3. cap. 13. num. 51. Gail. lib. 2. obser. 61. num. 5. Cortiada dec. 41. num. 13. Antonel. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. num. 85.*

DE OFFICIO PRÆFECTORUM ANNONÆ.

Rubrica XXX.

PRæfecti Annonæ eligantur à Magistratu ad Annum de Mense Maij Quatuor Cives Primarii, & discreti; Qui deinde approbari per Literas Patentes à Serenissimo Duce Nostro, & præstito Iuramento in forma in manibus Cancellarii, suum officium incipiant exercere die XV. Mensis Augusti, ac totis viribus incumbere, ut munus eis iniunctum, quod profectò potissimum est in Civitate; Pauperum Vtilitati intendant: Et ideò in primis opportunè provideant iuxtà Anni qualitatem, de Frumento benè conditionato, illudquè in loco consueto, aptè servari, & successivè in publicum usum laborari, dili-

diligenter curent: Et in casum Indigentiæ præcipere valeant, cum Authoritate tamen D. Locumtenentis, & Magistratus, cuicunque Civi, sive Districtuali habenti frumentum ultra usum, & indigentiam suæ familiæ, illud exportandi in plateam ad vendendum sub certa pœna, & si opus fuerit, pretium etiam imponere, & omnia alia facere, quæ ad Officium utilia, & necessaria sint, & proptereà Iudices illis omnem opem, & auxilium præstare teneantur.

Vtquè faciliùs prædicta omnia valeant expedire, antequam Officium aggrediantur, debeant elegisse idoneum Depositarium, cum solito Salario per eos dando; Qui in primis Libros necessarios conficiat benè cartulatos, & bullatos, in quibus diligenter annotare debeat omnia Partita per eos facta, Debita, & Credita, & alia similia ad Officium spectantia; Et summopere caveant, ne publica Pecunia erogetur in usum proprium, sive alterius privatæ personæ, absque expressa licentia Ipsorum manu subscripta, & ex rationabili causa concedenda; sub pœna scutorum XXV. & refectionis interesse pro qualibet vice: Omnia Credita diligenter exigant, & in fine Officii de omnibus per eos gestis: & administratis, adhibitis Revisoribus Communis integram rationem Magistratui reddant; Prout etiam alios Officiales, & Administratores cum solitis emolumentis per illos deputatos; de eorum gestis, & administratis rationem reddere Depositario compellant; Demum meminerint se Pauperum Defensores esse. Et ideo Ministros omnes non ex affectu ipsorum, sed bonæ conditionis, & famæ, constituant, cum assignatione congruæ, & moderatæ Mercedis, propriam à Deo recepturi.

Addentes etiam, quòd dicti Præfecti Annonæ expleto Officio per Quatriennium ad idem Officium eligi, & cogi non possint: Nec Depositarius, sive alii Ministri Salariati ad idem, sive aliud Officium Annonæ eligi, & admitti possint, Nisi priùs integram Rationem suæ administrationis reddiderint, & solidaverint.

SVMMARIVM.

1 *Præfecti Annonæ tenentur ad refectionem damni, si frumentum corrumpatur in horreis.*

Et ad refectionem damni sequuti ex eorum mala administratione, nu. 2.

Et si frumentum in eorum usum convertunt, puniuntur deportatione, & confiscatione bonorum, num. 3.

Non tamen tenentur pro frumento furto sublato sine eorum culpa, aliàs secùs, num. 4.

5 *Vniversitas potest tempore penuriæ cogere cives ad vendendum frumentum.*

Et potest cogere dominos animalium ad illa mutuanda pro portando frumento, n. 6.

Et potest prohibere, quòd Dardanarii non emant frumentum, nisi tali hora, n. 7.

Et si frumentum est corruptum potest cogere cives ad illud emendum, n. 8.

9 *Præfectus Annonæ potest constitui salarium pro eorum labore.*

10 *Depositarius Annonæ convertendo pecunias in alium usum, punitur.*

Et tenetur pecunias frumentarias restituere, etiamsi dicat illas ei fuisse furto ablatas, num. 11.

12 *Præfecti Annonæ debent servari indemnes, nisi segniter se gesserint.*

13 *Annonam fraudantes habent contra se quamplura specialia.*

14 *Frumenti promissor sine assertione boni liberatur tradendo pessimum.*

15 *Verbum Discretus, quid importet.*

16 *Annonæ materiam qui tractent remissivè.*

17 *Annonæ cura incumbit Civitati, & Reipublicæ.*

18 *Officium dictum* Botiguer Major, *in Civitate Gerundæ quale sit, & ad quid teneatur.*

ANNOTATIO.

1 PRæfecti Annonæ tenentur ad refectionem damni Annonæ sequuti ex eorum negli-

negligentia, si frumentum corrumpatur in horreis, *l.* 2. *C. de condit. in publ.horr. lib.* 10. *Ripa de peste in tit. de remed. ad conserv. anno. num.*11. 12. *&* 13. *Choel. ad Bul. bon. regim. cap* 21. *nu.*10. *&* 24.

2 Prout etiam tenentur ad restitutionem damni ex mala eorum administratione Annonæ resultati, ut tradunt *Hond. cons.*90. *num.* 6. *volum.* 2. *Andreol. controv.* 66. *nu.* 27. *& Choel. ad Bul. bon. regim. cap.* 21. *num.* 24. *Grat. discept. forens. cap.* 626. *in fin. part.* 4. latè *Massin. de confisc. bonor. q.*18. *n.* 95. *& plurib.seq.*

3 Et si frumentum conditum in horreis pro servitio Annonæ d. Præfecti in propriũ usum convertant incurrunt pœnam deportationis, & confiscationis bonorum, *l. fin. C. de condit. in publ.horr. lib.* 10. *Ripa ubi suprà num.* 15. *& Choel. ad Bul bon. regim. d.cap.*21. *n.*10.

4 Non tamen d. Præfecti tenentur pro frumẽto furto subtracto sine eorum culpa, aliàs secùs, ut latè probat *Hond. d.cons.*90. *n.*10. *& seq. lib.* 2.

5 Vniversitas verò potest tempore caristiæ cogere suos Cives ad vendendum frumentum pro iusto pretio, ut not. *Surd.cons.*203. *num.*38. *vol.*2. *Choel.in Bul.bon.regim. dict. cap.* 21. *num.* 17. *Gargiar. Iun. cons.*46. *numer.* 8. *lib.*1. qui alios dat concordantes, *& Massin. de confisc. bonor. quæst.* 18. *num.*22. *& num.* 128. *& num.*159. ubi dicit cogi posse vendere iuxta taxam impositam à Magistratu.

6 Et potest cogere etiam dominos animalium, curruum, & similium ad mutuandum d. animalia pro portando frumento ad Civitatem, seu locum ad tex. *in l.* 1. *&* 2. *C. de navi non excus. lib.* 10. *& in l. uni. C. de naut. Tiber. eod. lib.* 10. & not. *Choel. in d. cap.*21. *n.*29. vide notata infra *rubr.* 46.*nu.*1.

7 Ac etiam potest prohibere, quòd dardanarii, regatterii, & similes non emant frumentũ in foro, nisi tali hora transacta, ut interim Cives possint illud emere, ut docent *Avendagn. de exequen. mand. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 55. *Choel. in dict. cap.* 21. *num.* 38. & faciunt notata *per Massin. de confisc. bonor. d.q.*18. *n.* 92. *& seq.*

8 Et quando frumentum est corruptum potest cogere Cives ad illud emendum pro modo facultatum, ut not. *Choel. ad Bul. bon. regim. d.cap.*21. *nu.* 11, *& seq. Gargiar. Iun. d.cons.*46.*nu.*47.*lib.*1. *& Gratian. disc. for. cap.*626. *n.* 16. *p.*4.

9 Annonæ Præfectis constitui posse salarium pro eorum labore ex publica pecunia voluerunt *Avendag. de exeq. mand. par.* 2. *cap.*10. 16. *Choel. ad Bul. bon. regim. dict. cap.*21. *num.*25. *& Ripa de remed. contra pest. num.* 186. ubi requirit licentiam Principis.

Quod verò Depositarius Annonæ teneatur conficere libros, uti disponitur in hoc sta-

10 tuto dixi supra *ad rubr.*... Qui si convertat pecunias Annonæ ad alium usum potest graviter puniri not. *Avendag. de exequen. mand. part.* 2. *cap.*10. *num.* 33. *Choel. ad Bul. bon. regim. dict. cap.* 21. *num.*27. *Escobar. de ratioc. cap.*14. *num.*31. *& Rota apud Greg. XV. dec.*106. *n.*3. *& seq.*

11 Et tenetur restituere pecunias frumentarias etiam si alleget, illas fuisse sibi furto subtractas si ipse est in aliqua culpa levi, vel levissima, ut latè comprobat *Andreol. contro* 36. *ferè per tot.*

12 Præfecti Annonæ debent servari indemnes, si non segniter functi sint officio eorum, ut probat *Gratian. discept. foren. cap.* 626. *num.* 18. *& seq. part.* 4. ubi declarat quomodo intelligatur d. verbum *Segniter.*

13 Contra fraudantes Annonam plura specialia sunt introducta, de quibus vide *Decian. tract. crim.lib.*7.*cap.*22. *n.* 14. *& seq.*

14 Quibus adde, quod promissor frumenti sine mentione bonitatis liberatur tradendo etiam pessimum, *l. fideiussorem* 52. *& ibi Bart. ff. mand. Ciriac. contro.*153. *n.* 27.

ADDITIO.

15 ADde quòd verbum *Discreti*, in principio huius statuti positum, importat idem quod verbum Iudiciosi, & Prudentes, cùm idem sit discretio, quàm iudicium, ut declarant *Barth. in l.*1. *circa medium, Cod. qui ætate, &c. lib.* 10. *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.*1. *quæst.*8. *num.*25. *& Suarez. alleg.* 12. *n.*2. *& dixi rubr.* 21.

16 In hoc statuto tibi possem tradere multa pertinentia ad materiam Annonæ, sed id omittam, ex quo legendo Authores citatos à nostro *Conciolo.* in annotationibus ad hoc statutum, & præter eos *Eminen.de Luca de Regalib. discurs.* 44. 45. *& alios passim, Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1. *lib.*7. *disput.*19. §.2. *Caput. de regim. Reipub. dict. cap.*7. §.14. *Amayam, in cod. ad tit. de Annon. & Tribut. Vrsell. conclu.* 111. *tota per* 52. *nu. Capiblanc. de Baronib. super prag.* 3. *cap.*9. *lib.*2. *Balmaseda. de collect. cap.* 1. *num.* 12. *Rocc. de officiis rubr.*16. §. 7. *per tot.* & alios habebis cuncta quæ volueris.

17 Et ita solum dicam, quòd in hac nostra Civitate cura Annonæ incumbit ipsi Civitati

tati, prout de iure *Xammar. de privil. Civit. Barch.* §. 12. *nu.* 10. & ita nullus Offi-
18 cialis adest, cui incumbat curare de Annona, sed solum adest Officialis, qui vocatur *Botiguer major*, qui curat de horreo dictæ Civitatis, vulgariter nuncupato *Pallol*, & sic de omni frumento resultanti ex molendinis nostræ Civitatis, & aliter empto à dicta Civitate pro abundantia ipsius, & de conservatione ipsius, ac tenetur reddere rationem de omni frumento eidem tradito, & liberato; est Officialis biennalis, extrahitur sorte, iurat, ac dat fideiussores, & de ipso procedunt tradita hic per nostrum *Concio-lum*, & per *Oter. de Officialib. Reipub. p.* 2. *cap.* 12. *per tot.* & *per Vrsell. conclu.* 111. *suprà citat.* & *per Doctores citatos à Doctissimo Balmaseda de collect. quæst.* 79. *nu.* 16. quos consulas.

DE OFFICIALIBVS MONTIS PIETATIS.

Rubrica. XXXI.

UT Pauperum necessitatibus occurratur, Maiorum nostrorum Vestigia sectando, eligantur more solito à Magistratu septem Officiales cum eorum Nuncio ad Custodiam, & Administrationem Montis Pietatis, qui præstito priùs Iuramento in forma in manibus Cancellarii, eorum Officio Singuli diligenter intendant. Quorum quatuor eligantur ad Triennium, & dicantur Proveditores, qui sint, & esse debeant de Primariis Civibus de primo, & secundo Gradu dumtaxat, quilibet pro suo Quarterio, qui accuratè providere debeant, quòd talis Administratio in utilitatem Pauperum omnino vertat, & quòd omnis pecuniarum quantitas detineatur à Gubernatore Montis, & successivè erogetur in subventionem Pauperum. Debeant etiam Pignorum venditioni assistere, differentias omnes super illis definire, & cætera omnia Iudicum & Magistratus auxilio (cùm opus fuerit) implorato adimpleri facere, iuxtà formam Capitulorum, quæ originaliter habentur in Libro Reformationum Anni 1534. pag. 34. quæ etiam in Tabella sigillatim descripta in Monte detineri faciant.

Eligantur etiam tres alii Officiales, qui ultra iuramenti præstationem, idoneè caveant cum Fideiussore manu prædicti Cancellarii; Quorum Primus dicatur Gubernator Montis, qui teneatur per annum ibidem assiduè tempore debito residere, Pignora recipere, & super illis convenienter imprestare, illáque deinde ad alium annum cautè custodire, & conservare. Quo tempore elapso nisi illa à Dominis, soluta mercede reluantur, vendi, & distrahi faciat, spatio alterius anni, cum assistentia DD. Proveditorum in Platea Magna, sono Tubæ, duobus diebus abdomadæ, videlicet Mercurii, & Sabbati, & pro toto tempore habeat pro suo Salario Florenos centum octuaginta. Secundos verò Officialis eligatur ad annum, & dicatur Superstes Montis, qui faciat Bulletas, & singulis pignoribus inserat, suóque Libro diligenter registret, ut facilius illa reperiantur, & habeat pro suo Salario Florenos triginta. Tertius verò Officialis eligatur ad Annum, & dicatur Revisor Rationum, qui teneatur requirere exactam rationem à prædicto Gubernatore quolibet Mense, & sæpiùs etiam si Proveditoribus videbitur, dictámque rationem, sive Saldum in Libro benè cartulato debeat accuratè annotare: proveditores etiam per Nuncium convocare faciat, & coràm illis Pignorum Venditioni diligenter assistat, & habeat pro suo Salario Florenos sexaginta.

SVMMARIVM.

1 *Montis Pietatis Iustitia hodie non potest in dubium revocari.*

Illius tamen iustitia pendet ex illius legibus, num. 2.

3 *Montes Pietatis gaudent beneficio variationis fori.*

4 *Montes Pietatis dicuntur loci Religiosi, & pij.*

Et ideo vigore Conc. Trid. eorum cura spectat ad Episcopum, num. 5.

Quomodo verò Episcopus in hoc se gerere debeat, remissivè, num. 6.

7 *Montis Pietatis pecunia ad alium usum converti non possunt sub pœna excommunicationis.*

8 *Monistæ, & Depositarii uti non possunt pecuniis Montis Pietatis.*

9 *Delinquentes circa Montem Pietatis non possunt puniri à Iudice laico.*

10 *Pecuniæ depositatæ in Montem Pietatis si pereant, cuinam pereant.*

11 *Montium Pietatis materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Temerarium esse hodie in dubium revocare validitatem, & iustitiam Montium Pietatis stante Bulla Leonis Decimi, de qua *Quaran. in sum. Bull. in verbo Montis Pietatis* tradunt *Novar. de elect. & var. fori. sect. 2. quæst. 57. num. 6. Choel. ad Bull. bon regim. cap. 22. num. 7. ver. & cum temerarium, &c. & Leotar. de usur. quæst. 22. num. 33.* Ita ut contrarium prædicantes incidant in pœnam excommunicationis, ut dicit *Quaran. ubi suprà in princip.*

2 Illorum tamen iustitiam pendere ex legibus, cum quibus constituti sunt, vel exercentur scribit *Leotar. de usur. d. quæst. 22. num. 28.* Quia si pecunia gratis pauperibus distribuitur, & nihil ultra id, quod datum est recipitur, & de illius iustitia disputare nefas est, cum sit Christianæ pietatis egregium Institutum, ut probat *Leotar. dict. quæst. 22. num. 29.* & idem est, quando pecunia ea lege distribuitur indigentibus, & quid modicum præstatur ultra sortem ad solvenda stipendia eorum, qui Montem regunt, & ad explicanda ea, quæ ad Montis conservationem sunt necessaria, quia pariter d. genus Montis quicquid olim de illius iustitia disputatum sit, licitum esse receptissimum est, ut probant *Scacc. de commer. §. 1. quæst. 1. num. 446. P. Lessi. de iust. & iur. cap. 20. disput. 31. & in Append. num. 6. Emin. Delugo de iust. & iur. disput. 25. num. 181.* & alii plures, quos refert, & sequitur *Leotar. de usur. dict. quæst. 22. num. 33.* secus si aliquid exigatur ultra conservationem Montis necessarium, cum illud sit illicitum, & restitutioni obnoxium, ut probant *Binsfel. Medi. Comit. P. Greg. Lopez. Romae. Regin. Card. Delugo,* & alii apud *Leotar. de usur. d. quæst. 22. num. 34.* qui *num. 37.* probat d. Montes licitos esse si recipiant à mutuatariis interesse pro pecuniis acceptis ad censum pro constitutione Montis, ut ibi per eum, & concordat *Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 22. sub n. 8.*

3 Nota tamen, quòd huiusmodi Montes gaudent beneficio electionis, & variationis fori, quo gaudent personæ miserabiles, ut latè comprobat *Novar. de elect. & var. fori. sect. 2. q. 57. per tot.* & sequitur *Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 22. in fin.*

4 Montes Pietatis dicuntur loci Religiosi, & pii ad pauperes sublevandum instituti *Novar. de elect. fori dict. quæst. 57. num. 8. Gutier. cano. quæst. lib. 1. cap. 35. num. 23. Choel. ad Bull. bon. regim. d. cap. 22. num. 13. Barbos. de potest. Episc. allegat. 75. num. 37. & Rota post. contro. Ciriac. 205. num. 9.* quicquid dixerit *Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. 1. de privil. piæ cau. cap. 32.*

5 Ideo ne culpa administratorum illorum pecunia minuatur *Sac. Concil. Triden. sess. 22. cap. 8. & 9.* Episcopis uti Sedis Apostolicæ delegatis etiam si illorum cura ad laicos pertineat, ius visitandi concessit, ut omnia præcipuè, quæ ad pauperes sublevandos instituta sunt cognoscant, & exequantur, ut tradunt *Barbos. de potest. Episc. d. alleg. 75. num. 2. Choel. dict. cap. 22. num. 11. & seq. & Gutier. cano. quæst. dict. cap. 35. num. 23. & numer. 18.* & in puncto huius Montis Civitatis Eugubii *D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 3. in tit. de iurisd. discurs. 43. num. 1.*

6 Utrum verò Episcopus in d. casu visitationis Montis in concernentibus illius administrationem possit id facere solus, vel unà cum aliis, & quid possit facere, vide *Barbos. de potest. Episc. d. allegat. 75. num. 11. & seq. Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 22. num. 11. 12. & 15. & D. Deluca in d. tit. de iurisd. d. disc. 43. per tot.*

7 Pecuniæ ad usum Montis Pietatis destinatæ ad alium usum converti non possunt sub pœnis etiam excommunicationis, de quibus *in Bull. Pauli V. in Bull. nov. tom. 3. Constit. 82.* & de quibus habetur per *Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 22. n. 20,*

&

& per Barbos. de potest. Episc. allegat. 50. num.164. quam Bullam non comprehendere Officiales Montis disponentes non de pecuniis, sed de aliis rebus Montis dicit *Flau. Cherub. ad d. Bull. Pauli V.*

8 Et eo magis est prohibitum Montistis uti pecuniis d. Montis ad tex. *in l.1. & tot. tit. C. de iis qua ex pub. colla. sunt.* & not. *Choel. in d. cap.22. num.37.* & de Depositario *Caball. resol. crim. casu 136. n.15. cent.2.*

9 Itaut delinquentes circa administrationem Montis Pietatis puniri possint per Iudicem laicum, ut probat *Decian. in tract. crim. lib.4. cap. 9. n.38.* & in Magno Ducatu Etruriæ Officiales surripientes pecunias publicas, & Montis Pietatis damnari solere in pœnam furcarum dicit *Caball. resolut. crim. cent.1. casu 99. fere per tot.*

10 Pecuniæ in Monte depositatæ si depositæ sint in sacculo obsignato uti species, quo casu dominium illarum non transit in depositarium, si sint furto subtractæ pereunt domino pecuniarum, cessante dolo, & lata culpa, si verò illæ depositatæ fuerunt ad numerum non clausæ, nec obsignatæ, ut tantundem restituatur, & tunc cùm dominium illarum transeat in depositarium, itaut ipse teneatur tantundem restituere, furto subtractæ pereunt depositario, *Peguer. dec. 38. num. 7. Giurba decis. 98. sub num. 5. Choel. ad Bull. bon. regim. cap.22. num.29. & seq. Mari. Anton. var. resol. lib.2. resol. 13. per tot.*

ADDITIO.

11 CVm in nostra Civitate non adsit Mons pietatis, id circò non eligitur Officiales ad ipsum administrandū, & ita si aliqua circa materiam huius statuti necesse habueris recurre ad Doctores citatos per *nostrum Conciolum*, & ad *Modern. Mostazz. de causis piis lib. 4. cap. 13. per tot. Josep. de Rosa consult. 10. per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.1. lib. 7. disput. 20. §. 1. per tot. Eminen. de Luca de credito discurs. 169. & de iurisd. discur. 43. & de tutorib. discur. 22. & in Miscel. Eccles. disc. 36. num.9. & seq. & de usur. in summa nu. 39. Pignatel. consult. canon. 40. num. 4. & adci. atos per Boler. de decoct. debitor. fiscal. tit. 2. num.38. in fin.* ipsos consule.

DE AMBASCIATORIBVS MITTENDIS.
Rubrica XXXII.

AMbasciatores eligantur in Consilio Generali, cùm urgens aliqua necessitas immineat Communi, & non aliter; Talisque Electus, dummodo non sit legitimè impeditus, accepta priùs plena informatione super negociis ab eo pertractandis, & habitis Litteris Credentialibus, ire teneatur ad explicandum, & tractandum, ea qua decet, observantia, & diligentia commissa negocia, & deinde illorum expeditionem statim Magistratui, & Consilio, si opus fuerit, clarè, & distinctè referat, & per Cancellarium Relatio describatur in libro Reformationum. Vtque alacriter, & honorificè possit suum Officium explere, Depositarius Communis teneatur illi subministrare pecuniam pro victu, & expensis necessariis in itinere faciendis, prout ei per Bullettam à Magistratu fuerit ordinatum.

SVMMARIVM.

1 *Ambasciatores eligendi sunt in Consilio generali.*

2 *Ambasciatoribus Universitas debet facere litteras testimoniales.*

3 *Legatorum missio ad Principem est prohibita de iure communi.*
Et ita non est facienda absque Superioris licentia, num. 16.

4 *Legatorum numerus non debet excedere duos.*

5 *Ambasciator electus à Communitate tenetur d. onus acceptare.*

6 *Ambasciatori debentur non solum expensa, sed etiam salarium.*

7 *Ambasciatoribus damnum contingens tenetur Universitas resarcire.*
Intellige si legationem non affectaverint, nu.12.

8 *Ambasciator durante legatione non potest converiri, & num. 17.*

9 *Ambasciatoribus donata, an acquirantur eis, vel Universitati remissivè, & n. 15.*

10 *Instructiones manu Notarii Comunis scripta sunt danda Ambasciatoribus.*

11 *Ambasciatores, ut mittantur necessitas urgens debet adesse.*

13 *Ambasciatoribus competit ius revocandi domum.*

14 *Ambasciator delinquens à quo puniatur.*

18 *Ambasciatorum materiam qui tractant remissivè.*

19 *Ambasciatores securè recipi debent, ac grato, & benevolo vultu audiri.*

20 *Ambasciator sine licentia legationem deserens ad quid teneatur.*

21 *Ambasciatores ad maius lucrandum salariũ per viam transversam euntes, pro eo tempore salarium consequi nequeunt.*

22 *Benè tamen si id iusta ex causa faciunt, ibid.*

ANNOTATIO.

1 QVòd Ambasciatores mittendi ab Universitate sint eligendi in Consilio generali, ut est dispositum in hoc statuto habetur *in l. quoties 6. C. de legat. lib. 10.* & not. *Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 33. num. 9.* ubi dicit; illos debere iter arripere, nisi obtenta priùs licentia à Principe, *& n. 14.*

2 Quæ Universitas debet illis facere litteras testimoniales, ex quibus appareat illos fuisse legitimè electos, & missos ad publica negocia pertractanda, *d. lege quoties 6. C. de legat. lib. 10. l. prohibitum 5. C. de iure fisc. eod. lib. 10. & ibi Io. de Plat. Lucas de Penna, & alii Choel. in d. cap. 33. num. 44.* & habetur *Constit. Egid. lib. 2. cap. 38. & ibi Caball.*

3 Legatorum missio ad Principem prohibitum est de iure communi, probat *Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 33. num. 7.* & in Statu Ecclesiastico id est prohibitum per *Bullas Sixti V. & Clementis Octavi* sine licentia in scriptis obtinenda, ut tradit *Choel. d. cap. 33. n. 7. in fin.*

4 Numerus verò legatorum non debet excedere duos vigore *Const. March. lib. 2. cap. 38.* quamplures tamen qualitates nempè viginti requirit in persona legatorum *Luc. de Penna in rub. C. de legat. lib. 10.* & tresdecim qualitates personales enumerat *Choel. d. cap. 33. num. 16. & seq.* quas cùm longum esset hic recensere videas ibi per eum.

5 Ambasciator electus ab Universitate tenetur acceptare munus legationis pro patria, cùm dicatur munus necessarium *Mastril. de magistr. lib. 1. cap. 30. nu. 74. Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 33. num. 48. Losan. de iure univer. par. 1. cap. 3. nu. 59.*

6 Cui debentur non solum expensæ pro victu uti habetur in hoc statuto cum nemo cogatur propriis expensis militare, sed etiam salarium, ut voluit *Choel. ubi suprà num. 48. & seq. & num. 71.* quod tamen salarium intelligerem de viatico, ut loquitur idem *Choel. ibi num. 73.* & colligitur ex ratione per eum adducta.

7 Legatis autem damnum contingens in itinere puta quòd fuerint derobati à latronibus, tenetur resarcire Universitas, quæ eos misit saltem de honestate *Bart. in l. si servus communis, 63. §. quod verò, num. 5. ff. de furt. Vinc. de Franch. decis. 146. per tot. & ibi Flau. Amend. in princ.* latè *Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 33. num. 77. & seq.*

8 Quibus adde, quòd Ambasciator durante legatione non potest conveniri *cap. fin. & ibi glos. & Innoc. de foro compet. Villad. de legat. p. 2. quæst. 5. num. 1. & 4. Choel. d. cap. 33. num. 86.*

9 Utrum verò donata legatis vigore legationis acquirantur legatis, seu potiùs Universitati, qui eos misit, tradunt *Cevall. comm. contra comm. quæst. 35. per tot. Choel ad Bull. bon. regim. d. cap. 33. in fin. P. Sanch. de matrim lib. 6. disput. 26. num. 15. & Rota apud Merlin. decis. 885. num. 14. & seq. tom. 2.*

ADDITIO.

10 ISTis sanè Ambasciatoribus, seu legatis in scriptis sunt dandæ instructiones negociorum ad quæ peragenda mittuntur, secumque adduci debent prædictas instructiones manu Notarii, & Secretarii Regiminis subscriptas, *Amaya. in Cod. ad leg. 3. Cod. de munerib. & honor. lib. 10. num. 35. Caput. de regim. Reipub. cap. 7. §. 13. n. 3.*

11 Legati isti, & Ambasciatores, ut mittantur, urgens debet esse necessitas, & adesse debet universale beneficium quod per litteras explicari nequeat, aliter excusari debent tot pecuniarum impensæ, quæ de pauperum sanguine extorquentur, & sæpè sæpiùs pro privatis petentium, & Instantium commodis, & pro propriis negociis, & litibus, qui non tamen pro Republica, quàm pro suo proprio, & privato commodo legationem suscipiunt, quòd sanè est prævidendum, *Amaya ad dict. l. 3. num. 34. Xammar. de privil. Civitat. Barc. §. 6.* & ibi *Monràs miner. 33.*

12 Le-

12 Legati, & Ambaſciatores, ſi legationem non affectaverint, ſed ut munus publicum, & neceſſarium accéperint capti fuerint ab hoſtibus, & pro certa ſumma ſe redemerint, dictam ſummam debet eis ſatisfacere Vniverſitas à qua mittuntur, *Capnt. dict. cap.7. §. 23. num. 7.* videndus *Carol. Anton.de Luca ad decis. 146. Vincent. de Franch.per tot. vide Vrſell. conclu.99. num. 29. Modern. Manfrell. ad Capyc. Latr.obſerv.185.num. 22. Cobell.dict.cap.33. nu. 81. & ſeq.* & conducunt tradita hic *à noſtro Conciolo n.7.*

13 Competit ſanè ipſis legatis, ſeu Ambaſciatoribus ius, ac facultatem revocandi domum, ſi in loco legationis conveniantur, *Altimar. de nullitatib. tom. 1. part.1. rubr. 9. quæſt. 28. num. 6. Vela diſert. 39. per tot. Vrſell. conclu. 99.n.17.*

14 Legatus, aut Ambaſciator delinquens, a quo poſſit puniri, ſuo more diſtinguendo, & præſcindendo caſus adducunt *Doctiſſimus Altimar. dict. quæſt. 28. num. 7. Diana Moral. tom. 9. tractat. 2. reſol. 23. tota, Autunez. Portugal. de donationib. Regiis lib.1. part.2. cap. 35.* videndi *Doctores citati à dicto Doctiſſimo Altimar. de nullitatib.part.2. rub.12. q.10. n.100.*

15 Donata autem legatis, ſeu Ambaſciatoribus in dubio præſumũtur ipſorum contemplatione donata, & ſua fiunt, *Vrſell.dict. conclu.99. num.12. Solorzan. de iur. Indiar. lib.2.cap.8. à num,73. tom.2.* & de hac quæſtione, an quãdo ſint dicta dona ſua, ſeu mittentium, præter citatos *à noſtro Conciolo n. 9.* vide *Gutierr. lib. 2. pract. quæſt. 20. nu.5. Vrſell. dict. conclu.99. à num.11. & Doctores citatos à dicto Solorzan. loco citato.*

16 Et quod non ſunt mittendi, ſine Superioris licentia, & quid ſtante conſuetudine, & denegata licentia, præter citatos à noſtro *Conciolo* recurre ad *Creſpi obſervatio. 119. tota Autun. Portugal. dict.cap.35.* & ad *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obſer. 125. num.4. & ſeq.*

17 Vtrum autem durante legatione poſſint conveniri, tam pro geſtis ante legationem, quàm durante ea, & contra eos proſequi cauſas anteà cœptas, recurre ad *Vela. in d. diſert. 39. per tot.* ipſum conſulas, & invenies materiam digeſtam, & ad *Ripoll. ad prax. Peguer. rubr. 6. num.62. & ſeqq. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2. gloſ.83. ad §. 27. num. 5.* ubi *Marin.* citat tractantem, an abſens Reip. cauſa poſſit gratiam impetrare, ut abſentia durante, in ſuis cauſis ſuperſedeatur.

18 Et qui plura de legatis, & Ambaſciatoribus ſcire cupiat, nempè de eorum iure, & privilegiis, an extendantur ad famulos, & an de delictis eorum teneantur, in qua pœna incurrat, eos, ſeu eorum famulos offendentes, recurrat ad *Velam d. diſert.39. Autun. Portugal. dict. cap. 35. Giurb. dict.conſ. 69. Creſpi. dict. obſer.119. Vrſell. dict.concl. 119. Capnt. de regim.Reipub. dict. cap. 7. §. 23. Amayam in dict.l.3. Cod. de munerib.& honorib. à num. 31. ad met Giurb. de feudis §.2. gloſ.13. num. 62. verſ. ſed illud, Balmaſeda.de collect. quæſt. 83, n. 2. & ſeqq. Rocc. de officiis rubr.16. §.8.per tot. Choel, in bull. bon. regim.cap.33. per tot.* & ad alios Doctores ſuprà, & à noſtro *Conciolo* citatos.

19 Hoc unum nota legatos ab hoſtibus miſſos, fido & ſecuro hoſpitio recipi debere, & grato, & benevolo vultu audiri, & expediri, conſtans eſt omnium gentium conſuetudo, ac velut Religio ex ipſis naturæ humanæ legibus haucta, quæ ubi violatur, legitimam belli cauſam adverſus violantes inducit *Solorzan. de iur. Indiar, tom. 1. lib.2. cap.20. num.25. & ſeqq.*

20 Non ignores, quòd legatus, ſeu Ambaſciator ſine licentia mittentium, legationem diſerens, non ſolum privatur ſalario, ſed & acceptum, & cuncta ei obventa propter legationem reſtituere debet *Zachia de ſalario quæſt. 53. à num. 70.* ubi per *totam dict. quæſtionem* multa de ſalariis Ambaſciatorum invenies, ad quem recurre: videndus *Scoppa ad deciſ. Gratian. obſer. 200. per tot.*

21 Et ſcias, quòd Ambiſciatores, qui ad lucrandum maius ſalarium, & maiori ſtent tempore per viam tranſverſam, & non per rectam incedunt, ſalarium pro tempore illo conſequi non poſſunt, *Pacichel. de diſtan, cap.12. num.4. in fin.* benè tamen quando ſi viam non rectam peragant propter timorem, ſeu aliam iuſtam cauſam, *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſt. part.1, lib,4, diſput.9, numer, 59.*

DE ELECTIONE, ET OFFICIO MEDICORVM. Rubrica XXXIII.

VT Civium omnium Infirmitatibus provideatur, Eligantur in Consilio Generali Quatuor Cives ad perquirendum de idoneo Medico, Qui plures idoneos repertos, eum omnibus eorum qualitatibus, quàm primùm dicto Consilio sincerè renunciet, ex quibus magis Idoneus ab eo eligatur ad annum, qui sit Exterus, Doctus, Expertus, & in aliqua saltem Civitare fuerit conductus: Et ad eum mittantur Litteræ patentes, quæ contineant Salarium, & Capitula per eum observanda, pro quibus teneatur solvere Cancellario Aureum Vnum, & Alterum Familiæ, & Magistratui Cocleam unam, sive Forcinam Argenteam, valoris alterius scuti, & tantundem pro qualibet Refirmatione; Et cùm advenerit, Iurare debeat in manibus Cancellarii benè, ac diligenter suum officium exercere velle, & Capitula observare: Ac propterea teneatur absque alia mercede visitare, & curare quemlibet Infirmum Civitatis, & Suburbium, Hospitalium, Monasteriorum, sive Conventuum Monialium, & Mendicantium, & quoscunque Comitativos in Civitate existentes, & si Mortis periculum immineat, monere debeat omnes, ut peccata sua confiteantur, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum assumant, aliàs sibi inhibitum esse eos visitare. Nec possit recedere à Civitate, vel saltem extra illam pernoctare, sine licentia Magistratus, quæ absque rationabili causa non concedatur: Et si ultra tempus licentiæ steterit, retineri possit Salarium pro tota: Quòd si fuerit ad curandum aliquem de Comitatu extra Civitatem, habeat mercedem sibi taxatam in Capitulis existentibus in Libro Reformationum, quòd, & ab aliis Medicis non salariatis de publico, observandum erit: Teneatur etiam gratis videre urinam cuiuslibet comitativi, & ordinare, quæ ad eius curationem sunt necessaria; nec refirmari, aut licentiari possit, nisi à Consilio Generali; idquè fiat saltem per Bimestre ante finem suæ conductæ: & prædicta observanda sunt etiam in electione, & Officio secundi Medici, qui à Consilio eligi possit de Civitate, si tamen idoneus sit, aliàs Exterus, ut Civium saluti quantum fieri poterit provideatur.

SVMMARIVM.

1 *Medici tenentur denunciare ægrotis, quòd eorum peccata confiteantur.*
Quod procedit in morbis gravibus, aliàs secus. num. 2.
Imò nolentes confitere debent Medici relinquere, num. 9.
3 *Medici salariati esse non debent ultra duos.*
4 *Medicus Hebræus non est eligendus.*
5 *Medico discedenti ante tempus completum non debetur salarium.*
Si tamen decedat durante conducta transmittit totum salarium ad hæredes, num. 6.
7 *Medicus non potest discedere à Civitate sine licentia.*
8 *Medicus non licenciatus in tempore censetur reconductus pro alio anno, & n. 5.*
Et pro eodem salario, num. 15.
10 *Medici cogi possunt ad suam artem exercendum.*
An tempore pestis, num. 11.
12 *Medici in bonis ægrotantium habent tacitam hypothecam.*
13 *Medicis in pertinentibus ad suam artem est standum.*
14 *Collecta ad solvendum Medicos conductos, an sint ponenda per capita, an per as, & libram.*
16 *Medici, an contrahere possint cum infirmis.*

17 *Me-*

17 *Medicorum materia à quibus tractatur remissivè.*

18 *Medicorum electio pertinet ad Universitates, & Decuriones.*

19 *Medici in Cathalonia ante exercitium sunt prius examinandi, & quomodo.*

ANNOTATIO.

1 QVòd Medici teneantur denunciare ægrotis, quòd eorum peccata confiteantur, itaut si ultra tres dies id non fecerint, non sint ampliùs visitandi iuxta dispositionem huius statuti habetur *in cap. cùm infirmitas 13. de pœnit.& remiss. & in const. 3. Pii V.*

2 Quam tamen non habere locum, nisi in morbo gravi, vel qui in principio prudenter iudicatur periculosus, ut gravis efficiatur, ut contra *Cherub. in Comp. Bulla. 10. 2. Const. Pii V. 3.* ut declarant *Nugn. in addit. ad 3.part. tom.2. quæst.6. art.5. diffic. 2. & P. Diana in sum. in verb. Confess. Necess. nu.22.* ubi alias affert ad d. Bullam declarationes.

3 Quod autem non debeant esse in unaquaque Civitate Medici salariati ultra duos, uti habetur in hoc statuto, ne Civitates superfluis expensis onerentur quicquid, habetur *in l. si duas 7. §. minores, ff. de excus. tuto.* dicit servari de ordine Sac. Congreg. *Choel. ad Bull. bon. regim. cap 31.num.173.*

4 Non tamen eligendus est Medicus Hebræus ad tex. *in cap nullus 28. quæst.1.* stante *Bulla Pauli IV. Const.3.& Greg.XIII. Const 68.* & benè comprobat *Choel. dict. cap. 31. num. 175.* & ante eum *Marquar.de iudæ. part.2. cap. 7. num. 18.* & hebræum non esse vocandum ad medendum Christiano, nisi quando Medici Christiani non essent sufficientes pro tali morbo, vel Medicus hebræus esset notabiliter doctior, secundum *Marquar. & Choel. in loc proximè addictis*, qui prædicta extendit etiam ad Chirurgum, ut ibi per eum.

5 Addo prædictis, quòd Medicus si discedat ante finitum tempus suæ conductionis, & per eum steterit, quòd tempus non impleverit, nihil ei solvendum esse de suo salario voluerunt *Ferret. de milit.insti.& pœn. desert. insigen. num.113. & Choel. ad Bull. bon.reg.d.cap.31. n.191.*

6 Si tamen Medicus decedat durante illius conducta transmittit ad eius hæredes integrum salarium, ad tex. *in l. diem functo, 4. ff. de offic. assess.* & tradant *Ceph. Vinc. Suarez, & Sebast. Medic.* quos refert, & sequitur *Caroc. de locat. & cond. in tit. de remiss. merced. quæst.8. num.202.* ubi testatur de communi opinione, & *Surd. cons.42. num.3. lib.1.*

7 Medicus salariatus non potest recedere á Civitate ad effectum medendi vicinos absque licentia, uti habetur dispositum in hoc statuto, ut post *Gabr. Berart. de eroga. bon. pub. Civit. num. 50.* per eum relatum tradit *Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap. 31. num, 185.*

8 Dum verò mandatur in hoc statuto Medicum non posse licentiam, nisi per duos menses ante finitam eius conductam, quod si id non fiat censeatur tacitè reconductus pro alio anno ad tex. *in l. item quæritur 14. §. qui impleto*, cum ibi not. per Doct. *C. locat.* tradunt *Corn. cons.347. ferè per tot. lib. 1. Menoch. de præsump. lib.3. præsump.85. numer. 17. & Mascar. de prob. concl. 990. num. 12. vol. 2.*

ADDITIO.

9 IN hac rubrica, & statuto, materia in ea contenta præstat occasionem volumen conficiendi, sed ut dixi aliqua annotando me expediam, dicendo namque cum nostro *Conciolo*, quòd Medicus relinquere debet infirmum sua peccata confitere nolentem *Zachia de salario quæst. 75. num. 57.* vidend. *Caput. de regim. Reipub. dict cap.7. §.4. num.58.* ubi *Vivi. & Mastril.citat.& Nicol. in floscul. verb. Medicina num. 6. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.1. lib.5. disp.13. §. 9. num. 221. & seq. Cenedo collect. 107. num.8.*

10 Medici autem cogi possunt ad suam artem exercendam, *Eminen. de Luca de iurisd. discurs. 31. num.9. Zachia dict. cap.75.num. 40. & seqq. Modern. Pacion.de locato,cap.*
11 *20. num.18.* & an tempore pestis aucto eis salario, *Zachia ubi proxim. dict. quæst.75. à dict. num. 40. Eminen.de Luca in annot. ad S.Conc.Trid.discurs.2. num.10. Bovadil.Politic.lib.5.cap.5. nu.26.*

12 Isti sanè Medici in bonis ægrotantium per eos visitatorum pro suis salariis habent hypothecam cum prælatione, *Zachia dict. tract.q.99.n.25.*

13 Medicis uti in arte peritis standum est, *Eminen. de Luca de Regalib. discurs.6. nu.7. Modern. Castald. consult. 38. num. 5. Capon. contro. 43. num.11. Maiorana in oppo. prax. crim. cap.1. num. 19. Dexart. decis. Sardin. decis. 75. num. 1. & seqq. Quesada & Pilo differt. 24. num. 1.* ad quod videas novissimè *Pegas ad lib.1. ordinatio. Regn. Portugal. tom.5. tit.65. §. 38.n.6. & seqq.* ubi

ubi multa de his tradit, *Berlich. conclu. iur. part.1. concl.59. num.31. & seqq.* & ita Jurisperiti ad peritiam ipsorum se remittunt in his quæ ad illius artem spectant, *Zachia dict. tract.quæst.19. num.46. Marotta discep. foren. cap.10. num.3.*

14 Advertere namque quòd si ad solvendum salarium istis Medicis ab Vniversitatibus conductis, collecta imponatur, ipsam per capita, uti personalem solvi deberi, licet de æquitate attentis cuiusvis facultatibus solvendam esse dicat *Balmaseda de collect. quæst. 12. num.11.*

15 Ista sanè reconductio tacita tradita à nostro *Conciolo hic num. 8.* censetur facta pro eodem salario, & pro uno anno; cum in iis conductionibus Medicorum procedat quod de locatione prædiorum rusticorum dicitur, ut docet *Modern. Pacion. de locat. q.64. n.12.*

16 An autem Medici contrahere possint cum infirmis, & contractus inter ipsos gesti sint validi, possintque hæredes institui, ac ipsis legare tradunt *Eminen. de Luca de testament. discurs. 51. Olea de cess, iur. tit. 3. quæst. 11. num. 36. Gomez. var. 2. cap. 14. num.31. vers. 8. Modern. Vrseol. de transact. quæst. 30. num. 1. & seqq. Nicol. ubi suprà num.8. Mar. Anton.Sabel. var. resol. 70. num.* 18. novissimè *Rota Recen.p.19. dec. 194.n.15. & seqq.*

17 Et qui plura de Medicis, & eorum salariis, privilegiis, obligationibus, & præcedentiis, & an ad id contribuere debeant Ecclesiastici scire desiderat, legat dictum *Zachia. dict. tract. quæst.75. tota Balmaseda de collect. quæst. 42. num.8. Amendol. ad decis.* 51. *Vincen. de Franch. Robert.lib. 1. rer. iudic. cap.5. Roxas de incompatibil. part.1. cap. 9. à num. 1. Rota Recen. part. 18. tom. 2. decis.* 815. *Nicol. in flosc. dict. verb. Medicina, Pilaia decis. canon. lib.3. decis.* 11. *num.8. tom.2. & alios,* quos adducam *infra lib.5. rubr.2. per tot. Baron. in tract. de corpore, & in addit. in indicib. verbo Medici, Sabell. ubi suprà num. 19. Amaya. ad l.unic. lib.10. Cod. tit. de prebendo salario nu.* 21. *eundem Pilaia decis.canon. lib.1. decis.11. num.* 152. & alios ab his citatos.

18 Et ultimè scias, quòd electio Medicorum pertinet ad Decuriones, ac Magistratus, quapropter providè fuit provisum à nostris Statuentibus Eugubinis, quòd electio eorum fieret per Deputatos à Consilio generali, ut tradit novissimè *Pegas ad lib. 1. Ordinatio. Regn. Portugal. tom.4. tit.58.§. 33. num.1. pag. 563.*

19 Et Medici antequam incipiant suum officium exercere in hac Provincia Cathaloniæ, sunt examinandi, & quomodo, tradit *Const.2. tit. de examen de Advocats, Metges, &c.* de cuius corruptela est sanè dolendum, nam si ad literam observaretur, non adesset abusus medendi in tam præiudicium utilitatis publicæ, quod pariter extat provisum in exteris Regnis, & de Regno Portugalis tradit novissimè *Pegas ad lib. 1 ordinatio. Regn. Portugal.tom.4. tit.58.§. 33. num. 1. & tom. 5. tit. 65. §. 38. num. 1.* ubi de hac materia latè agit, quem sanè virum doctissimum lege.

DE ELECTIONE, ET OFFICIO CHYRVRGI.

Rubrica XXXIV.

IDem modus servetur in Electione Chyrurgi, qui pariter præstito Iuramento in forma in manibus Cancellarii, & solutis duobus aureis, & Coclea, sive Forcina Argentea, ut suprà dictum est, teneatur publico stipendio contentus, absque alia mercede visitare, & curare omnes, & quoscunque Infirmos ad eius artem pertinentes, eo modo, & diligentia, ut suprà de Medicis dictum est: Nec pernoctare possit extra Civitatem sine licentia Magistratus, & absque rationabili causa non concedenda; aliàs retineatur ei Salarium pro rata absentiæ, & teneatur infirmis ad interesse. Si verò iverit ad curandum aliquem in Districtu, habeat eamdem mercedem, quam habere debent alii Chyrurgi Civitatis, iuxta formam Capitulorum originaliter existentium in Libro Reformationum.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Chyrurgus, seu Medicus delinquens in officio propter imperitiam non potest puniri pœnâ corporali.*
2 *Chyrurgus, an possit pacisci cum vulnerato de mercede.*
3 *Chyrurgi, an debeant denunciare vulnera minima, & parvi momenti.*
4 *Doctorati in Chyrurgia, an consequantur nobilitatem, & immunitatem.*
5 *Chyrurgi antequam suam artem exerceant sunt in Cathaloma examinandi, & quomodo.*

ANNOTATIO.

QVia quæ dicta sunt suprà de Medico adaptari possunt ad conductionem Chyrurgi, ut videre est per *Choel. ad Bul. bon.regim. dict. cap.* 31. *num.*176. *& seq. & num.* 179. idcò illa hic inutiliter referenda esse non putavi.

1 Chyrurgum verò, seu Medicum delinquentem in officio propter imperitiam non posse puniri pœnâ corporali tenuit *Afflict. decis.* 123.*num.* 3. *&* 4. quem referendo sequitur *Choel.in d.cap.*31.*n.*190.

ADDITIO.

2 AN possit pacisci Chyrurgus cum vulnerato infirmo super mercede curæ, citato *dict. Afflict. & Vrsil.* tradit.*Eminent. de Luca de testament. dict. discurs.*51.*n.*4.

3 Si adest statutum disponens Chyrurgos debere nunciare Officialibus vulnera, quæ curant, & medicant, non tenentur id facere, imò excusantur, quando vulnera sunt minima, & parvi momenti, *Ricci. collect.* 2746.

4 Et an Doctorati in Chyrurgia consequantur nobilitatem, seu Militiam, vide Doctissimum *Carol. Anton. de Luca ad decis. Vincent. de Franch. obser.* 564. *&* 659. *in fin.*

5 Nota etiam, quòd Chyrurgi in hac Provincia Cathaloniæ iuxta *Constit.* 2. *tit. de exam. de Advocats, Metges, &c.* anteàquam suam artem exerceant sunt examinandi per Prohomines, ac Prudentes in Chyrurgia cuiusque Civitatis, ac loci, quæ in hac nostra Civitate optimè observatur, fitque examen præfatum in Domo nostræ Civitatis in præsentia Iuratorum, & publicè; summopere tamen dolendum ne ita fiat inconcussè in villis, & cuncta Provincia, & non per Prothomedicum, aut saltim id fieret gratis, quod esset occasio quòd non adesset tanta multitudo, & tanta ignorantia in perniciem Reipublicæ.

DE ELECTIONE, ET OFFICIO MAGISTRI GRAMMATICÆ, & Superstitum Scholæ. Rubrica XXXV.

VT Pueri Liberalibus Artibus instrui valeant, Eligantur iuxtà solitum Quatuor Cives in Consilio, qui diligenter inquirant de idoneo, ac morigerato Magistro Grammaticæ, cui Literæ patentes mittantur ad Annum cum Salario consueto, pro quibus solvat Cancellario, & Familiæ aureos duos, & Cocleam, sive Forcinam Argenteam, prout in aliis statutum est, & totidem pro qualibet Refirmatione: Qui præstito priùs Iuramento in forma, assiduè in Scholis moretur, Pueros, & Adolescentes omnes ad docendum gratis recipiat, & iuxtà illorum conditionem variis Lectionibus publicè instruat: Nec non tempore Vacationum domi suæ illos quandoquè edoceat; ad Sacra diebus Festivis conveniat, ac vitæ suæ Integritate, morúmque exemplo instituat, eosque moderatè corrigere, & verberare debeat: In ingressu cuiuslibet Magistratus, Orationem per unum Scholarem recitari faciat. Nec possit discedere de Civitate, aut saltem extrà illam pernoctare absque licentia Magistratus, non sine rationabili causa concedenda, alioquin de suo Salario pro rata absentiæ retineri possit.

Habeat etiam Repetitorem à Magistratu eligendum, Iuvenem benè instructum, ac honestæ Vitæ, nec minorem XX. Annis, qui pueris educandis, ac in-

instruendis diligenter incumbat, & Festivitatibus solemnibus Magistratum ad Ecclesias associare ambo teneantur; Cui parere debeant in omnibus pertinentibus ad eorum Officium, ad pœnam X. libr. de eorum Salario qualibet Vice retinendarum.

Vtquè prædicta omnia facilius expediri valeant, eligantur ad annum à Magistratu duos Cives, quorum unus sit Doctor, qui quolibet mense, Scholas visitare debeant, ac diligenter de prædictis inquirere, & Magistratui, quæ reformanda fuerint, denunciare.

SVMMARIVM.

1 *Grammatica est fundamentum omnium disciplinarum.*
Et illam profitentes possunt dici Nobiles, num.2.
3 *Schola, ac Universitas literaria Gerundensis recitatur.*
4 *Scholarum, ac Vniversitatum literariarum materiam qui tractant.*
5 *Grammaticæ Præceptoris electio quomodo fienda ab Vniversitate, seu Gubernio.*

ANNOTATIO.

MAxima cum prudentia mandatur in hoc statuto, quòd eligatur Magister
1 Grammaticæ ad instruendum pueros, cum Grammatica secundum *Isido. lib. 1. Ethimol.* sit fundamentum artium liberalium, & omnium disciplinarum, Ita ut scriptum reliquerit *Quintil.* quòd illa est necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis senectorum comes, & quæ vel sola omnium studiorum
2 genere plus habet operis, quàm ostentationis, & ideò illam exercentem posse dici nobilem dixit *Caph. cons. 237. num. 19. lib. 2.* nec non *Tiraq. de nobilitate cap. 34. num. 21.* & de Grammaticæ excellentia, & necessitate benè *Polid. Virgil. de invent. rer. lib. 1. cap. 7. per tot.*

ADDITIO.

3 IN nostra hac Civitate adest Universitas literaria Auctoritatibus Pontificia, & Regali decorata, & ita est illius nostra hæc Civitas libera Gubernatrix, eligit Cancellarium, Rectorem, Vicerectorem, Vitellum, & alios Officiales pro regimine illius necessarios, suis expensis curat de fabrica illius, solvendo Cathedraticis Grammaticæ, Philosophiæ, Theologiæ, & aliarum scientiarum salaria, & stipendia, confertque Cathedras dictæ Vniversitatis Oppositoribus, qui maiora suffragia habuerunt, tandémque statuit nostra Civitas Ordinationes pro gubernio dictæ Universitatis oportunas, ac necessarias, & illis gubernatur, & regitur dicta nostra literaria Universitas.

4 Quapropter nostra literaria Schola, & Universitas est prædita, & ornata cunctis prerrogativis, privilegiis, & auctoritatibus, quibus sunt ornatæ aliæ cunctæ Universitates Complutensis, Leridæ, Tolosæ, & aliarum, & de nostra potest dici quæcunque dici possint de aliis literariis Scholis, & ita ad hæc notanda folia non pauca adimplerem, nisi prævidérim cuncta, quæ hic possent dici latissimè tractari á Doctoribus, & præcipuè à *Scobar. in suo tractat. de Pontificia, & Regia iurisdict. in Scholas, Mendo in tractat. de iur. Academico. Pareira in tractat. de Repub. literar. Altimar. obser. ad cons. 47. Rovit. lib. 3. Autun. Portugal. de donationibus Regiis lib. 1. part. 2. cap. 22. Eminen. de Luca de Prăheminen. discur. 39. Marin. & alii citati per Pilaia decis. canon. lib. 1. decis. 10. nu. 50.* & abaliis adductis passim, ad quos recurre, & ad memorialia, & allegationes nuper exaratas in quæstionibus suscitatis in Universitate literaria Barchinonensi super vota, seu suffragia danda in oppositionibus cathedrarum Philosophiæ, in quibus multa doctè elaborata invenies.

5 Et de electione Præceptoris Grammaticæ fienda in gubernio, vide *Caput. d. tract. de regim. Reipub. cap. 4. num. 43.*

DE

DE OFFICIO PRÆSIDENTIS, ET NOTARIORUM Registri. Rubrica XXXVI.

PRæses Registri extrahatur de Bussola ad Annum more solito unus Doctor, qui diligenter curare debeat, ut omnes ultimæ Voluntates, & alia Instrumenta registranda, benè, & sine aliqua fraude, vel defectu à Notariis ad id deputatis in libris benè cartulatis, tam Civitatis, quàm Comitatus respectivè registrentur: Et ideò quolibet die saltem iuridico accedere debeat ad locum Registri, & dictas Scripturas videre, easque collationatas subscribere; & ne aliquis in earum extractione gravetur, providere; Sed quod Taxa mercedum, illiúsque Capitula, quæ originaliter habentur in Libro Reformat. anni 1567. pag. 12. in Tabella ibidem detinenda, omnino serventur; & pro eorum observatione Magistratum, & Iudices, cùm opus fuerit, adire debeat.

Extrahantur etiam de Bussola duo Notarii, qui præstito priùs iuramento in forma in manibus Cancellarii, qualibet die mane debeant in loco Registri; eorum Officio iuxtà formam Capitulorum diligenter incumbentes, ad hoc, ut omnes interesse habentes dictas Scripturas videre, & revolvere possint Quibus sic legitimè registratis fides præstanda erit, ac si originalia ipsa exhiberentur: Libros autem diligenter custodiant, & Portam Registri hora solita aperiant, & claudant, Claves penes se retinendo, & prædicta omnia adimplere debeant cum debita mercede iuxta Taxam: Finitóque eorum Officio, Scripturas omnes, & Claves per Inventarium Successoribus cum assistentia etiam Cancellarii Communis, integrè restituere teneantur.

DE OFFICIO CAPITANEORUM COLLEGII NOTARIORUM. Rubrica XXXVII.

EXtrahantur etiam ad Annum iuxta solitum de Mense Aprilis Capitanei duo Notariorum, Qui eorum Collegium quoties oportuerit pro eorum indigentiis, convocare valeant, ad pœnam solidorum quadraginta, à quolibet inobediente exigendam: Item debeant procurare, & assistere extractioni Notariorum Actuariorum ad Bancum Iuris, & Registri, in quo etiam sæpè convenire debent, & curare, ut Scripturæ omnes fideliter, ac diligenter registrentur, & conserventur: Et si aliqua differentia oriatur super mercede, eam tollere, & terminare debeant: Novos Notarios in Matricula recipi, & describi faciant, aliáque omnia, iuxta eorum Constitutiones expediri faciant.

SUMMARIUM.

1 *Priores Collegii Notariorum Gerundæ, quam iurisdictionem, & præheminentiam habent.*

2 *Notarii vocati ire tenentur, aliàs puniuntur.*

ADDITIO.

1 IN hac Civitate Gerundæ extrahuntur duò Notarii de Collegio Notariorum publicorum eiusdem, qui vocantur *Priores*, & isti iuxta Regia Privilegia taxant salaria instrumentorum, & aliqua alia faciunt eis

eis commissa per dicta Regia Privilegia, ideò in his ampliùs non immoror, si tamen alia de Notariis scire cupias, lege *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.6. tit. 78. glos.1.* ubi latissimè.

2 Nota tamen, quòd Notarii vocati ire tenentur, aliàs puniuntur, *Pegas d. tit.78. glos. 5. ad §. 3. num. 2.* conducunt tradita per *Fragos.de regim.Reip.Christian. part.1. lib.5. disp.13. §. 11. à num.1.*

DE OFFICIO PACERIORUM. Rubrica XXXVIII.

PAcerii electi singulis annis à Magistratu, omni studio, ac diligentia curare debeant; Quòd inter Cives omnis occasio odii, & inimicitiæ tollatur, & orta inter illos inimicitia, statim fiat Pax, Reconciliatio, & Remissio omnium iniuriarum, adhibito etiam Notario, ubi opus fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Pax est optima rerum.*
Et ideò debent illam procurare non solum Principes, & Papa, num.2.
Sed etiam Decuriones Civitatis, n. 3.
4 *Paceriorum officium qui tractant remissivè.*
5 *Pacerii possunt exercere suum officium diebus feriatis.*

ANNOTATIO.

1 LAudabile quidem est hoc statutum de procuranda pace inter Cives, cùm pax sit optima rerum, ut not. *Guil.Peral.Episc. Lugdunen. in summa vitio. & virtu. tom. 1. in tit. de beatitut. part. 11. ver. quartum est, &c.*

2 Et ideò onus illam procurandi non solum spectat ad Principem, & Regem, & ad Papam, ut probat *Gnazzin. de pace part.5. quæst.6. in princ.* latè comprobans, & *Card. Tusc. pract. concl. litera P, concl. 40. num. 14.* Cum quies populi proprium dicatur esse Regnantium teste *Cassiod.lib.5. var.c.39.*

3 Sed etiam ad Decuriones, & Defensores Civitatis, qui debent non solum eorum officium interponere, ut pax, & tranquillitas in populo conservetur, sed etiam medio suorum Civium, illos ad hunc effectum eligendo, ut præcipitur in hoc statuto, ut tradit *Gnazz. de pace d. quæst. 6. sub nu. 1.* ubi dicit in sua Civitate Tipherni eligi solere duos Cives primarios ad hunc effectum componendi pacem inter Cives, qui vulgò appellantur *Pacieri*, ut ibi per eum.

ADDITIO.

4 SVfficiet tibi pro totali intelligentia officii *Paceriorum*, nostri statuti, tradita à nostro Doctissimo *Conciolo*, sin autem non acquiesceris, recurre ad *Amayam in Lumc. Cod. de Irenarchis lib. 10. & ad Caput. de regim. Reipub.cap.7. §. 13.* ubi de origine, electione, officio horum *Paceriorum* tractatur, ipsos consulas, & citatos à *Carpzov.in*

5 *pract. crim. quæst.103. num. 19.* & isti cùm tractent de pace, & concordia possunt exercere iurisdictionem, & suum officium in diebus feriatis etiam in honorem Dei, *Fagnan. & alii, quos citat Pilaia decis. canon. tom.2. decis.2. num.12. lib.4.* vidend. novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.6. tit. 68. glos. 2. ad princ. num. 2.* ubi tradit, quòd isti procedunt verbaliter.

DE OFFICIO FACIENTIUM ÆSTIMUM. Rubrica XXXIX.

VT omnes Cives, & Districtuales ad Collectas pro Rata bonorum contribuere teneantur; Cùm de Novo Æstimo agendum erit, eligantur in Consilio more solito, octo Cives optimæ opinionis, & iudicii; Duo videlicèt pro quolibet Quarterio, Qui præstito priùs Iuramento in manibus Cancellarii, debeant se diligenter informare de omnibus bonis stabilibus,

quæ

quæ tam in Civitate, quàm in toto eius districtu à Civibus, & Districtualibus, sive etiam à Forensibus, & exteris possidentur, & habito sæpiùs inter se maturo Colloquio, & collatis Relationibus, & informationibus, cuicunque Civi, Districtuali, sive extero pro Rata bonorum suorum Collectam imponant inspecta summa Scutorum Octingentorum currentium, & prædictam impositionem (donec exigi, & persolvi contingat) æqua lance, proprio, & aliorum interesse posthabito, singulis imponere curent; ex quo ab ea aliæ quoque contributiones, seu Impositiones (cùm pro necessitate Communis eas imponere sit necesse) pendeant, & regulentur: Animadvertentes etiam, quòd illi, qui bona stabilia possident minoris Valoris scutorum centum, ad prædictas Collectas nullo modo graventur: Et quoties pro informatione Æstimi faciendi per eos iter fiat, pro expensis de Publico provideatur.

SVMMARIVM.

1 *Æstimum est faciendum per homines electos ab Universitate.*

2 *Universitas pro faciendo æstimo potest cogere Cives ad indicandum bona.*

3 *Forensium bona de generali consuetudine, possunt collectari.*

Maximè si forensis consensit æstimo solvendo collectas, num. 4.

Dummodo forensis non cogatur ad solvendum plus quàm faciunt Cives, nu. 6.

5 *Libro exactoris creditur contra forensem super solutione collectarum.*

7 *Bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum non sunt apponenda in æstimo.*

8 *Descriptus in æstimo prætendens se gravatum, debet facere æstimationem propriis expensis.*

9 *Collectas, & impositiones in Civitate Gerundæ quomodo exigantur.*

10 *Æstimatorum materia à quibus tractetur remissivè.*

11 *Bona Ecclesiasticorum certò, ac invariabili onere supposita ad ipsos ita obligata transeunt, licet ad solvendum per Ecclesiasticum Iudicem sint cogendi.*

12 *Prædia tributaria fixa in Cathalonia non reperiuntur quo ad collectas.*

13 *Universitates nequeunt absque privilegio collectas imponere, in quibus forenses contribuere debeant.*

Pariter nec censualia vendere, num. 14.

Benè tamen speciales pro suis necessitatibus, num. 15.

Et pariter inter metipsos, nu. 16.

Quas tamen solvere non tenentur, non assentientes impositioni, num. 17.

18 *Collecta imposita pro necessitatibus præsentibus, seu futuris exequutivè exiguntur.*

19 *Milites, ac privilegio Militari gaudentes contribuere debent si sunt de Universitatis corpore.*

Quid quando non sunt de Universitatis corpore, num. 20.

21 *Universitates absque licentia vendere possunt censualia ad solvendas usuras eorum, quæ cum licentia vendiderunt.*

22 *Singularis contribuere debet in collectis impositis pro solvendo ei aliquam quantitatem.*

Non tamen pro sustinenda lite, quam habet Universitas cum eo, num. 23.

24 *Singulares noviter admissi, quando teneantur ad solutionem æris alieni anteà per Universitatem contracti.*

25 *Decuriones, ac Iurati collectas imponere differentes carcerantur.*

26 *Ecclesiastici, ac exempti in casibus permissis non possunt gravari ad onera, nisi ipsis vocatis, ac intervenientibus.*

ANNOTATIO.

1 ÆStimum, seu Cathastrum faciendum est per homines ad id deputatos ab Universitate describendo bona, citando nominatim loca, quantitatem, & confinia uti habetur *in l. forma 4. ff. de cens.* & tradunt *Festas. de collect. part. 1. cap. 1. nu. 14. Guid. Pap. decis. 87. num. 5. Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 35. num. 23. & Thom. de collect. §. retenta, nu. 15.*

2 Pro quo conficiendo Universitas potest cogere cives, & subditos ad denunciandum eorum bona, ut intelligi possit, quantum sit æs, & patrimonium cuiusque *l. susceptores 16. & ibi Bart. C. de suscept. & archi. lib. 10. l. per Rithiniam. 2. Cod. de immunitatem. conced. lib. 10. Crav. cons. 195. num. 2. Choel. ad Bull. bon. regim. d. cap. 35. n. 23.*

3 Bona autem forensium de generali con-

suetudine Italiæ possunt collectari, & describi in æstimo, *Bart. in l.1. num. 31. C. de mulet. & in quo loc. lib. 10. Bello. Sen. cons. 12. num. 14. Thes. decis. 257. num. 1. Choel. in d. tt. cap. 35. num.* 31. ubi dicit, idem esse stante statuto, & in aliis casibus; *Gratian. discept. foren. cap. 29. num. 13. part. 1. & Rota apud Greg. XV. decis. 279. num. 15. & seq. & decis. 3. apud Cenc. de cens. num. 4. & seq.* & extat *Breve Pauli V.*

4 Maximè si forensis consensit æstimo solvendo collectas, ut not. *Rub. Alex. cons. 9. num 10.* & comprobat *Festa. de collect. in tit. ar, & quan. foren. n. 7. & seq.*

5 Libro autem exactoris creditur contra forensem circa solutionem collectarum, ut tradunt *Corn. cons. 333. num. 34. lib. 1. & Alex. cons. 126. num. 2. lib. 2.* quos refert, & sequitur *Festa de collect. part. 3. quæst. 6. num. 45. & seq.* ubi contrariis respondet, & concordat *Mascar. de prob. concl. 316. nu. 4. & seq. vol. 1.* concurrentibus requisitis, de quibus ibi per eum.

6 Dummodo tamen forenses non graventur ad solvendum collectas ultra quam faciant cives, ut not. *Thom. de collect. § sanè si negocium, num.* 20 *Bocacc. ad Const. March glos. 6. num. 612.* & latè probavi ego *alleg. foren. 28. per tot.* dicens, ita fuisse iudicatum in Alma Vrbe.

7 Bona tamen Ecclesiarum, & locorum piorum non possunt apponi in æstimo ex defectu iurisdictionis, ut latè comprobant *Sperell. decis.* 121. *num.* 103. *& seq. & num.* 113. *& Barbos. de potest. Episc. allegat. 75. num. 35.* qui dant concordantes, ita ut non valeat consuetudo in contrarium, *Sperell. d. dec. 121. n. 77. & seq.*

8 Descriptus in æstimo si prætendat se gravatum, & petat novam mensuram debet illam facere propriis expensis, *Costa de rata quæst. 35. num. 1. Gilia. ad Stat. Perus. §. mensuratio in annot. num. 5.* quos refert, & sequitur *Massin. de confisc. bon. quæst. 39. num.* 31.

ADDITIO.

9 CVm autem in hac nostra Provincia, & in nostra hac Civitate non dentur Officiales, de quibus in statuto, ex quo in eis tributa, & vectigalia certa, ita in Cathastro descripta non exiguntur, sed pro solvendo æs alienum, & pro suis necessitatibus imponunt Vniversitates collectas aliquas, ac impositiones in rebus mercantilibus, ac victualibus quando necessitas occurrit, & his deficientibus talliant habitantes inspectis facultatibus cuiusvis, aut imponunt redecimas, vigessima, aut alias collectas in fructibus qui colliguntur in locis, ac Parochiis, quas in aliquibus solvunt forenses, & terras tenentes; in aliis autem non.

10 Unde de hiis æstimatoribus, de quibus loquitur nostra rubrica, ac statutum nihil dicam, sed si solum notionem de eis habere cupis, de eorum electione, iurisdictione, seu facultate, officio, & an à eorum taxatione detur appellatio, recursus, aut aliquod remedium, & an ipsis credatur, librique ipsorum probent, & an executivè procedant, & alia non pœnitenda, recurre ad *Doctissimum Blas. Altimar. de nullitatib. tom. 1. part. 1. rubr. 5. quæst. 18. num. fin. Doctissimum Balmaseda de collect. quæst. 13. 14. 15. & 104.* ubi latissimè, qui tibi sufficient, *Oter. de Official. Reipub. part. 2. cap. 20. per tot. Capot. de regim. Reipub. cap. 7. §. 27. per tot.* maximè *à n. 41. ad 51. Amaya. in lib. 10. Cod. ad leg. 1. de exactorib. tribut. tor. per tot & ad Kloch. de contributio. cap. 17. num. 17. 22. 28. 127. & ferè per tot. & Rovit. ad pragmat. de appretio. seu bonor. æstimatio. per tot.* & ibi *Laganar. Munds de muneris. cap. 7. num. 76.* apud quos, & alios ab his citatos invenies cuncta quæ volueris, ipsos consulas.

11 Sanè Ecclesiastici propter bona ad ipsos perventa descripta in Cathastro, ac tributaria, & taxata, maximè pro aliquo certo, & invariabili onere, tenentur taxam, ac tributum solvere, nec talia bona eis pervenirent libera, sicuti nec aliis quibusvis exemptis, sed solutioni sunt obnoxia, *Balmaseda dict. tractat. de collect. quæst. 19. num. 25. & seq. Pelaia decis. canon. decis. 11. num. 148. & seq. lib. 1. Rodoer. ad Marin. obser. 47. tota* præcipuè *num. 8. Pignatel. consult. canon. lib. 2. consult. 54. per tot.* præcipuè *à num. 5. & 6.* ubi in terminis de nostro statuto Eugubino loquitur *Oliva de foro Eccles. par. 1. quæst. 38. à num. 15. Christin. Fulgine. Dian. & alii,* quos citat novissimè *Sabell. in summ. diver. tractat. §. Clericus num. 45. Marott. de collect. & bonaten. cap. 5. num. 3. & ferè per tot. Carlin. contro. 103. num. 21. & 25. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 2. disput. 4. num. 323. & seq. & part. 2. lib. 1. disput. 3. §. 18. num. 315. vers. limita, &c. Rodoer. Cancer. Fontanell. & alii* quos novissimè citat *noster Vilaplana de Brach. Militar. cap. 3. num. 241. Mel. obser. foren. obser. 24. num. 2. & seqq. Vrrigoy. in Pastoral Regular. part. 2. vot. 9. per tot.* qui latè tradunt quando prædia ita oneri reali affecta dicantur; & ad id Ecclesiastici

fiastici per Iudicem Ecclesiasticum sint co-
gendi, licèt anteà foro seculari fuissent sub-
missa præfata bona; eo quia licet ita sint sup-
posita, privilegium, ac forum exempti ac-
quirentis sequuntur *noster Vilaplana dict.*
tractat. de Brach. Militar. cap. 4. num. 63.
& seqq. Meli. obser. foren. obser. 11. num. 4.
& ad omnia ista vide *Magistralem decis.*
Rot. Rom. coram Merlin. quam ad exten-
sum adfert *Rodoer ubi suprà* nempè *ad Ma-*
rin. obser. ad cap. 47. & pariter *Ciarlin. in*
dict. contro. forens. 103. Carpan. Belles. Ca-
rol. de Graff. & alios, quos citat *Sabell.*
ubi supr. dict. num. 45. vers. Quòd bona lai-
calia, &c. & conducunt quæ novissimè
tradit *Borgius Investigatio. contr Fabr. part.*
1. cap. 8. à num. 8. ac pariter *Guazzin. Iun.*
ad defens. animar. lib. 2. def. 1. cap. 13. num.
64. & ad ista videas *Modern. Minyan.*
in baff. Pontifi. Iurisdict. tract. 2. fundam.
2. quæst. 7. §. 6. à num. 123. latè omnia hæc
tradentes, ipsos, & ab eis citatos consulas.

12 Dixi in hac nostra Provincia non practi-
cari tributa, nec reperiri prædia tributaria,
sed tantum Vniversitates in defectum bono-
rum propriorum, ad occurrendum necessi-
tatibus impositiones imponunt, ac talleas
faciunt, quapropter aliqua tibi tradam de
hac materia.

13 Vniversitates absque privilegio nequeunt
collectas, & impositiones imponere, in
quibus contribuant forenses ipsis Vniver-
sitatibus applicandas, cùm id sit de Rega-
libus, & ita Principis licentia requiritur,
Cancer. var. 3. cap. 17. num. 206. & cap. 4.
num. 122. Balmaseda de collect. quæst. 5. nu. 8.
Eminen. de Luca de Regalib. discurs. 50. n. 5.
Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1.
lib. 3. disput. 8. §. 1. per tot. præcipuè *num. 5.*
& 7. Xammar. de privil. Civit. Barch. §.
10. num. 63. & seqq. Caput. dict. cap. 7. §. 27.
num. 40. Mundi de munerib. cap. 2. nu. 140.
& seqq. Fontanell. Olib. & alii, quos no-
vissimè citat *noster Vilaplana de Brach.*
Milit. cap. 3. num. 81. novissimè *Pegas ad*
lib. 1. ordinatio Regni Portugal. tom. 5. tit.
66. §. 40. nu. 9. Doctissimus Antun. Portu-
gal. de donatio. Reg. part. 3. cap. 1. tom. 2. à
num. 1. Modern. Minyan. in baff. Pontif.
Iurisdict. tractat. 2. fundament. 2. quæst. 7.
§. 9. num. 197.

14 Pariter nequeunt annuas præstationes,
seu census vendere absque licentia Su-
periorum, seu Officialium eorum, & ita
non possunt Vniversitates census super bo-
nis ipsarum imponere sine dicta licentia, seu
facultate, *Balmaseda dict. quæst. 5. Cancer.*
var. 3. cap. 17. num. 202. Altimar. ad lib.
1. consil. Revet. obser. ad cons. 64. num. 3. &
18. Monràs ad Xammar. de privil. Civit.
Barch. §. 20. num. 24. ubi de visu plurium
conclusionum R.C. testatur.

15 Speciales autem ad occurrendum neces-
sitatibus Reipublicæ, & pro utilitate ip-
sius, benè possunt Vniversitates inter ipsos
collectas imponere absque præfata licencia,
seu facultate, *Balmaseda dict. quæst. 5. num.*
21. Xammar. dict. quest. 10. num. 66. & ad
istas solvendas maior pars obligat minorem,
Cancer. var. 3. cap. 13. num. 112. & seqq. &
cap. 3. num. 135. Xammar. dict. §. 10. num.
68. tradunt *Georg. Mund. dict. tract. de*
munerib. dict. cap. 2. num. 397. Antun. Por-
tugal. dict. cap. 1. num. 41. & seqq. Pegas ubi
suprà §. 41. num. 3.

16 Quando autem vicini, & singulares ali-
cuius Universitatis collectam, seu tallem
inter se imponere volunt, tunc pariter pos-
sunt absque licencia, & facultate ul-
la; cùm tunc propriè non dicatur collecta,
sed quidam contractus, sed pacto, & con-
ventione se obligant, *Caput. dict. §. 27. nu.*
39. Balmaseda dict. quæst. 5. num. 19. Can-
cer. d. c. 15. nu. 108. Mundi. dict. cap. 2. num.
17 401. & isto sanè casu reluctantes, & con-
tradicentes minimè solvere tenentur, *Bal-*
maseda. ibid. num. 20. Mundi. dict. cap. 2.
num. 389. & seqq.

18 Interest sanè non parum inter istos mo-
dos imponendi per Universitates collectas,
nam quando imponuntur pro necessitatibus
præsentibus, seu futuris vi iurisdictionis,
via exequutiva exiguntur, *Cancer. dict.*
cap. 13. num. 118. & var. 2. cap. 6. num. 198.
Mundi. in dict. tractat. cap. 7. num. 119.
& seqq. si verò imponuntur pro necessitati-
bus præteritis, ac voluntariè inter ipsos de
Universitate (ut est dictum) tunc via or-
dinaria est procedendum, *Cancer. locis ci-*
tatis.

19 Milites ad istas collectas per Universita-
tem impositas, si sunt de corpore illarum,
tenentur contribuere, *Cancer. var. 3. cap. 4.*
num. 127. Fontanell. decis. 308. Xammar.
dict. §. 12. num. 38. & seqq. & ibi *Mon-*
ràs, Vilaplana de Brach. Militar. cap. 3.
20 *num. 236.* & quando non sunt de corpore
Universitatis ad quas collectas per Univer-
sitates impositas debeant contribuere, &
coram quibus Iudicibus ad id possint con-
veniri, tradunt *Fontanell. dict. decis. 308.*
tota, Vilaplana dict. cap. 3 à dict. num. 236.
Balmaseda d. tract. de collect. q. 29. tota.

21 Non ignores tamen, quòd pro solvendis
pensionibus, ac censibus, seu usuris debito-
rum per Universitatem cum licentia impo-

sitorum, seu contractorum, non indiget Universitas aliqua nova licentia ad collectas imponendum pro dicta solutione; ex quo dictæ Universitati fuit concessa licentia ad census vendendos, seu assumendos, concessa videtur ad collectas imponendum pro eorum usurarum solutione, tanquam naturali, & essentiali dictorum censuum, *Balmaseda d.q.5.n.9.& 10.*

22 Scias quod si collecta fiat pro solvendo alicui vicino, & singulari ipsiusmet Universitatis aliquod debitum, ipse etiam pro sua parte collectam solvere tenetur, & id minus sui crediti accipere, *Cancer. var. 2. cap.6. num. 167. & seqq. Balmaseda dict. q. 69. num. 7.* si tamen collecta fiat pro aliqua

23 lite, quam Universitas habet cum ipso vicino, seu singulari, ipse non debet collectari, nec dictam collectam, seu talleam solvere, *Cancer. dict. cap.6. num. 169.* vide tamen *dict. Balmaseda in dict. tractat. quast. 32. à num. 3.* videndus novissimè *Temmen. de expens. cap. 6. num. 70. & seqq.* ubi latè hanc quæstionem tractat. *Rovit. ad pragm. 5. de Admi. univer. n.26.pag.31.*

24 Pro coronide tibi commendo ne omittas videre *decis. 58. Rota Recen. part. 18. tom.1. & decis. 282. dict. tom. 1.* quæ est repetita post *Gallef. de restitutio. in integr.* in ordine ibi *18. & decis.84. part.19. recentior.* ad hanc materiam uti magistrales, in quibus reperies multa tibi iucunda, signanter quando noviter admissi ad Universitatem teneantur ad debita ab Antecessoribus contracta, & ad collectas pro eis solvendis impositas, quæ in doctrina correspondet auctoritati tanti Supremi Senatus, & pro ea vide *Kloki. Marc. & alios*, quos novissimè citat *Tommen. de expen.cap.7. n.35.*

25 Adverte tamen, quòd Decuriones, ac Jurati, si quando est occasio, ac necessitas collectas imponendi id distulerint, carcerari possunt, *Salgad. Pigant. Merlin. & alii*, quos citat *Meli. obser. foren. obser.50.n. 2.*

26 Ac etiam, quod in casibus in quibus Ecclesiastici, Militares, & alii exempti tenentur contribuere ad collectas, non ad id possunt gravari, nisi prius sint vocati, & ipsis sit participatum, videantque collectas distribui, tradit *Meli. obser. forens. obser. 61. num. 12. & seqq.* & ad ista vide latissimè *Altimar. in addit. ad consult. Rovit. de donativo post 1.tom.consil.per 101.* maximè *num. 26,*

DE OFFICIO MODERATORUM IMPOSITIONUM.

Rubrica X L.

VT Vendentes bona stabilia ulterius ad Collectas non graventur, Moderatores quatuor eligantur à Magistratu ad Annum more solito, qui habita fide à Notario, Venditorem gratis ab omnibus Impositionibus liberare debeant, easque in Emptorem transferre pro rata prætii, videlicet pro scutis centum, præsenti Æstimo durante, solidos quinque Emptori imponere, nisi inter partes de minori quantitate expressè actum sit; Idque in Libro Impositionum à Camerario Ducali in Gabella detinendo diligenter annotari debeat; Idem observetur in venditione bonorum Comitatensium, & Exterorum: Quod, & in libellis Villarum annotari solet.

SUMMARIUM.

1 *Venditor solvens collectas pro emptore illas repetit ab eo.*

2 *Deputati ad reaptandum æstimum, quam auctoritatem habeant.*

Et quo officio fungantur, num.3.

4 *Refertur auctor ad rub. antecedentem.*

ANNOTATIO.

1 VEnditor solvens collectas pro re vendita, eo quia ipse est descriptus in æstimo potest illas repetere ab emptore, ut not. *Decian. consil.285. n.6.*

2 Homines deputati ad reaptandum Cathastrum, qui vulgò dicuntur ad gravandum, &

& sgravandum, & appellantur *Catasteni*, habent authoritatem cognoscendi de confinibus possessionum, & terrarum, ut tradunt *gloss. & Doct. in l. 2. ff. de iurisd. omni. Iudi. Bart. in l. ambitiosa 4. ff. de decre. ab ord facien. & Card. Tusch. pract. concl. litera C, concl. 129. in princ.*

3 Et dicuntur fungi officio, & iure Censitorum, & peræquatorum, de quibus habetur *in tit. de censis & censit. & peraqua. lib. 11.* & not. *Card. Tusch. dict. concl. 129. nu. 2.* ubi dicit, quòd gravati á d. peræquatoribus debent intra annum recurrere ad Superiorem, ut ibi per eum.

ADDITIO.

4 HVic rubricæ, seu statuto nil addam, licèt circa eam multa dici possent illis moderatoribus pertinentia; cæterum cùm connexa sit materia huius statuti cum materia statuti antecedentis, & ita penes Doctores in annotatione illius adductos reperies cuncta quæ hic dici possent: ideò libenter omitto.

DE OFFICIO GRASCERIORVM.

Rubrica XLI.

GRascerii eligantur à Magistratu ad Annum Quatuor Cives, vnus pro quolibet Quarterio, qui diligenter providere debeant, Ne Grascia, sive Victualia extrahatur à Territorio Civitatis sine illorum licentia in scriptis danda, quæ à duobus saltem sit subscripta; & præsertim ne Boves sub alio quæsito colore extrahantur à Territorio, præterquam tempore Nundinarum, de quibus infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Officium Grasceriorum quid importet.*
2 *Victualium appellatione quæ veniant.*
3 *Privilegium extrahendi grasciam quomodo intelligatur.*
4 *Grasceriorum officium cui Officiali hodiè incumbat, & eius materiam qui tractent remissivè.*

ANNOTATIO.

1 DE officio Grasceriorum quid importet tradit *D. Io. Bapt. Deluca Advocatus celeberrimus in Theat. verit. & iusti tom. 15. in tit. de Relat. Rom. Cur. foren. discur. 40. num. 7.*

2 Victualium appellatione quæ veniant latè tradit *Barbos. de appel. verbo. signif. appel. 270. per tot.*

3 Privilegium extrahendi grasciam de loco ad locum intelligitur; ut habeat locum solum si frumentum, vinum, oleum, & similia superfint Civitati, & hominibus illius loci ex cuius territorio d. extractio facienda est, *Bart. in l. si quis 5. num. 4. Cod. de æquad. lib. 10. Afflict. decis. 290. num. 9.* quos refert, & sequitur *Chocl. ad Bullam bon. regim. cap. 30. num. 294.* latè comprobans.

ADDITIO.

4 DE officio *Grascerii* contento in nostro statuto pauca dicam in hac rubrica, cùm hodiè in nostra Provincia, & Vniversitatibus, quod pertinebat ad dictos *Grascerios* sit iniunctum *Ædili*, sive *Mustasaphe* & ita in *rubr. 53.* ubi loquemur de hoc officio, aliqua de eo dicam, interim demora in legendo *Caput. de regim. Reipub. dict. cap. 7. §. 14. per tot. Oter. de Official. Reipub. lib. 2. cap. 7. Severin. ad decis. 329. Sanfelic. per tot.* apud quos pro maiori invenies quæ volueris.

DE OFFICIO PRÆFECTORVM OLEI, ET EIVS VENDITORIBVS
Rubrica XLII.

ELiguntur etiam de mense Novembris quatuor Cives ad Annum, Videlicet unus pro quolibet Quarterio, qui receptis deinde Literis patentibus, antequam suum Officium aggrediantur, præstent Iuramentum in forma in manibus Cancellarii, & diligenter provideant, quod in Civitate Eugubii, Oleum nullo unquam tempore deficiat, sed illud purum absque mixtura alterius cuiuscunque rei, boni coloris, & saporis per venditores ab illis deputandos, omnibus vendatur iusto pondere, ac pretio per eos ponendo, & declarando. Item, animadvertant, quòd dicti Venditores Oleum servent in vasis, sive Orceis benè conditionatis, & in mensurando utantur iustis mensuris notatis Bulla Communis, ad pœnam contrafacienti quocunque casu, librarum decem, qualibet vice incurrendam, & remotionis, si eis placuerit. Eligere etiam possint, & debeant idoneum Depositarium ad pretium exponendum, & solvendum cum solita, & moderata mercede, qui singulis mensibus dictis Præfectis rationem reddere teneatur, & omnia alia observari faciant, secundum eorum Capitula.

SVMMARIVM.

1 *Olei pretium à quibus taxatur.*
2 *Prohibitio extrahendi oleum, non extenditur ad Oleas.*
3 *Oleam incidentes quomodo puniuntur.*
4 *Olei, & olea materiâ qui tractant remissivè.*

ADDITIO.

1 PAriter parum remanet dicendum in hac rubrica, & statuto, quo ad Officiales in ea contentos, cùm in nostra Provincia in qua oleum cum sufficientia percipitur, de his officiis non curatur, sed solum nostra Civitas curat de taxando pretio olei, & quòd vendatur mensura bullata, & pretio taxatò, tribuitur curæ Ædilis, seu Mostaçaphi, de quo loquemur infra.

2 Benè tamen dico, quòd si in aliqua Provincia adest prohibitio extrahendi oleum, dicta prohibitio non comprehendit oleas, sive acerbas, sive maturas, tanquam specie distinctas ab oleo, & materia remota illius, *Diana Moral. tom. 5. tract. 1. resol. 41. num. 5. & 6. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 9. disput. 19. §. 1. n. 4. 26*

3 Olea arbor magnis ab antiquis prærrogativis fuit decorata, ideoque eas incidens grave delictum committit *Pacechel. de distan. cap. 10. membr. 1. num. 16.* graviterque punitur, signanter in hac nostra Provincia, in qua oleæ arbores sunt per *Const. 3. §. 4. tit. de pau, y treva*, positæ sub pace, & treuga.

4 Vndè qui multa de oleo, & olea scire voluerit, nempè de earum virtutibus, plantatione, distantia, & aliis, legat dictum *Modern. Pacechel. in dict. tractat. de distant. dict. cap. 10. dict. membr. 4. Rendel. in tract. de olea, & oleo post tract. de Pascuis per tot.* quos consulat.

DE OFFICIO APPALTATORVM, ET BVLLATORVM
Carnium. Rub. XLIII.

ELiguntur etiam in Consilio iuxta solitum quatuor Cives, qui præstito Iuramento in forma, præcedente banno per loca solita, diligenter videant, quibus onus providendi, & vendendi carnes ad annum committendum sit, & coram Magistratu iis imponant, qui commodius, & Civitati uti-

utilius illud exercere valeant; cum solitis, & opportunis Capitulis, & idonea cautione à singulis recepta manu Cancellarii Communis, & successivè provideant, ne carnes ad usum necessarium Civitatis deficiant, & ne morbosæ, sed bonæ conditionis vendantur; & cùm opus fuerit, Macellarios ad prædicta, & alia in eorum Capitulis contenta; Magistratus authoritate compellant.

Et propterea eligantur etiam à Magistratu Bullatores duo, qui præstito etiam priùs iuramento in forma, teneantur singulis diebus, quoties fuerint à Macellariis requisiti, providere, quòd Castrati, & alia animalia similia legitima, & bonæ conditionis mactentur, & repertis legitimis carnibus, eas signo Communis bullare debeant cum filo, & cera viridi in earum crure, ut moris est, imponenda.

SVMMARIVM.

1 *Victualium cura ad Civitates pertinet.*

2 *Carnium cura, ut sint fraude vendantur ad quem Officialem spectet in Civitate Gerunde.*

3 *Ecclesiastici, an tempore penuriæ teneantur vendere victualia quæ habent superflua.*

ADDITIO.

1 IN hac nostra Civitate, & in aliis nostræ Provinciæ (sicut dixi) cura victualium pertinet ad ipsam Civitatem, ut præter citatos, tradunt *Fontanel. decis. 510, num. 8.* ubi *num. 9.* decisionem Senatus tradit *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2. glos. 82. ad §. 28. num. 3.* & latissimè *tom. 5. tit. 66. glos. 34. ad §. 32. num. 1. & seqq. & tom. 6. tit. 68. glos. 6. ad §. 4. num. 8. & seqq. & glos. 7. per tot. Rovit. ad pragm. 1. de Baronib.* & ibi *Laganar. lit. C,* & ita ipsa taxat pretia omnium victualium, & Ædilis curat ut iusto pretio vendantur.

2 Benè tamen Syndicus nostræ Civitatis, uti obtinēs officium vulgò dictum *Pesador*, assistit in excoriatorio arietum, & pendit eos antequam ad Macellum traducantur, & vendantur, & ita évitantur fraudes quę alter cōmitterentur, si carnes vendendæ antea non viderentur, & penderentur; unde de hoc officio nil remanet dicendum, cùm cuncta quæ circa illud dici possent, sint dicenda in rubrica in qua de Ædili, seu Mostasapho tractabitur, ad quod videnda *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6. tit. 68. glos. 6. ad §. 4. num. 8.* ubi *glos. 9. ad §. 9.* agit, quòd animalia morbosa non vendantur, quem vide, & alios à me citatos *rubr. seq. numer. 3.*

3 Et in tempore necessitatis coguntur Ecclesiastici à suo Ordinario ad instantiam curam habentium annonæ vendere victualia, tamen ad pretium taxatum à potestate seculari, ut latè tradunt Doctores citati à *Pilaia decis. canon. 11. num. 156. lib. 1. & Doctissimus Anunez. Portugal. de donatio. Reg. tom. 1. part. 2. cap. 10. n. 17.*

DE OFFICIO TAXATORVM. *Rubr. XLIV.*

QVia decet omnia iusto pretio venundari, eligantur quoque à Magistratu ad annum duo Cives bonæ experientiæ, & iudicii, qui præstito priùs Iuramento in forma, gratis, & accuratè debeant taxare pretium carnibus omnibus vendendis à Macellariis, de quibus non fuit factum certum pretium in eorum Capitulis, ut Suinis, & Bovinis, quibus iuxta currentem valorem, & qualitatem carnium pretium successivè statuendum est. Debeant etiam imponere pretium Piscibus vendendis: Item, carnibus salitis, quæ à Salsamentariis, sive Pixecarolis in dies venduntur; Quòd si ultra taxatum pretium fraudulenter mentiendo, vendiderint, prædicti omnes ultra amissionem rei, vel pretii, pœnam X. Librarum qualibet vice incurrant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Victualia taxanda sunt, ut debito pretio vendantur in foro.*

Qui DD. hoc dictum tradunt, n. 2.

3 *Ecclesiastici tenentur vendere fruges ad pretium taxatum per Magistratus seculares.*

ANNOTATIO.

1 Victualia quod taxari debeant, ut debito pretio vendantur pro tuitione Terrarum, & Populorum est tex. *in cap. post Natale, & ibi not. Alvaro. de pace tenen. & eius viol. in usib. feud.* & quod Prætor, & Magistratus curare debeat, quòd victualia iusto pretio vendantur, & omnibus iustum pretium præficere est tex. *in l. 1. §. cura carnis, & ibi Bart. ff. de Offic. praef. Vrb. & in l. 1. ff. de mune. & hono.* & not. *C. in l. 1. C. de Episc. audien. & Fab. de Monte de emption. & vendition. quaest. 3. prin. quaest. 18. num. 39.*

ADDITIO.

2 Ad ista, quòd victualia iusto pretio vendantur, & omnibus iustum pretium præficiatur, recurre ad *Oser. de Offic. Reipub. lib. 2. cap. 7. à num. 1.* & ad *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 7. dispur. 19. §. 1. & seqq.* & ad *Capur. dict. §. 14.* & ad *Xammar. in dict. tract. §. 12. à nu. 10.* & ad citatos *rubrica praecedenti nu. 1.* ne eadem repetere tenear.

3 Ecclesiastici comprehendũtur in huiusmodi taxa, & ita tenentur frumenta, & alias fruges Ecclesiæ, & illorum, vendere pretio taxato per Potestatem secularem, ad idque possunt compelli per Iudices Ecclesiasticos, aliterque vendẽdo peccant mortaliter, *Surd. Castill. Barbos. Diana, & alii.* quos citat novissimè *Carol. Ant. De Luca ad discept. Grattan. animadver. ad discep. 149. num. 15. & seqq. Massin. Sperel. & alii citati à Modern. Pilata decis. canon. lib. 1. decis. 11. num. 156.* videndi *Doctores quos citat Oliva de for. Ecclesi. part. 1. quaest. 35. num. 28. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 2. disput. 4. num. 305. vers. Hinc sequitur, &c. & num. 346. Verricel. quaest. Moral. tract. 8. quaest. 12. num. 2. Mels. obser. foren. obser. 111. num. 4. Possidon. Dian. Delbene. Fermosin. & alii,* quos citant novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib. 1. tom. 5. tit. 66. §. 32. num. 8. pag. 269.* Doctissimus *Aman. Portugal. de donatio. Reg. tom. 1. part. 2. cap. 10. n. 77.*

DE OFFICIO SVPERSTITVM PLATEARVM.

Rubrica XLV.

Ut res omnes ad victum necessariæ in plateis expositæ iusto prætio, & convenienti mensura vendantur; Eligantur etiam à Magistratu ad Triennium duo Cives, unus pro platea S. Martini, Alter verò, pro platea S. Antonii, & uterque pro platea magna in die Mercati, qui diligenter provideant, quòd prædictæ res ad vendendum expositæ, sint, & esse debeant benè conditionatæ, aptéque, & mundè per vendentes detineantur, & convenienti pretio, sive mensura iuxta qualitatem temporis vendantur, & cùm opus fuerit, Executorum quoque auxilio, Iudicum auctoritate utantur.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio data superstiti unius plateæ non extenditur ad aliam plateam.*

2 *Cura ut res in plateis, iusto pretio, & convenienti mensura vendantur, Ædili est tributa.*

ANNOTATIO.

1 Vide notata suprà in Rubr. præcedenti, quibus adde quòd d. iurisdictio data per statutum superstiti Platearum pro una platea Civitatis, ut hic, unus non cognoscit in platea alterius, neque de consensu

sensu partium. *Bald. in l.testamenta omnia 18. num. 3. C.de testam.Grat. decis.March. 78. num.22.*

ADDITIO.

1 CUra ut res omnes in plateis iusto pretio, & convenienti mensura vendantur, tributa est in hac nostra Civitate *Ædili*, seu *Mostasapho*, id circò quoties casus evenerit, recurre ad Doctores quos citabo in *Rubr. 53.* ubi de hoc officio agam, & aliqua tradam.

DE SVPERSTITE, SEV PROVISORE SALIS.

Rubrica XLVI.

SVperstes Salis diligenter provideat, quòd nullo unquam tempore Sal in Civitate deficiat, adhoc, ut Civibus, & Districtualibus vendi, & distribui possit: Et ideo Syndicis Castrorum, & Villatum iubeat, ut successivè iuxta comparationem iam factam per illorum homines; & Iumenta congruis temporibus Sal conduci faciant, soluta tamen semper ab eo solita, & consueta mercede: Illudque reponi faciat in Magazzeno Salariæ Grossæ, in quo ad grossum currenti pretio, & iusto pondere vendere debeat cuicunque volenti; Et pro Eleémosyna à Serenissimis Ducibus Nostris summa pietate constituta, distribuat Monialibus, & Conventibus solitis: Et animadvertat, quòd tempore hyemali, in quo difficilius Sal conducitur, vel alio, si impedimentum aliquod intercedat. Exteris non vendat, sed Civibus, ac Districtualibus moderatè distribuat: Provisionem Magistratui singulis mensibus solvat, & Tertiam partem Datii Salis Communitati assignatam Conductori persolvi faciat.

Vtque faciliùs omnibus Sal emere liceat, provideat, ut in Salaria minuta ad minutum etiam vendatur, talisque venditor in dicto loco semper assistat, ad hoc, ut singuli Cives, & Comitatenses qualibet hora illud emere, iusto pondere, & omni fraude remota possint, & valeant.

SVMMARIVM.

1 *Civitas potest cogere dominos animalium ad illa mutuanda pro servitio Annonæ.*

2 *Sal de iure communi vendi potest à quolibet privato.*

Hodiè tamen dictum ius computatur inter Regalia, ita ut spectet ad Principem, num. 3.

4 *Salinæ in Cathalonia cuius existant.*

5 *Salinarum materia à quibus tractatur remissivè.*

6 *Salis taxa, seu pretium à quo debeat constitui.*

ANNOTATIO.

1 QVòd Civitas possit cogere dominos animalium, & curruum ad commodandum animalia, & currus provehenda annona, Sal, & similia pro servitio Civitatis dixi suprà *ad Rubr. 30. numer. 6.* & not. *Choel. ad Bull. bon.regim. cap.21.num.29. & cap.28. num.38.* ubi dicit id esse faciendum soluta mercede, & si animalia pereant cuius sit damnum, vide ibi per eum.

2 Sal de iure communi vendi potest à quolibet privato cessante consuetudine, ut not. *Capol. in l. inter publica 17. §. 1. ff. de verb. signif.* quem referendo sequitur *Bertach. in repert. in litera S, in verbo Sal.* Cùm salinæ etiam de privati dominio esse possint, *l. forma 4. §.salinæ, ff. de censi. l. magis puto 5. §. sed & si salinas. ff. de reb. eor. Rosentall. de feud. cap. 5. concl.89. num.2. Altogr.cons.70 vol.1. in appendic.ver. planè,&c.*

3 Licèt hodiè id computetur inter regalia, ita ut spectet ad Principem, ut dicit *D. Delucam Theatr. veritat. & iust. tom. 2. in tit. de regal. concl.105.num.14.& 15.*

A D-

ADDITIO.

4 IN hac nostra Provincia Salinæ à natura productæ non adsunt nisi in Ducatu, ac Villa Cardonæ, & illæ non sunt de Regalibus, sed dicti Ducatus, & hodiè Excellentissimi Ducis Medinæ Celi Primi Ministri nostri Catholici, & Invictissimi Regis CAROLI II. & in littora maris possunt à quocunque artificio fieri, licétque omnibus in hac Provincia saltem vendere, & ita causa abundantiæ in tota nostra Provincia Vniversitates de provisione Salis non curant, nec de Constitutione officiorum pro salis provisione in rebus publicis.

5 Vnde in hiis non immoror, sed si quis de Sale, eius dominio, de illius appaltu, an sit de Regalibus, & de aliis quæstionibus, notionem habere cupiat, recurrat ad *Eminent. de Luca in tractat. de Regalib. indice hoc verbo*, & ad *Doctissimum Balmaseda in dict. tract. de collect. quæst 23. tota ad Antun. Portugal. de donationib. Regiis lib. 1. part. 3. cap. 11. Escalon. Gozophil. part. 2. cap. 23. ad Solorsan. in Politica India. lib. 6. cap. 3. ad Larream allegat. 77. Rovit. ad pragm. in rubr. de Sale vendendo per Vniversitates per tot. Fragos. de Regim. Reip. Christ. p. 1. lib. 3. disput. 5. nu. 18. Mels. obser. foren. obser. 111. per tot.* & ad alios ab his citatos.

6 Taxa autem Salis, seu pretium illius à quibus debeat constitui, an à Principe, an verò à Decurionibus, tractat *Balmaseda*, quem citat *Doctissimus, ac Modernus Lusitanus Emanuel. Alvarez Pegas ad lib. 1. ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5. tit. 66. §. 32. n. 4. pag. 269.* quos vide.

DE OFFICIO SVPERSTITVM DAMNI DATI.
Rubrica XLVII.

SVperstites Damni dati eligantur ad Annum à Magistratu octo Cives, quorum quatuor sint Notarii, qui quolibet mense successivè teneantur die Sabbati, & diebus festivis hora solita assistere in Gabella Officialibus Damni dati, & providere ne Cives, aut Comitativi aliquo modo in damnis, sive pœnis graventur; Sed Singulorum indemnitati, prout Iustitiæ consonum fuerit, provideant Iudicum, & Magistratus auctoritate, cùm opus fuerit.

ADDITIO.

1 IN Cathalonia per Vniversitates eliguntur Officiales vulgò dicti *Proceres*, & eorum officio incumbit cura damnorum datorum, ac ea appretiare, & æstimare, iuxta quorum æstimationem per Ordinarios locorum condemnantur damnificantes dicta damna emendare, ac solvere, de quorum officio, ac materia aliqua dicam infra *lib. 6. in diversis rubr.*

DE OFFICIO SVPERSTITVM AQVÆDVCTVVM.
Rubrica XLVIII.

ELigantur etiam à Consilio ad Triennium duo Cives, qui accuratè providere debeant, quòd Aquæductus Magnus, & Alter, qui dicitur Aquæductus Fontis Sancti Petri instaurentur, & conserventur, & propterea deputare valeant unà cum Magistratu, duos Muratores ex Peritioribus, qui prædictos Aquæductus manutenere debeant, & providere, ut Aqua decurrat, & tempore æstivo in publicis Fontibus non deficiat, Claves penes se retinendo, & primus habeat pro expurgando Aquæductu Magno florenos xx. quolibet anno: Alter verò pro alio Aquæductu florenos sex, singulo quatrimestri pro rata persolvendos.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aquaeductuum cura à quo habenda.*
2 *Aquaeductuum materia à quibus tractetur.*
3 *Aquaeductus Regalis Civitatis Gerundae describitur, & qui in eo iurisdictionem habet refertur.*

ANNOTATIO.

1 Concordat cum hoc statuto super cura habenda circa aquaeductus *Statutum Mediolani lib. 2. cap. 270.* cum aliis relatis per *Carpan. ibi in annota. & cap. 294. & cap. 309.*

ADDITIO.

2 Et ne transcribendo te molestem, sed aliqua annotanda gratus fiam, praeter *Carpan.* citatum à nostro *Concivlo*, tradit hanc materiam aquaeductuum *Modern. Pech. in integro suo tractat. de aquaeductu*, quapropter apud eum reperies cuncta quae volueris.

3 In hac nostra Civitate adest perennis aquaeductus Regalis, propinus nostrae Civitatis ad irrigandum terras, & molendum Molendina dictae Civitatis, qui discurrit à Parochia loci de Bascanò per Parochias locorum de Salt, & de Santa Eugenia, ad cuius conservationem, & ne ab ea aquae absque concessione Civitatis deriventur, reperitur constitutus Officialis vocatus *Batlle del rech Monar*, habens iurisdictionem per Regia Privilegia contra aquam à dicto Recho Regali sine dicta licencia sumentes, proceditque contra eos, & alios cursum illius impedientes, detinentes, seu turbantes, habetque iurisdictionem in Molendinariis, & Molendinis, sicque sunt de illius foro, & ita cognoscit de cunctis factis, paratis, ac commissis intus dictos molendinos, ut omnibus est notum.

QVOD AQVA PVBLICORVM AQVAEDVCTVVM NON derivetur. *Rubrica XLIX.*

Aqua publica in posterum alicui non concedatur, sive vendatur absque licentia Consilii, & qui in Domo propria Conservas habet, Aqua moderatè utatur, & adveniente publica necessitate, Magistratus, & Superstites impedimenta quaecunque removeant: Ideo à Cal. Iunii usque ad Cal. Octobris nullus possit accipere, sive derivare Aquam absque illorum licentia, ad poenam scutorum xxv. Camerae Ducali, & refectioni Aquaeductuum pro parte applicandam, iuxta eorum Capitula, Quae originaliter habentur in Libro Reformat. anni 1586. pag. 234. Debeant tamen Superstites Aquam gratis concedere Civibus pro replendis Cisternis, & aliis Indigentiis, dummodo Publica Aquae necessitas non intercedat, à Magistratu iudicanda.

SVMMARIVM.

1 *Aquaeductus non possunt laedi, neque aqua alio diverti.*
Sub poena hodiè arbitraria, num. 2.
3 *Aquarum publici custodes appellantur Hydrophylaces.*
4 *Aquarum derivatio ab Altimar. tractatur.*

ANNOTATIO.

1 Aquas non posse diverti ex aquaeductibus publicis, neque aquaeductus posse aliquo modo laedi statuerunt sub gravibus poenis Theod. Valent. & Archad. Imperatores *in l. 3. C. de aquaedu. lib. 11.* & not. *Menoch. de arbitr. casu 462. num. 1.*

2 Quae poena hodiè de iure communi est arbitraria, ut tradunt *Io. à Plate. in dict. l. 3. & Menoch. d. casu 462. n. 3.*

3 Aquarum verò publici custodes vocantur *Hydrophylaces*, ut dicit *Petr. Gregor. Tolos. in sintag. iur. univer. lib. 31. cap. 35. n. 2.*

ADDITIO.

4 In hac sanè Rubrica possem materiam aquae tractare, maximè an liceret à aquaeductibus, fluminibus navigavilibus, & non navigabilibus aquam ducere ad terras irri-

irrigandum, & molendinum faciendum, & an flumina, & aquæ essent de Regalibus Principis, an verò Baronum in suis Baroniis, an & quando de dominio privatorum; cæterum ab hiis me expediam cum sola allegatione *Doctissimi Blas. Altimar. in obser. ad cons. 25. Revit. lib. 3.* ubi & apud Doctores ab eo citatos invenies cuncta quæ volueris, & materiam huius statuti apud *Doctores repetentes super l. fin. Cod. de aquæduct. lib. 11. & alios citatos per Rovit. in pragm. de aquis, & aquæduct.* præcipuè *num. 6. pag. 54.* & de his aliqua dicam *lib. 5. Rub. 15.* ubi recurre.

DE OFFICIO PRÆCONUM. Rubrica L.

PRæcones Duo, præstito prius Iuramento in forma in manibus Cancellarii, Edicta omnia eadem die, qua sibi à Iudicibus, sive à Magistratu traduntur, vel omnino sequenti in Plateis, quadriviis, & locis solitis præconizare, & publicare teneantur, & statim suæ Publicationis Relationem facere: Cùm Magistratus comedit ante, & post Tubis, ut moris est, personare debeant, Eumque ad loca solita associate, & illi iuxta solitum inservire; & quilibet eorum habeat à Camera Ducali pro suo salario scutum unum quolibet mense, & dimidium à Communi, ultra expensas in Palatio illis subministrari solitas: Habeat etiam quilibet ipsorum pro quolibet banno ad petitionem alicuius privatæ personæ in locis prædictis, solidos XXIIII. & à Forensibus duplum, & interesse teneantur Luminariis, Montis Pietatis, Depositario pignorum, & Mercatoribus Artis Lanæ, à quibus consequi debeant Mercedem, iuxta Taxam in eorum Capitulis: Et ne inter eos aliqua discordia oriatur, teneantur omnia lucra occasione Tubæ invicem communicare, & æqualiter inter ipsos dividere, Quibus etiam insignia Tubarum expensis Cameræ Ducalis quolibet Quatriennio, prout hactenus observatum est, de novo reficiantur.

SUMMARIUM.

1 *Præconum officium vilissimum, & sordidum est, & de quibus intelligatur.*
2 *Curritores collis, ac auris qui sint.*
3 *Pretium est refundendum emptori rei furatæ venditæ per Curritorem publicè.*

ADDITIO.

1 DE Præconibus, de quibus loquitur nostrum statutum, non intelligitur de illis, quorum officium est vilissimum, & sordidum, qui quando reus ducitur ad supplicium ab illis comitatur, & clamore, & voce elevata, delicti speciem, ac damnationem manifestant, & hi si non inveniatur qui se offerat ministerio Carnificis, coguntur ipsum ministerium exercere, & suscipere, de quibus loquitur *Oter. de Offici. lib. Reipub. part. 2. cap. fin. à n. 23.*

2 Sed loquimur de aliis Præconibus magis honorificis, qui in nostra Civitate, & Provincia vocantur Curritores, & isti sunt in duplici differentia, seu diversimodè vocantur, alii dicuntur Curritores collis, qui publicè, & palàm res vendunt, alii dicuntur Curritores auris, qui ad aurem vendunt, *Fontanel. decis.* 218. *n.* 1. *&* 219. *n.* 11.

3 Unde scias, quòd per privilegium localem extat provisum, dominum rei sic publicè per hos Curritores venditæ, licèt furatæ, non posse eam recuperare, nisi emptori refuso pretio, *Fontan. d. dec.* 218. *d. n.* 1. & quomodo id procedat, & in quibus casibus, & an comprehendat res forensium, & an in emptore sciente rem furtivam esse, tradit dict. *Fontanel. dict. decis.* 218. *&* 219. *per tot.* & in terminis *Ciriac. controv.* 176. *&* 177. & non omittas videre *metipsum Ciriac. controv. 299. à num. 1. ad 4. Eminen. de Luca de Regalib. discur. 129. num. 5.* apud quos, & apud Doctores per nostrum *Conciolum lib. 5. Rubr. 23.* citatos reperies omnes penè casus disputatos, & digestos.

DE

DE OFFICIO DEPOSITARII PIGNORUM.

Rubrica LI.

Depositarius Pignorum eligatur à Magistratu Vir bonæ famæ, Qui Iudicibus, & Magistratui obedire debeat, & præstito priùs Iuramento in forma in manibus Cancellarii; teneatur in primis præstare idoneam Cautionem de exercendo fideliter suum officium, & de reddenda ratione in fine sui officii, & de restituendo, si quid restituendum erit, iuxta formam Capitulorum sequentium.

Che il Depositario debba ricever quanto prima i Pegni da gli Essecutori, & quelli conservare, e custodire à suo risico, e fortuna, eccetto però da caso fortuito, senza sua colpa, & quelli vendere, ò restituire secondo la forma delli Capitoli.

Che nel principio del suo Vffitio debba fare un Libro, & quello Cartulare, & autenticare col Bollo della Communità, nel quale debba scriver subito nell'istesso giorno della consignatione tuti li Pegni con la qualità, quantità, numero, peso, ouero misura, secondo che si richiede respettivamente in ciascun pegno, il nome dell'Essecutore, il nome del Padrone, & ad instanza di chi sia stato fatto il pegno, sotto la pena di XXV. soldi per ciascuna volta, che contraviene.

Che sia obligato farne riceuuto, come di sopra nel libro dell'Essecutore, acciò siano conformi, sotto la detta pena di XXV. soldi.

Che li Pegni non si possino far da altri, che dalli Essecutori à ciò deputati, li quali nel termine d'un giorno nella Città, & suoi Borghi, & nel Contado nel termine di cinque giorni siano obligati consegnarli con effetto al Depositario, con pigliarne riceuto da esso, come di sopra, sotto la medesima pena.

Che gli Essecutori debbano notar subito nel lor Libro li Pegni, e lor qualità, il Nome del pegnorato, e volendo il debitore, debbino farne poliza, auuertendo, che non si faccia nell'Arme de Soldati descritti nella Militia, ne in Boui, & instromenti Aratorii, & simili, fuor che in Sussidio.

Che il Depositario non paghi la mercede à gli Essecutori, se il Pegno non è bastante; & facendo più pegni per la medema causa, non gli dia più d'una Essecutione; & nelle Cause Criminali, doue l'essecutore ha la rata delle pene, il Depositario non paghi essecutione alcuna; ma si il Condennato hauesse gratia libera, si paghi l'essecutione secondo il solito.

Che per l'auuenire si debbino eleggere dal Magistrato doi Huomini di buona esperienza, li quali si chiamino Estimatori della Depositaria, & debbino assistere all'hora solita al Vender de pegni, & procurare, che si vendino per il prezzo conveniente, & non si commetta fraude alcuna in preiuditio de Debitori, & uno almeno si debba sottoscriuere alla Vendita di detti Pegni.

Che il Trombetta deputato dal Magistrato riceuta la poliza dall'Attuario, sia obligato fare li tre Bandi nel luogo publico, & nell'hora solita, in tre giorni seguiti, purche l'ultimo bando caschi nel giorno del Sabbato, ò Mercore non feriati, mettendo li pegni in luogo publico, avanti la Depositaria, & quelli vendere secondo il solito, e deliberare à chi più offerirà; & non ritrovandosi Compratore si faccino stimar li pegni ad instanza del Creditore dalli detti Esti-

K matori,

matori, il qual Creditore debba pigliarli per un quarto manco del giusto prezzo.

Che il Depositario debba notare in un Libro particolare li tre bandi, l'ultima offerta di ciascun pegno, & il nome del compratore.

Che sia obligato di restituire nel termine di tre giorni al Debitore il supravanzo de denari de pegni venduti, detrattone quello, che di ragione si deue detrahere.

Che se alcuno Offerente impedisse la vendita con altri, possa, e debba esser astretto dal Giudice, fatti li trè bandi à pagare detto pegno il giusto prezzo con gl'interessi seguiti.

Che il Depositario non possa restituire li Pegni al Padrone, senza l'ordine del Creditore per poliza sottoscrita da lui, ouero d'ordine del Giudice, citato prima il Creditore, altrimente sia tenuto di suo proprio.

Che il Depositario debba conservare diligentemente tutti li pegni nella Depositaria, & non possa prestarli ad alcuna persona, nè meno seruirsene per se stesso, comme anco l'Essecutore, sotto la pena di XX. lib. per ciascun pegno.

Che in caso, che il bestiame di qualunque sorte sia, patisse nella Depositaria, possa il Giudice data idonea cautione dar licenza di ricondurlo fuori, & rapresentarlo ad instanza del Creditore nel termine convenuto per la subhastatione, & liberatione di esso, & vendendosi l'istesso giorno, che è ricondotto, non si pagi per la rimessa di esso cosa alcuna al Depositario essendo stato pagato la prima volta.

Che il Debitore possa riscuotere il pegno venduto nel termine di diessi giorni, che li sarà intimato à venire à veder fare il pagamento. E se il Debitore havesse hauuto qualche legitimo impedimento, possa il Giudice, prouato l'impedimento prorogarli altretanto tempo à riscoterli.

Che se il pegno di qualunque sorte sia fosse venduto manco della metà del giusto prezzo, da stimarsi in questo caso dalli detti Estimatori, la vendita sia nulla, & con la fede di essi, possa, & debba il Giudice, ad instanza del Debitore, commetter nuovi bandi, & non si trouando il Compratore, debba il Creditore pigliarlo per un quatto manco del giusto prezzo, come si è detto sopra.

Che il Depositario debba hauer per ciascun pegno un bolognino, & per ciascuna Bestia minuta un bolognino il giorno, ancorche non vi stesse la notte, ò non vi compisse il dì; & per ciascuna bestia grossa, bolognini otto frà il dì, & la notte, ancorche non vi stesse; & lui sia obligato custodirle, & governarle per il tempo, che vi statanno..

Che se il Depositario sarà salariato dalla Communità, debba hauere oltre il Salario, la metà della sopradetta mercede de Bestiami tanto grossi, come minuti, per la custodia, e gouerno di essi, & l'altra metà sia della Communità, si come anco il bolognino, che si paga per ciascun pegno debba esser tutto de la Communità,

Che il Depositario nel fine dell'Offitio sia obligato restituire, & consignare al Successore tutti li pegni pervenutili alle mani, & pigliarne riceuuto d'essi, & che tutti li Libri si debbino conservare in una Credenza nella Depositaria, nella quale debba tener la Chiave il Magistrato, & Cancelliere della Communità.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Narratio Auctoris.*
2 *Pignora capta in causam indicati sunt deponenda penes Custodem pignorum.*
3 *Pignorum dominium, & possessio remanent penes debitorem.*
4 *Pignora capta in causam indicati nequeunt à debitore alienari.*
5 *Depositarius pignorum iudicialium, an teneatur de casu fortuito, & interitu absque sui culpa.*
Et quid si salarium ei est taxatum, n. 6.
7 *Pignora si non apparent cuius culpa præsumantur esse deperdita.*
8 *Depositarius non potest pignoribus penes eum depositis uti.*
9 *Depositarii officium, an possit quis cogi acceptari.*
10 *Iudex in defectum Depositarii pignorum à se nominati, an teneantur de amissione rerum pignoratarum.*
11 *Res, quæ nisi in subsidium possunt pignorari, ac in causam indicati capi.*
12 *Pignora debent describi cum omnibus qualitatibus, & circunstantiis.*
13 *Subhastationum materia remissivè.*
14 *Æstimari debent res subhastandæ.*
Non tamen res mobiles, num. 15.
16 *Pignora in quo loco, & quibus solemnitatibus sint subhastanda.*
17 *Læsio adesse potest in publicis licitationibus.*
18 *Pignora subhastata ad reluendum dantur decem dies in Cathalonia, & quomodo procedat.*

A D D I T I O.

1 MAteria, quæ concernit ad hoc statutum est tam ampla, quòd velle eam pro maiori tractare esset nimis annotationem prolixam efficere, cùm in hoc loco dici possent cuncta, quæ ad officium Custodis pignorum iudicialium, seu Depositarii, & ad subhastationem pertinent; sanè stylo assumpto ab hiis breviter me expediam

2 Dicam sanè, quòd penè in cunctis nostrum statutum conformatur cum iure communi, præcipuè disponendo quòd pignora capta in causam iudicati, sive exequutionis per executores deponantur in manu Depositarii pignorum, ne remaneant penes debitores, ne forte illi ea absconderent, consumerent, aut alienarent, *Posth. de subhasta. inspect. 14. num. 82. Ab Ecclesia obser. foren. part 1. obser. 125. num. 1. & ferè per tot.*

3 Et ita licet apud ipsum debitorem remaneat proprietas, & possessio rerum pignoratarum, & sequestratarum necessariè, & cogente Iudice, *Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 14. à num. 71. & cap. 11. num. 20. & 21. & part. 3. cap. 11. num. 17. Amaya in dict. l. 46. de Decurionib. lib. 10. Cod num. 50.*
4 tamen ipse nequit eas sic captas pro exequutione, & sequestratas alienare, *Eminen. de Luca de Iudiciis discurs. 13. num. 15. in fine. Ab Ecclesia dict. obser. 125. num. 3. & seqq. Posth. dict. inspect. 14. num. 83. & seqq.*

5 Vnde est, quòd ipse Depositarius pignorum non tenetur de casu fortuito, & amissione rei captæ eventa absque sua culpa, sed solum tenetur rem pignoratam, ac captam in exequutionem conservare, & custodire, ut continetur in nostro statuto, ad tradita per *Salgad. in laby. credi. part. 3. cap. 11. num. 13. Ab Eccles. obser. 126. nu. 11. Posth. dict. inspect. 11. num. 91. Hermosil. glos. 1. & 2. leg. 4. tit. 3. part. 5. num. 1. & seqq. Oter. de Officialib. Reipub. cap. 11. p. 2.*
6 *num. 45.* si tamen salarium recipit (prout in nostro statuto) tenetur de levi culpa, *Oter. de Officialib. Reipub. part. 2. cap. 11. num. 32. Zacbia de salario quæst. 63. nu. 31. Salgado dict. cap. 11. num. 39. Hermosil. glos. 9. leg. 3. tit. 3. part. 5. num. 7.* qui *num. 9. & 10.* limitationes tradit.

7 Tamen eo ipso quòd res sequestrata, & pignorata non apparet, præsumitur dolo, & culpa sua abesse, adeo ut onus probandi rem fortuitò periisse in depositarium transfertur, *Ab Ecclesia dict. obser. 126. nu. 9. Hermosil. d. glos. 1. & 2. num. 2. & seqq. Oter. d. cap. 11. num. 59.*

8 Inde fit, quòd uti continetur in nostro statuto, est constitutum à iure, non posse sequestrarium, ac Depositarium pignora aliis commodare, nec eis uti, *Oter. dict. cap. 11. à num. 27.*

9 Hoc sanè officium Depositarii pignorum accipere quilibet à Iudice cogi potest, *Hermosil. d. glos. 6. leg. 3. tit. 3. part. 5. num. 6. Ab Ecclesia d. obser. 125. num. 8.* verum ta-
10 men ipse Iudex in defectum Depositarii à se nominato tenetur de amissione rerum pignoratarum, *Posth. de Subhast. d. inspec. 14. num. 77. Ab Ecclesia d. obser. 127. n. 2.*

11 Planè uti in nostro statuto continetur, est certum, nisi in subsidium non posse capi in pignus pro exequutione Boves, instrumenta aratoria, arma, & Mulam Medici. *Posth. d. tract. de subhast. d. inspect. 14. num. 9. & in addit. ad d. inspect. 14. num. 4. & 6. Peguer. in prax. rub. 29. num. 17. & 18.* & ibi *Ripoll. num. 77. & seqq. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 13. num. 33. Caput. de regim.*

Reipub. cap. 7. §. 14. num. 58. Gait. Barbat. Ciarlin. Negr. & alii, quos citat *Mels. obser. foren. obser. 62. n. 1. & seq.*

12 Sanè non est dubitandum, quòd pignora sic capta per exequutores, debent clarè, & explicitè describi, cum annotatione eorum quantitatis, & qualitatis diei, & exequutoris, aliter iuratur contra eos in litem, *Posth. d. obser. 14. n. 80.*

13 Non obliviscor, quòd in hoc sanè loco possent dici cuncta occurrentia de subhastatione pignorum captorum, attamen adducam solum aliqua, quæ, & Doctores infra citandi viam tibi demonstrabunt, ad quę volueris reperiendum.

14 Et ita scias, quòd in subhastationibus, quæ fiunt in nostra hac Curia Regia Gerundensi, & in aliis passim, à Iudice eliguntur Æstimatores, ad res immobiles inventariatas subhastandas, & licitandas, ut sciat Iudex eorum iustum valorem, & hoc stylo inconcussè servato est stabilitum, taliter quod aliter nulliter procederetur, quid quid aliter de iure communi in controversia sit formatum, *Eminen. de Luca de Iudiciis discurs. 40. à num. 61. Ab Ecclesia dict. p. 1. obser. 140. Doctissimus atque Colendissimus Dominus meus Altimar. obser. ad consil. Rovit. 40. lib. 2. à num. 1. Amaya ad l. 3. lib. 10. Cod. de fide & Iur. hastæ fiscal. num. 9. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 13. n. 15.*

15 In bonis autem mobilibus non fit appretium, sed subhastantur, & illa adiudicantur creditori, vel liberantur emptori pro pretio quod reperitur in loco publico *Altimar. dict. obser. 40. n. 4.*

16 De loco autem in quo pignora capta debent subhastari, & per quod spatium, & tempus, & cui liberari, vel creditori adiudicari., & de solemnitatibus in subhastandis pignoribus, & rebus immobilibus tradunt *Posth. per tot. dict. tract. de subhastatio. Ab Ecclesia dict. part. 1. dict. obser. 126. cum mult. seqq. Altimar. dict. obser. 40. ad consil. Rovit. lib. 2. Fontanel. decis. 440. & 520. Amaya. ad dict. tit. de fide, & iur. hast. fiscal. lib. 10. Cod. Hermosil. leg. 52. tit. 5. part. 5. glos. 1. & seqq.* & alii passim.

17 Nostrum statutum pro comperto dat posse in publicis subhastationibus adesse læsionem ultra dimidiam iusti pretii, cùm venditiones in eis factæ interveniente prædicta læsione annullet, si verò ita expressè non annullaret procederet dispositio *leg. 3. Cod. de rescinden. venden. Amaya in dict. leg. 2. lib. 10. Cod. tit. de fide, & hast. fiscal. num. 57. Cancer. var. 1. cap. 13. à num. 26. Hermosil. glos. 4. leg. 56. tit. 5. part. 5. nu. 13. Ab Ecclesia obser. 135. Posth. de subhast. inspect. 49. à num. 68. Eminen. de Luca de emptio. discur. 16. num. 4. & discurs. 28. n. 2.*

18 In Cathalonia ad res subhastatas redimendum in mobilibus dantur debitori, & domino illarum decem dies, inter quos si res fortuitò perierit cedit damno emptoris, ad tradita per *Cancer. var. 2. cap. 1. num. 187. Amaya.* ubi proximè *num 47. & seqq.* & in immobilibus, affectuata venditione, & tradita re; aut non tradita, quid de iure, vide apud *Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 13. Posth. d. tractat. de subhast. inspect. 17. tota Ab Ecclesia d. lib. 1. obser. 149. tota, Carleval. de iudiciis tom. 2. tit. 3. disput. 24. tota, Amat. var. resol. tom. 2. resol. 95. tota, Hermosil. glos. 7. leg. 52. tit. 5. part. 5. num. 26. & seq. Eminen. de Luca de empt. & vendit. discur. 2. & 3.*

DE OFFICIO ASSISTENTIS PENSÆ GRANI, ET FARINÆ.
Rubrica LII.

AD Pensam Grani eligatur à Consilio ad annum Vir bonæ famæ, Qui præstito prius Iuramento in forma, assistere debeat tota die in loco Pensæ, & diligenter ponderare frumentum, & alia blada, quæ ad molendum asportantur, & illorum pondus, nomen domini, & Molendinarii statim describat in Libro Cartulato, & cuicunque petenti teneatur de pondere facere Apodissam; Deinde ponderet Farinam ad Callum pro multura quatuor librarum pro quolibet Centinario; Quod si quid pluris reperierit deficere, debeat incontinenti reponere debitam quantitatem de Sacculo proprio Molendinarii, ad id propterea à quocunque ipsorum detinendo, aliàs de proprio reficere teneatur. Et hæc omnia facere debeat cum solito emolumento à Magistratu taxando,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officium pensæ, vulgò dictum* Pesador, *datur in Civitate Gerundæ.*
Pariter in Civitate Barchinonæ, n. 2.

ADDITIO.

1 VT dixi *in Rubrica 43.* in hac nostra Civitate adest officium, vulgò dictũ *Pesador*, & is assistit in domo, & loco ad id destinatis, ponderat ligna; triticum, quod per Molendinarios ducitur ad molendum, & farinam, & alias res, quæ ponderari videtur utile, ne fraudes committantur.

2 In Civitate sanè Barchinonæ adest pariter locus vulgò dictus *Pes del Rey*, ubi penduntur omnes venales, quæ venduntur intra dictam Civitatem, & excedunt pondus unius arrobæ, & est de iurisdictione Baiuli Generalis Cathaloniæ, *Ripoll. var. cap. 1. num. 552.*

DE OFFICIO BVLLATORIS COMMVNIS. Rubrica LIII.

BUllator assumpto Officio requirere debeat Magistratum, quòd bannire faciat in die Sabbati per loca solita Civitatis, quòd quilibet Civis, & districtualis Eugubii, debeat infra XV. dies immediatè sequentes fecisse adiustare, & bullare omnes mensuras, & pondera ad pœnam unius floreni pro quolibet pondere, vel Mensura, etiam quòd fuerit iusta: Ideò teneatur in loco assistere, & ad petitionem cuiuscunque personæ mensuras, & pondera cuiuscunque generis, Barilia, quibus tamen vendi solet: Strateras, Bilancias, Formas Fornacceariorum ad faciendum Cuppos; Lateres, & similia, solito signo adiustare, & bullare: Sicut etiam semel in anno accedere debeat ad omnia Castra Territorii Civitatis ad prædictum effectum recepta consueta mercede iuxta taxam à Magistratu fieri solitam: Homines tamen dictorum Castrorum teneantur ad Conductam Instrumentorum dicti Bullatoris.

SVMMARIVM.

1 *Ædilis curat de bullatione carnium, & mensurarum.*
2 *Ædilis Civitatis Gerundæ de quibus cognoscit.*
3 *Ædilis Civitatis Gerundæ committit Civitas ipsa executionem ordinationum ab ea factarum.*
4 *Narratio Authoris.*
5 *Ædilis officium, ac iurisdictionem qui tractant remissivè.*

ADDITIO.

1 IN nostra Provincia Gotholana, præcipuè in hac nostra Civitate, non reperitur officium Bullatoris, de quo in statuto, sed ad sortem extrahitur *Ædilis*, & ipse per Affinatorem, quem eligit, bullat quolibet anno mensuras, & pondera totius nostræ Civitatis, & Vicariç. Itaque nullus potest quidquam vendere, nisi cum ponderibus, & mensuris ab eo bullatis, unde cum hæc ad officium *Ædilis*, sive & vulgariter dicimus *Mustasaphi* pertineant, hic statuam iurisdictionem dicti officii.

2 *Ædilis*, sive *Mustasaphus* in nostra Provincia, ac in nostra Civitate habet iuxta varia Regia Privilegia iurisdictionem, cognoscit de ponderibus, & mensuris, punitque vendentes falsis mensuris, & ponderibus, eas rupit, curatque ut cuncta iusto pretio vendantur, ne vendantur res corruptas, ne artifices res falsificatas conficiant, & fabricent, curat de munditate viarum; & platearum, de cunctis rebus, ac servitibus domorum internis, ac de aliis rebus, quæ nimis me protraherem, singulariter omnes refferendo.

3 Præter iurisdictionem quam habet iuxta dicta Regia Privilegia eidem *Ædilis* per nostram Civitatem committitur exequutio diversarum ordinationum, quæ à Civitate ordinantur circa varias res tendentes ad ubertatem victualium, ac utilitatem, & politicam Reipublicæ, quas ordinationes ipsa Civitas mutat, ac variat iuxta casus occur-

rentes, & causa existente, revocat dictam commissionem Ædilis, & alteri sibi benè viso committit, aut penes ipsum Magistratum exequutionem earum retinet, quod an id facere possit Civitas (semota præfata consuetudine) tradit novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom. 5. tit. 67. ad §. 14. glos. 16. num. 14. pag. 364.*

4 Itaque in hac rubrica possem tradere varias annotationes circa iurisdictionem, & officium Ædilis, sive *Mustasaphi*, & adimplere scriptis plura folea, nisi de transcriptione timerem notari, & ita contentor tibi propalare Doctores, qui de hoc officio tractant, apud quos reperies materiam hanc, & iurisdictionem ad extensum tractatam, & digestam.

5 Quapropter de officio *Ædilis, sive Mustasaphi*, & iurisdictione illius, tractant *Nobilis, ac Meritissimus noster Regens Cortiada decis. 11. à num. 57. ad 69.* ubi plures Doctores citat, & præter ab eo citatos tractant de hoc officio *Oter. de Officialib. Reipub. part. 2. cap. 7. Capue. de regim. Reipub. cap. 7. §. 14. Fragos. de regim Reipub. Christian. part. 1. lib. 7. disput. 21. tota, Amaya. in Cod. ad l. 2. tit. si servus, aut libertus, &c. num. 4. Narbon. de atat. anno. 47. q. unic. Escalon. Gozophil. lib. 2. part. 2. cap. 10. §. 9. num. 23. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3. tit. 18. §. 58. pag. mihi 455. & tom. 5. tit. 65. glos. 24. ad §. 22. per tot. & glos. 28. ad §. 24. cap. 1. per tot. & tom. 6. tit. 68. per multas glos.* ubi latissimè & *glos. 25. ad §. 22. num. 1. & seqq.* ubi tradit, an de servitutibus cognoscat, & de quibus, *Severin. in addit. ad decis. 329. Sanfelic. per tot.* ubi multa tradit de hac materia, & ita ipsos consule.

DE OFFICIO MAGISTRORUM VIARUM.
Rubrica LIV.

Magistri Viarum eligantur à Consilio ad Triennium Quatuor Cives, quilibet pro suo Quatterio, Qui tàm in Civitate, quàm eius districtu providere debeant, quòd Viæ publicæ manuteneantur convenientis Latitudinis, de qua suo loco dictum est, & ne ab aliquo occupentur, aut devastentur, Immunditias, & alia quæcunque impedimenta in Viis apposita, removeri cuicunque Civi, sive Districtuali, committere valeant, & (si opus fuerit) Executorum etiam auxilio de mandato Iudicum, utantur. Cùm de iure Congrui agendum est, promptè, ac sincerè procedant, & singulorum indemnitati provideant: Et prædicta omnia, quilibet in suo Quarterio, & extra Civitatem in Villis suo Quarterio adscriptis, Magistratus, & Iudicum auxilio, cùm opus sit; implorato gratis curare, & exequi debeant.

Utque facilius provideatur, possit, & debeat Magistratus eligere ultra prædictos pro instauratione Viarum, Pontium, & similium Territorii, alios idoneos, ac interesse habentes; & facta dicta instauratione dividi, & lapidibus terminari debeant pro earum manutentione per Villas distinctè facienda.

SUMMARIUM.

1 *Viæ publicæ sunt de Regalibus Principis, & num. 7.*
Quæ verò ad usum sunt Populorum, n. 8.
Et quo ad iurisdictionem sunt de territorio Baronum habentium merum imperium, num. 9.

2 *Reparatio fontium, & viarum recensentur inter opera pia.*

3 *Et ad illarum reparationem tenentur etiam habentes immunitatem.*
Utrum verò teneantur Ecclesia, & Mendicantes, num. 4.

5 *Taxam indictam pro reparatione pontium, & viarum quilibet tenetur solvere.*

6 *Operarii extrahuntur in Civitate Gerundæ loco Magistrorum viarum.*

10 *Barones habentes merum Imperium possunt punire delinquentes in via publica.*
Non tamen in Cathalonia possunt procedere in vim usatici camini, & stratæ, *sed*

sed solus Princeps, num. 11.
12 *Via publica ubi incipiunt.*
13 *Via ex quo ingreßa sunt Civitates, desinunt esse, & dicuntur platea, seu vici.*
Et tunc fiunt Magistratus, seu Civitatis, num.14.
Et ita pro delictis in eis commissis non potest procedi per viam Regalia, n.15.
16 *Via non possunt claudi absque licentia.*
17 *Via, seu platea nequeunt occupari tabulis, seu aliis rebus, qua usum privatorũ impediant.*
18 *Viarum materiam qui tractent remissivè.*
19 *Arma, seu insignia non possunt poni in aliquo opere facto ab operariis, seu officialibus, nisi illius, cuius pecunia construitur.*

ANNOTATIO.

1 VIæ publicæ sunt de regalibus Principis. §. *via publica, & ibi Afflict. qua sint regal. in usi. feud. Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 28. num. 88. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 20. n. 1. & seq.*

2 Refectio, & reparatio pontium, fontium,
& viarum inter opera pietatis recensentur,
& Privilegio piæ causæ gaudent, ut not.
Tiraq. de privil. pia caus. in præfat. ver.
item legatum factum, &c. Bertach. de Episc.
in 4. part. lib. 4. quæst. ult. Choel. ad Bul-
3 *lam bon. regim. cap. 28. num. 78.* & est ita fa-
vorabilis, ut ad illorum reparationem te-
neantur etiam habentes privilegium immu-
nitatis à publicis muneribus, *l. 1. & ibi Io. de*
Plate. & Andr. de Barulo. C. de collat.
fund. patr. lib. 11. & not. etiam *Choel. ad Bul.*
bon. regim. cap. 28. num. 78. ubi dicit, teneri
ad prædicta etiam possessores bonorum em-
phiteuticorum, ut ibi per eum, *& n. 51.*

4 Vtrum verò ad reparationem viarum teneatur Ecclesia, & Religiosi Mendicantes latè differit pro utraque parte *Choel. ad Bul. bon. regim. d. cap. 28. numer. 55. & plurib. seqq.* videas ibi per eum.

5 Addo prædictis, quòd taxam indictam pro reparatione pontium, & viarum quilibet tenetur solvere, ut ultra adducta suprà reperitur statutum *in l. ad portus 6. & ibi scribentes, C. de oper. publ. in l. ad reparationem 7. C. de aquæd. lib. 11.* cum aliis adductis per *Choel. dict. cap. 28. num. 50. & seq.* Cùm reparatio pontium, & viarum non connumeretur inter munera sordida, ut dicit *Choel. ubi suprà num. 54.* benè comprobans.

ADDITIO.

6 LOco Magistrorum viarum, de quibus in statuto, extrahuntur sorte duo ex insaculatis nostræ Civitatis, qui vulgò dicuntur *Obrers*, & isti operarii iuxta Regia Privilegia nostræ Civitati concessa, cognoscunt de vicis, & plateis, curantque quòd stent benè positæ, & refectæ, compelluntque vicinis, quòd quisque ante domos suos, vicos, & plateas reparent, & teneant condirectas, & de iurisdictione istorum tradit aliqua *Xammar. de privil. Civitat. Barch. §. 10. num. 29. & seqq.* & ibi *Monràs*, ad quæ vide *Rovir. ad Rubr. pragm. ne quid in loco publico per tot.* maximè *num. 10. & seq.*

7 In hac sanè Rubrica veniret tractanda
materia viarum, & aliqua non pœnitenda
legi, possem adducere; attamen annotan-
do aliqua manualia nostræ Provinciæ, me
expediam; & ita dico, quòd licet viæ pu-
blicæ, ut traditur à nostro *Cancelo* sint de
regalibus quoad protectionem, proprieta-
tem, & custodiam, *Eminen. de Luca de re-*
galib. discur. 135. num. 5. & discur. 136. nu. 19.
Pacichel. de distan. cap. 6. memb. 9. num. 3.
Ripoll. repertus citatus de regal. cap. 40. nu.
1. & seq. Paitel. Iun. in annot. ad expedit.
67. num. 13. Hodier. ad Surd. decis. 42. nu.
3. seq. Capon. discept. 171. num. 2. Modern.
Antun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3.
8 *cap. 3. num. 1. & 9.* & quo ad usum sint po-
pulorum, *Pacichel. dict. memb. 9. num. 5.*
Eminen. de Luca d. discurs. 136. num. 19.
Tondut. de prævent. cap. 11. num. 26. Paitel.
dict. annot. 67. num. 28. Antun. Portugal.
9 *ubi supr. dict. num. 9. & 12.* tamen quoad iu-
risdictionem sunt de iurisdictione Baronum,
& de territorio ipsorum habentium merum
imperium *Eminen. de Luca d. num. 19. Pa-*
cichel. dict. num. 5. Ripoll. dict. cap. 40. nu.
15. & seq. Cancer. var. 2. cap. 2. n. 96.

10 Vnde fit posse Barones habentes merum imperium, punire delinquentes in via publica, & cognoscere de delictis in ea patratis, dummodo ordinariè, & iuxta qualitatem delicti procedant, *Cancer. var. d. cap. 2. d. num. 96. Ripoll. dict. cap. 40. num. 17. Tondut. de prævent. dict. cap. 11. num. 26. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 14. num. 22. Antun. Portugal. d. cap. 3. num. 64.* ubi *supra citat. Cancer. Fontanel. & alios citat.*

11 Tamen in Cathalonia non potest ipse Baro procedere in vim *usatici camini, & strata,* sed Dominus Rex, & ita Sacrum Concilium Regium, causas delictorum patratorũ in viis publicis ad se evocando cognoscit, taliter quod ab ipso Principe, seu Regio Concilio, causa avocata, seu aliter manu posita, nequit Baro in hiis se intromittere, *Fontanel. dict. glos. 14. num. 23. Tondut. d. nu. 26. Ripoll. d. cap. 40. num. 27. & seqq. Cancer. ibid. numer. 97.*

12 Viæ

12 Viæ autem publicæ incipiunt, ortum, ac principium habent immediatè post mœnia & muros, sivè ultimas domos Civitatis, Oppidi, seu Villæ, *Nobilis, ac Meritissimus Regens noster Cortiada decis.* 107. *num.* 28.
13 & ita moriuntur statim, quod ingrediuntur plateas, vel vicos Civitatis, Oppidi, vel Villæ, & ex pòst non dicuntur viæ publicæ, nec de regalibus Principis, sed plateæ, seu vici, *dict. Cortiada d. decis.* 107. *dict. num.* 28. *Cancer. dict. cap.* 2. *num. 99. & part. 3. var. cap. 5. à num.*21. *& 23. Tondut. dict.n.* 26. *Eminen. de Luca de regalib. discur.* 135. *num.* 4. *& de credit. discurs. 35. num.* 19. *Autun. Portugal. dict. cap. 3. num.* 26. *Rovit. ad Rubr. prag. ne quid in loco publico*
14 *num.9.* & tunc fiunt Magistratus, seu Civitatis, *Cancer. dict. num. 99. in fin. Tondut. dict. num.26. Ripoll. var. cap.* 1. *num. 556. Portugal.d.n.26.*

15 Qua propter per *cap.* 11, *Curiarum anni* 1599. fuit provisum, quòd pro delictis commissis intra Civitatem, Villam, seu Oppidum, non posset procedi per regaliam, *iuxta usat. camini, & strata, Cancer. var. dict. cap.5. num.23.*

16 Et ita in nostra Civitate viæ non possunt claudi, etiamsi exitum non habeant, absque licentia Baiuli Generalis, & dictæ Civitatis quæ, quando id instatur, nominat Commissarios ex insaculatis dictæmet Civitatis, qui prævident an damnosum id sit, expediatque utilitati publicæ, & iuxta eorum relationem deliberatur, an claudantur, quod iuri conforme est, cùm viæ publicæ absque Magistratus consensu claudi nequeant, *Pacichel. dict. memb.9. num.5. Paitel. dict. annot. 67. num. 50. & seqq. Ripoll. dict. cap. 40. nu.78. & seqq. Capon. dict. discept.71. num.3. Portugal. dict. cap.3. nu. 46. Brilla ad consuet. Neapol. tit.20. cap.unic.n.27.& seq.*

17 Neque in ipsis viis possunt poni tabulæ sive ut nos dicimus *Taulells*, domibus affixæ, & aliæ res, quæ usum privatorum impediant, licèt non noceant, absque licentia Magistratus, *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 22. cap. unic. num. 39. & seqq. Paitel. annot. 67. num.46. Eminen. de Luca de servitib. discurs.24. num. 2. Doctissimus Altimar. in obser. ad consil. 58. Rovit. lib. 1. nu. 5. & seq. Portugal. dict. cap.5. num.47. Rovit. ad pragm.6. ne quid in loco publico, per tot.* Et ita in nostra hac Civitate petitur ad id licentia à Magistratu, & ab ea conceditur si sibi concedenda videtur, aut illa denegatur.

18 Itaque non omnia possum tibi tradere de viis publicis, & privatis, qua propter materiam viarum reperies tractatam à dicto *Paitel. dict. expedit.67*, & ibi *annot. Pacichel. dict. cap.6. memb.9. Capon.discept.171. à num.1. ad 8. Eminen. de Luca de regalib. discur. 136.* & alibi passim, *Hermosil. glos.2. leg.15. tit.5. part. 5. num. 16.* & à Doctoribus citatis *à Doctissimo Altimar. in obser. ad decis. 11. Rovit. num. 21. Ripoll. repert. citat. dict. cap. 40. per tot. & à Doctoribus citatis à nostro Nobili, ac Meritissimo Regente Cortiada dict. decis.107.num.26. ad 36. Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 23. à num.5. ad 21. Autun. Portugal. dict. cap. 5. per tot. Rovit. ad dict. pragm. ne quid in loco publico per tot.* in quibus invenies cuncta quæ volueris, eos consule.

19 Hoc non ignores, quòd nostri Magistri viarum, seu operarii deputati ad ampliandas, sive dirigendas vias Civitatis, non possunt propria insignia, sive arma in aliquo opere ab eis facto ponere in eorum memoriam, *Vrsell. conclu.144.num.1. & 2.* videndus ad hanc materiam *Franch. decis. 443.* & ibi *Adden.* præcipuè *Carol. Anton. de Luca*, apud quos reperies casus sanè singulares circa hanc appositionem armorum à construentibus operas publicas pecuniis alienis.

DE IVRE CONGRVI. *Rubrica LV.*

UT Ædificia in Dies ad maiorem Civium commoditatem, & Civitatis ornatum ampliari valeant, nec propter nimiam quorumdam cupiditatem interrumpantur: Si quis in posterum Domum, solumvè habens ibi ædificare voluerit, & in ampliorem, & ornatiorem formam reddere velit, cogatur vicinus suam domum, solumvè eidem domui, ac solo vicinam, domino vendere, si tamen D. Locumtenens, & Magistri viarum singuli pro suo Quarterio eiusmodi ædificio utilia, & necessaria putaverint, pretio aucto duodecimæ partis, ultra æstimationem de illis faciendam per duos Peritos communiter

niter à Partibus eligendos; datáque ipsi domino dilatione quatuor Mensium post Venditionem domus, ut interim aliam habitationem sibi parare possit, nec priùs emptor pretium solvere teneatur. Quod tamen faciendum est, si Ædificium ipsum ad Civitatis ornatum statim sit construendum, & vicini domus, solumvè à duobus saltem lateribus cohæreat, illiúsque æstimationem quadruplo sit excessurum.

In Rusticis verò Prædiis ad tollendas lites, iurgia, & servitutes observandum erit, Vt qui aliquod petium Terræ habeat cuiuscunque generis sit, cogi possit illud vendere pretio æstimando, ut suprà, cum augmento duodecimæ partis pretii, dummodo Emptoris Prædium sit maioris pretii rei vendendæ, & illi cohæreat à tribus Lateribus; nec cogi possit, ut partem tantummodo vendat: Et hæc procedant, cùm quis intendit vicinum cogere ad vendendum.

Si quis verò rem aliquam Vrbanam, vel Rusticam Vicini rebus, ut suprà respectivè adhærentem vendere velit, teneatur coràm duobus Testibus, vel aliter legitimé requirere dictum eius vicinum, si velit illam emere, & pro eodem pretio, si illud sine fraude constitutum sit: aliis præferatur; Vel si alii Emptores non adsint, pro pretio ponendo per duos vicinos communiter eligendos, & aliter facta venditio non valeat; Quæ omnia sola facti veritate inspecta per prædictos in Civitate, extra verò per D. Potestatem summariè terminentur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de iure congrui est validissimum.*

Contrarium tenent plures Doctores, numer. 2.

Quod declaratur, num. 3.

4 *Statutum de iure congrui non ligat Clericos, neque Ecclesiasticas personas, & num. 54.*

Quidquid contrarium tenuerint aliqui, num. 5.

6 *Statutum laicorum non ligat Clericos, neque personas Ecclesiasticas.*

7 *Statutum iuris congrui exerceri non potest contra Clericum emptorem.*

Licet contrarium teneant aliqui Doctores num. 8.

Neque comprehendit bona emphiteotica, quæ sunt de dominio Ecclesiæ, n. 9.

Cùm statutum laicale dicta bona non comprehendat, num. 10.

11 *Ius congrui competens ex statuto præfertur illi competenti ex Bulla Pii V.*

12 *Ius congrui habet locum etiam in venditione facta in publica subhastatione.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, num. 13.

Et in venditione cum pacto de retrovendendo, num. 14.

Etiam favore habentis rem emptam cum dicto pacto de retro, num. 49.

Et pariter contra ementem cum præservatione dominii penes venditorem, donec pretium solvatur, num. 50.

Non tamen ubi venditio est nulla, num. 45.

Benè tamen si ratificatur, à die scientiæ ratificationis, num. 46.

15 *Testator si mandet fundum vendi non posse, nisi Titio, præfertur tamen habens ius congrui ex statuto.*

16 *Res dicitur esse contigua etiam si adsit parva terra intermedia.*

17 *Statutum de re contigua non habet locum in illam acquirente post motam litem.*

Neque si aliqua cohærentia etiam in modico deficiat, num. 18.

19 *Ius congrui competit contra petium terræ separatum si sit de cohærentiis prædii.*

20 *Ius congrui competens ex statuto non potest cedi.*

Fallit si cedatur cum ipsa re, num. 21.

22 *Præsens venditioni, & recipiens pretium censetur retractui renunciare.*

Contrarium verius, licet non protestet, num. 55.

23 *Actio de evictione non datur re evicta vigore iuris congrui.*

24 *Statutum retractus loquens per verbum venditionis non comprehendit alios contractus.*

Ita ut neque illud habeat locum in permutatione, num 25.

Quidquid sit si statutum loquatur per ver-

verbum alienare, num. 26.

27 *Venditionis appellatione qui contractus veniant.*

28 *Intentans remedium coactivum non sibi praeiudicat in praelativo.*

Et ita non se praeiudicat in retractu, licet in actione vindicativa succubuerit, num. 51.

29 *Vicinis pluribus debetur ius congrui pro rata, licet quod sit locus gratificationi velint aliqui, num.* 30.

31 *Retractus non praescribitur minori spatio triginta annorum, & num.* 48.

32 *Requisitio de qua in statuto facienda vicino est de forma, & non potest omitti etiam stante scientia vicini.*

*Ita ut Iudex interponens decretum super alienatione non sibi praeiudicet, n.*33.

34 *Renunciatio extraiudicialis, an excludat retractum.*

35 *Actio pro retractu datur contra quoscumque possessores.*

*Et ita in rem scripta, num.*43.

36 *Ius congrui competit proprietario, non autem usufructuario.*

Et competit etiam emphiteuta, num. 37.

38 *Frater potest redimere totam rem venditam, alio fratre negligente.*

39 *De retractu coactivo quoad rem urbanam plura remissivè.*

40 *Clausula* licita tamen, & honesta, &c. *extante, veniunt confirmata statuta contra ius.*

41 *Clausula* inviolabiliter observari, *non designat simplicem confirmationem, sed habet vim novae legis.*

42 *Ius congrui in Cathalonia non habet locum.*

44 *Iuris congrui iudicium instituendum est in loco rei sita.*

47 *Articulus defectus vicinitatis in iure congrui, uti praeiudicialis, facit silere negotium principale.*

52 *Hypotheca contracta ante retractum, per ipsum extinguuntur.*

53 *Retrahens rem vigore iuris congrui, an teneatur stare locationi facta per emptorem.*

56 *Iuris congrui materiam qui tractent remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Statutum hoc de iure congrui esse validissimum dixerunt *Hond. cons.3.num.1. & cons. 7. num.1. lib.1. Fenzon.ad stat.Vrb. cap. 110. num.6.* qui dant concordantes.

2 Contrarium tamen illud uti correctorium iuris communis, videlicet, *l. dubium 14. C. de contrah. empt.* esse nullum, nisi illud fuerit confirmatum à Principe in forma specifica tenuit *Rota decis. 170. num. 6. part.1. & decis. 103. num. 27. part. 2. diver. & apud Burat. decis.6. num. 5. & ibi Adden. litera B, & apud Merlin. decis. 692. num. 2. & seq & decis. 740. num. 2. & seq. tom.2.* ubi aliae recensentur.

3 Licet contrarium imò d. statutum licet iuri communi contrarium dici tamen favorabile, & rationabile, cum non sit incompatibile esse iuri communi contrarium, & esse favorabile quo ad effectum confirmationis in forma communi, & ideò sufficere ad illius validitatem confirmationem in forma communi etiam desumpta ex observantia longi temporis scripsit *D. Deluca in Theat. veri. & iusti. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. discur.71. num.11. & 12.* prout videmus, quod statutum exclusivum foeminarum licèt sit iuri communi contrarium, tamen sit favorabile, & rationabile, & validum si sit confirmatum in forma cõmuni, ut dixi suprà *in praelud. num....* & dicam infra *lib.2. rubr.62.*

4 Statutum tamen supradictum de iure congrui non ligat Clericos, neque personas Ecclesiasticas, maximè quando verba sunt praeceptiva, & arctativa directa in personam venditoris, ut tradunt *Soc. Iun. cons. 1. num. 9. & seq. vol.2. Rim. Iun. cons.449.num.32. & seq. vol.4. Maran. disput. .. num. 15.* quos unà cum aliis pluribus refert, & sequitur *Hond. cons.3. num. 23. lib. 1.* & latè comprobat *Sperel. decis.11. num. 11. tom.1. & Surd. cons. 2. ferè per tot. lib.1. & P. Diana in summa in verbo Statutum laicale ferè per tot.*

5 Quidquid contrarium tenuerint Doctores relati per *Surd. d. cons. 2. num. 13.* & per *Hond. dict. cons. 3. num.8. & 9.* & videtur sentire *D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom.4. in tit. de servi. ad mate. retrac. dict. discurs.71. num. 4. & seq. & Gratian. licet dubius discep. foren. cap .460. num. 17. part.3.*

6 Cum statutum laicorum ex defectu potestatis non liget Clericos, nec personas Ecclesiasticas, ut latè comprobant *Hond. dict. cons.3. num.11. & seq. Ciriac. contro.144. nu. 6. Sperell. decis.10. per tot. & decis. 12. per tot. & decis. 100. num. 26.* ubi testatur de magis communi opinione, *& decis.121. per tot. & decis. 135. num. 79. & num. 117.* ubi dicit, hoc procedere sivè statutum loquatur in rem, sivè in personam, ut ibi per eum, *Gennen.in prae. Archiep. Neap.cap. 75. per tot.* ubi dicit, hanc esse veritatem luce meridiana clariorem, cum quibus pertransit

transit, *D. Deluca in Theatr. verit.& iusti. tom. 4. in tit. de emphit. discur.23.num.4. & discur. 45. num.8. & Rota decis.84. num. 7. part.7.rec. & decis. 18. apud Zuffi. de legit. proc. crim. num. 11. & apud. Card. Ottob. decis. 149. num. 8. & 9.* & alibi passim.

7 Quæ quidem habent locum etiam in Clerico emptore contra quem retractus vigore statuti exerceri non potest, ut tradunt *Hond. cons.3. num.10. & seq. vol. 1. Marta de iurisd. part.4. casu 30. num. 8. & seq. Squilla. de privil. Cleric. cap.7. num.96. Sperell. decis. 11. num.11. D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. discur.71. num.5. ver. qui termini, &c. & Rota apud Cavaler. decis. 658. num. 1.*

8 Licet contrarium male iudicio meo teneant *Giurba decis. 25. num.10. de Marin. lib. 1. resol. 55. num.5.7. & seq. & resol. 44. ferè per tot. lib.2.* & alii relati per *D. Deluca d. discurs.71. n.3.*

9 Prout etiam d. statutum neque comprehendit bona emphiteotica, quæ sunt sub directo dominio Ecclesiæ ex defectu iurisdictionis, ut not. *Hond. dict. cons.3. num. 10. & 23.lib.1.* ubi quamplures dat concordantes *Fulgin. de iure emphit. in tit. de melior. quæst.* 10. *num.24.* ubi testatur de vera, & communi opinione.

10 Et statutum laicale non comprehendere bona emphiteotica, quæ sunt sub dominio directo Ecclesiæ, firmant *D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 4. in tit. de emphit. discur.45. in fin. & discur. 59. num. 7. & Rota apud Pacif. de Salvian. decis. 238. num. 4. & seq. & apud Ciriac. post contr. 205. num. 19. & decis. 35. num.26. post Salgad. in laber. credit.* & comprobavi ego *alleg. foren.* 14. *n.25.*

11 Ius verò congrui competens ex hoc statuto præfertur iuri retractus provenienti ex Bulla Pii Quinti super censibus, ut tradunt *Cenc. de cens. quæst. 65. num.9. Gratian.* latè comprobans contra *Boccac. discept. foren. cap.876. nu.1. & seq. part.5.* ubi testatur de veriori, & magis communi Doctor. opinione *Posthi. de subhast. inspec. 36. num.*41. *& Rota dec. 243. num.* 15. *& seq. p.5. rec.*

12 Statutum hoc de retractu, quod habeat locum etiam in venditione facta in publica subhastatione tenent *Posthi. de subhasta. inspect. 36. num.* 17. *& seq. & in addit. ad d. inspect. 36. num.* 10. *Gratian. discept. foren. cap. 544. num.* 17. *& seq. part. 4.* ubi testatur de veriori, & magis communi Doctor. opinione, & eandem attestationem facit, *cap. 754. num. 9. & seq. part. 4. Cenc. de cens. quæst. 66. num. 25. & seq.* quando adiudicatio fit tertiò, ut ibi per eum. *& Rota apud. Greg. XV. decis.193. in princ. & apud Cenc. de cens. decis. 429. num.3.* quæ loquitur in retractu competente vigore *Bullæ Pii V.* ut ibi per eam.

13 Contrariam tamen opinionem imò hoc statutum de iure congrui non habere locum in venditione facta in publica subhastatione tenuerunt *Adden. ad Paitel. exped. 79. nu. 21.* declarantes si adiudicatio fiat creditori; secùs si tertio, & nisi statutum loquatur cum verbis prægnantibus, ut ibi per eum *Capic. Latro consult. 27. num. 51.* cum quibus pertransit *D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. disc. 71. num.13.* ubi hoc latè comprobat, & testatur de veriori opinione, & quamplures dat concordantes, & vide infra num. . . :

14 Hoc statutum quod habeat locum etiam quando venditur aliquod prædium cum pacto de retrovendendo voluerunt *Afflict. de iure protom. §. 3. num. 20. & Renedel. pariter de iure protom. ad princ. Constit. num. 129. Rota apud Cenc. de cens. decis. 443. num. 1.*

15 Si verò Testator in eius testamento mandavit, quòd talis fundus non vendatur, nisi Titio, qui tamen non est coniunctus, neque vicinus si in casu venditionis faciendæ d. Titio compareat vicinus prætendens ipsi d. fundum esse vendendum vigore Statuti ipse venit præferendus *Bald. de iure protom. num. 7. ver. Quid si Testator, &c.*

16 Res in proposito huius statuti dicitur esse contigua etiam si adsit parva terra intermedia, *Corn. cons. 29. num. 11. lib. 3. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 417. nu. 477.* quid si adsit intermedia via vicinalis, vel publica, seu flumen vide *Carpan. ubi suprà cap. 433. num. 34. & seq. & Deluca tom.4. de serv. ad mat. retract. discur.69. n.2.*

17 Statutum retractus loquens de re contigua non habet locum in acquirente bona contigua post motam litem, ut sentit *Carpan. in dict. cap. 433. num.53. litera X,* licet ius superveniens reo suffragari ad excludendum actorem à iure congrui teneatur, *Paris. cons.82. in fin. lib. 3. Rota decis 243. num.9. p.5. recen.*

18 Neque habet locum d. statutum si aliqua cohærentia in aliquo deficiat cùm d. statutum sit correctorium iuris communis *Afflic. de iure protom. §. 6. num. 10. Carpan. ad d. Stat Mediol. d. cap.433. n.53.*

19 Statutum supradictum iuris congrui competit contra petium terræ separatum ab alio prædio, si de eiusdem prædii pertinentiis constat ita post *Alex. Scott. & Giurb.* per

per eum relatos tuetur *Andreol. controv. 132. num. 7. & seq.* de quo vide *Vermigl. cons. 486. per tot. & Gratian. discep. foren. cap. 745. n. 67. part. 4.*

20 Privilegiũ iuris congrui alicui competens ex statuto non posse cedi voluerunt *Carpan.*
21 *ad Stat. Mediol. cap. 417. num. 364. & seq. Giurb. decis. 51. num. 5. & seq. Thom. decis. Mareh. 46. num. 30.* nisi cessio fiat consanguineo, vel vicino, ut ibi per eum *num. 32.* Potest tamen cedi cum ipsa re, *Paris. d. cons. 82. num. 26. lib. 3. Giurb. cons. 84. num. 5. D. Deluca in d. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. discur. 76. num. 5. Rota decis. 243. num. 9. part. 5. recen.* & vide *Olea. de cessio. iur. tit. 3. quæst. 2. per tot.*

22 Præsens venditioni, & recipiens pretium quod censeatur retractui renunciare voluerunt *Crave. cons. 159. num. 5. Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 123.* & latè comprobat *Capic. Latro decis. 57. num.* 14. *& seq. tom. 1.* ubi declarat in quibus terminis procedat decisio, *Rota apud Card. Caval. 657. n. 3.*

23 Actio de evictione non datur quando res evincitur vigore iuris congrui, *Afflict. de iure proto. §. 2. num. 37. Tiraq. de utroq. retrac. de retrac. lignag. §. 1. glos. 9. num.* 34. *& seq. Hond. cons. 3. num.* 40. *& seq. lib. 1. Cenc. de cens. quæst. 66. num. 79. & Mang. de evict. quæst.* 134. *nu. 1. & seq.* ubi quamplures ad d. conclusionem subnectit ampliationes, & limitationes, *& Hond. d. cons. 3. n. 74. & seq.* ipsos consulas.

24 Adverte tamen, quòd cùm statutum supradictum in materia retractus prælativi loquatur per verbum *Venditionis*, ibi vendere velit, non comprehendit alios contractus, quia licet appellatione venditionis veniant omnes contractus per quos transfertur dominium, ut not. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 104. *& Barbos. de appell. verb. signif. appell. 267. in prin.* qui dant concordantes quamplures, id tamen non habet locum in statutis in quibus verba sunt strictè intelligenda, ut in his terminis voluerunt *Afflict. de iure proto. in prin. legis, num.* 19. *Fabian. de Monte de empt. & vend. 2. part. in princ. num. 7. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glos. 2. num. 2. & seq. Carpan. ad Stat. Mediol. dict. cap.* 417. *num.* 105. *& num.* 514. *Gratian. discept. foren. cap. 885. num.* 16. *part. 5.* ubi dicit hoc non habere locum quando esset eadem ratio in aliis contractibus, & *D. Deluca in dict. tom. 4. in tit. de servi. ad mate. retra. discur. 72. num. 2. & 3.* Cum ius retrahendi tam prælativum, quàm coactivum dicatur exorbitans, & odiosum, ut dicit *D. Deluca in dict. tractat. de servit. ad mat. retrac. discurs.* 81. *n.* 10.

25 Itaut neque illud habeat locum in permutatione, ut declarant *Carpan. in dict. cap.* 417. *num.* 106. *& seq. Gratian. dict. cap. 885. num. 15. & sequen. & D. Deluca in dict. tit. de servit. ad mate. retrac. discur. 73. num. 3. & discur. 76. num. 2.*

26 Quicquid sit, si statutum usus fuerit verbo alienare, sub quo venit omnis contractus per quem transfertur dominium etiam in materia stricta, ut not. *Carpan. d. cap.* 417. *num.* 112. *& D. Deluca in dict. discur. 73. n. 3.*

27 Omnes tamen ferè casus, qui veniunt appellatione venditionis, puta si venditio sit nulla, sit conditionalis, in promissione de vendendo, & simil. recensent *Carpan. ad dict. Stat. Mediol. dict. cap.* 417. *num.* 112. *& seq. & Benedel. de iure proto. ad prin. Const. in §. sancimus, ferè per tot.* quos quia nimis longum esset recensere, ideò ipsos consulas.

28 Intentans autem remedium coactivum quod non sibi præiudicet in prælativo tenet *D. Deluca in dict. tit. de servit. ad mater. retrac. d. scur. 75. num. 11.*

29 Plures vicini si concurrant ad ius congrui omnibus competit res empta pro æquali portione si est divídua, *Afflict. de iure proto ubi suprà num. 42. & §. 2. num. 23. & §. 7. per tot. D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 4. in tit. de servi. ad mat. retrac. discur. 72. num. 5.* Quod tamen sit locus
30 gratificationi, & quod præferatur ille, cui res est tradita voluerunt *Hond. cons. 7. nu. 7. lib. 1. & ab eo adducti*, vide tamen *Fab. de Anna cons. 47. numer. 29. & seq. & ferè per tot.* ubi latè.

31 Illi, cui competit ius retractus si non fit facta denunciatio de futura venditione contra eum d. ius non præscribitur minori tempore 30. annorum *Mant. de iure prot. num. 33. Morot. cons. 89. num. 1. & seq. Odd. cons. 11. num. 62.* plenè *Giurb. decis. 75. num. 1.* ubi dat concordantes, *Grat. d. scept. foren. cap. 742. num. 12. & seq. par. 4. Rota apud Card. Ottobon. decis. 268. num. 6.* Quod verò si res sit per emptorem alienata tertiò præscribatur d. ius per spatium decem, vel viginti annorum voluit *Carpan. ad Stat. Mediol. dict. cap. 417. num. 217. vide D. Deluca in dict. tit. de servit. ad mat. retract. discur. 95. numer. 15. & sequent.*

32 Requisitio autem, quam requirit statutum fieri vicino, an velit rem emere requi-

titur

ritur pro forma, & illa non potest omitti, etiam si vicinus habuerit scientiam de futura fundi venditione, ut tradunt *Gratian. discept. forens. cap. 742. num. 1. & seq. part. 4. Cenc. de cens. quæst. 64. num.* 19. qui hoc benè declarat, & contrariis respondet, *Rota apud Cenc. de cens. decis. 156. num. 6. & apud Card. Celsum decis. 163. num. 3. & seq. & apud Card. Ottob. decis. 248. n. 3. & seq.*

33 Ita ut Iudex interponens decretum in contractu alienationis rei, ad quam ei competat retractus non sibi præiudicet secundum *Posthi. de subhast. inspect. 36. n. 44.*

34 Vtrum verò sufficiat renunciatio extraiudicialis differit *D. Deluca dict. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. discur. 75. num. 2. & seq. & discur. 86. ferè per tot. & discur.* 81. *n.* 14.

35 Actio pro retractu dicitur in rem scripta, & ideò illa datur contra primum emptorem, contra secundum, & contra alios etiam si res transierit per mille manus, *Afflict. de iure prot. §. 2. num. 35. Mant. de iure prot. num. 43. Tiraq. de retrac. lignag. §. 12. glos. 1. num. 2. & seq. Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 417. num. 339. lib.* 1. *Giurb. decis. 75. n. 6.*

36 Ius congrui competit, proprietario, non autem usufructuario post *Neapod. Afflict. Rendel.* & alios per eum relatos firmat *Giurba ad Constit. Messan cap. 7. glos.* 16. *num.* 11.

37 Et competit etiam emphiteutæ, cùm ipse habeat utile dominium, ut quampluribus authoritatibus allatis probat *Benedel. de iur. proto. ad princ. Const. num.* 113. *& num. 270.* nisi dominus directus velit præferri, ut ibi per eum *d. n.* 113.

38 Quibus addo, quòd frater potest redimere totam rem venditam, per ius congrui, si alius frater negligat redimere partem suam, ut tradunt *Michal. de fratr. p. 3. cap. 36. num. 51. Sanfelic. decis.* 122. *D. Deluca in Theat. verit. & iusti. tom. 4. in tit. de servit. ad mat. retrac. discur. 75. num. 4. Rota apud Buratt. decis. 937. nu. 8. & apud Card. Ottob. decis. 156. n. 9.*

39 De interpretatione retractus coactivi quo ad rem urbanam vide *D. Deluca in d. tom. 4. de serv. ad mat. retrac. discur. 76. num. 3. & discur. 78. num. 3. & seq. & discur. 70. num. 1. & sequen. & discur. 80. num. 16.*

ADDITIO.

40 STatutum de iure congrui, eo magis dici debet validum, stantibus verbis appositis in confirmatione de eis facta per *Vrbanum Octavum*, S. M. de qua infra in fine, *ibi licita tamen, honesta, & dummodo Sacr. Canon. & Sacr. Trident. Decret. & Constit. Apost. non repugnent*, per quæ dicuntur confirmata etiam statuta contra ius, ut tradunt *Pigant. ad statut. Ferrar. tom. 1. rubric. 3. num. 2. in addit. & Rota dec. 510. in fin. part. 4. divers. & decis. 51. num.* 10. *part. 1. rec.* & in aliis relatis suprà in prælud. in fin.

41 Ac etiam stantibus verbis appositis, tam in confirmatione q. D. Ducis Vrbini, quàm in confirmatione Apostolica, *& ibi illa inviolabiliter observari*, quæ non designant simplicem confirmationem, sed novæ legis vim habent, *Rota decis. 438. num. 4. & seq. part. 4. recen. tom. 2. & dec. 298. num.* 17. *part.* 10. *recent.* & dixi pariter suprà in dict. prælud. in fin.

42 Cùm in hac nostra Provincia Gotholana hoc ius congrui non practicetur, nec sit in usu, ita nullus ratione vicinitatis potest prædium, sive urbanum, sive rusticum retrahere. *Solsona in lucern. laudim. cellu.* 12. *q. 3. num. 4. Fontanel. decis. 277. num.* 15. ideò de ea pauca dicam.

43 Quòd detur actio in rem scriptam pro retractu, ut traditur à nostro *Conciolo hìc num. 35.* est certum, prout tradunt Doctores passim, ex quo cum ipso vicino retrahenti nil sit contractum, sed ei ex contractu alterius acquiratur ista actio, & ita nequeat nasci propria, & mera personalis, fit inde, ut hæc personalis in rem scripta nascatur, videndi *Carol. Anton. de Luca ad decis. 389. Vincen. de Franc. per tot.* & Doctores ab eo citatos.

44 Et hoc ius congrui debet peti, & iudicium institui coram Iudice rei sitæ, ut citatis *Franch. & aliis* tenet *Doctissimus Altimar. de nullitatibus part. 1. rubr. 9. quæst. 26. num.* 160. *vidend. dict. Luca. ad dict. decis. 389. Vincen. de Franc. ubi latè*, & tradit *Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 1. quæst. 19. num. 366. & seq.* ad quod vide *Pilaia. dec. canon. lib. 1. decis.* 11. *num. 95.* ubi latè de foro competenti huius iudicii.

45 Et istud ius congrui non habet locum
ubi alienatio est nulla, *Doctissimus Altimar. de nullitatib. dict. part. 1. rubr. 8. quæst.*
46 14. *num.* 34. & solum tempus retrahendi
competit à die scientiæ ratificationis, seu confirmationis talis nullæ alienationis, *Saminiat. inter contro. Ios. Altograd. cons. 7. num.* 12.

47 Adsunt sanè Doctores tradentes, quòd opposito per emptorem defectu vicinitatis, uti

præiudiciali, facit silere causam principalem intentatam iuris congrui, & retractus, & hi sunt citati à *Fontan. decis.* 71. *num.* 23. quod sanè non approbat *dict. Fontanel.* sed simul, & semel de causa principali, & in ipso articulo esse disputandum tradit *num.* 15, *& ferè per tot. dec.* quem vide, & *Ciroch. discept.* 29, *num.* 66, ubi doctè hæc distinguit, quando vicinitas principaliter deducitur, aut incidenter, ipsum consule, & *Modern. Carol. Anton. de Luca ad discep. Gratian. ad cap.* 394, *per tot.* ubi latè hanc materiam præiudicialitatis causarum tractat.

48 Hæc actio iuris congrui, & pro retractu legalis præscribitur spatio 30, annorum, *Eminen. de Luca de servitutib. disc.* 85 *num.* 17, & lii passim.

49 Et istud ius congrui exerceri potest per emptorem, seu habentem emptum prædium vicinum, cum pacto de retro, & contrà eum *Eminen. de Luca de feud. discur.* 91, *num.* 2, quamvis contrarium teneant *aliqui citati à Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis.* 46, *num.* 24, *Ciroch. discept.* 29. *nu.* 42, *& seq. Manfrell. obser. ad decis.* 142.

50 *Capic. Latr. num.* 31, *&* 36, & etiam contra ementem cum præservatione dominii venditori, donec pretium fuerit solutum, *Urceol. consult.* 5, *num.* 58, *in fin.* & à quocun-

51 que taliter, quod si victus fuerit in actione rei vendicatoria, potest recurrere ad hoc ius, & ipsum intentare, *Bonden. collect.* 44, *n.* 47, ubi alios citat.

52 Scias quod hypothecæ contractæ per ipsum emptorem antequam pro ipso iure congrui conveniatur, per ipsum retractum virtute dictæ actionis extinguntur tanquam necessariè vigore statuti, seu iuris eventum, *Merlin. de pignorib. lib.* 5, *tit.* 1, *quæst.* 24, *num.* 5, *& seq. Eminen. de Luca de empt. & vend. discur.* 32, *num.* 16, *Acosta de privil. creditor. reg.* 1, *ampl.* 2. *ferè per tot.* & alii omnes.

53 Unde oritur quæstio tradita à Doctoribus, an per ipsum retractum extinguatur ius conductoris, seu imò an retrahens teneatur stare locationi factæ per emptorem ante retractum, quam quæstionem vide apud *Hermosil. glos.* 7, *&* 8, *leg.* 42, *tit.* 5. *part.* 5. *nu.* 12, & apud *Modernum Pacion. de locat. & conduct. cap.* 61, *num.* 58. 59, *&* 69. ubi contra *Scapuccin.* tenet affirmativè ex quo, licet successor singularis, est necessarius ex parte locatoris.

54 Ad tradita hic à nostro *Conciolo num.* 4, *& seq.* si hoc statutum iuris congrui ligat Clericos, & Ecclesiasticas personas, activè, & passivè, maximè quando conceptum est in rem, seu loquitur de venditore, præter multos Doctores, quos possem allegare, vide *Ios. Altograd. contro.* 100. *tota, & Doctores citatos per Modern. Manfrell. ad Capic. Latro obser. ad dec.* 46, *num.* 25, *& ad dec.* 66. *num.* 17, *Pilata decis. canon. lib.* 1, *decis.* 11. *a num.* 88, *Ciroch. dict. discept.* 20. *num.* 49, *& seqq. Rodoer. ad Marin. obser. ad cap.* 55, *num.* 1, *& seq.*

55 Præsens autem vicinus in venditione, licet non protestet, non sibi præiudicat in iure congrui sibi competenti, quia scit ius suum perdurare, *Modern. Castald. consult. foren.* 54. *num.* 11. ubi *Bonden. Surd. & alios citat.* ad ista vide *Palma. Nepos allegatio.* 67. *tota. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 46. *num.* 16. *Ciroch. discept.* 29. *num.* 53. *& seq.*

56 Hoc in loco plura possem tradere de retractu virtute pacti de retrovendendo, & de prælatione, seu fatica domino directo competentibus; attamen infra in suo loco aliqua dicemus, pro nunc ea omitto, & concludam demonstrando tibi aliquos Doctores, qui de hoc iure congrui, & Prothomiseos tractant, nempè præter *Hermosil. Eminen. de Luca, & alios Doctissimus Altimar. in obser. ad cons. Rovit. lib.* 2. *obser.* 21. ubi latissimè de hoc iure, an locum habeat in feudis, *& ad lib.* 3. *obser. ad cons.* 14. *num.* 17. *& seqq. Pilata tom.* 2. *decis.* 10. *per.* 8. *à num.* 21. *Vincent. de Franc. decis.* 390. & ibi *Adden.* præcipuè *Carol. Anton. de Luca, Brilla ad consuet. Neapol. tit.* 17. *per tot. Rovit. decis.* 24. & ibi *Doctissimus Additionator Altimar. & in obser. ad decis.* 96. *Rota Recent. decis.* 286. *part.* 18. *tom.* 1. *&* 757. *tom.* 2. *Antonel. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 19. *num.* 366. *& seqq. Palma Nepos. allegat.* 8. *Ios. Altograd. contro.* 100. *per tot. Quesada à Pilo differt.* 3, *per tot. Palma Filius consul.* 20. *per tot.* novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 46. *per tot.* ubi latè agit de hoc iure congrui, *Ciarlin. contro. foren. cap.* 73. *per tot. Ciroch. discept.* 29. *per tot. Giurb. obser.* 79. & alii passim.

DE

DE VIIS PVBLICIS, PONTIBVS, AC FONTIBVS REAPTANDIS, Rubrica LVI.

MAgistratus, & Viarum Magistri diligenter curent, quòd Viæ Civitatis conserventur, nec ab aliquo cùm Scalis, vel Puteis, aut similibus occupentur, sed liberæ, & mundæ manuteneantur, prout infra Libro V. sub rubr. Quòd Viæ Civitatis singulis mensibus mundentur, & seq. Fontes etiam, ac Pontes conservari decet, & propterea à Magistratu eligatur ad biennium unus Superstes cuicunque Fonti existenti in Civitate, qui diligenter curare debeat, ut nullo unquam tempore Aquæ deficiant, nec earum cursus à quovis Privato impediatur, iuxta Provisiones in Decreto Serenissimi Ducis Nostri contentas, & nos diximus suprà sub Rubrica XXXXVIII. & sequent.

Communitates etiam, & Homines Oppidorum, Castrorum, & Villarum Districtus Eugubii, teneantur Vias publicas in illorum Territoriis ita, & taliter aptare, & sternere, ut per illas euntes, & Transeuntes non solùm sine periculo, sed etiam commodè, agere, & transire valeant. Pontes etiam, & Fontes in Viis existentes ab eisdem Vniversitatibus refici, & manuteneri debeant, & si cessaverint, multari, & gravari possint, arbitrio Iudicum, & Magistrorum Viarum. Quod si via irrumpatur, & devastetur culpâ alicuius Vicini, per eumdem etiam refici, & manutenerí iidem mandent, & provideant: Cætera ad Vias, Fontes, Pontes, & Cloacas spectantia habes Libro V. sub Rub. XXIV. & sequent.

S V M M A R I V M.

1 *Auctor alio se remittit.*
Pariterque Additionator, num. 2.
3 *Via publica in Civitatibus sunt reficienda à confrontantibus.*
Etiam si sint Clerici, & Ecclesiastica persona, num. 4,
Et etiam si habeant immunitatem propter numerum 12, filiorum, nu. 5,
6 *Via reparanda sunt à locatore, & eius expensis.*
7 *Via extra Civitatem existentes sunt reparanda ab Vniversitatibus.*
Nisi culpâ alicuius sint destructa, numer. 8,
9 *Via vicinalis cuius expensis est reficienda.*
10 *Via publica destructa, licèt transire per prædia vicina.*
11 *Appellare non licet à sententia viæ reparanem mandante.*
12 *Arbores plantata iuxta vias, cuius sint.*

A N N O T A T I O.

1 Ad materiam huius statuti fuerunt annotata aliqua suprà rubr. 48 videas igitur ibi,

A D D I T I O.

2 AD materiam nostri statuti pariter fuerunt annotata aliqua suprà *Rubr. 54.* recurre ad eam, & ita pro nunc aliqua annotabo suprà refectionem, & reparationem viarum publicarum, & privatarum.

3 Via autem publica intra Civitates est reficienda, & aptanda à quolibet pro sua ratà ante eius domum, in tantum quantum ipsa domus, hortus, seu aliter confrontatur cum dicta via publica, *Paitel. expedit. civil. 67. in annot. num. 53. Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 22. cap. unic. num. 42, & seqq. Vermigl. cons. 424. num. 1, & seqq. Pacichel. de distantiis cap. 6. memb. 9. num. 6. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1. lib. 3. disput. 5. num. 13. vers. Habentur etiam, &c.*

4 Et ad hanc reparationem, & aptationem viarum Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenentur, *Amaya in Cod. tit. 25. de immunitat. nemini, &c. in l. 2. num. 8. Pacichel. d. membr. 9. dict. num. 6. Pilaia decis. 11. to. 2. num. 151. & seq. Eminen. de Luca de Regal. discur. 59. num. 5. Oliva de for. Eccles.*

part.1. cap. 39. num. 27. novissimè *Cammarell. de legatis lib. 7, pag. 550. num. 43. Capon. discep. 102, num. 52, & ferè per tot. Marin. ad Reverter. decis. 36, num. 1, & alii à me citati lib. 5, rub. 27, num. 6*, sicque nullus immunis ab hac refectione excusa-
5 tur, *Amaya ubi proximè num. 5*, nec in his numerus duodecim filiorum immunitatem, & exemptionem præstat, *Balmaseda de collect. quæst. 48. nu. 19.* ubi plures Modernos citat, & *Andreol.* refutat *Eminen. de Luca, Miscel. Eccles. in suplem. discur. 49. num. 6. & 19. Capon. discept. 90. num. 35. & seq.*
6 Expensas autem fiendas in reparatione viarum, solvere non tenetur conductor, sed locator, nisi conductio fuerit facta ad longum tempus, quia tunc conductor eas solvere teneretur, sicut Emphiteuta, usufructuarius, & similes, *Eminen. de Luca de Regalib. discur. 140, num. 2, & seq. Modern. Pacian. de locato & conducto cap. 34. §. 1, num. 25. & seqq. Vermigl. dict. consil. 424. per tot.*
7 Via autem, quæ extra Civitates, & Villas publica, & de Regalibus existit, est reficienda expensis Universitatis in cuius territorio existit, seu à confrontantibus cum ea, iuxta observantiam, & consuetudinem Locorum, & Provinciarum, *Amaya ad dict. l. 2, lib. 10, Cod. tit. 25, de immunit. nemini, &c. num. 5. & seqq. Pastel. dict. annot. 67. num. 19. & seqq. Brilla dict. tit. 22. cap. unic. Fragos. dict. num. 13. dict.*
8 *vers. Habentur etiam, &c. in fin.* nisi culpa alicuius destructa fuerit, quia tunc ipse si est solvendo, reficere tenetur, & ad interesse est obligatus, præstaréque debet viam per agrum suum si est ei vicinus, *Pacichel. dict. memb. 9. num. 5. & 6.*
9 Via autem vicinalis, seu privata reficienda est expensis eorum de vicinatu, seu dominorum agrorum, qui participant de commoditate dictæ viæ pro rata, *Balmaseda de collect. quæst. 115. nu. 14.* ubi *Costa*, & alios citat.
10 Via publica autem destructa, licere cuique transire per agrum vicini, imò cogitur vicinus viam per agrum suum concedere, etiam non refuso pretio, hodiè saltim de consuetudine, *Brilla ad consuet. Neapol. tit. 20. cap. unic. num. 30. Pastel. dict. annot. 67. num. 21. & seqq. Hermosil. glos. 1. l. 3, tit. 5. part. 5. num. 20. Ursill. conclu.*
11 *legal. 77, num. 7*, nota inde, quòd sententia prolata super refectione, & reparatione viarum, maximè publicarum, mandatur executioni non obstante appellatione, *Hermosil. ubi suprà n. 21, in fin.*
12 Et pro coronidè scias, quòd arbores, plantatæ supra vias publicas non spectant ad publicum, sed sunt illorum qui prædium vicinum habent, *Ursill. conclu. legal. conclu. 136. n. 11.*

DE MURIS CIVITATIS, ET CASTRORUM INSTAURANDIS.
Rubrica LVII.

Diligenter etiam per Magistratum curari debet, quòd Muri Civitatis iuxta Iuris communis dispositionem instaurentur, & reficiantur, & si aliquod præiudicium per adiacentes factum sit, quam primùm per eosdem emendetur, & (cùm opus fuerit) convocato Consilio, secundum ordinem ipsius provideat: Quod etiam in muris Castrorum exequi ab illis Communitatibus omnino curabit.

SUMMARIUM.

1 *Muri Civitatis ab ipsa sunt reparandi, nisi ipsis domus particularium sint innixe.*
Et ad reparationem contribuere debent Clerici, Ecclesiastica persone, & alii immunes, num. 2,
Pariterque Loca convicina, num. 3,
4 *Castra Baronum in Cathalonia à quo reparentur.*
5 *Officiales deputantur ad muros reparandos.*
6 *Muri, ac Castra, an possint construi absq; Principis licentia.*
Bene tamen reparari, nisi ex mandato Principis, aut alia iusta causa fuerint solo equata, num. 7.

ADDITIO.

1 Muros Civitatis, iuri communi inspecto, certum est ad Universitates spe-

spectare, & ipsarum esse, maximè quando ab ipsis constructi sunt, quapropter ad Civitates, & Vniversitates spectat eorum reparatio, *Capiblanc. de Baronib. prag.19. num. 59. Cancer. var. 3. cap. 13. num. 54, Carol. Anton. de Luca ad Vincent. de Franch. decis. 78, num. 2, Capue. de regim. Reipub. cap. 7. §. 25, num. 2, Novar. de gravam. vassal. tom. 1. gravam. 342. per tot. Pacichel. de distant. cap. 5, num. 4*, qui *Klok. de contributio. & alios* citat. Videndi *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. to. 5, tit. 66, glos. 46, ad §. 43, num. 2, & 3, & tom. 6, tit. 68, glos. 45, ad §. 42. num. 1, & seq. & tit. 74, glos. 13, ad §. 11, num. 3, Ganaver. decis. 39, & 40.* hi autem, quibus domus particularium innixæ sunt ab ipsis particularibus sunt reficiendi, per *text. in l. turres, Cod. de operibus pub. Trentacinq.* citatus à *Pegas dict. tom. 5. §. 43. nu.*

2 *2. pag. 287.* & ad hoc tenentur quomodolibet immunes, etiam propter numerum duodecim filiorum, & etiam Ecclesiastici, *Caput. dict. §. 25. dict. num. 2. Pilaia decis. canon. tom. 2. decis. 11. num. 151. Amaya obser. lib. 3. cap. 5. num. 48. Balmaseda de Collectis quest. 48, num. 19. Severin. in addit. ad decis. 391. Sanfelic. pag. migi 279.* & quomodo hoc de Clericis procedat, vide *Balmaseda. de collect. quest. 19. num. 17, Pilaia. loco citat. Eminen. de Luca de Regalib. discur. 58. num. 11. & discur. 59. nu. 3. & seqq. Sperell. decis. 41, nu. 43, Olvia. de for. Eccles. part. 1, cap. 39, num. 22, & seqq.*

3 Et ad istam reparationem tenentur Villę, & loca vicina, cum ad dictas Civitates muratas tempore invasionum se recipiant, imò ad id cogi possunt *Carol. Anton. de Luca ad dict. decis. 78, Vincent. de Franch. dict. num. 2. Klock. cap. 9. num. 66. Novar. dict. gravam. 342. num. 2.* & ita servatur in hac nostra Civitate iuxta varia Regia privilegia, & sententias, quibus omnes loci huius vicariæ debent se recipere ad hanc Civitatem, & contribuere ad reparationem, & constructionem murorum illius, prout causa devastationis eorum evenit anno 1678. propter inundationem rivorum Ticeris, & Vndaris, ita fuit practicatum, & sententia Regia prolata per Nobilem Relatorem Don Christophorum de Potau declaratum; ad quam reparationem contribuit Capitulum, & Clerus huius Civitatis iuxta varia arbitramenta antiquissima, prout dicto anno Capitulum huius Almæ Sedis, quantitatem ad id exsolvit.

4 Castra autem Baronum in Cathalonia nostra reparantur, nempè turris magistra, & cisterna per Dominum castri, ad opus sanè foraneum, & aliud contribuunt ipse dominus castri, & homines illius, quod non est conforme iuri communi, secundum quod totum cedit oneri dicti domini castri, ex quo principaliter id tendit ad suum commodum, *Cancer. var. 3. cap. 13. n. 51. & seqq. Luca ad Franch. ubi proximè n. 2.*

5 Quapropter ab Vniversitatibus, & Civitatibus deputantur personæ, & eliguntur ad curandum de dictis reparationibus, *Caput. dict. §. 25. per tot.* ubi latè de electione horum D. putatorum, & ita per nostram Civitatem fuit practicatum dicto anno 1678. in quo fuerunt electi Commissarii ad id à Capitulo Almæ Sedis, à nostra Civitate, & ab hominibus Locorum Vicariæ huius Civitatis.

6 An autem muri, & castra possint construi à Civitatibus, & Baronibus absque licentia Principis, maximè in nostra Provincia Gotholana tradunt *Cancer. var. 3. cap. 13, num. 16, & seqq. à num 56, Klok. repertus citatus dict. cap. 9, à num. 1. Ripoll. de Regal. visus citatus cap. 33. nu. 39.*

7 *& seqq.* Benè tamen possunt à Magistratibus, seu Civitatibus reparari absque Principis licentia, nisi de mandato Principis fuerint solo æquati, quia tunc sine eius licentia erigi non possunt, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 5, disput. 13. §. 12, num. 376,* & ad ista vide novissimè tradita à *Pegas. ad ordinatio. Regni Portug. tom. 6, ad lib. 1, tit. 74, §. 11, glos. 13. nu. 5, pag. 175.*

DE OFFICIO CVSTODVM PORTARVM.
Rubrica LVIII.

CVilibet Portæ Civitatis deputetur Vnus, qui diligenter eam custodiat, ibi personaliter permanendo, & de nocte hora solita cum Clavibus claudat, quas penes se retinere debeat, seu alteri tradere, prout sibi fuerit impositum à D. Locumtenente, cuius commissionibus omnino parere

debeat: Teneatur etiam summo mane illam aperire, & à deferentibus tantùm ligna, unum petium ligni pro qualibet Salma recipere possit.

SVMMARIVM.

1 *Porta Civitatis ab ipsa custodiri debent.*
2 *Claves portarum Civitatis custodire ad Civitatem spectat, secus in arcibus.*
In Civitate Gerunda, licet sit Præsidium, claves unius portæ custodiuntur ab ipsa Civitate, seu imò penes Iuratos illius, num. 3,
4 *Nobiles, Advocati, ac Literati sunt immunes à custodia portarum.*

ADDITIO.

1 Custodes portarum Civitatis ab ipsa Civitate eliguntur, & creantur, & claves retinere spectat ad Universitates, *Capiblanc. de Baronib. tom. 1. prag. 19. num. 60. Novar. de gravam. vassal. gravam. 343. num. 1. Fontanel. de pact. clausf. 4. glos. 10. part. 2. num. 18. Sabell. in summ. diversf. tractat. §. Civitas, num. fin.* videndus novissimè *Pegas ad ordinatio. Regni Portugal. tom. 7. tit. 87. glos. 34. ad §. 32. num. 5.* ubi tradit apud quem claves sint
2 servandæ, & alia plura de eis. In arcibus tamen, & Præsidiis penes Gubernatorem, seu Caput Militum solent retineri, *Novar. dict. gravam. 343. num. 3, & seq.*
3 Hæc sanè nostra Civitas, licèt præsidium existat, propter eius fidelitatem meruit à Catholicis nostris Regibus claves unius ex portis principalibus, nempè Plateæ Caulium, vulgò dicto *Portal del areny*, penes Iuratum Primum dictum *Coronel*, & in eius absentia penes Secundum custodiri, in qua porta pro ipsius custodia existunt Milites ipsiusmet Civitatis, & non aliorum, qui pro custodia detenti reperiuntur.
4 Ab ista tamen custodia portarum sunt immunes Nobiles, ac Literati, taliterquod præfatum privilegium, ac libertatem præscriptione etiam per mille annos non amittitur, nisi casu quo hostes instant, aut instare possunt, quia tunc ad id, & ad excubias liberè se præbere debent, ut exempli sui auctoritate, Nobilissimos quosque alioquin immunes invitent ad eandem curam pro Reipublicæ salute subeundam, & tunc ut liberrimæ voluntatis in consequentiam non est trahendum, nec ex eo ius formandum, cum quæ interdum necessitate impellente, permittuntur, iuris necessitati non subiiciuntur, & quæ hominis voluntati subiectum, necessitatis vinculum planè liberum est, & solutum, ut omnia hæc ferè eisdem verbis adfert *Georg. Mund. de munerib. honorib. & onerib. cap. 1. à nu. 194. ad 215*, ubi per tot. plura de excubies affert, pariterque præter alios *Berlich. conclus. legal. part. 2, conclus. 64, per tot.* & ad supra tradita conducunt quæ refert. & tenet *Doctissimus, ac omni ævo laudandus Solorzan. in operib. posthum. in discurs. iuridic. politi. iurium, ac honorum debitorum Magistratibus Iubilatis n. 406. & seq. pag. 326.*

DE OFFICIO PLAZZARIORVM.
Rubrica LIX.

Plazzarii Quatuor, seu plures eligantur iuxta solitum, qui præstito priùs Iuramento in forma in manibus Cancellarii, teneantur exequi omnes citationes, commissiones, & Mandata Iudicum, & Magistratus, & etiam ad instantiam particularium Personarum sub pœna xx. solidorum pro qualibet vice; & credatur eorum Relationibus, quas infra tres dies, computata die citationis, facere teneantur: Possint etiam de licentia Iudicis gravamina facere; nec non Executiones parvæ summæ extra Civitatem: Et quilibet eorum successivè singulis diebus etiam Festivis teneatur assistere in Platea, ut mandatis Superiorum præsto esse possit. Et habeant singuli pro sua mercede à Camera Ducali quolibet anno Florenos xviii. à privatis verò personis pro qualibet Citatione

tatione in Civitate, vel Burgis solidum unum, & solidos duos pro cedula, extra verò Civitatem citra spatium unius milliatii, duplicetur; & per spatium unius milliarii habeant solidos quatuor; duorum milliatiorum solidos octo, & sic deinceps pro quolibet milliario bononeni duo illis addantur: Pro immissione in possessionem si in Civitate, vel Burgis, Iulium unum habeant: Extra verò duplum: Si hæreditari iacenti aliquis detur Curator, bononeni xii. solvantur. Cæterum Mandata Iudicum, & Magistratus, statim, & absque aliqua mercede exequi teneantur: & prædicta etiam à Plazzariis Castrotum observanda erunt.

SVMMARIVM.

1 *Plazzario creditur quo ad ea, quæ spectant ad eius officium.*

Etiam quo ad ea suo officio connexa, numer. 18.

Licet secùs sit quoad alia non spectantia ad eius officium, num. 2. *&* 19.

*Ita ut ei non credatur quoad solemnitates requisitat in subhastatione, n.*3,

Licet credatur quoad subhastationes, num. 4,

5 *Plazzarius facta relatione non potest se corrigere ex intervallo.*

*Et quo ad relationem creditur Notario, non autem Plazzario, nu.*6,

7 *Plazzario creditur, aliquem accepisse in d positum res captas in exequutionem.*

8 *Nuncio præsentanti citationes in Cathalonia creditur licèt testes non adhibeat.*

9 *Notario autem absque testibus de præsentatione citationis non creditur.*

Ratio affertur, num. 10,

11 *Relatio citationis in actis non continuata non attenditur.*

12 *Citatio à productione in actis causa robur accipit.*

13 *Nuncio quando sine citatione partis ad eius examen non credatur.*

14 *Nuncio dicenti aliquem citasse est standum, etiamsi citandus aliter iurare se offerat.*

Benè tamen admittitur ad probandum contrarium, num. 15.

Non tamen ipsis creditur, quando citandus esset in dignitate constitutus, & se fuisse citatum negasset, num. 17,

16 *Plazzarii, & Nuncii sunt personæ viles.*

ANNOTATIO.

1 Plazzario, seu nuncio publico creditur in iis, quæ spectant ad suum officium, ut not. *Menoch. de arbitr. casu* 112. *num.* 1. *& seq.* ubi dat ampliationes, & limitationes, *Farinac. de testib. quæst.* 56. *num.* 381, ubi dat concordantes, & *Rota in Cracovien. iurispat.* 4, *Aprilis* 1642. *coram R.P. D. Carrillo post prin. & in Aquil. bonor.* 4. *Martii* 1625, *coram R.P.D. Remboldo,* 5. *quod autem, &c.*

2 Licèt secùs sit quò ad alia non spectantia ad eius officium *Menoch. ubi suprà*, & faciunt notata per *Farin. dict. quæst.* 56. *num.* 375.

3 Prout neque eis creditur, quo ad solemnitates necessarias in subhastationibus, *Surd. cons.* 49, *num.* 19, *lib.* 1. *Posth. de subhast. inspec.* 29, *in fin. Rota apud Gre-*
4 *gor. XV. decis.* 185. *num.* 10. licèt ei credatur quo ad subhastationes, si ipse specialiter referat, cùm id spectet ad eius officium, *Hond. cons.* 18, *num.* 56, *lib.* 1, *Posthi. de subhast. inspec.* 29. *num.* 111. benè declarans.

5 Qui Plazzarius facta relatione non potest se corrigere ex intervallo ob timorem subornationis, ut post *Bart. Abba. & Alex.* per eum relatos, firmat *Card.Tusch. pract. concl. litera N, concl.* 155, *num.* 20, sed attenditur relatio facta in actis, *Bart. cons.* 86, *lib.*1, *per tot. Card. Tusc. dict.conclus.* 155, *num.* 21, *Rota apud Greg. XV. de-*
6 *cis.* 131, *num.* 2. Quod verò credatur Notario, non autem nuncio quo ad relationem tradunt *Carpan. ad Stat.Mediol.cap.* 205, *num.* 34, *Rota decis.* 535, *num.*2, *par.*1, *recentior.*

7 Dicto tamen Baiulo referenti aliquem in depositum accepisse bona pignori oblata creditur, etiam depositario negante, *Salust. in pract. A. C. lib.* 1, *cap.* 42. *num.* 6. ubi dicit contra d. depositarium exequi posse sine alia citatione, ut ibi per eum.

ADDITIO.

8 IN nostra Provincia Cathaloniæ quando nuncius publicus præsentat citationes, testibus non indiget, sed solum quando rela-

relationem facit notario causæ, seu aliæ publicæ personæ auctoritatem habenti, & de ea conficitur instrumentum, *Fontanel. decis. 567. num. 12, & 13.*

9 Notario autem de præsentatione citationis absque testibus non creditur in nostra Provincia, *Fontanel. dict. decis. 567, num. 14, & 15. Doctissimus Altimar. de nullitat. rub. 12, quæst. 8. num. 40. & seqq.* ubi *dict. Fontanel. Pegas. & alios* citat *Scoppa ad*
10 *decis. Grattan. obser. 62, num.*28. Cum notario non credatur attestanti citationem fuisse transmissam, nisi aliter constet de relata exequutione citationis, ea ratione quia notario attestanti de actu de præterito, & non gesto coram ipso, in ipso præciso tempore actus, non creditur, cum eius assertio hoc casu magis videatur testimonialis, quàm habens fomentum officii tabellionatus, *Modernus Palma Nepos allegatio. 3, num. 95, & seq.* ubi Doctores, & decisiones Rot. Romanæ citat, vid. ndus *Modern. Castald. consult. foren. 54. n. 12.*

11 Nec relatio Plazzarii, seu nuncii fidem facit, si in actis non inveniatur registrata, *Vbert. & Ridolphin. à dicto Palma citati ibidem num. 94. Sabell. in summ. divers.*
12 *tractat. 5. citatio, num. 36.* Cum à productione apud notarium, & causam robur accipiant eorum relationes, *Ripoll. ad prax. Peguer. rub. 6. num. 67.* & ita nec nuncio
13 est standum quando relationem facit de actu de præterito, nisi formiter cum citatione partis examinetur, *Palma ubi proximè num. 97.* ubi pariter decisiones Rotæ Romanæ, & Lucensis citat.

14 Plazzario autem, & nuncio publico dicenti se aliquem citasse maxima est adhibenda fides, licèt citatus neget se fuisse citatum, & offerat iurare sibi non fuisse citationem præsentatam, pluribus citat. *Ripoll. ad Peguer. dict. rub. 6, num. 64. & seq. Fon-*
15 *tanel. dict. decis. 567, num. 20.* ubi de praxi communi *Benekendor. in addit. ad Serafin. de privil. iurament. addit. ad privil. 28. nu. 31. & seq. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 5, disput. 12. §. 1. num. 18. & seq.* tamen non est dubitandum quod pars admittitur ad probandum contrarium, & sic ipsam negativam, taliter quod si probaret, obtineret, *Fontanel. dict. decis. 567. num. fin.* ubi *Ripoll.* citat *Doctissimus Altimar. dict. num. 12. quæst. 8, num. 103* ubi *Mascard. Azin. Batard. Pacian. & alios* citat *Fragos. dict. num. 18. Ricciul. de reprob. lib. 12, cap. 6. n. 16.*

16 Sanè cum Plazzarii, & nuncii sint personæ viles, & infames, & falsas relationes solent multi facere, & pro modo vini dolio deierare, *Fontanell. dict. decis. 567. nu. 17. Doctissimus Altimar. dict. rub. 12, quæst. 8, num. 43. & seq.* ubi *Pegas. & alios* ci-
17 tat, si personæ negantes, & iurantes non fuisse citatos essent in dignitate cōstituti, seu probatæ vitæ, ipsis, & non nuncio esset standum, maximè in criminalibus, ut multis citatis tradit ipse sane *Doctissimus Altimar. dict. quæst. 8. nu. 104,* præoculis semper habendus, & conducunt tradita per *d. Fragos. d. nu. 19.*

18 Ipsis Plazzariis, seu nunciis, ut traditur à nostro *Conciolo*, creditur non solum in respicientibus eius officium, sed etiam in connexis, & dependentibus ab eo, ideò creditur nuncio dicenti se fecisse diligentias reperiendi citatum, se de mandato Iudicis citasse, dicenti ei responsum fuisse per citatum nolle venire, & in aliis similibus tanquam connexis, & dependentibus sui officii, prout tradunt latissimè *dict. Doctissimus Altimar. dict. rubr. 12, dict. quæst. 8, à n. 87. Scoppa ad decis. Grattan. obser. 62. nu. 29. Ricciul. ubi supr. num. 6, & seq.* maximè à num. 17.

29 Pariter ipsis non creditur quo ad alia non spectantia ad eorum officium, ut traditur hic *à nu. 2.* veluti dicenti se citando fuisse verberatum, vel alia iniuria affectum, vel fuisse impeditum, ne sibi mandata exequeretur, ex quo hæc non sunt connexa, nec dependentia sui officii, *Giurb. obser. 81, num. 12, Ricciul. de reprobis lib. 12. cap. 6. num. 3. 14. & seq. Rodoer. ad Marin. obser. 115. num. 20, Doctissimus Altimar. dict. quæst. 8. num. 100. & seq.* apud quem invenies cuncta quæ tibi occurrerit, & non pœnitebis eum præmanibus habere, ipsum consulas.

DE OFFICIO EXTRAORDINARII.
Rubrica LX.

UT vendentium fraudibus occurratur, Volumus, quòd Barigellus teneatur deputare unum Executorem aptiorem de sua familia, cum assensu, & approbatione DD. Confalonerii, & Consulum, qui omni diligentia adhibita provideat, quòd Macellarii, Panefaculi, Triccoli, & similes, Carnes, Pisces, Panem, Oleum, & res omnes ad eorum Artem spectantes, vendant benè conditionatas, iusto pretio, & pondere, & ob id Stateram deferat, & nulla mora interposita, illas coràm Emptore ponderet, & si iniusti ponderis, vel malæ conditionis sint, statim Magistratui deferat, ut deinde ad pœnam contra prædictos procedatur: Sicut etiam si Macellarios, Hospites, Triccolos, & alios prohibitos emere ante Meridiem, contrafacere invenerit, res emptas ab eis auferre, & in Palatium Communis statim deferre debeat: Curet etiam quòd viæ Civitatis, cùm à Magistratu banniti fiat, cum effectu mundentur, & ab iis immunditiæ, & ingumbrimina quæcunque amoveantur, nec in Publicis Fontibus, seu Pantanis lavetur, & omnibus aliis Statutis, ac extraordinariis Bannimentis ad eius Officium spectantibus occurrat, & quocunque Casu, quartam partem pœnæ lucretur.

QUOD OFFICIA COMMUNIS, ET CASTRORUM ab exteris non exerceantur.

Rubrica LXI.

OMnia Officia Communis Eugubii, & ea, quæ ad Cameram Ducalem spectant, Eugubinis Civibus, prout hactenus observatum est, & non aliis committantur: Sicut etiam omnia Officia Castrorum, & Oppidorum eisdem Civibus committenda erunt: Ad quæ tamen minores viginti quinque annis eligi & deputari non possint, 1

SUMMARIUM.

1 *Cives quando in statutis nominantur intelligitur de Civibus propriè sumptis.*
2 *Officia Reipublicæ debentur Civibus, & non exteris.*
An autem officia iurisdictionis, n. 3.
4 *Civilitas attenditur in officiis regiminis Reipublicæ.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum loquens de Civibus Eugubinis habet locum in Civibus propriè sumptis, non autem de Civibus secundum quid, & impropriis secundum *Brun. in tractat Const. & decret. in verbo Cives, & statutum de civibus, Bursatt.consf. 245. num. 23. lib. 3.* quos refert, & sequitur *Mascard. de gener. statut. interp. conclus. 4. num. 7.*

Concordat cum hoc statuto *Statutum Urbini lib. 3, cap. 35, per tot.*

ADDITIO.

2 ET quòd officia Reipublicæ debeantur civibus, & habitantibus, qui incommoda onerum, & collectarum supportant, & non exteris, tradunt *Matthæu. de regim. Regni Valent. cap. 4. §. 5. à num. 22.* ubi *Solorzan. Caput. & alios citat Rovit. ad prag.*

prag. 2. de administr. univers. num. 3, & ibi Laganar. lit. C, & alii, quos citavi infra lib. 2, rub. 34, nu. 23. Et quod ad officia iurisdictionis, actuarii, & aliorum, quid procedat, Franch. decis. 98. & ibi Adden. præcipuè Modern. Carol. Anton. de Luca, Ricc. collect. 1078, & 1358, part. 4, & 2035. part. 5.

4 Unde per varia Regia privilegia extat in Civitate Barchinonæ, & in hac nostrâ Gerundensi provisum, quod ad officia regiminis Reipublicæ insaculentur, & admittantur tantum qui habent habitationem cum domo, & familia immediatè ante imbursationem, seu insaculationem per annos respectivè contentos in dictis Regiis privilegiis, qui in hac nostra sunt quinque anni, & ita non inspicitur civilitas originaria, sed mera habitatio actualis, videndi Xammar. de privil. Civitat. Barch. §. 22. à nu. 55. ad. 43. & ibi Monras, Matthea de regim. Regni Valent. cap. 5, §. 3, per tot. Altimar. ad consil. Rovit. lib. 1, obser. 48, & 83, per tot. ubi plura de civilitate Sabell. in summ. divers. tract. §. Civis per tot.

DE POENA RECVSANTIVM OFFICIA COMMVNIS.

Rubrica LXII.

QVilibet Civis Electus, & Deputatus ad aliquod Officium, sive Administrationem Communis, Munus sibi iniunctum alacriter suscipiat, ac fideliter exerceat; Qui verò cessante legitimo impedimento, illud recusaverit, ultra privationem Officiorum, & Honorum Communis, Pœnam quinquaginta scutorum incurrat, Fisco Serenissimi Ducis, & Communi pro parte applicandam: De causa autem legitima, D. Locumtenens, adhibitis Advocato, & Procuratore Communis, summariè, sola facti veritate inspecta, cognoscat, & iudicet.

SVMMARIVM.

1 *Cives electi ad aliquod officium per Vniversitatem tenentur illud acceptare.*
Etiam quo ad officium collectoris pecuniæ publicæ, num. 2.
Licet à dicto officio excusentur Milites, num. 3.
4 *Authoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 CIves electos ab Vniversitate ad aliquod officium publicum teneri ad illud acceptandum tradunt Avendag. de exeq. mand. part. 1. cap. 19. num. 24. & Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 19. num. 28. ubi dicit illos posse extrahi de domo, & cogi de facto ad acceptandum officium, ut ibi per eum.

2 Non solum ad officium Magistratus, sed etiam, ut pecuniæ publicæ collectores fiant, ut not. Alberi. in l. munerum 18. ff. de munerib. & honor. quem referendo sequitur Choel. in dict. cap. 19, num. 30. ubi dicit à d. munere non excusare ætatem, dignitatem, & similia, sub poenis contentis in l. si ad Magistratum 18, & in l. ex omnibus, 31. Cod. de decuri. lib. 10, nisi iusta causa excuset, de qua ibi per eum.

3 Licet à d. munere excusentur milites, de quo quando habeat locum vide per Choel. in dict. cap. 19. num. 31. & seq. & cap. 50. num. 173, & plurib. seq, ubi latè declat.

ADDITIO.

4 DE materia huius rubricæ, ac statuti dixi aliqua in rubr. 6, huius libri primi, & sic ad eam, & Doctores ibi citatos recurre, ne de repetitione earundem notarer.

DE

DE IMMVNITATE OB NVMERVM XII. LIBERORVM. Rubrica LXIII.

QVi duodecim Liberos ex legitimo Matrimonio procreatos habeat, Poterit Immunitatem propterea à Iure conceſſam à Sereniſſimo Principe poſtulare, Quæ tam ipſi, quàm liberis ſupervıventibus ſolùm ſuffragari valeat: Volumus tamen, Quòd interim Ii Munera Magiſtratus, Præfectorum Annonæ, Hoſpitalis Maioris, & ſimilium, quæ Publicam utilitatem, ac Pietatem reſpiciunt, Sicut alii Cives ſubire teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui tractant materiam immunitatis ob 12. liberos referuntur, & num. 25.*

2 *Numerus 12. filiorum ſufficit pro conſequenda immunitate.*

Qui autem filii numerentur habet, n.3.

Et in quibus filiis ceſſet dictum privilegium immunitatis, num. 4.

5 *Immunitas ob numerum 12. filiorum durat etiam mortuo Patre.*

Cùm dicta immunitas ſit beneficium, non autem privilegium, num. 6.

Maximè filii in communione cum matre, aut noverca vivendo, nu. 18.

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 7.

8 *Immunitas ob numerum 12. filiorum habet locum etiam mortuo filio ante impetrationem, & num. 17.*

Non tamen ante porrectam petitionem Iudicialem, num. 16.

Et ita non competit filiis ea non petita à patre vivente, num. 17.

9 *Immunitas ob numerum 12. filiorum communicatur etiam uxori.*

Et fratri habitanti cum alio fratre, num. 10.

11 *Immunitas ſupradicta non cenſetur revocata per generalem revocationem.*

Et extenditur etiam ad bona illibrata, num. 12.

Non tamen ad onera antea impoſita, num. 21.

Licet extendatur ad bona poſteà quiſita num. 22,

Quod extendatur ad bona illibrata contrarium tenent aliqui Doctores, n.13.

14 *Immunitas eadem continuatur etiam in uno tantum filio.*

15 *Immunitas ſupradicta eſt favorabilis, ut in dubio pro ea ſit iudicandum.*

19 *Immunitas hæc competit avo, patre vivente, ſi undecim filios habeat, & nepotem ex filio, & omnes alat.*

Pariter ſi habet unicum filium, & ex alio præmortuo 11. nepotes, & omnes alat, num. 20.

23 *Immunitas ob numerum filiorum pro quibus rebus competat.*

24 *Immunitas ſuprad. Icta competit etiamſi per immunem ſint ſoluta onera.*

ANNOTATIO.

1 DE immunitate debita patri ob numerum duodecim filiorum de qua in hoc ſtatuto, habetur *in l. ſi quis decurio 24. Cod. de decur. lib. 10,* & tractant *Theſa. deciſ. 267. Paſcal. de patr. poteſt. part. 4. cap. 4. Hodier. ad Surd. deciſ.* 123, *Choel. ad Bullam bon. regim. cap. 50. num. 67. & ſeq. & Calvi. de aquit. lib. 2, cap.* 128. *per*
2 *tot.* & ſufficere numerum duodecim filiorum tantum uti habetur in hoc ſtatuto tradunt *Theſa. dict. deciſ.* 267, *num. 4, & ſeq.* ubi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *& Choel. in d. cap. 50, nu. 69,* & dixi ego *allegat. foren. 58. num.*2.

3 In quo numero computantur filii tam maſculi, quàm fœminæ etiam nuptæ, & ſive filii ſint in poteſtate, quàm emancipati, & etiam ſi ſint dati in adoptionem, & veniunt etiam nepotes ex filio maſculo præmortuo pro uno tamen filio, & filii legitimati tam per ſubſequens matrimonium, quàm per reſcriptum Principis, & etiam ſi filii ſint mortui poſt adeptam per patrem immunitatem, & etiam ſi pater, & filii eſſent divites, ut declarant *Rolan. conſ.* 52. *num. 2. & ſeq. volum. 2, Theſa. dict. deciſ.* 267, *num.5, Paſcal. de Patr. poteſt. par. 4, cap. 4, num. 11. Hodier. ad Surd. deciſ.*123. *ferè per tot. Choel. ad Bull. bon. regim. dict. cap.50.n.69.70.& ſeq. & Calvi. de aquit. lib. 2, cap.* 128. *ferè per tot.*

4 Ceſ-

4 Cessat tamen dictum privilegium in debitis privatis, in filiis legitimis tantum, vel naturalibus tantum, in filio in ventre existente, nisi sit proximus nativitati, & quo ad onera extraordinaria tantum, non autem quo ad ordinaria maximè Cameralia, & in Statu Ecclesiastico, neque quò ad solutionem pœnarum damnorum datorum, & pretii pascuorum, & in aliis casibus, quos recensent *Rolan. Thesa. Pascal. & Hodier. in loc. suprà proximè adductis*, & latè prosequuntur *Choel. in dict. cap. 50. num. 82. 83. & seq. & Calvi. in dict. cap. 128. per tot.*

5 Immunitas autem hæc ob numerum duodecim filiorum durat etiam mortuo patre, ut habetur in hoc statuto, & tradunt *Surd. dict. decis. 123. ferè per tot. Menoch. cons. 486, vol. 5, Choel. in dict. cap. 50, nu. 85, ver. Sed hæc limitatio, &c.* maximè filiis in communione permanentibus, ut ibi per eum *nu. 105.* qui ubi suprà dicit, hanc conclusionem in Statu Ecclesiastico nullam habere dubitationem stante *Bulla Pii V. Const. 72.* ut ibi per eum, & comprobat *Calvi. de æquit. dict. cap. 128. num. 78. & latius num. 198.* ubi hanc dicit esse receptissimam sententiam.

6 Cum dicta immunitas ob numerum duodecim filiorum sit beneficium, non autem privilegium, & sic latè veniat interpretanda, ut not. *Menoch. dict. cons. 486, num. 2, & 3, Choel. dict. cap. 50. num. 85. in fin. & Calvin. in dict. cap. 128, num. 2. & num. 58.* & dixi ego *allegat. foren. 58. num. 12.*

7 Quicquid contrarium tenuerint *Thesaur. dict. decis. 267. num. 11. Festa. de collect. part. 4. cap. 3, num. 74, & Hodier. ad Surd. dict. decis. 123. num. 1. & seq.*

8 Immunitas supradicta competit etiam mortuo uno ex filiis ante impetratam immunitatem, ut probat *Calvin. de æquit. d. cap. 128. num. 65. & seq.* qui dicit ita servari in Senatu Mediolani.

9 Immunitas ob numerum duodecim filiorum communicatur etiam uxori quò ad bona propria, *Pascal. de patr. potest. part. 4. cap. 4. num. 24. Choel. ad Bull. bon. reg.*
10 *dict. cap. 50. num. 106. & seq.* Et illam communicari etiam fratri habitanti cum alio fratre, & possidenti bona cum eo in communi post *Marsil. Menoch. Adden. ad Alban. & Bombs.* per eum relatos comprobat *Calvin. de æquit. dict. cap. 128. nu. 101. & seq.* ubi contrariis respondet, & non dissentit *Pascal. in dict. cap. 4. num. 23*, licet de hoc dubitet *Thesaur. Iun. in add. ad dict. decis. 267. num. 11.*

11 Immunitas tamen prædicta uti clausa in corpore iuris non censetur revocata per Principem revocantem quascunque immunitates, ut voluerunt *Calvin. de æquit. dict. cap. 128. num. 117. Alban. cons. 794. num. 5. & 6, Gargiar. Iun. cons. 61. num. 3. lib. 1.* & dixi Ego *allegat. Foren. 58. num. 15.* ubi addidi, Principem non posse illam revocare.

12 Immunitas supradicta ob numerum 12. filiorum extendi etiam ad bona illibrata voluerunt *Bart. Felin. Brun. Alciat. Natt. Io. Maur. Alex. & alii* relati per *Osasch. decis. 136. num. 2.* ubi testatur de communi opinione, imò de receptissima sententia.

13 Licet contrarium teneat *Calvin. de æquit. dict. cap. 128. num. 129. & seq.* cum qua opinione pertransit *Osasch. dict. decis. 136. num. 4.* quando immunitas fuit obtenta postquam bona fuerunt in æstimo descripta, secus si ante, ut ibi per eum.

14 Immunitatem, de qua suprà, continuari etiam in unico tantum filio aliis prædefunctis, cum Reipublicæ intersit Civitatem liberis hominibus repleri tradunt *Surd. decis. 123. nu. 5. & seq. Costa de retrotract. monit. 8. ad cap. 2*, & alii plures quos refert, & sequitur *Gargiar. Inn. cons. 65. numer. 5. vol. 1.*

15 Immunitas prædicta ob numerum duodecim filiorum est ita favorabilis, ut in dubio sit iudicandum pro immunitate, ut not. *Calvi. de æquit. dict. cap. 128. num. 220. Ciriac. contr. 141. num. 59. & controvers. 222, num. 17*, & dixi ego *alleg. Foren. 58. in fin.*

ADIDTIO.

16 HÆc immunitas propter numerum 12. filiorum non competit patri ipso iure, natis filiis, sed ex instanti porrectæ petitionis iudicialis talis immunitatis, *Marin. ad Reverter. obser. ad decis. 113. num. 6. &*
17 *seq.* & ita à patre in vita non petita, hac immunitate filii eo mortuo non gaudent, etiamsi in communione cum matre, aut noverca stent, *Balmaseda de collect. quæst. 48. num. 20.* benè tamen ea petita etiam tempore quo aliquis ex ipsis filiis iam esset mortuus *Giurb. de success. feud. §. 2, glos. 13. num. 94.*

18 Quod immunitas hæc duret mortuo patre, filiis in communitate cum matre, seu noverca permanentibus est certum, & traditur à *Marin. in dict. obser. 113. num. 4. & 5. Balmaseda dict. quæst. 48. num. 8. Carol. Ant.*

Ant. de Luca obser. 259. ad decis. Vincen. de Franc. num. 2. in fin. Severin. in addit. ad decis. 391. Sanfelic. lib. 3, pag. mihi. 279. Impres. Lugdun. Donde. consult. 17. nu. 23. Hodiern. ad Surd. decis. 124. num. 4. ubi *à num. 1,* contrarium tradit decisum quando non supervivit mater, aut noverca vivens in communione cum filiis.

19 Et ad hanc immunitatem prossunt nepotes in locum filii præmortui, ut tradit noster *Conciolus*, & tradunt *citati per Marott.* ubi proximè *num. 9,* verum, & etiam prossunt, patre vivente, si avus undecim filios habeat, & nepotem ex filio viventem, & omnes alat *Carol. Ant. de Luca* ubi proximè *dict. obser, 259, n. 3, Marotta discep. foren. cap. 21. à num. 1.*

20 Ita ut habens unicum filium, & ex alio præmortuo undecim nepotes, & omnes sub potestate, seu imò omnibus alimenta communiter præstans, gaudet hac immunitate, cum militet ratio concessionis huius exemptionis, & non attendatur patria potestas, sed solum à iure hæc immunitas præcipuè in parentes directa est, *Balmaseda dict. q. 48, num. 12, Luca dict. obser. 259. num. 4,* ubi *Sanfelic. Prat. & alios* citat *Marotta ubi suprà à num. 16, Hodiern. ubi suprà num. 10.*

21 Hæc autem immunitas non extenditur ad onera antea imposita, licèt non soluta, nec distributa, cum privilegium supra veniens non prosit, *Balmaseda dict. cap. 48. num. 13. Tondut. quæst. civil. cap. 26, num. 8.*

22 *Capon. discept. 90. num. 37. tom. 2,* licet extendatur ad bona postea quæsita, *Severin. in addit. ad dict. decis. Sanfelic. 391, pag. mihi 279, Tondut. quæst. civil. cap. 26, n. 3.*

23 Et an hæc Communitas competat, non solum pro rebus ad usum proprium destinatis, sed etiam pro rebus negotiationis, tractant *Doctores citati à dicto Severin. in dict. addit. ad dict. decis. Sanfelic. 391, d. pag. 279. Eminen. de Luca in Miscel. Eccles. discurs. 49. num. 19. in fin.*

24 Unum nota, quod licet habens 12. filios etiam declarata immunitate solverit, non per hoc adstringitur in posterum solvere, nec sibi præiudicat in futurum, nisi solutio fuerit per legitimum spatium continuata, *Severin. in dict. addit. ad dict. decis. 391. Sanfel. ad num. 7. pag. mihi 278.* ubi *Novar. & alios* citat.

25. Si autem alia nempè de quibus oneribus duodecim filii immunitatem præstent, quando competat, & quando nempè tempore belli, pestis, aut aliter, cesset, & qui computentur, recurre ad Doctores per nostrum *Conciolum* citatos, & ad *Eminen. de Luca in Miscel. Eccles. in suplem. d. discur. 49. Vincen. de Franc. dict. decis. 259.* & ibi *Adden.* præcipuè *dict. Carol. Ant. de Luca, Balmaseda de collect. dict. quæst 48. Marin. ad Reverter. decis. 113. Sanfelic. d. decis. 391.* & ibi *Severin. Donde. consult. 17. per tot. Tondut. quæst. civil. dict. cap. 26 per tot. Altimar. ad consult. Rovit. de donativo post tom. 1. consil. num. 11. Marotta dict. discept. 21, per tot. & ad alios,* quos citat *Amaya in Cod. tit. de Decurionib. ad l. 2. & 46. nu. 68.* & cuncta apud ipsos habebis.

DE ELECTIS AD PLVRA OFFICIA.
Rubrica LXIV.

NVLLVS ad aliquam administrationem bonorum Communis Deputatus eligi, aut deputari possit ad similem administrationem, prima durante: nullique Civi liceat plura officia, quæ propter personale exercitium, incompatibilia reputantur, retinere.

SVMMARIVM.

1 *Onere duplici nemo debet gravari.*
2 *Officia plura nni non sunt tribuenda.*

ANNOTATIO.

1 NEmo enim debet duplici onere gravari ad tex. *in l. navis onusta, 4, §. cùm autem, ff. ad l. Rodi. de iacta. & in l. Titia cum testamento, 35. §. qui in vita, ff. de legat. 2, Barbos. axiom. 169, numer. 1, Choel. ad Bullam bon. regim. cap. 28. num. 42,* & dixi ego *allegat. forens. 14, num. 14,* nec non *Rota decis. 672, in fin. part. 1. recentiorum.*

M A D,

ADDITIO.

2 Ideo fuit ita in hac rubrica statutum, ne ordo Reipublicæ confundatur, ita plurium officia confundendo, & difficile sit unum duorum vices sustinere, ad quod videndi, *Salgad. de reten. Bullar. part.* 1, *cap.* 8, *á num.* 35. *Fontanel. decis.* 247. *à nu.* 12, *Cancer. var.* 3. *cap.* 8. *num.* 96. *Monrás ad Xammar. de privil. Civitat. Barchin.* §. 22, *à num.* 89. *Roxas de incompatibil. part.* 6, *cap.* 4. *per tot.* maximè *num.* 13. *P. Marques de Gubernator. lib.* 1. *cap.* 20. *fol. mihi* 118. quapropter in nostra Civitate tali casu ab ipsamet ad id dispensatur.

DE CLERICIS AD OFFICIA COMMUNIS NON ELIGENDIS
Rubrica LXV.

NE Clerici Sæcularibus negociis prægraventur, nullus ad officium aliquod Communis eligatur, aut illud exercere valeat: Quòd si de facto aut per ignorantiam electus fuerit talis electio non valeat.

SUMMARIUM.

1 *Clerici ad officia sæcularia non sunt eligendi, & qua ratione.*

ADDITIO.

1 ET hoc fuit constitutum ne ab oratione, & Divini cultus servitio distrahantur Clerici, officia sæcularia, & regiminis exercendo, *Roxas de incompatibilit. part.* 6. *cap.* 4, *num.* 36, *Giurba cons.* 21, *num.* 8, *Solorzan. de iur. Indiar. tom.* 2, *lib.* 4, *cap.* 4. *à num.* 42, *& cap.* 8, *num.* 16. *Vela dissert.* 43. *num.* 3. *&* 15, *& alii passim*, licèt de consuetudine ad officia sæcularia admittantur, ut tradit *Pilaia decis. canon. tom.* 2, *decis.* 11. *num.* 85. *& seq.* quamvis hoc evitandum consulit propter incommoda quæ sequuntur si in ipso officio delinquant, *Solorzan. dict. tom.* 2. *lib.* 3, *cap.* 8, *in fin. Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 1, *cap.* 12. *num.* 59. *& cap.* 13, *num.* 59, ubi acerrimè tenent ad Iudicem Ecclesiasticum punitionem pertinere.

DE NUNDINIS. Rubrica LXVI.

IN Nundinis Sancti Vbaldi, Magistratus provideat, Quòd Syndicus Minor, more solito Apothecas conficiat. & Singulis Merciariis, & Artificibus certa loca, debita pensione constituta, assignet, quæ deinde ab eo, & ab altero deputato à Magistratu cum solita mercede, exigatur, & in constructionem novæ fabricæ, sive aliam publicam utilitatem, Consilio DD. Deputatorum adhibito, à Magistratu singulis annis expendatur: Nundinæ verò durare debeant per octo dies, videlicet, duos ante diem Festum Sancti Vbaldi, & sex post Festum: Quo tempore unicuique liceat liberè, & absque solutione Gabellæ merces omnes, & Bestiamina cuiuscunque generis, & alia ad prædictas Nundinas spectantia in Civitatem conducere, & ab ea etiam abducere, prout hactenus observatum est: Quilibet etiam dicto tempore Nundinarum, in Civitate, vel eius Districtu, Tabernam liberè facere possit, & in ea, quæcunque venundari ad victum necessaria, absque solutione Gabellæ, Armaque impune deferre: Tempus autem dictarum Nundinarum ob aliquam legitimam causam prorogari possit à Magistratu ad quatuor alios dies, & interim media Gabella prædictorum omnium Publicanis solvatur.

Nun-

Nundinæ verò Sancti Angeli de mense Septembris, incipiant in die Sanctæ Crucis, & durent spatio xvij. dierum. In quibus omnia, & quæcunque Bestiamina libera, & exempta à quacunque Gabella immitti, vendi, & extrahi possint: Nec interim utroque tempore Nundinarum fieri possit executio, seu arrestum, contra aliquem, seu alicuius bona, nisi de rebus occasione Nundinarum, prout hactenus observatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Nundinis durantibus nemo molestari, nec conveniri potest.*
Limita in Cathalonia ex causa censualium, ac violariorum, nu. 21,
Pariter limita pro delictis, seu contractibus commissis, aut contractibus in nundinis, num. 22,
2 *Nundina in quo differant à mercatis.*
3 *Nundinæ cum immunitate fieri non possunt sine authoritate Principis.*
Nec mercatus, num. 11,
Maximè in Cathalonia,& qua ratione num. 12,
Licèt secùs sit in mercatis in quibus immunitates non conceduntur, num. 4, *&* 10,
5 *Nundinarum privilegio potest per debitorem renunciari expressè.*
Non tamen in praiudicium Universitatum, num. 24,
6 *Nund na sunt de Regalibus.*
Hac tamen Regalia est concessibilis, num. 7,
8 *Dies destinata ad nundinas non potest mutari absque Principis licentia.*
Benè tamen locus, etiam in praiudicium vicinorum loci in quo anteà celebrabantur, num, 9,
13 *Privilegia in Cathalonia nequeunt à Principe revocari.*
14 *Nundina,ac Mercatus non possunt institui eadem die in praiudicium vicinorum.*
15 *Nundinarum tempore in aliquibus Provinciis tribuitur iurisdictio certis Officialibus.*
Non ita in Cathalonia, num. 18,
16 *Appellatio ad quem est interponenda à sententiis Officialium nundinarum immediatè à Rege concessarum.*
Quid si nundina mediatè fuerint concessa, num. 17,
18 *Consulum Maris iurisdictio à quibus tractatur.*
19 *Immunitates tempore nundinarum quæ sint concessa.*
Et qua ratione, num. 20,
23 *Nundinarum tempore in causis proceditur summarissimè.*
24 *Nundinæ, & mercatus, an possint teneri diebus festivis, & feriatis.*
25 *Privilegium nundinarum non utendo eo, per decennium amittitur.*

ANNOTATIO.

1 Quòd durantibus nundinis, & in diebus præcedentibus, & sequentibus illarum nemo molestari possit, nec in persona, nec in bonis, neque conveniri pro causa civili, uti habetur in hoc statuto post tex. *in Auth. ut non fiant pignor.* tradunt *Mastril. de Magistr. lib.* 3, *cap.* 10. *num.* 18, *& Choel. ad Bull. bon. regim. cap.* 31. *num.* 240, ubi dicit, neque in d. tempore fieri posse represalias; ut ibi per eum.

2 Nundinæ differunt à Mercatis, quia Mercatus dicitur locus, & dies destinatus vendendis rebus cum modico privilegio, nundinæ verò dicuntur stati dies in locis certis mercandi causa liberè concessi cum immunitate data à Principe vectigalium, & gabellarum, ut declarant *Petr. Greg Tolos. in Sintag. lib.* 25. *cap.* 3, *num.* 5. *& Choel. in d. cap.* 31. *n.* 234.

3 Nundinæ ulterius presertim cum immunitate à pedagiis fieri non possunt sine authoritate Principis, cùm Vniversitates non possint concedere d. immunitates, sed id spectet ad Principem, ut not. *Thesaur. Natt. Restau. Menoch. Tholos. & Mastrill.* quos refert, & sequitur *Choel. ad Bull. bon. regim. d.cap.*31, *n.*233, *& seq.*

4 Licèt secus fit in mercatis, in quibus non esse necessarium privilegium Principis not. *Resta. de Imper. quæst.* 110. *privil.* 100. quem referendo sequitur *Choel. ubi supra.*

5 Renunciari verò an possit per debitorem d. privilegio nundinarũ differit *Petr. Pecch. de iure sisten. cap.*9, *num.* 1, *& seq.* ubi tenet partem affirmativam, cùm d. Privilegium sit introductum in favorem debitorum principaliter, secundariò verò in favorem Vniversi.dũmodo renunciatio sit expressa, aliàs secùs, ut ibi per eum.

ADDITIO.

6 NVndinæ sunt de Regalibus, ut traditur à nostro *Conciolo*, & ita à solo
Rege, seu Principe Supremo concedi possunt, & non à Baronibus *Eminen. de Luca
de Regalibus discur. 131. num. 4, & discur.
132. num. 3, Scoppa ad Gratian. obser. 21.
num. 1, & 2, Capon. discep. foren. 91, art. 1,
num. 5, & seq. Ripoll. de Regaliis cap. 42,
num. 1, & seq. Doctissimus Blas. Altimar.
de nullitatib. tom. 1, part. 1, rubr. 3, quæst. 31,
num. 23. & seq. Capiblanc. de Baronib. prag.
8 part. 1, num. 187. & part. 2, n. 52. Novar. de gravam. vassal. tom. 1. gravam. 326.
num. 1, & ferè per 101. Guerba obser. 32, nu.
1, Castill. de tertiis cap. 41, num. 96, Antonel. de loc. legal. lib. 2, cap. 35, num. 1, Barbos. in l. unic. Cod. de nundinis nu. 8, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 191. nu. 5. Aumn. Portugal. de donatio. Reg. part. 2. cap.
23, num. 6, & 12, Rovit. ad Rub. pragm. de
nundinis num. 7.*

7 Benè tamen est verum, quòd hæc Regalia est de concessibilibus, & ideo potest acquiri immemoriabili possessione, seu titulo, ac privilegio in ea fundatis, *Ripoll. ubi proximè num. 14, & seq. Capon. dict. discep.* 91, *artic. 1, num. 8, Eminen. de Luca d. disc.* 131, *num. 4, Rovit. ad pragm. 1, de nundin. num. 2.*

8 Vnde est, quòd dies destinata ad dictas
nundinas non potest mutari absque Principis licentia, pariter nec tempus, *Capon. d.
discep. 91, art. 3, num. 21, & art. 4, num. 6,
Ripoll. dict. cap. 42, num. 17, Capiblanc.
ubi suprà tom. 2, cap. 16, num. 19, Portugal.*
9 *ubi supr. num.* 12, locus autem potest mutari ab Vniversitate absque licentia Principis,
& non obstante contradictione vicinorum
loci in quo anteà celebrabantur nundinæ,
*Ripoll. dict. cap. 42, num. 33. & seq. Capon.
dict. discep. 91, art. 3, num. 16, & seq.* præcipuè *num.* 20, *Capiblanc. de Baronib. tom.
2, dict. cap. 16, num. 14, & seq. Cancer. var.
3, cap. 13. à n. 283, ad 290.*

10 Mercatus autem qui in singulis hebdomadis, & in diebus destinatis circa Victualia pro maiori commoditate in aliquo determinato loco fieri solent, possunt institui, ac fieri à Baronibus, & Vniversitatibus absque Principis licencia *Eminen. de Luca dict. discurs. 132, num. 5, in fin. Capon. dict. discep. 91, art. 4, num. 5, Ripoll. dict. cap. 42, num. 11. & seq. Capiblanc. de Baronib. pragm. 8, part. 2, num 53, & alii*, quos citat *Aumn. Portugal. dict. cap. 23, num. 8, Rovit. in rub. ad pragm. de nundin. num. 8,
pag. 492, Antonel. dict. cap. 35. num. 2,* ni-
11 si aliqua immunitas concederetur, seu guidatica, euntibus, ac redeuntibus, quia tunc
licentia Principis requireretur, *Scoppa. d.*
12 *obser. 21, num. 3,* quapropter cùm in hac
Provincia ferè omnes Vniversitates habeant
saltim guidatica pro euntibus, & redeuntibus, est inde quòd omnes habent Regia
Privilegia.

13 Et ista Regia Privilegia in hac nostra Provincia nequeunt à nostro Catholico Rege (salva sua clementia) etiam quomodocunque concessa, revocari, ex quo uti contractus censentur, *Ripoll. dict. cap. 42, nu. 41,* ubi *Fontanel.* citat. *Aumn. Portugal. de donationib. Reg. part. 2, cap. 11, num. 54, & seq.* quidquid aliter sit de iure, quod videre poteris penes dict. *Ripoll. ibid. num. 38, & seq. Capon. dict. discep. 91, art. 3, num. 6. Manfrell. dict. obser. 191, n. 8.*

14 Nundinæ autem, & mercatus nequeunt concedi in præiudicium locorum vicinorum, & ita in eisdem diebus, in quibus in locis vicinis sunt constitutæ, sicque in præiudicium tertii, imò reluctante Vniversitate, quæ habet antiquum privilegium, modernius concessum est revocandum, taliter quod benè esset, ut cæteræ Vniversitates convicinæ ad dictam impartitionem privilegii vocarentur, *Capiblanc. dict. prag. 8, par. 2, num. 54, Doctissimus Altimar. dict. rub. 3, quæst. 31, num. 25, Capon. dict. discep. 91, art. 1, num, 19, Paschel. de distan. cap. 6, membr. 3, num, 8, & 9, Antonel. dict. cap. 35, num. 3, Portugal. dict. cap. 23, n. 23.*

15 Licèt in aliis Regnis, & Provinciis in
concessionibus nundinarum pro tempore
quo hæ durant tribuatur iurisdictio in ipsis, veluti Magistro nundinarum, *Doctissimus Altimar. dict. quæst, 31, à num, 22,
Capyc. de regim. Reipub. cap. 7, §. 2, nu. 7,
Novar. de gravam. vassal. tom. 2, gravam.
58, num. 1, & seq. Manfrell. dict. obser. 191.*
16 *num. 15, & seq.* & tunc si immediatè ab ipso Principe sint concessæ, appellatur ad Officiales Regios à declarationibus factis per
dictos iurisdictionem exercentes in nundinis, non autem ad Officiales Baronum,
etiam merum imperium habentium, *Capiblanc. de Baronib. lib. 2, cap. 39, Altimar. d.
quæst. 31. dict. num 22, Novar, dict. gravã.
58, Carol. Ant. de Luca ad decis. Vincen. de*
17 *Franch. obser. 511. num. 3.* Si autem per dictum Baronem fuerint concessæ cum assensu Principis, ad Officiales Baronis, non autem ad Officiales Regios appellatur, pro
mille *dict. Doctissimus Altim. ubi prox. n. 24,*
ubi *Capibl, Novar, Scyoleya, & alios* citat.

16 At-

18 Attamen in hac noſtra Provincia non ita pro nundinis iuriſdictio aliqua tribuitur alicui Officiali ſpeciali ad id deputato, ſed in ipſis iuriſdictionem exercent Officiales Regii, ſi ſunt in locis Regiis, & Officiales Baronum, ſi ſunt in locis Baronum, tam in prima, quã ſecunda inſtantia, prout in aliis negociis, licèt in hac noſtra Civitate, ac aliis adſit Conſiſtorium Conſulum Logiæ Maris, qui pro rebus mercantilibus iuriſdictionem habent, non ſolum tempore nundinarum, ſed etiam omni tempore, de quibus videndi *Ripoll. de Magiſtrat. Logia Maris per tot. integr. tractat. Xammar. de privil. Civitat. Barcin. §. 10. num. 20. Nobilis, ac Meritiſſimus Regens noſter Cortiada deciſ. 10, à num. 229, in fin. & deciſ. 38, nu. 51, & alii*, quos citaui *infra lib. 5, rubr. 1, n. 10.*

19 Pariter licèt de iure communi per *l. unic. Cod. de Nundin.* ſint conceſſæ tot immunitates à Gabellis, & privilegia, euntibus, ac recedentibus à nundinis, de quibus late *Capon. dict. diſcept. 91, art. 1, & 2, Ripoll. d. cap. 42, num. 26, Eminen. de Luca dict. diſcurſ. 131, num. 5, & 9, Antonel. d. cap. 35, num. 6, & ſeq. Barboſ. in d. l. unic. Cod. de nundinis Amaya in l. 15, lib. 10, Cod. tit. de Decurionib. num. 31, Manfrell. ubi ſupr. Autun. Portugal. d. cap. 23, à num. 13,*

20 ea ſanè ratione, quia in comerciis tota verſatur utilitas Reipublicæ, cùm ita Civitates fiant ditiores, & abundantiores, tum hominibus, tum rebus, *Amaya ubi proximè num. 30, Capon. dict. diſcept. 91, art. 1, num. 7, Ripoll. dict. cap. 42. num. 2, & ſeq.* ego *infra lib. 5, rub. 1.*

21 Tamen in hac noſtra Provincia omnes hæ immunitates euntibus ad nundinas non ſervantur, ea maximè, ut cenſeantur guidati, cùm debitores ex cauſa cenſualium, & violariorum, qui ſe obligarunt in bonis, & perſona non ſint guidati, ut citatis *Cancer. & Fontanel.* adducunt *Ripoll. d. cap. 42. n. 27, cum ſeq. Capon. d. diſcept. 91. artic. 2. num. 13.*

22 Delinquentibus autem, aut contrahentibus in ipſiſmet nundinis, dicta immunitas non ſervatur, ſed poſſunt puniri, & conveniri eis durantibus, *Capon. d. diſcept. 91, art. 2. nu. 7, & ſeq. Portug. d. cap. 23, nu. 17. Paſſerin. à Sextul. in cap. Romana 1, §. contrahentes, de for. compet. nu. 87,* ubi *Capiblanc. Scyaloy. Novar. & alios* citat, in quibus invenies caſus, in quibus dicta im-

23 munitas de negatur; quapropter in negociis, & cauſis nundinarum proceditur ſummariſſimè, & abſque proceſſu iudiciali, *Barboſ. in d. l. unic. Cod. de nundin. num. 5, Emin. de Luca d. diſc. 132. n. 5.*

24 Hæc ſanè immunitas, quòd durantibus nundinis non poſſint conveniri, aut capi, nequeunt contrahentes in prejudicium Univerſitatum expreſsè renunciare, & ita ad inſtantiam Univerſitatum debent relaxari, non obſtante renunciatione prædicta, ut citatis *Fontanel. Mier. & aliis*, tradit *d. Capon. d. art. 2. num. 5, Ripoll. d. cap. 42, num. 29. & ſeq.*

25 Vnde ſi vis ſcire, an nundinæ, & mercatus poſſint teneri in diebus feriatis, & feſtivis in honorem Dei, recurre ad *Doctores citatos per Modernum Scoppa. in d. obſer. 21, ad deciſ. Gratian.* & per *Manfrell. ad Capic. Latr. dict. obſer. 191 per tot.* maximè *num. 13,* & per *d. Autun. Portugal. d. cap. 23, num. 12,* penes quos reperies latiſſimè materiam tractatam, & digeſtam, ipſos conſule.

26 Nota pro coronide, quòd privilegium nundinarum amittitur ſi conceſſionarii per decennium eo uſi non ſint, *l. 1, ff. de nundin. gloſ. ad l. unic. Cod. eod. Ripoll. Capyc. Borrel. Theſaur. & alii*, quos citat *Portugal. d. cap. 23, num. 21.*

DE BRAVIO PONENDO.

Rubrica LXVII.

EXponatur in Nundinis Sancti Vbaldi Bravium loco ſolito panni boni, & convenientis, ſive Sagulæ, valoris ſcutorum decem, impenſa Cameræ Ducalis, & Ei, Qui Baliſta Taxillo magis acceſſerit, id à D. Locumtenente, à Magiſtratu in caſu dubio declarandum, loco Præmii ſtatuatur, & aſſignetur.

SVMMARIVM.

1 *Bravii materia à quibus tractetur.*
2 *Bravium currentes insimul ad locum destinatum pervenientes, an iterum currere debeant.*

ADDITIO.

1 AD materiam nostri statuti non prætermittas videre *Anton. Corset. Authorem siculum inter tractatus variorum*, qui de hoc Bravio tractatum fecit, penes quem reperies quæstiones, iuri conformes, curiosas, ac delectabiles, ipsum consule.

2 Scias tamen, quod si plures equi, simul eodem momento ad locum destinatum pervenerunt, Bravium non debetur, sed iterum est currendum, an verò omnes, sed solum qui simul pervenerunt, ardua est quæstio, quam videre poteris penes *Cevall. Caball. Niger. & alios*, quos citat *Modern. Sabell. in summ, divers. tractat. §. Bravium, num. 1*, si tamen res esset divisibilis credo æqualiter veniret dividenda, si indivisibilis tunc iterum currere esset necesse, & hi tantum qui simul pervenerunt, *Sabell. ubi suprà vers. Quod si præmium, &c.*

DE NOVIS CIVIBVS RECIPIENDIS.

Rubrica LXVIII.

NOn possit in posterum Exterus in Civem recipi, nisi priùs Domum in Civitate, vel saltem Prædium habeat in Territorio Eugubii: Quo casu debeat à Magistratu poni ad Partitum in Consilio DD. Deputatorum, & si fuerit pro maiori parte obtentum, concedatur ei immunitas ad decennium ab omnibus Collectis, & Functionibus, exceptis officiis Communis, quæ gratis, & hilariter subire, prout cæteri Cives, teneatur: Possit tamen aliqua persona Nobilis, & de Civitate nostra benemerita in Civem grati animi causa per eosdem liberè recipi, & admiti, etsi domum, vel prædium, ut suprà, non possideat.

Quòd si aliquis Comitatensis habitaverit in Civitate per decennium, Volumus eum teneri ad onera sibi imponenda à DD. Consalonerio, & Consulibus: Si verò Comitatensis venit inhabitare Civitatem, & petat se recipi in Civem, tunc servatis servandis in Civem recipiatur, ac potiatur Privilegiis Civium, & Mandatis Superiorum parere teneatur.

Possit etiam Magistratus absque assensu Deputatorum, concedere immunitatem similem novis Incolis venientibus ad habitandum in Districtu, præstita tamen cautione permanendi, & solutis utroque casu, solitis emolumentis Cancellario, & Familiæ Communis, Qui Cancellarius teneatur conficere, & eisdem assignate Literas patentes cum insertione prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Privilegia concessa novis Civibus habent locum durante habitatione.*
2 *Immunitas concessa Civibus venientibus ad habitandum est valida.*
In statu tamen Ecclesiastico requiritur confirmatio à Sac. Congregatione, n. 3.
Et competit eorum familia, num. 7.
Non tamen extenditur ad onera propter bellum, num. 8.
4 *Civis creatus cum obligatione tenendi domum apertam, quomodo dicatur obligatus.*
5 *Cives, ut propriè dicantur, requiritur habitatio.*
6 *Civilitatis propria, & ad instar materiæ remissivè.*

ANNOTATIO.

1 PRivilegia concessa novis Civibus quod habeant locum durante habitatione in Civitate tantum, & non ultra statuit *Sacr.*

Congr.

Congregatio teste *Choel.ad Bull.bon regim.*
2 *cap. 50, num. 109.* Immunitatis concessio facta per universitatem venienti de novo ad habitandum in Civitate quod sit valida tenent *Bart. in l. vacuatis 19, sub num. 6, C. de decur. lib. 10. Ossusch. decis. pedem. 95. num. 25, & 26, Roman. cons. 252, num. 1,* & alii plures, quos refert, & sequitur *Choel. in d.cap. 50.num. 114.*

3 Quod tamen non sit valida in Statu Ecclesiastico sine confirmatione Sact. Congregationis super bono regim. tenet *Choel. d. cap. 50. num. 115.*

4 Novus Civis factus cum onere tenendi domum apertam in Civitate, an dicatur obligatus sub modo, vel sub conditione, & ad hoc ut ipse incidat in pœnam, an requiratur monitio, seu interpellatio, & latè de materia disserit *Ciriac. contro. 153. num. 53. 54. & seq.* videas ibi per eum.

ADDITIO.

5 CVm hac in nostra Provincia penè Cives ad civilitatem his immunitatibus alliciantur pauca de iis dicam; tamen ad hoc, ut Cives propriè dicantur, habitatio per certum tempus determinata desideratur, *ut dixi supr. hoc lib. rub. 61, num, 4,* & de his loquitur *Fontanel. dec.211, n.1.*

6 Itaque hoc statutum loquitur de civilitate propria, non autem de originaria, seu privilegiata, vel ad instar, de quibus *Xammar. de privil. Civitat. Barcin.* & ibi *Monràs §.17, à n.42, Emin. de Luca de iurisd. disc. 46. n.9, vers. Aut huiusmodi, &c. & de praehemen. disc.13, n.26, & seq. & discur.37 ferè per tot. Giurb. obser.78, & obser.*18, & in terminis nostræ civilitatis *Matthaeu. de regim. Regn. Valen. c.5, §.3, per tot. Rodoer. cons. 2, n. 47, & seq. Doctiss. Altim. ad cons. Rovit. lib. 2, obser. 62, & ad lib.1, obser. 48,* apud quem, & DD. ab eo citatos repeties, quæ volueris, & apud *Modern. Castald. consult. foren. 15. & 53. per tot.* ipsos consulas.

7 Hæc immunitas ita concessa civibus noviter receptis extenditur ad totam eorum familiam, *Doctissimus Altimar. ad cons. Rovit. lib. 2, obser. 60. num. 3, & 5,* licèt
8 sit verum quod ea non extenditur ad onera propter bellum imminens, à Principe, seu Rege imposita, *Altimar. ibid. obser. 93, nu. 12, Reverter. decis.* 130, & ibi *Marin.*

DE CAPITANEIS CASTRORVM, ET EORVM OFFICIO.

Rubrica LXIX.

CApitanei Castrorum diligenter invigilent, ut Muri, Viæ, Pontes, Fontes, & similia in eorum iurisdictione existentia per Homines Locorum conservari, & instaurari debeant, & cùm opus fuerit, denuncient Magistratui, ut prædictis omnibus mediante persona Syndici Communis, vel alterius ab eo deputandi provideri possit: Causas, quę in dies à Iudicibus eis committi solent, diligenter cognoscant, & pro Iustitia summariè terminent: In causis civilibus ultra x. florenos se non intromittant, sed Ordinatio relinquant: Et in Damnis D. non credatur eis, nisi pro tribus lib. & cum Plazzatio pro libris v. Cum testibus autem, etiam in maiori summa procedere possint, nisi tamen propria Statuta Locorum aliter disponant.

Caveant etiam ne excedant in eorum Iurisdictione, & abstineant ab illicitis exactionibus, & extorsionibus: Ideóque permittatur aditus, & recursus ad Dominum Locumtenentem, Qui summatiè, & de plano gravamina revocet, & singulorum indempnitati, ut iuris erit, provideat: Pateant etiam Mandatis Iudicum, & Magistratus ad pœnam contrafacienti quocunque casu xxv. librarum qualibet vice incurrendam, & Cameræ Serenissimi applicandam ultra refectionem damnorum, ac interesse Parti faciendam: De quibus, etiam durante eorum Officio, conveniri, & puniri possint: Quo finito stare debeant ad Syndicatum,

SVMMARIVM.

1 *Capitaneorum cum iurisdictione materia.*
2 *Capitanei cum iurisdictione nequeunt constitui à Baronibus cum limitatione.*

ADDITIO.

1 DE his Capitaneis cum iurisdictione, & de eorum Locumtenentibus loquuntur Doctores passim, & ita de hac rubrica me expediam cum sola remissione ad *Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubr.* 10, *quaest. 8. num. 51, Carol. Ant. de Luca observ. ad decis. 511, Vincen. de Franch. num. 2. Severin. in addit. ad decis. 362. Sanfelic. lib. 3, per eos.* ipsos consule.

2 Attamen non ignores, quòd hi Capitanei Castrorum, de quibus in statuto, non possunt constitui à Baronibus cum restrictione aliqua, veluti quod non procedant ipso Barone inconsulto, vel non se intromittant in aliqua causa, *dict. Doctissimus Altimar. dict. rubr,* 10. *quaest.* 13, *num.* 5, *& seq.* quod nota pro Officialibus Baronum in hac nostra Provincia.

CASTRA, ET VILLÆ CIVITATIS EVGVBII, ET CASTRORVM distantiæ. Rubrica LXX.

TErra Cantiani distat à Civitate Eugubii decem Miliaribus. m. 10.

Castrum Costacciarij.	m. 7.
Castrum Schiggiæ,	m. 6.
Castrum Serræ S Abundij.	m. 16.
Castrum Collis Palumbi,	m. 8.
Castrum Branchæ,	m. 7.
Castrum Montis Episcopi,	m. 9.
Castrum S. Benedicti	m. 7.

Hæc habent proprios Officiales.

Castr. Turris Calceolariorũ,	m. 5.
Castrum Turris Vlmi,	m. 6.
Castrum Pascelupi	m. 9.
Castrum Serræ Brunamontis,	m. 7.
Castrum Caresti,	m. 9.
Castrum Glomesi,	m. 11.
Castr. Colognolæ,	m. 4.
Castrum Vallisingenii,	m. 7.
Castrum Galgatæ,	m. 8.
Castrum Carpiani,	m. 7.
Castrum Danæ,	m. 8.
Castrum Camporegij,	m. 7.
Castrum Serræpartutij,	m. 10.
Castrum Sioli,	m. 7.
Castrum Montis Brevis,	m. 10.

Quæ sequuntur sunt de Gubernio D. Locumtenentis.

Castrum Vallis Fabricæ,	m. 15.
Castrum Petrorii, & Scripti,	m. 8.
Castrum Febini,	m. 9.
Castrum Colcelli,	m. 9.

Quæ ex Privilegio sunt subiecta privatis Personis.

Castrum Piscinæ,	m. 10.
Castrum Castiglioni,	m. 7.
Castrum Insulæ Fusariæ,	m. 12.
Castrum Baccareschæ,	m. 7.

Sunt etiam alia Castra, & Loca, quæ ex Scripturis Archivij apparent olim fuisse de Territorio, ac Iurisdictione Civitatis Eugubii, videlicet.

Terra Pergulæ: Castrum Montis Sicci: Castrum Frontoni: Castrum Petrælongæ: Et alia Loca, quæ omittuntur.

Villæ autem sunt sequentes.

VIlla Bagellatæ.
Villa Padulis.
Villa Abbatiæ.
Villa Dondanæ.
Villa Vignoli.
Villa Catignani.
Villa Barci.
Villa Braccioli.
Villa Magna,
Villa Ansciani.
Villa Fugnani,
Villa S. Andreæ.
Villa Corgnaleti.
Villa Colalti.
Villa Trebbij.

Vil-

Villa Coldepeccia.
Villa Perticani.
Villa Montisbolli.
Villa Colmartini.
Villa Caprile.
Villa Coldecanale.
Villa S. Andreæ Insulæ.
Villa Pedis Roccæ.
Villa Scassaiolæ.
Villa Rancanæ.
Villa Valbonosæ.
Villa Campetelli.
Villa Chignani.
Villa Insulæ Schiggiæ.
Villa Montis.
Villa Pezzæ.
Villa Inferni.
Villa Galvanæ.
Villa Carboneschæ.
Villa Vaccariæ.
Villa Fanucchie.
Villa S. Martini de Serra.
Villa Ghiggiani.
Villa S.Mariæ dalle Fosse.
Villa S.Stephani de Arcella.
Villa Vallis Clascei.
Villa Baroncelli.
Villa Collonatæ.
Villa S. Victorini.
Villa S. Iustini.
Villa S. Cipriani.
Villa Carestelli.
Villa Montis Salaioli.
Villa Montis Urbini.
Villa S. Erasmi.
Villa S.Lazzari.
Villa Monticelle.
Villa Montis Lugliani.
Villa Montanaldi.
Villa Agelli.
Villa S. Apollinaris.
Villa Narzallæ.
Villa S.Martini de Colle.
Villa Nerbescis.
Villa Vesce.
Villa Terzani.
Villa Fusciani.
Villa Pisiani.
Villa S Angeli Fontis Laureti.
Villa Goreggi.
villa Plebis Agnani.
villa Carbonanæ.
villa S.Angeli de Assino.
villa Nognæ.
villa Colecchiæ.
villa Plateæ.
villa Collis Torturæ.
villa Laureti.
villa Montis Læti.
villa Cellæ.
villa Petazzani.
villa S.Petri de Chiesce.
villa Arsenæ.
villa Buotani.
villa Saxi.
villa S. Laurentij.
villa S.Mariæ Cortini.
villa Palatii Podij.
villa S. Mariæ Burani.
villa Serra Maggi.
villa Montispiccognolæ.
villa S.Angeli post Serram.
villa Valde Case.
villa S.Ioannis post Serram.
villa Vallis Faggiæ.
villa S.Angeli de Crepeggio.
villa Sancti Christophori de Soffiano.
villa Fontis Copertæ
villa Lisciani.
villa Balbani.
villa Moria.
villa Clasernæ.
villa Pontis Riccioli.
villa Belfortis.
villa Palcani.
villa Sancti Apollinaris de Canthiano
villa S. Bartholi.
villa Montis veteris.
villa Sorchiæ,
villa Campetri.
villa Lecciæ.
villa Sancti Angeli Valdelatro.
villa Montefocis.
villa S.Margheritæ post Conductum.
villa Spognolæ.
villa Casamorciæ.
villa Submontis,
villa Sancti Donati.
villa Sancti Angeli de Costa.

Finis Libri Primi.

STA-

STATUTORUM
CIVITATIS EUGUBII
LIBER SECUNDUS.

DE CITATIONIBUS, ET RELATIONIBUS.
Rubrica Prima.



VIA Iudicium ſumit exordium à Citatione; ideò Statuitur, & Ordinatur, Quòd quilibet Civis, vel Incola Civitatis Eugubii, eiuſque Comitatus, & Diſtrictus citari debeat perſonaliter, vel ad Domum ſuæ ſolitæ habitationis, & ſufficiat unica Citatio ad hoc, ut contra eum legitimè procedi poſſit. Quod ſi ordinariè agatur, Citatio pro prima vice fiat cum Cedula, quòd citatus pro certa die compareat ad reſpondendum Petitioni, ſive Libello, & Scripturis contra eum producendis: Et ſi Citatus diſtet à Civitate ultra duo milliaria, addatur, Quod debeat eligere locum citationis in Civitate, vel Procuratorem conſtituere, cum comminatione, quòd aliàs citabitur ad Valvas Palatii: Et Iudex ſi dictus Citatus non elegerit locum citationis, ut ſuprà, teneatur pronunciare, quòd citetur ad Valvas, & eidem notificetur cum cedula per Plazzarium, qui teneatur illam præſentare perſonaliter dicto citato, alioquin debeat affigere ad oſtium citandi.

Si verò ſummariè, vel executivè agatur, poſſit Debitor citari orectenus pro certa die, & Plazzarius teneatur exprimere nomen Creditoris, & coram quo Iudice: Et ſi citatio fiat in Comitatu, nec Plazzarius invenerit aliquem in Domo citandi, debeat prædicta omnia exprimere alicui de familia, & in eius defectum uni ex vicinioribus, ad hoc ut dicta citatio aliquo modo innoteſcat: Et nihilominus Actore inſtante, Iudex aſſignet terminum Citato ad eligendum locum citationis, ſivè ad conſtituendum Procuratorem, cum eadem commina-

minatione, quòd aliàs citabitur ad valvas, & talis Pronuncia intimetur cum cedula.

Quòd si agatur contra forensem habitantem in Civitate, vel Districtu, citetur ad locum solitæ habitationis, & si Domicilium certum non habeat, citetur per Plazzarium ad Valvas Palatii, cum cedula affigenda, & assignatione termini pro certa die ad comparendum, & respondendum: Si verò agatur contra forensem habitantem extra Civitatem, sive territorium conveniri, & citari possit ad valvas Palatii, modo quo suprà. In aliis verò casibus à iure permissis, obtentis prius Literis citatoriis à Iudice ordinario, citetur in loco suæ solitæ habitationis, & deinde procedatur contra eum iuxta formam Iuris, & Statutorum: In citationibus autem Minorum observanda erunt, quæ diximus infra sub Rubr. De Conventione Minorum.

Citatio autem fieri possit qualibet die, etiam feriata in honorem Dei (exceptis Paschalibus) dummodo fiat pro die iuridica, & ante sonum Ave MARIA, pro die sequenti, aliàs si personaliter fiat; eadem die antequam Iudex sedeat ad Ius reddendum: Et in prædictis credatur Relationi Plazzarii, quæ per eum fieri debeat in termino, aliàs citatio, sive Relatio non valeant: Et omnes prædictæ citationes censeantur factæ de Commissione, & licentia Iudicis, etiamsi de ea aliter non constaret; Nisi in casibus, in quibus requiritur venia; Tunc enim licentia à Iudice expresè petenda est.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod prima citatio fiat cum cedula est de forma, & sine illa actus corruit.*

2 *Citationis defectus probatur ex revolutione actorum.*

Si tamen processus sit integer, aliàs secùs, ubi, num. 3,

4 *Citatio ad domum in causa gravi ante litem contestatam, non sufficit, sed requiritur personalis.*

Non tamen in Cathalonia, nu.34.

Et nisi statutum permitteret citationes fieri personaliter, vel ad domum, ibi, *n.5.*

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, ibi *num.6,*

7 *Citatio facta ad domum, ut valeat, quæ requirantur.*

Et est notificanda uno de domo.n.36.

8 *Iudicium incipi non potest cum Procuratore quando causa est gravis.*

*Maximè si causa sit commissaria,*ibi *num.9,*

Supradicta procedunt quando principalis est præsens, aliàs secùs, ibi *nu.10,*

Si verò non sumus in principio causæ, Procurator semper citari potest, ibi *nu.11.*

12 *Citatio requiritur personalis in iis, quæ sunt valdè præiudicialia, & num. 35.*

13 *Citatio facta ad apothecam non est valida, & num. 40,*

Nisi in dicta apotheca habeat aditum per domum, n. 41.

14 *Citatus ad hodiè per totam, intelligitur pro hora audientiæ.*

15 *Citatio fieri non potest in die feriata pro die non feriata.*

Intellige, ut num. 43,

Contrarium tamen servatur de consuetudine, ibi *num. 16.*

17 *Citatio nulliter facta sanatur per comparitionem partis.*

Etiamsi citatus compareat ad dandum de nullitate citationis, ibi *numer. 18, & num. 52.*

Imò sufficit sola constitutio Procuratoris num. 19.

20 *Statutum, quòd forensis citetur ad domum solitæ habitationis intelligitur de habitatione tempore citationis, & num. 37.*

Et domus habitationis dicitur ubi adest uxor cum familia, ibi *num. 21, & num. 38.*

22 *Citandus comparens habetur, ac si citatus fuisset.*

23 *Citari non possunt sine venia Parentes Episcopus, Patronus, & alii relati, & n. 53.*

Nisi in libello persona citanda sit expressa, num. 54,

24 *Citatio prima uti continens defensionem naturalem nequit a Principe tolli.*

Be-

Benè tamen alia, nam. 29.

25 *Citatio est fundamentum iudicii.*

26 *Citationis materiam qui tractant. remissivè.*

27 *Citatio ad quos effectus desideretur.*

28 *Citatione prima facta, tollitur nullitas ex defectu citationis.*

30 *Statutum disponens quòd quis condemnetur, nulla citatione præmissa, non est validum.*

Et ita licèt statutum dicat quòd procedatur de plano, &c. non venit sublata citatio, num. 31,

32 *Citationis nullitat in supremis Tribunalibus non attenditur, nisi merita habeat annexa.*

33 *Citationis defectus exceptio nunquam venit rejecta.*

39 *Citatio contra carceratum sufficit ad domū fieri.*

42 *Citatio ad domum in qua non habitat citandus, convalidatur per eius comparitionem.*

44 *Altimar laudatur.*

45 *Citatio an possit fieri in Ecclesia.*

46 *Citatio in scriptis est necessaria in multis casibus, maximè quando citatur persona Illustris.*

47 *Citatio non potest fieri de nocte.*

Intellige nisi adsit necessitas, n. 48.

An autem contractus, & testamenta, num. 49.

50 *Nox in materia citationis, quomodo computetur.*

51 *Dies in dicta materia quomodo intelligatur.*

55 *Pœna incursa ob citationem executam non petita venia, partis non fisco est applicanda.*

ANNOTATIO.

1 STatutum prædictum mandans quod in
causis ordinariis prima citatio fiat cum
cedula videtur esse de forma, ita ut illa non
servata citatio sit nulla not. *Fenzon. ad stat.*
Urb. lib. 1. cap. 51. num. 14. & 15. & Rota
in Romana vinea 21. Aprilis 1614. coram
Card. Pamphilio.
2 Citationis defectus probatur ex revolutione
actorum, ex qua tollitur omnis præ-
sumptio in contrarium, ut not. *Posti. de*
subhast. inspec. 23, num. 89, Ursell. in exam.
apum. concl. 521. num. 20. & seq. Rota apud
Gregor. XV. decis. 416, num. 5, & 6, &
apud Niger. de subhast. decis. 32. num. 6.
& apud Posti. ubi suprà decis. 17. num. 2. Si
3 tamen processus sit integer, uti in dubio
præsumitur, secùs tamen si appareat non in-
teger, & defectivus, *Posti. ubi suprà n. 91,*
& Rota apud eum decis. 29. num. 3. & de-
cis. 33. in fin. & decis. 81. num. 4.
4 In causa gravi non sufficit citatio ad do-
mum, vel per edictum ante litem conte-
statam, sed requiritur citatio personalis, ut
post *Roma. Soccin. Ursell. ad Afflict.*
Claud. ad Bertaz. & Vanti. per eum rela-
tos, firmat *Grat. discept. foren. cap. 145.*
num. 9, part. 1. Nisi tamen per statutum
5 concedatur fieri posse citationes alternati-
vè personaliter, vel ad domum, uti habe-
tur in hoc statuto, quia tunc non esse re-
quirendam personam voluerunt *Maran.*
in prac. part. 6. de citat. num. 126. Gratian.
dict. cap. 145. num. 10, Scac. de iud. lib. 1.
cap. 45. num. 5. Fenzon. ad stat. Urb. lib.
1, cap. 51. num. 2. & Rota decis. 159. nu. 2.
6 *par. 1. recen.* licet contrarium imò etiam
stante dict. statuto loquente alternativè de
citatione facienda in personam, vel ad do-
mum in causa gravi requiri citationem per-
sonalem ante litem contestaram voluerunt
Roma. & Imol. in l. 4, §. Prætor ait, ff.
de damn. infect. quorum opinionem verio-
rem dicit *Gratian. ubi suprà*, ubi affert li-
mitationes.
7 Quæ autem requirantur, ut citatio facta
ad domum valeat, vide *Tiraq. de retrac. li-*
gnag. §. 9. glos. 2. ferè per tot. ubi dicit
num. 25, quòd si nuncius referat citasse ad
domum, & non addat in qua habitat, cita-
tio non valeat, ut ibi per eum.
8 Iudicium verò quòd non possit incipi
cum Procuratore quando causa est gravis,
tradunt *Tiraq. de retrac. lignag. tit. 1, §. 9,*
glos. 3, num 8, Menoch. de recup. possess. re-
med. 8. num. 74. & alii, quos refert, & se-
quitur *Gratian. dict. cap. 145. num. 1. &*
seq. ubi testatur de veriori opinione. *& de-*
cis. Marc. 154. num. 1, & seq. Giurb. decis.
25. n. 4, & seq. & Cancer. var. resol. par. 3.
9 *cap. 14, num. 122,* ubi testatur de communi
opinione, Maximè quando causa est com-
missaria, *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex*
defect. cit. num. 83, & seq. quem refert, &
sequitur *Rota decis. 495, num. 3, par. 3, rec.*
10 Quæ habent locum quando principalis est
præsens, aliàs secùs *Vant. ubi suprà num. 84.*
Grat. decis. 154. num. 3. & d. cap. 145. nu. 2.
ſ quod tamen non habet locum in Civitate,
Adden. ad Greg. XV. decis. 127. n. 12.
11 Si verò non simus in principio causæ pro-
curator indistinctè citari potest, ut tradunt
Vant. ubi suprà num. 85, & Fenzon. ad stat.
Urb. lib. 1, cap. 53, in princ. debet tamen
constare de mandato procuratoris, *Vant. de*
nullit. ex defect. mand. num. 62. Covar.
pract. quæst. 25. num. 4. quos referendo se-

quitur *Rota apud Post. de manut. decis. 492.*
12 *num. 3.* Et quod citatio debeat esse persona-
lis, non autem domi dimissa copia quando
agitur de iis, quæ sunt valde præiudicialia
dixit *Rota apud Zacht. de societ. decis. 7. n.*
6, & apud Merlin. de pigno. decis. 109. num.
13 *14, & seq.* Citatio verò facta ad apothecam
non est valida *Corpan. ad Stat. Mediol. lib.*
1, cap. 1, num. 151. Surd. cons. 88. num. 5. lib.
1. Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 3, cap. 51, num. 9,
ubi hoc limitat, nisi citatus in ea habitaret,
ut ibi per eum.

14 Citetur si quis ad hodiè per totam intel-
ligitur pro hora audientiæ, & non arguit,
sententiam ferri non posse, nisi in extrema
hora diei, ut docent *Posth. de manut. obser.*
84. num. 43. Rota decis. 199. num. 11. par. 5.
recen. & in Senogallien. Salvia. 5, Iunii
1647. coram Eminentissimo Corrado post
princ...

15 Citatio licet de iure communi fieri non
possit die feriata maximè in honorem Dei
pro alia die non feriata secundum *Maran.*
in pract. par. 6, de citat. num. 119, Tiraq. de
retract. lignag. ad finem tit. nu. 79. & hanc
esse communem opinionem testetur *Fenzo.*
ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 58. num. 20. Rota
apud Posth. de manut. decis. 334. num. 17.
16 Contrarium tamen servari de consuetudi-
ne, ut disponitur in hoc statuto, testantur
Tiraq. ubi suprà num. 81. & Fenzon. ad d.
cap. 58, num. 20, & de stilo Rotæ *Rota d.*
decis. 334. n. 18.

17 Citatio verò nulliter executa sanatur per
comparitionem partis *Fenzon. ad stat. Vrb.*
lib. 1, cap. 51, num. 28. Posth. de manut. obser.
107. num. 14, Rota apud Merlin. de pigno.
18 *decis. 109. num. 16.* vbi dantur concordan-
tes, etiam si citatus compareat ad dandum
de nullitate citationis, *Fenzo. ad dict. cap.*
51. num. 29. Lancel. de atten. par. 2, cap. 4.
in præfat. num. 128. Adden. ad Greg. XV.
decis. 27. num. 10. Rota apud Card. Seraph.
decis. 1441. num. 4. Et sufficit sola compa-
ritio Procuratoris, *Adden. ad Greg. d. dec.*
19 *27. num. 11.* ubi aliquas referunt Rotæ de-
cisiones, imò sufficere solam constitutio-
nem Procuratoris, cùm ex illa præsumatur
notitia citationis in constituente dummodo il-
la sit facta post citationem, ut declarant *Ad-*
den. ad Greg. XV. dict. decis. 27. num. 12. &
Posth. de manut. obser. 107. nu. 14.

20 Statutum autem supradictum mandans
forensem citari ad domum solitæ habitatio-
nis intelligitur de habitatione de tempore
citationis, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d.*
cap. 51, num. 4. & Rota apud Caputaq. de-
cis. 117, num. 2, & decis. 119, num. 6, par. 3,
& decis. 525. nu. 5. part. 2. recen. Cùm non
sufficiat, quòd sit domus illius, nisi illam
inhabitaret *Gabr. commu. concl. de malefic.*
conclu. 10, num. 4. Fenzo. ubi supr. num. 5.
21 & domus habitationis præsumitur illa ubi
adest uxor cum familia, licet citatus ab ea
abesset *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ-*
sump. 27. num. 1, Gratian. discep. foren. cap.
697. num. 25, par. 4, Fenzo. ad stat. Vrb. d.
cap. 51. num. 6.

22 Citandus verò comparens ex se, vel ca-
sualiter habetur, ac si citatus fuisset, nec est
præsens aliter citandus, *Rota apud Posth. de*
manut. decis. 427. num. 5. & 6. idem Posth.
de manut. obser. 84. num. 27.

23 In iudicio autem non possunt citari sine
venia, de qua fit mentio in hoc statuto, Pa-
rentes, Episcopus, Patronus, Compater
spiritualis, Noverca, Defensor Civitatis, &
Presbyter Parochialis, aliàs iudicium est
nullum, & incurritur pœna 50. aureorum,
ut habetur *per Io. Oinot. in §. pœnales Inst.*
de actio. per Card. Tusc. pract. concl. lit. V,
concl. 74, per tot. & latè *per Balth. Tomas.*
in suis tract. var. tom. 2, in tract. de tutor. &
curat. tit. 9, n. 253. & seq.

ADDITIO.

24 CVm citatio, saltim prima, sit de iure
gentium, tanquam continens defen-
sionem naturalem, & ita nequit tolli à Prin-
cipe, statuto, consuetudine, aut stylo, *Do-*
ctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 12. q.
1. ferè per tot. præcipuè num. 9, 52. & seqq.
Ripoll. ad prax. Peguer. rub. 6. num. 15. Sa-
bell. in summ. divers. tract. §. citatio, nu. 35.
Fragos. de regim. Reipub. Christ. part. 1.
lib. 5. disp. 12, num. 7, Pat. Iordan. tom. 3.
tit. 1, lib. 14, num. 1. & seq. Ciarlin. con-
tro. 233, num. 14, & seq. novissimè *noster*
Vilaplana de Brach. Militar. cap. 5, n. 349.
25 & ista sit principium, & fundamentum iu-
dicii, *Salgad. de Reg. protect. part. 2, c. 13.*
num. 83. vers. Est enim, &c. Scoppa ad dec.
Gratian. obser. 4, n. 39, Ripoll. ad Peguer.
dict. rubr. 6, num. 12, Altimar. d. rubr. 12,
quæst. 10, num. 119, & 120. ideo in primis
de citatione in primo hoc statuto venit tra-
ctandum.

26 Sed tamen cùm hæc materia sit tam am-
plè à infinitis Doctoribus per integros tra-
ctatus tractata, nempè à *Gratios. Vbert. Ba-*
ron. & aliis, & per varia capitula à nostro
Ripol. Pegner. & aliis, ideò ne tempus con-
sumam transcribendo scripta, & dicta alio-
rum Doctorum, breviter aliqua annotando
me expediam,

27 Ita-

27 Itaque citatio ad quinque effectus desi-
deratur, nempè ad effectum scientiæ, com-
paritionis, contradictionis, præparandæ de-
fensionis,& causæ cognitionis;scientiæ, quia
debet legitimè pervenire ad scientiam, &
notitiam citati; comparitionis, quia quili-
bet intelligitur citatus, ut legitimè compa-
reat per se, vel per Procuratorem; contradi-
ctionis, ut citatus valeat activè se opponere,
& contradicere ratione sui interesse; defen-
sionis, ut possit citatus parare suas defen-
siones, quia ut citari quis debeat satis est
quod in potentia possit ei competere aliqua
defensio; causæ cognitionis, ut possit Iu-
dex causa cognita interloqui, vel diffinire;
Ideoque semper est necessaria citatio ubi
causæ cognitio requiritur, hæc omnia infi-
nitis citatis tradit *Doctissimus Altimar. in
d. rubr.*12, *q.*1, *à n.*11, *ad* 21.
28 Quapropter, hac prima citatione facta,
tollitur nullitas ex defectu citationis, cum
tunc non deficiat naturalis defensio, ideò-
que si citatus non comparet, fit contumax,
& ulterius non est citandus, *Altimar. ubi*
29 *proximè num. 22. & seq.* atverò cæteræ ci-
tationes præter primam tanquam à iure po-
sitivo inductæ, possunt à Principe, lege, sta-
tuto, aut consuetudine tolli, *dict. Altimar.
d.q.*1, *n.24,29, & seq.*
30 Vnde statutum disponens quod quis
possit condemnari, nulla citatione præce-
dente, non valeret, *ut citatis Caroc. Racc.
Tapia Roman. & aliis* tradit *dict. Doctis-
simus Altimar. dict. quæst.* 1, *num.74*, qua-
31 propter per statutum disponens quod pro-
cedatur *de facto, non servato iuris ordine,
sine strepitu, & figura iudicii, summariè,
simpliciter, & de plane, sola veritate inspe-
cta, sine ulla solemnitate*, non censetur
sublata ipsa prima citatio defensionem con-
tinens, *Altimar. d. quæst.* 1, *à nu.78, ad 88.*
32 Hæc sanè nullitas causata ex defectu ci-
tationis in Supremis Senatibus, in quibus
sola facti veritate inspecta iudicatur, non
attenditur, nisi iustitiam, & merita causæ
habeat annexa, ut de nostra hac Provincia,
& Regio Senatu, citatis *Ferrer. Oliba. Can-
cer. & aliis* tradit *Doctissimus Altimar. de
nullitatib. rubr.5. quæst. 50. num. 67, Crespi.
de Valdaur. obser.* 116, *num.*151, *&* 153. ubi
Fontanel. Cancer. Leo. & alios citat. & ita
Regius Senatus referente Nobili Iosepho
de Ferrer & Vinyals R.C. *die 22. Septem-
bris* 1670. in causa Ferriolis Serra Pharma-
copolæ, contra Universitatem de Zarroca,
33 licèt hæc sit una ex exceptionibus, quæ non
venit reiecta ab statuto dictante, quod con-
tra sententiam non possit opponi aliqua ex-
ceptio, *Altimar. dict. tract. rubr.* 12, *quæst.*
1, *num. 89.*
34 Sanè in hac Provincia Gotholana in ci-
vilibus citatur ad Domum etiam in causis
plenariis, summariis, & exequutivis, prout
de dicta nostra consuetudine testatur citatis
Ferrer. & Ripoll. dictus *Altimar. d. rubr.*
12, *quæst.*12, *num. 64, Manfrell. ad Capic.*
35 *Latr. obser.* 161, *num.4*, ni essent causæ præ-
iudicii, vel pœnæ; quia tunc requireretur
personalis citatio, ut tradit hìc *noster Con-
ciolus* veluti ad excommunicationem, vel
similia, *Altimar. d. rub.* 12, *q.* 19, *n. 29, &
33. & num. 74. Hunni. ubi prox. n. fin.*
36 Ista sanè citatio ad domum debet notifi-
cari uni de domo, & nuncius in relatione
debet expressè referre, cui de domo fuit no-
tificata, aliter non procederet, *Altimar. d.
quæst.* 12, *n.* 71, *Quesada & Pilo dissert.* 12.
37 *num.* 51. & est notificanda in domo solitæ
habitationis de tempore ipsius citationis:
Itaque si in æstate citatus in rure habitasset,
inhibi esset ei notificanda citatio, *Altimar.
d. quæst.* 12, *num. 84. Hunni. Encycloped.
tit. 8. de citatio. quæst. 5. num.* 11, *Ripoll. ad
Peguer. in prax. d. rubr. 6, num. 34. Scop-
pa ad Gratian. obser. 62, n. 9. &* 11, *Man-
frell. ad Capic. Latr. observ.* 161, *numer. 4,*
38 *& seq.* nisi citatus in Civitate, mulierem, &
familiam reliquerit, quia tunc sufficit, ut
ipsius mulieri, seu aliquo de familia sit fa-
cta, *Scoppa ubi proximè n.* 15, *&* 17.
39 Itaque si citandus est carceratus, sufficit
citationem fieri, & notificari in domo so-
litæ habitationis, & non ad locum carceris
fieri debet, *Azin. in prax. §. 6, cap.5. nu.*
11, *Tiraquel. de retract. §. 9, glos.2, nu. 37,
& iis citatis Hunni. ubi proximè n.*19.
40 Quapropter nequit ista citatio fieri in apo-
theca, seu hospicio, pluribus citatis *Altim.
d. quæst.*12, *nu. 89, 94. & seq. Scoppa. d. ob-*
41 *serv. 62, num.* 12, *& seq.* nisi dicta apothe-
ca sit iuncta ad domum habitationis, ita ut
per apothecam accedatur ad domum, seu
citandus aliam habitationem non habuerit,
quia tunc legitimè potest fieri citatio ad do-
mum, seu apothecam, *Altimar. d. quæst,*
12, *n. 90. & 95.* ubi *Scoppa., & alios citat.*
42 Benè tamen est verum, quòd si citatus
ad domum in qua non habitat, posteà com-
pareat, censetur illam domum approbare
pro domicilio; & convalidatur citatio, &
iudicium, *Altim. ibid. n. 86, & seq.*
43 Citatio sanè nequit decerni, ac expediri
die feriata in honorem Dei, ad diem non
feriatam exequenda, benè tamen die feria-
ta ad utilitatem hominum, *Ripoll. ad Pe-
guer. d. rubr.6, num. 73, & seqq. Altimar.*

dict. rubr. 12, *quæst.* 36, *ferè per tot.* præcipuè *num.* 16, *& seq. Cancer. var.* 2, *cap.* 3, *num.* 147, *Sabell. in summa diversor. tract.* §. *citatio, num.* 37, *Fermosin. ad cap.* 1. *& fin. de feriis, quæst.* 2, *num.* 8, *Rodoer. ad Marin. cap.* 118, *num.* 9, vidend. *Fenzon. ad statut. Urb. lib.* 1, *cap.* 58, *n.* 20.

44 Itaque libenter confiteor, quòd cuncta quæ hic dicere possem, non esset, nisi loco annotationis, transcriptiones facere, ideò ulterius progressum omitto, mente obsecata in instanti quo pervenit ad manus meas doctissimus tractatus à sanè viro in nostra Jurisprudentia mitando, ac Domino colendissimo meo *Blas. Altimar. de nullitatib.* scriptus in quo per 41, quæst. in rubr. 12, invenies cuncta quæ hic excogitari possent, pervolvendo infinitos Auctores possent observari, ipsum consule, & me gratum habebis ex solâ temissione ad tam sanè Doctum virum.

45 Citatio, an possit fieri in Ecclesia, sive verbalis, sive Realis, vide latissimè Doctores citatos *à nostro Nobili, ac Meritissimo Regente Cortiada decis.* 72, *à num.* 22, *ad* 28, *& apud Doctissimum Blas. Altimar. dict. rubr.* 12, *quæst.* 10, *num.* 117, *cum seq.*

46 Citatio altera verbalis, altera in scriptis, de quibus latissimè *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.* 1. *lib.* 1, *disp.* 12, *à nu.* 15, *Altimar. dict. rubr.* 12, *quæst.* 10, *à num.* 139, ubi *per num. seq.* adducit, quando de necessitate sit fienda in scriptis, inter quos casus *num.* 145, ponit, quod est necessaria quando citatur aliqua persona Illustris, vel clarissima, per *l. quoties, Cod. de dignitatib. lib.* 10, ubi *Muta. Scacc. Rebuff. Corset. Socin. & alios citat,* videndus *Sabell. in summ. diversor. tract.* §. *citatio num.* 5.

47 Pariter citatio nequit fieri de nocte, ad hoc, ut citatus de nocte arctetur comparere, taliter quod ita facta sit nulla, & non facit contumacem citatum, tradit *d. Doctissimus Altimar. dict. rubr.* 12. *quæst.* 37.

48 *num.* 19, *& seq.* benè tamen potest fieri de nocte pro die iuridica, maximè si adsit necessitas, vel periculum sit in mora *Altimar. ubi proximè num.* 34,

49 Contractus autem, & Testamenta possunt fieri de nocte dum non fiant in obscuro, sed quod testes possint partes contrahentes cognoscere; sicque tribus luminibus accensis *Altimar. ubi proximè n.* 30. *& seq.*

50 Nox in nostra materia citationis, incipit post signum ad Salutationem Angelicam, usque ad illud tempus quo iam albescit, quia tunc propriè appellatur dies, post *Tiraquel. Natta. & alios Lavor. var. lucubratio. tom.* 1, *tit.* 4, *cap.* 18, *num.* 11, & de nocte plura novissimè *Pegas. ad ordinatio. Reg. Portugal. tom.* 5, *tit.* 65. *glos.* 35. *ad* §. 36, *num.* 60. *& seq.*

51 Dies autem in hac materia citationis, & quo ad actus iudiciales incipit de manè, & terminatur in fine diei ante noctis tenebras, qui dicitur dies artificialis, *Altimar. dict. quæst.* 17, *num.* 24. *& seq.* novissimè *Emanuel. Alverez. Pegas ad lib.* 1, *ord. natio. Reg. Portugal. tom.* 1, *ad proœm. glos.* 31, *num.* 5, *pag.* 37, *& pag.* 38, *a num.* 16.

52 Quod per comparitionem, etiam ad effectum allegandi exceptionem nullitatis, seu defectus citationis, sanctur citatio nulliter exequuta, præter Doctores citatos à nostro *Conciolo hic num.* 17, tradunt *alii Moderniores citati à Balmaseda de collect. quæst.* 112, *num.* 18, videndus *Pac. Iordan. tom.* 3, *lib.* 14, *tit.* 1, *de citatio. num.* 177, *& seq.* ubi *à d. num. ad num.* 180. tradit quibus modis citatio sanetur, *Sabell. in summ. diversor. tractat.* §. *citatio, num.* 49. *Calà de restitutio. in integr. quæst.* 2, *num,* 6. *&* 9, ubi *Fontanell. Cancer, & alios citat, Noguerol. Tondut. & alii citati per Nobilem Senatorem nostrum Amigant ad prax. Peguer. rubr.* 28. *num.* 26, ubi decisionem nostri R.S. adfert, *Severin ad decis.* 364, *Sanfelic. lib.* 3, *pag. mihi* 190, *&* 191. novissimè *Carol. Ant. de Luca ad discept. Gratian. animadver. ad cap.* 145. *num.* 8, *Eminent. de Luca de iudic. discur.* 9, *num.* 46, *& discurs.* 32, *num.* 24, *& de iurisdict. in suplem. discurs.* 117. *num* 6, *& de benefi. discurs.* 50. *num.* 6, *Meli. obser.* 113. *nu.* 4.

53 Similiter quod personæ nominatæ in nostro statuto, non possint vocari ad iudicium, & citari absque venia tradit suo doctissimo more, citatis omnibus penè modernis *Altimar. de nullitatib. rubr.* 11, *quæst.* 7. *num.* 5, *& seq. Sabell. in summ. diversf. tract.* §. *citatio, num.* 64, *Carol. Rota pract. conclu. conclu.* 17, *per tot. & alii citati per Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 152, *n.* 26. *& seq. Giurb. obser.* 5, *num.* 1, *& seq.*

54 Et unum nota, quòd narrato in libello, quod intenditur citari aliquem ex personis, cui venia est petenda, & Iudex providet citationem expediri, venit venia petita, & à Iudice concessa, quapropter pœna evitatur, & iudicium procedit, *Altimar. ubi proximè num.* 28. *Giurb. ubi supr. n.* 6.

55 Ista pœna quinquaginta aureorum incursa per citationem, non petita, & obtenta venia, debetur Patri, Patrono, & similibus, & non fisco, & ita potest pars remittere eam, non autem Fiscus, *Carol. Rota pract.*

pract. conclu. dict. conclu. 17, num. 2, Giurb. dict. obser. 5, num. 4. Altimar, dict. quaest. 7, num. 30, ubi alia non ignoranda tractata de hac venia reperies, crede mihi ipsum consule, & conducunt tradita per *Quesada & Pilo dissert. 22. n. 20.*

DE CITATIONE PROCVRATORIS.
Rubrica Secunda.

IN Causa Civili, in qua Procurator habens legitimum Mandatum comparuerit, non sit ulterius necesse Dominum citare, sed ipsum Procuratorem in singulis Iudiciorum actis, etiam ad audiendam Sententiam citasse sufficiat, & Domino tantùm citato, Processus non vitietur: Sicut etiam Domino comparente, mandatum Procuratori factum propterea revocatū non censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum tacitum, & praesumptum aequiparatur expresso.*
Et mandatum praesumptum est sufficiens, num. 2,
3 *Mandatum praesumptum ex quibus actibus inducatur.*
4 *Mandatum Procuratoris censetur revocatum per comparitionem principalis.*
5 *Principalis regulariter citari non potest post constitutum Procuratorem.*
6 *Citatio prima non potest fieri in personam Procuratoris, sed principalis, si commode haberi potest.*
Nisi principalis sit extra Provinciam, absque quod in ea habeat domum, ac familiam, num. 7.
8 *Terminus est dandus Procuratori absentis ad consulendum suum principalem.*
An verò Procuratoris actoris, n. 9,
10 *Intimae legitimè fiunt Procuratori, qui comparuit.*
Non autem sunt fiende principali, n. 11.
12 *Principalis est noviter citandus mortuo Procuratore.*
Pariterque successor, mortuo principali, nec sufficit intimas Procuratori fieri, num. 13,
Et quid de iure communi, n. 14,
15 *Procurator etiam per mille annos non praesumitur revocatus.*
Intellige ut num. 16,
17 *Citatio, ut fieri possit in personam Procuratoris requiritur quod sit acceptatum mandatum.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum permittens in iudicio citari Procuratorem habentem legitimum mandatum intelligitur de Procuratore habente mandatum, tam expressum, quàm tacitum, cum mandatum tacitum, & praesumptum aequiparetur expresso, & eiusdem sit par virtus, ut tradunt *Vant. de nullit. in tit. qualiter senten. & proces. num. 93, & seq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101, num. 34, & 35, & Ferron. ad Stat. Urb.*
2 *lib. 1, cap. 52, num. 1, & seq.* Et cum mandatum praesumptum sufficiat, ut dixit *Rota apud Gregor. XV. decis. 86, num. 3, & decis. 111. num. 7. & apud Merlin. decis. 866, num. 4*, ubi aliae adducuntur.

3 Ex quibus verò actibus cōnstare dicatur de mandato praesumpto tradunt *Andreol. contro. 163. num. 6. Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, num. 358, & Rota apud Greg. XV. decis. 44. num. 1, & seq & decis. 86. num 2. & decis. 111. num. 2, & seq. & decis. 176. num. 8, & apud Buras. decis. 593, num. 8, & seq. & apud Bich. decis. 135. num. 14, & seq. & decis. 71. num. 12, & seq.* ubi habetur quod mandatum expressum non facit silere tacitum, ut ibi per eam.

4 Per comparitionem autem principalis de iure communi sine clausula Citra, &c. censetur revocatum mandatum Procuratoris regulariter, *Grat. discep. foren. cap. 22. num. 12, & 13, part. 1, Rota decis. 294, num. 12, part. 1, rec.* qui declarant quando huic conclusioni sit locus, licet contrarium teneant *Adden. ad Pastel. exped. 78, num. 76.*

5 Quod verò post constitutionem Procuratoris factam per principalem non possit citari ipse principalis, qui non tenetur comparere, nisi ipse citeretur, uti melius instructus in aliquo emergenti tradit *Grat. discept. foren. cap. 145, num. 7, & 8, par. 1.*



ADDITIO.

6 HOc in statuto non loquitur de prima
citatione, quia ipsa non potest fieri
in personam Procuratoris, sed domini, ubi
commodo haberi potest, *infinitis citatis*
tradit *Doctissimus Altimar. dict. tract. de*
nullitatib. d. rubr. 12, *quaest. 20. num.* 1, no-
vissimè *Carol. Ant. de Luca ad Gratian.*
animadver. ad cap. 145, *num.*1, benè tamen
7 etiam prima citatio fieri potest in personam
Procuratoris, si dominus abesset à tota Pro-
vincia, & in ea non haberet domum, ac
familiam, *Altimar. d. quaest.20, num.* 10, *&*
seq. Carol. Anton. de Luca ad d. cap. 145.
num. 4, *& seq. Nobilis ac Meritissimus*
Senator noster Don Petr. de Amigant. in
addit. ad Prax. civil. Peguer. d. rubr. 6,
num. 81, ubi decisionem Senatus refert.
8 Et tunc absente domino à Principatu, ci-
tato Procuratori datur, ac conceditur ter-
minus ad denunciandum dicto domino
causam motam, & ad eum consulendum,
ut deliberaret, an cederet, vel contendere
velit *Altimar. d. rubr.* 12, *quaest. 20, nu.25.*
& seq. & rubr. 11. *quaest.32. num.93. & seq.*
Carol. Anton. de Luca ad discept. Gratian.
animadver. ad cap. 145, *num.* 9, conducunt
tradita per *Valeron. de transactio. tit. 4,*
quaest. 5, num. 47. & ita declaravit Regius
noster Senatus referente Nobili Ioseпho de
Ferrer & Vinyals R. C. *die 8. Octobris.*
1672, in causa Nobilis Antonii de Roca-
berti, contra Procuratorem generalem
Marchionis de Aytona, Scriba Pellicer. Et
9 an iste terminus concedatur Procuratori
actoris tradit *d. Altim. rubr.*12, *d.q.20, n.45.*
10 Sed loquitur nostrum statutum de cita-
tionibus fiendis post primam, quae in no-
stra Provincia dicuntur *intima*, quae legiti-
mè fiunt Procuratori qui comparuit in cau-
sa, & fuit factus dominus litis, *Altimar. d.*
11 *quaest. 20, num. 52,* taliter quod non deficiunt
Doctores dicentes ex tunc non sufficere in-
timas fieri domino, qui sunt citati per di-
ctum *Altimar. d. quaest.20, nu 53.*
12 Ex quo fit, quòd mortuo praedicto Pro-
curatore non sufficit citationes, ac intimas
fieri ipsi domino, licet praesenti, sed noviter
est ad causam citandus, *Fontanel. decis.560.*
& eo citato d. Meritissimus Senator Ami-
gant ad dict. prax. Peguer. rubr. 29, pag.
mihi 394. vers. Quo ad tradita, &c. imo
mortuo principali in nostra Provincia, non
potest procedi intimas dirigendo ipsi Pro-
curatori domino litis affecto, sed citandus
est noviter ipsius successor, *Ripoll. ad Pe-*
guer. dict. rubr. 6, num. 30, Fontanel. d. dec.
14 *566. num. 2* licet aliter procedat de iure
communi, ad quod sunt videndi *d. Fonta-*
nel. d. decis. 566. num. 3, & decis. 96. nu. 19,
& seq. Cancer. ab eo citatus, & alii citati à
dict. Altimar. d. quaest.20. num. 57. Olea de
cess. iur. tit.6. quaest. 1, *n.14, ubi latè.*
15 In casibus autem, in quibus licet citare
Procuratorem, nempè absentiae principalis
extra Principatum, hoc licet facere, etiamsi
multum temporis spatium lapsum sit a die
mandati, cum Procurator etiam per mille
annos non praesumatur revocatus, *ut citatis*
Gratian. Alexand. & aliis tradit. d. Alti-
16 *mar. d. quaest. 20. num.* 81, nisi inimicitia
inter Procuratorem, & dominum interve-
nerit, vel alia causa revocationis supervene-
rit, *Altimar. citatis Gratian. Antonel,*
Baron. & aliis ubi proximè n.82.
17 Credo tamen quod ad hoc, ut legitima
dicatur citatio praedicta, facta in personam
Procuratoris, requiritur quod talis acce-
ptaverit mandatum, aliter non esse conten-
tandum cum sola citatione ipsius Procura-
toris, sed aliae diligentiae sunt adhibendae ad
tradita per *Mangil. de subhast c.9, n.5.*

DE MODO PROCEDENDI IN CAUSIS CIVILIBUS.
Rubrica III

CUM agitur via Executiva ex publico Instrumento, Sententia, & Laudo in iudicatum transactis, Testamento Donatione causa mortis, Codicillis, & ultimis voluntatibus, sive ex Apoca, vel chirographo legitimè recognito puris, & liquidis, citato Reo, illóque contumace existente, Iudex teneatur contra ipsum Reum executionem committere, & relaxare pro summa petita, ac expensis, realem, & personalem, prout ius suadebit feriis non obstantibus. Si verò post executionem infra mensem à die intimationis pignoris subhastati, dictus Reus contumax comparuerit, & petierit audiri, Iudex, refectis expensis contumacialibus audiri mandet; prout etiam ad petitionem

rem Actoris dictas expensas contumaciales taxari, faciat per Notarium Causæ, seu per alium à Iudice deputandum; Et interim sufficiat depositio unius grossi per dictum Reum facienda, & ad audiendum, ut suprà admittatur. Tunc verò si Reus, prout etiam si contumax non fuerit, comparuerit, & copiam Instrumenti, sive aliorum ex prædictis, contra se productis petierit, Iudex illam decernat cum termino quinque dierum ad excipiendum, & opponendum, & in eodem termino non possit alias exceptiones opponere, quàm Nullitatis Instrumenti, seu aliorum productorum, ut supra, & Solutionis, quas quidem exceptiones teneatur, & debeat infra dictos quinque dies probare per omne genus probationis, aliàs si non probaverit, teneatur Iudex contra dictum Reum executionem committere, seu in iam commissa ad ulteriora procedi mandare, à qua quidem executione non possit appellari, & quatenus ab ea appelletur, Iudex Appellationem non admittat ad effectum suspensivum, sed quacunque Appellatione, & Inhibitione Iudicis ad quem, non obstante, possit, & debeat in dicta executione ad ulteriora procedere, & nihilominus tam primus Iudex, quàm Secundus Appellationis super propositis exceptionibus nullitatis, & solutionis cognoscere possint, non retardata tamen dicta executione: Et si Reus in dicto Termino propositas exceptiones probaverit, Iudex debeat super illis cognoscere, & iustitiam facere. Quod si contigerit in Iudicio devolutivo primam sententiam per secundam revocari, Vt debitoris indemnitati consulatur, Creditor teneatur idoneè cavere de restituendo quicquid eidem fuerit ablatum, si per conformes dicta executio revocetur. Si verò Reus debitum fassus fuerit, & terminum ad solvendum petierit, Iudex illum quinque dierum assignet, & ad Partis instantiam exequatur.

Quòd si ordinariè agatur ex quacunque causa poterit Actor, Reo cum Cedula citato pro certa die suam petitionem, libellum, seu articolatam petitionem, aut supplicationem in termino dictæ citationis exhibere; quam Petitionem, dummodo factum in substantia contineat: admitti volumus: Et si Reus in termino comparuerit, sive post tres dies à die citationis, copiámque petitionis, sive libelli petierit, Iudex illam decernat cum termino trium dierum ad respondendum, & opponendum; qua copia per Plazzarium oblata, si Reus comparuerit, poterit contra Petitionem, quas sibi videbitur, exceptiones producere; Quarum si Actor copiam petierit, Iudex illam decernat cum termino duorum dierum ad replicandum, nec Reus possit alias duplicationes facere: Declarantes, quòd exceptiones generales semper pro expositis habeantur. Si verò Reus fassus fuerit debitum, & petierit terminum ad solvendum, Iudex illi terminum decem dierum assignet.

Si autem petitio negata fuerit, & lis contestata, poterit Actor suam intentionem probare per omne genus probationis: Quòd si ab eo probationes exhibeantur, Parte citata, poterit Reus in dicto termino facere exceptiones contra dictas positiones; Et Iudex salvis exceptionibus Partium illas admittere debeat, cum clausula Salvo iure impertinentium, & non admittendarum, & mandet per Reum illis responderi, iuxta ea, quæ diximus infra sub Rubr. de Positionibus, Cum termino duorum dierum dicto Reo cum Cedula intimando: Et habita responsione, si à Reo positiones negari contigerit, poterit Actor illas in Articulos convertere, seu alia Capitula exhibere, Testésque super illis examinandos nominare, & petere admitti, illisque Iuramentum deferri, & super eis, & tota causa examinari: Si verò Reus Copiam Capitulorum, & nominum Te-

stium

ftium petierit, Index illam decernat, cum termino ad primam ad excipiendum, & opponendum, & si in termino comparuerit, poterit suas exceptiones facere tàm contra Capitula, quàm contra Testes; & nihilominus Iudex admittere debeat, cum eadem clausula Salvo iure impertinentium, & non admittendarum, mandando Testibus inductis iuramentum deferri, & examinari, assignando terminum Reo duorum dierum ad dandum Interrogatoria, quatenus dare voluerit, iuxta ea quæ diximus, sub Rubr. de Interrogatoriis dandis.

Et si Reus contra Testes exceptiones proposuerit, ex quibus de iure deberent à Testimonio ferendo in totum repelli, debeat Index infra triduum à die propositarum exceptionum illas cognoscere, ac Testes, si de iure repellendi sunt, repellere, sin minus, salvis exceptis, admittere ad iuramenta, & examen, ut suprà: Et Parte instante Capitula, & Interrogatoria resecare, prout etiam numerum Testium coarctare, iuxta ea, quæ suo loco diximus, sub Rubr. De Testibus, & Interrogatoriis dandis.

Si autem contigerit Reum petere terminum assignari Actori ad faciendum incumbentia, Index terminum statuat utrique Parti decem dierum pro prima Dilatione, quinque pro secunda, & trium currentium pro ultima ad probandum; Alioquin Reo non instante, termini prædicti ad instantiam Actoris, post completum ab eo Processum, ipsi Reo assignetur; Et nihilominus, si etiam in dicto termino Actor voluerit aliquid aliud probare, admittatur ante publicationem Processus.

Termini autem probatorii currant quatenus dies feriati non absorbeant maiorem partem illorum; Aliàs Iudicis arbitrio, Pars ad dies feriatos restituatur: Et si contigerit Testes iuratos aliqua ex causa in termino examinari non posse, Volumus post ultimam dilationem per triduum ad examen admitti, dummodo interim non fuerint dedicita Testificata. Idémque observari volumus in Productione Positionum, Capitulorum, Testium inductione, & illorum exceptione pro Reo contra actorem.

Completis verò Terminis Probatoriis, Index Partibus instantibus, aut una ex eis, mandet Processum publicari, copiamque illius volentibus decerni, cum termino quinque dierum ad concordandum, & opponendum, reservato Iuramento, si & quatenus, & cui de iure: quod Iuramentum reservatum esse censeatur, etiam quòd Iudex in Pronuncia nullam fecerit mentionem: Partes verò in dicto termino quinque dierum potuerunt contra Testes, & eorum dicta exceptiones proponere, & in termino quatuor dierum utilium proposita probare, quo elapso absque Iudicis Pronuncia, Terminus decem dierum ad allegandum in iure Partibus assignatus esse censeatur. Illoque decurso Iudex Partibus instantibus, aut una ex eis, mandet sibi Processum, & Iura consignari pro expeditione causæ infra mensem omnino ab eo terminandæ.

Et quia sæpè contigit Literas examinatoriales peti à Partibus pro examinandis Testibus extra Territorium Eugubii, Iudex teneatur illas concedere, Assignando terminum petendi trium dierum utilium ad reportandum examen, & pro itinere unius diei pro XX. milliatibus, tàm in eundo, quàm in redeundo: Declarantes dictas Literas non posse concedi (si tamen pars non consentiat) in Territorio Eugubii, nisi Vicario Terræ Canthiani, præstito tamen semper Parti petenti Iuramento, dictas Literas non peti animo Calumniæ, & si petierit, debeat pars condemnari in pœnam quinquaginta Librarum, & interesse Partis, Sicut etiam Procurator, si id temerariè petierit, in eandem

pœ-

pœnam multandus erit.

Verùm quia in principio causæ opponitur de Mandato Procuratorum, Iudex oppositione facta, mandet in primis personas hinc inde legitimari per productionem Mandatorum, & facta legitimatione, in causa ad ulteriora, modo, quo suprà procedi: Declarantes, quòd constito de mandato penès Actuatium causæ, non sit necessaria illius productio, sed sufficiat illud originaliter in actis exhibere, & pars etiam similiter exceptiones opponere, & Iudex super illis interloqui debeat. Si verò processum fuerit ad ulteriora per Procuratores, absque ulla exceptione mandati, & nihilominus in medio, aut in fine dictæ causæ de mandato opponatur: Volumus non obstante dicta exceptione, procedi ad ulteriora, salva exceptione nullitatis Actorum, ex defectu mandati, terminanda in fine causæ, unàcum negocio principali: Sufficiat tamen ad convalidandum iudicium, & acta exhibere Mandatum quandocunque factum ante sententiam, cum ratificatione gestorum.

Si verò Reus in respondendo petitioni, seu libello, ut suprà contumax fuerit, Iudex mandet, Actore instante, ipsum immitti in possessionem bonorum Rei ex primo Decreto, & accepta Possessione, poterit illam retinere, atque interim lucretur fructus, & quatenus velit, possit ad ulteriora procedi usque ad sententiam modo superius declarato.

Si autem Reus voluerit audiri, & tenutam recuperare, quatenus venerit ante sententiam, seu post sententiam infra quatuor menses à die adiudicationis, & petat audiri, refectis expensis contumacialibus admittatur, deponendo Iulium unum, cum oblatione reficiendi illud plus, quod fuerit taxatum, & poterit facere suas exceptiones, & procedatur in causa usque ad sententiam modo superiùs expresso; Poterit tamen Actor expensas contumaciales taxari facere per Notarium à Iudice deputandum, & facta Taxatione, si Reus illas infra triduum non refecerit, non audiatur ulterius, sed procedatur in causa modo, quo suprà.

Quod si summatiè agatur, Actor, citato Reo, suam Verbalem petitionem per Notarium in actis describi faciat, exprimendo rem, vel summam, & ex qua causa ei Debitor teneatur; Et si Reus comparuerit, & eiusdem Petitionis copiam petierit, Iudex illam petenti decernat, cum termino ad primam ad respondendum; Et si illam negaverit, Iudex partibus assignet, etiam si ab una ex eis petatur, terminum quinque dierum ad probandum, & utrique liceat suam intentionem probare per Testes summariè examinandos super petitione tantum, Capitulis, & interrogatoriis exclusis, & per omne aliud genus probationis: Dummodo tamen petitio non excedat scuta decem, quo casu Iudicis arbitrio Capitula, & Interrogatoria admitti possint, assignando brevem terminum ad allegandum in Iure. Possit tamen Iudex ex causa dictum terminum prorogare ad alios tres dies, & si Actoris intentio probata fuerit, Iudex publicato Processu, Reum condemnet, sin minus ipsum absolvat: Possit tamen Actor offerre Reo Iuramentum litis Decisivum, & cogat Iudex Reum ad Iurandum, vel referendum iuxta ea, quæ diximus infra, sub Rub. de Iuramento litis decisivo.

Si verò Reus contumax fuerit in respondendo Petitioni, debeat Actor requiri facere per Baiulum, ut sibi pignus tradatur pro quantitate petita, & expensis; quòd si pignus non habuerit, Actore instante, talem requisitionem Actuario referre debeat, & Iudex executionem concedat Actori pro petita summa, & expensis, exequendam in bonis mobilibus, & ablato pignore per Executores, fiat præceptum per Plazzarium oretenus Reo, ut infra triduum reluat pignus;

gnus; quo termino elapso, & pignore non redempto, Reóque citato Subhastationes committantur per Iudicem, quæ fieri debeant tribus diebus successivis, & ultima cadat in die Mercurii, vel Sabbathi, iuxta Capitula posita sub Rubr. De Officio Depositarii Pignorum. Quòd si talis executio in re mobili fieri non possit, fiat in stabilibus, si Creditor voluerit, & procedatur ad subhastationes, & ad adiudicationem, iuxta ea, quæ diximus infra sub Rubr. De Contumace, & Tenutis dandis, Aliàs præcedente fide, & relatione executorum, bona non invenisse, fiat executio personaliter contra debitorem, si Actor id petierit, etiam debitore non citato.

Si veró Reus debitum fateatur, detur ei, si petierit, terminus decem dierum ad solvendum, iuxta ea, quæ infra diximus, sub Rubr. de Confessis: Quo termino elapso concedatur executio contra Debitorem, & procedatur modo, quo suprà. Et si Reus contumax velit audiri, possit infra decem dies à die notificationis solutionis pretij Pignoris venditi, comparere, & refectis expensis Actori, admittatur ad exceptiones contra Petitionem Actoris, & procedatur in causa modo superiùs expresso.

Declarantes, quód si executio spatio sex mensium non consumetur, teneatur creditor debitore citato, illam renovare, & consumari possit, & debeat, Nisi debitor infra quinque dies à die citationis probaverit solutionem.

Præparatoria veró in principio Causæ, seu quandocunque ante sententiam exhiberi possint, clara, & distincta, & eorum Copia transmittatur cum Cedula, & cum termino ad primam ad respondendum purè, & simpliciter: Quód si Pars fuerit contumax, aut minùs legitimè responderit; Eo casu Iudex interloquatur; Quód nisi ad aliam Iuridicam paruerit, habeantur pro confessatis, seu gravetur ad Partis instantiam, cum Intimatione cum Cedula. Si veró Pars, quæ respondere tenetur; Sit Absens, servetur modus, & forma, quæ traditur infra in responsione Absentis ad Positiones sub Rubr. VI.

Addimus etiam ad tollendas litium dilationes, quód in posterum oblata per Partem Copia Libelli, seu alterius cuiuscunque Petitionis, quis non teneatur ulterius copiam Actorum, seu Scripturarum offerri facere, sed Iudicis pronuncia sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod contra instrumenta non opponantur, nisi exceptiones solutionis, & nullitatis censetur prohibere omnes alias exceptiones.*

Licet aliqui contrarium teneant, n. 2.

Et ita est statutum in Cathalonia, numer. 73.

Et probantur istæ exceptiones partitâ tabula num. 74.

Non tollit tamen dictum statutum exceptiones venientes ex eodem instrumento, num. 3, & 72.

Etiamsi dictæ exceptiones non sint liquidæ, num. 4.

Benè tamen altiorem indaginem requirentes, num. 70.

Et exceptiones turbidas, num. 71.

5 *Statutum quod contra instrumentum non opponantur, nisi exceptiones solutionis, & nullitatis est ordinatorium.*

Et dictum statutum est validum, ibid. *num. 6.*

7 *Statutum concedens viam executivam instrumentis est ordinatorium.*

Secùs si concedas viam executivam contra tertium, num. 8.

9 *Statutum quod post certum tempus non liceat recuperare tenutam, non habet locum stante nullitate executionis, vel sententiæ.*

10 *Executio quando sit nulla remissivè.*

11 *Creditor nulliter missus in possessionem potest rem retinere donec ei solvatur debitum.*

12 *Sententia liquidans creditum est appellabilis & num. 59.*

In-

Intellige si liquidatio praecedat executionem, & super eam pronuncietur, nu.57.

Non tamen si incontinenti post executionem offeratur liquidatio, num. 58.

Et quid in liquidatione sententia transacta in rem iudicatam, nu. 60.

Et quid in sententia ex sua natura exiquibili, num. 61,

13 *Instrumenta, testamenta, & similia habent viam executivam vigore statuti.*

In Cathalonia guarentigia, & cum scriptura tertii, num.49,

Etiam absque citatione, ac notificatione debitori fiendis, num.50,

Ac etiam pro iis, quae in eis virtualiter continentur, nu. 14, & 54.

Licet aliqui contrarium teneant, n.15,

16 *Statutum dans executionem instrumentis intelligitur de liquidis, & nu.55.*

Procedit etiam in iis, quae liquidari possunt in continenti, num. 17,

Liquidari quando dicantur in continenti, num. 18,

Dicuntur liquida quando continent summam certam, num. 19,

Et quando ex eis constat quid, quale, & quantum creditori debeatur, num. 20.

21 *Executio instrumenti peti potest ante factam liquidationem.*

Cum liquidatio retrotrahatur, ibid. num. 22.

Licet aliqui contrarium teneant, ibid. num. 23.

Ita ut in dicto casu non detur appellatio suspensiva, ibid. num.24,

25 *Instrumenta facta in loco ubi ex statuto mandantur exequutioni si producantur ubi non adest d. statutum non habebunt exequutionem, & è contra.*

Quid verò dicendum sit quo ad probationem scriptura privata, num. 26,

27 *Via executiva competens ex instrumento praescribitur triginta annis, & n. 80.*

Etiam cum mala fide, num. 28.

Limita ut ibi num. 29,

30 *Agens via ordinaria non potest agere posteà via executiva.*

Fallit si reus esset contumax, ibid. numer. 31.

Benè tamen in Cathalonia, refectis expensis, seu praeservatione existente, nu.77.

Etiam post sententiam si ab ea fuerit appellatum, nu, 78,

Ordinariè, vel executivè quando agi dicatur, ibi num.32,

33 *Exceptiones requirentes altiore indagine non admittuntur in iudicio executivo, & n.70.*

34 *Condemnatus executivè potest indebitè solutum repetere.*

35 *Statutum quod articuli admittantur salvo iure impertinentium non habet locum quando articuli sunt notoriè impertinentes.*

Secus si impertinentia sit dubia, n.36.

37 *Exceptio inimicitiae, & simil. probata incontinenti repellunt testes ab examine.*

38 *Dilationes sunt continuae, & comprehendunt etiam dies feriatos.*

39 *Statutum admittens mandatum factum à quandocunque cum ratificatione non procedit stante, protestatione nolle admittere ratificationem.*

De mandato potest doceri quandocumque si de eo non fuit oppositum, num. 40,

41 *Nuncio referente non invenisse bona devenitur ad capturam personae.*

42 *Carceratus pro debito non renovata executione, si de debito constet, non est relaxandus.*

43 *Reus, qui vult recuperare tenutam quando teneatur satisdare de stando iuri.*

44 *Interrogatus non fatetur contenta in interrogatoriis.*

45 *Interrogatoriis est respondendum medio iuramento.*

46 *Statutum dans executionem instrumentis non habet locum contra non nominatos.*

Neque extenditur ad tempus porrogatum, seu non contentum in eis, nu.67,

47 *Via executiva materiam qui tractent remissivè.*

48 *Instrumenta inspecto iure communi non habent executionem paratam.*

51 *Clausula guarentigia si non leguntur in instrumentis, non censentur posita.*

52 *Littera cambii in Cathalonia habent executionem paratam.*

Pariter littera commandae, num.53,

56 *Liquidatio potest praecedere executionem, & subsequi,*

62 *Via executiva non procedit contra tertium.*

Benè tamen citatione praemissa, n.63.

Nec contra haeredem, num. 64.

65 *Appellatio suspensiva non admittitur à decreto de exequendo Instrumentum guarentigium.*

66 *Executio non tribuitur instrumento probato per testes, licèt clausulas guarentigias contineat.*

68 *Via executiva licet non concedatur pro relocatione; tamen summariè proceditur.*

69 *Via executiva an competat conductori contra locatorem ad repetendum ab eo exactum.*

75 *Reconventio, ac compensatio, an procedant in iudiciis executivis,*

Procedit tamen ad effectum porrogandi iurisdictionem, num. 76,

79 Ces-

79 *Cessionarius, & simil. an possint agere executivè contra debitorem cessum, non notificata eis cessione.*

81 *Via ordinaria praxis à quo tractetur,*

82 *Executio facta pro maiori quantitate non sustinetur pro verè debita.*

ANNOTATIO.

1 QVòd hoc statutum mandans, quòd
contra instrumentũ non possit opponi
nisi exceptio solutionis, & nullitatis censetur prohibere omnes alias exceptiones etiam
habentes maiorem rationem expressis not.
Galles. de oblig. cam. quaest. 18, num. 3, Seraph. de priv. iura. privil. 74. num. 94.
Grass. de except. in praelud. num. 230, vers.
Sed in hoc articulo, &c. ubi quamplures dat
concordantes, quam opinionem communem dicit Capra. concl. 51, num. 19, Carpa.
ad Stat. Mediol. cap. 42. num. 168. lib. 1.
2 ubi alios adducit ita sentientes, licèt posteà
à dicta opinione videatur recedere licèt contrarium, quod imò exceptiones similes non
censeantur reiectae per dictum statutum voluerunt Asin. in prac. §. 31. cap. 57. num. 2.
Ciriac. contro. 224. num. 1, & seq. cum quibus pertransit Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1,
cap. 82. num. 43, & sequen. qui numer. 48.
dicit, hanc secundam opinionem solidiores
habere rationes, ut ibi per eum.

3 Neque dictum statutum censetur tollere
exceptiones, quae veniunt ex eodem instrumento, ut not. Surd. de aliment. tit. 8, priv.
53, num. 11, Scacc. de iudi. cap. 63, sub nu.
1, latè Grass. de except. except. 13. nu. 1, &
4 seq. quamplures adducens ita sentientes, &
Giurb. decis. 60. num. 10. etiam quod dicta
exceptio non sit liquida Surd. cons. 186, nu.
22 lib, 2, quem refert, & sequitur Giurb.
d. decis. 60, num. 11, Ita ut illa retardet executionem, licet non sit liquida, & requirat altiorem indaginem, Maresc. var. resol. lib. 2, cap. 121, num. 36, Andreol. contro. 130, num. 24, & controv. 175, num. 3,
ubi quamplures dat concordantes, Rota
apud Zach. de oblig. camer. decis. 8. post
prin. Prout neque censetur tollere exceptiones, quae restringunt executionem, ut illa
hoc, vel illo modo fiat, ut post Ias. Ancar. & Soc. Sen. per eum adductos firmat
Hond. cons. 18, n. 78, vol. 1,

5 Statutum supradictum prohibens opponi
contra instrumentum, nisi exceptiones solutionis, & nullitatis est ordinatorium, Rota decis. 452, num. 6, part. 1, divers. secùs si
tollat omnes exceptiones, quia tunc dicitur
decisorium, ut not. Cravet. cons. 201, num.
6 8, & Rolan. cons. 48, num. 7, lib. 2, Et illud
est validum, ut tradunt Asin. in pract. §. 31.
cap. 20, num. 1, Grass. de except. in praelud.
num. 166. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap.
7 116, num. 195, qui alios dat concordantes,
statutum verò dans executionem instrumento est ordinatorium, Balth. Thomas. de im-
8 mun. Eccles. tit. 1, num. 493, in fin. licet secùs sit, si illud concedit executionem instrumento etiam contra tertium, ut quampluribus Rotae decisio. relatis comprobat
Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, c. 85, in prin.

9 Hoc statutum quod post mensem, vel
quatuor menses respectivè actor non audiatur volens recuperare tenutam non habet
locum quando executio, vel sententia fuit
nulla, ut latè comprobat Paitell. exped. 35.
10 num. 14, & seq. Quando verò executio sit
nulla longum esset recensere, videas per
Posti. de subhast. inspec. 18, num. 169, &
seq. & inspec. 50, num. 2, & sequen. & in
tract. de manut. observ. 12, num. 132, & seq.
& per Rota apud Greg. XV. decis. 224, num.
1, & decis. 161, num. 27, part. 6, rec. & apud
Merlin. de pignor. decis. 115, in prin. & dec.
136, num. 5, & 6, & apud Card. Ottob. dec.
47, num. 1, & seq.

11 Creditor autem qui nulliter missus fuit
in possessionem, quod possit retinere rem,
donec ei solvatur creditum voluerunt Surd.
decis. 46. num. 7, ubi quamplures dat concordantes, & ibi benè comprobat Hodiern.
num. 1, & seq. ubi quamplures dat limitationes, & Paitell. exped. 35, num. 31, &
num. 32, ubi hoc declarat si creditum sit liquidum, & purum aliàs secùs, ibi per eum.

12 Quod verò sententia liquidans creditum
sit appellabilis etiam si causa sit executiva
uti in hoc statuto tradunt Surd. decis. 27.
num. 9. Zacch. de oblig. Camer. quaest. 37.
num. 43, Grat. decis. March. 212, num. 12.
& Rota apud Gregor. XV. decis. 232, num.
2, & ibi Adden. num. 5, qui notant quando sententia dicatur continere mixturam, ut
detur appellatio, ipsos consulas.

13 Instrumenta, testamenta, lauda, & alia
mentionata in hoc statuto habere viam executivam vigore huius statuti in terminis de
eo loquendo voluit Rota decis. 101, num. 20.
& seq. & apud Posti. de subhast. & decis. 482.
part. 9, rec. tom. 2. Quae tamen non habent
locum quando concurrunt duo testamenta,
quia tunc cessat via executiva, ut tradunt
Bart. & Doct. in l. fin. C. de edic. D. Adrian.
tollen. & Rota apud Card. Seraph. decis.
279, num. 1, & d. decis. 101, apud Posti. n. 4.
14 Quae instrumenta habent executionem paratam non solum pro iis, quae in illis expressè

presse leguntur, sed etiam pro iis, quæ virtualiter, & ex iuris interpretatione continentur, ut docent *Grattan. discept. foren. cap. 37, num.34, & seq. & cap. 115, num. 27, part.1, & cap. 852, num.24, & seq. par. 5*, licèt dicat quæstionem esse controversam, *Zach, de oblig. camer. quæst.* 31, *num.* 29, *& seq.* ubi quamplures adducit Rotæ decisiones, *& num. 44. & seq.* ubi testatur de communi opinione *Andreol. contrav.* 143, *num.* 2, ubi plures dat concordantes, & testatur de receptiori opinione *Altograd. consl. 55. num.* 29, *lib.* 2, ubi testatur de veriori, & receptiori opinione, *Adden. ad Rot. decis. 666, num.* 162, *part. 4, rec. tom.3.* ubi dicunt ab hac opinione non esse recedendum, *Bossi. de dote cap. 9. num.* 71. *& Rota decis.* 232, *num.* 19, *& decis.* 219, *num.* 19, *apud Zach. de oblig. camer.* qui quam-
15 plures faciunt illationes, licet contrarium teneant quamplures Doctores relati per *Zach. dict. quæst.* 31, *num.* 38, *& seq. & per Andreol. dict. contro.* 143, *num.* 1, *& per Altograd. dict. consl.* 55, *num.* 22, *& Rota apud Posth. de subhast. decis.* 234, *n.*1.

16 Statutum supradictum dans executionem Instrumentis, Testamentis, & similibus intelligitur de instrumentis liquidis, aliàs non possunt exequi, ut not. *Zach, de oblig.cam. quæst.* 35, *num.* 9, *Grass. de excep. excep.*36. *num.* 4, *Andreol. contro.* 107, *num.*1, *& seq. & Rot. in terminis huius statuti decis.* 482, *in prin. part.* 9, *rec. tom.* 2, si tamen liquidatio requirat altiorem indaginem, secus autem si illa possint liquidari in continenti, quia tunc habentur, ac si essent liquida, ut declarant *gloss. communiter approbata in leg. fin. C. de compens. & Afin. de execut. §.*1, *cap.*31, *num.*1, *Grass. d. except.* 36, *num.* 5, *& Andreol. d. contro.* 107, *num.* 2, *& seq.*
18 Et in continenti dicitur Instrumentum liquidari, quando liquidatio fieri potest in termino dato ad probandum, *Grass. in dict. except.* 36, *num.* 6, licèt per errorem dicatur ad solvendum *Christ. Paz. de tenut.cap.* 23, *num.* 37, *Barbos. de dict. dictio.* 155. *nu.* 15, qui tamen *suprà num.* 11, *& 12*, dicit, id remittendum esse arbitrio Iudicis secundum
19 subiectam materiam arbitrandum, ut ibi per eum. Instrumentum autem dicitur liquidum quando est clarum, & certum, & continet summam certam, *Gallesf. de oblig. camer. quæst.* 31, *in princ. Parlador. rer. quotid. lib.* 2, *cap. fin. part.* 1, *§.* 12. *limit.* 4, *num.* 27, quem refert, & sequitur *Rota in terminis huius statuti dict. decis.* 482. *num.* 2, *part.*9,
20 *recent. tom.* 2. Et quando ex instrumento constat quid, quale, & quantum creditori debeatur, ut post *Bald. Ias. Rebuff. Covar. & Menoch.* per eum adductos testatur *Grass. in dict. except.* 36. *num.* 10, *& num.* 14, ubi dicit, illum instrumentum esse liquidum quod quamvis exceptione opposita tergiversari non potest, ut ibi per eum.

21 Quibus addo, quòd executio instrumenti vigore dicti statuti peti potest etiam ante factam illius liquidationem, ut tradunt *Pasell. expedit.* 43. *num.* 27, *Munoz. de ratiocin. cap.* 33, *num.* 20, *& seq.* latè *Andreol. dict. contrev.*107, *num.*2, *&* 3, ubi quamplures dat concordantes, & testatur de veriori, & magis communi opinione, & contrariis respondet, & *Carleval. de iudic. tom.*2, *tit.* 3, *disput.* 3, *num.* 44, 45, *& seq.* qui alios pariter refert ita sentientes; Cum
22 liquidatio retrotrahatur, & operetur, ac si à principio ante petitam executionem fuisset facta, ut not. *Costa de retrotr. casu* 8, *ca.* 9. *per tot. & Rota decis.*124. *num.* 11, *apud*
23 *Merlin. de pignor.* Quicquid contrarium tenuerint *Barz. de quaran.* 2, *quæst.* 1, *par. num.* ... *& Ciriac. controv.* 675. *num.* 4,
24 *& seq.* Ita ut in dicto casu non detur appellatio suspensiva, ut latè comprobant *Munoz. de ratioc. dict. cap.* 33. *num.* 22, *& seq. Andreol. dict. controv.* 107. *num.* 3, *& seq.* ubi contrariis respondet, & *Carleval. de iudic. dict. disput.* 3. *nu.* 45, alios adducens ita sentientes.

25 Instrumentum si fiat in loco ubi ex statuto mandari potest executioni, si producatur in alio loco ubi non adest dictum statutum non habebit executionem, & è contra si fiat in loco ubi non adest dictum statutum dans executionem, & producatur in loco ubi adest statutum dans executionem, illud mandabitur executioni, quia in his quæ pertinent ad ordinem iudicii attenditur locus iudicii, & non contractus, vel instrumenti, licèt secus sit in his, quæ spectant ad substantiam contractus, ut docent *Palat. Ruvi. in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxo. & Suarez in l. post rem iudicatam, fol.* 154, *vers. circa Iudicem, &c. ff. de re iudic.* quos unà cum aliis pluribus refert, & sequitur *Anton. Gomez ad leg.*64. *Taur. num.* 8,

26 Quid verò dicendum sit quo ad probationem privatæ scripturæ, si illa sit confecta in loco ubi adest statutum quod illa probet, & producatur in alio loco ubi non adsit dictum statutum, vide *Genua de script. priv. lib.* 1, *cap.*1, *num.* 200. ubi tenet, esse attendendum locum ubi illa fuit confecta.

27 Via tamen executiva competens ex instrumento non agitur elapsis 30. annis, ut

tradunt *Ant. Gomez ad leg. 63, Taur. in*
prin. Ciriac. contr. 2, num. 105, Adden. ad
Capic. Latr. decis. 58, num. 8, & Rota in
Eugub. dotis 14, Februar. 1642, coram R.
P. D. Carrillo, §. secundo subiungebant,
&c. ubi plures dantur concordantes, *& in*
Romana censuum, 4, Aprilis 1639. coram
28 *R. P. D. Verospio post princ.* Etiam cum
mala fide, *Carleval. de iudic. lib. 1, tit. 3, di-*
sput. 4, num. 2. & 3, latè comprobans *Ad-*
den. ad Capic. Latr. d. decis. 58, num. 13,
29 licet prædicta non habere locum quando
debitor promisit semper per eum promissa,
& quandocunque attendere, & observare
voluerint *Cavall. in specul. comm. quæst. 174.*
num, 3, & quæst. 207, num. 32, & 33. &
Andreol. controvers. 79, num. 10, contra
quos tenent *Suarez, & Guttier. in loc. per*
Cavall. relatis.

30 Si tamen quis inceperit agere via ordina-
ria, non potest ex eodem instrumento agere
executivè, quia per electionem unius altera
tollitur, *Cenc. de cens. quæst. 95, num. 28,*
qui plures dat concordantes *Giurb. decis. 55.*
num. 18, Zachia de oblig. camer. quæst. 11.
num. 9, ubi ponit aliquas fallentias *An-*
dreol. controv. 102. num. 24, & Rota in dict.
Eugubina dotis, 14. Februar. 1642, coram
R. P. D. Carillo, §, primò mandatum, &c.
31 *in fin.* Nisi reus conventus via ordinaria es-
set contumax, quia actor tunc non prohi-
betur redire ad viam executivam, ut not.
Cenc. in d. quæst. 95. num. 29, ubi alias dat
limitationes, & *Zachi. d q, 11. n. 10.*

32 Ordinariè verò agi dicitur quando peti-
tur declarari, aliquem teneri, & obigatum
esse, & illum condemnari, executivè verò
quando petitur, quòd contra reum relaxe-
tur mandatum de exequendo, ut not. *Gra-*
tian. discep. forens. cap. 156, num. 23. &
Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap, 3, num.
106, quos refert, & sequitur *Andreol. con-*
tro. 102. n. 23, vers. in prædicta, &c.

33 Exceptiones autem requirentes altiorem
indaginem non admittuntur in iudicio exe-
cutivo, sed reservantur ad iudicium ordina-
rium, *Andreol. controver. 155. num. 2, Ro-*
ta decis. 482, num, 5, part. 9, recent. & in
Romana fideicommissi. de Marianis 3, Iu-
nii 1647. *coram R. P. D. Rojas, §. quo verò,*
&c. & in terminis huius statuti de exce-
ptione nullitatis obligationis requirente al-
tiorem indaginem reservanda ad iudicium
ordinarium, *Rota dict. decis. 482. num. 5.*
34 *part. 9, recent.* Condemnatus autem via
executiva si coactus fuerit aliquid indebitè
solvere potest illud repetere conditione sine
causa, *Boss. de cens. art. 74, num.* 107, *Fo-*
ller. de cens. in verb. Tanquam, num. 38,
cum quibus illos referendo pertransit *Cenc.*
de cens. quæst. 95, in fin.

35 Statutum supradictum mandans capitula
admitti cum clausula *salvo iure impertinen-*
tium, non habet locum quando illa sunt
omninò impertinentia, quia tunc non sunt
admittenda, & si admittantur, datur appel-
latio, ut probant *Gram. decis. 45, num, 8.*
Paris. cons. 67, num. 41, *vol.* 4, *& cons. 97,*
num. 136, *lib.* 1, *Mascar. de probat. conclu.*
36 132, *num.* 1, *& num. 3, vol.* 1, Si tamen sit
dubium, an sint impertinentia debent admit-
ti cum dicta clausula, *Hond. cons.* 18, *num,*
19, *& seq. lib.* 1, *Surd. cons.* 164, *num. 5, lib.*
8, *Pacian. de probat. lib.* 1, *cap. 38, num* 15.
Barbos. de claus. claus. 143, *num. 2.* ubi no-
tat Capitula impertinentia dici, quæ causæ
nullo modo adminiculantur, ut ibi per eum.

37 Exceptio inimicitiæ capitalis, consangui-
nitatis, & similes oppositæ contra testes il-
los repellit ab examine si probetur inconti-
nenti, uti habetur in hoc statuto, ut tradunt
Adden. ad Vestr. in pract. lib. 6, cap. 2, num.
61, *& Rota decis. 334, in fin. part. 4, recen.*
tom. 2. licèt secus sit, si dictæ exceptiones
requirant altiorem indaginem, ut declarant
Adden. ad Vestr. d. n. 61.

38 Dilationes, quæ assignantur in causis
quod regulariter censeantur continuæ, & in
eis includantur etiam dies feriati, nisi illi
absorberent totam dilationem, vel maiorem
partem illius, ut disponitur in hoc statuto
not. *Vestr. in prax. lib. 5, cap. 4, num. 7,*
Maran. in pract. part. 6, in 3, actu num, 18,
& Gail. pract. obser. lib. 1, *observ. 53, n.* 12.

39 Statutum supradictum admittens ad con-
vallidandum iudicium mandatum factum
quandocunque ante sententiam cum ratifi-
catione gestorum non videtur habere locum
quando opponens de mandato protestatus
fuit, nullam velle admittere ratihabitionem,
quia tunc ratificatio non videtur amplius
admittenda, ut tradunt *Bart. in l. inter quos,*
39, §, alieno, num. 4, ff. de damn. infect.
Alex. & Ias. in l. licet, 24, *Cod. de procur.*
& Cost. in memorab. in verbo Procurator
40 *generalis, &c.* De mandato verò quando
non fuit oppositum potest doceri etiam post
sententiam *Cravet. cons.* 108, *num.* 1, *Rota*
apud Pute. dec. 283, *n. 8. lib.* 2, *& decis. 305.*
num. 4, part. 1, recent.

41 Cum dispositione huius statuti quod
stante relatione executorum bona non inve-
nisse, posse deveniri ad capturam personæ
concordant *Fenzon. ad stat, Vrb. cap. 195. nu.*
19, *& Post. de subhast. inspec.* 14, *nu.* 17. qui
dant concordantes.

42 Car-

42 Carceratus pro debito non renovata executione ad formam huius statuti, si de debito constet, quod non sit relaxandus, sed retinendus, voluit *Ludov. decis. Perus. 40. per tot.*

43 Quando verò reus contumax, qui vult refectis expensis audiri, & recuperare tenutam teneatur etiam præstare fideiussionem de stando iuri, vel de solvendo iudicatum, vide *Surd. decis. 46, num.10, Neguf. de pignor. par.3. memb.3, num.3.* & quando executio fuit consumata cōtra personam, *Scacc. de iudic.lib.1, cap.96,n.21,& 31.*

44 Circa verò præparatoria, seu interrogatoria, de quibus fit mentio in hoc statuto advertendum est, quòd interrogans non fatetur contenta in interrogatoriis, *Franc.decis. 220, num.9, par.1, Michal. de posit.cap. 3, num. 16,* ubi dat concordantes *Pract.Ri-*

45 *dolph. part.2, cap.2, num.36,* nec non quod debens respondere præparatoriis debet id facere medio iuramento, ut not. *Papien.in forma posit. act. in verb. ponit. num.2, & Michal. de posit. d. cap. 3, num. 41,* ubi plura videre poteris ad hanc materiam interrogatoriorum pertinentia, *Pract. Ridolph. p.2, c.2, ferè per tot.* ubi latè,

Adde quòd dictum statutum concedens

46 viam executivam Instrumentis non habet locum contra tertium, sed tantum inter eos, inter quos fuit confectum instrumentum, ut post *Bald. Castr. & Menoch. per eum relatos firmat Rota apud Duran. decis.37.n.8. & in Perusina spolii 4, Aprilis 1636, coram R.P.D. Rojas 5, nullitas visa, &c.* Etiam stante obligatione Camerali *Zach. de oblig. Cameral. q.14. n.*

ADDITIO.

47 Circa materiam huius rubricæ viæ executivæ, & viæ ordinariæ iudiciorum, possem integrum tractatum conficere, attamen digressionem evitabo, & transcriptionem, ex quo de hiis à celebris Doctoribus plura aguntur, signanter à *Zachia de obligatio. camer. per tot. tractat, & à Nostro Doctissimo Cancer. var.2,cap.3, Mauson. de causis executivis per tot. tractat.* & ita solum aliqua annotabo.

48 Cùm de iure communi instrumenta exequutionem paratam non habeant, sed via ordinaria sit agendum, *Cancer. var.2, dict. cap. 3, num.1, Modern. Palma Nepos allegatio.18, num.1, Eminen.de Luca de credito. discur, 116, num.6, Modern. Scoppa ad dec. Gratian. obser.4, num.53, Mattheu. de regim. Regni Valent. cap. 11, §. 1, num. 99, Muta. Novar. Capic. Latro. Giurb. Fen. zon. Barbat. & alii, quos citat Severin. in addit. ad decis. 365. Sanfelic. lib.3.in princ. pag. mihi 193, Brilla ad consuetud. Neapol. tit.16, cap. 3, num. 45, Benekendor. ad Seraphin. de privil. iuram. addit. ad privil.77. num.1, & seq. Pilaia decis. canon. lib.2, decis. 10. de censib. peti.9, num. 19,* ita in hac nostra Provincia pariter instrumenta paratam non habent exequutionem, nisi Guarentigia, ut inferiùs dicetur.

49 Instrumenta autem guarentigia in nostra hac Provincia, *qua scriptura tertii*, instrumenta nominantur, ex privilegio dictæ scripturæ tertii, quod est *in 2. vol.Constitutionum sub tit. de actions, y obliga.* paratam habent exequutionem, & ita ab ea regulariter via exequutiva procedit, *Cancer. var. 2, dict. cap.3, num.8.* & eo, & aliis infinitis citatis *Mattheu. de regim. Regni Valent.*

50 *cap.11, §.1, num. 86,* absque citatione ac notificatione ipsi debitori fiendis, nisi aliter inter partes sit conventum, *Salgad. de Reg. protect. part. 4, cap. 8, num. 37, Fontanel. de pact. claus. 8. glos. unic. num.1, Cancer.d. cap.3, num. 7,* quidquid dicat *Carleval. de iudiciis tit. 1, disput. 2, num. 913, in fin.* ad ista videndi *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 12, quæst. 22, num.52, & seq. & Merlin. contro.centur. 2, cap.66,n.4.*

51 Ista clausula guarentigia, seu ut Nos dicimus *scriptura tertii*, si nō legitur in instrumentis, non præsumitur conventa tacitè inter partes, nec potest in ipsis instrumentis tanquam de consuetudine continuari, & ita non habent instrumenta in quibus ea non legitur expressè exequutionem paratam, *Mattheu.d.cap.11. §.1, n.90, & seq.*

52 Itaque in hac nostra Provincia solum literæ cambii habent exequutionem paratam, *Xammar. rer. iudicat. dis.43, nu.20, Amat. resol. 27, per tot. Tondut. de pravent. cap.25. num.12, Ripoll. de magistrat. Logia mar. cap. 20, num.* 124, *Vrceol. de transact.q. 40. tota, idem Ripoll. ad prax. Peguer. rubr. 29, num. 96, & seq. Modern. De Philip. dissert. fiscal* 3, *nu. 81, Giurb. obser.105, num.2, & 15, Eminen. de Luca de credit. & debit, discur. 65. num. 4,*

53 Pariter literæ comandæ habent exequutionem paratam, dummodo in eis non adsint terminus, fideiussor, dies, & iuramentum, & appareat per publicum instrumentum, *Fontanell. decis. 252, num. 16, & seq. Cancer. var. 2, d. cap.* 3, *num.* 140, *& var.3, cap. 8, num.* 34, *& seq.*

54 Parata hæc exequutio non solum est tribuenda

tribuenda dictis instrumentis guarentigiis, & scripturam tertii continentibus, pro quantitate, seu re in ipsis expressis, verum & etiam pro omnibus, quæ virtualiter in ipsis instrumentis insunt, ex quo nostrum ius municipale simpliciter publicis instrumentis ita confectis exequutionem dat, *Fontanell. decis. 482, num. 24*, novissimè *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. animadver. ad cap. 37, num. 10, Zachia, & alii* quos citat *Ioseph. Altograd. contro. 48, num. 68, Rota coram Cerro decis. 197. inter suas tom. 1, num. 5, & 6, Mattheu. de regim. Regn. Valent. d. cap. 11, §. 1, num. 81, Modern. Palma Nepos d. allegatio. 18, num. 5, & 6*, ubi *Felin. Tob. Nonu. Barz. Franc. Gratian. Barbos. & alios* citat *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 48, nu. 49.* ad quod videndi *Carleval. de iudiciis tit. 3, disput. 3, à num. 36, & Mansi. consult. 57. num. 20, & seq.* & faciunt tradita per *Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil. 104, num. 1, & seq. & per Giurb. obser. 48, num 20.*

55 Hæc sanè parata exequutio dictis Instrumentis conceditur pro quantitatibus liquidis, & certis *dict. Modern. Palma Nepos allegat. 18. n. 29. & seqq. Carleval. de Iudiciis tit. 3, disput. 3, n. 40, Altograd. Iun. controv. 47. num. 13, & seqq. Cancer. var. 2. d. cap. 3, num. 9, & var. 1, cap. 17, num. 34. Mattheu. de Regim. Regn. Valen. d. cap. 11, §. 1, num. 109, Benekendor. ad Seraphin. de privil. Iuramen. addit. ad privil. 77, nu.*
56 *24, & seq.* liquidatio autem potest præcedere exequutionem, & potest fieri in ipsomet exequutivo Iudicio, priusquã ad exequutionẽ facti procedatur *d. Modern. Palma. d. alleg. 18, num. 28*, ubi citat. *Mans. Carleval. de Iudic. tit. 3. disput. 3, num. 43, & seqq. Ab. Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 109. nu. 1, & seqq. Conciol. noster. allegat. 1, numer. 11, & seq.*

57 Inter istos duos modos petendi liquidationem rerum contentarum in instrumento guarentigiato, & cum scriptura tertii datur magna differentia; nam si petatur ipsa liquidatio ante exequutionem, citato debitore, & petendo post ipsam liquidationem exequutionem, tunc cùm videatur petere pronunciationem Iudicis super liquidatione, ab ipsa appellatur quo ad utrumque effectum. suspensivum, & devolutivum, *Carleval. ubi suprà num. 44*, & ita veniunt intelligendi *Cancer. var. 1, cap. 17, de appellatio. nu. 36. & Doctores citati à Doctissimo Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 7, num. 4, & quæst. 4, numer. 4.*

58 Si autem exequutio primò est petita vigore Instrumenti guarentigii, quamvis illiquidi, & in continenti offertur liquidatio ante effectivam exequutionem, cum tunc in causa exequutionis ipsa liquidatio sit inclusa, & non sit necessarium super liquidatione pronunciare, aut interloqui Iudicem, imò liceat pro quantitate liquida absque prævia alia interlocutione concedere exequutionem, ideò non licet appellare quo ad effectum suspensivum, *Conciol. noster hic num. 24, Carleval. ab eo citat. d. disput. 3, num. 45. Francesc. Scacc. & Parlador. citati à d. Altimar. d. quæst. 7, num. 3, Cancer. var 1, d. cap. 17, num. 33.*

59 Tamen si meum in hiis liceret præbere sensum conformarem cum dicto Doctissimo viro *Altimar. d. quæst. 4, nu. 2*, dicente quod cum per dictam liquidationem possit inserti novum gravamen non contentum in ipso instrumento, non denegaret appellationem quo ad utrumque effectum, tu cogita.

60 Dubio procul, prædicta ratione, censet ipse *Altimar.* quod à sententia liquidationis contenta in sententia transacta in rem Iudicatam posse appellari in *d. quæst. 4, d. nu. 2*, non obstantibus *Salgad. Pheb. Pegas. Garc. Parlador. & aliis citatis ibidem num. 1*, ubi
61 *num. 3*, tradit Doctores tenentes contrarium in sententia de sua natura exequibili, non obstante appellatione, nam in hac sicut sententia ipsa exequitur, ita liquidatio, licet iis *noster Cancer. d. cap. 17, d. num. 36, & Gratian. decis. 212, n. 13*, non assentiant.

62 Exequutio autem parata à nostro instrumento guarentigio non procedit contra tertium in instrumento non nominatum, prout tenet noster *Conciol. hic nu. 46*, & tradunt *Doctores citati à Altimar. d. tract. de nullitatib. rubr. 4, quæst. 4. num. 6. & rubr. 12. quæst. 22, num. 53, & seqq. Fontanel. de pact. clau. 4, glos 27. num. 33, Mans. consult. 34, num. 7, Cancer. var. 2. d. cap, 3. n. 82, Ab. Eccles. obser. Pedemont lib. 1, obser. 110, nu. 22. & seqq. Brilla ad consuetud. Neapol. tit.*
63 *16, cap. 3, nu.* benè tamen est verum quod, citatione præmissa, potest procedi contra dictum tertium, ut citatis *Fontanel. Amat. Lusitan. Peres de Lara. Cancer. Gaz. Amat. & aliis* tradit *Altimar d. rubr, 12, d. quæst. 22, num. 64.*

64 Similiter nec contra hæredem, nisi eo citato, & ordinariè iustificato, quod sit talis, *Cancer. var. 2, d. cap. 3, num. 81, Severin. in addit. ad decis. 365, Sanfelic. lib. 3. pag. mihi 195 vers. verum contra hæred. &c.* vidend. *Modern. Manfred. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 115, num. 1, & seq. Brill. dict. tit.*

tit. 16, d. cap. 3, num. 75, & seq. ubi tradit quid si hæres hæreditario nomine se obligaverit *noster Conciol. de hæred. simpl. & qualific. art. 1. num.* 222, ubi tradit id procedere si ab hæredibus opponatur, aliàs secùs *Bonden. Collect. Legal. 2. num. 13, Pilaia decis. canon. lib. 2, decis. 10, de censib. peti. 9. numer. 23.*

65 A decreto autem de exequendo Instrumentum guarentigium, non appellatur, saltem suspensivè *Cancer. var. 1, d. cap. 17, n. 29, Salgad. de Reg. Protect. part. 4, cap. 1, num. 11, idem Canc. var. 2, d. cap. 3, num. 103, & seq. Ab Eccles. obser. 107, n. 10.*

66 Instrumento autem deperdito, licet probato per testes, etiam quod contineat clausulas guarentigias, & scripturam tertii, non datur parata exequutio, imò via ordinaria est agendum *Eminen. de Luca de fœudis discurs. 29, num. 4, Cancer. var. 2, dict. capit. 5, numer. 137.*

67 Non solum ista Instrumenta non habent paratam exequutionem contra non nominatos in ipsis instrumentis, sed nec privilegiũ ipsum extenditur ad tempus non contentum in eis, & ita licet pro locatione virtute Instrumenti has clausulas guarentigias continentis possit exequutivè procedi, non tamen pro mercede cessa tempore locationis finito, licet eisdem pactis, pretio, & qualitatibus sit, & præsumatur tacitè facta reconductio *Felic. de societat. cap. 42, num. 42, Scopp. ad decis. Gratian. obser. 119, num. 20, & seq.* precipuè *num. 26, Mangil. & alii* quos citat novissimè *Sabell. in summ. diver. tract. §. Conductor. num. 5, Pilaia ad Iranç. de protestatio. addit. ad consider. 54, num. 9,* ubi *Cancer. Giurb. Milazz. & alios* citat *Antonel. de temp. legal. lib. 2, cap. 35, num. 30, & seq. Giurb. obser. 99, num.* 18, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 39, num. 24, & cap. 64, num. 22, & seq.* ubi suo Doctissimo more adducit *Doctores* contrarium tenentes, licet Iuris rigore hanc opinionem veram Iudicet,

68 Unum nota quod licet in ipsa reconductione (quidquid dicant *Intrigl. & Barz.* citati à *Rovit. prag. 1, de locat. & conduct. n. 7,*) non censeantur repetitæ clausulæ guarentigiæ, & scripturæ tertii, & ita virtute illarum non possit procedi exequutive, tamen potest procedi, *sine mora, & ita summariè, & de plano absque strepitu, & figura Iudicii* per *l. Præses Cod. locat. & conduct. Rota. recen. par. 10, decis. 335, nu. 3, & 4,*

69 An autem ipsi conductori liceat vigore instrumenti locationis guarentigiati, & paratam exequutionem habentis, compellere locatorem ad restituendum ab eo exequutivè exactum, est sanè controversum; ad id videas *Gratian. discep. foren. cap. 376, n. 26, & seq. ipsum, & Modern. Pacian. de locat. & conduct. cap. 48, n. 45, & seq. Eminen. de Luca, de dote discurs. 58, num. 3.* consule.

70 In his sanè Iudiciis exequutivis vigore instrumentorum paratam exequutionem habentium, non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes, *Fontanell. de pact. clau. 10, glos. unic. num. 59 & seq. Donad. de renuntiationib. cap. 32. num. 290, & seq. Guzman de evict. quæst. 20, num. 39, & seq. Amat. resol. 81, num 14, & seq Bonden. collect. legal. 27, num. 5, & seq. Pegas resol. foren. cap. 5, num. 27, Antun. Portug. de donatio. Reg. par. 2, tom. 1, cap. 32, n. 64.*

71 *& 65.* nec exequutio retardatur per exceptiones turbidas *Eminen. de Luca de credit. discurs. 60, num. 6, & de Pensionib. disc. 65,*

72 *num. 8,* benè tamen si ipsæ provenant ex eodemmet instrumento, seu aliter sint notoriæ, *Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis. 152, num 24, Ciarlin. controv. 233 num. 82, Pegas d. cap. 5, num. 28, Antun. Port. dict. cap. 32, num. 67, & seq. Conciol. noster allegatio. 1, num. 7, Actolin. resol. foren. res. 71, num. 19. Rota recen. part. 19, decis. 246, num. 12, Parexa de instrum. edit. tit. 1, resol. 3, §. 2, num. 19, Cancer. var. 2. d. cap. 3, num. 33, & 114, Mattheu de regim. Regn. Val. cap. 13, §. 2, num. 43, Eminen. de Luca de pensionib. discurs. 30, num. 7, & de Iudiciis discurs. 42, num. 10, & de benefic. disc. 5, num. 14, Modern. Palma, Nepos, alleg. 16, num. 41, & seq. & alleg. 18, num. 37, & seq. & allegat. 15, num. 18,* ubi *Zachi, Marescot. Andreol. & Altograd.* citat, & pro mille, pluribus citatis *Doct. Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 9, num. 12, & rubr. 6, quæst. 3. num. 30, Salgad. de Reg. Protect. part. 3, cap. 3, num. 64, Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 16, cap. 3, num. 47, Pilaia ad Iranç. de protestatio. addit. ad concid. 41, nu. 11, & seq. Conciol. noster alleg. 23, à nu. 9. Bonden. collect. 27, num. 16, & collect. 2, nu. 26, Franc. Mar. Prat. respon. crim. 31, numer. 109.*

73 In Cathalonia autem adversus exequutionem paratam vigore instrumenti guarentigiati, & scripturam tertii continentis, non admittuntur exceptiones aliquæ, nisi solutionis, aut satisfactionis, quæ probentur per publica instrumenta, *Cancer. cap. 3, nu. 33,*

74 *& 54,* benè tamen ipsa admittitur probata per partitam tabulæ, ex quo vim publici, & auctentici instrumenti habet *Xammar, rer. Indicat. def. 49, num. 22. & seq. Modern. Manfr.*

Manfrell. ad Capic. Latr. obser 196, *num.* 8, *& seq.* ubi *Olea. & alios* citat *Brilla dict. tit.* 16, *cap.* 3, *num.*186, *& seq.* novissimè *Borgia investigat. contra Fabr. part.* 1, *cap.* 1, *num. fin.*

75 Et ita in hiis Iudiciis exequutivis non datur reconventio, nisi quantitas pro qua reconvenitur sit liquida,& procedat a instrumento publico, paratam exequutionem habenti, *Ripoll. ad prax. Peguer. rubr.*9, *num.* 13, *Cancer. var.* 2, *cap.* 13, *num.* 40, *& cap.* 3, *num.* 118, *Carleval. de Iudiciis tit.* 2, *disp.* 7, *num.* 9, *&* 10, & citato *Fontanel. decis.* 449, *num.* 21, *Maresca de reconventio. enar.* 1. *num* 83, *& seq.* Sicuti solum admittitur compensatio ad effugiendam viam exequutivam quando apparet de vero credito, liquido, æqualiter executivo, & privilegiato, ut ita declaravit Regius Senatus noster, facto verbo, referente Nobili Hieronymo de Magarola, die 12. *Iulii*, 1682. Scriba Fabra, in executione facta in persona Herminigildi Grazes Mercatoris ad instantiam Francisci Patau minoris Mercatoris Barcinonę; ad quã decisionem fulciendam examina Doctores quos novissimè citat *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 124, *num.* 21, & alios quos citant *Sabell. in summ. diver. tract. verbo Compensatio num.* 16, ac etiam *Pilaia. decis. canon. lib.* 2, *decis.*10, *de censibus peti.* 9, *num.* 4, *Borgia invest. contra Fabr. tom.* 2, *lib.* 12, *cap.* 9, *n.* 7, *Fontanell. decis.* 561.

76 *n.*11, ubi *Cancer.* citat; benè tamen ad effectũ porrogandi iurisdictionem Iudicis exequentis,& ut causa reconventionis ventilletur coram eodem Iudice, coram quo fuit petita exequutio, potest creditor reconveniri, & effectus erit, ut exequutione finita processus reconventionis actitetur posteà coram Iudice exequutionis *Carleval. ubi proximè nu.* 11, videndus *Maresc. de reconven. enar.* 5, *num.*156, ubi contra *Sanfelic, & Merlin.* hanc opinionem sustinet *Cancer. var.* 2. *cap.* 13, *num.* 43, *Merlin. controv.* 24, *num.* 4, *& seqq.*

77 Ad id quòd tradit hic noster *Conciol. nu.* 30, non prætermittam dicere, quod in Cathalonia pro certò stabilitum reperitur, posse veniri de via ordinaria ad exequutivam, refectis expensis, si id in comparitione in causa ordinaria sit reservatum, aut protestatum, vel in instrumento exequutivo adsit ista facultas variandi *Cancer. var* 2, *d. cap.* 3, *num.* 124, *& seq. & var.* 1, *cap.* 17, *nu.*42, *& seq. Iranç. de protest. consid.* 53, *per tot*, & ibi *Doctissimus Additionator Pilaia.* ubi modernos omnes citat *Ab. Eccles. obser. Pedemont. lib.* 1, *obser.* 110, *nu.* 11, videndi, *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr.* 13, *quæst* 2, *num.* 158, *& seq. & Sabell. in summ. divers. tractat. §. Creditor num.* 51, *in fin.* ubi *Vrceol. & alios* citat. & ad ista vide *Doctores citatos per Valeron. de transact. tit.*2, *quæst* 7. *num.* 43, *Fermosin. & alios* quos citat *Pegas resol. foren. cap.* 16, *num.* 107, *& seq. Conciol. noster infra hoc lib.*2, *rub.*59, *n.*11.

78 Et hoc, licet super nullitate, aut rescisione talis instrumenti sit præventum iudicium ordinarium, & in ea sit prolata sententia contra instrumentum guarentigium, dummodo ab ea sit appellatum, ut citatis *Fontanell. Cancer. Carlev. Capic. Latr. Merlin. Canc. Amat & aliis* tradunt *Doctissimus Olea de cess. iur. tit.* 6, *quæst.* 4, *num.* 14, *Eminen. de Luca de iudic. disc.* 15, *n.*21,

79 An autem hæres, cessionarius, legatarius, & alii possint agere exequutive vigore instrumenti guarentigiati, non notificatis cessione, testamento, & aliis titulis debitori, tradunt latissimè *Doctores citati à dict. Olea d. tit.* 6, *d. quæst.* 4, *per tot. Cancer. var.* 1, *cap.* 17, *à num.* 40, videndus ad ista *Carlev. de iudiciis tit.* 2, *disp.* 4, *num.* 21, latissimè ista tractant *Severin. in addit. ad decis.* 365, *Sanfelic. lib.* 3, *per tot. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis.* 115, *per tot. Brilla dict, cap.* 3, *num.* 82, *& seq. Conciol. noster ubi proximè, num.* 248, *& seq. & allegat.* 54, *num.* 9, novissimè *Mastazz. de causis piis lib.* 1, *cap.* 13, *num.*2, *& seq. Rodoer. ad Marin. cap.* 43, *à nu.* 18,

80 Via tamen exequutiva, ut traditur à nostro *Conciolo hic nu.* 27, præscribitur spatio 30. annorum *Rodoer. cons.*8, *num.* 16, ubi *Capic. Latr. Andreol. & alios* citat *Eminen. de Luca de credito. discurs.* 117, *num.* 4, *& discurs.* 131, *num.* 5, *Ab Eccles. obser. Pedemont.* 107, *num* 30, *lib.* 1, *d. Modern. Manfrell. obser. ad decis.* 58, *Capic. Latr. num.* 2, *& seq.* ubi latissimè *Brilla dict. cap.* 3, *num.* 90, *& seq. noster Conciol. de hæred. simpl. & qualific. art.* 1, *num.* 225, *& seq. Capon. controver. foren. controv.*46, *num.*12, *& seq. Cancer, autem noster* contrarium tenet *var.* 2, *d. cap.* 3, *nu.* 75, ea ratione quia præscriptio non tollit actionem ipso Iure, sed ope exceptionis, quæ ratio non mihi satisfacit, & eius solutionem adfert. *Eminen. de Luca proximè citatus.*

81 Circa autem Iudicia ordinaria nihil annotabo, ex quo hac materia abundè tractatur à Doctoribus iuxta praxim suarum Regionum, & huius Principatus Gotholanus à *Peguer. & a Ripoll.* & Meritissimo ac Nobili *D. Petro de Amigant.* Regio Senatore illius additionatoribus; ad eos recurre.

82 Nota

82 Nota pro coronide quod exequutio facta pro maiori quantitate quam verè debita in personam seu aliter, captura, seu exequutio non sustinetur pro verè debita, imo condemnatur creditor ad damna, & expensas, ut ita fuit decisum in R. S. *die* 16, *Decembris* 1678. per Nobilem Narcissum de Anglasell R. C. inter Victoriam Ginebreda, & Joannem Magrinyà, & alios, Nott. Ribes; quæ fundatur in doctrinis Doctorum quos refert novissimè *Manfred. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 152, *num.* 1, *& seq.* ubi *nu.* 6 ita decisum tradit. *Ciarlin. controv.* 233, *num.* 27, *Meli. obser. foren. obser.* 127, *nu.* 33, & tradit novissimè *Castald. consult. foren.* 131, *num.* 1, *& seq.* videndusque *Emm. de Luca de dote discurs.* 145, *num.* 97, *Arias de Mesa var. resol. lib.* 1, *cap.* 7, *nu.* 9, *& seq.*

DE EXCEPTIONIBUS IMPEDIENTIBUS LITIS INGRESSUM, & de lite à Reo criminaliter mota. *Rubrica IV.*

SI ante litis contestationem opponatur à Reo Exceptio Iudicis Incompetentiæ, aut Suspicionis, Litis alibi pendentis, Rei iudicatæ, Iuramenti litis decisivi deferendi, Transactionis, Litis finitæ, Petiti Compromissi, Pendentis termini ad conficiendum Inventarium, Illegitimationis personæ, & similis, per quas Actio Agenti denegetur, super illis in primis discutiatur, & Iudex Parti opponenti præfigat terminum quatuor dierum utilium, infra quem si Exceptionem non probaverit, per Iudicem ad ulteriora in causa procedatur: Et Exceptiones, quæ merita concernere possunt, censeantur ad merita reservatæ: Quòd si in progressu Causæ Iudicium Criminaliter à Reo moveatur adversus Actorem, nihilominus in Civili ad ulteriora procedatur, præstita ab Actore idonea cautione, de restituendo in casum succumbentiæ in iudicio Criminali.

SUMMARIUM.

1 *Exceptiones impedientes litis ingressum quæ sint.*
2 *Statutum mandans exceptiones reservari in fine litis procedit in exceptionibus in facto, & dubiis.*
3 *Appellatio non datur à reservatione exceptionum in fine litis.*
4 *Exceptionum reservatio in fine litis quid importet,*
5 *Supersedendum quando sit in causa civili ob iudicium criminale, & è contra.*
6 *Exceptionum praxis à quibus tractetur remissivè.*
7 *Exceptiones quo tempore sint opponendæ.*
8 *Exceptiones dilatoriæ in triplici sunt differentia, & quæ respiciunt personas Iudicum, & litigantium nequeunt ad diffinitivam reservari.*
Benè tamen quæ respiciunt ordinatoria, num. 9,
10 *Exceptiones peremptoriæ sunt post litem contestatam opponendæ, & reservari ad diffinitivam possunt.*
11 *Anomalæ autem an possint reservari ad diffinitivam.*
12 *Exceptiones emergentes respicientes processum ante omnia sunt declarandæ.*
13 *Exceptiones autem præiuditiales an sint ante omnia declarandæ, seu an ad diffinitivam reservari possint.*
14 *Iudex an præcisè in diffinitiva debeat facere mentionem de exceptionibus reservatis.*
15 *Acta facta non producto mandato, parte non opponente sunt valida.*
16 *Mandatum potest produci in qualibet parte Iudicii.*
Nisi de defectu mandati fuerit oppositum num. 17.
Et etiam post oppositionem si incidenter de hoc cognoscitur, num. 18.
Et etiam post tres sententias si producitur cùm opponitur, nu. 19.
An id procedat in Cathalonia, n. 20.
21 *Causa civilis quando præiudicat criminali, & è contra.*
22 *Minor non restituitur in integrum adversus non oppositas exceptiones dilatorias, & quando modicè est læsus.*
Benè tamen si hinc notabile damnum ei evenit, num. 23.

AN-

ANNOTATIO.

1 QVænam sint exceptiones impedientes litis ingressum ultra enumeratas in hoc statuto, quas illas pro talibus canonizat, ut advertit *Fenzo. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 62, *in prin.* recenset *Aret. in §. equè num.* 14, *& seq. Insti. de actio. Maran. in pract. par. 6, in tit. de excep. num.* 12, *Asin. in pract. §* 13, *c. 9, Blanc. de compro. quæst.* 4, *num.* 32, *& seq. Bertach. de Episc. lib.*4. ubi quamplures recenset, *& Pract. Rodolph. par.* 1, *cap. 8, num.* 48, *& plur. seq.*

2 Dictum autem statutum mandans exceptiones concernentes merita causæ reservari in fine litis habet locum in exceptionibus consistentibus in facto, & dubiis, non autem in exceptionibus claris, & liquidis, *Guazz. defen.* 28, *cap.* 12, *num.*12, *Rugginel. de appell. §. 6, glos. 7, cap.* 1, *num.* 39, *Ciriac. contro.* 543, *in prin. Cancer. var. resol. par.* 1, *cap.* 18, *num.* 48, Et idem est de iure, quod exceptiones requirentes altiorem indaginem, & dubiæ reservantur in fine litis, ut not. *Grat. discep. foren. cap.* 170, *fere per tot. & Hodier. ad Surd. decis.* 36, *numer.* 4,

3 A qua reservatione non dari appellationem not. *Hodier. d. decis.*36, *num.* 4, *Gurba decis.* 21, *num.* 3, *Rugginel. de appell. cap.*3, *nu.* 303, Nisi tamen essent exceptiones, per quarum reservationem peruerteretur ordo iudicii, ut sunt exceptiones. Tu non es Iudex, procurator, & similes, ut declarant *Grat. d. cap.* 170, *in prin. Cancer. var. resol. par.*1, *cap.* 18, *num. 8, & Hodier. ad Surd. d. decis.* 36. *n.* 3, benè declarans, nec non *Scacc. de appell. quæst.* 17, *limit.* 47, *memb.* 1, *numer. 97,*

4 Quæ quidem reservatio exceptionum in fine litis importat, quod si in processu iudicii apparebit, d. exceptiones esse veras, & militare, quicquid anteà factum fuerit non valebit, & habebitur pro non facto, ut declarant *Bart. in l. ille. à quo* 13, *§. si de testamento, nu.5, ff. ad Trebell. Maran. in pract. par. 6, membr. 9, num.* 14, *& Fenzon. ad Stat. Vrb, cap.* 62, *in fine.*

5 Quando verò supersedendum sit in causâ civili ob motum iudicium criminale, & è contra latè prosequitur *Farinac. de var. ac diver quæst. quæst.* 100, *num. 59, & seq.* illum consulas, cùm nobis sufficiat illum hic indicasse.

ADDITIO.

6 QVasi pro certo habebam nil addere ad materiam huius nostri statuti, ac rubricæ, ex quo materia ista exceptionum dilatoriarum, & impedientium litis ingressum trivialis est inter Doctores, & passim à Regnicolis tractata iuxta praxim cuiusque Regni, & Provinciæ, maximè praxis huius nostri Principatus traditur à *Paguer. in prax. rubr.9, & ibi Addent. & à nostris Cancer. var.* 1, *cap.* 18, *per tot. & Ripoll. var. cap.*4, & ita breviter me expediam.

7 Dicam igitur quod exceptiones dilatoriæ debent ante litis contestationem opponi; Peremptoriæ autem post dictam litis contestationem, Anomalæ tamen possunt opponi ante litis contestationem in vim dilatoriarum, & post dictam contestationem litis, in vim peremptoriarum, de quibus *Carleval. de iudiciis tit.2, disput. 5, per tot.* præcipuè *num. 4, 5, & 6, Leon. præpar. iud. crim. par.*3, *præpar.* 13, *num.*1, *& seq.* conducunt tradita per *Valeron. de transact. tit.5, quæst.* 1, *per tot Capic. Latr. Nigr. Cancer. & aliis* quos novissimè citat *Vilaplana de Brach. Militar. cap.* 3, *nu.* 61,

8 Ex dilatoriis autem quædam respiciunt personam Iudicis, quædam personas litigantium, & quædam processum, & totam causam: Quæ respiciunt personam Iudicis ante omnia sunt proponendæ pariterque respicientes personas litigantium, & earum legitimationem, & istæ nequeunt per Iudicem ad diffinitivam reservari, sed ante omnia debet Iudex super eis interloqui, supercedendo in negocio principali *Mattheu. de regim. Reg. Valen. cap.* 10, *§.* 1, *à num.*185, *Altimar. de nullitatib. rubr.* 13, *quæst.* 17, *à num.* 10, præcipuè *num 6, Amun. Portugal de donationib. Reg. par* 2, *cap.* 31, *num,* 32, ubi *Salgad. Nogerol. & alios* citat *Parexa de instrum. aditio. tit.* 4, *resol unic. §.* 2, *num.* 51, *& seq. Carleval. d. disput. 5, n. 6, & seq. Passerin. à Sextula in cap. exceptionis* 1, *de litis contestatio, in 6, à num.* 45, *& 62, Fragos. de regim. Reipub. Christian, par.* 1, *lib. 5, disp.* 12, *§. 7, à num.* 205, *Ripoll. var. cap.* 4, *num.* 92, *& seq.* videndus *Fermosin. in tract. var. ad cap.*1, *de ord. cogn. quæst.* 1, *à num* 41, *Benekender. in addit. ad Seraphin. de privil. Iuram privil.* 7, *nu.* 5, *Bonden. collect, legal.* 4, *numer.* 69, *& seq.*

9 quæ autem respiciunt ordinatoria Iudicii, & modum substantiandi processum, non autem merita causæ, nunquam, aut rarò reservantur ad diffinitivam, sed, vel tacitè rejiciuntur per transitum ad ulteriora, si frivolæ sunt, vel si alicuius momenti interlocutoriè declarantur *ut citatis Olsba. Xammar. Ramon. Cutel. & aliis*, tradit *Matthew. de regim. Regn. Valen. cap.* 10, *§.* 1, *num.* 339, *& seq.*

Passerin.

Passerin. à Sextula, ubi proximè numer. 88. & sequent.

10 Exceptiones autem merè peremptoriæ,ut dixi, opponendæ sunt post litem contestatam, & eorum declaratio reservanda est ad diffinitivam, ut traditur in nostro statuto, *Carleval. d. tit.2, d. disput.5, num.5, Altimar. ubi suprà num. 13, Vilaplana d. cap. 3, num. 66. Passerin. à Sextul. in cap. exceptionis, 1, de lit. contest. in 6. num. 12,*

11 Anomalæ autem participantes naturam tam dilatoriarum, quàm peremptoriarum, si opponantur uti dilatoriæ ad impediendum ingressum, & progressum litis, & de eis constat in continenti, vel ita offertur earundem probatio, tunc ante omnia sunt diffiniendæ, & non reservandæ ad diffinitivam, si autem opponantur post litis contestationem uti peremptoriæ ad elidendam actoris actionem, seu non constat de illis, quia requirant altiorem indaginem, nec possunt breviter liquidari, quia sint intricatæ in facto, tunc reservandæ sunt in tempus diffinitivæ, ut infinitis citatis tradunt, *Carleval. d. tit. 2. disput. 5, num. 13, Altimar. ubi suprà num. 19, Valeron. de transact. tit. 5, quæst. 1, num. 35,* ubi *Cancer. Giurb. Valenzuel. Castill. Parexa. Guzman. Carleval. Noguerol. & alios* citat *Passerin. à Sextula in d. cap. exceptionis, num. 100, & seq.*

12 Emergentes autem quæ respiciunt processum, non merita causæ, ut exceptio, brevitatis dilationis, an testes sint recipiendi, nec ne, & similes, statim, & ante omnia sunt decidendæ, & super illis est interloquendum tacitè, aut expressè, & ideò non possunt reservari in tempus diffinitivæ, *Carleval. d. disput. 5, num. 18, Altimar. ubi suprà num. 24. Fermosin. ad d. cap. 1, de ord. cogn. q. 1, n. 42.*

13 Præiudiciales autem, an debeant ante omnia declarari, vel possint ad diffinitivam reservari, tradit *Carleval. d. disput. 5, num. 23,* & super hoc examina *Molina. de primogen. lib. 4, cap. 9, à num. 40, & 43, & ibi Adden.* præcipuè *Maldonad.* ubi citat *Larrea. dec. Granaten. 64, num. 24, & 26, & Cevall. Salgad. Pheb. Cyriac. Tondut. Amat. & alios, Mels. obser. foren. obser. 127, num. 6, & seq. Passerin. ubi suprà num. 97, citatos per Autun. Portugal. de donat. Reg. part. 2, cap. 31, num. 35,*

14 An autem reservatis in tempus diffinitivæ exceptionibus, debeat Iudex in sententia de illis facere mentionem, aut ante sententiam super illis specificè interloqui, & an earum omissio vitiet sententiam, est sanè intricata difficultas, tu eam examina apud *Doctores citatos per d. Carleval. d. tit. 2, d. quæst. 5, num. 29, & seq.* & eam tractant *Urceol. de transact. quæst. 70, à num. 23, Passerin. in d. cap. Exceptionis, 1, de litis contest. in 6, num. 159.*

15 Cùm autem loquuti simus de exceptionibus dilatoriis respicientibus legalitatem personarum, dico, quòd mandatum potest produci in quacunque parte iudicii, parte non opponente, & acta facta à Procuratore sine mandato sunt valida, *Posth. de manutenend.*

16 *obser. 86, tota,* præcipuè *num. 8,* & potest in quacunque parte iudicii produci, post *Canc. Rovit. Scoppa. Golin. Barbos. & alios Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 11, q.*

17 *23, num. 36,* Si autem de mandati defectu fuerit oppositum, omnia acta actitata post ipsam oppositionem sunt nulla, *Posth. dict. obser. 86, num. 4, Passerin. à Sextul. in cap. Is qui, 3, de Procuratorib. in 6. num. 15,* ubi hæc declarat *Parexa de instrum. edit. tit. 5. resol. 10, num. 30, & seq,* ubi tradit, an sit ipsa protestatio in quocunque actu iudicii repetenda, & per *totam resol.* multa de hoc

18 puncto dicit; nisi incidenter de mandato cognosceretur, & in processu adesset aliqua legitima enunciativa de eo, quia tunc non obstante prædicta oppositione, posset produci etiam post lapsum cuiuscunque termini peremptorii, etiam post sententiam, *Urceol. de transact. quæst. 13, n. 8, & seq.*

19 Imò, posse Procuratorem etiam post tres sententias mandatum producere, cùm opponitur, *citatis Marta. Achil. de Graff. Rot. Rom. & Gratian.* tradit *d. Doctissimus Altimar. d. rubr. 11, d. q. 23, n. 37.*

20 Quid atem circa id procedat in hoc nostro Principatu, si scire cupis, recurre ad nostrum *Cancer. var. 2, cap. 14, à num. 59,* ubi *num. 66,* citat *Const. fin. tit. de Procuradors,* disponentem Notarium, seu Scribam causæ non posse aliquid in actis redigere nomine alicuius, qui procuratorio nomine compareret, nisi eius mandatum penes se habeat, & quòd nullas intimas alicui faciat, ut Procuratori alicuius, nisi de suo mandato in processu constet, sub pœna privationis officii, & refectionis damni parti, quod sanè fuit optimè dispositum si servaretur, & corruptelæ Notariorum, & Scribarum sæveriter dictis pœnis punirentur.

21 Quando autem causa civilis præiudicet criminali, & è contra, & quæ sit tanquam præiudicialis primò diffinienda, & quando possint cumulari, est sanè materia diffusa, quæ sola, uno solo tomo tractari indigeret, cæterum cùm de ea præter *Farinac.* citatum à nostro *Conciol.* tractaverint tam extensè, & am-

amplè *noster Meritissimus ac Nobilis Regens Cortiada in decis. 35, per tot. Modernus Carolus Ant. de Luca animadversio. ad discipt. Gratian. ad cap. 394, per tot. tom. 2.* novissimè *Barra controvers. foren. 76. per tot.* & vir ille lanè Doctissimus, & omni œvo laudandus, dominusque meus colendissimus ob tam immensam, & solidam doctrinam à me amore prosequutus *Blas. Altimar. in suo fertili tractatu de nullitatib. rub. 13, quaest. 16, per tot.* ubi habebis materiam digestam, & explanatam mirabili modo; Deo, & Virgini Mariæ de Rosario deprecor eum servent incolumem, ut possit perficere dictum Tractatum Nullitatum actuum inter vivos, & ultimarum voluntatum per eum promissorum, in totalem admirationem naturæ, doctrinam in homine totam recopilantis.

22 Scias tamen, quòd licet minor non restituatur in integrum adversus non oppositas dilatorias exceptiones, uti parvi præiudicii, ac modicæ læsionis, propter quam minor non restituitur, *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 149, num. 20.* ubi ipsum, & alios citat; si tamen omissio præ-
23 ta minori notabile damnum afferret, & sic læsio in magna quantitate adesset, minor in tegrum restitueretur ob non oppositas intra tempus dictas exceptiones dilatorias, *Ripoll. ad Peguer. in prax. rubr. 9, num. 50, & seq. dict. Manfrell. ad dict. decis. 149, Capic. Latr. num. 18, & seq. Passerin. à Sextula in cap. Ecclesia 1, de restitutio in integr. in 6, num. 23, tom. 1.*

DE INCOMPETENTIA, SIVE SVSPICIONE IVDICIS

temerariè deducta. *Rubrica V.*

QVia sæpè contingit ad prorogandas lites Iudicis Incompetentiam, sive Suspicionem allegare, & Partem in Recursu ad Serenissimum pro declaratione gravari; Volumus, quòd si quis temerariè, aut calumniosè Iudicis Incompetentiam deduxerit, & Causa eidem Iudici per Audientiam remittatur; puniri possit, & debeat im pœnam quinquaginta librarum, & interesse Partis: Sicut etiam Procurator temerariè allegans, eadem pœna contra utrumque in sententia exprimenda, puniendus erit. Si verò Iudex per eosdem allegetur Suspectus, præterquam ex causis infrascriptis, eadem pœna plecti volumus: Causæ verò legitimæ Suspicionis sunt consanguinitatis, & Affinitatis usque in quartum Gradum, Affinitatis Spiritualis, Inimicitiæ, etiam quod Pax secuta esset, si Domesticus sit, vel Commensalis, si Patrocinium, quandoque alicui ex Partibus præstiterit, vel in simili causa iudicaverit, si Votum suum propalaverit, aut sententiam protulisset contra aliquem ex Partibus notoriè iniustam, sive contra casum legis, aut communem Doctorum opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Causa sufficientes ad allegandum Iudicem suspectum sunt plures.*
2 *Inimicitia ad repellendum Iudicem non requiritur capitalis.*
3 *Consanguinitas non reddit Iudicem suspectũ si sit utriusque partis.*
4 *Procurator non potest Iudicem recusare sine mandato speciali.*
5 *Iudex quando possit recusari, quia votum propalaverit.*
6 *Causa quæ dicatur similis ad recusandum Iudicem, remittitur arbitrio Iudicis.*
7 *Exceptio recusationis Iudicis est opponenda ante litem contestatam.*
Nisi illa superveniat post litem contestam, num. 8,
9 *Recusatione proposita gesta per Iudicem sunt nulla,*
Rota tamen tenet requiri appellationem, ibi num. 10,
Si tamen sententia lata post recusationem sit iusta potest confirmari, n. 11,
12 *Recusationi censetur renunciatum per comparitionem coram eodem Iudice,*
Nisi comparitio facta fuerit cum protestatione, ibi num. 13,

14 *In-*

14 *Incompetentia iurisdictionis non existentis, & imporrogabilis opponi potest in qualibet parte iudicii.*

Non tamen iurisdictionis porrogabilis, imò est ante litem contestatam opponenda, num. 15,

16 *Exceptio incompetentiæ Iudicis est ante omnia opponenda, & terminanda.*

Aliter omnia gesta essent nulla, nu. 17.

Et appellari potest à decreto dictam exceptionem ad diffinitivam reservante, & quando secùs, num. 18,

Si tamen pars consentiret, deberet Iudex expresè in diffinitiva de ea interloqui aliter nulliter procederet, num. 19,

Secùs si pars non instaret, cùm renunciare videretur, num. 20,

21 *Exceptionem incompetentiæ post conclusum in causa opponens venit in expensis condemnandus, etiamsi sit Clericus.*

22 *Iurisdictionis porrogatio à quibus tractatur.*

23 *Exceptio incompetentia iurisdictionis procedit cùm à parte opponitur.*

Si tamen à Iudice, seu ab alio, tunc discutitur in Tribunali competentiarum, de quo remissivè, num. 24.

25 *Recusationis exceptio non potest ad diffinitivam reservari.*

26 *Recusationis Iudicum materiam, qui latè tractent remissivè.*

27 *Appellare licet à sententia Iudicis declarantis se competentem.*

28 *Recusatio Iudicis si proponitur non declaratur per Arbitros sed causa à superiori evocatur, seu non suspecto committitur.*

29 *Iuramentum efficis quòd Iudex Ecclesiasticus sit competens quando principaliter de illius observantia agitur, aliàs secùs.*

ANNOTATIO.

1 CAusæ sufficientes ad allegandum Iudicem suspectum de iure communi sunt plures, & quadraginta ex eis refert *Maran. in pract. part. 6 de appell. num. 28. & seq.* & alios plures referunt relati per *Pract. Ridolph. part. 1, cap. 7, num. 128*, statutum verò nostrum illas restringit ad decem tantum, undè cùm habeamus casum statuti, ab eo non est recedendum iuxta theoricam, *Bald. in l. gallus, 29. §. si eius. in sec. not. ff. de lib. & posth.* & not. *Ciriac. contro. 176, num. 25. & alii Doct.* per me adducti *allegat. foren. 1, num. 71.*

2 Inimicitia verò ad repellendum Iudicem non requiritur, quòd sit capitalis, sed sufficit etiam levis *Maran. in pract. d. part. 6, in tit. de appell. num. 35, Graff. de except. except. 24, num. 31, & 32. Grat. d. scept. foren. cap. 284, num. 28, part. 2,* & quod Iudex sit consanguineus inimici mei, *Maran. in d. tit. de appell. n. 56.*

3 Prout etiam consanguinitas non facit Iudicem suspectum, si est æquè consanguineus utriusque partis, cum per parem affectionem omnis suspicio tollatur *Bart. & alii in l. qui iurisdictioni, 10, ff. de iur. sd. omn. Iud. Ias. in l. 2, num. 17, ff. si quis. in ius vocan. Maran. in d. tit. de appell. n. 30.*

4 Ad recusandum autem Iudicem requiriritur in Procuratore mandatum speciale, *Gratia. d. scept. forens. cap. 701, num. 19, par. 4, Barbos. de claus. claus. 35, num 24, Fenzo. ad Stat. Vrb. lib. 1, cap. 12, num. 34* ubi dicit, esse docendum de mandato speciali parte opponente, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Pract. Ridolph. part. 1, cap. 7, nu. 118, & Rota apud Gregor. XV. decis. 368, num. 1, & seq. & ibi Adden. & decis. 35, num. 5. part. 1, recen.* & quòd illa fiat cum iuramento, *Rota decis. 2, num. 5, part. 2, diver. & decis. 29, num. 26, part. 6, rec.*

5 Et Iudex potest allegari suspectus non solum ex eo, quod votum suum propalaverit, ut habetur in hoc statuto, sed etiam quando aliquod exhibuisset indicium, per quod illius animus detegeretur, *Decian. cons. 26, num. 9, vol. 1, Bertaz. cons. civil. 57, num. 22, & 23,* quos referendo sequitur *Giurba decis. 53, num. 3, in fin.*

6 Causa autem quæ dicitur similis, de qua in hoc statuto, remittitur Iudicis arbitrio, *Intrigl. decis. 47, num. 38, & seq. Giurb. decis. 54, num. 6,* de quo plenè *Bertaz. cons. crim. 550. & ibi Claud. in addit.*

7 Dicta autem exceptio recusationis Iudicis opponi debet non solum ante litem contestatam, sed debet esse prima, quæ opponi debet ante omnes dilatorias, quia si opponatur alia dilatoria, censetur provocari Iudex, ut super illa pronunciet, & sic inducitur consensus in Iudicem, ita ut non possit posteà recusari, ut declarant *Maran. in d. part. 6, de appell. num. 26. & Adden. ad Paitell. expedit. 21, num. 1, & seq. Pract.*
8 *Ridolp. p. 1, cap. 7, num. 117,* Nisi tamen dicta exceptio supervenisset post litem contestatam, quia tunc illa potest opponi in qualibet parte iudicii, ut not. *Maran. ubi suprà num. 74, Adden. ad Paitell. d. exped. 21. num. 4, & seq. Rota decis. 7, num. 6, part. 7, recen.* quibus addo *Lancell. de atten. part. 2, cap. 6, num. 60.*

9 Gesta autem per Iudicem post propositam recusationem sunt ipso iure nulla, ut latè comprobat *Lancell. de atten. part. 2, cap. 6.*

num.

num.4, & seq. qui testatur de veriori, & magis communi opinione, *Vant. de nullitat.ex defect. iurisdict. num.* 140. *Posti. de manut. obser.* 12, *num.* 84, *& Rota decis.* 135, *num.*
10 4, *part.* 1, *rec.* licet Rota teneat, requiri appellationem, aliàs gesta per Iudicem sint valida, *FenZon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 12, *num.* 20, *Pract. Ridolph. d. cap.7, num.*124. *Caren, resol.*38, *in prin.Rota decis.*3, *num.2. part.*3, *recen. & decis.7, nu. 5, part.7, recen. & in Rom. dotis* 14, *Ianuar.* 1628, *coram*
11 *R.P.D.Duran.§. non obstat, &c.* dicens, talem esse stilum *Rotæ*. Si tamen sententia lata post recusationem sit iusta potest confirmari *Lancel. d.cap.6, num.65, Gratian. discept. foren. cap.*701, *num. . . . part.4.*

12 Recusationi verò censetur renunciatum per comparitionem coram eodem Iudice, *Fenzo.ad stat. Vrb. d.cap.*12, *num. 25, Rota apud Greg. XV. decis. 292. num.2, & decis.* 368, *num.2, & decis. 466, num. 9, & decis.*
13 284, *in fin. part. 2, rec.* Nisi fuisset protestatum de non consentiendo in iurisdictionem, seu de non recedendo à recusatione iam facta, ut declarant *Fenzo. in d. cap.* 12, *num.* 27, *& Pract. Ridolph. part.1, cap.7.n.*120.

ADDITIO.

14 HAc in rubrica certum est non loqui de omnino incompetentia, & incapacitate iurisdictionis, sicque de iurisdictione non existenti, seu improrogabili, quia de ista certum est posse opponi post litem contestatam, & in qualibet parte iudicii, etiam post sententiam, *Ripoll. in prax. rub.9, num.* 16, *& seq.* & citatis *Pereyra. Salgad. Larrea. Cancer, & aliis Mattheu de regim. Regn. Valen. cap.* 10, *§.1, num.* 186, *& seq. Carleval. de iudiciis tit.* 1, *disput.* 2, *num.* 811, *in fin. Mart. Medic. decis. Senen. in addit.ad decis. 54, num.* 2, ubi *Fontanel, Ciriac. Cabed. & alios* citat *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr.* 13, *quæst.* 17, *num.8,& rubr. 9, quæst.*1, *num.1, & seqq. Meritissimus ac ac Nobilis Regens noster Corriada decis. 9, num. 88.*

15 Sed loquitur de iurisdictione ordinaria existenti, & porrogabili, & de ea ex qua iudicium non redditur retro nullum, & per consensum porrogabili, quæ ante omnia, & litis contestationem debet opponi, aliter pœnitentiæ locus non est, neque nullitas iudicii resultare potest, *ut citatis Crespi.Cancer.Scaccia.Barbos.& aliis* tradit *Mattheu. dict. §.* 1, *num.* 187, *&* 188, *Ripoll. dict. rubr. 9. prax. Peguer. num.*11, *& seqq.* & ibi *Meritissimus ac nobilis Senator Don Petrus de Amigant. Carleval. de iudiciis tit.* 2, *disput. 5, num. 8, Bonden. collect. legal.* 4, *nu.* 71, *& seqq. Mart. Medices. d. decis. 54, num.* 1, *& in addit. num.* 1, *Capon. controv. foren. controv. 5, num.* 28.

16 Et ista est opponenda non solũ ante litis contestationẽ, sed etiam ante omnes alias exceptiones respicientes ipsammet personã Iudicis, & recusationis, suspitionis, & aliarum, ac pariter statim decidenda, & determinanda, *Carleval. dict. disput. 5, num. 8, Altimar. d. quæst.* 17, *num.* 3, *&* 16, *Leon. præpar. iudicior. par* 3, *præpar.* 12, *n.* 1, *& seqq. Bonden. d. collect.* 4, *num.*74, *& seq.* taliter
17 quod sententia lata in causa principali, pendente, & non decisa discussione declinatoriæ est nulla, imò & totus processus, *Altimar. dict. quæst.17, n.4, & 5.*

18 Vnde fit, quod à decreto reservante ad diffinitivam dictas exceptiones incompetentiæ, & recusationis, tanquam ante omnia examinationem, & cognitionem requirentes, ac aliàs de sui natura, & ordine anteriorem cognitionem exigentes ante causam principalem, appellari potest, *ut citatis Ruginel. Intrigl. Amat. Scacc.Salgad.& aliis* tradit *Altimar. d. quæst.17, num.*30, non tamen à reservatione exceptionum altiorem indaginem requirentium, seu aliarum anomalarum, veluti transactionis, quia cùm per præfatam reservationem gravamen non inferatur, ideò ab ea, nec appellare licet, *Salgad. Giurb. Gratian. Scacc. & alii*, quos citat *Valeron. de transact. tit.5, quæst.1, num.* 36, novissimè *Carol. Ant.de Luca ad Grat. animadvor. ad cap.* 170, *num.*3, ubi *à num*, 1, tradit plura quando exceptiones dubiæ, & intricatæ possint reservari ad merita causæ, ibique citat nostras *Cancer. & Fontanell.* observantiam nostri Regii Senatus tradentes.

19 Tamen, si pars non appellat, sed tacitè consentit, quòd ad diffinitivam de eis habeatur ratio, si ipse instat dictas exceptiones decidi, & Iudex expresè de eis non interloquitur, talis sententia diffinitiva, lata non decisis dictis exceptionibus reservatis, erit nulla, ut *citatis Trivisan. Salgad. Giurba, & aliis* tenet *Altimar. dict. quæst.* 17, *num.*
20 35, quamvis ipse *num.36,& seq.* contrarium sentiat; secùs si pars non instat, quia tunc sententia erit valida, ex quo dum reus patitur Iudicem ad sententiam procedere, & non instat decidi exceptionem reservatam, videtur illi renunciare, ut *citatis Cancer. Salgad Carleval.Amat. Gonzal.Monte. & aliis* tradit *Altima. d. q.17, n.39,*

21 Vnum nota, quòd casu suprà posito, in quo licet in qualibet parte iudicii, etiam

post

post sententiam, opponere declinatoriam fori, & defectum iurisdictionis, si post denunciationem in processus, aut sententiam opponatur, venit ipse opponens condemnandus in expensis, licet in declinatoria vincat, ut de Clerico latissimè tradunt *Doctissimus, ac Meritissimus Regens noster Cortiada decis. 27, à num. 85, ad 91,* & alii Doctores, quos citat noviter *Minyan. bass. Pontific. iurisd. tract. 2, fundamen. 2, q. fin. §. 8, n. 106.*

22 Hoc in loco possem tractare materiam porrogationis iurisdictionis, sanè cùm ipsa sit latissima, & integrum tractatum exposcat, ideò me expediam remittendo te ad *Doctores citatos à Mattheu. de regim Regni Valent. dict. cap. 10. §. 1, num. 187, Carleval. de iudiciis tit. 1, d. sput. 2, ex num. 698. & ad dictum Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubr. 9,* ubi *per totas quaest. 9, 10, 11, 12. 13, & 14,* materiam istam explanat; & ad alios, quos citant novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 180, num. 11, & seq. Mart. Medic. decis. Senen. exam. 32, per tot. & in addit. ad dict. exam. 32,* ubi latè *Berlich. conclu iur. part. 1. conclu. 5. per tot. Minyan. bass. Pontific. iurisdict. tract. 2, fundamen. 2, quaest. fin. §. 7, num. 84. & seq.* in quibus habebis materiam digestã, & cum omni extensione tractatam.

23 Tradita hucusque procedunt quando à parte opponitur defectus iurisdictionis, cùm tunc Iudex cognoscat, an sua sit iurisdictio *Mattheu. d. §. 1, num. 195, Altimar. in d. tractat. de nullitat. rubr. 9, quaest. 21, num. 2, Passerin. à Sextula in cap. exceptionis 1. de*

24 *litis contest. in 6. num. 57.* Si verò ipsa pars comparcat coram alio suo Iudice competenti, seu alius Iudex sit qui opponat, competentiam iurisdictionis suscitando, tunc quaestio terminatur iuxta formam expediendarum competentiarum in unaquaque Provincia stabilitam Quare de praxi competentiarum huius Principatus Cathaloniae est videndus *Doctissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada in suis decisionibus* de Regno Aragonum *Didac. Francesc. Vrritigoyti in suo tractatu de competent.* & de Regno Valentiae *Regens Mattheu in tract. de regim. Regni Valent. cap. 7, §. 1, per tot.*

25 Recusatio autem, & suspicio Iudicis pariter est ante omnia, & ante litis contestationem opponenda, & declaranda, nequitque ad diffinitivam remitti, seu reservari, *Carleval. dict. tit. 2, disput. 5, d. num. 8, Mattheu. de regim. Regni Valent. d. cap. 10. §. 1, num. 198,* ubi *Ripoll. Fontanell. Novar. & alios* citat *Altimar. de nullitatib. rubr. 13. quaest. 17. num. 3, & 15. Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iurament. privil. 7, num. 4. Passerin. à Sextula in Tribunal. Regular. q. 3, art. 7, num. 135.*

26 De hac materia recusationis, ac suspicionis Iudicum, nempè de modo recusationes, & suspiciones proponendi, de causis quibus Iudices possint recusari, intra quod tempus, de modo procedendi in eis, & an à declarationibus super dictis suspicionibus liceat appellare, supplicare, recurrere, & de nullitate dicere, & an gesta per Iudicem post interpositam recusationem sint nulla, & de cunctis aliis ad saturitatem sunt videndi, *noster Fontanel. tom. 1, per 30, decisiones, De. Bictis in prax. Regular. quaest. 6, praludial. per tot. Passerin. à Sextul. in locis* ad quae se remittit *in cap. Si contra unum, 4, de offic. Delegat. in 6, tom. 1, num. 24, & in Tribunal. Regular. quaest. 3, per plures articulos,* ubi latissimè, *Giurb. Fermosin. & alii,* quos citat *Pegas resol. foren. cap. 18, num. 36, Ripoll. var. cap. 4. per tot. Sesse decis. 41, per tot. Crespi. obser. 9, per tot. & pro mille Meritissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 18, tota, Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quaest. 36. & rubr. 9, quaest. 44, & in obser. 9, 10. & 19, ad lib. 1, & in obser. 2, ad lib. 3. consil. Rovit. Carol. Ant. de Luca ad dec. Vincen. de Franch. obser. 431, 692, & 719, & de sinta legal. art. 29, per tot. Pac. Iordan. tom. 3. lib. 13, tit. 4, per tot. Franç. de protest. consid. 25,* & ibi *Pilaia Rovit ad pragm. de suspicio. Official. per tot. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 81, 85, 87, & 164, per tot. Rodoer. consil. 4, per tot.* ubi tradit, an ratione interesse, non proprii, sed dignitatis, seu officii possint Iudices recusari, quam sanè quaestionem latissimè tractant *Eminen. de Luca de iurisd. discur 47, per tot. Giurb. obser. 65, à num. 8,* ipsos consule, & penes eos habebis cuncta quae exposceris, & volueris.

27 A declaratione autem, qua Iudex se declarat competentem, aut incompetentem, seu à ulteriori processu, declinatoria opposita, rectè appellatur, ut pluribus citatis tradit *noster Nobilis, ac Doctissimus Regens Cortiada dec. 25. n. 30, & seq.*

28 Licet de iure canonico, recusatione Iudicis ordinarii opposita, sit ea declaranda per arbitros, & sic in totum recusentur, *Capon. contro. 64, per tot.* maximè *num. 9,* tamen de consuetudine id non observatur, maximè in Curiis Ecclesiasticis, sed recurritur ad superiorem, qui providet de alio Iudice non suspecto. vel evocat causam, & assumit se illam quod facere potest *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 2, obser. 71, num. 3, 4, 5, 6, & 9. Pilaia*

lata decis. canon. lib. 2, decis. 10. part. 9, n. 15, ubi plures citat. *De Bictis in prax. Regular. quæst. 6, præludial. n. 31.* latissimè, ac novissimè *Passerin. à Sextul. in cap. Si contra, 4, de offic. Delegat. in 6. per tot.* maximè *num. 31, 37, & seq.* nisi causa ob quam recusatur Vicarius Episcopi eundem Episcopum concerneret, quia tunc per arbitros esset procedendum, *Passerin. in dict. cap. Si contra unum, num. 34*, ad ista vide *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defen. 1, cap. 9, §. 1, num. 39. & seq.*

29 Pro coronide scias, quòd ratione iuramenti in contractu, seu scriptura appositi Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens quando principaliter agitur de observantia iuramenti, secùs quando non principaliter de id agitur, sed de executione contractus iurati, quia tunc laicus convenitur coram laico, *Niger.* quem citat *Modern. Ioan. Torre de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 32, num. 247.* latè hanc quæstionem *à num. 244*, tractans, ubi alia tradit circa hæc scitu digna, ipsum consule, & alios quos citat *Benckendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramenti, ad privil. 67, per tot,* maximè *num. 11.* & ne prætermittas *Doctissimum Oliva, de foro Eccles. part. 3, quæst. 36, per tot.* latè hanc materiam tractantem, ac *Doctissimum. Passerin. à Sextula in cap. Cum G. 3, de for. compet. in 6. per tot.* maximè *à nu. 16.*

DE POSITIONIBVS, ET EARVM RESPONSIONIBVS.
Rubrica VI.

Positiones in brevissima Capita disponantur, quæ rem, sive actum unum contineant, ad hoc, ut respondere volens per verbum credit, vel non credit, simpliciter, & explicitè, & singulariter singulis medio eius Iuramento respondere valeat. Producens verò Positiones in primis debeat iurare, quòd credit in eis contenta esse vera, & Iudex illas admittat Salvo iure impertinentium, & non admittendarum, quas Notarius Parti nullatenus antefactam responsionem ostendat, nec earum Copiam tradat; alioquin in libris xxv. multetur: Quibus productis moneatur Reus personaliter, vel ad Domum cum Cedula, ut ad secundam illis respondeat medio eius Iuramento per verbum credit, vel non credit: Et si in dicto termino non comparuerit, nec responderit, tunc iterum citetur cum alia Cedula, cum comminatione, Quod si ad primam non comparuerit, & responderit, Positiones habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum Ponentis, & utroque casu Iudex super illis interloqui debeat. Quibus terminis elapsis Positiones habeantur pro confessatis, vel negatis, ut suprà.

Si verò in primo, vel in secundo Termino comparuerit, recipiatur ad responsiones præstito priùs Iuramento de veritate, & credulitate, & salvis exceptionibus. Nec possit quis per Procuratorem Positionibus respondere, quando Pars sit in Civitate, vel Districtu, sed ore proprio, cum præsentia Iudicis in Camera respondere teneatur, prævia monitione de importantia iuramenti, & veritate dicenda: Nisi Pars, à qua responsum desideratur, post motam litem à Iudicio abesse cœperit, nec illius reditus de proximo speraretur, de qua absentia Procurator suo Iuramento fidem faciat: Quo casu mittantur Positiones ipsius expensis, cum assignatione Termini trium dierum utilium ad respondendum, & pro itinere dies unus pro xx. milliaribus, tàm in eundo, quàm in redeundo assignetur: Quod si agatur contra eum, qui sit absens ante motam litem, Positiones expensis Ponentis, ut supra transmittantur: Illàque responsio, non credit, ut ponitur, nullatenus admittatur, sed simpliciter quis respondeat, quæ credit, vel non credit, aliàs pro non respondente habeatur.

Quòd si Positio haberet plura capita ad singula distinctè, ut suprà respondeat: Si verò obscura esset, vel captiosa, Iudex illam declaret respondenti pro verita-

te

te habenda, vel eam rejiciat, prout sibi videbitur expedire: Et si Reus sit persona rudis, & simplex, Iudex possit admittere in responsione præsentiam Procuratoris, vel Advocati: Sicut etiam Novas Positiones super non deductis pro habenda responsione tantum ante sententiam admittere valeat. Hoc etiam addito, Quòd si Positio contineat factum alienum, de quo quis esset informatus, etiam respondere teneatur.

Declarantes etiam, quòd Pars, contra quam fuerit Pronunciatum, Positiones haberi pro confessatis, vel negatis, ut suprà, possit per legitimas probationes contrarium probare; Sicut etiam responsiones factæ Positionibus impertinentibus, & non admittendis, vel non facientibus ad causam, seu illis, quibus de iure non erat respondendum, ipso Iure respondenri non præiudicent.

Addentes insuper, quòd in quacunque causa etiam Criminali, si Pars citata ad respondendum Positionibus venerit, illa die capi non possit, nec detineri pro debito civili, sed auctoritate præsentis Statuti sit secura, & liberè possit ire, stare, & redire ad suam Domum: Et idem observari volumus in Teste, qui fuerit citatus, & iverit ad testificandum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum circa responsiones ad positiones est decisorium.*

2 *Positiones dari non possunt post conclusum in causa.*

Contrarium tenent plures Doctores, ibi, num. 3.

4 *Iuramentum in productione positionum est de forma.*

5 *Procurator debet habere mandatum specialissimum ad ponendum.*

Contrariū tenēt alii Doctores, ibid. n. 6.

Ac etiam ad respondendum positionibus, ibid. num. 7.

8 *Positiones non debent esse concepta interrogativè.*

9 *Statutum quòd positiones habeantur pro confessis est validum.*

10 *Positiones, ut transeant in confessum, debet moneri principalis.*

Et debet moneri personaliter, ibi n. 11.

Sufficere monitionem ad domum aliquo præsente, tenet Michal. *ibid. n. 12.*

13 *Appellatio non datur à pronuncia, positiones haberi pro confessatis.*

Contrarium procedit de iure canonico, ibi num. 14.

15 *Persona quæ dicatur simplex in materia positionum remittitur arbitrio Iudicis.*

16 *Positionibus habens authorem non tenetur respondere.*

17 *Positionibus concernentibus factum alienum quando quis teneatur respondere.*

18 *Responsio facta positionibus quando dicatur simplex.*

19 *Ponens fatetur contenta in positionibus.*

20 *Positiones notoriè impertinentes non sunt admittendæ.*

Etiamsi statutum mandet, illas admitti cum clausula, ibid. n. 21

Et quid importet dicta clausula, salvo iure, &c. ibid. num. 22.

23 *Fundare se non potest pars super positione negata.*

24 *Positio partim vera, & partim falsa quoad quantitatem, potest in totum negari.*

Licet contrarium teneant plures Doctores, num. 25.

26 *Positionibus est iterum respondendum, si non fuit benè responsum.*

27 *Contumacia in respondendo positionibus potest purgari vsque ad sententiam.*

28 *Confitens potest confessionem revocare incontinenti, etiam non dicto de errore.*

29 *Mora quando potest purgari per eum contra quem positiones pronunciatæ fuerunt pro confessis remissivè.*

30 *Articuli, & positiones in Cathalonia pro uno accipiuntur.*

31 *Positiones in Cathalonia contumacia non habentur pro confessatis, sed cogitur respondere, benè tamen in Diœcesi Gerund.*

32 *Responsionum personalium, & positionum materiam qui tractant remissivè.*

33 *Responsiones personales, an sint præstandæ per cessionarium, an per cedentem.*

An per Vniversitatem, seu per syndicum, aut Iuratos, num. 34.

35 *Positiones negans non potest eis iuvari.*

36 *Responsiones personales à quo primò sunt præstandæ.*

ANNOTATIO.

1 SVpradictum statutum circa responsiones ad positiones est decisorium, cùm respiciat probationem, ut post *Calder. Brun. Falin. Rocc. Io. Bapt. de S. Sever. Bald. Alex. & Coler.* per eum relatos firmat *Rota apud Buratt. decis. 882.n.5.*

2 Positiones dari non possunt post conclusum in causa, itaut ille, contra quem producuntur non teneatur illis respondere, ut not. *Mascar. de prob. conclus. 1176. num. 3. & seq. & num. 34. & 44. vol. 3.* & hanc esse communem regulam dicit *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 5.* qui plures ad dictam

3 conclusionem ponit limitationes, contrarium tamen opinionem tenent *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 83. sub num. 72. Mising. observ. 34. in fin. lib. 2. Afin. in pract. §. 19. cap. 11. num. 3. Peregr. decis. 126. nu. 9.* benè comprobans, *Michal. de posit. cap. 27. num. 17. & seq.* ubi contrariis respondet, & dicit, ita vidisse servari, & illas admitti quo ad habendam responsionem tantum, maximè ubi proceditur sola facti veritate inspecta, ut ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Fenzon. ad stat Vrb. cap. 68. nu. 9. lib. 1. Post. de manut. observat. 83. num. 6. & Rota Colleg. Vrb. apud. Michal. de posit. decis. 83. per tot.*

4 Quòd iuramentum in exhibitione positionum fit de forma stante hoc statuto, itaut illa non servata actus corruat voluerunt *Fenzon. in dict. cap. 68. num. 18. & 19.* dicens ita in terminis statuti Rom. tenuisse *Rotam,* de qua ibi per eum, *Pract. Ridolph. part. 2. cap. 10. num. 29.* dicens respondentem sibi præiudicare si habuit notitiam non fuisse servatam formam statuti, ut ibi per eum.

5 Sicuti etiam ad ponendum in procuratore requiritur mandatum specialissimum sic, & sic, ita ut aliàs quis non teneatur ad respondendum *Gratian. discept. Forens. cap. 772. num. 24. part. 4. Adden. ad Greg. XV. decis. 282. num. 9. & seq. Thom. dec. March. 70. num. 5. Post. de manut. observ. 83. n. 11. & seq. Pract. Ridolph. part. 1. cap. 10. nu. 70. & Rot. decis. 779. in princ. part. 2. recent.* licèt contrarium teneat *Michal. de posit.*

6 quando principalis est præsens in loco, itaut possit instruere procuratorem de contentis in positionibus, *cap. 24. num. 7. & seq.* & sentit *Rota apud Buratt. decis. 556. n. 11.*

7 Licèt quò ad respondendum positionibus ubi illarum datur copia requiri mandatum specialissimum ad respondendum sic, & sic nulla adsit controversia, ut testantur *Michal. de posit. cap. 65. num. 14. & seq. Post. de manut. d. observ. 83. num. 18. & Pract. Ridolph. d. cap. 10. num. 70.*

8 Vt autem quis teneatur respondere positionibus illæ debent esse dispositivè, non autem interrogativè conceptæ *Pract. Ridolph. part. 1. cap. 10. num. 38. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 68. num. 27.*

9 Statutum hoc mandans, quod positiones habeantur pro confessatis quod sit validum uti rationabile, & utile voluerunt *Gratian. discep. Foren. cap. 6. 9. num. 28. part. 4. & Fenzon. ad stat. Vrbis cap. 68. num. 81.* licet hoc non servari in Rota, & in Tribunali A. C. testetur *Pract. Ridolph. d. cap. 10. num. 101. & sequent.*

10 Ad hoc verò ut positiones transeant in confessum debet moneri ad respondendum principalis met, non autem illius procurator, ut tradunt *Rota Genuen. decis. 161. nu. 12. Amot. decis. March. 74. num. 2. & 3. & Michalo.*

11 *de posit. cap. 61. num. 9.* benè declarans. Et debet moneri principalis personaliter de iure communi, non autem ad domum, uti præcipitur hoc statuto, *Pract. Ridolph. dict. part. 1. cap. 10. num. 91. & 98.* licet casum esse disputabilem dicat *Scacc. de iudic. lib. 2.*

12 *cap. 7. quæst. 11. num. 476.* & sufficere monitionem ad domum cum dimissione cedulæ in præsentia famulæ, vel alterius testatur communiter receptum *Michal. de posit. cap. 61. num. 13.*

13 A pronuncia verò positiones haberi pro confessatis, cùm sit interlocutoria non datur appellatio, *Bald. cons. 269. num. 1. in fin. lib. 1. Afin. in pract. §. 19. cap. 15. Macerat. var. resol. lib. 2. resol. 4. num. 13. Pract. Ridolph. d. part. 1. cap. 10. num. 109.* licet contrarium teneat *Scacc. de appell. quæst. 5. nu.*

14 *91. vers. Comprobatur, &c.* Quod tamen non procedit de iure canonico, quo datur appellatio à quolibet gravamine, *Deci. cons. 34. num. 2. vers. Sed de iure canonico, &c. Pract. Ridolph. ubi supra, num. 112.* Nec quando res est integra, ut not. *Pract. Ridolph. d. cap. 10. num. 113. & 114.* ubi dicit, quòd quando statutum mandat positiones haberi pro confessatis, ut facit statutum nostrum res non dicitur integra ut ibi per eum.

15 Quæ autem persona dicatur simplex, & rudis ad hoc ut possit respondere positionibus cum præsentia Procuratoris remittitur arbitrio Iudicis secundum *Barba. cons. 6. col. 9. in fin. lib. 4.* quem referendo sequitur *Menoch. de arbitr. casu 193. in fin.* ibi admittit inter personas simplices minores, mulieres, & rusticos, quod tamen quoad rusticos nostri temporis uti admodum fallaces non admittunt *Michal. de posit. cap. 66.* in

in fin. & Farinac. de pœn. temp. quæst. 98. num. 59. ubi de communi, & quod mulieres pariter dicantur ſagaces tenent Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 3. num. 1. lib. 1.

16 Habens verò authorem non tenetur reſpondere poſitionibus neque quo ad dominium, nequè quò ad poſſeſſionem viventis, ut tradunt Michal. de poſit. cap. 49. per tot. Adden. ad Scapuc. de Salvian. lib. 1. quæſt. 32. & Mangil. de evictïon. quæſt. 8. num. 20. & quæſt. 9. num. 44.

17 Nequè hic eſt omittendum, quòd poſitionibus de facto alieno quis tenetur reſpondere uti habetur in hoc ſtatuto non ſolum quādo reſpondens habet de illo ſcientiam, ſed etiam quando in eo cadit ſcientia præſumpta facti alieni, vel de facili poteſt de eo ſe informare, aliàs ſecùs, ut declarat Michal. de poſit. cap. 16, num. 12, & ſeq. qui dat concordantes, & contrariis reſpondet.

18 Stante dict. ſtatuto quod poſitionibus ſit reſpondendum ſimpliciter, reſponſio debet eſſe ſine plica, & duplicatione, & ſine aliqua additione, conditione, vel reſtrictione affirmando, vel negando quod ponitur, Bart. & Doct. in l. 1, ff. de vulga. & pupil. Aſin. in pract. §. 19. cap. 18, num. 2. Michal. de poſit. cap. 39. num. 5. 6. & ſeq. Fenzon. ad ſtat. Vrb, d. cap. 68. num. 46. & ſeq. ubi quærit, An dicatur ſimpliciter reſpondere qui reſpondit Non credit ut ponitur, vel ad effectum ad quem ponitur, quem videas, cum quibus pertranſit Barboſ. de dictionib. diction. 368. num. 1., & ſequent.

19 Advertendum etiam eſt, quod ponens fatetur contenta in poſitionibus, ut tradunt Michal. de poſit. cap. 2. num. 15, cap. 4, nu. 14, cap. 5, num. 8, & cap. 25, num. 1, & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 143. num. 1. & ibi Adden. num. 4. & deciſ. 285, num. 4. addo Fenzo. ad ſtat. Urb. cap. 68. num. 17.

20 Poſitiones verò notoriè impertinentes non ſunt admittendæ, etiamſi ſtatutum mandet omnes poſitiones eſſe admittendas, cùm ſtatutum intelligatur de poſitionibus pertinentibus tantum, ut not. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 93. & ſeq. latè Michal. de poſit. cap. 19, num. 3, & num. 15, & ſeq. & Rota Colleg. Urbi. apud Michal. deciſ. 82. num. 4. Rota apud Cavaler. deciſ. 562. nu. 2.

21 Etiamſi ſtatutum mandet illas admitti debere cum clauſula Salvo iure impertinentium, quia ſi illæ ſint omnino impertinentes debent rejici Adden. ad Veſtr. lib, 5, cap. 14. num. 26. Maſcard. de probat. concl. 132, n. 2, lib. 1, & alii plures, quos refert, & ſequitur Michal. d. cap. 19, num. 19. Cùm poſitiones cum dicta clauſula ſolum ſint admittendæ quando aliqua poteſt cadere dubitatio, an illæ ſint impertinentes, nec ne, ut declarant Michal. de poſit. dict. cap. 19, num. 31. Barboſ. de clauſ. qui loquitur quo ad articulos clauſ. 143, nu. 2, ubi plures dat concordantes Theod. Rub. in ſing. Rota Roman. tom. 2. de

22 clauſ. clauſ. 703, num. 4. Et cùm dicta clauſula operetur, quòd poſitiones non admittendæ habeantur pro non admiſſis, & reſponſio eis data reſpondenti non præiudicet, ut declarant Michal. in d. cap. 19. num. 36, & Theod. Rub. in d. clauſ. 703. in prin. ubi dicit, ita fuiſſe dictum in Rota in Romana aliment. 28. Februarii 1592. coram bon. mem. Orano.

23 In poſitione verò negata pars non poteſt ſe fundare, ut not. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1, cap, 63, num. 133. Rota Genuen. apud Michal. de poſit. deciſ. 50, num. 10, & Rota Roman. deciſ. 101. num. 10, part. 2, diver. licet ſuper illa poſſit ſe fundare Iudex ex officio, ut dicit Rota d. deciſ. 101. num. 11, ubi alios refert ita ſentientes.

24 Poſitio autem partim vera, & partim falſa quò ad quantitatem poteſt in totum negari, ut tradunt Scacc. de iudic. lib. 2, cap. 7. ſub num. 699. & ſequent. latè comprobans, & dicens hoc in practica ſervari, Michal. de poſit. cap. 53, num. 10, & ſequent. qui pariter hanc opinionem dicit eſſe veriorem, illámque latè comprobat, & dicit illam procedere etiamſi additum ſit, e ſe non vede di tanto, &c. ut ibi per eum, Fenzon. ad ſtat. Urb. d. cap. 68, num. 68, ubi hanc opinionem dicit veriorem, & communem, cum quibus pertranſeunt Surd. deciſ. 58. num. 3. & Gratian. d. ſcept. Forenſ. cap. 109. nu. 20, & ſequent. part. 1. ubi intelligit de reſponſione data, non autem de danda, ut ibi per eum.

25 Licèt contrarium imò illam non poſſe in totum negari tenuerint quamplures Doctores relati per Michal. in dict. cap. 53, nu 9. qui teſtantur de veriori, & màgis communi opinione, prout illam magis communem appellat etiam Fenzon. d. cap. 68. num. 67. & hanc contrariam opinionem veriorem, magis communem, & pro anima tutiorem dicit Manci de iuram. part. 2, art. 2, num. 51. & vide Farinac. in fragm. crim. litera C, in fin. ubi plures refert remiſſivè, licet ſecùs ſit ſi poſitio ſit partim vera, & partim falſa quò ad qualitatem, quam poſſe in totum negari probat Michal. in d. cap. 53. num. 1. & ſeq. ubi dat concordantes.

26 Poſitionibus verò ſi non fuit legitimè reſponſum dict. reſponſio habetur pro non facta, & reſpondens cogi poteſt ad iterum re-

respondendum, *Gail. pract. obser. lib.* 1, *obser.* 82, *n.* 3, *Michal. de posit. cap.* 51, *num.* 9, *Pract. Ridolph. part.* 1, *cap.* 10, *num.* 76.

27 Et contumaciam in non respondendo positionibus posse semper purgari re integra ante conclusum in causa, & ante sententiam voluerunt *Scacc. de indic. lib.* 2, *cap.* 7. *nu.* 73, *Salust. in prac. lib.* 2, *cap.* 13, *num.* 14, & *Pract. Ridolph. dict. cap.* 10, *num.* 107. Sed

28 etiam confitentem posse suam confessionem in continenti revocare etiam non docto de errore post *Gabr. Argel. & Card. Tusc.* per eum relatos firmant *Pract. Ridolph. d. cap.* 10, *num.* 108, & *Scacc. de indi. lib.* 2, *cap.* 7, *num.* 668.

29 Mora autem quando possit purgari per eum, contra quem fuerunt positiones pronunciatæ pro confessatis videas per *Michal. de posit. cap.* 47. *per tot.* ubi plura habentur de hac materia, cùm noluerim totam positionum materiam hic referre, sed solum ea, quæ faciunt principaliter ad declarationem supradicti statuti de positionibus disponentis.

ADDITIO.

30 Differentia inter articulos, & positiones antiquata est in hac Provincia Cathaloniæ, & ideò articuli, positiones, & capitula pro eodem habentur, ac accipiuntur, *Ripoll. ad Peguer. rub.* 12, *num.* 11. *Matthæu. de regim Regn. Valent. cap.* 10, §, 2, *cap.* 15.

31 Itaque in hac nostra Provincia Cathaloniæ positiones pro confessis non habentur, etiam quavis contumacia respondendi personaliter existente, sed mulctando, & pignorando responsiones consequuntur, *Ripoll. ad Peguer. rubr.* 13, *num.* 10, benè tamen in hoc Episcopatu Gerundensi per consuetudinem illius scriptam, quæ iuri canonico in hac Patria servando conformis est, *cap. Si post* 2, *de confessis in* 6, & ibi *Passerin. à Sextula, Barbos. & alii repetentes.*

32 Materiam hanc positionum, & responsionum personalium difusè extat tractata *à nostris Doctoribus practicis* præcipuè *à citatis per Meritissimum, ac Nobilem Regentem Cortiada decis.* 18, *num.* 90, & *seq.* & de ea tractant *Ripoll. in prax Peguer.* & ibi *Nobilis Senator noster Amigant in rubr.* 12, & 13, & *idem Ripoll. var. cap.* 5, *ex num.* 47. *Matthæu ubi proxim. dict. cap.* 10, §. 2, *ex num.* 15, *Ab Ecclesia obser. Pedemont. lib.* 1. *obser.* 57, *cum seq. Andreol. contro.* 263. *Vrceol. consult.* 62, *num.* 2, & 15, *Modern. Castald. consult.* 62, *lib.* 1, novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 85. *per tot. Rovit. ad prag.* 8, *de ordine iudicior. per tot. Pesserin. in d. cap. Statuimus*, 1, & *si post* 2, *de confessis in* 6, *per tot.* penes quos, & citatos per *nostrum Conciol.* habebis quæ volueris.

33 An autem sint responsiones personales præstandæ per cessionarium, an verò per cedentem, tractatum reperies penes *Doctissimum Olea. de cess. iur. tit.* 6, *in Miscellan. num.* 17, & *sequent.* ubi alios Doctores citat de hac materia tractantes, & pro ea videndi *citati à Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 86. *n.* 7. & *ad d dec.* 88, *per tot.*

34 Pariter an istæ responsiones sint præstandæ per Vniversitatem, seu imò per eius Syndicum, seu Rectores tractat *Matthæu in d. cap.* 10, §. 2, *num.* 80, & *sequent.* ipsum, & Doctores ab eo citatos consule, & *Rovit. ubi suprà num.* 33.

35 Hic unum tamen nota, quòd respondens positionibus, non poterit eisdem iuvari, suámque intentionem ex illis fundare, si negaverit *Michalor. Giurba, Mascard, Scacc. Gait. Mancin. Hodiern.* & alii citati per *Botiller. desert.* 2, *num.* 5.

36 Responsiones personales, si tam ab actore, quàm à reo fuerint petitæ, ab eo prius sunt præstandæ, à quo prius fuerunt petitæ, *Manfrell. ubi suprà num.* 8, *videndus Hodiern. ad Surd. decis.* 17, *num.* 14.

DE NEGANTIBVS FILIATIONEM, ET RELIQVA NOTORIA. Rubrica VII.

Qvicunque positionibus respondendo negaverit Filiationem, Paternitatem, Maternitatem, Fraternitatem, Matrimonium, Dignitatem, Officium, Tabellionatum, notoriam mortem, vel vitam alicuius, & contrarium posteà fuerit probatum, puniatur pro unaquaque Positione ex præmissis in lib. xxv. pro medietate Cam. Duc. & pro alia Parti applicandis: Et probatio sufficiat per famam, si duo Testes dicant ita dici per maiorem Partem Civitatis,

vitatis, absque eo, quòd aliter origo famæ exprimatur, qua pœnâ ultra interesse Partis, per Iudicem in Sententiæ prolatione condemnari debeat, alioquin tàm in Syndicatu à Iudice, quàm ab Adversario: qui negaverit quandocunque peti possit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quecunque licet omnes comprehendat. Non tamen comprehendit minores, ibi. numer. 2.*
3 *Pœna contra negantes nō habent locum quādo negatum fuit per errorem.*
Neque quando negatio fuit revocata, ibi. num. 4.
Neque quando negatæ fuerunt positiones impertinentes, ibi. num. 5.
6 *Statutum puniens negantes positiones notorias in damnis, & interesse non comprehendit amissionem causæ, num. 6.*
7 *Notorium facti permanentis sat est ut allegetur.*
8 *Notorii materia à quibus tractetur remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Dictio *quicumquè* de qua in hoc statuto in principio licet omnes comprehendat etiam personas privilegiatas, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 69, num. 13, lib. 1, & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 84, in princ. lib.* 1, & latè comprobat *Barbos. de dictio. dict.* 317, *num.* 1, 2, *& sequent.* Non
2 tamen comprehendit minores, cùm statutum puniens aliquid quod non est punibile de iure communi non comprehendat minores, not. *Ancar. quæst. famil. lib. 2. quæst. 59. num. 9. Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 84. num. 1. & Fenzo. ad stat. Vrb. d. cap. 69. num.* 14, *& sequent.*
3 Et pœnam huius statuti non habere locum quando negatio fuit facta per errorem, & sine dolo, & lata culpa tradunt *gloss. fin. & ibi Bart. in prin. & Ang. num. 2. in l. fin. ff. de rei vendi. Gabr. com. conclu. de acquir. possess. concl. 5. num. 26. Carpan. ad d. cap. 84, num.* 24, *&* 25, *& Fenzo. ad stat. Vrb. dict. cap. 69, num. 5.* benè comprobans. Ne-
4 què quando negatio fuit revocata per negantem ante litis contestationem, vel antequam sit convictus de mendacio, ut docent *Carpa. ad Stat. Mediol. d. cap. 84. num. 4. seq. Afin. in pract. §. 19, cap. 10, num. 1, & Fenzon. in d. cap. 69. num. 6.* ubi dicit, idem esse, quando ex negatione pars gravata non fuit, ut ibi per eum, & per *Carpan. ubi suprà n. 7.*
5 Adde prædictis quod neque locus est pœnis, de qua in hoc statuto contra negantes, quando positiones sunt impertinentes, & non legitimè factæ, ut not. *Iaf. in l. 1, num. 9, C. de his qua pro non script. Afin. in pract. d. §. 19, cap. 12, num. 1, & Carpa. ad Stat. Mediol. d. cap. 84, n. 12.*
6 Advertendum etiam est, quòd dict. statutum puniens negantes positiones notorias etiam in damnis, & interesse non comprehendit amissionem causæ, ut docet *Grat. discept. foren. cap. 833. num. 3. & seq. par. 5.* latè comprobans, & debens perdere causam ex dispositione iuris, vel statuti, adversarius contra eum non obtinet, nisi probata eius intentione, ut post *Alex. Ruin. & Surd.* per eum adductos, probat idem *Gratian. d. cap. 833. n. 16, & 17.*

ADDITIO.

7 Licet notorium, maximè facti permanentis, probationem non egeat, & sat sit quod allegetur *cap. 3, de testib. cogend. Donadeus de renunciationib. cap. 29, num. 130, & seq. Carleval. de iudic. tit. 3, disput. 8, sect. 4, num. 91, in fin. & tit. 2 disput. 1, num. 46, Ciroch. discept. 53, num. 6,* tamen optimè fuit stabilita pœna in nostro statuto contra notorium negantes.
8 Si autem scire cupis, quid sit notorium, & quotuplex, & an in notoriis requiratur citatio, & alia plura de eo tradunt latissimè *Blas. Altimar. de nullit. rubr. 12, quæst. 2, à num. 49. ad 79. Donadeus de renunciationib. dict. cap. 29, à numer. 116, Ciarlin. controv. 135, num. 11, lib. 2, Scoppa. obser. ad dec. Grattan. 150, num. 2, & sequent. & obser. 170, num. 25, & seq. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2, lib. 2, cap. 27, à num. 88, Ab. Ecclesia obser. Pedemont. lib. 1, obser. 55, tota, Modern. Castald. consult. foren. lib. 1, consult. 29, num. 16, Fagnan. in cap. Vestra, de vit. & honest. Clericor. per tot.* & latissimè *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 167, per tot.* ipsos, & ab his citatos consule.

DE

DE TESTIBVS RECIPIENDIS, VEL RECVSANDIS.

Rubrica VIII.

TEstes, Parte citata, inducti, Iuramentum præstare debeant, tempore Examinis, vel antè, exceptis diebus Feriatis in honorem Dei: Notarius verò, qui illud recipere cessaverit, in libris xxv. pro unoquoque Teste puniatur, & damnum Parti læsæ resarciat, & nihilominus dictum Testis non probet. Teneatur etiam Notarius in primis singulos Testes monere de pœnis periurii, eorúmque depositiones extensè, & distinctè ponere, ac describere, non relativè ad capitula, & Interrogatoria, seu dicta aliorum Testium, & debeat in continenti depositiones scribere non divertendo ad alios actus, & eas deinde Testibus petentibus statim legere teneatur: In qualibet autem causa iuxta eius qualitatem Testium numerus à Iudice refrenari possit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de feriis in honorem Dei, procedit etiam in inductis in honorem Sanctorum.*

2 *Citatio requiritur ad videndum iurare testes, aliàs ipsi non probant, & nu.* 14,
Etiam ad testes repetendos, nu. 15,
Si tamen sint examinati cum interrogatoriis probant, nu. 3,
*Requiritur tamen commissio Sanatoria Iudici. ibi. num.*4,

5 *Citatio ad videndum iurare testes in pluribus casibus non requiritur, & num.*19,
In criminalibus in Cathalonia non requiritur, num. 26,
Et in Tribunali S. Inquisitionis, n. 27,

6 *Iuramentum, an sit præstandum antè, vel post examen, & num.* 23,
Est tamen præstandum per testes, aliter non probant, num. 21,
*Et est præstandum die iuridico, n.*22,

7 *Testis deponens contenta in articulis esse vera non probat.*
Neque probat si se referat ad depositionem alterius, num. 8,

9 *Testium numerus, quando Iudex possit refrenare.*
In Cathalonia per Const. refrenatur, numer. 28,
Taliter quod ultra numerum recepti rejiciuntur, si tamen supra eundem articulum deposuerint. nu. 29,

10 *Testium iuramentum, & examen receptum à Notario sine comissione Iudicis est nullū.*
De qua commissione debet constare in actis, num. 11,
Itaut non credatur Notario de illa asserenti, num. 12,
Nisi dicta commissio de stylo præsumatur, num. 13,

16 *Testium repetitio quando locum habeat.*

17 *Citatio partis ad videndum iurare testes, & iuramentum testium est necessarium in quolibet iudicio quovis modo privilegiato.*
Etiam in causis contentionum, n. 18.

20 *Citatio testium desideratur, & qua ratione.*

24 *Testium examen retrotrahitur ad diem iuramenti.*

25 *Iuramentum quomodo per Clericos, Ecclesiasticos, Hebræos, & alios sit præstandū.*

30 *Testium repulsa non admittitur in causis summariis.*
An in causis contentionum, n. 31,

32 *Testium repulsæ materiam, qui tractent remissivè.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum loquens de feriis in honorem Dei habet locum etiam in feriis inductis in honorem Sanctorum, quia veneramur Dominum in Sanctis suis, *Clemen. si dominum de reliq. & vener. Sanct.* & tradunt *Abb. in cap. fin. num.* 2, *eod. tit. & Scacc. de iudi. lib.* 2, *cap.* 5, *num.* 9.

2 Requiritur ideò citatio partis ad videndum iurare testes, ut asseri videtur in hoc statuto, aliàs testes examinati nullam faciunt probationem, *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.*1, *cap.* 71, *num.*4, *& seq. Posti. de manut. obser.* 91, *num.* 26, *Rota apud Gregor. XV. decis.* 268, *num.* 2, *& ibi Adden. & dec.*518.

3 *num.*1. Probant autem si sint examinati cū inter-

interrogatoriis partis, eùm datio interrogatoriorum suppleat omnem defectum, ut declarant *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 71, n. 8, & Post. de manut. d. obser. 91, num. 26, Rota apud Pute. decis.* 301, *num.* 2, *lib.* 3, *& apud Capuraq. decis.* 293, *num.* 3, *lib.* 3, *&*
4 *decis.* 686, *num.* 1, *part.* 1, *rec.* & in aliis pluribus adductis per *Post. ubi suprà*, licet requiri ad dict. effectum Commissionem sanatoriam arbitrio Iud.cis, aliàs solam exhibitionem interrogatoriorum non sufficere, licet super illis testes fuissent interrogati docent *Fenzo. in d. cap.* 71, *num.* 9, *& Post. d. obser.* 91, *nu.* 28, licet dicat posse etiam contrarium defendi, ut ibi per cum *num.* 30. & eo magis si procedatur in causa sola facti veritate inspecta, quo casu dandam esse fidem testibus etiam non citata parte examinatis voluit *Ciriac. controv.* 384, *num.* 61, *&* 62, *& contro.* 512, *num.* 19, & ante cum *Peregr. decis.* 97, *num* 6,
5 Quæ quidem citatio ad videndum iurare testes licet in quampluribus casibus possit omitti, quos referunt, *Roma. singul.* 369, *Felin. in cap. in nomine domini, à num.* 7, *usque ad* 17, *de test.* & præcipuè quando pars, quæ vult dare de nullitate ob omissam dict. citationem ipsa fuisse dict. attestationibus, vel illorum publicationem petiisset, ut not. *Fenzon. in d. cap.* 71, *num.* 19, *& Rota decis.* 74, *num.* 6, *part.* 4, *recent.* Ac etiam quando uti volens hac exceptione ipse quoque testes examinasset absque d. citatione, quia non posset dict. defectum obiicere, ut advertunt *Fenzon. in d. cap.* 71, *num.* 21. *& Rota apud Coccin. decis.* 131, *num.* 3. Et quando decretum admissionis ad probandum fuit parti intimatum, *Adden. ad Gregor. XV. decis.* 268, *num.* 12, *Rota decis.* 686. *num.* 4, *p.* 1, *recent.*
6 Dum verò in hoc statuto mandatur, iuramentum esse præstandum tempore examinis, vel ante tollitur illa difficultas, an iuramentum possit præstari post examen, in qua verior videtur opinio, sufficere, iuramentum subsequi, si testis sit bonæ famæ, de qua testatur *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 71, *num.* 15, *& seq.* ubi dat concordantes.
7 Testis verò deponens contenta in articulis esse vera, circumscripto etiam hoc statuto, non probat, eùm testium dicta per extensum scribi debeant uti in hoc statuto disponitur, ut docet *Farinac. de testib. q.*
8 80. *num.* 100, ubi recenset opiniones, sicuti etiam stante hoc statuto non probare testem se referentem ad depositionem alterius testis examinati, & illam approbantis, ut tradunt *Host. Io. Andr. Henr. Bosch. Butr. Zabarell. Abb. & alii Canon. in cap. nihil obstat,* 7, *de verbor. signif.* plenè *Vestan. opin.* 962. ubi contrariam practicam latè improbat, & alii plures, quos refert *Farinac. de testib. d. quæst.* 80, *num.* 103, qui testantur de magis communi opinione, licet non desint alii contrarium sentientes relati per *Farinac. in dicta quæst.* 80, *num.* 104, qui testatur de æquiori opinione.
9 Quando verò numerus testium dicatur effrenatus, ita ut Iudex illum refrenare valeat, licet sit differentia inter ius Canonicum, & ius Civile, id tamen esse remissum Iudicis prudentis arbitrio, qui secundum magnitudinem causæ, & qualitatem personarum benè diiudicabit, ut tradunt *Menoch. de arbitr. casu* 240, *numer.* 4, *& seq. Farinac. de test. d. quæst.* 80, *num.* 115, *& Fenzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 73, *num.* 1, *& sequent.* ubi in fine addit hoc statutum circa numerum testium esse ordinatorium, non autem decisorium, ut ibi per eum.
10 Testium tamen iuramentum, & examen receptum à Notario absque decreto, & commissione Iudicis dicitur nullum, ut not. *Salust. in pract. lib.* 3, *cap.* 7, *sub num.* 38. *Seacc. de iudic. lib.* 2, *cap.* 8, *num.* 37, *& seq.* plenè *Post. de manut. observ.* 93, *num.* 1, *Rot. dec.* 393, *num.* 1, *part.* 1, *recent. & decis.* 23, *num.*
11 4, *apud Post. ubi suprà.* De qua commissione data debet in actis constare; *Montecell. de test. in rubr. exam. test. offic. vers. Testium examinationem, &c.* quem referendo
12 sequitur *Post. d. observ.* 93, *num.* 6. Itaut nõ credatur Notario, ut post *Luc. Pet. Cardin. Tusch. Mari. Antonin. Vant. Farinac. Fenzon. & Rot.* per eum relatos tradit *Post. d. observ.* 93, *num.* 10, ubi dicit secus esse
13 de stylo Rotæ, & Curiæ Romanæ; Nisi tamen commissio, & mandatum præsumatur de stylo illius loci, qui saltem extraiudicialiter probetur uti respiciens ordinatoria iudicii *Seacc. d. cap.* 8, *num.* 40, *Post. d. observ.* 93, *num.* 4, *Rota d. decis.* 393, *num.* 2, *& seq. part.* 1, *recent. & apud. Buratt. decis.* 690, *num.* 14, *& seq.* Et eo magis si pars adversa dederit interrogatoria nihil opponens de d. nullitate, vel si ipsa examinaverit testes eodem modo, ut benè declarat *Post. dict. obser.* 93, *num.* 5, qui dat concordantes.

ADDITIO.

14 NOn solum requiritur citatio partis ad videndum iurare testes, quando prima vice examinantur, taliter quod recepti parte non citata, non probant, ut continetur in statuto, & tradit noster *Conciolus hic num.*

*num.*2, & tradunt *infiniti Doctores citati à*
*Doctissimo Altimar. de nullitatib. part.*2,
*rubr.*12, *quæst.* 21, *num.* 65, *&* 81, *& rubr.* 13,
*quæst.*9, *num.* 41, *Matthau de regim. Regni*
Valen. cap. 10, *§.* 2, *num.* 199, *Scoppa ad*
Grattan. obser. 231, *num.* 1, *& ferè per tot.*
Eminen. de Luca de iudiciis discur. 32, *num.*
17, *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib.* 1, *ob-*
ser. 38, *num.* 21, *& obser* 84, *num.* 10, novis-
simè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal.*
*tom.*5, *tit.* 86, *glos.* 2, *ad prin.num.* 14, *Pas-*
serin. à Sextula in Tribunal. Regular. quæst.
15 11, *art.* 2, *num.* 23. Sed etiam quando ob
nullitatem examinis, aut alterius repetun-
tur *Altimar. d. quæst.* 21, *num.* 177, ubi suo
more plures citat *Passerin. d. art.*2, *n.*25.
16 Repetitio autem testium locum habet
quando defectus, & nullitas examinis pro-
venit dolo, negligentiâ, aut culpâ exami-
nantis, non autem quando defectus proce-
dit culpâ, & facto producentis, *citatis Fon-*
*tanel. Farinac. & aliis Matthau. d. cap.*10,
§,2, *num.* 261, *&* 266.
17 Istud iuramentum, & citatio partis ad
videndum iurare testes est necessaria in quo-
libet iudicio quomodolibet privilegiato,
etiamsi in eo posset procedi absque ulla so-
lemnitate, sola facti veritate inspecta, sine
strepitu, & figura iudicii, & essemus co-
ram Principe, ut *pluribus citatis tenet Do-*
ctissimus Altimar. de nullitatib. d. rubr. 12,
quæst. 21, *num.* 82, *&* 117, *& rubr.* 13, *quæst.*
9, *num.* 42, *& seq. Scoppa d. obser.* 231, *n.*
3, *Ventrigl. in prax. tom.*1, *annot*, 31, *§.* 1,
num. 6, *Passerin. d, art.*2, *num.* 17, *& quæst.*
18 15, *art.* 2, *num.* 28, *& seq.* Vnde est, quòd
in causis contentionum, & competentiarum
iurisdictionis, licet ita per Cancellarium
procedatur, requiritur dicta citatio partis, ut
testes probent, *Frances de competen. quæst.*
21, *num.* 17, *& seq.*
19 Hæc sanè regula limitatur in multis casi-
bus, quos recensere esset merè transcribere
dicta aliorum Doctorum, præcipuè *Nicel.*
in concord. gl. concord. 52, *num.* 254, ubi
ponit 115, casus per fallencias, *Gabriel. de*
citatio. conclu. 1, *num.* 302, *& seq.* qui po-
nit casus 130, *Azin. in prax. §*, 7. *cap.* 5,
qui ponit casus 145, & ita apud eos ipsas li-
mitationes reperies, & apud *Doctissimum*
Altimar. in d. rubr. 12, *cap.* 21, *à num.* 121,
ad 188, apud quem suo doctissimo more
reperies cum copia Doctorum materiam di-
gestam: videndus *Guazzin. defen.* 24, *c.*9.
20 Et ita pariter citatio ipsorummet testium
desideratur ad hoc, ut probationem faciant
cùm si spontè examini subjicerentur, orire-
tur affectio, & sic causa inimicitiæ cum par-
te adversa, & dictam spontaneitatem tollit
citatio, pluribus citatis *dict. Doctissimus*
Altimar. d. quæst. 21, *num.* 63, *Benekendor.*
ubi proximè ad privil. 31, *num.*45, *Guazzin.*
Ioan. Anton. Ab Eccles. obser. Pedemont.
Giurb. quos citat. Mels. obser. 136, *num.* 6,
Passerin. in Tribunal. Regular. quæst. 15,
art. 4, *per tot.*
21 Iuramentum autem testium de veritate
dicenda est ita necessarium, ut eo non
præstito nulla fides testibus tribuatur; etiam-
si essent Clerici, Religiosi, Episcopi, aut
Cardinales *Matthau d. cap.* 10, *§.* 2, *num.*
250, & pluribus citatis *Altimar. d. rubr.* 13.
quæst. 9, *num.* 1, 14, *& ferè per tot. Bonden.*
collect. 29, *num.* 56, *Benekendor. ad Sera-*
*phin. de privil. iurament. addit ad privil.*28.
num. 14, *& seq. & ad privil.* 30, *num.* 1, &
seq. ubi latissimè, *& ad privil.* 115, *num* 5,
Passerin. à sextula in tribunal. Regular. q.
22 11, *art.* 2, *num.* 13. Et est deferendum testi-
bus die iuridico, & non feriato, *Bonden. d.*
collect. 29, *num.* 58, ubi alios citat *Faria.*
*ad Covar. lib.*2, *cap.* 13, *num.* 10, *Beneken-*
dor. ad d. privil. 30, *num.* 24, ubi *num.*25. li-
mitationem affert quando necessitas urget.
23 Debétque præcedere iuramentum deposi-
tionem, ut timore iuramenti testes dicant
veritatem, *Altimar. ubi proximè d quæst.* 9.
num. 8, *&* 12, ubi *Careno, Zuffi. & alios*
citat *Eminen. de Luca de iudiciis d. discurs.*
32, *num.* 15, *Ripoll. in prax. Peguer. rubr.*18,
*num.*25, *Solorzan. de iur. Indiar. tom.*2, *lib.*
1, *cap.* 27, *num.* 54, *Vela disert.* 38, *num.*74.
Faria ubi proximè d. num. 10, novissimè
*Pegas ad Ordinatio. Regn. Portugal. tit.*86.
tom. 6, *glos.* 2, *ad prin. num.* 3, *& seq. Be-*
nekendor. ad d. privil, 30, *num.* 3, *& seq.*
ubi limitationes tradit *Passerin. d. art.*2, *nu.*
22, ubi tradit validam esse testis depositio-
nem, si incontinenti post examen iuramen-
tum ab eo recipiatur.
24 Vnde est, quòd examen, & depo-
sitio testis retrotrahitur ad diem iuramen-
ti, taliter quod præstito die iuridico, & in-
tra dilationem, possunt testes examinari
die festivo, & extra dilationem, ut *citatis*
Cancer. Fontanell. Gratian. Surd. & aliis
tradit *Matthau dict. cap.* 10, *§*, 2, *num.*252.
*Ab Eccles. obser. Pedemontan. lib.*1, *obser.*79.
num. 28, *Rodoer. ad Marin. cap.*118, *n.*12,
Post. de Manutenend. obser. 90, *num.* 3, *d.*
Benekendor. addit. ad privil. 126, *num.* 3, *&*
*& seq. Fenzon. ad statut. Vrb. lib.*1, *cap.*58,
num. 27,
25 Et si vis scire quomodo sit dictum iura-
mentum præstandum per Clericos, & Ec-
clesiasticos, Hebræos, & alios, recurre ad
Do-

Doctores citatos à *Doctissimo Altimar. d. rubr.* 13, *quæst.* 9, *à num.* 27, *ad* 41. ipsum consule, ubi cum abundantia doctrinæ, & Doctorum invenies materiam digestam.

26 In criminalibus autem in hac nostra Provincia Cathaloniæ, sive procedatur per Inquisitionem, sive per accusationem, testes nō recipiuntur citata parte ad eos iurare videndum, sed parte incitata per Iudicem recipiuntur, nec repetuntur, sed solum in termino defensivo opponit reus contra testes quascunque exceptiones, *Peguer. in prax. crim. cap.* 12, §. 2, *num.* 9, *Fontanell.*
27 *decis.* 129, *num.* 25, Quod & ita in Tribunali Sancti Officii practicari tradit *Delbene de inquisitio. tom.* 2, *dub.* 198, *sect.* 10, *num.* 1, *& sequent.*

28 Debent sanè Iudices resecare effrenatum numerum testium, non solum ad causarum faciliorem exitum, sed etiam ne multum immorentur in recipiendis innumeris testium depositionibus, & ad evitanda damna, quæ propter expensas causantur partibus, ideò per nostram *Constit. ultim. de testimonis*, in causis civilibus fuit taxatus ad numerum decem super unoquoque articulo, ut citatis *Canc. & Fontanel.* tradit *Ripoll. dict. rubr.* 18, *num.* 32, *&* 33, ad quæ videndus *Rovit. ad pragm.* 1, *de testium refrenatione, & repulsa, per tot.*

29 Nota tamen, quòd si non adest protestatio. ultimi recepti ultra numerum taxatum à statuto rejiciuntur, & de eis nulla habetur ratio per Iudicem *citatis Fontanel. dec.* 361, *num.* 19, *& seq. & aliis* tradit *Altimar. in obser.* 79, *ad consil. Rovit. lib.* 3, *num.* 1, *&* 3, quæ Constitutio procedit quando super eodem articulo plures quàm decem ministrantur testes, non autem quando super diversis, ita Senatus Regius noster referente Magnifico Francisco Vidal & Rocca R. S. die 24, Ianuarii 1667. Not. Bas, in causa Reverendi Iosephi Campdoràs, Rectoris sanctæ Mariæ de Corbera, & Iosephi Mora Domicelli Barcinonæ, contra Syndicum Vniversitatis dicti Loci de Corbera.

30 Circa autem recusationem testium, & repulsam possem integrum tractatum conficere; attamen pro maiori dicam, quòd ista recusatio, & repulsa non admittitur in causis summariis, quæ spectant aliam sententiā post se, ut est: v.g. iudicium possessorii summarissimi, alimentorum in causa ordinatoria, filiationis, &c. nam tunc non admittitur repulsa, cùm præiudicium, quod fortè infertur per tales probationes possit reparari in alio iudicio magis pleno *Ripoll. in prax. Peguer. rub.* 20, *num.* 15, *Doctissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada decis.* 31, *n* 165. *cum mult. seq.* & pluribus citatis *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr.* 13, *quæst.* 13, *num.* 23, *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib.* 1, *obser.* 191, *num.* 6.

31 An in causis contentionum, & competentiarum iurisdictionis admittatur repulsa testium, tradit *d. Doctissimus sanè, & Nobilis Regens noster Cortiada dict. decis.* 21, *à num.* 163, *ad* 179.

32 Quando autem, & in quibus casibus possint testes recusari, & repulsari, & intra quod tempus, & alia plura, quæ hic possent dici, tradunt *Doctores citati à dicto Meritissimo, & Nobili Regente nostro Cortiada ubi proximè citato, & Ripoll. ad prax. Peguer. dict. rubr.* 20, *per tot.* & extensè suo doctissimo more *Altimar. de nullitatib. dict. rubr.* 13, *quæst.* 13, *per tot.* signanter *à num.* 23, *ad* 32, *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib.* 1, *obser.* 81, ipsos consule.

DE INTERROGATORIIS DANDIS.
Rubrica IX.

SI citatus ad dandum Interrogatoria post habitam copiam Articulorum, vel alterius actus, super quo Testes examinari petitur, vel post elapsum terminum datum ad recipiendum copiam, Interrogatoria non dederit, vel post alium diem, cum comminatione à Iudice assignandum, sibi imputetur, & Testes sine Interrogatoriis diligenter examinentur, & interrogentur de Causa scientiæ cum circumstantiis loci temporis, & contestium; nec sit opus alia Pronuncia super Interrogatoriis dandis, sed quocunque tempore, examine non dum completo, producantur, testes non dum examinati super illis interrogentur: Nec admittatur ad Testium repetitionem, qui in dandis Interrogatoriis contumax fuerit, etiamsi illos suis sumptibus repeti petat, nisi ex aliqua rationabili

bili causa aliter Iudici videretur. Et si Notarius, datis à Parte Interrogatoriis, Testes super illis examinare omiserit, possit à tota causa removeri, & nihilominus Parti ad interesse teneatur. Interrogatoria verò si excessiva, aut impertinentia sint, Iudicis arbitrio resecentur.

SVMMARIVM.

1 *Examen factum sine interrogatoriis valet, sed pars potest testes repeti facere.*
Est tamen nullum stante protestatione partis, & Iudicis decreto, ibi, n.2,
Licet sit validum si interrogatoria non sint data, ibi num. 3,
Si verò interrogatoria sint data quomodo testes repetantur, nu.4,
Et repetitio non datur stante longa contumacia, & didicitis testificatis, ibi n.5,
6 *Dilatio ad dandum interrogatoria non datur, nisi petenti.*
Licet contrarium soleat observari ad abbreviandas lites, ibi, num. 7,
8 *Interrogatoria non ostenduntur parti adversa.*
9 *Testis debet deponere super articulis, & super interrogatoriis.*
Ita ut si non respondeat super interrogatoriis non probet, ibi, num. 10,
11 *Testis non est interrogandus super iis, quæ illius turpitudinem continent.*
12 *Testis deponens super interrogatoriis habentibus vim articulorum non probat.*
13 *Interrogatoria impertinentia sunt per Iudicem resecanda.*
14 *Testes si examinantur super articulis, & postea super interrogatoriis examen est validum.*
15 *Interrogatoriorum materiam qui tractent remissivè.*

ANNOTATIO.

1 EXamen testium factum sine interrogatoriis non est nullum, sed pars quæ dedit interrogatoria potest illos repeti facere super interrogatoriis etiam facta illorum publicatione, ut tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.1, cap. 74, num. 12, Post. de manut. observ. 91, num. 22,* qui plures dat concordantes, *& Rota apud Gregor. XV. decis. 331, n. 17, & ibi Adden. num. 22, & decis. 351, n. 46, & apud Merlin. de pignor. decis. 133, num. 17, & Adden. ad Burat. decis. 100, num. 26, & 27.*

2 Licet contrarium quod imò examen sit nullum accedente protestatione partis, & Iudicis decreto de examinandis testibus super interrogatoriis tenent *Farinac.* relatis opinionibus *de test. quæst. 73, num. 5, Fenzon. in d. cap. 74, num. 13, Adden. ad Gregor. XV. dict. decis. 331, num. 22, & Post. d. st. observ. 91. num. 24,* ubi ponitur quomodo dict. nullitas sanetur, *& Adden. ad Burat.*
3 *d. decis. 100, num. 26.* Quod vero examen sit validum si interrogatoria non fuerint data est certum, ut probant *Farinac. de testib. d. quæst. 73, num. 33,* qui alios adducit ita sentientes, & *Rota apud Gregor. XV. decis. 351, num. 47, & ibi Adden. in fin.* dicentes ita fuisse dictum, *Vallisolet. iurisd. 6, Aprilis 1614, coram R.P. D. Verospio.*
4 Si verò interrogatoria fuerunt data, & sine eis factum fuit examen, testes repetuntur expensis illius, ad cuius instantiam testes fuerunt examinati sine illis. Si verò non fuerunt data repetitio testium fit expensis illius, qui instant pro repetitione, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb cap. 74, num. 15, & Post. de manut. d. observ. 91, num. 21, & seq.* ubi quamplures dat concordantes addo *Vivian. opin. 896 num. 6, & 7.*
Dum verò in hoc statuto mandatur, quòd repetitio testium non sit concedenda ad instantiam illius, qui non dedit interrogatoria, nisi subsistente aliqua iusta causa vide-
5 tur id concordare cum dispositione iuris communis, qua attenta repetitio testium non datur ob longam contumaciam, & didicitis testificatis ad favorem illius, qui non dedit interrogatoria, ut scribit *Post. d. obser. 91, num. 21, & 22, & Rota apud Duran. decis. 188, num. 7, & 8.* Quæ autem dicatur iusta causa remittitur arbitrio Iudicis, ut sentit *Rota apud Post. de manut. decis. 191, sub num. 3.*
6 Dilatio verò ad dandum interrogatoria non datur, nisi petenti, *Adden. ad Vestr in pract. lib.6, cap. 2, num. 54, Adden. ad Papien. in forma iuram. test. ad glos. citati in verbo Interrogatoria*, & sentit *Farinac. de test. quæst.73, num.24.* & not. expressè *Post.*
7 *de manut. d. observ. 91, num 4.* Ad abbreviandum tamen lites non aliter expectata partis petitione solet illi assignari terminus, & fieri citatio ad dandum interrogatoria, uti suponitur etiam in principio huius statuti iux-

iuxta practicam relatam per *Post. de manut. observ. 84, num. 82, & observat. 91, nu.5*, in quibus terminis intelligo *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 74, num. 4*, cum ab eo adductis dicentes requiri citationem ad dandum interrogatoria.

8 Quæ quidem interrogatoria non debent ostendi parti adversæ, nec de eis dari debet copia, ne pars vel testes instruantur ad committendam falsitatem, ut docent *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 74, num. 16, & Post. de manut. d. observ. 91, n. 25.*

9 Testis verò examinatus debet deponere tam super articulis, quàm super interrogatoriis, *Caphal. cons. 259, num. 53, lib. 3.*

10 *& cons. 428, num. 46, & 54, lib. 4.* Itaut si testis nollet respondere super interrogatoriis, vel interrogatorium non evacuet, illius depositio non probaret, *Caphal. dict. cons. 428. numer. 46, & 54, Fenzon. ad statut. Urbi. d. cap. 74, num. 19*, ubi dicit, id non procedere quando interrogatoria continerent testis iniuriam, vel infamiam, seu crimen, ut ibi per eum, *Altograd. cons. 50, nu. 63, & 134, lib. 1, Rota apud Zacch. de oblig. Camer. decis. 209, num. 15.* eadem *Rota apud Gregor. XV. decis. 553, num. 10, & ibi Adden. & decis. 700. num. 32,*

11 *par. 2.* Cum testis non possit interrogari de iis, quæ crimen, & illius turpitudinem continent, cùm nemo teneatur detegere turpitudinem propriam, ut tradunt *Farin. de test. quæst. 73, num. 53.* ubi testatur de magis communi opinione, *Tract. Ridolph. part. 1, cap. 11 num. 105, Zuff. de legit. process. crim. quæst. 67. num. 4.* & dixi latè *Ego in Resolut. crim. in verb. Testium miscellanea, resol. 8. num. 5, & seq.* ubi hanc conclusionem declaravi, licet contrarium de consuetudine servari dicat *Fenzon. ad stat. Urb. dict. cap. 74. num. 20.*

12 Sciendum est etiam, quòd testes deponentes super interrogatoriis impertinentibus habentibus vim capitulorum non probant, quia aliàs esset facere examen super articulis absque interrogatoriis, ut not. *Scacc. de iudic. lib. 2, cap. 8, num. 878. & seq. Andreol. controv. 98, num. 11, & seq. & Post. de manut. dict. observ. 91, num. 7*, ubi declarat quomodo sit intelligendus *Thesaur. decis. 261, num. 2, & seq.* qui contrarium sentire videtur.

13 Quòd verò per Iudicem sint resecanda interrogatoria impertinentia, incongrua, captiosa, criminosa, & superflua uti habetur in hoc statuto tradunt *Salust. in pract. lib. 2, cap. 32, num. 6, Farinac. de test. quæst. 73, num. 48, & seq. Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 74 num. 17, & Post. de manut. dict. observ. 91, num. 8.* Et quod dict. interrogatoria non sint admittenda maximè intentionalia, & habentia vim articulorum, & admissa, quod sint resecanda latè probavi *Ego in resolut. crim. in verb. Interrogatoria, resol. 1, num. 3, 4, & 5.*

14 Adde pro coronide, quòd examen est validum, si testes primò examinentur super articulis, & posteà super interrogatoriis etiam stante partis instantia, cùm hoc in iure non sit expressum, ut advertit *Post. de manut. d. observat. 91, in fin. & Rota decis. 663, num. 12, par. 4, recent.*

ADDITIO.

15 Dicta super hoc statuto *à nostro Conciolo* in materia interrogatoriorum tibi sufficiant, si autē alia tibi occurrerit percurrere, recurre ad Doctores citatos per *Matthæu de regim. Regn. Valent. cap. 10, §. 2, num. 242, & seq. & ad Ursell. conclu. legal. 148, à num. 274, & ad citatos per Ripoll. in prax. Peguer. rubr. 13, per tot. & ad Eminent. de Luca de indic. discur 31, num. 9, & 10, & ad Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 84, num. 14, & obser. 88, per tot. & ad nostrum met Conciol. & alios citatos per Doctissimum Pilaia. in addit. ad consider at. Franç. de protestatio. 67, num. fin. Passerin. à Sextula in cap. Præsentium, 2, de testib. in 6. à num. 120,* apud quos invenies materiam istam latissimè tractatam.

DE IURAMENTO CALUMNIÆ

Rubrica X.

Iuramentum calumniæ si petatur, præstari debeat per principales Personas, si sint præsentes, alioquin per legitimum Procuratorem, habentem ad id Speciale Mandatum; & si Actor à Reo, illiusque Procuratore prædictum Iuramentum exigat, nòn ante Reus, vel illius Procurator ad excipiendum, vel defendendum admittantur quàm, & ipsi Iuramentum calumniæ præstent;

& nihilominus Actor contra ipsum procedere possit. Quinimò, & si altera pars etiam à Procuratore adversario tale Juramentum ex sua persona exigar, ipse quoque Procurator in Animam suam præstare teneatur. In Juramenro autem hæc ab hiis nominatìm asserantur, Quòd quis non calumniandi animo agit, vel desendit, sed quia lis pro parte sua sibi videtur iusta, nec probationem, aur dilationem exiget, nisi quam pro veritate sibi necessariam putabit. Talisque iurandi forma per Actuarium principalibus Personis insinuanda est.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumnia quid importet, & cont.ueat.*

2 *Procurator specialis admittitur ad iuradum de calumnia.*

Imò admittitur etiam Procurator cum mandato ad lites, ibi num. 3,

Et dicitur Procurator specialis, si habeat mandatum ad iurandum illa causa, ibi. num. 4.

5 *Procurator tenetur de calumnia iurare, etiã in animam propriam.*

Et tenetur iurare etiam Advocatus, ibi. num. 6,

Quod tamen de consuetudine non servatur, num. 7.

Et tenentur iurare de calumnia tutores, curatores, & alii, num. 8.

9 *Iuramentum de calumnia est præstandum in quolibet iudicio.*

In obligatione camerali non præstitum non reddit iudicium nullum, n. 10.

11 *Iuramentum calumnia est præstandum, non obstante statuto in contrarium.*

In pluribus casibus non est necesse illud præstare, num. 12.

13 *Iuramentum calumnia, si non præstetur quos effectus pariat.*

14 *Periurus in iuramento calumnia non punitur criminaliter.*

Nisi de periurio constet ex confessione, vel evidenter, ibi num. 15,

16 *Iuramentum calumnia recusans præstare in quas pœnas incidat.*

—*Tamen super incursu in eis declaratio requiritur, num. 17,*

A qua declaratoria licet appellare, n. 18,

Non tamen à præcepto de dicto iuramento præstando, num. 19,

20 *Iuramenti de calumnia contumacia, & mora possunt purgari usque ad sententiam.*

21 *Iuramenti de calumnia ob recusationem pœna, an transeat in hæredes contumacis.*

22 *Iuramentum de calumnia non potest remitti à partibus expressè, benè tamen tacitè.*

Est de substantia processus, si à parte petatur, num. 23,

24 *Iuramentum calumnia per processum partis eum petentis ad ulteriora venti remissum.*

25 *Iuramentum calumnia in Cathalonia parum practicatur.*

Nisi quando agitur de captura debitoris suspecti de fuga, num. 28,

Si tamen à parte instaretur præstari, nulliter pocederetur, eo non præstito, n. 26.

27 *Iuramenti de calumnia materiam qui tractent remissivè.*

ANNOTATIO.

1 JVramentum calumniæ importat, quod
actor credat, se iustè petere, & non calumniosè, quod respondebit veritatem super omnibus, non utetur falsa probatione non corrumpet Iudicem, nec Notarium, & dilationem calumniosam non petit, ut not. *Maran. in pract. part. 6, ad sec. indic. part. actu. 1, num. 10. & Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. in tract. de tutor. & curat. tit. 19, num. 2929, circa medium.*
2 Procurator specialis licet admittatur ad iurandum de calumnia pro domino, *Balth. Thomas. tract. var. tom. 2, de tutor. & curat. tit. 19, num. 2977,* ubi dat concordantes, *Rota apud Greg. XV. decis. 282. n. 1.*
3 Imò de generali consuetudine admitti ad
iurandum de calumnia etiam procuratorem generalem ad lites voluerunt *Maresc. var. resol. lib. 1, cap. 47, num. 8, Thom. decis. Marcb. 69, num. 12, Adden. ad Gregor. XV, dict. decis. 282, num. 8, Posti. de*
4 *manut. observ. 81, num. 21.* Et dicitur pro-
curator specialis si habeat mandatum ad iurandum in dicta causa, licet non exprimat de calumnia, *Thomat. d. decis. 69. nu. 13, Posti. d. obser. 81, sub num. 21, & Rota apud Greg. XV. d. decis. 282, num. 4.* Vigore tamen huius statuti procurator etiam habens mandatum speciale tantum ad iurandum admittitur quando principalis non est præsens, ponderando maximè verbum *Alioquin*, quod ponitur adversativè ad præcedentia, ut not. *Barbos. de dict. dictio. 17.*

num.

num.2, & obſervat *FenZon. ad Vrb. cap.66, num. 6.*

5 Procurator verò tenetur iurare de calum-
nia etiam in animam propriam, *Balth.
Tomaſ. in d. tract. de tutor. & curat. tit.19,
num. 2977, Thomat. deciſ. March.31, num.
11. FenZon. ad ſtatutum Vrb. d. cap. 66,
num.7, Poſti. de manut. d. obſer. 81, nu.13.*
6 ubi plures dat concordantes, ac etiam te-
netur iurare de calumnia Advocatus *Thom.
dec. March. 31, num.11, Mancin. de iuram.
par. 2, art. 1, num.2, Poſti. de manut. dict.*
7 *obſerv. 81, ſub num. 13.* Quod tamen de ge-
nerali conſuetudine non ſervari teſtantur
*Scacc. de iudic. lib. 2, cap. 1, num. 191, &
ſequent. Poſti. dict. obſer. 81, ſub num. 13,
& Balth. Tomaſ. in dict. tract. de tutor. &*
8 *curat. tit. 19, num. 3009, limit. 27.* Et te-
nentur iurare de calumnia etiam Tutores,
Curatores, legitimi adminiſtratores, Præ-
lati Eccleſiarum, & alii qui recenſentur à
*Manci. de iuram. in d. art. 1, num. 22, &
à Poſti. d. obſer. 81, num. 14.*

9 Iuramentum autem de calumnia peti-
tum à parte eſt præſtandum in quolibet iu-
dicio etiam ſummario, & ſine figura iudi-
cii, & manu Regia, & illius omiſſio vitiat
proceſſum, *l. 2, & ibi Doct. Cod. de iuram.
calum. cap. 2, §, fin. & ibi Canoniſtæ eod.
tit. in 6, Mareſcot. var. reſol. lib. 1, cap.
47, num. 4, Gratian. diſcept. for. cap. 208,
num. 15, part.1,* latè *Poſti. de manut. dict.
obſer. 81, num. 1,* ubi quamplures adducit
ita ſentientes *Thomat. deciſ. March.31, nu-
mer. 3, Balth. Tomaſ. in d. tract. de tutor.
& curat. tit. 10. num. 2930, & ſequent. &
num. 2953,* cum quibus pertranſit *Rota de-
ciſ. 101, num. 9, part. 3, & deciſ. 20, num.2,
part. 4, rec.* & etiam in cauſis levibus,
*Manci. de iuram. part.2, art. 1, num. 87,
Poſti. d. obſer. 81, ſub num. 3.* Prout etiam
in obligatione Camerali, *Zachi. de oblig.
Camer. quæſt. 37, num. 65. & 66, Poſti. d.
obſer. 81, num. 2,* & *Rota apud Poſti. ubi
ſuprà deciſ. 231, num.2, & deciſ.297, num.11.*
10 *& 12.* quibus addo *Thoma. d. deciſ. 31. nu.
7, & Balth. Tomat. dict. tit. 19, num. 2939,*
licet in obligatione camerali ſi ſit omiſſum
dict. iuramentum calumniæ non reddere
iudicium nullum ſi conſtet de bono iure
actoris voluerint *Zachi. de oblig. camer. d.
quæſt. 37, num. 99, & Rota apud Merlin.
de pignor. deciſ. 106, num. 1.*

11 Et dictum iuramentum calumniæ peti-
tum eſt præſtandum non obſtante ſtatuto,
vel conſuetudine in contrarium cùm illud
ſit de iure divino ad veritatem invenien-
dam, & ad calumniam excludendam, *Ma-
reſc. var. reſol. lib.1, cap.47, num. 7, Cirlac.
controu. 13, num. 48. & ſeq. Tomat. dict. dec.
31, num. 4, & Poſt. d. obſervat. 81, num.3,*
ubi quamplures adducit ita ſentientes, *&
Rota apud Card. Mantic. deciſ.33, num.7,
Balth. Tomaſ. dict. titul. 19, num. 2961.*
12 Quod tamen non habet locum ſi conſtet in
actis de bono iure iurare debentis *Balth.
Thomaſ. d. tit. 19, num. 2955,* ſi ſit quæſtio
de re notoria, ſi ſit quæſtio iuris non exi-
gens probationes, & in aliis caſibus, quos
refert *Poſt. dict. obſerv. 81, numer. 20, &
Balth. Thom. ubi ſupr.* ipſos conſulas.

13 Iuramentum calumniæ præſtare recuſans
ſi ſit actor cadit ab actione, & ſi ſit reus
habetur pro confeſſo, ut not. *Maran. in
pract. par. 6, memb. 2, num. 20, & actu 1,
de iuram. num. 6, Cabal. ad Conſtitut.
March. 19, lib. 5, in verb. Poſitionibus,
numer. 13, Poſt. d. obſer, 81, num. 20, &
Balth. Tomaſ. d. tit. 19, num. 2968, & nu-
mer. 2975.*

14 Si tamen in dict. iuramento de calumnia
periurium committatur iurans non punitur
criminaliter in hoc ſæculo, ſed ſolum in
alio, *Grammat. theorem. 3, num. 21, Decian.
tract. crim. lib. 6, cap. 11, num. 41,* & alii
plures, quos refert, & ſequitur *Poſt. dict.*
15 *obſerv. 81, num. 33.* Niſi per illius confeſſio-
nem, vel per evidentem probationem con-
ſtet iurantem in mera calumnia fuiſſe, ut
not. *Baiar. ad Clar. in §. periurium. nu.
19. verſ. Item ad quod, &c. & Poſt. dict.
obſerv. 81, in fine.*

ADDITIO.

16 Licet recuſans præſtare iuramentum ca-
lumniæ cadat in pœnis adductis *à no-
ſtro Conciolo hìc num. 13, & à Pac. Iordan.
tom.3, lib. 14, tit.7, de calum. num. 47. Al-
timar. de nullitatib. rubr. 13, quæſt. 3, num.
27, Hunni. Encycloped. iur. part. 2, tit. 11,
cap.2, num.11, & ſeq. Matthæu. de regim.
Regn. Valent. cap. 10, §, 2, num. 11, & ſeq.
Pellegrin. in prax. part. 2, ſect. 2, ſub ſect.
2, num. 18, Ab Eccleſ. obſer. Pedemont. lib.*
17 *1, obſer. 60, num. 8,* tamen requiritur de-
claratio ſuper incurſu talis pœnæ, *Matthæu.
dict. cap. 10, §.2, num. 12, Hunni dict. cap.
20, num. 12, Fermoſin. tractat. var. in cap.
fin. §. pœna, quæſt. 1, num. 3, pag. mihi 228,
Carol. Rota pract. concluſ. conclu. 6, per tot.
Paſſerin. à Sexiula in cap. Si de calumnia,
1, de iuram. calumn. in 6. num. 9, & in §.
Propter, num. 24.*

18 A qua declaratoria facta per Iudicem
contra recuſantem iurare de calumnia, ad-

mittitur appellatio, dummodo condemnatus suam contumaciam excuset, *Salgad. de Reg. protect. part. 2, cap. 8, num. 96, Pas-*
19 *serin. in d. cap. Si de calumnia, num.* 11. Non tamen à præcepto de iurando de calumnia, & à delatione dicti iuramenti, *Salgado ubi proximè num. 95, & d. part. 2, cap. 1, num.* 170, *Passerin. ibid. d. num. 11.*

20 Recusans sanè iurare de calumnia, potest suam moram purgare usque ad sententiam Iudicis declaratoriam incursus dictæ pœnæ *Hunni. d. part. 2, tit. 12, cap. 2. n. 3, Carol. Rota d. conclus. 6, num. 6, Rubeus ubi proximè num. 555, Passerin. ubi suprà*
21 *num.* 12. Nec hæc pœna recusantis iurare de calumnia transit ad hæredes, si contumax ante dictam sententiam declaratoriam decesserit, *ut citatis Seacc. Gail. & aliis* tradit *d. Hunni. d. cap. 2, num.* 31, benè tamen declaratione facta vivente defuncto, *Hunni. ibid. num. fin.*

22 Iuramentum autem istud de calumnia consensu partium expresso, remitti non potest, benè tamen tacito, quando à neutra parte fuit petitum, *Hunni. d. cap. 2, num. 3,* & citatis pluribus *Doctissimus Altimar. d. rubr. 13, quæst. 3, num. 6, Pac. Iordan. dict. tit. 7, num. 25, & seq. Carol. Rota dict. conclu. 6, num.* 21, *& seq. Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil.* 115, *num. 8, Rube. pract. resol. de testam. cap. 30, num. 530, 539, & seq. Pas-*
23 *serin. ubi proximè num. 5,* Et ita licet sit de substantia taliter quod processus nullus remanet ex defectu huius iuramenti, *Matthau d. §. 2, num. 6, Hunni. d. cap. 2, num. 2, Rubeus d. cap. 30, à num. 523.* Hoc sanè intelligitur si ab una ex partibus litigantibus fuerit petitum, & instatum illud præstari, aliter processus tenet, *Pellegrin. d. subsect. 2, num. 2. & seq. Hunni. d. cap. 2, num. 7, Doctissimus Altimar. dict. quæst. 3, num. 5, & seq. Ab Ecclef. d. obser. 60. num.* 11, *Rubeus ubi suprà num. 557. & seq. Passerin. à Sextula in cap. Si de calumnia,* 1, *de iuramen. calumn. in 6, num. 6. & in §. Propter,* 1, *num.* 18, *& seq.*

24 Si tamen postulans iurare de calumnia ad ulteriora causæ processerit, non insistendo in dicta postulatione, & absque protestatione, censetur præstatio iuramenti remissa, & processus, & sententia nullitatem non patientur, *Matthau d. cap.* 10, *§. 2, num. 9, Passerin. d. n.* 18.

25 In hac nostra Provincia Cathaloniæ licet per *usat.* 1, *& Const.* 1, *tit. de iurament. de calumnia*, si provisum in omnibus causis præstandum esse hoc iuramentum; tamen rarò de exigendo hoc iuramento curatur cùm nunc depravata sit hominum conditio, & parum timeant animæ detrimenta, licet deberent, ut *citato Fontanel. decis.* 18, *num. 6*, tradit *Matthau d. cap.* 10, *§. 2, num.* 13, *& sequent. & Bald. & Maranta citati à dicto Ab Ecclef. d. obser. 60. num.* 15. dicunt hodiè hoc iuramentum non æstimari uno obulo, & in Francia in Curiis sæcularibus non iurari de calumnia tradit *Rebuff. citat. à dict. Ab Ecclef. d. obser. 60, num. 17, & Motil. in prax. tit. de gradu citationis, num.* 122, tradit diu ab usu hoc iuramentum recessisse.

26 Tamen pro certo habeo, quòd in hac nostra Provincia Cathaloniæ, si ab aliqua parte litigantium instaretur præstari hoc iuramentum calumniæ, deberetur præstari, aliter processus, sententia, & cætera acti-tara nulla forent, prout ita sentit *Matthau de regim. Regni Valent. d. §, 2, nu. 7.* Cùm non extet ulla dispositio statutaria, quæ excuset à præstatione dicti iuramenti, imò, ut proximè dictum est, extat contraria, & expressa, disponens, quòd in omnibus præstetur.

27 Qua propter si plura alia de hoc Iuramento scire cupias, scilicet in quibus causis sit præstandum, aut non, per quas personas, & à quibus, & alia recurre ad *dictum Matthau, & Doctores ab eo citatos d. cap.* 10, *§,* 2, *num. 2, Ab Ecclef. obser. Pedemon. lib.* 1, *obser. 60, & 61, Pac. Iordan. d. lib.* 14, *tit. 7, Hunni. dict. part. 2, tit.* 12, *Olea de cess. iur. tit. 6, Miscel. n.* 12, *& seq. Pellegrin. in prax. Vicar. d. part. 2, sect. 2, subsect. 2, per tot. Vela disert.* 22, *num.* 17, *& seq* & pro mille *d. Doctissimus Altimar. de nullitatib. d. rubr.* 13, *quæst. 3, per tot. Fermosin. in tractat. var. tractat. 5, per plures quæst. Carol. Rota pract. conclu. conclu. 6. per tot.* ipsos consule, & alios quos citat *Seraphin. de privil. iurament. privil.* 13, *& ibi Benekendor. Berlich. conclu. iur. p.* 1, *conclu.* 31, *per tot.*

28 Nota tamen, quòd etiam in nostra Provincia Cathaloniæ quando proceditur contra debitorem de fuga suspectum, ad hoc ut capiatur, & detineatur donec cautionem, & satisdationem dederit, est præstandum hoc iuramentum, *Ripoll. in prax. Vicar. Barch. rub. 7, num. 8.*

DE IURAMENTO IN LITEM.

Rubrica XI.

SI quis dolosè damnum intulerit furto, Turbatione expulsiva, sive violentia inquietativa, Spolio, vel quolibet alio genere Turbationis, vel Damni; Nec Actor damnum illatum tempore invasionis, sive etiam interesse passum probare possit: Volumus, si talis quantitas contra violentum aliter probari non possit; Quòd admittatur probatio per iuramentum Actoris, eique stari debere quo ad ipsam quantitatem damni, & interesse. Sicut etiam iurari possit contra tutorem, Curatorem, Vsufructuarium, Negociorum Gestorem, Factorem, Publicanum, aut similes personas, quæ bona, & Iura alterius tenent, & administrant, & tenentur restituere, vel rationem reddere; Si Inventarium non fecerint, vel librum Rationum de datis, & acceptis hincinde, & de introitu, & exitu prout de iure tenentur: Iudex tamen semper Personarum, & negocii qualitate diligenter inspecta, huiusmodi damna, ac interesse taxare, ac moderare possit, & debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem potest deferri per quemcunque.*
Etiam si sit dominus, vel quasi, n.2,
Et potest iurare in litem etiam hæres damnum passi, num. 3,
4 *Iudæus non potest iurare in litem contra Christianum.*
5 *Procurator non potest iurare in litem sine mandato speciali.*
6 *Iuramento in litem, ut sit locus debet constare de damno in genere.*
Et debet adesse difficultas probationis, numer. 7,
8 *Iuramentum in litem datur pro modica summa.*
9 *Probari potest contrarium contra iuramentum in litem.*
10 *Iuramentum in litem permissum per statutum habet locum etiam in damnis passis propter furtum.*
Et habet locum etiam super emergentibus, num. 11,
12 *Iuramentum in litem quando detur contra tutores, curatores, & administratores rem'ssivè.*
13 *Appellare licet à delatione iuramenti in litem.*
14 *Narratio Authoris.*
15 *Iuramenti in litem materiam qui tractent remissivè.*
16 *Iuramentum in litem in Cathalonia procedit contra heredem gravatum non conficientem inventarium.*

ANNOTATIO.

1 AD iuramentum in litem quilibet regulariter admittitur, *l. si quando, 9, & ibi Iaf. C. unde vi.* & not. *Lud. conclus. 22, in princ. Carp. ad Stat. Mediol. lib.2, cap. 371, num. 54,* latè *Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. 2, de tutor. & curat. tit.*
2 13, *num.1, & seq.* Sivè sit dominus, vel quasi, ut in tutore, curatore, ad tex. *in l. videamus, 4, §. curatores, ff. de in litem iuran.* ut not. *Ludou. d. conclus. 22, num. 2, & Carpan. in d. cap. 371, num. 55, & seq.* ubi
3 dicit, idem esse in Syndico, ut ibi per eum, & potest iurare in litem etiam hæres damnum passi, *Ludov. d. conclus. 22, ampl. 2, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 371, num. 62, Balth. Thomas. in dict. tom. 2, de tutor. & curat. d. tit. 13, num. 41,* ubi dicit, illud non deferri Iudæo, hæretico, periuro, spurio, infami, & simil. neque ei, qui non est omni exceptione maior, ut ibi per eum, latè pertractantem; Si tamen dict. hæres sit verisimiliter informatus, *Balth. Thom. d. tit. 13, n.41, & n. 40. fol.119.*
4 Non potest tamen, ut dixi, iurare Iudæus contra Christianum, *Marquar. de Iud. part. 2, art. 8, num. ,,,, Ludov. dict. conclus. 22, lim. 2, Carpan. in dict. cap. 371, num. 61, Farinac. de furt. quæst. 176, nu.31. &*

& Balth. Thomaſ. in d. tit. 13, numer. 4. & ſequent.

5 Secundò, non eſt locus dicto iuramento quando ille qui vult iurare non eſt dominus, vel quaſi, ſed eſt procurator; qui non admittitur ad iurandum ſine ſpeciali mandato, *l. vulgo, 7, ff. de in litem iureiur.* & not. *Ludou. d. conclu. 22, in ſecunda limit. Balth. Thomaſ. d. tit. 13, num. 1, fol. mihi* 115.

6 Vt autem ſit locus diſpoſitioni huius ſtati de damno in genere debet conſtare verè non autem ficte, vel præſumptivè, ut declarant *Carpa. ad Stat. Mediol. d. cap.* 371, *num.* 21, *Farinac. de furt. d. quæſt.* 176. *num. 39, & ſeq. & num. 45. & Balt. Thomaſ. in dict. tit. 13, num. 16, fol. mihi 94.*

7 Et debet adeſſe difficultas probationis circa quantitatem damni, & intereſſe, aliàs ſecus, ut not. *Farinac. in d. quæſt.* 176, *nu.* 37, *& ſeq.* ubi declarat quando hoc habeat locum, & *Balth. Thomaſ. in d. tit.* 13, *num.* 20, *in* 1, *limit.* qui dant concordantes quamplures.

Dum verò ſtatutum mandat quantitatem damni, & intereſſe eſſe taxandam per Iudicem inſpecta negocii, & perſonarum qualitate videtur concordare cum diſpoſitione
8 iuris communis, ex qua creditur iuramento alicuius de modica ſumma tantum, ut docent *Carpan. ad Stat, Mediol. cap.* 371, *num. 38, & 96, Farin. de furt. d. quæſt.* 176, *num. 43,* qui alios adducunt ita ſentientes, *& Balth. Thomaſ. in d. titul.* 13, *ſub num.* 114, *verſ. Taxationem hanc, &c.*

9 Et contra hoc iuramentum in litem poſſe probari contrarium tradunt *Carpan. ad d. cap.* 371, *num. 45,* ubi docet etiam modum probandi contrarium, *Farinac. de furt. d. quæſt.* 176, *num.* 48, *& Balth. Thomaſ. in d. tit.* 13, *num. 50, in 2, limit.* qui dat concordantes quamplures *Gratian. diſcep. foren, cap.* 41, *n.*25, *p.* 1.

10 Supradictum ſtatutum volens, quòd de damnis, & intereſſe ſtetur iuramento damnum paſſi habet locum etiam in damnis paſſis propter furtum, ut not. *Roman. & Alex. in l. 2, ff. de damn. infect. Maſcar. de probat. conclu.* 471, *num.* 16. *lib.* 1, *Farinac. de furt. d. quæſt.* 176, *numer.* 22, & quando ſtatutum loquitur univerſaliter *Balth. Thomaſ. in d. tit.* 13, *num.* 105, ubi aliquos contrarium tenentes refert, & dict.
11 ſtatutum habere locum non ſolum ſuper quantitate, & qualitate rerum, & ſuper expenſis, & damnis, ſed etiam ſuper emergentibus, incidentibus, & connexis poſt *Bart. Caſtr. Dec. Plot, Phanuc. & Seraph.* per eum adductos probat. *Balth. Thomaſ. in d. tit. 13, num. 50.*

12 Quando verò detur dict. iuramentum in litem contra tutores, curatores ſi inventarium non fecerint, ut habetur in hoc ſtatuto latiſſimè tractat *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2, in tract. de tutor. & curat. tit. 13, num. 76, & plur. ſeq.* & rurſus quando detur contra adminiſtratores, uſufructuarium, negociorum geſtorem, publicanum, cauponem, & ſimiles, uti pariter habetur in hoc ſtatuto latè agit *Balth. Thomaſ. in d. tit. 13, num. 1, & ſeq fol. mihi* 91. Et quando dict. iuramento in litem non ſit locus idem *Thomaſ. d. tit. 13, num. 1, & ſeq. fol. mihi* 115, ubi videas, cum nimis longum eſſet omnia hìc recenſere.

ADDITIO.

13 A Delatione huius iuramenti in litem datur appellatio, rationibus traditis à *Doctiſſimo Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæſt. 34. num.* 15, ubi *Salgad. Caren. Barboſ. Menoch. Lancellot. & alios* citat.

14 Iam dixi (benevole Lector) quod non intendo ad unamquamque Rubricam omnia annotare, & ibi tractatum facere; ſed pro maiori aliqua adducere, de quibus, & aliis traditis *à noſtro Conciolo,* ut notionem habere poſſis, recurre ad *Doctores citatos,* & penes eos reperies caſus tibi occurrentes, & Doctrinas eorum facto tuo applicare poteris.

15 Quapropter cùm ampliſſima ſit hæc materia iuramenti in litem, uti continens tantas, & tàm enixas difficultates, nempè an poſſit à parte parti deferri, an ſponte à parte aliqua offerri, an neceſſe ſit, ut Iudex eum deferat, an & quibus ſit deferendum, & contra quos, quibus requiſitis præexiſtentibus, in quibus quantitatibus, & iudiciis: ideò remittam te ad Doctores inferius citandos, apud quos eas digeſtas reperies, & aliis relictis recurre ad *Hermoſil. ad ll. partit. Gregor. Lopez. gloſ. 7, 8, & 9, l. 8, tit. 3, part. 5, per tot. Eminen. de Luca de tutorib. & curatorib. diſcurſ. 8, & 9, Pacion. de locat. & conduct. cap. 33. nu. 23, & ſeq. Ciriac. controv. 5, 60, & 89, Pellegrin. in prax. part. 2. ſect. 3, ſubſect. 3. interſ. 13, per tot. Hunni. Encycloped. part. 2, tit. 32, de iuramento in litem per tot. capit. Olea. de ceſ. iur. tit. 6. Miſcell. num. 1, & ſeq. Fontanell. deciſ. 300. Scoppa. ad deciſ. Gratian. obſerv. 90, num. 13, & ſeq. Cancer. var. 1, cap. 7, à num. 102, & var. 3, cap. 2, num. 60. & ſeq. Calvin. de æquitat. lib.*

lib.2, cap. 142, per tot. Palma. Filium consult. 90, Contri. discept. foren. 30, num. 3, & seq. & ad citatos per Pegas. resol. foren. cap. 3, num. 692, Quesad. & Pilo controv. 24, à num. 19, ad fin. Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramen. ad privil. 31, à num. 21, ubi latissimè.

16 Nota tamen, quòd in nostra hac Provincia Cathaloniæ extat expressa Constitutio, nempè 1, *tit. de inventari fahedor per lo heren*, disponens, quòd fideicommissario liceat iurare in litem contra hæredem gravatum, non conficientem inventarium modo tradito in dicta Constitutione, quod iuri conforme est, *Quesada & Pilo d.controv. 24, num. 30*, licet in terminis fideicommissarii *ibid. à num. 36, ad 39*, citatis, *Gratian. Censal. Fontanel. in d. decis. 300, num. 23*, contrarium teneat, & decisum referat, unde miror de nostro *Fontanel.* dicente adesse ex utraque parte difficultates, & declaratum nunquam vidisse, si præfatæ difficultates iam per ipsam Constitutionem sunt reiectæ, & ita nescio quomodo est difficultandum (extante præfata Constitutione) in Cathalonia, quòd iuramentum in litem fideicommissario contra hæredem gravatum inventarium non conficientem non deferatur.

DE IVRAMENTO LITIS DECISIVO.

Rubrica XII.

Actor, qui Causam Iureiurando decidi velit, si Reo Iusiurandum detulerit, Reus teneatur iurare, vel referre, aliàs pro confesso habeatur, & Iudex pronunciet contra eum, absque alia probatione: Si verò Reus iuraverit, non debere dare, vel facere, absolvatur: Quod si Reus noluerit iurare, sed referre dictum Iuramentum Actori, teneatur Actor iurare: Nisi ante delatum iuramentum vellet eius creditum per testes, vel instrumentum legitimè probare, aliàs delato iuramento Reus omnino absolvatur: Iurans autem teneatur præcisè respondere iuxtà tenorem Partiti etiam in scriptis proponendi si placuerit, & non in genere, coràm Iudice, si Pars petierit, aliàs coram Actuario. Cùm verò iuratum fuerit, Iudex iurantem sive actorem, sive Reum absolvat. Et prædicta locum habeant in iis, quæ gesta sunt inter ipsas Partes principales, Vel etiam si cum Reo tantùm res gesta sit, secùs si inter eorum Prædecessores, vel Auctores, quo casu ignorantia facti alieni excusare videtur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum decisivum est deferendum etiam si adversarius vellet intentionem probare per testes.*
Licet contrarium teneant alii Doctores, ibid. num. 2,
3 *Appellatio non datur quando causa est decisa per iuramentum decisivum, & numer.* 22,
Limita ut ibi, num. 4,
5 *Iuramentum decisivum est deferendum etiamsi illud referri non possit.*
6 *Heres non tenetur iurare super facto defuncti.*
Limita si sit verisimiliter informatus, num. 7,
8 *Iurare quis non tenetur de facto proprio quod est ultra decennium.*
*Licet contrarium teneant aliqui, n.*9,
10 *Iurare non tenetur pars quæ plenè probavit, & num.* 29,
Et in aliis casibus, num. 28.
11 *Iuramentum propositum quod ego mutuavi decem, & respondeas, quod restituisti valet confessio.*
Contrarium tenent alii, num. 12,
13 *Iuramentum decisivum non defertur super exceptionibus, quæ non admittuntur contra obligationem cameralem.*
Neque in causis matrimonialibus, num. 27,
14 *Iurare nõ tenetur qui respondit positionibus.*

15 *Iu-*

15 *Iuramentum decisivum præstatur à Iudæis secundum eorum ritus.*

16 *Periurus in iuramento decisivo non punitur criminaliter.*

Contrarium tenent plures Doctores, numer. 17, & 30,

18 *Iuramento decisivo ut sit locus plura requiruntur.*

19 *Iurandum est secundum formam partiti propositi.*

20 *Mandatum specialissimum requiritur ad præstandum iuramentum decisivum.*

21 *Iuramentum decisivum in Cathalonia est deferendum, aut referendum arbitrio Iudicis.*

23 *Iuramentum decisivum operatur effectum transactionis.*

Et producit exceptionem rei iudicatæ, num. 24.

25 *Sententia prolata virtute iuramenti decisivi non revocatur propter Instrumenta noviter reperta.*

Neque admittit probationes in contrarium, ut num. 26,

31 *Iuramenti decisivi materia à quibus tractetur remissivè.*

32 *Iuramentum decisivum referri non potest actori, reo existente contumace.*

33 *Iuramento decisivo liberantur fideiussores, & extinguuntur hypothecæ.*

ANNOTATIO.

1 IUramentum litis decisivum est deferendum, vel referendum de iure communi etiam si is, cui illud defertur vellet eius intentionem probare per testes vel instrumenta, ut tradunt *Ossasc. decis. Pedem.* 11, *nu.*2, qui testatur de communi opinione, *Mascar. de prob. conclu.* 957, *num.* 5, *lib.* 2, qui alios dat concordantes, & *Feuzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 89, *num.*16, & *seq.*
2 licet contrarium concordando in hoc statuto, volentem probare per testes, vel instrumenta non teneri ad iurandum voluerit *Vivi. commun. opin. lib.* 1, *opin.* 191, ubi testatur de communi opinione, quem refert, & sequitur *Balth. Thomas. in suis tract. var. tom.* 2, *in tract. de tutor. & curat. tit.* 19, *num.* 2858,

3 Causa verò quando est decisa per iuramentum decisivum non potest appellari, *l. generaliter*, 12, *§. iuramento*, & *ibi Bart. C. de reb. credi. Maran. in pract. part.* 6, *de appell. num.* 332, *Scacc. de appell. quæst.*17. *limitat.* 34, *num.* 1. & *seq. Caroc. de iuram. decis. quæst.* 47, *num.* 1, & *seq. Balth. Thomas. in dict. tit.* 19, *num,* 2820, & generaliter tam in deferente, quàm in referente tuetur uti opinionem veriorem, *Fachin. controv. iur. lib.* 1, *cap.*28, *per tot.* licet contrarium in iuramento relato teneat *Caroc. d. quæst.* 47. *in* 4, *limit.* & *Balth. Thomas. dict. tit.* 19, *num.* 2824. Daretur tamen
4 appellatio quando is, cui defertur iuramentum allegat rationabiles causas, ob quas non tenetur iurare, & Iudex præcipit iurari, quia à dict. reiectione causarum potest appellari, ut probat *Scacc. d. quæst.* 17, *limit.* 34, *num.* 5. Neque sententia lata super dicto iuramento potest retractari per instrumenta noviter reperta, *Balth. Thomas. ibid. numer.*2838, *ampliat.* 62.

5 Quod quidem iuramentum est deferendum, etiam si illud referri non possit, ut not. *Cravet. cons.* 203, *per tot. Menoch. de arbitr. casu* 189, *num.* 8, & contra *Natt.* scribit. *Masc. de prob. conclu.* 958, *nu.* 16, *lib.* 2, ubi testatur de communi opinione, cum quibus pertransit *Balth. Tomas. in d. tit.* 19, *num.* 2838, *ampl.*63.

6 Hæres tamen non cogitur iurare super facto defuncti, ut disponitur in hoc statuto ob præsumptam ignorantiam, *l. Marcellus* 11, *§. qui rerum, ff. reru. amot.* & docent *Crass. de success. lib.* 2, *art. transm. quæst.* 31, *num.* 8, *Alex. cons.* 71, *num.* 13, *lib.* 3, *Mancin. de iuram. part.* 2, *art.* 5, *num.* 9, & *art.* 6, *num.* 57, ubi alios dat concordantes quamplures, plenè *Balth. Thomas. in dict. tit.* 19, *num.* 2859. licet
7 aliter sit statuendum si hæres est informatus, quia tunc videtur cessare dispositio huius statuti, qui recipit interpretationem à iure communi, ut tradunt *Maceraten. Papien. Cravet. Natt. Rolan. Becci.* & *alii*, quos referendo sequitur *Balth. Tomas. d. tit.* 19, *num.* 2859, & *num.* 2877. & *seq.* & *Menoch. de arbitr. casu* 190, *num.* 9, & *seq.* ubi dicit in hoc multum versari arbitrium Iudicis, & ita esse interpretanda statuta, de hoc iuramento loquentia, ut ibi per eum.

8 Imò neque tenetur quis iurare etiam de facto proprio, quod est ultra decennium, cùm de illo præsumatur oblivio ad tex. *in l. peregrè* 44, *ff. de acqu. possess.* & tradunt *Carpa. ad stat. Mediol. lib.* 1, *cap.* 100, *nu.* 57, & *Balth. Tomas. in d. tract. de tutor. & curat. tit.* 19. *num.* 2879, ubi dat concordantes, & *num seq.* dicit, hoc non habere locum, quando quis agit de lucro captando, ut ibi per eum, licet contrarium teneat *Gratian. discept. foren. cap.* 946. *nu.*
9 36, *part.* 5, ubi *num. seq.* dicit dict. contrariam opinionem eo magis procedere quando

do factum ultra decennium est alteri obligatorium, ut ibi per eum.

10 Pars verò quæ plenè probavit intentionem suam non cogitur præstare iuramentum hoc litis decisivum, *Surd. decis. 17, num. 3, Andreol. contro. 177. per totum, Balth. Tomas. in d. tom. 2, de tutor. & curat. tit. 19, num. 28 49, & seq. & num. 2928, numer. 77, & Ciriac. controv. 37, num. 46*, neque in dict. ca u potest iuramentum deferre, ne reus incidat in periurium, ut post *Osasch. & Gratian.* per eum adductos not. *Balth. Thomas. d. tit. 19, n. 2855*, licet teneatur iurare super eo, quòd non est contrarium probationi actoris sec. *Andreol. d. controv. 177.*

11 Iuramentum decisivum si sic est propositum, quod ego mutuavi putà decem, & Tu respondeas, quod ego mutuavi, sed tu restituisti, valet confessio mutuationis, sed non valet quò ad restitutionem, cùm illa possit dividi, ut voluerunt *Iaf. in l. manifestæ 38, nu. 8, ff. de iureiur. Capol. caut. 60,*

12 *num. 2.* Contrarium tamen dict. confessionem uti in connexis non posse pro parte acceptari, & pro parte respui uti verius tenuerunt *Surd. decis. 258. num. 4, & seq. & ibi Hodier. in prin.* limitans quando qualitas haberet præsumptionem contra se *Amat. decis. March. 82, numer. 3, & sequen. Michal. de posit. cap. 59, num. 5, & sequent. & Balth. Tomas. dict. tit. 19, numer. 2928. numer. 76.*

13 Advertendum etiam est ad declarationem supradicti statuti, quòd iuramentum litis decisivum non defertur super exceptionibus, quæ non admittuntur contra obligationem Cameralem, cùm illæ neque per iuramentum possint deduci, ut docent *Zachi. de oblig. Cam. quæst. 20, num. 9, & Rota apud Crescen. decis. 4, de iureiur.*

14 Qui autem respondit positionibus non tenetur subire iuramentum decisivum super eodem negocio, ad effugiendum periculum incidendi in periurium, vt latè comprobat *Ciriac. contrav. 38. per tot.*

15 Iuramentum supradictum præstatur etiam Iudæis secundum eorum ritus præstandum, quòd si Christiano deferat iurabit ad Sancta Dei Evangelia, non autem secundum ritus Iudæorum, ut declarant *Menoch. de arbitr. casu 189, num. 6, Carpa. ad stat. Mediol. d. cap. 100, num. 12, Caroc. de iuram. decis. quæst. 11, num. 4. Balth. Thomas. in d. tit. 19. n. 2777.*

16 In dicto tamen iuramento si quis falsum iuraverit, quod non possit puniri de periurio, sed solum Deum habeat ultorem tenuerunt *Boer. decis. 305, per tot.* ubi testatur de magis communi opinione *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 160. num. 55, & seq.* & alii plures relati per *Me in Resol. crim. in verb. Periurium. resol. unic. num. 2*, Contra-

17 riam tamen opinionem imò contra dict. peierantem in iuramento iudiciali uti veriorem, & in iudiciis practicatam latè tuetur *Caten. resol. 247. nu. 1, & seq.* & quamplures alii, quos retuli, & sequutus sum *Ego in d. verbo periurium, num. 1*, dicentes ita fuisse pluries iudicatum.

18 Addo pro complemento, quòd plura requiruntur, ut sit locus iuramento decisivo, & primò quòd res sit dubia, nec aliter veritas haberi possit, secundò Iudicis approbatio, tertiò præsentia partis, quartò ut principali à principali deferatur, non autem à Procuratore sine speciali mandato, quintò quòd in termino probatorio delatum sit, non autem eo elapso, sextò tactus scripturarum, septimò quòd certam notitiam rei habenti deferatur, & sic delatum sine conditione, & involucro verborum, & octavò quod illud deferens iuret de calumnia, ut latè comprobat *Balth. Tomas. in d. tom. 2, in tract. de tutor. & curat. tit. 19, numer. 2928, limit. 74, qui num. 2839, & pluribus sequent.* ponit quamplures casus, in quibus non est locus dict. iuramento, cum quo pertransit *Ciriac. controv. 37, num. 42, 43, & sequent.*

19 Quòd verò iurandum sit secundum formam partiti propositi, uti habetur in hoc statuto tradunt etiam post tex. in *l. iuramentum, quod ex conventione 17. & in l. ait prætor, 3, §. iurari autem, ff. de iureiur. Laur. decis. Avenion. 7, num. 2, Franc. March. decis. 865, num. 2, part. 1, Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 100, num. 70, & 88*, & declarat *Balth. Tomas. in d. tract. de tutor, &*

20 *curat. d. tit. 19, numer. 2851.* Requiritur tamen ad præstandum dictum iuramentum specialissimum mandatum *Balth. Tomas. d. tit. 19, num. 2862.*

ADDITIO.

21 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ extat expressè per *usaticum 1, tit. de provas*, provisum, quòd hoc iuramentum non sit probatio, sed revelatio ab onere probandi, & quòd à Iudice deferatur actori, sive reo, cui Iudex videbitur magis credendum, & iuramentum timuerit, ad quod iuramentum delatum præstandum partes cogi possunt, aut deferendum *Xammar. de officio Iudicis, & Advocat. quæst. 10, num. 102, part. 1, Hunni. Encycloped. iur. part.*

part. 2, tit. 14, cap. 1, num. 7, & meliùs
*cap. 10, num. 18, Ab Eccles. observ. Pede-
mont. lib. 1, obser. 68, num. 1, & seq. Vela
dissert. 22, num. 19, Hermosil. glos. 4, l. 10, tit.
1, part. 5, num. 373, Faria ad Covar. lib. 2,
cap. 13, nu. 7, Modern. Capucius in prax.
tom. 2. par. 2, art. 17, n. 252, & seq.*
22 Et ita pro certo, & magis communiter
tene, quod à sententia lata virtute iuramen-
ti præstiti à reo, vel actore de mutuo co-
rum consensu, vel altero deferente, non
datur appellatio; cùm à sententia lata vir-
tute iuramenti relati, quòd is cui fuit
spontè delatum, seu oblatum retulit oblatori
deferenti, & is iuravit non possit adesse gra-
vamen; ideò tunc non potest adversarius
appellare, ut *citatis Salgad. Ruginel. Pe-
gas. Borrel. & aliis* tradit *Altimar. de
nullitatib. rubr. 5, quæst. 34, num. 1, & seq.
Hermosil. glos. 4, leg. 10, tit. 1, part. 5. nu.
374, Hunni. ubi suprà d. tit. 14, cap. 10, n. 14.*
23 Istud iuramentum litis decisivum æqui-
paratur transactioni, & sententiæ transactæ
in rem iudicatam, cùm per eum à lite re-
cedatur, & liti finem imponatur, imò mul-
tò expeditius, quàm transactione, & sen-
tentia, *Vrceol. de transact. quæst. 4, num.
67, & seq. & quæst. 69, num. 4, Hermosil.
ubi proximè num. 383, Ab Eccles. d. obser.
68, num. 23, & 24, Hunni. d. tit. 14, cap. 2,
num. 1, & cap. 10, num. 1, & seq. Xammar.
de offi. Iud. & advocat. cap. 10, num. 101,
part. 1, Benkendor. ad Seraphin. de privil.
iuramen. addit. ad privil. 151, num. 1, & ad
privil. 152, num. 22, Berlich. conclus. iur.*
24 *part. 1, conclus. 29, à num. 1.* Quapropter
parit exceptionem rei iudicatæ, operatur-
que quòd via mera exequutiva procedatur,
*Vrceol. de transact. dict. quæst. 69. num. 4,
Hunni. d. cap. 10, nu. 6, Hermosil. d. glos. 4,
leg. 10, tit. 1, part. 5, n. 382,*
25 Vnde contra istud iuramentum non ad-
mittuntur probationes, nec sententia vir-
tute illius prolata revocatur propter in-
strumenta noviter reperta, *Vrceol. de tran-
sact. quæst. 93, num. 8, Hermosil. ubi proxi-
mè, num. 384, & seq. Hunni. dict. cap. 10,
num. 9, & 12, Ab Eccles. dict. obser. 68, nu.
21, & seq. Faria ad Covar. lib. 2, cap. 13, n.*
19 vidend. *novissimè Capuci. in prax. dict.
art. 17. num. 257. Tondut. quæst. civil. cap.
177, Benekendor, ubi suprà num. 2, Berlich.
conclu. iur. part. 1, conclu. 35, à num. 1, Ci-
riac. & Hodiern.* quos novissimè citat *Do-
ctissimus Emanuel. Alvarez Pegas ad lib.
1, Ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1, glos.*
26 *48, ad proœm. num. 25, pag. 52,* Neque
admittit probationem læsionis, ut *citatis
Larrea. Heping. & Merend.* tradit *dict.
Vrceol. de transact. quæst. 94, num. 4, &
seq.* quamvis contrarium teneat *Aibrici.
inter controver. Andreoli contro. 288, à
num 54, cum seq.* & eo citato *Vrceol. dict.
quæst. 94, num. 21.*
27 Hoc sanè iuramentum deferri non po-
test in causis matrimonialibus, ut *citatis
Valeron. Gratian. & Azon.* tradit *Vrceol.
de transact. quæst. 28, num. 40,* benè tamen
Hunni. dict. tit. 14, cap. 4, num. 4, dicit, id
procedere quando agitur de matrimonio
dissolvendo, non vero quando pro eo con-
firmando, vel probando, quod conformat
cum doctrina tradita a *Altimar. de nullita-
tibus rubr. 5, quæst. 34, num. 10,* tradente
in causis matrimonialibus posse appellari à
diffinitiva, etiam decisa per iuramentum.
28 Pariterque à delato legitimè recusatur
præstari, ac deferri in multis casibus, quos
refert *dict. Hunni. d. tit. 14, cap. 8, per tot.*
29 *& d. Ab Eccles. d. obser. 68.* Præcipuè si
intensio dicti recusantis est iam legitimè
probata, *Bonden. collect. legal. 4, num. 21,
Ab Eccles. d. obser. 68, num. 12, Quesada
Pilo contro. 24, nu, 33.*
30 Contra autem sic falsum iurantem, iux-
ta opinionem magis communem, potest ex
officio procedi criminaliter, *Ab Eccles.
dict. obser. 68, num. 25, & seq. Bonden. d.
collect. 4, num. 12.*
31 An autem, quæ personæ possint ipsum iu-
ramentum deferre, & referre, an in crimi-
nalibus, & apud quem Iudicem præstan-
dum, & quando recusare, & revocare, &
alia multa de hoc iuramento tradunt suprà
citati Doctores, & *Eminent. de Luca de iu-
diciis discurs. 25, num. 6, & seq. Xammar.
d. tract. part. 1, quæst. 18, num. 52, & seq.
Ab Eccles. obser. 62, num. 71, & 105,* præci-
puè *à num. 2, l. b. 1, Ursell. conclu. legal. 128,
à num. 399, Ciriac. contro. 37, & seq. Pel-
legrin. in prax. vicar. part. 2, sect. 3, subsect.
3, intersf. 16, Berlich. d. conclu. 29, per tot.* qui
tradunt concordantes, & materiam istam
tractantes.
32 Nota tamen quod hoc iuramentum re-
ferri non potest à Iudice actori, reo non
comparente, seu eo contumace, *Pegas.
resol. foren. cap. 2, num. 5, Quesada Pilo.
contr. 24, num. 20.*
33 Pariter scias, quòd non solum per hoc
iuramentum litis decisorium liberatur debi-
tor; verum & etiam fideiussor, ac extingun-
tur pignora, & hypothecæ suppositæ pro
obligatione supra quam est iuratum *Va-
leron. de transact. tit. 2, quæst. 8, num. 12,*
ubi *Hering. Salg. Barbos. & alios* citat.

DE

DE IVRAMENTO SVPPLETIVO.

Rubrica XIII.

ACtor, sive Reus, qui semiplenè suam intentionem probaverit, petere possit sibi deferri Iuramentum in Supplementum Probationis in causis non excedentibus summam quinquaginta librarum, quam dispositionem etiam Iudex, si Personarum qualitas id requirat, usque ad summam scutorum quinquaginta, & non ulterius, extendere possit, Nisi fuerit plusquàm semiplenè probatum; tunc enim etiam in Maiori summa, iuxtà Iuris Communis dispositionem, attenta qualitate personarum tale Iuramentum à Iudice deferatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum suppletorium non defertur sine semiplena probatione.*

Et ideò non defertur ex testimonio unius testis non idonei, num. 2,

Itaut quod testis sit idoneus debeat probari, num. 3,

Et duo testes non omni exceptione maiores, non faciunt semiplenam probationem, num. 4,

Neque illam faciunt duo testes singulares, num. 5,

Quando singularitas est obstativa, aliàs secùs, num. 6,

Licet illud dari ex testimonio mulieris, voluerunt aliqui, num. 7,

8 *Iuramentum suppletorium non datur ei, qui non est omni exceptione maior.*

9 *Iuramentum suppletorium non defertur Iudeo.*

Neque defertur bastardo, nisi sit valdè dignus, num. 10,

Neque defertur periuro, num. 11.

Neque defertur rustico, num. 12,

13 *Iuramentum suppletorium non defertur in causa civili gravi.*

Neque in causis arduis, & matrimonialibus, num. 27,

Nisi esset plusquam semiplenè probatum, num. 14,

15 *Iuramentum suppletorium peti non potest post conclusum in causa.*

16 *Iuramentum suppletorium datur in causa appellationis.*

17 *Iuramentum suppletorium non datur haredi super facto defuncti.*

Nisi hares de eo sit informatus, n. 18,

19 *Iuramentum suppletorium quando defertur requiritur citatio partis.*

Et illud est prastandum in continenti, vel infra decem dies, num. 20,

21 *Iuramentum suppletorium non defertur, nisi habenti veram scientiam rei.*

22 *Iuramentum suppletorium defertur Syndico, Oeconomo, Tutori, & simil.*

23 *Iuramentum suppletorium non datur non petenti.*

Et ut illud detur plura requiruntur, num. 24,

25 *Appellare licet à sententia deferente iuramentum suppletorium, non tamen à delatione illius.*

26 *Iuramentum suppletorium postquam prastitum est non revocatur novis probationibus.*

28 *Iuramentum suppletorium non defertur in Causis contentionum, & competentiarum.*

29 *Iuramenti suppletorii materia à quibus tractatur.*

30 *Iuramentum suppletorium non defertur ad probationis valoris in iudicio, l. 2, Cod. de rescind. vend.*

ANNOTATIO.

1 JVramentum suppletorium cùm deferri non possit sine semiplena probatione, uti habetur in hoc statuto, & tradunt *Bart. Ias. Rom. & alii Doctores communiter in l. admonendi, 31, ff. de iureiur.* & alii relati per *Balth. Tomas. in suis tract. variar. 10. 2, in tract. de tutor. & curat. tit. 19, num.*
2 *2527, & num. 2684.* Ideò illud deferri non potest ex testimonio unius testis qui non sit integer, & omni exceptione maior, *Rolan. cons. 50, num. 22, lib. 2, Ceph. cons. 225, nu. 52, lib. 2, & Balth. Tomas. d. tit. 19, num. 2564, & num. 2631,* ubi dat concordantes.
3 Itaut quod dicti testis sit integer, & omni

exce-

exceptione maior debeat capitulari, & probari, ut voluerunt *Caph. d. conf. 225, num. 53, Parif. conf. 83, num. 21, lib. 1, Scapuc. de Salvian. lib. 1, quaest. 30, num. 6*, ubi plures dat concordantes, *& Balth. Tomaf. in d. tit. 19, num. 2564*, ubi testatur de communi opinione, licet aliquos contrarium
4 tenentes referat. Et duo testes non omni exceptione maiores non facere semiplenam probationem, ut sit locus iuramento suppletorio post *Io. de Amic. Caccialup. Gabr. & Peguer.* per eum relatos tradit uti verius *Cancer. variar. resol. part. 2, cap. 8, n.*
5 *31.* Nequè quando testes sunt singulares, cùm plures testes singulares non probent semiplenè, *Ludov. decis. Perus. 9, per tot. part. 1, Mascar. de prob. conclus. 955. num. 20, vol. 2*, & alii plures, quos refert, & se-
6 quitur *Cancer. d. cap. 2, num. 32.* Si tamen singularitas sit obstativa, secùs si cumulativa, ut declarant *Balth. Tomaf. in d. tit. 19, num. 2646*, ubi dat concordantes, *& Can-*
7 *cer. d. cap. 8, num. 35.* Licet illud dari ex testimonio mulieris, voluerit *Ciriac. controvers. 623, num. 3, ex Tiraq. de legib. connub. lege 9, sub num. 74*, ubi de veriori opinione testatur.

8 Iuramentum autem in supplementum, non defertur, nisi pars, cui illud est deferendum, sit legalis, & omni exceptione maior, *Menoch. de arbit. casu 190, num. 12, Seraph. de privil. iuram. privil. 33, post num. 114*, dicens tamen id relinqui arbitrio Iudicis, *Mascar. de prob. concl. 956, nu. 66, & seq. lib. 2, Balth. Tomaf. d. tit. 19, num.*
9 2618. Et ideo illud non defertur Iudaeo, *Menoch. de arbitr. d. casu 190, num. 15, Caph. conf. 125, num. 14, lib. 1, Adden. ad Pattel. exped. 66, nu. 19.* Quando tamen litigat cum Christiano, secùs si inter Iudaeos, *Adden. ad Pattell. ubi suprà.* Nequè dict.
10 iuramentum est deferendum bastardo, nisi sit valdè dignus *Franc. Becc. conf. 195, in*
11 *fin. lib. 2.* Neque defertur periuro cùm de facili deierare possit, ut post *Cuma. Roman.* & alios per eum relatos probat *Balth.*
12 *Tomaf. in d. tit. 19, num. 2624*, Neque pariter defertur rustico, *Menoch. de arbitr. d. casu 190, num. 16*, ubi dicit esse considerandam qualitatem rustici, & personae, cui iuramentum est deferendum, *& Balth. Tomaf. in dict. tit. 19, num. 2748, num. 147*, ubi idem dicit de muliere, nisi plusquam semiplenè probasset, ut ibi per eum, & quamplures personas, quibus dictum iuramentum non est deferendum recenset latè idem, *Balth. Tomaf. in dict. tit. 19, nu. 2631, & pluribus sequen.*

13 Quod verò iuramentum suppletorium dari non possit in causa civili gravi, ut habetur etiam dispositum in hoc statuto tradunt *Maran. in prac. par. 6, de iuram. nu. 7, Menoch. de arbitr. d. casu 190, num. 17, Cancer. var. resol. part. 2, cap. 8, num. 4, & Balth. Tomaf. in d. tract. de tutor. &*
14 *curat. tit. 19, nu. 2557.* Si tamen plusquam semiplenè probatum sit illud dari etiam in causis magnis, & persona iurare volens sit valdè honesta, ut disponitur in hoc statuto tradunt etiam *Surd. conf. 12, num. 56, vol. 1, Cancer. var. resol. d. cap. 8. num. 4, Grat. discept. foren. cap. 144, num. 41, lib. 1*, & alii plures, quos refert, & sequitur *Balth. Tomaf. in d. tit. 19, num. 2530, & num. 2558*, in quibus locis dat exempla, & dicit, Iudicis arbitrio relinqui quando causa dicatur magna, vel parva, ut ibi per eum.

15 Et dict. iuramentum peti non potest post conclusum in causa, licet ante petitum possit illud praestari, nisi Iudex ex officio arbitratus sit illud esse praestandum, ut not. *Maran. in pract. part. 6, distinct. 15, num. 4, Gratian. decis. March. 36, num. 11, & 12, Mascar. de probat. concl. 354, num. 54, & concl. 957, num. 55. vol. 1*, & alii plures, quos refert, & sequitur *Balth. Tomaf. dict. tit. 19, num. 2533, & num. 2677, Cancer. d. part. 2, cap. 8, num 10*, cum quibus pertransit *Asin. in pract. §, 3, cap. 17, num. 4. & §, 32, limit. 19, nec non Paitell. exped. civil. 6, num. 3*, licet hoc non procedat ex rationabili causa uti in causis summariis, *Grat. dict. decis. 36, num 12. Balth. Thomaf. in d. tit. 19, num. 2679*, ubi alios adducit ita sentientes.

16 Datur tamen in causa appellationis, ut docent *Capic. dec. 35, nu. 4, & 5, Masc. de probat. d. concl. 957, num. 54, vol. 2, Balt. Tomaf. in d. tit. 19, num. 2552, ampl. 44*, cum quibus pertranseunt *Gratian. d. decis. March. 36, num. 8*, benè comprobans, *& Cancer. var. resol. d part. 2, cap. 8, num. 36*, si fuit petitum, ut ibi per eum, sic *num. 14.*

17 Dictum autem iuramentum suppletorium non est deferendum haeredi super facto defuncti, cùm ipse deo praesumatur habere ignorantiam, *Menoch. de arbitr. d. casu 190, num. 5, Thesa. quaest. foren. 5, num. 5, lib. 4, Balth. Tomaf. in dict. tit. 19, num. 2536*, & clariùs *num 2572, Grat. discept. fo-*
18 *ren. cap. 537, num. 9, part. 3.* Quod tamen non habet locum quando, haeres est de eo verisimiliter informatus, ut quia cum defuncto habitavit, ut not. *Franc. Becc. conf. 47, num. 19, & sequent. lib. 1*, qui testatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr.*

dict.

dict. casu 190, num. 9, Hend cons. 80, nu. 59. vol. 2, Mascard. de probat. conclu. 956, nu. 64, lib. 2, Balth. Tomas. d. tit. 19, num. 2574, & sequent. ubi ampliat præcipuè in filio, Costa de fact. scien. & igner. inspect. 74, num. 2, part. 1.

19 Quando verò defertur dict. iuramentum suppletorium requiritur citatio partis, aliàs non valet, ut not. Maran. in pract. part. 6, in 9. actu, n. 11, & seq. Gail. pract. obseru. lib. 1, obseru. 108, n. 8, & Ciriac. controv. 520,

20 num. 10. Itaut si Iudex declaret, esse locū iuramento suppletivo illud sit subeundum in continenti, vel saltem infra decem dies citata parte, ut declarat Ciriac. d. controv. 520, num. 8, & seq.

21 Addo prædictis, quòd d. iuramentum suppletorium non defertur, nisi ei, qui habet veram scientiam negocii per sensum corporis, Costa de iur. & fact. scien. cent. 1, dist. 99, num. 15, & cent. 2, distin. 25, num. 6, & remed. subsid. 97, num. 4, Masc. de prob. conclus. 956, num. 61, & seq. vol. 2, Ciriac. controv. 27, num. 12.

22 Sicuti etiam non est omittendum, iuramentum prædictum esse deferendum non solum litiganti nomine proprio, sed etiam alieno putà syndico pro Universitate, OEconomo, vel Rectori pro Ecclesia, Tutori pro pupillo, Curatori pro adulto Procuratori speciale mandatum habenti, Curatori pro lite, ut tradunt Plot. Phanuc. Jas. Hiero. de Monte, & alii, quos refert, & sequitur Balth. Tomas. in d. tit. 19, nu. 2552, ampl. 33, ubi dicit, hoc procedere si sint informati, aliàs secùs, ut ibi per eum.

23 Non datur tamen dict. iuramentum regulariter non petenti, Gail. d. observ. 108, num. 3, lib. 1, Capic. d. decis. 35, num. 3, ubi testatur de magis communi opinione, plenè Balth. Tomas. in d. tit. 19, nu. 2553, ubi dicit, sufficere clausulam in libello Petens sibi ius, & iustitiam, &c. & aliquando posse deferri à Iudice ex officio etiam post conclusionem in causa, ut ibi per eum, & dixi suprà, num. . . .

24 Conclude iuramento prædicto non esse locum, nisi primò concurrente semiplena probatione per unum testem omni exceptione maiorem, secundò, quòd iurans habeat scientiam negocii per sensum corporis, tertiò, quòd iurans sit persona honesta, & bonæ vitæ, quartò, quòd causa non sit magna, quintò, quòd probatio semiplena in aliquo non sit elisa, & sextò, quòd iuramentum fuerit petitum ante conclusionem in causa, quæ omnia latè prosequitur Balth. Tomas. in d. tract. de tutor. & curat. tit. 19, num. 2693. ipsum consulas.

ADDITIO.

25 A sententia lata virtute huius Iuramenti suppletorii, sive necessarii datur appellatio, & ita ab interlocutoria Iudicis tale iuramentum in defectum probationum deferentis, Escobar. à Corre de puritat. & nobilit. part. 2, art. 4, §. 1, num. 68, & seq. Altimar. de nullitatib. d. rubr. 5, quæst. 34, num. 14, 16, & 18, ubi Salgad. & alios citat Berlich. conclu. iur. part. 1, conclu. 53, à num. 70, non tamen à delatione talis iuramenti in exequutionem probationis, Salgad. & alii citati à d. Altimar. d. n. 16.

26 Iuramentum hoc suppletivum postquam delatum, & præstitum est, amplius non revocatur, nec rescinditur, etiam novis testibus repertis, sed solum causa instrumentorum noviter repertorum, Hunni. Encycloped. iur. part. 2, tit. 13, cap. 5, num. 4, & seq. Hermosil. glos. 4, leg. 10, tit. 1, part. 5, num. 414, & seq. Berlich. ubi supr. num. 74. & quod contra iuramentum suppletorium admittantur probationes in contrarium tradit novissimè Borgia. investigatio. contra Fabr. p. 4, lib. 16, cap. 20, num. 7.

27 Istud in causis arduis, & matrimonialibus non admittitur, ut præter Conciol. hic num. 13, tradit pluribus citatis Scoppa ad decis. Gratian. obser. 36, num. 27, & in terminis causarum matrimonialium Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2. defens. 4, cap. 28, num. 27. Hunni. dict. tit. 13, cap. 2. nu. 7. ubi limitationes, & intelligentiam huius conclusionis tradit, videndi quos citat Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuram. ad privil. 28, num. fin. & ad privil. 33, num. 20, & seq. maximè num. 101, Berlich. concl. iur. part. 1, conclus. 54, num. 14.

28 Neque coram Cancellario competentiarum locum habet hoc iuramentum in supplementum probationum noster Meritissimus, ac Nobilis Regens Cortiada decis. 28, num. 101, Francesc. de compet. q. 70. n. 10.

29 Itaque super materiam hanc uti trivialem à nullo ex Doctoribus prætermissam, parum me detineam, quapropter quæ requisita ad hoc, ut huic iuramento sit locus requirantur, per quas personas, & quibus possit deferri, in quibus causis, & quos effectus pariat, omnia hæc, & alia habebis à Doctoribus citatis à dict. Scoppa in dict. obser. 36, ad decis. Gratian. per tot. Hermosil. dict. glos. 4, leg. 10. tit. 1, part. 5, à num. 411, Cancer. var. 2, cap. 8, ferè per tot. Xammar. de offi. Iud. & Advocat. part. 1, quæst.

quaest. 9, num. 97, 156, & seq. & quaest. 10, à num. 96, Ripoll. ad Peguer. in prax. rubr. 14, num. 141, Brilla ad Consuetud. Neapol. tit. 26, cap. 1, num. 19, & seqq. vide Eminen. de Luca de iudiciis discurs. 25, num. 10, & Citatos per Doctissimum Pegas Resol. forens. cap. 2, num. 61, Carol. Rota pract. conclus. conclu. 24, per tot. Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quaest. 27, num. 2, & seq. ubi tradit, an Iudex ex officio eum deferre possit, latissimè *Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramen. privil. 31, à num. 51, & Seraphin. privil. 33, per tot. & ibi dict. Benekendor.* cum totali extensione, & copia Doctorum, *Berlich. conclus. iur. part. 1, conclu. 53, & 54. per tot.* ubi latissimè.

30 Vnum nota, quòd istud iuramentum suppletorium ad probandum pretium, & læsionem in remedio, *leg. 2, Cod. de rescind. vend.* non admittitur, quia valor rei melius ab aliis, quàm à domino scire præsumitur, cùm plerumque propter affectionem pluris eas æstiment, quàm valent, *Faria ad Covar. lib. 2, cap. 3, num. 23, Benekendor. ubi suprà num. 138.*

DE SATISDATIONE DANDA PER FORENSES, & de iure eis reddendo.

Rubrica XIV.

Forensis, sive eius Procurator contra Civem, vel Districtualem ad agendum non admittatur, nisi primò idoneè satisdederit de reficiendis expensis in casum succumbentiæ; vel si Satisdatorem Iudicis arbitrio non invenerit, iuratoriam Cautionem præstet, cum pœnali promissione, & obligatione bonorum suorum: Quod si reconveniatur omnino satisdare cogatur, dummodo talis reconventio eodem Iudicis arbitrio affectata non sit, & proposita ad excludendum Forensem à privilegio iuratoriæ cautionis: Idemque Ius reddatur Forensibus, quod Civibus Eugubinis in eorum causis reddi, & servari solet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd forenses caveant de reficiendis expensis est ordinatorium, & ita ligat Clericos, & num. 18,*

Et loquens de conventione habet locum in reconventione, num. 2,

3 *Forensis agens tenetur cavere de reficiendis expensis.*

Et si non potest cavere admittitur ad cautionem iuratoriam, num. 4, & 20.

5 *Verba idoneè satisdederit quid importent.*

6 *Impotentia inveniendi fideiussorem probatur iuramento.*

7 *Forensis dicitur qui est de alia civitate utente diversis legibus.*

Et qui in loco non est natus, nec habet familiam, num. 8,

9 *Cautio de reficiendis expensis per forensem non sufficit, quòd offeratur, sed est effectualiter præstanda.*

10 *Cautio pro expensis requiritur pro forma.*

Et est præstanda licet non petatur, n. 11,

Aliter omnia gesta sunt nulla, n. 12,

Intellige ut num. 13,

14 *Cautio pro expensis an sit præstanda in causis summariis.*

15 *Cautio pro expensis ubi non requiritur pro forma est à parte petenda, & ante litem contestatam.*

16 *Cautio pro expensis hodiè parum practicatur, tam iure communi inspecto, quàm consuetudinario Gerundæ.*

17 *Clerici pro rebus Ecclesiæ cautionem pro expensis non debent præstare.*

19 *Fideiussores pro cautione de reficiendis expensis debent esse de iurisdictione Iudicis, & loci iudicii.*

21 *Cautio de reficiendis expensis an sit præstanda à forensibus possidentibus immobilia in territorio.*

22 *Statutum mandans idem ius reddi forensibus, ac civibus procedit in decisoriis.*

Et in Cathalonia pariter in ordinatoriis, n. 23,

ANNOTATIO.

1 Hoc statutum compellens forenses de fideiubendo de reficiendis expensis est

est ordinatorium, & ligat ideo etiam Eccle-
siasticos agentes, ut tradunt Carpa. ad stat.
Mediol. lib. 1, cap. 44, num. 7, Ciriac. con-
trov. 144, in princ. & Andreol. controv.
432, num. 1, & seq. ubi quamplures dat
concordantes, ubi dicit, illum peti posse
in qualibet parte iudicii dum statutum de-
negat audientiam, ut videtur facere statu-
2 tum nostrum, dum prohibet, forensem
non admitti ad agendum, & hoc statutum
loquens de conventione hab. re locum
etiam in reconventione, uti loquitur, latè
comprobat Andreol. dict. controv. 432, nu.
5, & sequen.

3 Quod verò forensis non suppositus, &
non possidens bona in loco iudicii teneatur
cavere, sive agat, sive conveniatur de refi-
ciendis expensis, uti disponitur in hoc sta-
tuto scribunt Card. Tusch. pract. conclus. li-
tera C, concl. 168, num. 3, plenè Carpan. ad
stat. Mediol. lib. 1, cap. 44, num. 1, & seq.
& sentit Pir. Maur. de fideius. part. 1, sect.
4 3, cap. 25, num. 21, & quòd si non potest
cavere admittatur ad iuratoriam cautionem,
uti pariter habetur in hoc statuto not. Alex.
cons. 57. num. 8, lib. 3, Bertr. cons. 103, nu.
13, & cons. 154, num. 8, part. 1, lib. 2, quos
refert, & sequitur Card. Tusch. pract. con-
clus. litera C, concln. 175, n. 13.

5 Verba illa in statuto apposita Idoneè satis-
dederit, important, quòd fideiussor habeat
tantum in bonis quantum importare pos-
sunt expensæ reficiendæ per forensem in ca-
su succumbentiæ, ut not. Borgn. de tutor.
& curat. num. 192, & Carpa. ad stat. Me-
diol. lib. 1, cap. 44, num. 17, licet num. 20,
dicat id remitti arbitrio Iudicis satisdare
enim est propriè promittere cum fideius-
sore, l. sancimus 3, C. de verb. signif. l. 61,
ff qui satisd. coga. & not. Pir. Maur. de
fideius. part. 1, sect. 1, cap. 8, in prin. maxi-
mè stante illo verbo Idoneè, ut in fortiori-
bus terminis tradit idem Pir. Maur. in
dict. cap. 8, num. 11, ubi dat concordantes,
non dicitur tamen idonea mulier, Carpan.
d. cap. 44, num. 29.

6 Impotentia verò non inveniendi fideius-
sorem probari potest iuramento forensis, ut
docent Carpa. ad d. cap. 44, num. 56, &
57, Cotta in memorab. in verbo Iuramen-
tum, Surd. decis. 141. num. 7, & 11, & Pir.
Maur. de fideius. part. 1, sect. 3, cap. 25,
num. 4, qui tamen num. 52, subdit, esse
etiam probandum fecisse diligentias de in-
veniendo fideiussorem, & illum non inve-
nisse, & quamplures adducit ita sentientes.

7 Forensis autem dicitur qui est de alio
loco, & Civitate utente diversis legibus, &
statutis, licet si de eodem dominio, Corn.
cons. 106, col. 1, & 2, vol. 3, Decian. cons.
33, num. 37, lib. 1, Masc. de gener. stat.
8 Interp. conclu. 6, num. 212. Et qui in illo
loco non est natus, & ibi non habet fami-
liam, nequè domicilium proprium, Castro.
cons. 89, num. 3, vol. 2, Deci. cons. 352, nu.
4, & 5, Bursat. cons. 55, num. 2, vol. 1,
quos referendo sequitur Carpa. ad statu.
Mediol. lib. 2, cap. 438, num. 1.

9 Quæ quidem cautio non sufficit, quòd
per forensem offeratur, ut possit agere, sed
necesse est, quòd illa cum effectu præstetur,
ut not. Alex. cons. 21, num. 6, lib 1, Deci.
cons. 275, num. 2, versic. retenta, &c. &
Carpan. ad statut. Mediolan. dict. cap. 44,
numer. 60, benè comprobans.

ADDITIO.

10 Ista cautio pro expensis præstan'a per fo-
rensem, ex quo statutum loquitur per
verba non admittatur, & per dictionem ni-
si, pro forma desideratur, Bonden. collect.
legal. 8, num. 97, & seq maximè num. 103,
11 & seq. & ita est præstanda, licet à partibus
non petatur Bonden. d. collect. legal. 8, dict.
num. 103, 106, & seq. Ciriac. controv. 464,
12 num. 1, & seq. aliter omnia gesta per Iudi-
cem, & partem essent ipso iure nulla, Ci-
riac. dict. controver. 464, num. 4, & seq.
13 quamvis, si non sit petita, & statutum non
procedat irritando, contrarium censeo, pro
ut ita censet Sceppa. ad decis. Gratian. ob-
serv. 202, nu. 1, & seq. & Rovit. ad pragm.
de prævent. moderand. n. 4.

14 An autem ista cautio requisita in nostro
statuto sit præstanda in causis summariis, &
exequutivis, tractat extensè pluribus citatis
d. Bonden. d. collect. 8, à n. 118. ad fin.

15 Tamen si prædicta cautio non esset præ-
standa ita pro forma virtute alicuius statuti,
sed solius iuris dispositionis, esset à parte pe-
tenda, & opponenda ante litis contestatio-
nem dilatoriè litis ingressum impediendo,
Ciriac. d. controv. 464, num. 2, Ab Eccles.
obser. 41, num. 5, lib. 1, Pellegrin. in prax.
vicar. part. 2, sect. 1, subsect. 6, invers. 3,
num. 3, & seq.

16 Hodiè inspecto iure communi hæc cau-
tio in desuetudinem abiit, & penè in Cu-
riis stilatur Ab Eccles. d. obser. 41, num. 7,
Marta de iurisdict. part. 4, cas. 160, num. 1.
& seq. Eminen. de Luca. de iudiciis discur.
13, num. 1. Et non solum ista requisita de
iure communi, in usu non est, sed neque
requisita á Consuetud. ult. tit. de iudiciis, &
firmis iuris, nostratum consuetudinum scri-
ptarum huius Diœcesis Gerund. practicatur.

17 Nota unum, quòd in dicta *consuetudine unica*, est expressè stabilitum, quod a dicta cautione præstanda excusentur Clerici pro rebus Ecclesiæ, & suorum beneficiorum, ad quod sensum possunt accommodari doctrinæ traditæ à *Barbos. in cod. tit. de Episcop. & Cler. in auth. generaliter num. 2, & Marta. d. cas. 160, num. 3, & seq.* dicentibus etiam stante statuto ad dictam cautionem præstandam nō teneri Clericos, & Ecclesiasticas personas, ad quod vide *Rovit. ad prag. 1, de expensis, n. 1. Sperel. & alios citatos per Sabell. in summa diverf. tractat. §. Clericus, num. 25,*

18 Tamen non discedas à Doctrina tradita hic à nostro *Conciolo num.1*, ex quo est certum statutum laicorum ligare Clericos, & Ecclesiasticas personas quoad ordinatoria iudiciorum, ut pluribus citatis tenet *Doctissimus Pelaia decis. canon. lib, 1, decis. 11, num. 117.*

19 Isti sanè fideiussores dandi pro dicta cautione requisita à nostro statuto, debent subesse iurisdictioni Magistratus, seu Iudicis, sub cuius iurisdictione litigatur, & facilè conveniri, non autem qui per potentiam, authoritatem, seu privilegium fori, conveniri difficiles sunt, *Hunni. Encycloped. iur. part.2, tit. 8, cap. 8, num. 4, & 5,*

20 Quod satisdare debentes admittantur ad iuratoriam cautionem si fideiussores non invenerint tradunt *Ab Eccles. dict. obser. 41, nu. 13. Barbos. in authen. generaliter, Cod. de Episcop. & Cleric. num. 7, Hunni. dict. cap. 8, num. 11, Fontanell. decis. 236, num. 3, & seq.* & in terminis statuti nostri tradit latissimè *Benekendor. ad Seraphin. de privil. iuramen. ad privil. 18, per tot. maximè num. 3, & seq.*

21 Et an possidentes immobilia in loco iudicii debeant hanc cautionem præstare, ad hanc conclusionem perpendendam consule *dict. Bonden. d. collect. 8, à num.111, Hunni. d.cap. 8, num. 6, & seq Ab Eccles. dict. obser. 41, num.3, Ciarlin. controv. foren. lib. 1, cap. 73, num. 3, & seq.* ubi plura de materia nostri statuti, & latissimè *Berlich.conclus. iur. part. 1, conclus. 20, num. 4, & ferè per tot.*

22 Istud statutum mandans idem ius reddi forensibus, quod civibus, procedit etiam in decisoriis, & circa ea *Ciriac. contro. 292. à num. 46,* præcipuè *num. 50, & seq. &*
23 *controv. 450, num. 50.* & in ordinatoriis per iura nostræ Patriæ extat provisum, ut causæ forensium summariè, & de plano tractentur *Ripoll. ad prax. Pegner. rubr. 14, num. 114, & seq.*

DE RECONVENTIONE.

Rubrica XV.

Reus si ante litis contestationem, vel etiam statim post ipsam contestatam, tàm in Ordinariis, quàm in Summariis causis (ubi de iure Reconventio fieri potest) Actorem reconvenerit, in utraque causa, si eiusdem sit naturæ, pari passu procedatur, & Dilationes datæ in una, currant in alia, & utraque Causa una, eadémque Sententia, prout iustum fuerit, terminetur.

SUMMARIUM.

1 *Iudicium reconventionale est in quo deducitur secunda conventio ex parte rei.*

2 *Reconventio fieri potest in qualibet parte iudicii ad porrogandam iurisdictionem.*
Secus quo ad effectum simultanei processus, num. 3,
Non tamen in Cathalonia, num. 17,
Nisi ea opposita pars non contradicat, num. 18,

4 *Conventio debet pari passu ambulare cum reconventione.*
Declarat, ut num. 5,

6 *Reconventio facit quod quis sortiatur forum Iudicis non sui.*
Non habet tamen effectum porrogativum quando fit coram Iudice incompetente, num. 7,
Licet alii contrarium teneant, num.8, & num. 21,
Nisi Index sit incapax respectu qualitatis causæ, num. 22,

9 *Reconventio fieri non potest in causa appellationis, & num. 27,*
Neque post sententiam, num 10,

11 *Re-*

11 *Reconventio non retardat executionem obligationis cameralis.*

Intellige ut num. 23,

Benè tamen admittitur ad effectum porregandi iurisdictionem, num. 24,

12 *Sententia est ferenda super conventione, & reconventione.*

Contrarium quòd sententia valeat, licet detur appellatio, num. 13, & 33,

14 *Conventionis causa si est inappellabilis idem est in causa reconventionis.*

Et perempta instantia in causa conventionis perit in causa reconventionis, n. 15,

16 *Reconventio est permissa regulariter in omnibus causis.*

Et coram omnibus Iudicibus, & sic coram Arbitris necessariis, nu. 25,

Non tamen quando quid incidens, & particulare eis committitur, n. 26,

Et etiam coram Iudicibus delegatis ad Universitatem causarum, num. 28,

Non verò si ex motu proprio fuerint delegati, num. 29,

19 *Reconventio auget in Cathalonia salariũ Iudicis.*

Non tamen qualitatem causæ ad faciendum eam evocabilem, num. 20,

30 *Reconventio ut legitimè procedat, cui sit intimanda.*

31 *Reconventio non admittitur in iudicio manutentionis.*

32 *Clericus conveniens laicum super possessorio, potest reconveniri super proprietate.*

34 *Reconventio non procedit contra agentem nomine alieno.*

ANNOTATIO.

1 IVdicium recouventionale est illud, in
quo deducitur secunda conventio, quæ
fit ex adverso per reum contra actorem, *l.
cùm Papinianus, 14, C. de senten. & inter.
omn. Iudi. Maran. in prax. in 6, distin.
Iud. num. 1, Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap.
67, num. 1.*
2 Reconventio autem fieri potest in quali-
bet parte iudicii usque ad sententiam de
iure canonico, quò ad effectum prorogan-
di iurisdictionem, *Giurb. decis. 74, num. 3,
Fenzon. ad stat. Vrb. dict. cap. 67, num. 35.
Carleval. de iudic. lib. 1, tit. 2, disput. 7, nu.
4, & 5.* ubi alios adducit concordantes, &
3 testatur de communi opinione, Non autem
ut in ea fiat simultaneus processus, & ea-
dem sententia terminetur, quia ad dictum
effectum reconventio est facienda ante li-
tem contestatam, vel saltem statim post,
uti habetur in hoc statuto, ut declarant
*Giurba d. decis. 74, num. 3, vers. Non au-
tem, &c. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 67,
num. 5, & seq. & Carleval. de iudic. lib. 1,
tit. 2, disput. 7, num. 4,* qui alios adducunt
ita sentientes, & ita intelligo *D. Pilaia.
Advoc. Roman. decis. Pontif, lib. 1, decis. 11,
num. 79.*
4 De natura verò reconventionis est, quòd
illa pari passu ambulet cum conventione,
& sic fiat in eis simultaneus processus, *Ma-
ran. in prax. part. 4, distin. 6, nu. 7, Vinc.
de Franch. decis. 193, num. 15, & Carleval.
de iudic. d. disput. 7, num. 3,* ubi dat con-
5 cordantes, Quod tamen non habet locum
quando conventio celeritatem desiderat,
quia tunc prius deciditur super illa, & è
contra si reconventio celeritatem desiderat,
prius deciditur super illa, & posteà super
conventione, ut declarant *Maran. in d.
distin. 6, num. 36, usque ad 41, Hond. cons.
21, num. 27, & seq. vol. 1, Giurb. d. decis. 74.
in princ Gargiar. Iun. cons. 26, num. 3, lib. 1,
& Carleval. de iudic. d. disput. 7, num. 9,*
ubi dat concordantes quamplures.
6 Per reconventionem autem quis sortitur
forum Iudicis non sui, quia coram Iudice
non suo potest quis reconveniri, *auth.
& consequenter, & ibi Doct. communiter
C. de senten. & interl. omn. Iud. cap. 1, &
2, & ibi Canonista communiter de mut. pe-
tit. Io. de Amic. cons. 70, num. 15, Hond.*
7 *cons. 21, in prin. lib. 1.* Reconventio autem nõ
habet effectum prorogativum iurisdictio-
nis quando fit coram Iudice incompetente
respectu causæ post litem contestatam ex
intervallo, & adversarius non consentit, ut
not. *Io. Andr. Card. Butri. Abb. & alii
in d. cap. 1, de mutu. petit.* & benè declarat
Hond. d. cons. 21, numer. 12, & 13, lib. 1,
8 licet contrariam opinionem tueantur latè
comprobando *Merlin. Pignat. controv. fo-
ren. cap. 23, ferè per tot.* dicens *num. 23,* ita
fuisse in Sacro Consilio iudicatum, *& Car-
leval. de iudic. d. disput. 7, num. 5.* ubi dat
concordantes.
9 Reconventionem autem fieri non posse
in causa appellationis voluerunt *Fenzon. ad
stat. Vrb. d. cap. 67, num. 20, Scacc. de ap-
pellat. quæst. 11, num. 31,* ubi affert limita-
tiones, & dat concordantes, *Hond. d. cons.
21, num. 14, vol. 1, Pereg. decis. 142, num.
18, & Carleval. de iudic. lib. 1, tit. 2, dict.*
10 *disput. 7, num. 8.* Neque post sententiam,
*Abb. in cap. 1, num. 12, de mutu. petit. De-
cian. cons. 99, num. 2. vol. 3, Merlin. Pi-
gnatel. contro. foren. cent. 2, cap. 23, n. 25.*
11 Reconventio verò non retardat execu-
tionem obligationis Cameralis, secundum

Gallesf. de oblig. camer. quaest. 18, num. 11,
Zachs. in dict. quaest. 18, num. 30, ver. tan-
to, &c. Fenzo. ad stat. Urb. dict. cap. 67,
num. 21, & seq. Carleval. de iudi. d. disput.
7, num. 9, & Rota apud Zachi. ubi suprà
decis. 32, num. 12. Vtrum verò dict. con-
clusio habeat locum etiam quando recon-
ventio est executiva declarat Carleval. dict.
quaest. 7, num. 10, & seq. ipsum consulas,
12 Sententia autem est ferenda per Iudicem
tam super conventione, quàm super recon-
ventione, si reconventio est petita fieri si-
multaneo processu, aliàs sententia sit nulla,
ut not. Bart. Mising. Maran. Vanii.
Muscatell. Carpan. & alii relati per Giurb.
13 decis. 2. num. 3, & 4. Contrarium tamen,
quod si Iudex eodem iudicio non decidat
causam conventionis, & reconventionis sen-
tentia tamen sit valida, & solum compete-
re appellationem tenent Giurb. d. decis. 2,
num. 10. ubi dicit, ita fuisse iudicatum, &
Fenzon. in d. cap. 67, num. 16, & eo magis
si de reconventione non liqueret, An-
dreol. controv. 188. num. 2, & Iudicem pos-
se decidere super reconventione etiam si à
causa conventionis sit appellatum voluerunt
Giurba decis. 3, per tot. ubi dat concordan-
tes, & Fenzon. ad d. cap. 67, n. 36.
14 Conventionis causa si est inappellabilis,
neque poterit appellari in causa reconven-
tionis, cap. 2, de mut. petit. Scacc. de ap-
pellat. quaest. 17, limit. 7, sub num. 23. Lan-
cellot. de atten. part. 2, cap. 12, limit. 8,
num. 53, Giurb. decis. 3, num. 1, & seq.
Cùm reconventio assumat naturam causae
principalis, Giurb. d. decis. 3, num. 2, ubi
15 dat concordantes, Et perempta instantia
in causa conventionis perit etiam in causa
reconventionis, ut post Anun. Muscat.
Card. Tusch. & Trentacinq. per eum rela-
tos probat Giurb. d. decis. 3, num. 5, cum
quo pertransit Fenzo. ad stat. Vrb. d. cap.
67. num. 33, ubi declarat non procedere
quo ad probationes faciendas, ut ibi per
eum.
Nota tamen ad declarationem illorum
verborum statuti, Ubi de iure reconventio
16 fieri potest, quod reconventio est de iure
communi permissa in omnibus causis, nisi
ubi illa est expressè prohibita, ut not. Ma-
ran. in pract. part. 4, dist. 6, num. 35, Fen-
zon. in d. cap. 67, num. 10, novissimè benè
declarat D. Pilata Advoc. Roman. decis.
Pontif. lib. 1, decis. 11, num. 74, & seq.

ADDITIO.

17 DE reconventione aliqua dixi hoc libro
rubr. 3, num. 75, & 76, & lib. 1, rubr.
11. num. 43, nunc in hac rubrica aliqua pro
maiori dicam, nempè quod in hac nostra
Provincia Cathaloniae, hoc quod tradit
hic noster Conciolus num. 2, quòd recon-
ventio possit fieri in quacunque parte iudi-
cii, saltum quo ad effectum porrogandi iu-
risdictionem non est practicabile parte op-
ponente, ex quo per cap. 13, Regis Ferdi-
nandi Secundi in secunda Curia Barchino-
nae, est provisum eam fieri deberi intra octo
dies post intimatum libellum immediatè
sequentes.
18 Benè tamen si pars elapsis dictis octo die-
bus opponat reconventionem, & adversis
taceat, & non contradicat, est de dicta re-
conventione per Iudicem habenda ratio, ut
pluribus citatis tenet noster Ripoll. ad prax.
Peguer. rubr. 11, num. 26, & seq.
19 In nostra hac Provincia Cathaloniae sta-
bilitum est, reconventionem augere sala-
rium Iudicis, Ripoll. ad Peguer. rubr. 5, n. 7,
& 8, Fontanell. decis. 214, n. 4, Cancer. var. 2,
20 c. 13. n. 1. Non tamen auget qualitatem, &
naturam causae, ut maior dicatur ad effe-
ctum evocationis ad Regium Consilium, aut
ut non possit ab uno solo Relatore decidi,
Fontanell. dict. decis. 214, ferè per tot. Can-
cer. ubi proximè num. 7,
21 Per reconventionem certum est, ut tra-
dit noster Conciolus hìc num. 2, & 8, porro-
gari iurisdictionem Iudicis, non solum in-
competentis, verùm & etiam incapacis re-
spectu personae, ut de Clericis est stabili-
tum Meritissimus ac Nobilis Regens Cor-
tiada decis. 30, num. 136, & seq. & citatis
Cancer. Fontanel. & aliis, Ripoll. ad Pe-
guer. dict. rubr. 11, num. 21, Pilaia decis. ca-
non. lib. 1, decis. 11, num. 73, Oliva de for.
Eccles. part. 3, quaest. 32, num. 9. & latiùs
Vela disert. 45, num. 91, vers. Quamquam,
Caball. Diana, & alii, quos citat Mo-
dern. Sabell. summ. divers. tractat. tom. 1,
22 verbo Clericus num. 57. Non autem inca-
pacis respectù qualitatis causae, veluti spiri-
tualis, aut similium Oliva d. cap. 32, num.
35, Hunni. tit. 6, cap. 2, num. 8, Calvin.
de aequitat. lib. 2, cap. 112, num. 4, & seq.
Fontanell. de pact. claus. 4, glos. 13, part. 2,
num. 18, & seq.
23 Dixi in dict. rubr. 3, huius libri 2, nu. 75,
in exequutivis admitti reconventioné, quan-
do reconventio, seu quãtitas pro qua recon-
venitur, provenit à instrumento similem exe-
quutivam viam habenti, quod nunc cer-
tiùs censeo, quando exequutio non retar-
datur, & causa reconventionis etiam exe-
quutiva est, ut citatis Hodiern. Merlin.
Cutel. Virgil. Baron. & aliis tenent Pi-
laia.

lata decis. canon. lib. 1, decis. 11, *num.* 75, *Merlin. controv. foren. cap.* 24, *num.*4, *&*
24 *seqq.* & etiam causæ non habentis similem viam exequutivam admittitur reconventio, non ad effectum simultanei processus, sed ad effectum porrogandi iurisdictionem Iudicis exequutionis, ut *pluribus citatis* præcipuè *Fontanell. Tondut. Scyaloya. Zachia. & aliis* tradit *Palma Nepos allega.* 12, *nu.* 24, ubi *num. seq. Carleval. Cartar. Bald. Anchar. Cancer. Melin. Senec. & alios* conciliat,& tradunt *alii citati per Sanfelic. lib.* 2, *decis.* 184, *num.* 2, *& fin.* licet ipse *nu.* 10, *& seq.* contrarium teneat.

25 Reconveniri nequeunt partes coram Arbitris voluntariis, & ab eis voluntariè electis, benè tamen coram Arbitris iuris, & necessariis, *Berlich. conclu. iur. part.*1, *conclus.* 22, *num.* 43, *& seq. Scoppa ad decis. Grattan. ol fer.* 82, *num.* 6, *Hunni. dict. tit.* 6, *cap.* 3, *num.* 15, *& seq. Altimar. de nullitatib. rubr.* 3, *quæst.* 9, *num.* 9, *&* 10, hoc
26 namque quando ipsis de necessitate venit committenda cognitio supra negotium principale, non autem quando quid incidens ipsis committitur, seu quid particulare, & determinatum articulum, veluti suspicionis, aut alii; quia tunc coram ipsis, etiam necessariis, non procedit reconventio, *Oliva de for. Eccles. part.* 3, *cap.* 32, *n.* 15.

27 Doctrina tradita hîc per nostrum *Conciolum num.*9, *&* 10. quòd reconventio fieri nequit in causa appellationis, & quam tradunt *infiniti Doctores citati à Altimar. de nullitatib. rubr.* 9, *quæst.* 19, *num.* 25, *Hunni. dict. tit.* 6, *cap.*3, *num.* 10, *& seq. Carol. Anton. de Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 376, *num.*4, patitur aliquas fallentias, quas videre poteris penes *dict. Altimar. d. quæst.* 19, *à num.* 30, & penes alios, quos citat novissimè *Borgia investigatio. contra Fabr. lib.* 20, *cap.* 6, *num* 3, *& seq.* itaque sanè miror de Doctoribus citatis à *Carol. Anton. de Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 376, *num.* 3, qui cogitarunt de ea posse opponi ad impediendam sententiæ exequutionem, quod nisi accommodetur ad dictas limitationes, nihil absurdius.

28 Pariter reconventio habet locum coram Iudice delegato ad universitatem causarum, *Altimar. d. tractat. rubr.* 10, *quæst.* 14, *nu.* 57, & coram delegatis ad specialem aliquam causam ad instantiam actoris, aut actoris, & rei, ut certiùs contra *Cancer. & alios* tenent *Altimar. d. quæst.* 14, *num.*54, *Hunni. dict. cap.* 3, *num.* 4, *& seq. Berlich.*
29 *ubi proximè num.* 40. Non tamen coram delegato ex motu proprio Principis, ex quo actor in hoc casu nullum velle tribuit, & eo invito ius dicitur, qua propter non potest reconveniri, necessariè ad Iudicem veniendo *Altimar. dict. quæst.* 14, *d.ct. nu.* 54, *in fin. Hunni. dict. tit.* 6, *cap.* 3, *num.* 4, *Boiller. disert.* 11, *num.* 19, *Berlich. conclu. iur. par.* 1, *conclu.* 22, *num.* 39,

30 An autem ad reconventionem legitimè fiendam sufficiat eam intimari Procuratori, qui comparuit, an verò sit intimanda principali, & alia multa circa cessionarium, an debeat defendere cedentem in reconventione, latè invenies tractatum penes *Oleam de cess. iur. tit.* 7, *quæst.*4,*per tot. Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubr.* 12, *quæst.* 20, *à num.* 66, ipsos consule.

31 Reconventio non admittitur in iudiciis manutentionis, & interdicti interim summarissimi *Posth. de manutenend. obser.* 65, *num.* 1, *Ricc. collect.* 112, *& alii citati per Carol. Ant. de Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 93, *num.* 2, *Borgia d. cap.* 6, *num. fin.*

32 Unum tamen nota, quòd Clericus conveniens laicum super possessorio retinendæ, potest reconveniri super proprietate, & petitorio eiusdem rei *Fontanel. de pact. claus.* 4, *glos.* 13, *part.* 2, *num.* 16, & eo, & aliis citatis *Carol. Anton. de Luca dict. obser.* 93, *num.* 1, *Borgia d. cap.* 6, *num.* 6.

33 Admoneo te, ne confidas in nullitate relata per nostrum *Conciolum hic numer.* 12, quia licet procedatur simultaneo processu in conventione, & reconventione, & Iudex relinquat super ambobus declarare, non est nulla sententia, sed tenet, & est valida, qua propter ab ea appella, aliter in iudicatum transiret, ut pro certo stabilit pluribus citatis *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr.* 13, *quæst.* 24, *num.* 49, *& seq. Giurb. & alii*, quos novissimè citat *Borgia investigatio. contr. Fabr. lib.* 20, *cap.* 5, *num.* 8, *in fin.*

34 Pro coronide scias, quòd reconventio non datur contra agentem diverso nomine, *Salgad. in laby. creditor. part.* 2, *cap.* 22, *n.* 99, & citatis *Cancer. Scyaloya. Graff. & Barb. & Modern. Palma. Nepos allega.*12, *num.* 38, *Borgia d. lib.* 20, *cap.*6, *num.*5.

DE DEBITIS CONFESSIS.

Rubrica XVI.

SI quis nulla opposita exceptione, debitum confessus fuerit, Iudex si summariè, vel ordinariè agatur Terminum statuat decem dierum ad solvendum, si autem executivè quinque dierum, iuxta ea, quæ suprà diximus, sub Rubr. de modo procedendi.

Si verò obligatio sit in faciendo, Statuatur terminus à Iudice, secundum qualitatem facti, & Personarum, & fiat intimatio Debitori cum cedula, cum expressione causæ, qua debitor teneatur petenti, & cum termino ei dato ad faciendum, & complendum, quo elapso Reus absque alia citatione personaliter, sive realiter, ad voluntatem Creditoris, cogatur ad satisfaciendum, sive respectivè gravetur Iudicis arbitrio, donec paruerit.

SVMMARIVM.

1 *Confitenti debitum assignantur decem dies ad solvendum.*

2 *Confessio debiti apud acta habet executionem paratam.*

Facta tamen ut traditur, num. 10.

Non tamen facta in litis contestatione, seu super positionibus, num. 11.

Et hoc ex qua differentia, num. 12,

Et ab illa non appellatur, num. 3, & 15,

Cùm causa dicatur summaria, & fiat praceptum de solvendo, num. 4,

Potest tamen dicta confessio revocari ante acceptationem partis, num. 5,

6 *Confessio iudicialis nocet, licet sit facta per verbum credo.*

7 *Debitor suscipiens terminum ad solvendum censetur renunciare cuicumque exceptioni.*

8 *Beneficium statuti concessum confitenti habet locum etiam si primò negaverit.*

9 *Negans non dicitur excipere,*

13 *Confessio iudicialis, ut paratam executionem habeat, qua requirantur.*

Et an ut probet, requiratur quod adsint testes, num. 14,

ANNOTATIO.

1 QVod debitori confitenti debitum in iudicio assignari debeant de consuetudine decem dies ad solvendum, ut habetur in hoc statuto tradunt *glos. communiter recepta in l. si debitori 21, ff. de iudic. Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 89, num. 14, & Antonell. de tempor. legal. lib. 3, cap. 13, num. 8, & seq.* dicens, tempus unius mensis, seu 20, dierum concedi solere confitenti debitum per A.C. ut ibi per eum.
2 Confessio debiti facta apud acta habet executionem paratam, ut not. *Novar. de elect. & var. fori. sect. 3, cap. 44, num. 35, & Rota in Roman. pecuniaria* 19, *Ianuar.* 1646, *coram Card. Corrado post prin.* etiam si illa fiat in die feriato in camera Iudicis,
3 *Novar. ubi suprà*, A qua confessione non appellatur, nec docetur de errore ad effectum retardandi illius executionem sec. *Muscat. in pract. Reg. Cons. part.* 1, *glos. petitur, num. 36,* ubi tamen vult remitti arbitrio Iudicis, *et Novar. d. sect. 3, quaest. 44, num. 35, ver. Et confessio, &c.* & quan-
4 do quis confitetur debitum causa dicitur summaria, & fit præceptum confitenti, quod solvat, uti habetur in hoc statuto, & alius ordo non servatur, ut docent *Maran. in pract. part. 4, distin. 9, num. 169, Afflict. decis.* 191, *num. 9, & Novar. in loc. suprà proximè adducto.* Quod autem dicta confessio etiam facta in iudicio possit revocari ante acceptationem partis etiam non docto de errore tradit *Marescot. var. resol. lib. 2, cap. 44, num. 7, & seq.* ubi quamplures dat concordantes,
6 Quæ confessio iudicialis nocet, licèt facta fuerit per verbum *Credo*, ut not. *Abb. in cap. litteras, 2, num. 3, de iuram. calumn. Surd. decis.* 17, *num.* 11, *Mascar. de prob. conclus. 348, num. 23, lib. 1, Grass. de excep. excep.* 14, *num. 75.*
7 Debitor autem suscipiens terminum ad solvendum censetur debitum agnovisse, & renunciare cuicumque exceptioni etiam compensationis anteà sibi competenti, *l. sed,*

&

& si quis, 4. §. fin. ff. si quis cautio, l. ad solutionem, 5, & ibi Bald. & Salic. C. de re iudic. Rota decis. 773, num. 5, part. 2, recent.

8 Dispositio huius statuti habet locum etiam si quis primò negaverit, & posteà confessus fuerit, *Caroc. de excus. part. 2, quaest. 69, num. 26*, ubi testatur de communi opinione *Henric. in Sum. magis comm. opin. lib. 3, conclus.* 159, *Asin. in pract. §, 19, cap. 10, num. 6.* non obstante, quod statutum requirat confessionem fieri ante op-
9 positas per reum exceptiones, cùm negans non dicatur excipere, *Bald. in l. peremptorias, 2, num. 13, C. senten. rescin. non posse.*

ADDITIO.

10 Confessio ista iudicialis, cui à nostro statuto tribuitur parata exequutio, est ea, quae fit ante solemnem libellum, & litis contestationem, & sic spontè, & ex abrupto per reum, & ista non expectat sententiam condemnatoriam, sed solum praeceptum de solvendo, *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 45, num. 1, & seq. Vela disert. 23, num. 54, Hunni. Encycloped. iur. tit. 16, cap. 3, num. 1, & seq. Vrceol. consult. 89, num. 57, & seq. Bonden. collect. legal. 4, nu. 29, Matthau. de Regim. Regn. Valen. cap. 10, §, 4, à num. 74, & cap. 13, §. 1, à num. 55, Repoll. in prax. Peguer. rubr. 14, num. 108, & seq. Eminen. de Luca de iudiciis discur. 23, num. 2,* novissimè *Manfred. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 58, numer. 18, & seq. & obser. 102, num. 5, & seq. Severin. in addit. ad decis. 365, Sanfelic. lib. 3, pag. mihi 197, vers. Et hoc ampliatur, &c. Rubeus de testament. cap. 22, num. 8, & seq. Fragos. de regim. Reipub. Christian. p. 1, lib. 5, disp. 12, §, 12, num. 7,* novissimè *Barra. contro. foren. 30, num. 2, & seq. Meli. obser. foren. obser. 122, num. 1, & seq.* & de ista confessione procedit quod tradit *Canc. var. 2, cap. 2, num. 238,* quod valet facta spontè die feriato, tu cogita.

11 Non autem procedit in confessione facta in litis contestatione, seu super positionibus, quia ista non habet viam exequutivam, sed sententiam post se exposcit, & ea venit ferenda, *Ab Eccles. dict. obser. 45, num. 6, & seq. Vela dict. disert. 23, num. 55. Ciroch. discep. 77, num. 64, Fragos. de regim. Reip. Christian. part. 1, lib. 5, disp. 12, §. 12, num. 6, & 7.*

12 Vnde emanavit differentia istarum confessionum iudicialium, quod facta, primo modo non oblato libello, nec contestata lite, sed ex abrupto, ac spontè, censetur sententia interlocutoria, & ipsa tollit controversiam extraiudicialem, non tamen diffinit causam, quae non erat; facta autem post oblatum libellum, ac post litem contestatam in positionibus, aut aliis meritis processus, definit totam causam, & dicitur sententia diffinitiva *Ab Eccles. dict. obser. 45, num. 12.*

13 Ista sanè confessio (de qua in nostro statuto) ad fruendum privilegio paratae exequutionis, requiritur quòd sit facta in loco iudicii, & coram iudice, taliter quod etiam facta in loco iudicii, & apud acta, absente Iudice, vel praesente Iudice extra locum iudicii, exequutivam viam non meretur *Ab Eccles. dict. observ. 45, num. 20, & seqq. Hunni. dict. tit. 16, cap. 2, num. 17, & seq. Pac. Iordan. de Iudic. lib. 14, tit. 15, num. 21. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1,*
14 *lib. 5, disp. 12, §. 12, num. 10, & seq.* Et si ad hoc ut probet, licet sit facta coram Iudice, requiratur, quòd adsint testes, tu examina, & ad hoc vide *Cancer. var. 2, cap. 2. num. 239, & seq. & Brilla. ad consuetud. Neapol. tit. 16, cap. 3, num. 122, & seq.* maximè *num. 151, & seq. Pac. Iordan. ubi suprà per tot.*

15 Iste sic in iudicio civili spontè confessus, non appellat *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 4, quaest. 11, num. 7, & seqq.* ubi in toto capite hanc materiam cum suis ampliationibus, & limitationibus tradit.

DE POENA PETENTIVM PLVS DEBITO, SIVE NEGANtium debitum iam solutum.

Rubrica XVII.

SI quis solutionem, aut satisfactionem debiti, in totum, vel in partem sibi factam negaverit, vel Fraudolenter petierit plus debito, & deinde constet in aliqua parte Iudicii de calumniosa petitione, sive negatione satisfactionis, puniatur ultra refectionem interesse Parti, in libr. xxv. pro parte Camerae Ducali, pro alia verò medietate Parti, à Iudice in expeditione causae applicandis.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Plus debito dicitur peti quatuor modis, re, causa, loco, & tempore.*
2 *Petens plus debito punitur diversimodè de iure communi.*
3 *Pœna petentis plus debito non habet locum stante clausula salvo iure.*
Neque stante clausula omni meliori modo, num. 4.
5 *Pœna petentis plus debito, ut sit locus requiritur probatio fraudis, vel doli.*
*Fraus autem non præsumitur, num.*6,
*Neque intrat dicta pœna, quando petitio facta fuit per Procuratorem, nu.*7,
Et quando petens successerat in ius alterius, num. 8,
Licet aliqui contrarium teneant, nu. 9, *& num.* 16,
Neque intrat in cessionario plus petente, num. 17,
10 *Pœna plus petentis debito non est locus si petens convincatur ex propria confessione.*
*Neque dicta pœna habet locum, nisi debitum petatur in iudicio, num.*11,
12 *Petens plus debito à quo tempore desistere possit.*
Et vigore dicti statuti intrat pœna per solam petitionem, num. 13.
14 *Pœna negantis debitum iam solutum, & illud petentis quando sit locus.*
15 *Pœna plus petentis debito in Cathalonia nō practicantur, sed loco earum condemnatio in expensis.*

ANNOTATIO.

1 Plus debito peti dicitur quatuor modis, nempè re, causa, loco, & tempore, uti habetur in §. *plus autem, cum §. sequent. Instit. de actio.* & not. *Farinac. in fragm. crim. litt. C. num.* 743, *& Marescot. variar. resol. lib.* 2, *cap.* 131, *in princ. Ursell. in exam. apum concl.* 45, *num.* 2, *& seq.*

2 Quod petens plus debito de iure communi puniatur pœna stellionatus, & aliquando in amissione crediti, & in expensis tradunt *Hond. cons.* 109, *num.* 35, *lib.* 1, *Ludov. decis. Perus.* 51, *num.* 1, *& seq.* & quò ad expensas *Farinac. in d. fragm. crim. lit. C, n.* 744, *Cancer. variar. resol. part.* 2, *cap.* 6,
3 *num.* 23. Quæ tamen pœna non habet locū quando in petitione fuit apposita Clausula *Salvo iure, &c.* ut not. *Hend. d. cons.* 109, *num.* 36, *Ludov. d. decis.*51, *in fin. & Ursell.*
4 *in d. conclus.* 45, *num.* 20, & quando adest in petitione Clausula *Omni meliori modo, &c.* quia tunc sustinetur petitio in eo, quod verè debetur *Ludov. decis. Perus.*117, *num.*3, *Fontanel. de pact. nupt. claus.*4, *glos.*21, *p.*1, *num.* 45, *& seq.* & *Ursell. d. conclus.* 45, *n.* 29, qui *num.* 4, dicit non excusare clausula *In circa Hodiern. ad Surd. decis.*65, *n.*4.
5 ut autem intret dict. pœna contra petentem plus debito requiritur probatio fraudis, vel doli, ut habetur etiam in hoc statuto, ut not. *Ludov. in d. decis.*51, *num.*4, *&* 11, *Farinac. fragm. crimin. litera C, num.* 742, *& Hodiern. ad Surd. d. decis.* 65, *in prin. Ur-*
6 *sell. d. concl.* 45, *num.* 19. Quæ tamen fraus non præsumitur in dubio, ut docent *Socin. Iun. cons.* 178, *num.* 23, *lib.* 2, *Gabr. cons.*82, *num.* 4, *volum.* 2, latè comprobat *Masc. de probat. conclus.* 814, *num.* 2, *vol.* 2, *Ciriac.*
7 *controv.* 581, *num.* 61, *& seq.* Prout non videtur esse locus dispositioni huius statuti, quando petitio facta fuit per Procuratorem, qui non dicitur habere mandatum ad faciendum incidere dominum in pœnam, *Ludo. d. decis.* 51, *num.* 5, *Ciriac. controv.* 327, *num* 10, *& seq. & num.* 54. qui dant
8 concordantes, & quando petens plus debito successit in ius alterius, quo casu præsumitur ignorantia, ut voluerunt *Coras. in l.* 1, *§. si stipulanti in fin. ff. de verb. oblig. &*
9 *Ludov. d. decis. Perus.* 51, *num.* 12, licet in hoc contrarium teneat *Cancer. var. resol. p.* 2, *cap.* 6, *num.* 23. dicens, ita in illo Senatu fuisse iudicatum.
10 Pœna autem petentis plus debito non habet locum quando petens convinceretur de plus petitione ex propria confessione, sed solum si convincatur per veras probationes adversarii. *Crav. cons.* 325, *num.* 10. *Rolan. cons.* 71, *nu.* 40. *vol.* 1. ubi testatur de communi opinione, plenè *Ciriac. controver.*327.
11 *num.* 14. Et dicta pœna non habet locum, nisi indebitum petatur in iudicio, & usque ad litis contestationem, non autem si petatur extraiudicialiter, *Capic. decis.* 49, *num.* 4 & benè comprobat *Ciriac. d. controvers.* 327, *num.* 49, *&* 50.
12 Usque verò ad quod tempus actor desistere possit à petitione plus debiti ad effectum evitandi pœnam, volentes aliqui id fieri posse usque ad litem contestatam tantum, ut tenet *Ias. in §. tripli, num.* 24, *instit. de action.* alii verò id fieri nullo modo posse, alii verò extendunt dictam facultatem usque ad sententiam, quam opinionē veriorem dicit *Maresc. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 31, *n.* 11, *& seq.* & etiam relaxato mandato, dummodo ante factam executionem sentit *Farinac. in dict. fragm. crim. litt. C,*
13 *num.* 734. *& seq.* Itaut secundum opinionem *Ias. in dict. §. tripli*, intret pœna petentis

tentis plus debito à statuto nostro per solam petitionem, & non requiratur exactio, cum dictum statutum puniat actum non consumatum, hoc est solam petitionem, ut sentit *Farin. in dict. Fragm. crim. d. litera C, num. 736.*

14 De negante verò debitum iam solutum, & illud petente qua pœna teneatur latè agit *Farinac. in frag. crim. lit. C, num. 725. & seq.* ipsum consulas, & *Vrsell. d. conclus.* 45. *num. 19, in exam. apum.*

ADDITIO.

15 POEnæ autem istæ contra plus petentes statuta à iure communi, rarò practicantur in hac nostra Provincia Cathaloniæ, ut tradit *Cancer.* citatus à nostro *Conciolo var. 2, cap. 6, num. 23,* sed loco eiusdem practicatur condemnatio expensarum, ut tradit *Ripoll. ad prax. Peguer. & ibi Meritissimus ac Nobilis Senator Don Petrus de Amigant rubr. 30, num. 48,* ubi *Crespi, & Cancer.* citat.

16 Licet succedens in ius alterius, maximè agens, incidat in hac pœna plus petendo, ut citato *Cancer.* tradit *noster Conciolus hic num. 9, & Rypoll. ad Peguer. d. rubr. 30, num. 49, & 50,* videndus *Crespi. obser. 47,*

17 *num. 16, & seq.* Tamen in cessionario plus petente non ita procedit, imò ab ea excusatur cessionarius, nisi postquam in causa liquet de plus petitione in ea insisteret, ac perseveraret, *Olea de cess. iur. in Miscel. post tit. 6, num. 31,* ubi *num. 26,* citat Doctores de hac pœna tractantes, quem, & *Barbos. in l. 1, unic. Cod. de plus petitionib. Fermosin. in tract. var. ad cap. unic. de plus petitio. per tot.* vide, qui latè hanc materiam plus petentium tractant, signanter *Cresp. dict. obser. 47, per tot. Rovit. ad pragm. 7, de falsis per tot.* ubi intelligentias huius materiæ tradit, *& alii*, quos citat *Meli. obs. foren. obser. 49, num. 18, & seq. & obser. 109, à num. 1,*

DE PRODUCENTIBUS IURA IN ULTIMA DILATIONE, & de Instrumentis de novo repertis.

Rubrica XVIII.

SI quis Instrumenta, aut privatas scripturas, seu Documenta quæcunque in ultima Dilatione, quæ ad probandum, & probatum habendum datur; produxerit, ac Parti, contra quam producuntur, desensio tollatur, Volumus, quòd illi nova dilatio (si petierit) detur, vel data Iudicis arbitrio prorogetur. Sicut etiam si post publicationem Processus, & ante consignationem factam Iudici, Instrumenta de novo reperiantur, volumus ea produci posse, & brevem terminum Iudicis arbitrio Parti ad excipiendum assignari.

SUMMARIUM.

1 *Æqualitas est servanda in iudicio inter actorem, & reum.*
2 *Instrumentum dolo exhibere differens condemnatur in expensis.*
3 *Clericus differens allegare Clericatum coram Iudice laico condemnatur in expensis.*
4 *Probationes novæ si fiant per debitorem, id licere etiam debet creditori.*
5 *Instrumenta de novo reperta produci possunt etiam post conclusum in causa, & num. 9,*
Illa esse de novo reperta probatur iuramento, num. 6.
Probatis tamen diligentiis de inveniendo, num. 7,
8 *Probationes novæ fieri possunt post finitam dilationem contra deducta, & probata in ultima die dilationis.*
Et etiam post dedi scitis testificatis ad concomitandum instrumentum noviter productum, num. 10,
11 *Iuramentum de nova notitia non potest per Procuratorem præstari.*
12 *Sententia transacta in rem iudicatam, an possit propter instrumenta noviter reperta revocari.*

ANNOTATIO.

1 MAgna cum ratione per statutum supradictum mandatur, quòd si producantur

ducantur in iudicio instrumenta in ultima dilatione, ne pars contra quam illa producuntur valeat se defendere, illi nova dilatio assignetur, vel iam data prorogetur, cùm in iudicio servanda sit æqualitas inter reum, & actorem tradit, & benè comprobant *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 77, n. 3, 4, & seq. & Card. Tusch. pract. conclus. litt. E, conclus. 306, num. 1, & seq.*

2 Hinc videmus, quòd si quis dolo Instrumentum quod litis decisivum est, ad defatigandum adversarium in iudicio exhibere distulerit etiam si in causa obtineat est in expensis condemnandus, ut docent *Asin. in pract. §. 32, lim. 18, nu. 2. Costa de scien. & ignor. cens. 1, dist. 21, nu. 11, & Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 55, nu. 63.*

3 Et pariter Clericus, qui in causa civili, quam habet coram Iudice laico dolosè differat usque ad sententiam allegare Clericatum, debet condemnari in expensis, ut probant *Asin. in pract. §. 32, ampliat. 61, num. 1, Gratian. discept. foren. cap. 190, num. 18, part. 1, & Sperell. decis. 18, num. 14, part. 1.* saltem à Iudice Ecclesiastico, *Sperell. loc. cit.*

4 Et si ad impediendam executionem novæ fiant probationes per debitorem, poterit etiam creditor novis iuribus, & probationibus uti ad elidendas dictas probationes, *Add. ad Gregor. XV. decis. 531. num. 12, Adden. ad Burat. decis. 560, num. 19, Rota apud Pacif. de Salv. decis. 168, num. 10. & 11.*

5 Instrumenta autem de novo reperta produci posse, uti habetur in hoc statuto post conclusionem in causa tradunt *Mascar. de prob. conclu. 925, & Cancer. var. resol. part. 1, cap. 19, num. 9,* qui dant concor-
6 dantes; Quod verò Instrumenta fuerint de novo reperta probatur iuramento producentis, *Surd. cons. 268, num. 40, lib. 2, Mascar. d. conclus. 925, num. 7, Odd. de restit. in integr. part. 2, quæst. 76, art. 5.*
7 *per tot. Cancer. d. cap. 19, num.* 10. Debet tamen probari, aliquam fuisse adhibitam diligentiam de illis inveniendis sec. *Menoc. de arbitrar. cas. 231, sect. princ. & Surd. d. cons. 268, num. 5, lib. 2.*

ADDITIO.

8 PRopter istam rationem positam in nostro statuto *ne defensio tollatur*, fit quod si pars in ultima die termini probatorii articulos obtulerit, & testes ministraverit, non obstante quod sit dilatio finita, concedatur terminus parti alteri ad deducendum, & probandum contra deducta, & allegata in ultima die dilationis, *Ripoll. ad Peguer. rubr. 16, num. 60, & seq.* ubi *Cancer. var. 1, cap. 20, num. 85, vers. In ista probationum materia, &c.* citat.

9 Quòd autem Instrumenta noviter reperta possint produci in causa post publicationem processus, denunciationem, & conclusionem in causa, solo iuramento partis de nova notitia, tradunt præter *citatos à nostro Conciolo Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 104, num. 5, Matthæu. de regim. Regn. Valent. cap. 10, §. 4, num. 4, & seq. Hunni. Encycloped. iur. tit. 21. cap. 3, num. 12, & seq. & alii citati à Ripoll. in prax. Peguer. rubr. 17, num. 43. & seqq.*

10 Tamen si producantur post didiscita testificata, possunt ad comitandum instrumentum novas probationes produci, *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 178, num. 21, & seq.*

11 Istud iuramentum de nova notitia instrumentorum repertorum, non potest præstari à Procuratore, nisi habeat speciale mandatum, *Ab Eccles. dict. observ. 104, n. 6.*

12 An autem sententia transacta in rem iudicatam, propter instrumenta noviter reperta, possit rescindi, & retractari, tradunt *Carleval. Fontanel. Cevall. Grattan. & alii citati à nostro Meritissimo ac Nobili Regente Cortiada decis. 12, num. 83,* & videndi sunt *citati per Vilaplana. de Brach. Militar. cap. 6, num. 34, & alii citati lib. 3, rubr. 5, num. 16,* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 7, tit. 87, glos. 23, ad §. 21, num. 26, & seq. Carol. Rota pract. conclu. concl. 35, per tot.*

DE CONTVMACE, ET TENVTIS DANDIS. Rubrica XIX.

CVm quis legitimè citatus contumax fuerit, lis habeatur pro contestata, & procedi possit in causa ad instantiam Creditoris usque ad Sententiam inclusivè, dummodo talis contumax citetur ad singulos actus, & sententiam. Quòd si Creditor maluerit sibi dari Tenutam de bonis Debitoris contumacis,

tumacis, Iudex servatis servandis committat uni Plazzario, seu Executori Curiæ, quòd assignet Creditori tenutam ex primò Decreto pro summa perita, quarto pluri, expensis, & interesse; idèmque Baiulus, sive Executor debeat coram duobus Testibus, Creditorem, præcedentibus actis possessoriis, immittere in possessionem, ac deinde ad instantiam Creditoris prædicta omnia in actis referre Actuario, exprimendo nomen Creditoris, à quo fuit capta possessio, actus possessorios, pro qua quantitate, in qua Villa, sub quibus confinibus, & quibus præsentibus: Quam quidem Possessionem Creditor retinere possit usque ad sententiam, & interim lucretur fructus bonorum in tenutam acceptorum: Contumax verò possit possessionem prædictam recuperare, si venerit ante sententiam, vel post, infra quatuor menses, à die Adiudicationis, si ordinariè, sive summariè agatur: Si verò Executivè infra mensem, Actore citato, & refectis sibi omnibus expensis legitimis, & admittatur ad audientiam, & faciendum suas defensiones iuxtà formam Statutorum. Si verò Creditor virtute executionis obtentæ contra debitorem, voluerit satisfieri in bonis debitoris, poterit possessionem dictorum bonorum accipere, mediante persona Plazzarii, sive executoris modo superius expresso, pro eius credito, & quarto pluri, ac expensis: Et tunc Creditor faciat fieri præceptum per Baiulum oretenus Debitori, vel ad Domum suæ solitæ habitationis, quatenus infra triduum dictam Tenutam reluere debeat: quo termino elapso, & Debitore non reluente, citetur ad videndum committi subhastationes, quas Iudex, Creditore instante, committat; & fiant per Præconem Communis loco solito tribus diebus interpollatis, & in ultima die iuridica tamen, plus offerenti distrahatur. Tuncque iterum debitore citato, Iudex assumendo Personam Debitoris dictam tenutam publico instrumento adiudicet Emptori ex secundo Decreto, exponendo nomine Debitoris Instrumentum cum solitis clausulis, promissione Evictionis bonorum, & cum aliis obligationibus apponi solitis, obligando personam, & bona dicti Debitoris, & mandet pretium solvi Creditori pro satisfactione sui Crediti: Qui Creditor teneatur recepto pretio, Debitorem, ac Emptorem respectivè quietare, cum cessione Iurium in forma ad favorem dicti Emptoris; Qua cessione omissa, omnino pro apposita in Instrumento censeatur.

Si verò Emptor non inveniatur, possit Creditor, citato Debitore petere à Iudice, quòd bona in tenutam accepta sibi in solutum pro credito ipsius, quarto pluri, ac expensis adiudicet, & Iudex teneatur illa modo quo suprà, adiudicare, adhibita æstimatione facienda per homines communiter eligendos. Possit tamen debitor si voluerit eadem bona infra quatuor menses à die adiudicationis, si ordinariè, ac summariè actum sit, & si executivè infra mensem, ut diximus, recuperare, restituto pretio emptori, cum omnibus expensis, & interesse; Aliàs dicto termino respectivè elapso, bona, ut supra subhastata unà cum fructibus, sint propria ipsius Emptoris, nec restituere teneatur, sed de eis liberè disponere possit; Nisi Debitor probaverit rem esse venditam minus quam dimidium iusti pretii; Quo casu restituto pretio Emptori, possit dicta bona recuperare. Si verò res vendatur pro maiori pretio, quàm Creditori debeatur, quod superest statim debitori restituendum erit; & si is recipere recusaverit, deponatur cum intimatione, penès alium ad instantiam debitoris, & si minus venderetur, adimpleatur de bonis debitoris.

Si autem Nomen Debitoris captum fuerit in tenutam, vel assignatum fuerit Creditori in solutum, Iudex elapsis tribus diebus à die intimationis solvi

S fa-

faciat Creditori pro quantitate debiti, & expensarum, præcipiendo, vel aliter etiam personaliter cogendo dictum Debitorem, in tenutam acceptum, ita, & taliter, quod in effectu solvat, si debitum sit purum, aliàs debito purificato: Cessio autem simpliciter facta Creditori à suo Debitore, eatenus liberet primum suum Debitorem, quatenus creditum exigere possit. Quòd si executio fiat in bonis mobilibus, facto per Plazzarium præcepto oretenus, vel ad Domum Debitori, de reluendo pignore infra triduum, & eo elapso, citato ad videndum committi subhastationes, Iudex eas committat, faciendas tribus diebus successivis, ita tamen, quòd ultima cadat in die Mercurii, vel Sabbati, & adiudicetur plus offerenti, modo iam declarato, Vt plenè habetur suprà, sub Rubrica De Officio Depositarii Pignorum: Ad quæ bona vendita, & adiudicata reluenda, Debitor habeat terminum decem dierum à die citationis ad videndum fieri solutionem pretii pignoris venditi. Et quia executio in peccunia quandoq; fieri contingit, Volumus, quòd statim deponatur penes dictum Depositarium, & Iudex, illam, citato Debitore, Creditori assignet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum concedens adiudicationem bonorũ cum augmento est validum.*

2 *Facultas reluendi rem subhastatam infra quatuor menses non est cessibilis.*

3 *Adiudicatio facta creditori pro credito est nulla sine æstimatione.*

Nec per eam transfertur dominium creditori, num. 51,

4 *Statutum quod res subhastata detur oblatori procedit si offerat iustum pretium.*

5 *Lucrum quarta partis debetur creditori, pro rebus adiudicatis, etiam de iure communi.*

Licet illam non dari in damnum creditorum posteriorum voluerint alii, nu. 6,

7 *Creditor immissus ex primò decreto facit fructus suos.*

Secùs de iure communi, num. 46.

Et non dicitur dominus, nec possessor, num. 45,

8 *Debitor volens recuperare tenutam debet expensas effectualiter reficere.*

Itaut non sufficiat fideiussio, num. 9,

10 *Expensæ contumaciales qua dicantur remissivè.*

11 *Subhastatio est nulla non intervenientibus tribus licitatoribus.*

Procedit de stylo Curia, aliàs secùs, num. 12,

13 *Subhastatio est nulla non interveniente pecunia, & num. 61,*

Et per eam non efficitur emptor dominus, nec facit fructus suos, uno nummo deficiente, num. 62,

Nec extinguntur hypothecæ, num. 63,

Nisi creditor consentiat, num. 14,

Declara ut num. 15,

16 *Creditor in subhastatione non tenetur promittere de evictione.*

Itaut si non promiserit, de illa non teneatur, num. 17,

Limita, ut num. 18,

Et quando subhastatio non fuit ritè, & rectè facta, num. 19,

Et quando evictio supervenit in limine contractus, num 20,

Tenetur tamen creditor, si de illa promiserit, num. 21,

Et secuta evictione potest emptor agere ad pretii restitutionem, num. 22,

Et revivischunt hypothecæ, & obligationes, num. 54,

Et etiam contra fideiussores, num. 56,

Maximè si ita fuerit protestatum, n. 55.

23 *Debitor admittitur ad recuperationem tenuta elapso tempore infra unum diem.*

24 *Remedium l. 2. Cod. de rescind. vend. habet locum etiam in subhastatione.*

Et etiam in bonis mobilibus, num. 25,

26 *Creditor admittitur ad licitandum non solum in subsidium.*

Sed etiam unà cum aliis, num. 27,

28 *Subhastatio pro maiori summa debiti est valida, sed illud plus est dandum debitori.*

Aliàs subhastatio, & decretum sunt nulla, num. 29,

Secùs si sint facta ultra summam debitam, num. 30,

Et est nulla si sit facta ex falsa causa, pro indebito, & simil. num. 31,

32 *Statutum, & stylus loci ubi fit subhastatio est in ea servandus.*

Qui-

Quibus non servatis subhastatio est nulla, num. 33,

34 *Statutum circa subhastationem est ordinatorium.*

35 *Offerens subhastationi pro alio potest bona creditori retrocedere.*

36 *Emptor rei subhastata non lucratur fructus, nisi à die liberationis.*

Nec in subhastatione venit pars colonica, num. 37,

38 *Pecunia non subhastatur, sed illa adiudicatur creditori.*

39 *Debitor volens rescindere subhastationem uti nullam tenetur offerre debitum.*

40 *Excussio mobilium debet pracedere subhastationem.*

Fallit stante obligatione camerali n.41,

42 *Tertius comparens post subhastationem ad illam impediendã debet agere revocatoria.*

43 *Contumacia, & pœna illius, in Cathalonia non sunt in usu*

44 *Contumaces de iure communi quibus pœnis puniuntur.*

47 *Pignus pratorium resolvitur per comparitionem debitoris cum oblatione expersarum, & cautione.*

48 *Pignus pratorium, seu indiciale quando constituatur.*

Non tamen constituitur quando creditori uti tertio, & extraneo licitatori adiudicatur, num. 49,

Licet tunc ius offerendi adhuc competat posterioribus creditoribus, num. 50,

52 *Terminus datus debitori ad reluendum pignus currit post finitam causam appellationis.*

53 *Pignorum Pratoriorum, & iudicialium differentia.*

57 *Cessio simpliciter facta liberat cedentem, si cessionario solvatur.*

Et licet ei non solvatur, si diligentia non adhibita sint, & debitor cessus effectus sit non solvendo, num. 58,

59 *Creditor immissus ex secundo decreto, an teneatur stare locationi per debitorem facta.*

66 *Creditor secundus an possit intentare remedium, l. 2. Cod. de rescind. vend. absque cessione.*

64 *Res in exequutionem sententia subhastata, ea revocata in gradu appellationis, an recuperetur, seu eius pretium conciliatio Auctoris, num. 65,*

Benè tamen cum fructibus, sententia nulla existente, num. 66,

67 *Lesio enormissima intervenire potest in subhastatione, qua nullitatem causat, & restitutionem fructuum.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum concedens adiudicationem bonorum debitoris cum augmento quarti pluris quod sit validum tradunt *Ciriac. controv. 393, num. 19, & 20,* ubi quamplures dat concordantes, *Scacc. de commer. §. 1, quaest. 7, part. 2, ampliat. 6. num. 8.* plenè *Posthi. de subhast. inspect. 51, num. 1, & seq.* ubi subiungit, quòd dictum statutum est ordinatorium, ut ibi per eum, *num. 6.*

2 Facultas reluendi rem subhastatam infra quatuor menses concessa per hoc statutum non est cessibilis, cum sit privilegium personale, *Ruin. cons. 72, num. 3, lib. 1, Roman. cons. 484. num. 2, & seq.* quos referendo sequitur, & latè comprobat *Thoma. decis. March. 46, num. 19, 20, & pluribus sequentibus.*

3 Adiudicatio autem facta creditori pro eius credito quod sit nulla cessante æstimatione, quæ requiritur ab hoc statuto propter periculum fraudis circa pretium in damnum debitoris tradunt *Gratian. d. scep. foren. cap. 7, num. 22, part. 1, & cap. 686, numer. 3, part. 4, Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 194, num. 54, Vrsell. in exam. apum conclu. 52, num. 2,* & latè comprobat *Posthi. de subhast. inspect. 47, num. 22,* ubi quamplures refert ita sentientes.

4 Statutum supradictum, quod res subhastata concedatur oblatori habet locum si ipse offerat iustum pretium, aliàs secùs *Seraph. de privil. iura. privil. 45, num. 3, Cas. Don. inter cons. div. cons. 85, num. 38, & 39, lib. 1,* quos referendo sequitur *Posthi. de subhast. inspec. 34, num. 149,*

5 Quod dictum lucrum quartæ partis debeatur creditori, cui bona pro eius credito adiudicantur etiam cessante hoc statuto, cùm creditor gravatus in uno, hoc est accipiendo unum pro alio sit in alio relevandus, *Fenzon. d. cap. 194, num. 61, & 62, Vrsell. in d. concl. 52, num. 15, Posthi. d. inspec. 51, num. 15, Rota apud Burat. decis. 96, nu. 16,*
6 licet illam non dari creditori in præiudicium aliorum creditorum posteriorum concurrentium quando hæreditas non est solvendo teneant *Adden. ad Thesa. decis. 158, litera H,* dicentes, ita fuisse decisum in illo Senatu.

7 Quòd verò creditor possidens ex primo decreto faciat fructus suos ut disponitur in hoc statuto tradunt *Bald. Felin. & Deci.* qui testatur de communi opinione *in cap. consultationibus 10, de offic. deleg. Negus. de pignor. part. 2, membr. 3, num. 15,*

Menoch. de retinend. possess. remed. 3, num.
177, & 178, ubi quamplures adducit con-
cordantes etiam de communi opinione te-
stantes, & dicit, dictum statutum esse va-
lidum, & hoc benè comprobat, quia sta-
tutum voluit contumacem in pœnam con-
temptus privare commodo fructuum, cum
quibus pertransit Merlin. de pign. lib. 1, q.
23, num. 29, dicens, simile statutum adesse
se in Civitate Florentiæ, & Bononiæ.

8 Adverte tamen, quod debitor qui vult
admitti ad recuperandam tenutam refectis
expensis contumacialibus non sufficit, quòd
illas offerat, sed debet illas effectualiter re-
ficere in manibus collitigantis, ita ut neque
sufficiat verum, & actuale depositum, ut
not. Mart. de clauf. part. 1, cap. 144, num.
1, Barbos. de clauf. clauf. 132, num. 2, &
Rot. apud Pute. decis. 150, in fin. aliàs 114,
in correct. lib. 1, & apud Greg. XV. decis.
9 492. num. 9, Prout neque sufficit fideiussio
de illis reficiendis facta illarum liquidatio-
ne. Negus. de pign. in 4, membr. 5, part.
num. 10 Rauden. decis. Pisa. 16. Barbos. d.
10 clauf. 132, num. 3. Quæ autem dicantur ex-
pensæ contumaciales, vide per Berthac. in
reper. in ver. expensæ contumaciæ, & Card.
Tusc. pract. conclus. litera E, conclus. 636,
per tot.

11 Subhastatio autem est nulla non interve-
nientibus saltem tribus licitatoribus, Posti.
de subhast. inspec. 33, num. 52, Rota decis.
113, num. 14, part. 7, recen. & in Romana
Spolii dumus 19, Ianuarii 1615, coram Card.
12 Pamphilio. Quòd tamen procedit de stylo
Curiæ, aliàs secùs, ut declarat plenè Posti.
d. inspect. 33, num. 58, & seq. ubi ideò dicit,
esse in hoc attendendum stylum loci, ubi
fit subhastatio, ut ibi per eum.

13 Venditio verò quæ fit subhasta si fiat
non præsente pecunia, sed habita fide de
pretio est nulla, Gratian. discep. foren. cap.
7, num. 5, part. 1, Posthi. de subhast. inspec.
37, per tot. latè comprobans, & declarans
Rota apud Greg. XV. decis. 23, per tot. &
decis. 319, num. 4, & apud Cenc. de cens.
decis. 536, num. 12, & seq. & plures aliæ re-
latæ per Posthi. d. inspect. 37, num. 1, etiam
si ab oblatore essent accollata debita, Giur-
ba decis. 53, num. 3, Mangil. de subhast.
quæst. 13, num. 6, & quæst. 168, num. 1, Po-
sti. dict. inspect. 52, num. 32, & seq. Rota
14 apud Posthi. decis. 64, num. 11. Nisi tamen
creditor consentiat, ut illa fiat non præsen-
ti pecunia, vel quod habeatur fides de pre-
tio, quia tunc est valida Grat. discept. fo-
ren. d. cap. 7, num. 6, part. 1, & cap. 325,
num. 5. part. 2, Ursell. in exam. apum concl.
52, num, 60, Posthi. de subhast. d. inspec. 37,
15 num. 47, & seq. Verbum autem pecuniæ
in subhastatione non intelligitur strictè pro
pecunia, quæ ad numerum datur, sed pro
satisfactione, ut declarant Grat. discept. fo-
rens. cap 326, num. 14, plenè Posti. inspec.
37, n. 51, & seq. & Rota apud Gregor. XV.
decis. 28, num. 1.

16 Creditor in rei subhastatione, & pigno-
ris venditione non tenetur promittere de
evictione, Fontanel. decis. 222, num. 13,
Posti. de subhast. inpec. 63, num. 1, Man-
gil. de evict. quæst. 44, num. 3, & seq. &
17 dum non promisit, de illa non tenetur,
Mangil. d. quæst. 44, num. 3, & seq. Ma-
rescot. var. resol. lib. 2, cap. 134. num. 3,
Thoma. decis. Marc. 81, num. 12, plenè
Posti. d. inspect. 63, num. 2, Rota decis. 281.
18 num. 3, part 2, diver. Tam in pignore iudi-
ciali, quàm pratorio, Mangil. de evict. d.
quæst. 44, num. 3, Posti d. inspect. 37, num.
5 licet creditor teneatur quando non præ-
stat illa quatuor, de quibus per glos. in l. 1,
in verbo Cum iure, & in verbo Iure credi-
toris, C. credit. evict. pign. non debe. Man-
gil. d. quæst. 44, num. 5, Magon. decis. Flo-
19 ren. 23. & quando subhastatio non fuit ritè,
& rectè facta, Thoma. decis. Marc. 81, nu.
14, Fontanel. decis. 223, num. 18, & latè de-
clarat Posti. de subhast. d. inspec. 63, num.
20 23, & seq. & quando periculum evictionis
supervenit in limine contractus, quia tunc
emptor potest pretium retinere, donec fue-
rit securus, Thom. d. decis. 81, num. 7, &
seq. & num. 13, & seq. Sperel. decis. 78. nu.
10. Fontanell. d. decis. 222, num. 17, Posti. d.
inspec. 63, num. 34, & seq. & Rota decis.
21 281, num. 35, part. 2, diver. Prout tenetur
creditor de evictione, si illam promiserit,
Mangil. de evict. dict. quæst. 44, num. 4, &
8, Fontanell. d. decis. 222, num. 9, & seq.
Posti. d. inspect. 63, num. 39, & Rota d. c.
22 504, num, 2, part. 3. rec. & postremo quia
sequuta evictione rei venditæ subhasta po-
test emptor agere contra creditorem, &
cui fuit facta solutio ad pretii restitutionem
cum expensis, Thom. d. decis. 81, num. 6,
11, & 19, Fontanell. d. decis. 222, num. 6 &
d. decis. 223, num. 19. & seq. Posti. d. in-
spec. 63, num. 44, & seq. ubi aliquas affert
restrictiones, quas vide ibi per eum, & Ro-
ta decis. 190, num. 8, part. 3 recent.

23 Dum verò dictum statutum concedit
debitori tempus quatuor mensium ad re-
luendum in causis ordinariis, & unius men-
sis in causis executivis. & quod dict. tem-
pore elapso debitor amplius non admittatur,
quod si elapsus sit unus tantum dies, quod
die

die sequenti debitor admittatur, secus si elapsi sint plures voluerunt *Luc. Pat. in pract. capit. lib. 8, cap. 2, num. 54, & Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 96, nu. 42.*

Et dum in dicto statuto mandatur, quòd in subhastatione habeat locum remedium, *l. 2,*
24 *C. de rescind. vend.* concordat eum iure communi, quo attento dict. remedium habet locum etiam in subhastatione interveniente læsione ultra dimidiam, ut not. *Gabriel. comm. concl. de empt. & vendit. conclus. 1, num. 61, Ant. Gomez var. ar. resol. tom. 2, cap. 2, num. 22, Vinc. de Franch. decis. 54, num. 10, & seq.* ubi testatur de communi opinione, & *Post. de subhast. inspec. 49, num. 71, & seq.* ubi declarat contrariam opinionem habere locum in dubio non constito de læsione, cum illa in subhastatione non præsumatur, secus si constet expressè de læsione, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Rota apud Card. Cavaler.*
25 *decis. 87, num. 5.* Quæ conclusio procedit etiam in bonis mobilibus, ut declarat *Cagnol. in l. 2, num. 160, C. de rescin. vendit.* & læsione stante dictum remedium habere locum in subhastatione, tenet etiam *D. De luca in Theatr. verit. & iust. tom. 7. in tit. de empt. & vendit. discur. 16, num. 4, & d. fur. 28, num. 2,*

26 Creditor autem admittitur ad licitandum non solum in subsidium alio oblatore non existente *Mangil. de subhast. quæst. 154, num. 3. & seq.* ubi testatur de communi opinione, & *quæst. 166, num. 6, Vrsell. in exam. apum, conclus. 52, num. 12, in apostil.* latè *Post. de subhast. inspec. 32, num. 18. & Rota apud eum decis 19, num. 10, & de-*
27 *cis. 67, num. 8,* Sed etiam unà cum aliis *Vrsell. in d. conclus. 52, num. 12, in apostil. Adden ad Greg. XV. decis. 12, num. 3, Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 97, num. 40.* & benè declarat *Post. d. inspec. 32, num. 21, & seq.* ubi dat concordantes, licet si emptor non inveniatur possit sibi adiudicari fueere, ut post *Mart. & Novar.* per eum adductos probat *Post. ibidem. num. 9,*

28 Subhastatio tamen facta pro maiori summa debiti non est nulla, sed illud plus debet restitui debitori, vel deponi, ut disponitur in hoc statuto, *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 1, cap 166, num. 31 & seq. & cap. 248, num. 15, Mangil. de subhast. quæst. 58, num. 7, Giurb. decis. 61, num. 8, Post. de subhast. inspect. 39, num. 18, & seq. Rota apud Zac. de societ. decis. 60, numer. 12, &*
29 *decis. 545, num. 6, part. 2, recent.* Aliàs subhastatio, & decretum desuper factum est ipso iure nullum, *Giurb. decis. 53, n. 4. Mangil. de subhast. quæst. 68, nu. 7. Posti. d. inspec. 39, num. 20,* & eo magis stante statuto *Post. ibi. num. 20, Rota apud eum de-*
30 *cis. 69, num. 30, & seq.* Si verò mandatum, seu subhastatio sit facta ultra summam debitam etiam in modico sunt nullæ, *Posti. de subhast. inspect. 50, in princ. Rota apud Gregor. XV. decis. 198, num. 1, & dec. 319, num. 3, & decis. 373, num. 2, & decis. 480.*
31 *num. 5, & dec. 495, num. 4.* Sicuti etiam est nulla, si illa sit facta ex falsa causa, pro indebito, pro debito iam soluto, ut post *Bart. Bald. Angel. Bertaz. Silva. Dec. Odd. Cur. Iun. Purpu. Pereg. Rolan. Ruin. Paris. Becc. Caball.* & alios plures per eum adductos latè firmat *Post. de subhast. dict. inspec. 50, num. 9, & seq.*

32 In subhastationibus est servandus stylus, & statutum loci, ubi bona subhastantur, *Gratian. discept. foren. cap. 7, num. 2, & seq. part. 1, Nigr. de subhast. cap. 2, § 4, num. 8, & seq. Post. de subhast. inspec. 24, num. 30, & seq.* & ante num 12, & seq. qui dant concordantes, etiam si fiat instante Clerico, vel persona privilegiata, ut post *Pappo. Amat. Ræder. & Sola.* per eum adductos firmat *Niger. de subhast. d. § 4,*
33 *num. 9.* Quo stylo, seu statuto non servato subhastationem esse nullam cum omnibus inde sequutis tradunt *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 1, cap. 148, num. 3, Gratian. discep. foren. d. cap. 7. num. 2, 3, & seq. & num. 12, & cap. 545, num. 3, 7, & 20, part. 3, Vrsell. in exam. apum. conclu. 53. num. 59,* & alii plures, quos refert, & sequitur *Posti. de subhast. inspec. 24, num. 5,* latè comprobans & *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 194, num. 45, & seq. & cap. 195, n. 21.*

34 Statutum autem supradictum disponens circa subhastationem, & illius solemnitates est ordinatorium, non autem decisorium, *Gratian. discept. foren. d. cap. 545, num 20, Post. de subhast. d. inspec. 24, num. 28, & Rota apud Duran. decis. 445, numer. 19, & Rot. post Posti. de subhast. decis. 94, n. 7.*

35 Offerens verò subhastationi pro alio, si bona ei remaneant potest illa creditori retrocedere, etiam si obtulerit nomine proprio *Mangil. de subhast. quæst. 47, num. 20, Posti. de subhast. inspec. 32, numer. 46, & seq.* ubi declarat, *Rota post eum decis. 16, in fin. & decis. 67, in princ.*

36 Quibus addo, quod emptor rei subhastatæ non consequitur fructus, nisi à die deliberationis, *Asin. in execut. § 4, cap. 30, Mangil. de subhast. quæst. 96, per tot. Peregrin. de iure fisc. lib. 6, tit. 4. num. 24, & seq. Post. de subhast. inspec. 52, num. 31.* Sed

inexacti, & maturati ante deliberationem spectant ad debitorem *Posti. d. inspec. 52, num. 32, Rota apud Burat. decis. 703, num. 7,*
37 *& decis. 735, num. 2.* Prout neque venit in subhastatione pars colonica, nisi debitor suis expensis fundum coleret, ut tradunt *Peregr. de iure fisc. d. tit. 4, numer. 32, & Post. d. inspect. 52, num. 44, & seq.*

38 Quòd verò quando fit executio in pecunia illa non sit subhastanda, sed Iudex debeat illam assignare creditori, uti disponitur etiam in hoc statuto in fine tradunt etiam *Gratian. discept. forens. cap.* 8tt, *num. 9, & seq part. 5,* ubi extendit, idem fieri debere in aliis mobilibus, quorum pretium est certum, quia quotidiè illa habeantur venalia in foro publico, ut sunt frumentum, lardum, oleum, caseum, & similia, & prosequitur *Post. de subhast. inspec. 7, num. 26, & plurib. seq.* benè comprobans.

39 Debitor autem qui vult rescindere subhastationem, vel adiudicationem uti nullam tenetur offerre debitum unà cum accessionibus, ut tradunt *Gratian. discept. foren. cap. 16, num. 37, & seq. part. 1, Post. de subhast. inspec. 17, n. 217, & seq.* ubi dat concordantes & *Hodiern. ad Surd. decis. 46. num. 1.*

40 Debet tamen præcedere excussio mobilium, ut deveniri possit ad subhastationem immobilium, ut tradunt *Gratian. discept. forens. cap. 7, num. 25, part. 1, Fenzon. ad stat. Urb. cap. 193, num. 5, & cap. 194, nu. 64 & cap. 195, num. 1, 2, & seq. Mangil. de evict. quæst. 192, num. 43,* plenè *Posti. de subhast. inspec. 14, num. 2, & 3. Rota coram Mart. Andr. decis. 8, numer. 5.*

41 Quod tamen non habet locum stante obligatione camerali, & in aliis casibus, quos recenset *Gratian. dict. cap. 7, num... & seq. & Posti. dict. inspect. 14. num. 20, et seq.* ubi dicit, dicto ordine non servato subhastationem non esse nullam, sed dari appellationem, *et num. 42, et seq.*

42 Quibus addo pro coronide, quòd tertius comparens post subhastationem, non potest illam impedire, sed debet agere ordinariè actione revocatoria, vel rei vendicatione, ut declarant *Salust. in pract. lib. 1, cap. 44, num. 3, & 6, Mangil. de subhast. cap. 160, num. 15, Posthi de subhast. inspect. 18, num. 270, & seq. & Rota apud eum decis. 104. num. 10,* faciendo plenas probationes, & per tres conformes, *Posti. ubi suprà.*

ADDITIO.

43 Contumacia, & pœnæ illius in hac nostra Provincia Cathaloniæ non sunt in usu, sed reo non comparente producitur per actorem libellum, & prosequitur lis, ac si reus comparuisset *Peguer. in prax. rubr. 7, per tot. & ibi Ripoll. num. 3, & 4,* ubi *Fontanel. Cancer. & alios* citat.

44 Itaque de iure communi variis pœnis puniuntur contumaces, inter quas est tradita hic in nostro statuto, immittendo actorem in possessionem aliquorum bonorum rei conventi iuxta quantitatem crediti petiti in actionibus personalibus, & in realibus, rei petitæ, & deductæ in iudicio *Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 136. num. 7, & seq. Hunni Encycloped. iur. part. 2. tit. 8, cap. 7, à num. 26, Autun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 58, nu. 50. Oliva de for. Eccles. part. 3, quæst. 26, per tot.* novissimè *Capuci. in prax. tom. 2. part. 1, art. 6, num. 115, & seq. Pac. Iordan. lucubra. tom. 3, lib. 14, tit. 13, num. 188, & 210, Fermosin. in tract. var. in tit. de dolo, & contumacia, & de sequestr. possess.* ubi per plures quæstiones latè *Matth. Berlich. conclus. iur. tom. 1, conclu. 17, à n. 28.*

45 Et ita propter contumaciam rei conventi immissus in possessionem, seu salvianum intentando, avocando possessionem rei hipothecatæ, non dicitur dominus, sed detentor, & dicitur possidere pro illo adversus quem immissionem obtinuit *Rota Recen. decis. 381, num. 1, part. 19, & decis. 700, num. 2, part. 18, tom. 2, Autun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 38, num. 51,*
46 *Oliva d. quæst. 26, num. 46.* unde est, quòd inspecto iure communi, fructus non facit suos, sed solum prætorium pignus constituitur, *Hunni. d. cap. 7, num. 40, Zach. ad Gallef. de obliga. cameral. quæst. 37, nu. 18, Merlin. de pignorib. lib. 5, tit. 1, quæst. 45, num. 49, Rota Recen. part. 19, decis. 381, num. 1, & seq. Bonden. collect. legal. 14, num. 174. Pac. Iordan. ubi supr. num. 199, 211, & seq. Oliva d. quæst. 26, nu 49.*

47 Hoc sanè casu pignoris prætorii procedit, quòd traditur à nostro *Conciolo hic nu. 8,* & expressè continetur in statuto, videlicet quòd ipsum resolvitur per comparitionem rei, sive debitoris, refectis expensis, & præstita cautione de iuri stando, & iudicatum solvendo, ut tradunt *Ab Eccles. dict. obser. 136, num. 9, Portugal. ubi supr. n. 52, Pac. Iordan. ubi suprà num. 205, Oliva d. quæst. 26, num. 54.*

48 Pariter pignus quoque prætorium, seu ut aliqui dicunt iudiciale, iudicatur, quando res quæ est capta pro executione, consignatur à Iudice creditori, vel alteri tertio per eum supposito, & hoc casu quandocunque

que debitori offertur pecunia debita cum usuris, & expensis, ipsi restituitur res cum fructibus perceptis, tuncque pignus est restituendum debitori offerenti debitum cum usuris, ut pluribus citatis tradit Salgad. in laby. cred. part. 1, cap. 10, num. 14, & seq. Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obse. 149, num. 3, & 6, ubi num. 7, limitationem tradit Hermosil. glos. 7, leg. 52, tit. 5, part. 5, num. 13, Autun. Portugal. ubi suprà nu. 54, Emin. de Luca ubi proximè num. 5, Arias de Mesa var. resol. lib. 1, cap. 6, numer. 5, & cap. 8, num. 8.

49 Non tamen hoc procedit quando res capta pro exequutione creditori adiudicatur tanquam plus offerenti, & uti extraneo ementi, quo casu non pignus, sed vera venditio contracta censetur, & tunc creditor tutus est, ne res ab eo recuperatur, etiam quantitatem, expensas, & usuras offerendo, Salgado ubi proximè num. 16. & seq. Ab Eccles. d. obser. 149, num. 8, & seq. Arias de Mesa var. resol. lib. 1, cap. 7, num. 2, Pac. Iordan. ubi supr. numer. 207, Merlin. contro. foren. cap. 68, num. 3, & seq. tom. 2, Posth. de subhast. in addit. ad inspec. 54. num. 5, Eminen. de Luca de
50 empt. & vend. discur. 31, per tot. Benè tamen tradunt Doctores, posterioribus creditoribus competere ius offerendi contra creditores ementes, etiamsi anteriores, & ut tertium licitantes, quod tu examina penes Vincen. de Franc. decis. 69, & ibi Adden. signanter Carol. Ant. de Luca ubi Merlin. Marin & alios citat, & observ. 224, & 450, Pilaia decis. canon. lib. 2, dec. 9. à num. 92, Arias de Mesa var. resol. cap. 6, & 37, Carol. Rota pract. conclu. conclu. 23, num. 1, & seq. Merlin. controv. foren. cap. 68, numer. 6, tom. 2, novissimè Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 24, cap. 1, num. 115, et seq. Posth. ubi suprà num. 6, & seq. Scoppa. ad decis. Gratian. observ. 66, per tot. maximè num 41, ubi latissimè Meli. ad Castill. de aliment. cap. 49, num. 7, & seq. & hæc invenies penes citatos à Doctissimo Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 12, num. 3, & 4, hancque quæstionem tractat Olea in noviss. addit. ad tract. de ceß. iur. ad tit. 4, quæst. 3, num. 13, quos consule.

51 Si tamen creditor non uti tertius licitet, nihilque offerat, sed ob non inventum emptorem ei res capta pro iudicato in solutum detur, tunc præcedere debet æstimatio, taliter quod datio insolutum ea non facta non valeret, nec dominium in creditorem transiret, Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 22, num. fin. Hunni. part. 2, tit. 24, num. 27, Hermosil. ubi suprà num. 15, 21, & seq. Altimar. ad Rovit. lib. 2, consil. 40, num. 2, Tondut. quæst. civil. cap. 28, num. 1, Mangil. de subhastatio. quæst. 159, numer. 1, & seq. novissimè Carol. Ant. de Luca ad discept. Gratian. animadver. ad cap. 7, num. 7, & seq. ubi tradit, an debeat præcedere æstimatio subhastationem bonorum, Marotta discept. foren. cap. 32, num. 29, Duran citatus à nostro Meritissimo Senatore D. Petro de Amigant. in addit. ad prax. Ripoll. post rubr. 4, form. 21.

52 Vnum nota, quòd isti quatuor, & unum menses respectivè, præfixi debitori ad reluendum pignus venditum currunt post finitam causam appellationis interpositæ à Sententia adiudicationis dictæ rei captæ in exequutionem, si appellatio interposita fuerit, ut post Mangil. Posth. & alios tradit Ab Eccles. d. obser. 149 num. 19 & ad ista vide novissimè Borgia investigatio. contra Fabr. tom. 1, lib. 6, cap. 2, per tot. ubi num. 11, tradit quod etiam post quadrimestre superseditur per duos menses in venditione pignorum, ac etiam per tempus ad arbitrium Iudicis, quòd in hac nostra Provincia non video practicari, sed instante vincente, bona capta in exequutionem subhastantur, & pervenitur ad eorum distractionem, nisi condemnatus quantitatem, & expensas interim offerat, ac realiter solvat, ad quod vide Arias de Mesa lib. 1, variar. resol. cap. 7, num. 16.

53 Alia inter cæteras adest differentia inter pignora ista prætoria, & iudicialia; illa autem, uti suprà dictum est, nullum dominium, nec possessionem tribuunt creditori, sed solam retentionem, ut ex fructibus possit satisfieri; hæc autem quando in subhasta, seu aliter sunt data in solutum creditoribus, plenum dominium per ipsam effectivam, ac realem traditionem possessionis ipsis tribuitur, & ex fructibus satisfiunt, extinguunturque hipothecæ, ut pluribus citatis tradunt Salgad. in labyr. credit. part. 1, cap. 18, à num. 8, & part. 3, cap. 2, num. 52, Marin. lib. 1, resol. 119, num. 17, Rota post Torre de pact. futur. success. decis. 103, num. 13, Hermosill. glos. 7, leg. 52, tit. 5, part. 5, num. 14, & seq. Pilaia decis. canon. lib. 2, decis. 9, num. 97, Bonden. dict. collect. 14, num. 198, & seq. Scoppa ad Gratian. obser. 13, num. 46, & seq Mangil. d. quæst. 159, num. 15, & seq. Posth. de subhast. inspec. 54, num. 5, & ita fuit decisum in nostro Regio Senatu die 24, Octobris 1673. referente Magnifico Iosepho Aleny in causa

Ple-

Plebani Ecclesiæ Balagarii, contra Priorem Confratriæ Beatæ Mariæ Veteris, & Sancti Panni in claustris Sedis Ilerdæ, Scriba Pellicer.

54 Verum est tamen quòd pignoribus evictis à creditoribus, reviviscunt, seu imò continuantur hypothecæ, & obligationes pro quibus fuerunt ea data insolutum, si in casu evictionis fuerunt ipsæ reservatæ, & protestatæ, illorumque reviviscentia in dicto casu evictionis, pluribus citatis modernè *Rota Recen. part. 19, decis. 381, num. 8, & 9, & post Torre de pact. futur. succes. decis. 103, num. 12. Rodoer. ad Marin. cap. 42, à num. 9, Dexart. decis. Sardin. decis. 77, per tot. Pilaia decis. canon. lib. 2, decis. 10, de censib. pet. 8, nn. 176, & seq. & in addit. ad consider 42 Franç. de protestatio. num. 1, & seqq.* novissimè *Castald. consult. foren. 133, numer. 13. & citatis Fontanel. & aliis Carol. Anton. de Luca ad Vincent. de Franc. observ. 50. numer. 1, & ferè per tot. Eminen. de Luca de credito, & debito discur. 32, à num. 2, & 9, & de censib. discur. 15, num, 3, & seq. Mesa var. resol. lib. 1, cap. 41, à num. 1, Fontanell. de pact. claus. 5, glos. 8, part. 14, num. 91, Meli. observ. foren. obser. 147, num. 18, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 147. num. fin. Hodiern. ad Surd. decis. 266, num. 13, & seqq. Palma Filius consult. 22, num. 1,* & *seq.* & ita declaravit R. Senatus referente Magnifico Michaele de Calderò R. C. die 10 Septembris 1670, Scriba Congost, in causa Augustini de Berardo, contra Raymundũ Bernat, & Raymundum Torres Ilerdæ, quæ fuit confirmata in causa supplicationis, referente Nobili Ioanne de Carbonell R. C. die 17. Decembris dicti anni 1670. & ad id sunt videndi quos novissimè citat *Borgia investigatio. contra Fabr. part. 4, lib. 18,*

55 *cap. 19, num. 8.* Quid autem si talis reservatio, & protestatio non fuerint factæ vide *Doctores citatos per Olea. de ces. iur. tit 5, quæst. 12, num. 23, & per Pilaia dict. n. 176, vers. Quod si hac non, &c. Scoppa. ad decis. Gratian. obser. 13, num. 51, & seq. Eminen. de Luca dict. discurs. 32, num. 11, & seqq. Rota post. Torre de pact futur. success. decis. 103, num. 12. Rodoer. ad Marin. obser. 42, tota Fontanell. de pact. claus. 5, glos. 8, p. 14, num. 85, & seq. Merlin. controv. 27, per tot. tom. 1, Hodiern. ad Surd. decis. 266, per tot.* conducuntque tradita per *Valeron. de transact. tit. 5, quæst. 5, num. 8, Manfrell. ubi supr. dict. num. fin. Carol. Anton. de Luca ad dict. decis. 50, Vincen. de Franch. num. 2, Conciol. noster allegatio. 52, à nu. 12, Arias de Mesa var. resol. cap. 38, & 39, per tot. & per alios passim.*

56 Qua protestatione, ut dicitur, facta non solum contra principalem reviviscunt primœva iura, sed etiam contra fideiussores, & tertios possessores, *ut citatis Surd. Frãch. Felic. Gratian. Mastril. & aliis* tradit *Pilaia dict. decis. 10, de censib. pet. 8, num. 180, in fin. & in dict. consider. 42, Franç n. 6,* ubi *Salgad. Guzman & alios* citat. Hoc sanè quo ad proprietatem, & usuras cessas die dationis insolutum, non autem quo ad posteà decursas à dicto die sequutæ extinctionis; quia census semel extinctus in eventu evicti pignoris, non reviviscit in futurum, sed agitur ex contractu novato, ut *citatis Carleval. Marin. Roderich. Tondut. Capic. Latr. Gimb. & aliis*, novissimè tenet *Rota Recen. d. part. 19, dict. decis. 381, num. 16,*

57 Cessio autem simpliciter facta, quod solum liberet debitorem cedentem, si creditum cessum exhigatur, prout continetur in nostro statuto, est iuri conforme, & ut certò stabilitur à *Doctoribus* præcipuè à *Doctissimo Altimar. ad consil. Rovit. tom. 1, obser. 75, num. 26,* ubi *Cancer. Tondut. Salgad. Grat. Scacc. Latr. Leotard Merlin. Hodiern. & alios* citat, *et his, & aliis citatis, Olea. de cess. iur. tit. 7, quæst. 3, n. 18, & seq.* & penè metipsis citatis *Vilaplana noster de Brach. Militar. cap. 4. à num. 122,* ubi *num. 132, & 133.* decisiones nostri Senatus per extensum refert *Pegas resol. foren. cap. 3, num. 367, et seq. Severin. in addit. ad decis. 360, Sanfelic. lib. 3. pag. mihi 174, vers. Præfata non procedunt, &c.* ubi *Fontanel. et alios* citat *Crespi. obser. 116, nn. 129,* ubi pariter *Cancer. Fontanel. Salg. et alios* citat, novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis 147, num. 24. et seq. Iosep. de Rosa consult. 7, num. 4, Modern. Capucius in prax. tom. 1, part. 1, cap. 3, art. 3, num. 89, et seq.*

58 Tamen ut iste simplex cessionarius regressum habere possit contra cedentem, debet docere de diligentiis factis contra debitorem, seu rem cessam, aliter si propter dilationem in exigendo debitor cessus non solvendo effectus fuerit, id damno dicti cessionarii cedet, si non ratione dominii, saltim ratione mandati suscepti neglecti, seu malè administrati, quæ negligentia cessionario præiudicat, latè suo doctissimo more *Eminen. de Luca de credit. et debit. discur. 64, à num. 8.* præcipuè *num. 11, et de dote discurs. 7, num. 10, Meli. obser. 3, num. 8, 9, 11, et seq. et obser. 150, num. 14, Rosa, et*

alii

alii quos novissimè citat *Borgia investigatio. contra Fabr. tom.1, lib. 2, cap. 1, num. 16.* ubi quid si exigibilitas fuerit promissa, & citatis *Fontanel. Ciriac. Censi. Andreol. Hodiern. Posth. Gusman. Tondut. Salgad. Merlin. & aliis*, *Olea de cess. iur. tit. 7, quæst. 3, num. 37*, & hiis metipsis citatis *Vilaplana d. tract. de Brach. Militar. d. cap 4, numer. 144, & seqq. Pegas ubi suprà num. 383, & seq. Vrceol. consult. foren. cap. 2, num. 23, & in append. 2, ad d. tract. cap. 2. num. 1, & seq. Crespi. d. obser. 115, numer. 132, & 134, Rota decis. 302, num. 8, & 13, part. 19, recent.* non tamen si debitor cessus, seu illius bona sunt intricata, seu aliter ab eo sit formatus concursus, ita Regius Senatus, referente Nobili Narciso de Anglasell R. C. die 15, Octobris 1670. in causa Antonii Soler & Descamps, contra Hieronymum Cercos, Scriba Franciscus Ribes, & referente Nobili Iosepho de Ferrer & Vinyals die 20, Decembris 1676, Scriba Vila, in causa Raphaelis, & Stasiæ Solà, contra Ignatium de Oriola V. I. D. Barcin.

59 Creditor autem, qui auctoritate Iudicis, & ex causa iudicati successit, & missus fuit in possessionem bonorum debitoris ex secundo decreto, tenetur stare locationi per debitorem sine fraude factæ, pluribus citatis tradunt *Olea de cess. iur. tit. 4, quæst. 3, num. 10, Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 61, num. 267, & 268.*

60 An autem si in venditione facta per debitorem, seu creditorem, aut per Iudicem subhastando, intervenerit læsio, possit secundus creditor absque cessione, debitore facto non solvendo, exercere utilem actionem, *l. 2, Cod. de rescind. vend.* ardua est quæstio, tu eam examina penes *Doctores citatos à Olea de cess. iur. d. tit. 4, quæst. 3, num. 1, & seq.* ac novissimè *in addit. ad d. tit. 4, quæst. 3, per tot.* & penes citatos per *Doctissimum Carol. Anton. de Luca obser. ad decis. 224, Vincen. de Franch.* ubi *cum Mesa, & aliis* contra *Oleam* tenet.

61 Venditio subhasta, ut traditur hic à nostro *Conciolo num. 13*, ut sit valida debet fieri præsente pecunia, nec in ea haberi potest fides de pretio, latè *Altimar. in suo doctissimo tractat. de nullitatib. part. 2, rubr. 13, quæst. 29, num. 96.* ubi infinitos modernos citat, *& numer. seqq.* limitationes tradit, *& in obser. ad consil. 40, Rovit. lib. 2, num. 5, Rosa. consultatio. 25, num 15, Fontanel. Leo. & alii citati à Hermosil. glos. 7, leg. 52, tit. 5, part. 5, à num. 1, Modern. Antun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 38, num. 59,* ubi *num. seqq.* limitationes affert *Trat. ad Muscatel. glos. venduntur, ad num. 19, pag. 499, Zrilia ad consuetud Neapol. tit. 24, cap. 1, num. 102, & seq. Tondut. quæst. civil. cap. 32, num. 21, Berlich. conclu. iur. part. 1. conclu. 81, num. 180, & seq.* novissimè *Borgia investigatio. contr. Fabr. tom.1, lib. 5, cap. 16, numer. 7,*

62 Taliter quod si unus nummus deficiat in deposito facto per emptorem de pretio rei in subhasta emptæ, non efficitur dominus emptor, nec fructus facit suos, etiam si per errorem pretium diminutum depositum fuerit. *Hermosil. ubi proximè num. 10, Leo. decis. Valen. 6, num. 3, Fontanel. de pact. claus. 7 glos. 3, part. 6, num. 18, & decis. 223, num. 23. Altimar. ad decis. 7, Rovit. num. 2, & ad consil. 40 lib 2, num. 5,* ubi ad saturitat m *Portugal ubi proximè, Posth. de subhast inspec. 54, num. 4.*

63 Vnde fit, quod pretio venditionis factæ subhasta realiter non soluto, non extinguntur hypothecæ rei venditæ, ac subhastatæ, sed conservantur, usuras pariendo, *Salgad. in labyr. credit. part. 1, cap. 21, num. 8, in fin. & part. 3, cap. 10, num 20 in fin. Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 12, num. 18, Antun. Portugal. de donatio Reg. p. 3, cap. 38, num. 59, & seq. Tondut. d. tract. cap. 31, num. 21.*

64 Pro coronide scias, quòd revocata sententia per reclamationem, vel appellationem interpositam à sententia in prima instantia lata, & exequutionem habente, non recuperatur res pro illius exequutione tertio subhasta vendita, sed condictio ad pretium, & interesse contra creditorem, qui obtinuit in prima instantia, & pretium recipit, competit *Franch. decis. 120, & ibi adden.* maximè *Carol. Ant. de Luca num 1,* ubi *Caiet. Afflict. Faber. Fontanel. & alios* citat *Arias de Mesa var. resol. lib. 1, cap. 36, num 8, & seq. Mansiell. ad Capic. Latr. obser. 120 num. 13,* ubi *Carleval Guzman. Fab. Fontanell. & alios* pariter citat, & alii quamplurimi, quos citat *Matthæu. de regim. Regn. Valent. cap. 13 §. 3, num 85,* & hæc mihi magis æqua videtur opinio, quamvis non desint Auctores magni nominis contrarium tenentes, veluti *Giurb Marescot. Salgad. Mastril. & alii citati à d. Luca d. num. 1, vers. contrarium, &c.* & innumeri citati à *Doctissimo Altimar. de nullitatib. rubr. 5. quæst. 44. n. 3, & 5.*

65 Attamen hos Doctores ita conciliarem, quòd quando res est addicta ipsimet creditori appellato, procedat opinio dictorum Doctorum citatorum à dicto *Luca d. vers. Contrarium, & à d. Altimar. d. tract. num 3,*

&

& 5. prout in terminis tradit dictus *Luca d. obser.* 120, *num.* 2, quando verò est facta venditio legitimè tertio à Iudice, tunc procedere opinionem, *Vincen. de Franch. & aliorum.*

66 Si autem prima sententia in cuius exequutionem fuit res subhasta vendita, fuerit declarata nulla, propter nullitatem intentatam per reum victum, tunc res vendita evocaretur etiam à tertio, unà cum fructibus, eùm venditio revocetur non ex nunc, sicut in appellatione, sed ex tunc, ut *Citatis Latr. Noguerol. Salgad. Giurb. Marot. Gratian. & plurib. aliis* tradit *Altimar. d. quaest.* 44, *numer.* 7, videndus *Antun. Portugal. ubi suprà dict. cap.* 38, *num.* 62.

67 Et non solum in hiis venditionibus intervenire potest læsio ultra dimidiam; sed etiam enormissimam, & tunc propter dolum præsumptum annullatur ex tunc, & veniunt fructus à die venditionis restituendi, ut *citatis Cancer. Fontanell. Prat. Castill. Marin. & aliis* tradit *dict. Doctissimus Altimar. d. quaest.* 44, *num.* 9, *Mesa var. resol. lib.* 1, *cap.* 36, *per tot. Capon. d. scept,* 76, *num.* 34, *& seq. tom.* 2, & ita fuit decisum in R. S. facto verbo per Raphaelem Nabona Regium Consiliarium, die 20. Decembris 1680, inter Priorem, & Conventus del Bonsuceès Civitatis Barcinonæ, & Hyacinthum Andreu Medicinę Doctorem, Nott. dictæ causæ Ribes.

DE INSTANTIIS, ET FATALIBVS.

Rubrica X X.

VT finis litibus imponatur, Statuimus, quòd causæ omnes Civiles Ordinariæ in prima Instantia coràm quibuscunque Iudicibus infra sex Menses, Summariæ verò, & Exequutivæ infra tres Menses à die primi termini dati ad probandum, (Feriis Messium, & Vindemiarum dumtaxat interim non computandis) omnino terminentur: Quo tempore elapso absque aliqua Iudicis pronuncia, Instantia pereat, & Actor condemnetur in expensis; Sicut etiam Reus, si eius culpâ instantia perierit, quod Iudex in sua pronuncia declarare teneatur, & peremptus non possit audiri, nisi refectis omnibus expensis more solito taxandis: Et si Actor interim voluerit in causa ad ulteriora procedi, facto deposito unius Iulii cum oblatione reficiendi illud plus, quod fuerit taxatum, Iudex mandet in causa ad ulteriora procedi: Et si per Iudicem steterit pœnam quinquaginta librarum incurrat, & nihilominus post lapsum instantiæ teneatur ad petitionem rei causam expedire. Volumus etiam, quod instantia perempta, omnia Acta fidem faciant in quocunque Iudicio. In secunda verò instantia causæ omnes infra tres menses à die appellationis interpositæ Feriis non obstantibus terminetur: Quibus Fatalibus elapsis appellatio deserta remaneat, & sententia, quæ transitum fecerit in iudicatum, exequutioni demandetur, cum condemnatione Partis in expensis. Quòd si Iudicis defectu causa sit deserta, agi possit contra eum etiam durante officio ad omnia damna, expensas, & interesse. Sicut etiam agi possit contra Arbitros, & Arbitratores, si eorum culpa Causæ non expediantur. Procurator verò causæ teneatur allegare Peremptionem instantiæ, sub pœna privationis sui salarii, & restitutionis, si quid acceperit, nec possit per eum quomodocumque talis peremptio remitti.

SVMMARIVM.

1 *Instantia est tempus, quo iudicium discutitur.*

2 *Instantia de iure canonico non perit, sed durat semper. De iure autem civili durat triennio, num.* 3.

4 *Statutum reducens instantiam ad breviorem*

rem terminum est ordinatorum.

5 *Instantia in causis criminalibus est biennalis.*

6 *Instantia perit per lapsum termini statuti à lege, vel à statuto.*

7 *Sententia lata perempta instantia est nulla.*
Fallit si statutum imponat pœnam Judici, num. 8.
Et quando instantia est præfixa Iudici, num. 9.
Secus est, si est præfixa causæ, vel actioni, num. 10,

11 *Instantia perempta acta ordinatoria pereunt.*
Secus autem decisoria, num. 12.

13 *Instantia non currit dum inter partes tractatur concordia.*

14 *Instantia inchoata cum antecessore transit in successorem.*
*Etiam singularem in actione reali,nu.*33,
Intellige de instantia propriè sumpta, num. 34,
Non transit tamen in hæredem Clericum, num. 15,
Contrarium tenent Doctores, num. 32,

16 *Instantia an detur in exequutivis est controversum.*
Incipit tamen currere à die præsentatarum oppositionum, num. 17,

18 *Instantia non currit impedito.*
Neque currunt fatalia in causa appellationis, num. 19,
Fallit si pars potuit removere impedimentum, num. 20,
Currit tamen etiam stante absentia, vel infirmitate Advocati, num. 21,
Utrum verò requiratur protestatio remissivè, num. 22,

23 *Appellanti ab emergenti si succumbat currunt fatalia.*

24 *Instantiam non esse peremptam in dubio est pronunciandum.*

25 *Instantia lapsu non potest opponi post sententiam.*
Neque quando pars concorditer fuit causam prosequuta, num. 26,

27 *Instantia perit etiam in causa dotis.*

28 *Feria in honorem Dei computantur in tempore instantia.*

29 *Statutum locale non potest tollere ferias in honorem Dei.*

30 *Instantia causarum in Cathalonia quæ sint.*

31 *Instantia materiam qui tractent remissivè.*

35 *Fideiussor de iudicio sisti datus pro prima instantia an sit obligatus pro secunda.*
*Non tenetur perempta instantia, n.*36,

37 *Tempora probatoria decursa coram Ordinario coniunguntur cum decursis in Reg. C. quando causa evocatur.*

ANNOTATIO.

1 INstantia est tempus, quo iudicium disceptitur, videlicet à litis contestatione usque ad sententiam, *cap. Venerabiles*, 20, *de iudic. Calvi in lexic. litera I, in verbo instantia, Fenzon. ad stat. Urb. lib.* 1, *cap.* 81, *num.* 2 *Pilata decis. Pontif.* 1, *num.* 11, *lib.* 4, fatalia autem, & instantia sunt diversa, cùm fatalia habeant locum in causa appellationis, & instantia in primo iudicio, ut declarant *Fenzon. ubi supra & Scacc de appell. cap.* 3, *quæst.* 15, *art.* 11, *per tot.*

2 Instantia autem de iure canonico non perit, sed durat semper, ut tradunt *Corn cons.* 210, *num.* 6, *lib.* 4, ubi dicit de iure canonico non habere locum, *l. properandum*, 11, *C. de iudic. Asin. in pract. cap.* 3, *num.* 22, *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.* 81, *num.*20, *& Barz. decis.* 30, *num.* 7, nec non *Scacc. de iudic. lib.* 2, *cap.* 2, *num.* 687, qui testatur de communi opinione, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2, *cap.* 51, *num.* 7, *Pilaia. d. dec.* 1, *num.* 11, licet contrarium imò non reperiri in iure cautum, instantiam de iure canonico non perire, & communem opinionem non esse veram tenuerit *Roman. cons.*
3 220, *num.* 11, *& seq.* De iure tamen civili instantia durat triennio à die litis contestatæ, *dict. l. properandum*, 11, *& ibi not. Doct. communiter, C. de iudic. Card. Tusc. pract. concl. litera I, concl* 203, *num.*1, *Pract. Ridolph. part.* 2, *cap.* 2, *num.* 87, *&* 88, *Antonell. dict. cap.* 51, *num.* 1, *Pilaia d. decis.* 1, *num.* 11.

4 Statutum verò supradictum terminans instantiam ad brevius terminum est ordinatorium, & omnes ligat, *Hond. cons.* 24, *num.* 6, *&* 26, *lib.* 1, *Cartar. decis.* 79, *n.* 1, *Gizrb. decis.* 116, *num.* 3, & ideò ligat etiam Clericos litigantes in foro sæculari, ut not. *Cartar. d. decis.* 79, *num.* 2, qui plures dat concordantes, *& Balt. Thoma. de immun. Eccles. tom.* 4, *tit.* 1, *num.* 905.

Advertendum tamen est ad verba statuti, ibi *causæ omnes civiles*, per quæ statuentes noluerunt comprehendere causas criminales, relinquendo illas in dispositione iuris communis ad tex *in l. commodissimè* 10, *ff. de li-*
5 *ber. & posthu.* cuius vigore instantia in causis criminalibus est biennalis, *l. final. Cod. ut intra. cert. temp. crim. quæst. d. l. properandum* 11. *Cod. de iudic.* & not. *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.* 81, *num.* 7, *Antonel. de temp. legal. d. cap.* 51, *num.* 1, *& Pilaia. d. decis.* 1, *num.* 11, *lib.* 4.

6 Instantia autem perit per lapsum termini statuti à lege à statuto, vel à Principis constitu-

ſtitutione, ut not. *Maran. in pract. part. 1, ver. & omnia fiant durante inſtantia num. 17, Adden. ad Paitel. expedit. 16, num. 2, & ſeq.* & de peremptione inſtantiæ vigore ſtatuti, uti in ſtatuto noſtro not. *Fenzon. ad ſtat Vrb. d. cap. 81, nu. 19, & Carpan. ad ſtat. Mediol. lib. 1, cap. 21, num. 4,*

7 Sententia verò eſt nulla ſi eſt lata peremta inſtantia *Maran. ubi ſuprà numer. 58. Cravet. conſ. 270, num. 7, Monach. deciſ. Floren. 8, num. 1, & 12, Adden. ad Paitel. expedit. 16, num. 17, & ſeq. Giurb. deciſ. 83, num. 1, Scacc. de appel. quæſt. 15, nu. 350.*

8 Si tamen ſtatutum imponat pœnam Iudici cauſam non expedienti, ut fit in hoc ſtatuto ſententia lata perempta inſtantia valet, licet Iudex incidat in pœnam, ut tenent *Maran. ubi ſuprà num. 58, & Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 115, & ſeq.*
9 latè comprobans. Sicuti etiam ſententia eſt valida etiam lata perempta inſtantia, quando inſtantia eſt præfixa Iudici, ut eſt in ſtatuto noſtro ibi *cauſam expedire*, ut advertunt *Scacc. de iudi. lib. 2, cap. 2, num. 709, & ſeq. & de appellat. quæſt. 15, numer. 353,* ubi teſtatur de communi opinione, *Maran. in dict. loco, & omnia fiant duran. inſt. num. 58, & Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 81,*
10 *num. 24, & ſeq.* ſecus autem ſi inſtantia ſit appoſita parti, cauſæ, vel actioni, ut declarant *Dott. ſuprà adducti*, & præcipuè *Scacc. qui num. 357,* dicit in dubio præſumi inſtantiam eſſe appoſitam cauſæ, & actioni, ut ibi per eum.

Mandatur tamen ſatis providè in hoc ſtatuto, ut lites citius expediantur quod perempta
11 inſtantia omnia acta remaneant valida, quòd ſecùs eſt de iure communi, quo acta ordinaria pereunt, ut ſunt libellus, litis conteſtatio, terminus probatorius, fideiuſſio de iudicatum ſolvendo, & ſimiles, ut declarant *Maran. ubi ſupra num. 55, Lancell. de attent. part. 2, cap. 12, limit. 52, numer. 11, Fenzon. d. cap. 81, num. 28, & ſeq. Pract. Ridolph. part. 3, cap. 2, num. 145,* li-
12 cet non pereant acta tendentia ad litis deciſionem, ut inſtrumenta, confeſſiones, teſtium depoſitiones, & ſimilia *Maran. ubi ſuprà num. 55, & 62, Peregr. in rubr. de iudi. num. 59, Paitel. expedit. 16, num. 15, Pract. Ridolph. d. cap. 2, num. 145, & ſeq.* ubi de depoſitionibus teſtium non publicatis.

13 Quæ quidem inſtantia non currit, neque in cauſa appellationis dum inter partes tractatur concordia, ut tradunt *Odd. de reſtit. in integr. part. 1, quæſt. 12, num. 84, & Adden. ad Paitel. exped. 43, num. 50,* qui dant concordantes, niſi tamen partes non poſſent dict. inſtantiam prorogare, ut dicit *Oddus ubi ſuprà.*

14 Inſtantia tamen inchoata cum anteceſſore tranſit etiam in ſucceſſorem, *Scacc. de Appellat. cap. 2, quæſt. 15, num. 260, Giurb. deciſ. 107, num. 2, Noal. de tranſmiſ. caſu 57. num. 12, Rota apud Burat. deciſ. 278, nu. 6, & 7, & in Eugub. renovat. emphit. 17, Iulii 1641, coram R. P. D. Bichio in fin.*
15 licet illam non tranſire in hæredem Clericum poſt *Aſin. Carol. de Graſſ. Gail. Scac. Maria Robuſt.* & alios plures per eum relatos, qui de magis communi opinione teſtatur firmet *Sperell. deciſ. 7, num. 3, ver. contrariam, &c.* quam opinionem dicit, ſervari in ſtatu Eccleſiaſtico, & illam tenuiſſe *Rota apud Card. Seraph. deciſ. 957, num. 9.* licet non deſint contrarium tenentes, de quibus apud *Sperell. ibi num. 3.*

Inſtantiam in executivis currere à die termini dati ad probandum decernitur in hoc ſtatu-
16 tuto, cum de iure maximè controverſum ſit, an in executivis detur inſtantia, ut videre eſt apud *Scacc. de appellat. cap. 15, nu.*
17 *248. & ſeq.* ubi contrarias affert Doctorum opiniones, & per *Barz. deciſ. 30, num. 3, & ſeq.* & quatenus detur in exequutivis incipit currere à die præſentatorum oppoſitionum, quia tunc dicitur lis conteſtari, ut declarant *Giurba deciſ. 10, num. 5, Adden. ad Paitel. exped. 16, num. 30, & Andreol. controver. 79, num. 34, Maſtril. deciſ. 185, in fin.*

18 Impedito tamen agere non currit inſtantia *Natt. conſ. 172, num. 17, vol. 1, Aſin. in pract. cap. 10, §. 2, num. 29, Rot. apud Gregor. XV. deciſ. 272, numer. 5, & deciſ. 327, in fin.* plenè *Maſtril. deciſ. 285, num. 1,*
19 *& ſeq.* Neque currunt fatalia in cauſa appellationis, *Lancell. de attent. part. 2, cap. 12, num. 48, & 80, Scacc. de appell. quæſt. 15, num. 61, & ſeq. Adden. ad Gregor. XV.*
20 *d. deciſ. 272, num. 8.* Quæ tamen non habet locum ſi agens potuerit removere impedimentum, *Ludov. deciſ. Peruſ. 36, nu. 8. Cravet. conſ. 270, num. 3, Maſtril. dict. deciſ. 185, num. 3, & ſeq.* ubi diſſerit, an requiratur proteſtatio, ut ibi per eum. Et an illa currat dum reus ſubterfugiis cauſam in longum protrahere curat, videas per *Aſin. in pract. §. 2, cap. 7, num. 1, & ſeq. per Maran. in pract. part. 5, de inſtan. num. 30, & per Adden. ad Paitell. exped. 16, num. 20,*
21 *& ſeq.* Currit tamen inſtantia non obſtante impedimento infirmitatis, vel abſentiæ Advocati, ut probat *Ludov. deciſ. Peruſ. 36, nu. 1,* ubi teſtatur de communi opinione,

21 utrum verò ob dictum impedimentum detur restitutio in integrum, & an requiratur protestatio tradunt *Ludov. decis. 36, & Odd. de restit. in integr. part. 1, quaest. 13, art. 8, num. 32, & Lancell. de atten part. 2, cap. 12, ampliat. 1, num. 56, & seq.* & ap-
23 pellanti ab aliquo emergenti, si in eo succubuit currunt fatalia, & instantiæ, *Ceph. cons. 266, num. 8, vol. 2, Scacc. de appell. lib. 3, cap. 2, quaest. 15, n. 83, & n. 316, & seq.*
24 In dubio tamen pronunciandum est, instantiam non esse peremptam, & appellationem non esse desertam, *Scac. de appell. lib. 3 quaest. 17, limit. 1, num. 18, Adden. ad Pattell. exped. 98, in princ.* qui dant con-
25 cordantes. De cuius lapsu non potest dari post sententiam, *Ludov. decis. Lucen. 24, num. 12, & decis. 43, in fin. Andreol. controver. 79, num. 35.* nec quando pars con-
26 corditer fuit causam prosequuta, cùm censeatur à peremptione instantiæ recessum, *Giurb. decis. 116, num. 21, Andreol. dict. controv. 79, num. 35,* qui dant concordantes, & *Rota in Eugubina dotis 6, Iunii 1642, coram R. P. D. Carrillo, §. sicuti non, &c.* quæ est *decis. 482, part. 9, recen. num. 2,* cùm partes possint prorogari instantiam usque ad terminum iuris communis,
27 ut tradit *Rota ubi suprà.* Quæ quidem instantia perit etiam in causa dotis, ut docent *Asin. in pract. in princ. cap. 3, num. 69, & seq. & Scac. de appell. cap. 2, quaest. 15, num. 247,* ubi testatur de magis communi opinione, licet contrarium teneant *Adden. ad Pattell. exped. 16, in fin.*

Addo prædictis, quòd dum statutum reducit instantiam causarum appellationis ad tres menses feriis non obstantibus, intelligi debet de feriis etiam in honorem Dei, &
28 Sanctorum introductis, cùm etiam illæ cõputētur in dictis tribus mensibus, *l. 2, §. illud etiam, & ibi glos. C. de tempor. appell. l. 1, 2, et ibi glos. Bald. Castr. & Angel. C. de fer. Bald. cons. 26, in fin. part. 1, glos.*
29 *in cap. fin. de fer.* Quia licet statutum laicale non possit tollere ferias introductas in honorem Dei & Sanctorum, ut not. *Gratian. decis. March. 44, num. 14, Rota in Eugubina dotis 9, Maij 1642. coram R. P. D. Roias, §. nec obstat, &c.* Tamen illas computare in terminò instantiæ non est illas tollere, ad tex. *in l. sive pars, 3. in fin. & ibi Castr. C. de dilat.* & sentit *Asin. in pract. §. 17, cap. 10, num. 1, & seq.*

ADDITIO.

30 Materia huius rubricæ, licet prolixa, & extensa sit, tamen cum ea in cæteris Provinciis reguletur per iura statuta ia, & Municipalia, digressione, & explanatione non indiget, & cum pro hac nostra Provincia Catalaunæ habebis diffusè digestam penes *Peguer. in sua prax. & ibi Adden.* quapropter breviter me expediam.

31 Idoneè transcribendo solea adimpleam, & solum dicta à Doctoribus referam, libentius cum his parcis pertransio, contentus solum de visu *Doctissimi Altimar. in suo tractat. de nullitatib. rubr. 9 quaest. 35. 36, & 37,* ubi extensè tradit materiam hanc instantiæ, & fatalium. & penes eum reperies cuncta quæ supra hanc materiam tibi occurrerint, non prætermittas pariter videre *Doctissimum Autun. Portugal. de donatio. Reg. part. 2, lib. 1, cap. 20, per tot. Hunni. Encycloped. in part. 2, tit. 4, per tot. Adden.* præcipuè *Carol. Ant. de Luca ad Vincen. de Franch. obs. 20. 250, 653 & in aliis, Oliva. de for Eccles. part. 3. cap. 27, per tot.* novissimè *Pilasa. tom. 2, decis. canon. lib. 4, decis. 1, à num. 11,* penes quos, & apud ab eis citatos reperies cuncta quæ volueris.

32 Quod instantia cœpta coram iudice laico transit in hæredem Clericum, & ipse coram dicto Iudice laico debeat causam cœptam continuare, non obstante *Sterel.* citato hìc à nostro *Conciolo num. 15,* est affirmativè tenendum *Meritissimus ac Regens noster Cortiada decis. 36, num. 56, & seqq. Autun. Portugal. dict. cap. 20, numer. 35, Pilasa decis. canon. tom. 1, lib. 1, decis. 11, num. 65, Oliva ubi suprà dict. cap. 27 nu. 45, Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defen. 1, cap. 13, num. 53.*

33 Cœpta autem contra defunctum in actione reali transit in singularem successorem, in actione autem personali nequaquam, *Hunni. dict. tit. 4, cap. 3, num. 7, Oliva dict. cap. 27, num. 50,* novissimè *Borgia investigatio. contra Fabr. lib. 20, cap. 9, num. 5, Doctissimus Autun. Portugal. de donationib. Reg. tom. 1, part. 2, cap. 20, num. 98,*
34 *& seq.* & in casu quo transit instantia in singularem successorem, requiritur quòd sit propriè sumpta, & sic quòd lis sit contestata cum defuncto, pluribus citatis *Doctissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada. decis. 36, num. 70,* ad quod videndi *DD. citati à Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 33, numer. 22, & seq.*

35 Quidquid sit an fideiussor de iudicatum solvendo datus in prima instantia, seu coram uno Iudice teneatur in secunda, seu coram alio Iudice, de qua quæstione latè *Cancer. variar. 2, cap. 5, num. 120, & seq.*

& Doctores citati à Ripoll. ad Peguer. rubr. 29, num. 85, & seq. & à Meritissimo, ac Nobili nostro Regente Cortiada decis. 16, num. 15, & latissimè suo doctissimo more *Altimar d. tractat. de nullitatib. tom. 1, p. 1,*
36 *rubr. 4, quaest. 25, per tot.* tamen certum est, quod dati pro iudicio sisti, & iudicatum solvendo in civilibus, non tenentur perempta instantia, taliter quod nec ipsa fideiussio reviviscit per insufflationem spiritus, ut citatis *Reg. Valenz. Capic. Latr. Marin. Guazz. Prat. Petra, & aliis* tradit *Doctissimus Altimar d. tractat. de nullitatib. Rubr. 9, quaest. 36, num.* 10, *&* 11.

37 Nota tamē quod tempora probatoria decursa in Curiis Ordinariorum, coniunguntur cum temporibus decursis in R. A. in causis scilicet, quæ postquam fuerunt introductæ coram Ordinario fuerunt evocatæ ad Regiam Audientiam, ut ita fuit decisum in R. S. die 26, Martii 1677, facto verbo inter Sebastianum Riera, & coniuges Casadeval & Gou sub examine Ioannis de Colomer R. C. in actis Oriol, & Mercer.

DE REFECTIONE EXPENSARVM.

Rubrica XXI.

IN omnibus causis civilibus, & criminalibus victus victori, sive actor, sive reus sit, in expensis legitimis à Iudice in sententia condemnetur, nisi ex aliqua iusta causa litigandi victus ipse absolvi mereatur: Et in refectione veniat salarium Advocati, & Procuratoris, si verè ii causæ interfuerint. Item, expensæ actorum, Carceris, & omnes aliæ legitimè factæ, & condemnatione facta debeat summariè ad earum taxationem procedi per Notarium à Iudice eligendum faciendam, & ipsi Iudici referendam, prævio semper iuramento Taxatoris super legalitate dictæ taxationis, & procedi possit pro earum executione facienda realiter, & personaliter, prout Iudici magis visum fuerit expedire: Nisi petita fuerit revisio dictæ Taxationis infra triduum à diæ notitiæ; Quo casu victus teneatur etiam procurare expeditionem Revisionis infra aliud triduum, alioquin ad solvendum, ut suprà, compellatur.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori est condemnandus in expensis.*

2 *Iustæ causæ an excusent ab expensis stante statuto, quòd victus in eis condemnetur.*

3 *Iusta causa litigandi quæ sit remittitur arbitrio Iudicis.*

Illa tamen præsumitur in habente authoritatem alicuius Doctoris, num. 4,

Et in habente consilia plurium Advocatorum, num. 5.

Et quando variæ sunt opiniones Doctorum, num. 6,

Et in eo qui semiplenè probavit, n. 7,

Et in probante per plures testes, qui fuerunt reprobati, num. 8,

Et quando actor petiit plus debito, n. 9,

Et in litigante ad parandam actionem de evictione, num. 10,

11 *Victus non præsumitur habuisse iustam causam litigandi.*

12 *Iusta causa litigandi non excusat ab expensis conventionalibus, & num. 22,*

13 *Iudex absolvens ab expensis non censetur absolvere ab expensis conventionalibus.*

14 *Expensæ Advocati, & Procuratoris sunt reficiendæ.*

Etiamsi illi gratis fuerint patrocinati, num. 15,

16 *Iudex non tenetur condemnare reum in expensis, nisi id fuerit petitum.*

Benè tamen potest, licet ad id non cogatur, num. 36,

Neque potest reservare condemnationem expensarum in sententia diffinitiva, num. 17,

18 *Victor potest appellare ab absolutione ab expensis, & num. 24.*

Non tamen in Cathalonia, nisi in casu tradito num. 25,

Et in casu quo fuerint expensæ stipulatæ, num. 26,

Nec

Nec in hoc casu si pars expressè fuerit absoluta ab eis, & victus non appellaverit, num. 27,

19 *Iudex potest committere cuilibet Notario taxam expensarum.*

20 *Victus condemnatur in expensis etiam si iuraverit de calumnia.*

21 *Iudex appellationis condemnans in expensis an censeatur condemnare in expensis factis etiam coram Iudice à quo remissivè, & num. 37,*

Et quid in expensis conventionalibus, num. 38,

23 *Appellare licet à condemnatione expensarum.*

28 *Appellare licet in causa manutentionis propter condemnationem expensarum.*

An autem suspensivè, num. 29,

30 *Expensarum condemnatio an procedat in causis contentiosum, & competentiarum.*

Et tali casu à quo sit facienda executio, num. 31,

Unde non data earum expressa condemnatione videtur ea remissa, num. 32.

33 *Expensæ non coacervantur cum summa contenta in sententia ad augendam eam.*

34 *Fideiussor expensas solvens an possit eas repetere à creditore.*

35 *Fiscus an possit condemnari in expensis, seu litigantes cum eo.*

ANNOTATIO.

Statutum hoc concordat cum dispositione iuris communis, quo victus victori condemnatur in expensis, ut tradunt *Asin. in pract. §. 32, cap. 2, num. 1, & seq. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 55, num. 19, & seq. Pract. Ridolph. part. 1, cap. 13, num. 601,*
1 *Rota apud Buras. decis. 921, num. 1, & apud Duran. decis. 313, num. 9.* Per cuius statuti dispositionem mandantis victum victori tam in causa civili, quàm criminali esse condemnandum in expensis, nisi victus
2 habuerit iustam causam litigandi aufertur illa celebris controversia, an stante dicto statuto iusta causa excuset ab expensis, de qua habetur per *Gabr. comm. conclus. de expen. conclus. 1, num. 1, per Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 196, num. 13, & seq. per Ludov. decis. Perus. 52, num. 1, per Gratian. discep. foren. cap. 33, num. 2, part. 1, & per Carpan. ad stat. Mediol. cap. 55, num. 80, & 122, lib. 1, & per Asin. in pract. §. 32, limit. 1, & limit 3.*
3 Quæ autem dicatur iusta causa litigandi cùm in iure non sit expressum regulariter remittitur arbitrio Iudicis, ut not. *Menoch. de arbitr. casu 177, num. 2, Carpan. in dict. cap. 55, num. 122, & seq. & Asin. in. d. §.*
4 *32, limit. 5, num. 2.* Iusta autem causa præsumitur in eo, qui habet pro se authoritatem alicuius Doctoris suam opinionem tenentis, ut latè comprobat *Asin. in pract. d. §. 32. limit. 2,* & sequitur *Menoch. de arbitr.*
5 *d. casu 177, num 3.* Et in eo qui habet consilia plurium Advocatorum, dummodo non sint Advocati causæ, ut not. *Bart. in leg. in bonorum, ff. de bonor. possess. Paris. cons. 7, num. 43, lib. 3.* & alii plures, quos refert, & sequitur *Asin. in dict. §. 32, limit.*
6 *5, Menoch. d. casu 177, num. 5,* Et quando variæ sunt opiniones Doctorum, & de communi opinione non constat, *Asin. in dict. §. 32, limit. 4, Menoch. in d. casu 177,*
7 *num. 6.* Et in eo qui semplenè probavit, ut not. *Alex. & Ias. in d. leg. properandum, 11, §. si autem alterutra, C. de iudic. Asin. in dict. §. 32, limit. 5.* ubi dat concordantes
8 *Menoch. d. casu. 177, num. 8.* Et in eo, qui per plures testes probavit, qui posteà fuerunt reprobati, nisi adesset suspicio contra producentem, ut not. *Ias. in d. §. si autem alterutra, num. 8, C. de iudic. Asin. in d. §. 32, limit. 6, & Menoch. in d. casu 177,*
9 *num. 10.* Et quando Actor petiit plus debito, ut docent *Carpan. ad statut. Mediolan. d. cap. 51, num. 23, Menoch. d. casu 177. num. 15.* ubi testatur de communi opinione, plenè *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 196, num. 51,* qui alios adducit ita sentientes, & dict. conclusionem declarat *Gratian discept. fo-*
10 *rens. cap. 33, num. 8, part. 1.* Et in eo, qui litigat, ut sibi actionem de evictione pareat, *Asin. ubi supra limit. 17, Mangil. de evict. quæst. 189, num. 17,* & in aliis casibus, de quibus habetur per Doctores ubi suprà, quos esset nimis longum hìc recensere.
11 Victus verò non præsumitur habuisse iustam causam litigandi, *Fenzon. d. cap. 196, numer. 56.*
12 Iusta tamen causa non excusat ab expensis conventionalibus, *Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 55, num. 77, Gratian. discept. foren. cap. 33, in princip. part. 1, Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 196, num. 15, & 45, Pract. Ridolph. part. 1, cap. 13, num. 603.*
13 Itaut si Iudex absolvat ab expensis non censeatur absolvisse ab expensis conventionalibus, *March. de Salvian. part. 3, cap. 16, num. 2, Gratian. discept. forens. cap. 33, num. 9, & seq. p. 1,* ubi declarat.
14 Expensæ verò Advocati, & Procuratoris qui in causa intervenerunt sunt per victum reficiendæ uti habetur etiam in hoc statuto, ut not. *Bart. in l. si Procurator, 18. num.*

num. 2, ff. rem rat. habe. Asin. in pract. in d. §. 32, ampliat. 66, num. 1, & seq. & Gratian. discept. foren. cap. 56, num. 40, par. 1.

15 Etiamsi Advocatus, vel Procurator gratis patrocinium præstiterint, cùm principalis, sit obligatus ad antidora, ut benè comprobat *Ludov. decis. Perus.* 111, *num.* 1, *vers. Secunda fuit opinio, &c.* & non dissentit *Carpan. ad statut. Mediol. cap. 56, n.* 20.

16 Iudex autem non tenetur victum in expensis condemnare, nisi id fuerit petitum per partem, ut tradunt *Alex. & Ias. in d. l. properandum, 11, §. si autem alterutra, C. de iudic.* qui testatur de communi opinione, *Covar. pract. quæst. cap. 27, num. 5, & Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 196, num. 77, & seq.* ubi dicit, sufficere implicitam petitionem, ut *ibi per eum*,

17 Neque potest expensarum condemnationem reservare in sententia diffinitiva, licet possit reservare taxationem, *Carpan. in dict. cap. 55, num. 83, & seq. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 196. n. 64. & seq.*

18 Victor verò potest appellare ab absolutione facta per Iudicem ab expensis, ut not. *Covar. pract. quæst. cap. 27, sub nu. 2, Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 55, num. 112,* ubi alios adducit ita sentientes, & *Fenzon. in d. cap. 196, num. 75,* & quando hoc sit verum declarat *Scacc. de appell. quæst. 17, limit. 21, num. 15, & seq.*

19 Licet autem de iure possit Iudex committere cuilibet Notario taxationem expensarum, uti habetur etiam in hoc statuto, & tradit *Fenzon. in d. cap. 196, num.* 111. Melius tamen faceret si dictam taxationem committeret Notario causæ uti melius informato de qualitate, & actis dict. causæ, & prout servari vidisse in practica dicit *Fenzon. ad d. cap.* 196, *num.* 112, *& seq.* ubi dicit requiri iuramentum victoris in dicta taxatione facienda per Notarium, ut ibi per eum, cum quo concordat *Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 56, nu.* 12, nec non *Pract. Ridolph. part.* 1, *cap.* 13, *num.* 617, *& seq.*

20 Et reus condemnatur in expensis etiam si præstiterit iuramentum de calumnia, *Carpan. in d. cap. 55, num. 43, Fenzon. ad. d. cap.* 196, *num. 57, & seq.* qui plures dant concordantes.

21 Vtrum verò Iudex appellationis condemnando in expensis censeatur etiam condemnare in expensis factis in prima instantia tradunt *Menoch. de præsumpt. lib. 2, præsumpt. 88, num. 1, & seq. Scacc. de appellat. cap. 2, quæst.* 17, *limit.* 21. *n. 49, Guazzin. defen. 36, cap. 26, per tot. Thom. dec. 48, n. 19, & Rot. dec. 525, apud Post. de manut. ferè per tot.*

ADDITIO.

22 NOster autem Egregius Senatus, nisi in paucissimis casibus, non condemnat in expensis partem succumbentem in prima instantia, *Fontanell. decis. 95, num. 2, & 9.* & inter alios casus, condemnat in expensis, si fuerint in pactum deductæ, promissæ, & stipulatæ, sive bonam, sive malam fidem habeat condemnatus, *Fontanell. d. decis. 95, num.* 10, *Hunnis. Encycloped. iur. part. 2, tit. 22, cap. 4, num. 45, & citatis Pellegrin. Tusch. Borrell. Pegas. Berlich. & aliis Doctissimus Altimar. d. tract. de nullitatib. rubr. 13, quæst.* 14, *num.* 14, *Cresp. obser. 48, num,* 1, & pluribus citatis *noster Meritissimus ac Nobilis Regens Cortiada decis.* 22, *num.* 102, ubi limitationem affert *Matthæu. de regim. Regn. Valen. cap.* 12, §. 2, *num,* 220, videndu. novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 7, tit. 90, glos. 2, ad princ. num.* 2, ubi plura de expensis *Temmen. de expensis cap. 9, sect. 3, num. 68, & seq. Benckendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramen. ad privil.* 13, *num. 5, Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.* 1, *lib. 5, disp.* 13, §. 8, *num.* 186, *Carol. Anton. de Luca ad discep. Gratian. animadver. ad cap. 33, num. 3, & seq. Mels. obser. foren.* 31, *num. 37.*

23 A condemnatione expensarum rectè appellatur *Salgad. de Reg. protec. part. 2, cap. 1, num.* 186, *Ruginel. de appell.* §. 2, *cap. 3, n. 386, Severin. in addit. ad decis. 346, Sanfelic. pag. mihi* 111, *vers. Ab omissa, &c. Berlich. conclus. iur. part.* 1. *concl. 78, num.*

24 *94.* Pariterque ab omissa condemnatione earum, etiam victor, si victus à sententia non appellavit, *Fontanell. de pact. claus. 4, glos.* 18, *part. 4, num,* 122, *Azev. in prax. §. 32, cap. 20, Scoppa ad Gratian. obser. 85, num. 4, Salgad. de Reg. protect. part. 3, cap.* 16, *num. 37, & seq. & de supplicatio. ad SS. part. 2, cap. 31, num. 45, Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 8, disp. 24, num. 162, vers. Dico quarto, &c.*

25 In nostra hac Provincia Cathaloniæ per decretum nostri Regii Senatus, non appellatur quando Iudex neutram partem in expensis condemnat, ab hoc capite tantum, propter rationes traditas à *nostro Meritissimo ac Nobili Senatore D. Petr. de Amigant ad prax. Peguer. rubr. 27, num. 226.* ubi *Fontanell. Cancer. & Xammar.* citat, qui omnes limitationes, & intelligentiam huius decreti tradunt; benè tamen admittitur pro parte victoris ad effectum, ne Iudex causæ supplicationis eligatur ab adversario.

sario, qui fuit condemnatus, si postcà contingit eum supplicare *ex Afin. in pract. §. 12, cap. 20, per tot. & docet. noster Fontanel. de pact. clauf. 4, glos. 18, parte. 4, numer. 122*, & ita fuit declaratum in Regio Senatu referente Magnifico Ioanne de Colomer R. C. die 31, Martii 1683. in favorem Guillermi Font Medicinæ Doctoris, & Eulaliæ Font & Casassas coniugum, contra tutorem, & curatorem pupilli Antonii Ferrer, & Magdalenæ Ferrer & Prat viduæ dicti Antonii Ferrer V.I.D. Actuario Vila Not.

26 Quod decretum non procedit in casu quo expensæ sunt stipulatæ, ut suprà est dictum; quia hoc casu etiamsi Iudex ad eas partem non condemnasset, posset ab hoc articulo solum appellari, imo post sententiam, etiam in rem iudicatam transactam iure actionis peti possunt, ut pluribus citatis tradit *Doctissimus an Nobilis Regens noster D. Michael de Cortiada decis. 22, nu.*

27 *80, Scoppa. dict. obser. 83, num. 13.* Si tamen expressè pars ab eis fuisset absolutus, & à tali articulo per victorem non fuisset appellatum, credo, quòd etiam si stipulatæ, non poterant peti, propter transitum in iudicatum sententiæ, & acquiescentiam partis.

28 Condemnatio sanè expensarum multoties efficit, ut appelletur à sententia, à qua aliter (saltim ad utrumque effectum) non appellaretur, veluti in possessorio summarissimo, ac manutentione, ut pluribus citatis tradit *d. Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 2, num. 59, & seq. & rubr. 1, quæst. 4, num. 6*, ea sanè ratione, quia per mixturam una res ab alia naturalitatem recipit, & ratione mixturæ utrumque fit appellabile, pluribus citatis *Botiller. de renunciatio. ab intestat. cap. 2, theorem.*

29 *68, num. 6, & seq.* Quòd ego practicarem exequutionem suspendendo pro expensis, non autem pro manutentione possessionis, ad tradita per *Vivian. Ciroch. discept. 23, num 56, & Ab Eccles.obser. Pedemont.lib. 1, obser. 166. numer. 17*, licet perpenderem doctrinas *Capic. Latr. consult. 88, num. 8, & Carol. Ant. de Luca ad Franch. obser. 288. num. 3*, contrarium tenentium.

30 Arbitri autem contentionum, & sic Cancellarius, certum est posse partes condemnare in expensis, ut citatis *Salgad. Fontanell. Cortiada. Matthau. & aliis* tradit *Francesc. de competentiis quæst. 65, num. 7.*

31 & per quem in casu condemnationis sit fienda exequutio tradunt *Fontanell. Cortiada. Salgad. citati à dict. Francesc. d. cap. 65, num. 14.*

32 Vnde non data expressa condemnatione censentur partes condemnatę ad suas quæq; solvendum expensas, & nequit una pars ab altera partem suam recuperare; cum tunc omissa expensarum condemnatione, absoluta pars ab eis iudicetur, *Cortiada d. decis. 22, num. 79, & 98.* in quibus locis magnam catervam Doctorum citat.

33 Expensæ autem non coacervantur cum quantitate condemnata, ad efficiendam causam maiorem, impediendámque exequutionem sententiarum continentium condemnationem quantitatis, in qua conceditur exequutio ab statuto, aut aliàs, etiam appellatione interposita, prout in nostra hac Provincia in causis minoribus 100 ll. præstita cautione, *Ripoll. ad Peguer. rubr. 29, num. 59, Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 5, num. 9, Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 166, num. 15.* ubi casum curiosum tradit, an solum quantitate limitata exequutionem tribuatur, an verò pariter pro expensis, & pro denegatione exequutionis, pro expensis concludit, tu examina.

34 Fideiussor, qui expensas in quibus fuit condemnatus creditori exsolvit, an possit eas actione cessa à creditore, vel mandati, recuperare à principali debitore, correo, vel fideiussoribus, tractant *noster Cancer. var. 2, cap. 5, num. 116, & seq. Olea de cess. iur. tit. 5, quæst. 5, num. 41, & seq.* ad quod ne omittas videre *Modern. Temmen. de expen. cap. 11, num. 12. & seq.* has quæstiones in terminis doctissimè tractantem.

35 Fiscus autem an in expensis condemnetur, & è contra litigantes cum eo, & in quibus, tradit noster *Fontanel. dec. 424, per tot.* & eo & aliis citatis *Pegas resol. 16, à n. 23*, ubi per totam resolutionem plura scitu digna de expensis tradit, & pluribus citatis *Doctissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 20, à num. 20.* ubi latissimè *num. 21, & seq.* de Advocato, & Procuratore fiscalibus, & eo, & aliis citatis *Nobilis Senator noster Amigant. ad prax. Peguer. rubr. 30, num. 77.*

36 Iudex autem ex officio etiam à nemine requisitus potest partem condemnare in expensis, licet ad id non cogatur, *Doctissimus Altimar. dict. tractat. de nullitatib. rubr. 13, quæst. 27, num. 42*, ubi *num. 43*, intelligentiam tradit *Severin. in addit. ad decis. 346, Sanfelicii pag. mihi 109, vers. an Iudex, &c.* ubi latissimè de expensis litium.

37 Licet qui obtinuit in prima instantia, revocata sententia ex eisdem actis, possit in expensis condemnari, ut citatis *Ripoll. Fachin. Veral. Gratian. & aliis* tradunt *Matthau. de regim. Regn. Valent. cap. 13,*

§.4, num. 15, Severin. ubi suprà pag. 110, vers. Condemnatus, &c. Rovit. ad prag. 1. 38 de expensis num. 12, & seqq. Tamen id procedit quãdo expensę debentur iure actionis; quia promissæ, aut stipulatæ sunt, non autem quando solo officio Iudicis petuntur, Matthæu. ibid. num. 17, & seq.

DE ACTVARIIS, ET EORVM OFFICIO.

Rubrica XXII.

EXtrahantur de bussola ad sex menses, more solito coram Magistratu, & Capitaneis Notariorum, quatuor Notarii ad Bancum D. Potestatis, & duo sint, & esse debeant ad Bancum D. Locumtenentis, quorum unus sit ad eius electionem, alter verò extrahatur, ut suprà, de alia Bussola ad annum, & omnes loco solito, & tempore debito in Tribunali assistant, & ab illo nullo modo recedant, Patrocinium alicui non præbeant in causis vertentibus, coram Iudice; cui respectivè inserviunt, sed eorum officio, & emolumentis contenti silentium servent, scribendis actis diligenter incumbant, iura, quæ in dies producuntur fideliter custodiant, illáque inter ipsos ad invicem communicare non possint; minúsque parti credere, aut accommodare, nisi dimissa copia, vel originalibus dimissis, alioquin parti ad totale interesse teneantur: Iudicem irrequisiti non alloquantur, nisi fortè, pro Parte altera absente, quo casu absentiam supplere valeant, Iudicem de iis, quæ in actis sunt, informando, qui secùs fecerit, pœna decem libr. pro qualibet vice mulctetur: Quòd si quis, ut suprà extractus in principio sedere noluerit, aut non potuerit, alter extrahatur, & eius loco subrogetur.

Addentes etiam, quòd actor eligere possit Actuarium, coram quo durante eius officio causa agatur: Nisi tamen reus illum suspectum habeat ex aliqua rationabili causa, & si pars petierit, iureiurando affirmanda: Quo casu Iudex alterum nominari, & subrogari mandet.

SVMMARIVM.

1 Acta dicuntur quæ gesta sunt coram Iudice post litem contestatam.
2 Actuarii dicuntur qui acta iudicii conscribunt.
3 Actuarii tenentur conservare scripturas in actis exhibitas.
Si tamen non possunt illas exhibere liberantur solvendo interesse, num. 4.
Debet constare de eorum dolo, ut teneatur ad interesse, num. 5.
6 Actuarius potest recusari uti suspectus, & num. 9.
In quo levior causa est sufficiens, n.7.
Et pendente recusatione omnia per eum gesta sunt nulla, num.10,
8 Acta ut valeant scribenda sunt per Actuarium.
11 Adiunctus non datur Notario Actuario recusato, sed omnino removetur.
12 Iudices delegati ad universitatem causarum possunt Actuarios eligere.
Et eos mutare, ac revocare, num. 13,
14 Actuariis in Cathalonia quæ incumbant.
15 Substituti per Actuarios an possint acta conficere.
16 Actuariis præter salarium debentur alimenta quando extra locum mittuntur.

ANNOTATIO.

COncordat cum hoc statuto Statutum Romanum l.b.1, cap. 24. quòd Actuarii patrocinium non præstent, quo ad silentium servandum, & alia in hoc statuto disposita, de quibus habetur per Fenzon. ad stat.Vrb. dict. cap. 24.

1 Acta

1 Acta verò dicuntur quæcunque geſta ſunt
coram Iudice poſt litem conteſtatam, *Card.
Tuſch. pract. concluſ. litt. A, concluſ. 86,
num. 2, & ſeq. Fenzon. ad ſtat. Urb. cap.
184, num. 14,* & dicuntur ſcripturæ, de his
quæ in iudicio facta ſunt, vel dicta *gloſ. in
acta 45, in princ. ff. de re iudic. Guid. Pap.
deciſ. 316, num. 2, Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib.*
2 *1. cap. 150, num. 42,* & Actuarii dicuntur
qui acta in iudicio conſcribunt, ut decla-
rant *Fenzon ubi ſuprà num. 41, & Calvi. in
lexic. litera A, in verbo Actuarius.*
3 Qui quidem actuarii tenentur conſervare,
& cuſtodire ſcripturas, quæ per eius acta
productę ſunt, uti habetur in hoc ſtatuto,
ad textum in *cap. quoniam contra, 11, de
probat.* & not. *Doct. in l. argentarius, 10,
§. cùm autem, ff. de eden. & Rota apud Bu-*
4 *rat. deciſ. 808. num. 2.* Qui tamen ſi non
poteſt illa exhibere offerendo intereſſe libe-
ratur, *l. ſi quis ex argentariis, 6, §. ex hoc
edicto, & ibi gloſ. in verbo Actio. ff. de eden.*
cuius *gloſ.* opinionem eſſe magis communi-
ter approbatam teſtatur *Alex. ibi in princ.*
& benè comprobat *Rota apud Burat. dict.*
5 *deciſ. 808, num. 1, & ſeq.* Ad hoc autem ut
Actuarius teneatur ad dict. intereſſe debere
conſtare de eius dolo, vel ſaltem de culpa,
dolo proxima tradit *Rota d. deciſ. 808,
num. 4.*
6 Quòd verò Notarius actuarius poſſit re-
cuſari uti ſuſpectus, ut diſponitur in hoc
ſtatuto uti recuſatur Iudex tradunt *Fenzon.
ad ſtat. Urb. cap. 29, num. 1, lib. 1, Pract.
Ridolph. part. 1, cap. 7, num. 129, & Rota
apud Caputaq. deciſ. 390, part. 2, per tot. &*
7 *deciſ. 604, num. 1, part. 1, diverſ.* In Nota-
rio autem levior cauſa ſufficit ad recuſan-
dum illum ſuſpectum, *Fenzon. d. cap. 29,
num. 2, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 100, n.
52, & ſeq. part. 1.* Et ideò non mirum, ſi
ſtatutum noſtrum admittit ad probandam
ſuſpicionem contra Notarium ſimplex iura-
mentum.
8 Vt autem acta valeant ſcribi debent per
Notarium actuarium, itaut ille Notarius,
qui incepit ſcribere acta unius proceſſus
etiam debeat ſcribere reliqua, aliàs acta
non probant, niſi ipſe eſſet impeditus, *Ma-
ran. in pract. part. 6, de acto. editio. num. 21,
Roman. conſ. 281, num. 6, & ibi Adden.*

ADDITIO.

9 ACtuarius ita recuſatur, etiam ſine cau-
ſa, ſeu quacunque narrata, ſolo Iu-
ramento partis, ut tradit hic à noſter *Con-
ciolo num. 6, & ſeq.* & tradunt *Farinac. in
Fragmen. crim. part. 2, num. 719, Gonzal. ad
Reg. 8, Cancellar. in annot. contra nullita-
tes, & attentat. n. 98, & ſeq. Andreol. contro.
430, num. 24, & ſeq. Vivian. in prax. Iur.
Patronat. part. 2, lib. 11, cap. 4, num. 69,* &
innumeris citatis *Meritiſſimus ac Nobilis
Regens noſter Cortiada decis 20, n 5, & ſeq.
Doctiſſimus Altimar. de nullitatib. rubr. 9,
quaſt 44, num. 5, Eminen. de Luca de Judi-*
10 *tiis diſc. 5, n. 7,* debet tamen ſe abſtinere pen-
dente recuſatione aliàs acta ab eo poſt recu-
ſationem ſcripta, nullam fidem faciunt *Cor-
tiada ibidem num. 6,*
11 Et Actuario recuſato non datur adjunctus,
ſed omnino removetur, maximè in hac no-
ſtra Provincia Cathaloniæ, ut pluribus cita-
tis tradit *dict. Regens noſter Cortiada d. de-
ciſ. 20, nu. 14, & 15, Fenzon. ad ſtatut. Vrb.
cap. 29, num. 5, & ſeq.*
12 Judices autem delegati à Principe ad
Vniverſitatem cauſarum, poſſunt in cauſis
ſibi commiſſis, & delegatis eligere Nota-
rios, & Actuarios; delegati autem ab aliis
quàm à Principe, vel non ad Vniverſitatem
cauſarum non poſſunt alios aſſummere quàm
Deputatos in Curiis Ordinariis *Altimar.
de nullitatib. rubr. 10, quaſt. 17, num. 1, & 5,*
13 & ita poſſunt ad libitum Notariũ, & Actua-
rium removere, & mutare *Altimar d. num.
5, Pegas Reſol. Foren. 18, n. 43,* quod ſecùs
eſt in ordinario.
14 Per Jura noſtra Municipalia varia ſunt
Actuariis adjunctæ obligationes, quas præ-
videre poteris per varias Conſtitutiones Ca-
thaloniæ & ita in eis referendis, nõ immoror.
15 Subſtituti autem, ſeu Iuvenes Actuario-
rum, non poſſunt recipere Acta Iudicialia,
niſi pro ipſo Actuario, & ad referendum
tantum, non autem ſimpliciter, nec ad refe-
rendum rogitus recipere, ut ita diſtinguendo,
*citatisq. De Poſentib. Singular. civil. 83, n.
2, & Rota Rom. in una Romana Societa-
tum 14, Novembris 1614. que eſt poſt Za-
chiam de Societ. officii deciſ. 16,* tra lit *Mo-
dern Çaſtald, conſult. Foren. 127, num. 7, Fen-
zon. ad ſtatut. Vrb. cap. 36, n. 15,*
16 Nota unum quod ipſis Actuariis, præter
ſalarium, debentur alimenta preſtanda ab eo
ad cuius inſtantiam mittuntur, ſi remittantur
ad examinandum teſtes extra locum *Zachia
de ſalar. quaſt. 17, numer. 26, Barboſ. in cap.
Eccleſia 2, de Iuditiis in 6, num, 13, Pegas
reſol. Foren. cap. 16, n. 118,*

DE

DE COPIIS EXTRAHENDIS, ET ACTIS gratis ostendendis.

Rubrica XXIII.

ACtuarii petitas copias ad primam, solita mercede, dare teneantur, nisi nimis longe sint, aut ipsilegitime fuerint impediti; quo casu infra duos, vel tres dies ad summum Parti dare teneantur: Debeant què durante dicto eorum Officio, quoties fuerint requisiti, Judici, & Partibus Acta, & Iure ostendere nulla recepta mercede. Cum vero copia Processus datur, sive alicuius prolixæ scripturæ in Juditio productæ, scribatur litera legibili, ita ut in qualibet facie sint versus viginti ad minus, & quilibet versus contineat literas triginta duas. Et habeant pro qualibet pagina bononenos duos: Quod si fuerint plures collitigantes, & interesse habentes habitantes seorsum, Actorum, & copiarum merces Actuario solummodo duplicetur, exceptis tamen copiis collationatis, quæ dimittuntur penes Actuarium, quarum merces duplicanda non erit. Si verò littigans Pauper sit, & miserabilis persona, ab Actuario gratis copiàs dari Volumus, & prædicta omnia à Nottario etiam Maleficiorum observanda erunt.

SVMMARIVM.

1 *Actuarii tenentur ostendere Acta partibus gratis.*

Et tenentur dare copias illorum pauperibus gratis, num. 2,

3 *Pauper quis dicatur remittitur arbitrio Iudicis.*

4 *Actuarium Copiæ dandæ sunt petentibus cũ termino ad se defendendum.*

Non tamen in Cathalonia, sed ea communicantur solutis 4. ss. pro comunicatione, num. 6,

Secùs in causis Criminalibus ante publicationem processus, n. 9,

Bene tamen post publicationem processus, num. 10,

Licet non cum nominibus sociorum delicti num. 12,

Nisi in eis consisteret defensio, n. 13,

Pauperibus tamen gratis sunt comunicanda, num. 11,

5 *Actuarii debent in Cathalonia tradere Copiã partibus antequã restituant translata.*

6 *Terminus comunicationis processus, non currit post comunicationem solutam usquequo actualiter communicetur.*

Secùs est in terminis probatoriis, n 7.

8 *Comunicatio Notularum, & librorũ apprehensorum sit expensis petentis.*

14 *Copia expensis petentis est danda, nisi sit pauper*

15 *Comunicatio in causis contentionum non conceditur.*

ANNOTATIO.

1 QVod Notarii actuarii teneantur ostendere Acta, & scripturas exhibitas partibus gratis, ac etiam Iudici fuit etiam dispositum in *Statuto Vrbis, lib. 1. cap. 25,*
2 *& ibi hoc not. Fenzon. in princ.* Et quod Actuarii teneantur tradere pauperibus copias processus, & scriptuararum gratis, & Advocatis, à Procuratoribus pauperum teneatur gratis ostendere originales scripturas uti etiam disponitur in hoc statuto tradunt *Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 100, num. 8, Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 26, num. 8. & 9, & Adden. ad Pastell. ex ped. 93. num. 28.* & dixi supra quo ad Notarios criminales *lib. 1, rub. 14,* & etiam in meis *resolut. crimin. in verbo Copia processus, resol. 1, per tot.* Quis
3 vero dicatur pauper cum id in iure non sit determinatum, relinquitur arbitrio Iudicis, ut docent *Menoch. de arbitr. casu 65, num. 7, Scacc. de iudic. d. cap. 100. nu. 8, in fin.* & novissimè *Alcis. Mansi consult. 7. n. 20.*
4 Quod vero copiæ actorum, & aliorum in iudicio productorum dandæ sint regulariter

riter reo petenti cum termino competenti, cum id respicere dicatur defensionem tradunt *Scacc. de iudic. d. cap. 100. num 4. & Carpan. ad stat. Mediol. cap. 22, num. 154*, ubi dicit, hoc non procedere in copiis scripturarum ad informationem Iudicis, ut ibi per cum, & soluta Actuario competenti mercede, *Scacc. ubi suprà num. 8*,

ADDITIO.

5 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ per *Const. 17, tit. de Notaris, y Escrivans* extat provisum, quod Actuarius non possit tradere, ac restituere parti translatum, quin prius scedulæ, ac supplicationes per ipsam partem oblatæ transcribantur, ac continuentur in originali processu, seu translato partis alterius.

6 Pariter in hac Provincia nostra non traduntur copię Instrumentorum productorum partibus, sed solum dicta instrumenta partibus petentibus communicantur, seu imo processus cum insertione talium Instrumentorum solutis solum, 4. ss. pro ipsa communicatione, & his solutis quousque effectuetur ipsa communicatio, non currit tempus concessum ad eam obtinendam, *Ripoll. ad Peguer. rubr. 22, num. 7*, benè

7 tamen tempora probatoria, licet per partem petitum sit interim non currere, ut de observantia nostri Regii Senatus testatur, *Nobilis Senator noster Petrus de Amigant in addit. ad dictam rubr. 22 nu. 8, in fin.*

8 Si tamen aliqua pars voluerit comunicationem librorum, vel notulacum apprehensarum, ad detegendum falsitatem, in posse scribæ causæ existentium, ei conceditur coram scriba, & pars quæ dictam communicationem instat, omnes expensas solvit, prout ita decisum tradita nostro Regio Senatu, *dict. Nob. de Amigant in add. 1. ad d. Prax. Peguer. rub. 17, n. 10, in fin.*

9 In causis autem criminalibus ante publicationem processus reo, nec etiam accusatori, conceditur communicatio, aut copia *Ripoll. d. rub. 22, num. 6, Mertiss. ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 21, num.*

10 *144, & seq.* Publicato autem processu ipsis reis conceditur communicatio, aut copia, nedum Inditiorum, & omnium aliorum quæ ad reum pertinent, verum, & etiam testium receptorum in processu informativo, quamvis fiscus, & pars nolint eis iuvari, ut pluribus citatis tenet *dict. Nobilis Regens noster Cortiada d. decis. 21, num. 148, & seq.*

11 & si pars noluerit copiam, sed tantum communicationem processus, & ipse est pauper, tunc gratis ab scriba causæ est dicta communicatio effectuanda *Cortiada dict. decis. 21, numer. 159*,

12 Si autem in ipso processu adsint complices delicti, & socii criminis ipsius rei, tunc de observantia, & stilo ipsi reo non datur copia nominum sociorum, ne detur ipsis ocasio fugiendi, in magnum Reipublicæ damnum cui interest ne delicta maneant impunita *Cortiada d. decis. 21, numer. 154*,

13 ubi *Fontanel. & alios* citat, nisi ipsis reis ita in minimo tolleretur defensio, quia tunc etiam esset ipsis danda copia nominum so-

14 ciorum *Cortiada ibid. n. 155*, tamen quotiescunque est danda ipsa copia, expensis petentis est danda, nisi sit reus pauper quia tunc gratis datur *Cortiada d. dec. 21, n. 157. & seq.*

15 In causis autē Contentionum, cum in eis sufficiat informatio extraiudicialis, & ea non publicetur, non conceditur ipsa copia seu comunicatio processus, ut pluribus citatis tenet contra *Farinac. & Delbene.* noster Nobilis semperq. laudandus *Regens Cortiada d. decis. 21, n. 141, & seq.*

DE MERCEDE IUDICUM, ET ACTUARIORUM.

Rubrica XXIV.

UT Taxę Mercedum, quæ tàm Iudicibus, quàm eorum Actuariis pro singulis Actis statutæ sunt; omnibus plenè innotescat: In primis Iudices, ultra salaria eis à Camera persolvenda, de quibus suo loco diximus, habeant, & habere debeant.

Pro Accessu ad quamcunque differentiam extra Civitatem, Julios decem, Equum, & expensas, etiam quod in causa plures interesse haberent.

Pro Accessu ad differentiam in Civitate, Burgis, & Suburbiis, Julios quinque.

Pro Relationibus faciendis tàm in Civili, quàm in Criminali causa, computato

exa-

examine Testium, bononenos duodecim, & si plurium interesse contineant, duplum.

Pro quolibet Decreto interponendo extra Palatium, bononenos XII.

Pro Decreto interponendo in Palatio bononenos quatuor.

Pro subscriptione Suspectus de fuga, bononenos duos.

Pro subscriptione Arresti, seu Refirmationis in Carceribus, bononenos duos.

Pro subscriptione Litterarum Remissorialium, seu Examinatorialium, bononenos duos.

Pro responsiones ad Positiones coram illo facienda, bononenos quatuor à Ponente, & si folium excedant, duplum.

Pro examine Testis, si Iudex intersit, bononenos duos.

Pro subscriptione Sequestri, bononenos duos.

Pro subscriptione Bulettini remissionis temporis in Damnis Datis bonon. duos.

Pro subscriptione Præcepri cum clausula Iustitiæ, bononenum unum.

Pro subscriptione facienda in Litteris, bononenos duos: Et si fuerit facta in favorem plurium duplicetur.

ACTUARII verò pro singulis actis, & copiis habeant pro eorum mercede, ut infra

Pro qualiber Petitione, bononenum unum.

Pro qualibet Responsione bononenum unum: Et si Responsio, sive petitio fuerit prolixa duplum.

Pro responsione ad Positiones coram Actuario de mandato, bononenos duos à Ponente solvendos, & si folium excedunt duplum.

Pro qualibet Sequestro, bononenos duos.

Pro Litteris faciendis bononenos duos: Et si litteræ prolixæ essent, vel plures interesse haberent duplum.

Pro Literis Citatoriis, & inhibitoriis, bononenos duos.

Pro Bullettino remissionis temporis in Damnis datis, bon. duos.

Pro exhibita unius Scripturæ, bon. unum: Et si plures Scripturæ simul exhibeatur, duplum.

Pro examine Testis, sive Repetitione, bononenos duos. Et si sine præsentia Iudicis duplum: Et si esset longa scriptura, duplum: Et si labor requirat, merces à Capitaneis Notrariorum taxetur.

Pro qualibet Refirmatione in Carceribus, bonon. duos.

Pro Scriptura Testium in Relationibus faciendis bonon. quatuor.

Pro quolibet Arresto, seu Suspectu de fuga, bonon. duos.

Pro Juramento Decisivo, bonon. quatuor.

Pro Rogitu cuiuslibet Sententiæ, bonon. quatuor.

Pro Interlocutoria habente vim Diffinitivæ bonon. duos.

Pro publicatione cuiuslibet Scripturæ ultra copias Actorum, bon. sex.

Pro qualibet Bullettino Executionis, bonon. duos.

Pro relatione Executoris, quòd non possit pignus habere, bon. duos.

Pro quolibet Intimatione cum Cedula, bonon. duos.

Pro Litteris Examinatorialibus, seu Remissorialibus, bon. duos.

Pro qualibet Appellatione, bonon. octo.

Et si fiat ad Aulam Serenissimi, bonon. duodecim.

Pro Accessu ad aliquam differentiam extra Civitatem, Julios quinque Equum, & expensas, etiam quod in causa plures interesse haberent.

Pro

Pro Accessu ad differentiam in Civitate, vel Burgis, bonon. XX.

Pro omnibus actis, & citationibus praecedentibus Inventarium, & pro confectione Inventarii, Iulios quinque.

Pro copiis, pro qualibet pagina, bonon. duos: Et si fuerint plures collitigantes seorsum habitantes, duplum tantummodo, tàm in Civilibus quàm in Criminalibus, & Mixtis solvatur

CANCELLARIUS autem Criminalis habear.

Pro Actis, Copiis, & Testium Examine, seu repetitione, idem, quod in Actuarii diximus

Pro quacunque Fideiussione, bonon. quatuor.

Pro Confectione Inventarii in Civitate, vel Burgis, Julios quinque.

Pro Confectione Inventarii extra Civitatem, Julios decem.

Pro accessu ad differentiam extra Civitatem in Turbativis, & similibus, cum criminaliter agitur Julios quinque, Equum, & expensas; & si in Civitate, vel Burgis, bonon. XX. nec duplicetur si plures in Causa interesse haberent.

Praedicti verò omnes summoperè caveant, ne quid pluris ultra suprà taxatam mercedem, nec à Forense, sive etiam à Partibus sponte dantibus exigant, sive recipiant, sub paena Suspensionis Officii, ipso iure incurrenda, & restitutionis dupli statim Parti faciendę.

SUMMARIUM.

1 *Judicibus non licet mercedes exigere ad eorum arbitrium.*

2 *Mercedum causae sunt summariae, & n. 9,*
Et aliqui dicunt in earum taxatione non requiri citationem partis, n. 10,

3 *Appellatio non admittitur in causis mercedum saltem suspensivè, & num. 7,*
Nisi appareat nullitas notoria, n. 8,

4 *Salaria Judicum in Cathalonia quomodo taxentur.*
Post sententiam nequeunt peti, n. 5,
Et pro eis executivè proceditur, nu. 6,

11 *Actuarius pro scripturis à se factis potest penes se retinere Instrumenta, & scripturas.*

ANNOTATIO.

1 PRudenter quidem in hoc statuto praeseriptae fuerunt per statuentes mercedes Iudicum, & Notariorum, cum non debeat eis licere, illas pro eorum libito exigere, sed contenti esse debeant mercedibus eis statutis à Superioribus, iuxta illud *Lucae cap. 3. Contenti estote stipendiis vestris*, & notat. etiam *Caroc. de locat. & conduc. part. 1, in tit. de merced. Iudi. num. 2,*

2 Mercedum autem causae sunt summariae, *Cumi. in Rit. Mag. Cur. cap. 38, nu. 400, Carpan. ad stat. Mediolan. lib. 1, cap. 48. n. 14, & Maran. in pract. part. 4, in tit. Ut*
3 *iudicium Mercatorum num. 197.* In causis autem mercedum non admittitur regulariter appellatio saltem quoad effectum suspensivum, ut docent *Rugginell. de appell §. 2, c. 3, nu. 280, Scacc. de appel. quaest. 17 limit. 8, num. 8, Rota decis. 764, num. 3, part. 1, diver.* & in causa mercedis procedi posse etiam die feriato dicit *Scacc. ubi suprà.*

ADDITIO.

4 IN hac nostra Provincia Cathaloniae salaria Iudicum solvuntur secundum quantitatem petitam per *const. 10, tit. de Salar. de Senten* & *Fontanel. Ripoll. & aliis* tradũt *Nobilis Regens noster Cortiada decis. 38, n. 79, Matthaeu. de Regim. Reg. Val. cap. 13. §, 4, nu. 54,* prout ita in quantitate, quam lex patriae, vel consuetudo determinãt secundum valorem rei petitae, & non secundum valorem eius quod est in sententia, vel quod in effectu debetur salaria taxanda sunt ex *Bart. in l. cum quaedam §. fin. ubi Ias. nu. 5, de iurisd. omn. Iudi. Abb. Surd. Bovadil. Sachia. Barbos. Covarru. Decian. Gratiani Menoch. & alii* quos citat *Passerin. à Sextul. in cap. statutum §, si quid. de rescript. in*
5 *6, num. 337, & 351,* ista tamen post latam à Iudice sententiam non possunt peti, nisi de eis albarannum, seu scriptura Iudici per partem sit firmata *const. 4. tit. de prescriptions,*

&

& ea citata *Nobilis Senator Amigant in ad-*
dit. ad prax. Peguer.rubr. 3, num, 86, quam
pariter explicat, & tradit *Cancer. var. 1,cap.*
15, *num.* 13,
6 Pro salariis autem exigendis, & pro
eorum deposito per *Constitutio.* 12, *tit. de*
Salar. de Senten. exequutivè proceditur, ea
citata tradit *dict. Nobilis Senator Amigāt.*
d. rubr. 30, num. 85, & latissimè *Doctissi-*
mus Carleval. de Iudiciis tit. 1, disput. 6, per
tot. & difusissime *Boler. de decoct. debitor.*
Fiscal. tit. 5, quaest. 2, n. 37.
7 Unde fit quod in causis istis mercedum,
seu salariorum, ut traditur hìc à nostro *Con-*
ciolo nu. 3, non admittatur appellatio ad effe-
ctum suspensivum, ut latissimè pluribus
citatis tradit *Doctissimus Altimar. d. tract.*
de nullitatib. rub. 1, *quaest. 4, nu. 7, & rubr.*
8 *5, quaest. 15. à nu. 12*, Per nullitatem autem
notoriam, & apparentem ex actis, incidenter,
& excipiendo oppositam suspenditur exe-
quutio *Altimar. d. rub.* 1, *quaest. 4, nu. 19, &*
d. quaest. 15, num. 29,

9 Itaque in hiis caussis ita proceditur sum-
mariè quod in eis non requiritur scriptura,
imo proceditur absque ea, ut citatis *Man-*
doz. Gargiar. Zachia. & textibus expressis
tradit *d. Altimar. d. tract. de nullitatibus*
rub. 12, quaest. 25, nu. 152, Passerin. ubi supr.
10 *num. 355*, Taliter quod non deficiunt Do-
ctores tradentes quod in taxatione horum
salariorum Advocati, & Procuratoris, non
requiritur citatio nempe *Intrigl. Burg. Cu-*
mia. Milan. Abruz. Marineg. citati à d.
Altimar. dict. quaest. 25, dict. numer. 152.
11 Actuarius autem seu scriba potest pro suo
salario retinere id quod scripsit, donec illud
solvatur citatis *Hartman. Gail Neguzan. &*
aliis tradit *Hum. Encycl ped. Iur. part. 3,*
tit. 13, cap. 3, nu. 8, & novissimè *Tenmen.*
de expensis cap. 13. nu. 24. Doctissimus Ema-
nuel Alvarez Pegas resol. Foren. cap. 16. nu.
36, ubi plures citat.



DE SPORTULIS Rubrica XXV.

SPortulae per Iudices Ordinarios nullatenus recipiantur, etiam in Causis, in quibus per Rescriptum Serenissimi Ducis, eorum Iurisdictio excitaretur: Exceptis causis ab initio merè commissariis, inter personas, quae in prima, & in secunda Instantia eorum Iurisdictioni subiectae non essent: sicut etiam, quando Iudices electi à Partibus, vel deputati ab Audientia Serenissimi Ducis non essent Officiales publici, sive Salariati; Quibus Casibus in Causis Civilibus iuxta summam in Petitione contentam, à Scutis centum infra, scutum unum, à ducentum Scutis infra, scuta duo, & sic deinceps pro rata usque ad scuta mille, scuta decem; Nec amplius pro quacunque summa accipere valeant. Caeterum in Executivis, & Summariis de iure Communi, dimidium supradictę Taxę tantummodò recipere possint. Sicut etiam in iis Causis, quae certam summam non contineant, vel aestimationem non recipiant, scuta quinque pro Sportulis non excedant.

Pro Interlocutoriis verò, quae haberent vim Diffinitivae, habeant Julios quinque pro scutis centum, & sic successive, dummodo scuta duo non excedant: Declarantes, quod in Executivis non debeantur, si semel eidem Iudici in Articulo principali fuerint persolutae, Et praedicta Taxa omnino servetur, etiam quod Causa haberet plura capita, & plures adessent Actores, sive Rei: Si vero essent plures Iudices, praedicta Taxa duplicetur.

Declarantes etiam, quòd Iudices eas consequi non possint per simplex tantùm Sequestrum, vel per simplex Iuramentum Suspicionis fugae contra Forensem, sed acquiescere debeant duplicatae Mercedi, de qua supra in Taxa, nisi praetensum Creditum excederet scuta quinquaginta quo casu bononenum unum pro quolibet scuto consequi valeant, & utroque casu parte instante expedire teneantur.

In

In criminalibus verò causis, in quibus de pecuniaria pœna agitur, eadem taxa observanda est; sed in capitalibus de iure communi, aut per statuta, scuta decem, & pro aliis pœnis corporis afflictivis scuta quinque: & quicquid etiam modicum ultra præfinitam taxam promissum, vel receptum fuerit, in corruptelam Iudicis imputetur, & ad restitutionem parti in syndicatu teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Sportulæ undè dicantur.*
2 *Sportulæ non debentur Iudicibus ordinariis.*
Fallit stante consuetudine in contrarium, num. 3,
Et non debentur etiamsi Iudici ordinario sit datus adiunctus, num. 4,
Et ita consultori suscepto ex officio, ac motu proprio ab ipso Iudice sunt solvendæ, num. 25,
Secùs si partibus instantibus, ibid.
Nec debentur si ei fuerit commissa causa per Principem, num. 5,
6 *Sportulæ cessante statuto debentur secundum consuetudinem.*
7 *Pœna quæ sit contra Iudicem accipientē sportulas indebitè.*
8 *Sportulæ debentur Iudici etiamsi partes se concordaverint. & num. 24,*
9 *Sportulæ neque debentur Iudici Ecclesiastico, & num. 21,*
Nisi adsit consuetudo in contrarium,
Contrarium verius, num. 22,
Nisi in omni casu taxata per Curias Generales in Cathalonia, n. 23,
11 *Sportulæ non debentur in causis pauperum.*
Neque in Cathalonia in causis criminalibus, num. 18,
Neque in causis contentionum, n. 19,
Neque in confessis in iudicio, n. 20,
12 *Sportulæ debentur Arbitris electis vigore statuti.*
13 *Sportulæ non debentur in causis summariis.*
14 *Sportulæ non debentur ubi non datur libellus, nec fertur sententia.*
15 *Sportulæ debentur ab utraque parte.*
16 *Sportulas non tenetur solvere Civis ex privilegio.*
17 *Sportulæ quomodo taxentur quando summa non est certa remissivè.*
26 *Sportulæ, seu salaria computantur iuxta rem, quæ principaliter deducitur in iudicio.*
27 *Sportulas licet quis sit exemptus solvere, tamen eas repetit.*

ANNOTATIO.

1 SPortulæ dictæ sunt, quia antiquitùs dum iudicium instituebatur, & lis contestabatur actor, & reus deponebant in æde sacra sportulam, in qua erat pecunia, quam qui vicisset lucrabatur, quæ pecunia Sacramentorum dicebatur, & quia postmodum cæptum est ex huiusmodi more Iudicibus honoraria persolvi, sportulæ Iudicum nomen traxerunt, ut declarant *Fenzon. ad statut. Urb. lib. 1, cap. 44, num. 5, Alciat, lib. 3, dispunct. cap. 17, & Calvin. in lexic. lit. S, in verbo sportula.*

2 Notandum tamen est, quòd etiam de iure communi Iudices ordinarii non possunt accipere sportulas, cùm ipsi habeant salarium de publico, ut not. *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 44, num. 7, Caroc. de locat. & conduct. part. 1, in tit. de sportul. Indic. num. 40, & Adden. ad Paitel. expedit. 68, nu. 3.*
3 qui dant concordantes, licet per consuetudinem induci posse, quòd sportulæ Iudicibus solvantur voluerint *Fenzon. d. cap. 44, num. 10, Caroc. in d. tit. de sport. Indi. nu. 41, vers. Contrariam, &c.* ubi testatur de magis communi opinione, *& Adden. ad Paitel. expedit. 93, num. 24,* quicquid contrarium tenuerint Doctores relati per *Fenzon. & per Caroc. in loc. proximè adductis,*
4 Et Iudicibus ordinariis non debentur sportulæ etiamsi ei fuerit alius delegatus, ut post *Bart. Alex. Castr. & Bertaz.* per eos relatos firmant *Adden. ad Paitell. d. exped. 93.*
5 *num. 40.* & etiam si eis committatur causa, quia adhuc non desinunt esse ordinarii, *Ancar. cons. 201, num. 2, & seq. Adden. ad Paitel. d. exped. 93. num. 41, & seq.* & vide *Caroc. de locat. & conduct. part. 1, in tit. de sportul. n. 45, & seq.*

Quo verò ad quantitatem sportularum nos habemus decretum q. Ducis Urbini super abbreviatione litium, de quo mentionem faciunt *Adden. ad Paitel. expedit. 68, num. 2,* & dispositionem præsentis statuti, ita ut ulterius non sit quærendum iuxta theor. *in l. gallus 25, §. si eius in secundo not. ff. de liber. & post. & not.* in puncto de hoc decreto, *Paitell. d. expedit. 68, num. 10.* Defi-
6 ciente autem decreto, vel statuto taxante sportulas illæ debentur secundum consuetudinem, *Rolan. cons. 87, num. 3, vol. 2, Gratian. discept. foren. cap. 55, num. 38, vol. 1,*

Adden. ad Paitell. d. exped. 93, num. 14.

7 Pœna autem imposita Iudici indebitè
ſportulas recipienti vigore huius ſtatuti eſt
pœna corruptelæ, & barattariæ, quæ gra-
vis eſt uti habetur *in l. 3, & in l. lex Iulia,
7, §. hodiè, ff. ad leg. Iul. repet.* & not. *Fen-
zon. in d. cap. 44, num 11, & ſeq. & Fari-
nac. de var. ac diver. crimin. quæſt. 111, nu.
2, & ſeq.* licet de iure communi dictam pœ-
nam eſſe arbitrariam dixerint, *Menoch. de
arbitr. caſu 342, num. 7, & Fenzon. in dict.
cap. 44, n. 11, & ſeq.*

8 Sportulæ verò debentur Iudici, ſeu Con-
ſultori, qui iam ſubiit laborem in ſtuden-
do, licet partes interim tranſegerint, ſeu
ſe concordaverint, *Borgn. deciſ. 41, num.
48, part. 1, Gratian. diſcept. foren. cap. 561,
num. 34, & ſeq. part. 3, Paitel. expedit. 93,
num. 2, & ibi Adden. num. 3, & ſeqq.* Si
tamen concordia ſit ſequuta poſt concluſio-
nem in cauſa, ut declarant *Adden. ad Pai-
tel. ibi, num. 7, & Ciriac. contro. 67, num.
18, & 52.*

9 Quæ quidem ſportulæ neque debentur
Iudici Eccleſiaſtico, nedum Iudici laico
*cap. Cùm ab omni 10, & ibi Io. Andr. Card.
& Abb. de vita, & honeſ. Cler. Gratian.
d. cap. 561, num. 3, Adden. ad Paitel. dict.*
10 *expedit. 93, num. 22.* Niſi adſit conſuetu-
do in contrarium, *Coſta de ratio. rata quæſt.
86, num. 1, Adden. ad Paitell. d. expedit.
93, num. 23, & Grat. d. cap. 561, num. 8,
& ſeq.*

11 Et Iudices eo magis non debent accipe-
re ſportulas in cauſis pauperum, *Rol. conſ.
87, num. 23, lib. 2, Gratian. diſcept. foren.
cap. 55, num. 46, part. 1, Adden. ad Pai-
tel. d. expedit. 93, num. 26, Caroc. de locat.
& conduc. part. 1, in tit. de ſport. Iud. num.*
12 *49, num. 50.* ubi dicit, neque illas accipi
poſſe à ſpontè dantibus, neque à miſerabi-
libus perſonis, ut ibi per eum, illæ tamen
debentur arbitris electis vigore ſtatuti, ut
not. *Grat. d. cap. 55, num. 43,* & ante eum
*Bald. conſ. 38, part. 5, & Adden. ad Pai-
tel. ubi ſuprà num. 38.* Quicquid ſit quo ad
arbitros electos extra iudicium, & arbitra-
tores, ut per *Adden. ubi ſuprà numer. 37.*

13 Prout neque illæ debentur de iure in cauſis
ſummariis, niſi adſit conſuetudo in contra-
rium; ut not. *Rolan. d. conſ. 87, num. 21,
& ſeq. Gratian. d. cap. 55, num. 41, Adden.
ad Paitel. exped. 93, num. 48, & ſeq.* qui
alios dant concordantes, *& Caroc. de locat.
& cond. in d. tit. de ſpor. Iudic. num. 42,
& ſeq.*

Dum verò in hoc ſtatuto mandatur non eſſe
recipiendas ſportulas per ſimplex ſequeſtrũ,
vel relaxatione mandati ob ſuſpicionem fu-
14 gæ facit, quia ſportulæ non debentur ubi
non eſt opus libello, nec fertur ſententia, ut
in dictis caſibus, ut advertunt *Ciriac. con-
trov. 67, num. 40, & Adden. ad Paitel. d.
expedit. 93, nu. 52.*

15 Sportulæ verò debentur ab utraque par-
te, ſi ambæ inſtant pro expeditione cauſæ,
aliàs debentur ab illa tantum parte, quæ
inſtat, *Coſta de ratio. rata, quæſt. 86. num.
6, Adden. ad Paitel. ibi num. 53.* qui dicunt
illas eſſe reſtituendas victori à victo appella-
tione non obſtante, ut ibi per eos.

16 Cives autem ex privilegio non teneri ad
ſolutionem ſportularum voluit *Bertaz. conſ.
crimin. 109, num. 13, lib. 1.*

17 Quomodo verò ſint taxandæ ſportulæ
pro re petita in iudicio, puta pro poſſeſſio-
ne, vel ſi agatur ad diviſionem rei decla-
rant *Adden. ad Paitel. d. exped. 93, num.
46, & ſeq.*

ADDITIO.

18 IN cauſis criminalibus in hac noſtra Pro-
vincia nullum exigitur ſalarium, *Nobi-
lis Senator Amigant ad prax. Peguer. rubr.
30, num. 129, Mier. & Xammar. citati à
Matthau. de regim. Regn. Valen. cap. 13,*
19 *§, 4. num. 40.* Prout nec in declarationibus
quæ fiunt in cauſis contentionum, ſeu con-
tra Delegatos Apoſtolicos citatos ad Ban-
chum Regium, *Nobilis ac Meritiſſimus
Regens noſter Cortiada in locis citatis à di-
cto Nobili Senatore Amigant dict. rubr. 30.
num.* 130, *&* 131.

20 Sportulæ autem, ac ſalaria non poſſunt
exigi à partibus confeſſis in iudicio, ex
quo ut dixi *in hoc libro 2, rubr. 16,* partes
Iudicis tunc non ſunt in condemnando, ſed
tantum in adiungendo præceptum de ſol-
vendo, & in terminis variis citatis id tenet
Ciriac. contro. 67, num. 37.

21 Sportulæ autem, & ſalaria in ſpecto iure
communi non debentur Iudicibus Eccle-
ſiaſticis, tam ordinariis, quàm delegatis, ut
traditur hic *num. 2, & 9, à noſtro Conciolo,*
& tradunt *Ventrigl. in prax. annot. 36, §.
unic. num. 1, & ſeq. Zachi. de Salar. quæſt.
72, num. 33, Guazzin. Iun. ad defenſ. ani-
mar. lib. 2, defen. 5, cap. 38, num. 7, Garzia
de benefic part. 9, cap. 2, num. 381, Mat-
theu. d. cap. 13, §. 4, num. 21, & ſeq. Fra-
goſ. de regim. Reipub. Chriſtian. p. 1, lib. 4,
diſput. 9, §, 4, num. 48, & §. 5, nu. 80,* no-
viſſimè *Temmen. de expenſ. cap. 3. ſect. 1,
num. 1, & ſeq. Paſſerin. à Sextula in cap.
Statutum, §. ſi quid, de reſcript. in 6, q. 5,*

art.

art. 1, *per tot. maximè à num.* 338, *&* 359, *Fenzon. ad statut. Urb. cap.* 44, *à num.* 7,
22 & licet adsint aliqui Doctores, nempè *Roman. Gratian. Costa. Reginald. Sanchez.* citati à dicto *Guazzin. d. cap.* 38, *num* 8, novissimè *d. Temmen. d. cap.* 3, *sect.* 1, *num.* 7, *& seq. Fragos. ubi supr. num.* 81. tenentes, quòd si adest consuetudo exigendi sportulas, ipsa est servanda; tamen nescio in quo dicta horum Doctorum possint salvari ex quo *Innocen. III. in cap. Cùm ab omni, de vita, & honest. Clericor.* ipsam consuetudinem reiicit, & omni casu deberent esse moderatæ, ut dicti Doctores citati à dicto *Guazzin.* tenent.
23 Vnde est non esse securos in foro conscientiæ Iudices Ecclesiasticos huius nostræ Provinciæ forsàn salaria immoderata exigentes ad taxam sibi benevisam, non curando de taxa facta in Curiis Generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenerunt, quarum constitutiones debent, & tenentur etiam ipsi servare per expressam dispositionem *Constit.* 2, *anni* 1599, & ita constanter affirmo, quòd si aliquem titulum habent, qui eis in foro interno consulat, est præfata Constitutio, seu forsan consuetudo legitimè præscripta, aliter hi non sunt in præfato foro securi; imò ex his, & ex decreto S. Congregationis Cardinalium edito pro hac Diœcesi Gerunden. quod ad literam tradunt *Garcia de benef. part.* 8, *cap.* 1, *num.* 77. *in non addit.* & novissimè *Passerin. à Sextula in cap. Statutum*, §. *si quid, de rescrip. in* 6, *quæst.* 5, *art.* 1, *numer.* 340, (ubi per tot. multa de hac materia adducit) est sanè certum in Iudicio Dei de hiis rationem reddituros fore, si ultra taxam legitimam, ac præscriptam salaria receperint, quæ comprobātur ex traditis per *Guazzin. Iun. de defens. Animar. dict. lib.* 2. *defen.* 5, *cap.* 38, *num.* 14, *in fin.*

24 Salarium autem debetur Iudici, etiam si sententia non feratur, quando per ipsum non stetit quin sententia lata sit, ex quo partes concordarunt, aut ex alia ratione, *Ripoll. ad Peguer. rubr.* 30, *Vrceol. de transact. quæst.* 30, *num.* 24, & tradit hic *noster Conciol. num.* 8, *Matthæu. de regim. Regn. Valen. cap.* 13, §. 4, *num.* 46, *Fenzon. ad statut. Vrb. cap.* 46, *n.* 4, *lib.* 1.
25 Consultori autem Iudici daro ex motu proprio ipsius, ab ipso, non à partibus sunt solvendæ sportulæ, seu salarium; si tamen una tantum pars illud petierit, ab ipsa sola est consultor solvendus, si ab ambabus, ipsæ æqualiter debent Consultoris salarium solvere, *Ripoll. ad prax. Peguer. dict. rubr.* 30, *num.* 64. & ibi *Nobilis Senator noster Amigant.* citans *Fontanell. decis.* 486, *num.* 3, *Niger. de laudem. quæst.* 43, *num.* 46, *Ciroch. discep.* 2, *n.* 106.
26 Sportulæ autem, seu salarium, ut traditur hic à nostro *Conciolo num.* 17, non sunt exigenda pro tota re, quæ deducitur in Iudicio, sed tantum pro eo sunt taxandæ quod principaliter creditur, seu petitur, putà si agatur de possessione rei, æstimatur commodum possessionis, non autem valor rei *Ciriac. controv.* 67, *num.* 14, *& seq.* & eo citato *Guazzin. Iun. d. defin.* 5, *cap.* 38, *lib.* 2, *nu.* 11.
27 Nota unum tamen, quòd id quod dicit hic *Conciol. num.* 16, in tantum procedit, quòd privilegiatus non solvendi sportulas & sic exemptus à solutione earum in taxa expensarum potest eas repetere à parte victa, ne privilegium sibi nocivum sit *Sesse. Ludovis. Ricc. Bimi. & alii citati à d. Guazzin. d. cap.* 38, *num.* 13, apud quem per totum dictum capitulum, reperies multa de sportulis, & de muneribus, & spontaneis largitionibus, quæ Iudicibus dantur, seu offeruntur.

DE ADVOCATIS, ET PROCVRATORIBVS, & eorum salariis. *Rubr. XXVI.*

ADVOCATI teneantur requisiti suum patrocinium fideliter, ac diligenter præstare Civibus, Districtualibus, & Forensibus, & si absque legitima causa recusaverint, Iudicis officio compellantur: Quod si per aliquem exponatur se non habere Advocatum, sive Procuratorem, Iudex (si sine fraude id exponi cognoscat) Partem non audiat, donec conquerenti de Advocato, sive Procuratore provideat. Nullus autem audeat Advocatis, sive Procuratoribus verbo, vel re iniuriam, vel offensam facere occasione patrocinii, alioquin pœnā ordinaria à statutis imposita duplicetur, & maior etiam, at-

renta qualitate iniuriæ à Iudice infligi possit. Et quia omnis labor optat præmium, quilibet Advocatus habeat, & habere debeat pro suo salario iuxta taxam infra positam

Et in primis, in causis ordinariis, quæ libras quinquaginta non excedunt, habeat bononenos duos pro qualibet libra: à quinquaginta libris, usque ad centum bononen. unum pro qualibet libra: à centum libris supra habeat solidum unum pro qualibet libra, remanentibus firmis dictis salariis respectivè, pro contenta quantitate, dummodo integrum salarium Advocati in qualibet magna causa non excedat summam scutorum xx.

In causis verò executivis, sivè summariis habeat Advocatus medietatem salarii suprà taxati in Ordinariis: sed in interlocutoriis, sivè in articulis, aut incidentibus, quæ in causis principalibus discutienda essent, nihil recipere possint, sed salario prædicto contenti remanere debeant: sicut etiam si contingat appellari super interlocutoria, sive aliquo incidenti, vel emergenti aliud salarium non debetur, quàm quod in principali negocio constitutum est; nisi tamen appellatio super prædictis ageretur extra Civitatem, & Advocati labor in scribendo augeretur, quo casu etiam merces pro modo laboris Iudicis arbitrio augenda erit.

In causis autem servitutum, si principaliter in iudicio deducantur, Advocatus habeat pro suo salario libras xij. Si verò per viam exceptionis libras vj. Idémque salarium libr. xij. Advocatus consequatur in causis, in quibus non est expressa certa quantitas; quòd si in progressu causæ id appareat, iuxta apparentem quantitatem salarium præstandum erit.

In criminalibus verò causis, in quibus agitur de ultimo supplicio, habeat Advocatus pro suo salario Florenos vigintiquatuor: si verò agatur de pœna relegationis ad triremes, mutilationis membri, vel simili corporis afflictiva, florenos xij.

Si de exilio, aut funis ictibus, & similibus pœnis agatur, habeat flor. sex.

Si de publicatione omnium bonorum, vel partis agatur, Advocatus habeat idem salarium quod suprà in civilibus causis executivis, sive summariis constitutum est.

Quòd si agatur simul de pœna pecuniaria, & corporis afflictiva, Advocatus unicum salarium eligere poterit, quod sibi magis videtur expedire.

Declarantes salarium Advocato, ut suprà deberi, si intervenerit à principio causæ usque ad finem: si verò in causa non fuerit processum usque ad sententiam inclusive, quia videlicet porrecto libello, pars confessa fuerit debitum, & intentionem actoris, vel cum eo se concordaverit, tunc Advocatus habeat tertiam partem salarii debiti; si verò fuerit processum usque ad probationes, & testium examina inclusivè, habeat medietatem salarii: Et postquam fuerit conclusum in causa, habeat duas tertias partes salarii: Post verò factas allegationes, quamvis contingat partes ad concordiam devenire, & à lite aliquo modo discedere, habeat Advocatus integrum salarium, ac si sententia à Iudice lata esset.

Et quia in causa appellationis minor labor adhiberi solet; ideò in omnibus causis salarium respectivè pro tertia parte diminutum esse intelligatur.

Si verò contingerit eandem causam tribus instantiis terminari, videlicet instantia principali, appellationis, & exequutionis, pro tali executiva debeatur Advocato quarta pars salarii, si pars enixè contradixerit, & Advocati industriâ, & labore opus fuerit: Si verò pars aquieverit, vel fuerit contumax, sexta pars salarii Advocato, si causæ adfuerit, debeatur.

Quòd

Quòd si plures advocati in una, eadémque causa patrocinium præstiterint, singuli integrum salarium consequi valeant: Sed in refectione expensarum, eo casu partem ad unum tantum salarium teneri volumus.

PROCURATOR autem tertiam partem minùs, quàm Advocatus pro suo salario in singulis causis respectivè iuxta præcedentes declarationes consequi, & recipere debeat.

Salaria verò taxari debeant per unum Notarium discretum communiter à partibus eligendum, vel à Iudice comprobandum, iuxta valorem rei in iudicio peritæ, sivè de quo apparuerit per acta, ut suprà diximus; & in iudicio divisorio habeatur ratio eius partis, quam actor sibi adiudicari petierit, talisque taxatio fiat de consilio, & assensu Iudicis causæ, & præstito per Notarium iuramento, quòd fideliter, ac legitimè prædictam taxationem fecerit.

Taxatione autem approbata à Iudice, si pars infra triduum à die notificationis comparuerit, & revideri petierit, tunc Iudex iterum dictam taxationem alteri Notario non suspecto committat infra triduum revidendam, à qua taxatione sic revisa, & confirmata nullus reclamare possit, sed pòst aliud triduum, omni exceptione remota, nullóque iuris ordine servato realiter, & personaliter Iudicis arbitrio executioni demandetur.

Declarantes etiam, quòd si in una, eadémque causa civili, vel criminali duo actores, sivè rei existant, Advocatus, & Procurator unicum salarium consequi debeant: si verò plures actores, sivè rei sint, & causa habeat diversa capita, tunc, & eo casu salarium solummodo duplicetur.

Vtque fraudibus omnino occurratur, addimus etiam, quòd Advocato nihil omnino solvatur, nisi de eius conductione appareat in actis in primis comparitionibus, & appareat aliqua scriptura manu prædicti Advocati, & tunc post litem contestatam tertia pars salarii illi præstanda erit: alia autem tertia pars post productas allegationes: residuum verò post latam sententiam: nisi causa aliàs à partibus concordaretur: omniáque pacta, sivè obligationes inita, sive initæ contra, vel præter dispositionem prædictam ipso iure non valeant, & contrafacientes pœnâ xxv. librarum pro qualibet vice, & amissionis, sivè restitutionis salarii multentur.

Quilibet autem Advocatus, sivè Procurator, & Notarius proprio eorum officio fungi debeat, non alieno, prout quandoque temerariè ab aliquibus fieri solet: quòd si eorum cavillationibus, vel frivolis propositionibus expeditio causæ retardabitur; non solum sint salario, & mercede illius causæ indigni, sed privati ipso iure, & ad refectionem damnorũ, & interesse litigantibus teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Advocati dicuntur qui clientium causis, iuribus, & legibus assistunt,*

2 *Advocati officium est necessarium, & laudabile, & num. 27,*

Cum eius officium ad publicam militatem pertineat, num. 3,

Non tamen ita necessarium quod aliquo modo non dicatur voluntarium, n. 28,

4 *Procuratores sunt qui facta causarum Advocatis, & Iudicibus exponunt.*

5 *Advocatis debetur salarium.*

Etiam non conventum, num. 6, & 34,

Non tamen in propria causa licet pars fuerit in expensis condemnata, nisi ratione damni, num. 35,

Item Advocato, & Procuratori detur retentio scripturarum, num. 7,

Contrarium, num. 32,

Et illud debetur etiam si partes transegerint, num. 8,

Et etiam si lites bonum exitum non habuerint, num. 50,

Et istud debetur Advocato etiam in causa propria, saltem ratione interesse, num. 9, & 35,

10 *Salarium potest augeri per Iudicem ratione laboris.*

Sicut reformari licet sit conventum, num. 39,

11 *Advocato, & Procuratori debetur salarium, etiamsi reportaverint sententiam contrariam.*

12 *Advocatus non potest petere salarium à pauperibus, & num. 30,*

Taliter quod receptam debent restituere, & non patrocinando peccant, nu. 31,

Licet secùs sit quo ad personas miserabiles, si sint divites, num. 13,

14 *Salarium Advocati, Procuratoris, Ludimagistri, & similium habet hypothecam tacitam cum privilegio prælationis, & num. 47,*

Intellige super re ab eis patrocinata, seu conservata, num. 48,

In aliis autem, uti dos, & fiscus, n. 49,

15 *Advocati salarium non augetur ob exceptiones oppositas à reo.*

16 *Advocato fungenti etiam officio Procuratoris debetur duplex salarium.*

17 *Auctoris narratio.*

18 *Advocati variis privilegiis decorantur,*

19 *Advocatis competit beneficium ne egeat.*

20 *Advocati non possunt pro debitis civilibus carcerari.*

Neque torturæ subjici, num. 21,

22 *Advocati in actibus literariis præcedunt Militibus.*

23 *Advocati sunt immunes à quibuscunque oneribus personalibus, ac sordidis.*

Limita in casibus necessitatis, n. 24.

25 *Advocati habent prælationem assumendi domos locari solitas.*

Sicuti facultatem expellendi fabrum propè eos commorantem, neque à domo conducta possunt expelli, num. 26,

29 *Advocati amittunt id quod in testamento eis relinquitur, si contra testamentum patrocinium præstant.*

33 *Advocati possunt attrahere ad forum in quo patrocinarunt clientes pro salario.*

36 *Advocatis pro salariis consequendis, qua actio competat, & num. 38,*

37 *Differentia inter salaria Advocatorum, & aliorum.*

40 *Actio competens Advocatis pro salario in Cathalonia quãto tempore præscribitur.*

41 *Advocatis in Cathalonia præter salaria debentur palmaria, si partes fuerint in expensis condemnata.*

Actio tamen ad palmaria consequenda competit eis adversus clientem, non verò partem condemnatam, n. 42,

43 *Advocati pro consequendis salariis procedunt executivè.*

Maximè in civitate Gerunda, n. 44.

45 *Actio competens Advocatis pro salariis est transitoria in heredes, & contra heredes.*

46 *Appellare non licet à condemnatione solvendi salaria Advocatis maximè pauperibus.*

51 *Advocati, & Procuratores graduati pro suis salariis in causa concursus non debent cavere.*

52 *Advocatis, & Procuratoribus an liceat pacisci cum clientibus de quota litis.*

53 *Advocatis, & Procuratoribus extra Urbem euntes, præter salaria debentur victus, & vectura animalium.*

ANNOTATIO.

1 ADvocati dicuntur hisce temporibus qui clientum causis agendis, vel tuendis assistunt legibus, ac iuribus, ut dicit *Fenzon. ad stat. Urb. lib. 2, cap. 92,* nec non *Calvin. in lexic. litera A, in ver-*

2 *bo Advocati.* Quod quidem officium non minùs necessarium, quàm laudabile esse dicitur, ut not. *Caroc. de locat. & conduc. part. 1, de fruct. & litis expen. num. 1, & D. Iacob. Beni. nobilis Eugub.* huius statuti olim Compilator *in suo tract. de privil. Doct. part. 1, privil. 38, num. 2.* Cùm illud fuerit inventum, ut iis succurratur, qui ius suum tueri, & causam dicere ignorant, *l. 1, ff. de postul. l. Advocati, 14, C. de advoc. diver. Iud.* & not. *Iac. Beni. ubi suprà part. 5, privil. 71, num. 3, & Petr. Greg. Tolos. in sintag. iur. univer. lib. 49, cap. 6, num. 35.* Et officium Advocati ad publicam utilitatem pertinet, ita ut eis competant privilegia publicæ utilitatis, & privilegia Doctorum publicè profitentium, ut not. *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 92, num. 14, & Iac. Beni. in d. tractat. de privil. Doct. part. 3. privil. 96, num. 5, vers. Contrarium tamen,* ubi quamplures dat concordantes, & *Hond. cons. 81, num. 50, & seq. lib. 1.*

Verba verò *Procurator*, de quo in statuto nostro intelligitur de Procuratore ad iudicia, non autem de Procuratore ad negocia, cùm de his loquatur statutum, itaut ubi verba sunt clara non admittatur quæstio voluntatis, ad tex. *in l. ille, aut ille, 25, ff. de legat. 2, l. licet Imperator, 77, ff. de leg. 1,* & not. *Carpa. ad stat. Mediol. cap. 429, num. 8, & Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 92, nu. 19.* Pro-

Procuratores autem sunt qui ambigua facta causarum tum verbo, tum scripto Advocatis, & Iudicibus explicant, ex quibus ius oritur, *l. si ex plagis, 53, §. in clino captiolino, ff. ad leg. rodi. de iact.* & not. *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 5, cap. 92, n. 29.*

5 Quod verò Advocato debeatur salarium, quod potius honorarium dicitur est extra difficultatem, ut not. *Caroc. de locat. & conduct. in d. tit. de fruct. & lit. expen. n. 3, & seq. Adden. ad Paitel. exped. 93, num. 4,* latè *Petr. Ant. Ala. de advoc. christ.*

6 *cap. 10, per tot.* licet illud non sit conventum, *Caroc. ubi suprà num. 8,* latè comprobans *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 92, n. 58, Rot. decis. 124, num. 1, & decis. 126, num. 2, part. 4, divers.* Licet secus sit quo ad Procuratores ad lites, quibus salarium non conventum non debetur, nisi adsit consuetudo, quod debeatur, *Granm. theor. 12, n. 9, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 92, num. 58, & 59, Rota decis. 238, num. 1, & 2, part. 1,*

7 *recentiorum.* Itaut Advocato, & Procuratori detur retentio scripturarum, *Menoch. de recuper. remed. 11, num. 14,* quem referendo sequitur *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 1, cap. 432, num. 31, Petr. Ant. Ala. de advoc. christia. quaest. 21, per tot.* Et de-

8 betur salarium Advocato, & Procuratori, etiam si cliens transegerit cum adversario, ut tradunt *Caroc. in d. tit. de fruct. & lit. expen. num. 14, Gratian. disceptat. Forens. cap. 561, num. 34, part. 5, Fenzon. in dict. cap. 92, num. 82, Ala. de advoc. christ. q.*

9 20. Et salarium debetur Advocato, etiam si in causa propria sit patrocinatus, ac si Advocatum pro altero egisset, saltem ratione damni, & interesse quod passus esset *Caroc. in d. tit. de fruct. & lit. expen. numer. 26, & sequen. Fenzon. in d. cap. 92, numer. 29, Ala de advoc. Christ. q. 79.*

Licet autem plura dicantur per Doctores quò ad quantitatem salarii Advocatorum, & Procuratorum, ut videre est per *Fenzon. ad statut. Vrb. d. cap. 92, numer. 32, 33, & seq.* illa tamen cessant apud nos, cùm habeamus statutum clarum, quod determinat quantitatem salarii pro Advocatis, & Procuratoribus, cui omnino est standum, ut advertit *Fenzon. in d. cap. 92, num. 55. & Ala de advoc. christ. quaest. 20, vers.*

10 *Quamquam, &c.* licet Iudex possit dictum salarium augere ratione laboris, ut disponitur etiam in hoc statuto, dicat *Gratian. discept. forens. cap. 56, n. 4, p. 1,*

11 Salarium verò debetur Advocatis, & Procuratoribus, licèt reportaverit sententiam contrariam, ita *Afflict. ad const. Regn. rub. 82 de salar. Advoc. num. 4, lib. 1,* quem referendo sequitur *Carpan. ad stat. Mediol.*

12 *lib. 1, c. 432, n. 11.* Non tamen illud consequi possunt à pauperibus, etiã spontè dantibus, cum eis teneantur patrocinari gratis, *Caroc. de locat. & condut. in d. tit. de fruct. & lit. expen. num. 12,* latè comprobans *Adden. ad Paitell. exped. 93, num. 32, Fenzon. in dict.*

13 *cap. 92, num. 63.* Non autem pro personis miserabilibus si sint divites, *Caroc. in dict. tit. de fruct. & lit. expen. num. 12.* quando verò advocatus teneatur in conscientia patrocinari gratis pro paupere, tradit latè *P. Ant. Ala. de advoc. christ. quaest. 9, per tot.*

14 Adde praedictis, quòd Advocati Procuratores, Ludi magistri, & similes habent pro eorum salariis hypothecam tacitam cum privilegio praelationis, ut probant *Barbos. in l. 1, part. 7, num. 25, ff. sol. mat.* ubi testatur de communi opinione, *Gratian. discept. Forens. cap. 25, ferè per tot. part. 2, & Gait. de cred. cap. 4, quaest. 11, num. 1566, & seq.* ubi alios dat concordantes, & in salario debito pro defensione haereditatis, *Post. de subhast. inspec. 41, num. 41, & seq.*

15 Prout non est omittendum quòd salariũ Procuratoris, vel Advocati non augetur ob exceptiones, quae opponuntur per reum contra petitionem actoris, ut benè probat *Fontanell. decis. 214, num. 17. & 18, part. 1,* dicens, ita servari apud eos in practica.

16 Sicuti etiam quòd Advocatus qui fungitur etiam munere Procuratoris potest duplex salarium recipere, *Ala. de advoc. christ. part. 1, quaest. 22.*

Pro declaratione verò verborum in statuto contentorum ibi *Pro contenta quantitate,* vide *Deci. cons. 97, num. 10, lib. 2, & Pa.t. exp. 68, num. 9, & seq. & ibi Add. ad eum.*

ADDITIO.

17 Diffusa est materia huius rubricae Advocatorum, & Procuratorum, ad quam pro maiori tractandam necesse foret librum de ea sola conficere, & sic ab ea me expediam cum aliquibus annotatiunculis, in quibus Doctores aliquos recitabo, penes quos invenies quae tibi oportuerit.

18 Advocati autem variis à iure communi sunt decorati privilegiis, quae recensentur à Doctoribus citatis per *Doctissimum Ioannem Torre in suo foecundissimo tractatu de pact. futur. success. lib. 1, cap. 9 à num. 32* & leguntur penes *Mater. Schomberg. in toto tract. de advocat. Armat. Marsi. de Advocatis, Castag. de benef. deduct. ne egeat, quaest.*

quæst. 9, per tot. & penes alios, quos citant
Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 169, num.
3, & seq. Fragos. de regim. Reipub. Christian.
part. 1, lib. 5, disp. 13, §. 10, per tot.

19 Itaque quidquid dicat *Cancer. noster*
var. 1. cap. 9, num. 117, ipsis competit bene-
ficium ne egeat, *Torre d. tractat. d. cap. 9,*
20 *num. 36.* & illi pro debitis civilibus ne-
queunt capi, *Torre d. cap. 9, num. 37.* Ne-
21 que torturæ subjici possunt, pluribus cita-
22 tis *Torre d. quæst. 9, num. 40.* Et in acti-
bus literatis præcedunt Milites, sicut è
contra Milites in actibus militiæ ipsos præ-
cedunt, *Castagna in d. tractat. d. quæst. 9,*
num. 29.

23 Advocati pariter sunt immunes à qui-
buscunque collectis personalibus, & à qui-
buscunque officiis sordidis, *Balmaseda de*
collect. quæst. 42, num. 9, Fragos. dict. §. 10,
24 *num. 241.* Non tamen in casu urgentis ne-
cessitatis, ex quo in dicto casu ad excubias
tempore pestis, aut belli tenentur, *Balma-*
seda d. tractat. quæst. 43, num. 15, & 10,
Mundi. & alii, quos citavi *lib. 1, rubr. 58,*
num, 4, videndi quos citat *Meli. obser. fo-*
ren. obser. 125, num. 2, ubi *num. 21, & seq.*
hoc declarat.

25 Advocati habent facultatem, & prælá-
tionem assumendi domos solitas locari, &
pro eodem pretio, ut pluribus citatis tra-
dit *d. Balmaseda in d. tractat. de collect. q.*
86, num. 9, Meli. obser. foren. 138, num, 13.
26 Sicuti expellendi Fabrum malleantem à
domo vicina, *Caroc. Gutier. Narbon. Sal-*
gad. & alii citati à d. Balmaseda d. quæst.
86, num. 10, novissimè *Pegas ad lib. 1, ordi-*
natio. Regn. Portugal. tom. 3, tit. 22, glos.
6, num. 6, & seq. neque à domo conducta
etiam propter domini necessitatem super-
ventam, possunt expelli, *Meli. obser. fo-*
ren. 137, num. 22, & obser. 138, num. ei.

27 Scio nonnulla de Advocatis dixisse *lib. 1,*
rubr. 24, ubi ad Doctores me remisi, &
ideò penes ibi citatos multa de eis reperies,
tamen non ignores, quòd licet Advocati
officium sit necessarium, ut tradit hìc *no-*
ster Conciolus numer. 2, & tradunt *Ma-*
rotta d sceps. foren. cap. 21, num. 35, Mo-
dern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 20,
num. 20, Gail. Honded. Gratian. Tapat.
Borrell. citati à Hunni. Encycloped. iur. par.
2, tit. 39, cap. 2, num. 1, Guazzin. ad de-
fens. animar. lib. 1, defen. 2, cap. 3, num. 16,
& prò ille *Doctissimus sanè vir Altimar.*
in d. tractat. de nullitatib. rubr. 11, quæst.
28 *31. num. 158,* Non propterea est ita necessa-
rium quin aliquo modo voluntarium dica-
tur, maximè in casibus, in quibus à patro-
cinio præstando excusantur, veluti contra
se ipsos, seu, vel pro suo inimico, vel
contra amicum, liberos, patronum, do-
nantem proprios, consanguineos, & pro-
priam patriam, & contra Ecclesiam si est
illius beneficiatus, quia his casibus volun-
tarium est patrocinium præstare, *Altimar.*
d. quæst. 31, num. 162, & seq. & ita conci-
liandus venit *Cancer. var. 2, cap. 14, n. 34.*

29 Vnde fit, quod Advocati amittant id
quod in testamento ipsis relinquitur, quan-
do contra testamentum patrocinium præ-
stant, ideóque patrocinium præstando sibi
præiudicant *Mangil. de evictio. quæst. 166,*
num. 29, & 30, Burat. decis. 917, num. 4,
& 5, & alii plures citati à Bottller. d. sert.
2, num. 18, per tot. maximè *vers. Et licet*
refragari, &c. Cancer. d. cap. 14, n. 34.

30 Nequeunt petere salarium à pauperibus,
ut tradit hic *Conciol. num. 12,* & tradunt ci-
tati *à dicto Doctissimo Altimar. dict. rubr.*
11, quæst. 31, num. 160, Guazzin. ad defens.
animar. lib. 1, defen. 2, cap. 3, num. 1, Bar-
bos. in cap. non licet Iudici, 71, caus. 11, q.
3 num. 8, Modern. Pacion. de locat. & con-
duc. cap. 20, num. 24, novissimè *Pegas ubi*
proximè num. 11, Rovit. ad prag. 1, de po-
stulando in rub. num. 9, Fragos. de regim. Rei-
pub. Christian. part. 1, lib. 5, disp. 13, §. 10,
31 *num. 237, & seq.* taliter quod si illud reci-
perent, vel nollent patrocinare, peccarent,
& acceptum deberent restituere, *Altimar.*
ubi proximè d. num. 160, Guazzin. ubi su-
pra num. 4, ubi tradunt limitationes, quas
non te pœnitebit legere.

32 Advocati autem non possunt pro salario
instrumenta, & scripturas partis retinere,
licet benè possint pro sumptibus per eos so-
lutis, novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn.*
Portugal. tom. 7, tit. 91, glos. 1, nu. 9, Tem-
men. de expensis cap. 13, num. 25, Gratian.
& alii, quos citat *Sabell. in summ. diver.*
tractat. §. Advocatus num. 6. Hunni. dict.
part. 2, tit. 39, cap. 3, num. 25, Hermosil.
glos. 3, & 4, leg. 9, tit. 2, part. 5, pag. mihi
206, num. 88, & 89.

33 Possunt tamen pro recuperatione suorum
salariorum attrahere clientulum ad forum,
in quo ipsum defenderunt, & causa fuit
actitata, *Carleval. de iudiciis tit. 1, disput.*
2, num. 175, Capon. discept. 109, num. 58,
ubi plura de his salariis *Ferrer obser. part.*
3, cap. 6, Cancer. var. 2, cap. 15, num. 68.
& seq. Gratian. discept. cap. 56, numer. 7,
Salgad. de Reg. protect. part. 3, cap. 2, nu.
93, & seq. Antonel. de temp. legal. lib. 1,
cap. 32, num. 27, Zachia de salar. quæst. 91,
à num. 10, Marin. resol. lib. 2, cap. 52, ubi
limi-

limitat in Clerico qui litigavit coram Iudice laico, ut contra *Leo.* tradit *Altimar. ad Rovit. obser.* 44, *num.* 17.

34 Et salaria debentur Advocatis, & Procuratoribus solitis operas suas locare, etiam non conventa, *Mart. Medic. decis. Senen. exam.* 22, *num.* 17, *Carleval. d. tit.* 1, *disp.* 2, *num.* 182, *Bondin. collect. legal.* 50, *num.* 5, *Capon. d. discep.* 109, *num.* 17, *Pilaia in addit. ad consid.* 34. *Iranc. de protest. num.* 4, *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib.* 1, *de-*

35 *fens.* 4, *cap.* 1, *num.* 4, *& 5.* Non tamen si in propriis causis patrocinarunt, licet adversarii in expensis fuerint condemnati, nisi pro ratione damni, & lucri cessantis, *Guazzin. d. defens.* 4, *cap.* 1, *num.* 18, *& seq. Barbos. in d. cap. non licet Iudici causa* 11, *q.* 3, *num.* 11, *& seq. Hunni. d. tit.* 39, *cap.* 3, *n.* 9. *& 10; Cancer. var.* 2, *cap.* 14, *numer.* 120, *Fragos. de regim. Reip. Christian. part.* 1, *lib.* 5, *disp.* 13, §. 8, *num.* 192, *vers. De iure autem communi, &c. Fenzon. Borrel. Gratian. Ventrigl. et alii*, quos citat *Meli. obser. forens. obser.* 138, *n.* 21.

36 Pro his salariis consequendis propriè non competit actio locati, propter excellentiam harum operarum, cùm magis beneficii loco habeantur, ideóque honorarium appellantur, tanquam pretio nummario non æstimandæ; quapropter Advocati distinguntur ab his qui locant operas suas pro mercede, prout eos ita distinguit *S. C. in l. qui operas,* 41, *ff. locati*, & tradit *Capon. dict. discept.* 109, *num.* 16, quidquid per forum Regni Valen. inter mercenarios computentur, & comprehendantur, ut tradit *Matthau. de regim. Regn. Valen. cap.* 11, §. 3,

37 *num.* 46, *& seq.* maximè *num.* 49. ex qua lege pariter oritur alia differentia inter mercedem operariorum, & honoraria Advocatorum, ut illa solvi debeat post operas præstitas, hæc autem anticipatè, dum dicit operarium impeditum operari mercedem accipere debere, Advocatum honoraria reddere non debere, & ita cum Advocatis locationem esse non putavit antiquitas, ut omnia hæc recenset *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 15, *num.* 67, *& seq. ubi n.* 71, *& 72,* aliam differentiam recitat.

38 Sed propriè pro dicto salario, seu honorario consequendo, competit certi condictio, si quid certum promissum, vel ex stipulatu, si afficit stipulatio, aut condictio ex lege, si adsuit tantum pactum nudum, vel officium Iudicis, *Modern. Pacion. d.*

39 *cap.* 15. *num.* 73, *& seq.* Benè tamen, licet ab initio de eis sit conventum inter partes, & ex contractu inito certum debeatur, potest nihilominus Iudex ea reformare, non obstante conventione facta; ex quo id est peculiare in hoc genere debiti, & novum non est in iure, ut penes Iudicem sit potestas moderandi obligationem contractus, & eam ad æquitatem reducere, *Cevall. Serment. Gutier. Flor. Gratian. Parlador. & alii citati à Carleval. de iudic. d. tit.* 1, *disput.* 2, *num.* 182, *Pilaia lib.* 1, *d. decis.* 11, *num.* 190.

40 Actio autem qualibet quæ competat pro dicto salario, & honorario Advocatorum præscribitur triennio, seu imò annatæ omnes præter tres præscribuntur per expressam *Const.* nostræ Provinciæ *fin. tit. de præscriptionibus*, ubi extat dispositum, ut solum de eis possint peti tres annatæ, & de intelligentia cuius *Const.* tractant *Cancer. var.* 1, *cap.* 15, *num.* 10. *& seq. & var.* 2. *cap.* 14, *num.* 118, *Fontanel. Carleval. Paitel. Fabr. & Flor. de Mena citati à Pilaia in addit. ad Iranç. de protestatio. consid.* 34. *num.* 6, *Caroc. Giurb. Andreol. Ciriac. Bellon. & alii citati à Olea de cess. iur. tit.* 6, *quæst.* 11, *num.* 16, vidend. *Crespi. obser.* 44, *per tot. tom.* 2, *signanter à n* 6.

41 Pariter in hac nostra Provincia Cathaloniæ præter salaria, & honoraria solita, & assueta, debentur Advocatis, & Procuratoribus palmaria, quando pars quæ succubuit est condemnata in expensis, quod est dimidium salarii Iudicis pro Advocato, & dimidium palmarii Advocati pro Procuratore, *Cancer. Fontanel. Peguer. Ripoll. & alii citati à Matthau. de regim. Regn. Valent. cap.* 13, §. 4. *num.* 62, *& seq. Crespi*

42 *obser.* 48, *num.* 21. Pro consequutione autem huius palmarii nulla competit actio dictis Advocatis, & Procuratoribus contra subcumbentem in expensis, sed contra suum clientem, nisi cessis ab eo sibi actionibus, *Gratian. Fontanell. Sesse. Monter. à Cueva citati ab Olea de cess. iur. tit.* 4, *Miscellan. num.* 37, *Capon. de pact. & stipulat. quæst.* 15, *num.* 23, ubi *Fontanell. Gratian. & Zachia.* citat *Sabell. in summ. divers. tractat. verb. Advocatus, num.* 23, ubi pariter metipsos *Fontanell. Olea.* & alios citat *Modern. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. cap.* 49, *num.* 8, *& seq.*

43 Vnde actio competens Advocatis, & Procuratoribus pro exactione suorum salariorum est privilegiata, & exequutiva sicut pro dote, *Capon. d. discept.* 109, *numer.* 38, *& de pact. & stipulationib. quæst.* 15, *n.* 23.

44 Et in nostro Episcopatu Gerunden. per consuetudinem scriptam *rubr.* 53, *de iure Fisci, &c. cap.* 2. est tributa prompta exequutio

quutio pro dictis salariis in bonis litigan-
45 tium, non admissa iuris firma, appellatione remota, & ita practicatur; & dicta actio, uti proveniens à debito reali, competit hæredibus eorum, & ita ad dictos hæredes transmittitur, *Guazzin. Iun. in d. tractat. ad defens. animar. lib. 1, defens. 2, cap. 4. n. 23, Hunni. d. tit. 39, cap. 3, num. 22,* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom. 7. tit. 91, glos. 1, num. 7, & seq.* & à
46 condemnatione illud solvendi, maximè Advocato, seu Procuratori pauperibus, non appellatur suspensivè, ut tradidi hoc *lib. 2, rubr. 24, num. 7,* & tradit *Salgad. de Reg. protectio. p. 3, cap. 2. num. 80.*
47 Et fit inde ut pariter docet noster *Conciol. hic num. 14,* quòd salaria hæc debita Advocatis, & Procuratoribus habeant hypothecam tacitam cum prælatione, maximè in re super quam patrocinium præstitum fuit, *Barbos. in dict. cap. non licet Iudici, 71, causa 11, quæst. 3, num. 6, Modern. Pacion. de locat. & conduc. cap. 41, num. 18,* ubi *Zaebia. Fenz. n Gratian. Rodriq. Gait. Pacific. Amat. & alios* citat, & citatis *Bald. Molin. Intrigl. Salgad. Peregrin. Ludovis. Cravet. & aliis, Rodoer consil. 42, nu. 10, & 11, Baron. de estatio. annot. ad quæst. 23, num. 48, & ad quæst. 19, num. 59. Felician. de censib. lib. 3, cap. 5, num. 12, & in epit. ad cap. 5, num. 12,* & pro mille *Bolerus de decoct. debitor. Fiscal. tit. 5, quæst. 2, num. 39, & 41,* ubi *Fontanell. Salgad. Rocc. Crespi. Fermosin. Merlin. Cutel. & alios* citat *Eminen de Luca de cred. & debit. in suplemen. discur. 158, num. 2,* ubi *num. 3,* tradit, an Advocato pro salario causæ criminalis, præferatur Advocatus causæ civilis, quòd uti curiosum nota, novissimè *Pegas ad ordinatio Regn. Portugal. tom. 7, tit. 91, glos. 1, n. 9, & ferè per tot.* ubi de his plura.
48 Et istis Advocatis, & Procuratoribus competit ipsa tacita hypotheca pro suis honorariis, & salariis cum prælatione respectu quarumcunque hypothecarum anteriorum expressarum, super te suo labore, & patrocinio acquisita, seu conservata, *Boler. d. quæst. 2, nu. 45,* ubi *Gratian. Gait. Acosta, Gimb. Cutel. Fontanell. Amat. & alios* citat, & citatis *Decian. & Sanfelic. Modern. Pacion. d. tractat. cap. 41, num. 21, Capon. in tractat. de pact. & stipul. quæst. 15, num. 22, Mart. Medic. decis. Senen. 19, num. 22, & seq. & in addit. ad d. decis.*
49 *num. 5,* in aliis autem rebus ipsis competit, quemadmodum doti, & Fisco, quæ dos, & Fiscus vires suas non extendunt contra tales creditores expressam, & anteriorem habentes, & ita Advocati, & Procuratores ipsis non præferunt, *Boler. d. quæst. 2, num. 44, Capon. ubi suprà n. 22.*
50 Itaque prælatio Advocatis, & Procuratoribus non fraudatur ex quo lites per ipsos patrocinatæ bonum exitum non habuerint; satis enim est, quòd non expediret relinquere iura hæreditatis indefensa, *Zaebia. Gratian. Rot. Rom. citati à dicto Modern. Pacion. d. cap. 4, num. 20, Capon. ubi suprà d. quæst. 15, num. 22.*
51 Advocati autem, & Procuratores pro istis honorariis, & salariis graduati in causa concursus creditorum, non tenentur præstare cautionem de restituendo si apparuerint anteriores creditores, *Prat. obser. 65, num. 26, & eo citato Eminen. de Luca dict. discur. 158, num, 9, Gratian. discept. 257, num. 31, & eo, & Rot. Rom. citatis dict. Modern. Pacion. dict. cap. 41, num. 22, Gait. de credit. cap. 4, quæst. 11, num. 1568, Pascal. de vir. patr. potest. part. 4, cap. 6, num. 67, & ibi Prat. in addit. ad d. ll. nu. 67, Giurba decis. 108, à num. 26, citati à d. Boler. dict. quæst. 2, num. 40, & 41, Ricc. collect. part. 9, collect. 4160, limitat. 6,* ubi rationem tradit, quia cautio ista non exigitur ab eo, qui verè constat, quòd aliis sit præferendus in exactione, & *decis. 691, p. 1, recen. & decis.* 1019, *Seraphin. citat.*
52 An autem Advocatis, & Procuratoribus liceat cum clientibus contrahere, ac de quota litis pacisci, arduæ sunt quæstiones, ad quas dirimendas vide *Doctissimum Antunez. Portugal. in suo doctissimo tractat. de donationib. Reg. tom. 2, part. 3, cap. 37, num. 13,* ubi *Cancer. Fontanell. Xammar. Olea. Barbos. & alios Modernos* citat *Scoppa. ad Gratian. obser. 216, Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 1, defen. 2, cap. 5, per tot. Urceol. de transact. quæst. 30, per tot. Carol. Anton. de Luca ad Vincen. de Franch. obser. 265, per tot. Pilaia. decis. canon. lib. 1, decis. 11, num. 190, vers. Notabis, 2, Eminen. de Luca de relat. Cur. Rom. forens. discurs. 46, n. 47, vers. Quamvis item, &c. & num. 115, Capon. d. tract. de pact. & stipulat. quæst. 15, per tot. Mart. Medices. decis. Senen. exam. 22, & in addit. ad dict. exam. 22, per tot. Tondut. resol. civil. cap. 65, num. 9, & seq. Aylon. ad Gomez. lib. 2, cap. 1, num. 6, Rovit. ad prag. 1, de postulando per tot Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil. 170, num. 1, & seq. Fragos. dict. §. 10, num. 257.*
53 Unum pro coronide nota, quod forsan ab scrupulis te relevavit, quòd Advocati, seu

seu Procuratores, si per clientes rogati fuerint, ut causam defendant, seu negocium tractent in aliena Urbe, præter salarium assuetum debent habere dictas pro expensis victus, & vecturæ animalium, propter damnum in propriis subsellhis ipsis emergens causa ipsorum absentiæ, etiam pro illis diebus quibus est in itinere, tam in eundo, quàm in redeundo etiamsi discederet hora vespertina, ut de consuetudine est statut, *Io. Petr. Ala. de Advocat. part. 1, f. l. 100, citatus à Guazzin. Jun. ad defens. animar. lib. 1, defin. 4, cap. 1, num. fin.*

DE COMPROMISSIS INTER CONIVNCTOS, & alias personas faciendis.

Rubrica XXVII.

IN causis in quibus via exequutiva non proceditur inter coniunctos usque ad tertium gradum inclusivè de Iure Canonico computandum, ad instantiam alterius partis compromissum (si ante litem contestatam, sivè ante terminum datum ad probandum petatur) omnino fieri mandetur.

Item, inter Mercatores, & Artifices; super eorum mercantiis, & artificiis, connexis, & dependentibus ab eisdem, vel eorum occasione.

Item, inter miserabiles personas, ut Viduas, Pupillos, Orphanos, & similes etiamsi ex una tantum parte tales existant.

Item, inter Socios Partiarios quorumcunque bonorum, super divisione facienda, & dominos, & laboratores super eorum differentiis, & prætensionibus: Arbitrique hinc inde eligantur, qui sint periti illius negocii, vel artis, & Iudex loco cessantis unum ex officio eligere teneatur: Taléſque electi cogi possint ad acceptandum compromissum, & laudum ferendum spatio sex mensium à die facti compromissi, ad pœnam xxv. librarum pro quolibet ipsorum, Cameræ Ducali applicandarum. Coram quibus Arbitris utraque pars infra mensem à die assignationis termini ad partis instantiam decurrendum (quem ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis præsenti statuto præfixum esse volumus) suam intentionem iustificet, & infra xv. dies immediatè sequentes, si quid reprobandum duxerint, reprobent: Possint tamen dicti Iudices compromissarii, si eis videbitur, mittere ad consilium Sapientis, sumptibus partium, eorúmque iurisdictio durare censeatur usque ad sententiam, si tamen prolata fuerit intra tempus instantiæ, quæ etiam refectis expensis, ut aliàs diximus, sanari possit.

Causa verò per Arbitros definita, si aliqua pars sentiat se læsam, habeat recursum ad D. Potestatem infra v. dies à die notificationis laudi, & compromissum iterum fieri petat; quo casu Judex, citata parte, iterum causam compromitti faciat, & eodem modo, & forma in primo compromisso expressa, quod duret, & durare debeat per quatuor menses, à die compromissi, in quibus cogat dictos Arbitros declarare, & laudare ad pœnam suprapositam. Quòd si contigerit secundum laudum esse contrarium primo, & in aliqua parte discordare, ita quod non fuerit conforme, possit, & valeat pars contra quam latum fuerit, petere infra tres dies à die notitiæ, iterum revideri per alios Arbitros, & Potestas cogat partes infra tres dies ad iterum compromittendum eodem modo forma, & facultate in aliis compromissis expressa: Quòd compromissum du-

duret solùm spatio duorum mensium, infra quem terminum compellantur Arbitri omnibus iuris remediis opportunis, etiam cum personali defensione, si opus fuerit; definire, & laudare super dicta revisione. Quòd verò fuerit conformiter declaratum, & definitum, sive etiam laudum, quòd transierit in rem iudicatam, exequi debeat per D. Potestatem, omni penitus exceptione, & reclamatione reiecta, ita quod nullus ulterius audiatur.

Possint etiam partes in compromisso nominare tertium, in casu discordiæ Arbitrorum, aliàs per ipsos Arbitros discordantes statim coram Prætore, eligatur, & ad eligendum, sive nominandum per eum compellantur: Et Tertius etiam nominatus compellatur ad hoc, ut causa præfinito tempore expediri; & terminari valeat. Quòd si discordia Arbitrorum detegeretur prope finem termini, Tertio electo, tempus unius mensis prorogetur.

Declarantes etiam, quòd prædicti Arbitri laudare valeant de iure tantùm, nisi aliter à partibus conventum sit: Procedere tamen possint de Iure, de facto, & de æquitate, habeant auctoritatem citandi, deferendi iuramentum, examinandi, & monendi: Et propterea quilibet Iudex teneatur cogere dictos testes, & partes ad comparendum, & deponendum; & alia faciendum, quæ pro Iustitia necessaria sint: Et testibus prædictis, parte citata, examinatis, & iuribus hinc inde productis fides adhibeatur, ac si coràm Ordinario examinati, & iura producta fuissent.

Et prædicta locum habeant etiam in compromisso voluntario: Possint tamen partes instantiam, & terminos abbreviare, si eis videbitur. Sicut etiam Iudices si controversiæ, vel personarum qualitas id requirat; terminos respectivè in compromissis abbreviare posse æquissimum est.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromissis est ordinatorium.*
Et est favorabile, itaut in dubio pro eo sit pronunciandum, num. 2, & 49.
Et peti potest etiam super articulo an sit compromittendum, num. 3,
4 *Statutum quòd in causis executivis non fiat compromissum est conforme iuri communi.*
5 *Coniunctorum appellatione veniunt etiam affines.*
6 *Miserabiles personæ plures referuntur.*
Quæ dicantur tales etiamsi sint divites, num. 7,
8 *Statutum de compromissis non habet locum in causis iuratis.*
Fallit petita absolutione à iuramento, num. 9,
10 *Statutum de compromissis ligat etiam minores.*
Qui tunc possint compromittere sine solemnitate, num. 11,
Declara ut num. 12.
13 *Instantia statuti de compromissis currit à die acceptationis illius.*
Limita ut num. 59,
Ea non potest prorogari ab arbitris, nisi eis tributa sit ad id facultas, num. 60.
Et tunc solum per simile tempus, n. 61.
Et durante termino instantia, num. 62.
Nisi ambæ partes comparuerint, id paciendo, num. 63,
Et semel tantum possunt instantiam prorogare. num. 64,
14 *Compromissio non est locus, quando pars habet instrumentum liquidum.*
Secùs si illud aliqua exceptione potest reddi dubium, num. 15,
Et quando illud petit habens instrumentum pro se, num. 16,
17 *Statutum de compromissis non habet locum in causa dotis,*
Contrarium tenent alii, num. 18,
Neque super re concordia sopita, n. 77,
Neque super contentione de tutela, seu cura, num. 78,
Neque in criminalibus, ac aliis casibus, num. 79,
19 *Compromissum necessarium si sit expiratum denuò est faciendum.*
20 *Compromissum necessarium dicitur quod fit vi-*

vigore statuti.

21 *Clerici non ligantur statuto de compromissis.*

Licet contrarium teneant alii, num.22.

23 *Causa individua incompromissibilis quo ad unum est talis quo ad alterum.*

24 *Laudum pendente reductione exequitur stante obligatione camerali.*

Et etiam pendente appellatione, nu.81.

25 *Compromisso non est locus quando non competit actio proposita,*

Neque stante pendentia litis, n. 26.

Intellige ut num. 76,

Neque stante exceptione impediente litis ingressum, num. 27,

28 *Tertius quomodo eligendus Arbitris discordantibus, & num. 65,*

29 *Author laudatus gaudet beneficio statuti de compromissis, licet contrarium tenuerint alii, num.30,*

31 *Cessionarius an gaudeat beneficio statuti de compromissis.*

32 *Statutum de compromissis habet locum si illud ab una parte petatur, & num. 50,*

Cùm Iudex non possit cogere partes ad compromittendum, num. 33, & 48.

34 *Statutum de compromissis inter affines non habet locum dissoluta affinitate.*

Etiamsi superstint filii, num. 35,

36 *Compromissum si sit factum in laicum, & Clericum, reductio est petenda coram Iudice Ecclesiastico.*

37 *Attentati sunt actus facti pendente compromisso.*

38 *Sententia lata ab uno ex Arbitris alio absente est nulla, & num. 66,*

Secus inspecto Iure Canonico, si maliciosè intervenire noluerint, num. 67,

Pariter erit nulla si fuerint discordes in declarando, num. 68,

39 *Sententia in qua mandatur fieri compromissum habet vim diffinitiva.*

40 *Mandatum speciale requiritur ad compromittendum.*

Sufficit tamen generale cum libera, num. 41,

Contrarium tenent aliqui, num. 42,

43 *Pœna apposita in compromisso potest exigi.*

Fallit de consuetudine, num. 44,

45 *Compromissum peti non potest in causa appellationis.*

46 *Compromisso pendente an partes possint redire ad Iudicem ordinarium remissivè.*

47 *Arbitrorum procedimenta in Cathalonia ad instar iudicia sunt redacta.*

51 *Compromissum præcedere debet laudum.*

52 *Arbitrorum potestas à laudo procedit.*

53 *Arbitri thenorem compromissi excedendo, nulliter agunt.*

Eorum tamen potestas ad connexa, & inseparabilia extenditur, num. 54,

Et de eo apparere debet aliter quam per eorum assertionem, num. 55,

Sufficit tamen quòd de eo tacitè appareat, num. 56,

57 *Scriptura requiritur ad probandum compromissum.*

58 *Compromissum ut sit validum constare debet de eius acceptatione.*

69 *Arbitro uno mortuo quoad omnes expirat iurisdictio.*

70 *Arbitri, ut legitimè procedant an debeant omnes controversias compromissas insimul declarare.*

Quid si ad id eis data sit facultas, n.71,

72 *Arbitrator amplissimam habet potestatē, & ita potest supra unum declarare aliis omissis.*

73 *Arbitri, & Arbitratores possunt eligere locum iudicii, & qualem.*

Quid quando sint duo diversorum locorum. num. 74,

Locus autem debet esse tutus, ac aptus, aliter excusare possent partes comparere, num. 75,

80 *Arbitrorum, & Arbitratorum materia, variique casus remissivè.*

82 *Statuti de compromissis materiam qui tractent.*

ANNOTATIO.

De hoc statuto, quod compromissum inter consanguineos, mercatores, & socios habeat vim sententiæ iudicialis, & quod in parte conformi exequatur meminit *Rota decis. 320, num.4, part.14, recent.*

1 Istud statutum de compromissis esse ordinatorium voluerunt *Seac. de iudic. lib. 2, cap. 2, num. 526, Thomat. decis. Mareh. 6, num. 24. & seq.* ubi dicit, secùs esset si statutum daret laudo executionem paratam, *Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 115, nu. 64, Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 100, num.1, Seac. de iudic. lib. 2, cap. 2, num. 526, Carena resol. 58, num. 1, & seq.* maximè cùm illud non tollat appellationem, seu reclamationem, *Caren. ubi suprà, & resol. 66, n.3,*

2 & est favorabile *Deci. in l. qui se patris, 3, num. 25, C. unde lib. Soc. Sen. cons. 4, in fin. vol. 1, Paitel. exped. 43, num. 14, & ibi Adden. Seac. de iudic. lib. 2, cap. 2, n. 28.* Vnde in dubio pro eo est pronunciandum, *Caroc. decis. 98, in fin. Paitell. d. expedit. 43, num. 14, & ibi Adden. num. 3, Grat. discept. foren, cap. 536, numer. 8, part. 3,*

 Hond.

3 *Honded. conſ. 9, numer. 12, volum. 1.* Et pe-
ti poteſt compromiſſum fieri etiam ſuper ar-
ticulo, an compromiſſum fieri debeat, *Ga-
briel. conſ. 34, numer. 1, lib. 2, Carpan. ad
4 ſtat. Mediolan. cap. 115, num. 145.* Et di-
ctum ſtatutum, quod in cauſis exequutivis
non poſſit peti compromiſſum eſt conforme
iuri communi, *Honded. conſ. 9, numer. 2,
& ſequent. lib. 1.* ubi *num. 16,* hoc declarat
quomodo ſit intelligendum, *Fenzon. ad
ſtat. Urb. cap. 100, numer. 7, & ſequent. &
Adden. ad Paitel. dict. expedit. 43. num.
23. Scacc. de indic. lib. 2, cap. 2. n. 86.*

5 Coniunctorum autem appellatione, de
quibus in hoc ſtatuto quod veniant etiam
affines not. *Blanc. de compro. quaeſt. 1, num.
17, Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 369, numer. 3.
Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appell. 56,
num. 2,* ubi dicit venire etiam naturales, *Ro-
ta deciſ. 106. n. 14. p. 5. rec.*

6 Miſerabiles verò perſonę ultra viduas, pu-
pillos, & orfanos enumeratos in hoc ſtatu-
to, dicuntur ſenes decrepiti, diuturno mor-
bo fatigati, puellæ virgines, publici pœni-
tentes, infantes expoſiti, cœci mutilati mē-
bris, leproſi, carcerati prodigi, Vniverſitas,
peregrinus, fatuus, Eccleſia, & alii plures,
quos refert *Barboſ. de appellat. verb. ſignif.
appellat 152. num. 3, Novar. de elect. fori.
ſect. 2, quaeſt. 1, 2, 3, & plur. ſequent. per
tot. ſect. Menoch. de arbitr. caſu 66, in ad-
dit. & Pract. Ridolph. part. 3. cap. 4. num.
36, & ſequent. & numer. 47, & ſequent.*

7 Quod procedit etiam ſi dictæ perſonæ mi-
ſerabiles ſint divites, *Barboſ. dict. appellat.
152. numer. 6, & Ridolph. d. cap. 4, num.
71.* ubi alios dant concordantes, & dicunt
id remitti Iudicis arbitrio, ut ibi per eos,

8 Quod verò dictum ſtatutum non habeat
locum in cauſis iuratis voluerunt *Seraph. de
privil. iuram. privil. 22, num. 47,* dicens ha-
bere locum etiam in hærede iurantis, *Gabr.
commu. concl. de iureiur, concluſ. 5, num. 11,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 853, num. 76.
part. 5.* & latè comprobant *Adden. ad Pai-
tell. d. expedit. 43. numer. 11. & ſequent.*
9 ubi quamplures dant concordantes, *Scacc.
de indic. lib. 2. cap. 2. numer. 100. & ſequent.*
licet id non haberet locum petita abſolu-
tione à iuramento, voluerint *Cagnol. &
Barbati,* quos refert, & ſequitur *Hond. cōſ.
9, num. 30. lib. 1,*

10 Et ſupradictum ſtatutum de compromiſ-
ſis comprehendi etiam minores, ut tradunt
*Ludo. deciſ. Peruſ. 2, numer. 1, & ſequent.
Adden. ad Paitell. dict. expedit. 43, nu. 76,
Ciriac. contro. 380. numer. 28. Andreol. con-
trov. 133. in fin.* ubi plures dat concordan-
tes *Fenzon. ad ſtat. Urb. lib. 1, cap. 100, nu.
52. Scac. de iudic. lib. 2, cap. 2, num. 517. &
Rota deciſ. 36, num. 32, part. 5, recent.* Qui
11 tunc poſſunt compromiſſum facere ſine ſo-
lemnitatibus ſtatuti, cùm agatur de obliga-
tione neceſſaria, ut not. *Fenzon. in d. cap.*
12 *100, numer. 54, & ſequent.* latè comprobans,
& dicens, requiri tamen ſolemnitates requi-
ſitas de iure communi, nempè authoritatē
Tutoris, & decretum Iudicis, & legitimam
cauſam, *Andreol. d. controv. 133, numer. 9.
& num. 16, Scac. de indic. lib. 2, cap. 2, num.
531, & ſeq.*

13 Tempus autem inſtantiæ à ſtatuto deter-
minatum non currit, niſi à die acceptationis
compromiſſi, cùm ante acceptationem ar-
biter electus non intelligatur, nec ſit arbiter,
& compromiſſum non dicatur factum de
iure, niſi ſit acceptatum, ut not. *Maran.
in pract. pars. 4, diſtinct. 14, numer. 7, Gra-
tian. diſcept. foren. 62, num. 12, part. 1, Ad-
den. ad Paitell. dict. expedit. 43, numer, 53,*
14 & dictum ſtatutum non procedit quando
pars habet ſcripturam, ſeu Inſtrumentum
purum, clarum, & liquidum, *Honded.
conſ. 9, num. 3, & ſequent. lib. 1, Paitell. ex-
pedit. 43, numer. 16. & ibi Adden. num. 4.
& ſequent. Scac. de iudic. lib. 2, cap. 2, nu-
mer. 86, & ſequen. Rota deciſ. 452, num. 4,
part. 1, rec.* ubi de communi, vel brevi li-
quidandum, *Fenzon. in d. cap.* 100, *num. 9.*
15 ſecùs autem ſi non ſit clarum, ſed aliqua ex-
ceptione reddatur dubium, *Gratian. diſcept.
foren. cap. 536, num. 6, & 7, part. 3, Paitell.
expedit. 94, ſub numer. 18,* quos refert, &
ſequitur *Andreol. controv. 102. in fin.* Ni-
16 ſi tamen habens Inſtrumentum clarum pe-
teret compromiſſum, cùm poſſit illius favo-
ri renunciare, ſecùs ſi nolit, *Alex. conſ.
ultim. in fin. volum. 6, Caroc. deciſ. 98. nu-
mer. 3, Paitell. expedit. 94, numer. 18,* latè
Andreol. d. controv. 133, num. 11. ubi quam-
plures dat concordantes.

17 Statutum prædictum non habere locum
in cauſa dotis voluerunt *Anguiſc. conſ. 96,
per tot. & Adden. ad Paitell. dict. exped. 43.*
18 *numer. 21, & ſequent.* licet contrarium uti
verius tueatur *Blanc. de compromiſ. quaeſt. 4,
num. 20,* & ſentit *Giurba deciſ. ultim. num.*
19 *22.* Si tamen dictum compromiſſum ſit ex-
piratum, cùm illud ſit neceſſarium, iterum
eſt faciendum compromiſſum, ut not. *Af-
flict. deciſ. 46, in fin. Blanc. de compro. p. 7.
in tit. ex ſe finitur compromiſſum, numer. 6,
Adden. ad Paitell. dict. expedit. 43, num. 36.
Borol. de comprom. gloſ. 3, §. 2, num. 10. &
ſeq. Buttigl. de ſucceſſ. theor. 106, num. 23.*
ſecùs ſi ſit voluntarium, *Adden. ubi ſuprà,*

Scac.

Scac. de indic. lib. 2, capit. 2, numer. 637, Fen on. ad stat. Vrb. dict. cap. 100, nu.63.

20 Dicitur autem compromissum necessarium quando illud fit vigore statuti, *Grattan. discept. forens. cap. 227, numer. 12, part. 2. Andreol. dict. controv. 133, numer. 10, & contro. 193, numer. 25, Barz. decis.63, num. 20, & Rota decis. 646, numer. 11. & 12, part. 4, recen.* volentes id habere locum etiam si partes voluntariè illud fecerint,dum poterant adstringi, licet illud dici possit voluntarium etiam stante statuto dixerit *Rota apud Merlin. decis. 205, n.11, & 12.*

21 Clerici tamen non ligantur hoc statuto passivè, licet eo gaudeant activè, ut tradunt *P. Dian. resol. moral. part.3, resol.43. Sperel. decis. 10, numer.27,* quamplures adducens ita sentientes, ubi reddit rationem, quia dictum statutum est arctativum, licet sit ordinatorium, ut ibi per eum, *& decis. 11.numer. 27, part. 1. Caren. resol.58, num.1,*

22 *& sequen.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione, *& resol. 66. numer. 1, & sequent.* licet contrarium imò dictum statutum esse ordinatorium, & ideò ligare Clericos voluerint *Thomat. decis. March.6,nu. 22, & sequent. & Scac.de indic. lib. 2, cap. 2.*

23 *numer.*204. Si tamen causa non sit compromissibilis quo ad unum putà Clericum, & sit individua est cognoscenda quo ad omnes per Iudicem ordinarium, *Alex. cons. 65, numer. 11, lib.7, Carena d.resol.58, n. 2, vers. & quamvis,&c.*

24 Pendente autem reductione laudum est exequendum stante obligatione camerali,ut docent *Rugginel. de appellat. §. 2, cap.3, n. 538. verbo laudum, Manci. de iurament. part. 4, effect. 244, in fin. Zacch. de oblig. camer. quaest. 19, numer. 11, & sequent. Caren. resol. 15, numer. 4.* Quid autem dicendum sit, si fit renunciatum reductioni, vel factum pactum non audiendi, vide *Carena ubi supr. num.1, & seq.*

25 Compromisso verò non est locus in aliis casibus, & praecipuè quando Actori non competit actio proposita, *Alex. cons. 62, numer. 5, & sequen. lib. 7, Blanc.de compromis. quaest. 4, num. 91.* quos refert, & sequitur *Thob. Noni. cons.9, numer.2.* Nequè

26 stante litis pendentia, *Blanc. de compromis. in 4. quaest. princ. numer. 123. Lancel. de atten.cap. 4, limit. 14, num.4, Honded. cons. 95, numer. 36, lib. 2, Scac. de iuic.lib.2,cap.*

27 *2, numer. 34.* Item quando pars habet exceptionem impedientem litis ingressum, quia illa impedit compromissum fieri, *Capic. decis. 66, numer.2, Blanc.de compromis. quaest.4, sub numer. 32.* quos refert, & sequitur *Scac. de indic. dict. cap. 2, num. 79, & numer.192. Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 100. numer. 11.* Si potest probari in continenti, aliàs secus, *Scac. dict. cap. 2, numer. 193,* & aliae plures relatae per *Scac. de indic. dict. lib. 2, cap.2, numer. 62, & sequen. & per Doctores relatos per eum nu. 198.*

28 Tertius verò, de quo in hoc statuto quomodo sit eligendus, an standum sit eius sententiae, vel teneatur laudare unà cum aliis vide *Paisel. expedit. 53, per tot. & ibi Adden. & Barz. dec. 22, n.33.*

29 Stante autem dicto statuto de faciendo compromissum venditor veniens ad defensionem emptoris super lite mota, ut quia teneatur de evictione potest cogere adversarium ad compromittendum, ut voluerunt *Bar. Alex. Ang. Castr. Fulgos. Aret. & alii,* quos refert, & sequitur *Blanc. de compromis. part. 3, num. 49,* ubi testatur de veriori, aequiori, & magis communi opinio-

30 ne, quam sequitur, & tuetur uti communem *Fachin. controv. iur. lib. 2, cap.41, per tot.* licet contrarium teneant *Silva. cons.49. numer. 70.* & alii relati per *Fachin. nbi supra, & Mangil. malè allegans Blanch. de*

31 *evict. quaest. 6, num. 4.* & an privilegio dicti statuti gaudeat cessionarius, vide *Alph. ab Olea de cessio. iur. tit.6. q.11, n.47.*

32 Supradictum verò statutum de compromissis habet locum si illud ab una parte petatur, *Graff. de except. except. 32, num. 110, Fen on. ad stat. Vrb. d.cap. 100, num. 27, Mangil. de evict. quaest. 13, numer. 17.*

33 Cùm Iudex ex se ipso non valeat cogere partes ad compromittendum secundum veriorem opinionem, quam firmat *Paisell. except. num. 13, & Scac. de indic. lib. 2, cap.2,*

34 *numer. 30.* qui tamen aliquas afferunt limitationes, quas vide ibi per eos, si tamen in hoc statuto comprehenderentur affines appellatione coniunctorum statutum non haberet locum affinitate dissoluta, *Ludo. decis. Perus. 2, num. 17, Fenzon. in dict. cap. 100. numer. 23.* latè comprobans, & dicens, illud esse faciendum inter virum, & uxorem, ut ibi per eum, plenè *Scac. de indic. lib. 2, cap. 2, numer. 208. & seq.* ubi hoc ampliat etiam si supersint filii, ut ibi per

35 eum *numer.*211. & compromissum fieri non posse in Iudicem ordinarium tanquam arbitrum, sed tanquam arbitratores, & amicabilem compositorem tradunt *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. numer. 174, vers. sed nunquid, &c. Scac. remissivè de indic. d. lib. 2, cap. 2, num.571.*

36 Si tamen compromissum sit factum in laicum, & Clericum appellatio vadit ad Iu-

Iudicem, Ecclesiasticum tanquam digniorem, ut docent Maran. in pract. part. 6, de appell. num. 392, & seq. Thes. decis. 14, num. 2, in fin. & post Bald. Salic. Marsi. Uran. & Bruno. à Sole per eum relatos Barbos. de offic. Episc. allegat. 108, numer. 9, in fin. licet contrarium teneat Grat. discept. foren. cap. 100, n. 31, p. 1.

37 Actus verò facti pendente compromisso sunt attentati, & sic revocandi, ita Lancell. de attent. part. 2, cap. 15, per tot. ubi ampliat hoc esse verum non solum si factum fuerit compromissum, sed etiam, si solum petitum fuerit, ut ibi per eum.

38 Addo prædictis, quòd sententia lata ab
uno ex arbitris, alio absente, est nulla, Vant.
de nullit. ex defect. iurisdict. num. 182. Ant.
Gomez. ad leg. 38, Taur. numer. 4. ubi dicit,
secùs esse de iure canonico uno arbitro
absente, & requisito, Paisell. expedit. 55,
numer. 13. & 14, Ciriac. controv. 471, nu. 34.
Rota in Fanen. pradii 9, Maii 1642, §. nec
relevat, &c. coram R.P.D. Carillo, licet Ciriac.
ibi, videatur facere differentiam inter
compromissum voluntarium, & necessarium,
39 ut ibi per eum, numer. 38. Et sententiam
in qua mandatur esse faciendum compromissum
habere vim diffinitivæ not. Magon.
decis. Lucen. 73, num. 15, Paisell. exped. 94,
in fine, Scac. de appel. quæst. 17, limit. 47,
memb. 1, num. 197.

40 Ad compromittendum autem requiritur
mandatum speciale, itaut generale non sufficiat,
Maran. in pract. part. 6, actu. 2,
num. 8, Blanc. de compromis. quæst. 3, num.
56, Boer. decis. 283, numer. 16, & 17, Fenzon.
ad stat. Urb. d. cap. 100. numer. 30, &
sequent. ubi sentit, hoc habere locum etiam
41 in compromisso necessario, & præcipuè
quoad electionem arbitrorum, & licet sufficere
mandatum generale cum libera voluerint
Fenzon. ibi numer. 39, & Engen.
42 conf. 1. numer. 47, lib. 1, qui dant concordantes,
contrarium tamen tenent Camil.
Borell. in summa decis. tit. 66, numer. 176. &
Cardo. in pract. Indi. in verbo Procurator.
num. 26. quos referendo sequi videtur Barbos.
de clans. clans. 35, n. 27.

43 Pœnam autem appositam in compromisso
exigi posse in casu, quo quis arbitris parere
voluit testantur Gratian. discept. foren.
cap. 721, numer. 25, & sequent. part. 4, &
44 Caren. resol. 92, per tot. qui dant concordantes,
illam tamen non exigi de consuetudine
testatur doctus Massin. de confiscat. bonor.
q. 22. n. 77.

45 Nota ulterius, quòd compromissum peti non potest in causa appellationis, Ruginell. de appell. §, 10, glos. 3, num. 27. Maran. in pract. part. 6, de compro. n. 31.

46 Quando verò liceat uni ex partibus pendente compromisso redire ad Iudicem ordinarium, sivè simus in compromisso voluntario, sive necessario tradunt Lancell. de atten. part. 2, cap. 15, numer. 6, & num. 164. Costa de re integr. dict. n. 21, & Adden. ad Paisell expedit. 43. n. 62, ipsos consulas.

ADDITIO.

47 Materia hæc Arbitrorum, & Arbitratorum, uti trivialis, & à paucis oblita tractari, explicatione non indiget; cæterum licet in hac nostra Provincia Cathaloniæ per varias Constitutiones collocatas, sub titulo de Arbitres, y Arbitradors, sint multa circa hæc disposita, nempè ipsa ad instar iudicia reducendo, arbitramentisque exequutionem tribuendo, & alia; tamen ea extensè ibidem legere poteris, & tractata reperies penès nostros Doctores Gothólanos, præcipuè penès nostrum Doctissimum Cancer. var. 1, cap. 20, per tot. & alios citatos per nostrum Ripoll. in prax. Peguer. rubr. 27. nu. 134. & ibi per Nobilem Senatorem nostrum Amigant. & rubr. 29. à num. 42. ad quos recurre, ne dicta per eos transcribere tenear.

48 Itaque solum aliqua specialia tibi tradam annotata cum auctoritate aliquorum Doctorum, ad quos manuductus reperies quæ volueris, & ita dicam, quòd in hac nostra Provincia Cathaloniç nulla adest Cōstitutio statutaria obligans ad compromittendum, solumque in ea cogitur compromittere in casibus à iure communi permissis; ex quo regulariter nemo potest cogi ad compromittendum, cùm compromissa fiant conventione, ac consensu, adeò, ut nec Iudex aliquem ad compromittendum cogere potest, & si cogerit compromissum nullum est, ut citatis Iason. Gail. Roman. Scacc. Blanch. & aliis tradit Hunni. Encycloped. iur. part. 2, tit. 40, cap. 3, numer. 1, ubi numer. sequent. aliquas limitationes tradit, Urceol. de transact. quæst. 46, numer. 1, Crespi. obser. 24, num. 205, Capon. controver foren. 40, numer. 18, Rovit. Scialoy. Magon. Blanc. Muscatel. & alii, quos novissimè citat Altimar. de nullitat. rubr. 13, quæst. 27, numer. 25, Caroch. discept. 2, num. 97, & discept. 36, numer. 35, Berlich. concl. iur. p. 1, concl. 7, n. 35.

49 Nostrum autem statutum, ut annotat hic noster Conciolus numer. 2. tanquam in odium litium sancitum, est favorabile, Gratian. Hondede. Iason. Natt. Blanc. Scacc.

cita-

citati à dict. Hunni. dict. cap. 3, numer. 8,
50 Ciroch. d. discept. 2, numer. 81. Benè tamen
ut pariter annotat hìc noster Conciolus num.
32. tali statuto Iudex non aliter cogit ad
compromittendum, quàm ad partis instan-
tiam, Mart. de iurisdic. part. 4, cent. 1, cas.
40. numer. 1, Hipol. de Marsil. singul. 467,
numer. 11, Scac. de iudic. lib. 1, cap. 2, num.
30, Altimar. dict. rubr. 13, quæst. 27, num.
13, ibi, Caroc. Borel. & Graff. citat.
51 Compromissum debet præcedere; non
laudum, Bonden. collect. legal. 16, num. 32.
52 cùm laudum, & Arbitrorum potestas ab
ipso dependeant, & ipsum Arbitris, &
Arbitratoribus det potestatem, Bonden. d.
collect. 16, numer. 30, & sequent. Altimar.
de nullitat. rubr. 12, quæst. 5, numer. 1, & se-
quent. Hunni. dict. tit. 40, cap. 6, num. 4,
Rot. post Torre de pact. futur. succes. decis.
18, numer. 12, Scoppa ad Gratian. obser. 6,
numer. 12, & sequent. Valenzuel. Velazq.
53 cons. 11, numer. 3. Ideòque si excedunt for-
mam compromissi in laudando, & decla-
rando, nulliter agunt Altimar. dict. quæst.
5, numer. 2, & rubr. 9, quæst. 16, num. 45,
Hunni. dict. cap. 6, num. 5, Fontanell. dec.
449, numer. 10. Cancer. var. 3, cap. 17, nu-
mer. 34, Altimar. ibid. rubr. 13, quæst. 24,
numer. 42, Baron. de effect. minor. ætat. ef-
fect. 19, numer. 41, Valenzuel. Velazq. dict.
54 cons. 11, numer. 19, & sequent. Nisi ad con-
nexa, dependentia, & inseparabilia se exten-
dant, quod facere possunt, Scoppa ad Gra-
tian. dict. observ. 6, numer. 1, 10, & sequent.
55 Hunni. dict. cap. 6, numer. fin. & de eo ali-
ter constare oportet, quam per eorum as-
sertionem, Bonden. dict. collect. 16, num. 24.
56 Licet sufficiat de eo tacitè apparere, Bon-
57 den. ibid. numer. 25, & sequent. quamvis ad
eum probandum scripturam requiri tradat
Baron. de effect. minor. ætat. dict. effect. 19,
num. 54, & seq.
58 Pariter constare debet de ipsius accepta-
tione; cùm aliter non acceptatum nullum
habeat effectum, Bonden. dict. collect. le-
gal. 16, numer. 33, Altimar. de nullitatib.
59 rubr. 9, quæst. 38, numer. 9, & ita optimè
tradit hìc Conciolus numer. 13, quòd à die
acceptationis currit instantia, & tempus
compromissi, nisi in eo sit dictum intra tan-
tum tempus, ab hodiè, vel à tali die; nam
tunc non requiritur acceptatio, imò currit
instantia à die assignato, Altimar. d. rubr.
9, quæst. 38, numer. 10, Carol. Ant. De Lu-
ca ad Vincen. de Franch. obser. 354, num. 1.
& 3, Baron. ubi suprà numer. 47, Manfrel.
ad Capic. Lotr. obser. ad decis. 46, numer.
26, & final. videndus Rovit. ad pragmat.
1, de Arbitri, num. 52, & seq. Capon. ubi
proximè num. 22.
60 Tempus istud compromissi, seu instan-
tiæ nequit à Arbitris porrogari, nisi eis ad
id sit data facultas à partibus compromit-
tentibus, Altimar. de nullitatib. rubr. 9,
dict. quæst. 38, numer. 1, & 2, Capon. contro-
61 ver. foren. 40, numer. 15. Et tali casu non
possunt porrogare, nisi per simile tempus
contentum in compromisso, Altimar. ibid.
numer. 2, & 6, Rovit. ad dict. pragm. 1, nu-
62 mer. 49. Et hoc durante dicto termino com-
promissi; cùm eo finito iurisdictio finiat, &
ita est facienda porrogatio eo tempore quo
sunt Arbitri, Altimar. dict. quæst. 38, nu-
mer. 1, & rubr. 13, quæst. 2, num. 211, Scop-
pa ad Gratian. obser. ad decis. 2, numer. 7,
& sequent. Rota decis. 224. numer. 10, part.
17, recent. Rodoer. ad Marin. obser. ad cap.
45. numer. 8, Capon. dict. numer. 15. Carol.
Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. ob-
ser. 354, numer. 4, vers. Porrogatio, &c.
63 Vbi dicit, quòd si partes post tempus com-
paruerint, videtur facta tacita porrogatio;
attamen requiritur comparitio utriusque
partis, ad quod citat Coccin. & Ciroch.
Hunni. dict. tit. 40, cap. final. numer. final.
64 & hoc semel tantùm; nisi eisdem tributa
fuisset facultas porrogandi toties, quoties,
quia tunc possent bis, & non ultra porro-
gare Altimar. ad consil. Rovit. lib. 2, obser.
35, num. 9, & sequent. Baron. ubi suprà nu-
mer. 44, & 87, Rota dict. decis. 224, numer.
10, Rovit. ubi suprà numer. 49, Capon. eod.
numer. 15.
65 Tertii autem electio facienda de incer-
to in casu discordiæ, non potest committi
Arbitris, in quos extat compromissum, per
expressas dispositiones, cap. Innotuit, de ar-
bitr. l. Item si unus, §. si in duos, ff. de re-
cep. arbitr. & citatis Gratian. Cancer. & alii
tradit Altimar. de nullitatib. rubr. 9, quæst.
51, à numer. 29, Scoppa ad Gratian. observ.
236, numer. 1, & sequent. ubi limitationes
dictorum textuum tradunt Hunni. ibid. cap.
7, numer. 12, Ciroch. discept. 2, numer. 103,
ubi intelligentiam, & limitationem adfert
Capon. dict. controv. 40, n. 30.
66 Et isti Arbitri, licet inspecto iure civili
insimul congregati debeant arbitrare, tali-
ter quòd non sufficiat esse vocatos; imò co-
guntur intervenire, & sic necessaria sit coa-
ctio, Scialoy. Ciriac. Ciarlin. Borrel. Pe-
tra, & alii citati à dict. Altimar. rubr. 9,
quæst. 50. numer. 6, & 34, Hunni. dict. tit.
40, cap. 7, numer. 8, & sequen. Capon. dict.
67 controv. 40, numer. 28. Tamen de iure ca-
nonico (quod ante civile in hac Patria no-

ftra Gotholana fervatur) fi malitiosè intervenire diftulerint, poffunt præfentes arbitrare, infequendo praxim, *cap. final. de arbitr. in 6.* & tradunt. *dict. Altimar. d. quaft. 50, numer. 33, & 38, Rota post Torre de pact. futur. fuccef. decif.* 172, *numer.* 23, & *numer.* 24, *Conciolus noster hic numer.* 38, *Capon. dict. controv.* 40, *dict. numer.* 28.

68 Si tamen fuerint in declarando difcordes, neutra eorum declaratio habebit vigorem, ut dicit textus ad litteram in *cap. final. de fenten. & re iudic. Caroc. de except.* 22,

69 *quaft.* 28, *numer.* 55, benè tamen uno ex Arbitris mortuo, quoad omnes expirat compromiffum, *Altimar. de nullitatib. d. rubr. 9, quaft. 50, num. 7, Baron. de effect. minor, etat. effect.* 19, *n.* 35, *& feq.*

70 Arbitri autem non debeant omnes controverfias fimul compromiffas arbitrare, taliter quod ita non declarando nulliter procedant, eft ardua quæftio, quam pro validitate, fi capita fint diverfa, tenent *Cancer. Gratian. Giurb. Marin. & alii citati à Doctiffimo Altimar. d. tract. de nullit. rubr.* 13, *quaft.* 24, *num.* 3, *& Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obfer.* 354, *numer.* 4. *& obfer.* 173, *numer.* 2. & cum ipfis fe conformat *numer.* 3, *in fin. Capon. dict. controv.* 40, *numer.* 24, *& feq.* pro nullitate autem ftant fortiter *Franch. Mobed. Barz. Fontanel, Lanar. Marot. & Rot. Rom. citati à dicto Carol. Anton. De Luca d. obfer.* 173, *numer.* 1, *& ab ipfo Altimar. d. quaft.* 24, *numer.* 36, & cum ipfis fe conformat *numer.* 38, ubi alios citat, & cum his *Scoppa ad Gratian. obfer.* 6, *numer.* 20, *& feq. Pelaia ad Iranç. de protefta. addit.* 32, *numer.* 21, *Capon. d. controv.* 40, *numer.* 11. *& alii ab eo citati ead. controv.* 40, *numer.* 23.

71 Nifi ipfis data effet facultas fic coniunctim, aut divifim arbitrandi, *Scoppa dict. obfer.* 6, *num.* 29, *Altimar. d. quaft.* 24, *num.* 39. tu tamen iuxta præfatas doctrinas materiam difcurre ; ego tamen in negativa infifterem, non attentis dividuitate, aut individuitate materiæ compromiffæ, fed obligatione, & fine, non aliter compromittendi, nifi omnibus differentiis unico contextu decifis, ac declaratis.

72 Arbitrator autem, licet ipfi expreffa talis facultas non fit tributa ; cum largiffimam habeat poteftatem, poteft fuper uno dumtaxat capitulo pronunciare, aliis omiffis *Scoppa d. obfer.* 6, *num.* 30, *&* 31, *Altimar. d. quaft.* 24, *nu.* 40.

73 Arbitri autem, & Arbitratores, etiam nõ habeant certam fedem deputatam, poffunt fibi eligere locum ubi velint ad declarandum, etiam in fuo cubiculo, dummodò locus fit honeftus, & litigantibus congruus & exiftat in ea Civitate, in qua fuit compromiffum, *Altimar. dict. tractat. de nullita-*

74 *tib. rubr.* 9, *quaft.* 32. *numer.* 19. Tamen quando funt duo diverforum locorum, tunc pro faciendo laudo debent fe congregare in loco ubi moratur dignior, *Altimar. ibid. numer.* 20, *Rovit ad pragm.* 1. *de Arbitris,*

75 *num.* 23. Et locus ille ubi ius reddi debet, non fufpectus, tutus, & aptus debet effe, ut ibi partes, & eorum Advocati adeffe poffint, aliàs debent partes excufari, & fi excufatio non admittatur, debent appellare, nec fufficit falvus conductus, cum fragilis fit, *Altimar. dict. quaft.* 32, *num.* 21, *&* 22.

76 Compromiffum autem fi fit factum lite pendente, pofteàque laudum non fit fequutum, perinde habetur ac fi factum non fuiffet, & fic poteft in lite procedi, ac fi compromiffum factum non fuiffet, licet de præfervatione ifta non fit proteftatum, *Cancer, var.* 1, *dict. cap.* 21, *numer.* 66, & ad partes difputat, & tenet, pluribus citatis *Pelaia ad Iranç. de proteftatio. addit. ad confid.* 32. *n.* 17, *& feq.*

77 Compromiffum autem fieri nequit, fuper re tranfactione, & concordia iam fopita, *Urceol. de tranfact. quaft.* 45, *numer.* 1. etiam ftante noftro ftatuto, ut ibid. *num.* 2.

78 Neque fuper contentione plurium de tutela, & cura, *Urceol. d. tractat. quaft.* 2, *num.* 18, *& quaft.* 55. *num.* 75, *Valeron. de tran-*

79 *fact. tit.* 2, *quaft.* 1, *num.* 10. Et an in caufis criminalibus, *Altimar. de nullitatib. rub.* 9, *quaft.* 8, *num.* 68, & in aliis cafibus, quos recenfere effet nimis faftidiofum, & eos legere poteris penès *dict. Urceol. Hunni. dict. tit.* 40, *cap.* 4, *per tot. & dict. Altimar.*

80 Infinitæ aliæ occurrunt difficultates in hac materia, quod effet nimis me extendere eas recenfere, & ita folùm te ducam ad Doctiffimum, ac femper prænarrabus habendum *Altimar. in fuo doctiffimo tractatu de nullitatib. in quo in rubr.* 3, *quaft.* 2, *num.* 34, *& quaft.* 9, *numer.* 2. invenies, an Arbitri poffint revocare fuam interloquutoriam, & *in dict. rubr.* 3, *quaft.* 9, *num.* 1, *& fequen.* invenies, an cognofcant de nullitate laudi per ipfos lati, & an verba dubia poffint declarare, reftituereque adverfus fuum laudum, & *in quaft.* 19, *num.* 41, *&* 42. quando, & coram quo fit petenda reductio adverfus illud ; & *in d. rubr.* 9, *quaft.* 16. an teneatur citare partes, & *in d. rubr.* 9 *quaft.* 21, *numer.* 4, *& fequent.* an poffint cognofcere, an fua fit iurifdictio, & *in ead. rubr.* 9. *quaft.* 25. an fint capaces caufarum feudaliũ,

&

& *in quæst.*34, *numer.* 2. An emanato laudo expiret eorum iurisdictio, *in quæst.* 42, *nu.* 37, *& seqq.* Qui possint esse Arbitri, *quæst.* 44, *num.* 2. An possint suspecti allegari, & *in rubr.* 10, *quæst.* 7, *num.* 80. *& sequen.* Si possint Religiosi, Monachi, ac Clerici esse Arbitri, seu Arbitratores; & *ead. rubr. quæst.* 10, Mulieres, an possint esse Arbitratrices, *rubr.* 12. *quæst.* 5. Arbitratores, an possint omittere citationem, & *rubr.* 3, *quæst.* 19. An laudum sit impugnandum, coram quo Iudice sit fiendum, *& rubr.* 4, *quæst.* 19, *nu* 7. si exequitur laudum, non obstantibus nullitatibus oppositis, si eis est renunciatum; tandem nè sim molestus penès ipsum sanè Virum omni ævo laudandum, & penès *Modern. Mansfell. ad Capic. Latr. in obser. ad decis.* 33, habebis cuncta quæ volueris; ipsos præmanibus habe, & me benedices.

81 Appellatio autem, an admittatur suspensivè à sententiis latis super reductione arbitramentorum, & alia plura circa exequutionem eorum, reperies penès *Salgad de Reg. protect. part.* 3, *cap.* 13, *per tot.* ubi latissimè tractat materiam; ipsum consule, & *Crespi de Valldaur. obser.* 69, *à num*, 19. & alios, quos citat *Ciroch. d scep.* 2. *numer.* 87, *& sequent.* pariterque *Capon. dict. controv.* 40, *per tot.*

Alia plura in terminis nostri statuti, & in confirmationem adductorum per nostrum Conciolum, tradunt *Bonden. d. collect.* 16. & latius *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 19, *per tot.* ad ipsos recurre.

DE FERIIS. Rubrica XXVIII.

Diebus in honorem Dei Omnipotentis, & Sanctorum eius dicatis nullatenus in Curia Ius reddatur: Sunt autem, qui feriatim sequuntur. Dies omnes Dominici, Dies Festivitatum Beatissimæ semper Virginis, & Sanctorum Apostolorum, Dies Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Sancti Antonii, & Sancti Sebastiani, Sancti Blasii, Sancti Gregorii, Sancti Ioseph, Sancti Georgii, Sancti Marci, Sanctorum Mariani, & Iacobi, Inventionis Sanctæ Crucis, Sancti VBALDI, & eius Translationis, S. Bernardini, & Sanct. Barnabæ: Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sanctæ Annæ, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Dominici, S. Laurentii, S. Augustini, Decollationis S. Joannis Baptistæ, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Sancti Hieronymi, Sancti Francisci, S. Lucæ, Omnium Sanctorum, Commemorationis Defunctorum, Sancti Caroli; Sancti Martini, S. Catharinæ, Sancti Nicolai, S. Ambrosii, Sanctæ Luciæ, à Vigilia Nativitatis Domini, usque ad Circumcisionem, Dies Cinerum, Omnes sextæ Feriæ, seu dies Veneris totius Anni, à Dominica Palmarum, usque ad Octavam Paschatis Resurrectionis Domini, Tres dies Penthecostes, Dies Ascensionis Domini, Dies Festivitatis Sacratissimi Corporis D. nostri JESV Christi.

Propter hominum quoque utilitatem, sivè publicam lætitiam sequentes Dies sunt Feriati, videlicet dies, in quo fit Consilium Generale, dies omnes Nundinarum de mense Maii, & de mense Septembris, quas descripsimus suprà sub rubrica de Nundinis, præterquam de his, quæ aguntur occasione Nundinarum: Item, sex ultimi dies Carnisprivii. Item, dies feriarum, quæ propter messes, & æstivos calores inductæ sunt, incipiendo à kal. Iulii usque ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ, & dies vindemiarum, quæ durent per xx. dies à die Banni præscripti à Magistratu; Ab his tamen messium, vel vindemiarum feriis excipiantur causæ, sivè differentiæ, quæ occasione messium, vel vindemiarum inter dominum, & colonum orientur. Item, causæ exequutivæ cuiuscunque generis, & instrumentorum, in quibus causæ cognitionem requiratur, sivè apocharum, in quibus apocis dictis feriis esset renunciatum, causæ omnes appellationum

tionum divisionis, mercedum, & restitutionis in integrum, nec non causæ criminales, & aliæ à statutis exceptæ, in quibus non obstantibus dictis feriis, ius petentibus reddatur.

SVMMARIVM.

ANNOTATIO.

1 De origine feriarum, & undè dicantur feriæ, & de illarum divisione latè agunt *Scac. de iudi. lib. 2, cap. 5, numer. 1, & seq. & Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 58. num. 1, & seq.*

2 Supradictum statutum de feriis est ordinatorium, & ideò circa illud est attendendus locus iudicii, *Scac. de indi. lib. 2. cap. 5, num. 189*, qui testatur de communi opinione, *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 58, n. 42.*

3 Tempore autem feriatum nullus actus fieri potest in iudicio, aliàs actus est nullus ex defectu iurisdictionis, quæ tempore feriarum in iudice conquiescit, *l. 1. ff. de feri. cap. fin. & ibi Canon. eod. tit. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 129. Gratian. discep. foren. cap. 516, num. 16, part. 3, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 58, numer. 28, & seq.* ubi hoc limitat, quando actio esset peritura, ut ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 2,*
4 *cap. 5. num. 17, & seq.* Ita ut si tempore feriarum lata sit sententia illa sit nulla, *Bertach. de Episc. lib. 1, part. 2,* ubi excipit quinque casus, *Gratian. discept. foren. cap. 895, num. 13, part. 5, Andreol. contro. 243.* nu-

numer. 16. benè *Rota in Eugub. dotis 9,*
Maii 1642, *§. sed quoad coram R.P.D.Ro-*
jas, ubi de hebdomada sancta, licet per sta-
tutum in aliquo casu feriæ sint sublatæ, cùm
statutum laicale non possit tollere ferias in-
ductas in honorem Dei, ut infra dicetur, &
comprobat *Rota in decis. suprà proximè ad-*
5 *ducta*, & sententia lata tempore feriarum est
nulla etiam parte non opponente, cum feriis
inductis in honorem Dei, & Sanctorum
partes non possint renunciare, *cap. final. &*
ibi Canonistæ de feri. Maran. in pract.
part. 4, distin. 16, numer. 85. Gratian. di-
scept. foren. d. cap. 898, numer.13, Andreol.
d. controver. 243, *numer.* 27. qui dant con-
6 cordantes, quicquid sit quoad ferias indu-
ctas in utilitatem hominum, quibus partes
possunt renunciare, *Thesaurar. decis. 39,*
numer. 1, *Gail. observat. 53, numer.*16, *lib.* 1.
ubi dicit in causa procedendo feriis tacitè
renunciatum videri, latè *Andreol.d.controv.*
243, *numer.* 17, *Fenzon. ad Stat. Urb. d.cap.*
58, numer.36, ubi dicit dictam renunciatio-
nem fieri non posse in præiudicium Iudicis,
ut ibi per eum, & in his terminis intelligo
Rotam apud Posthi de manut. decis. 415, *in*
fin. ubi habetur, quòd sententia est nulla
tempore feriarum pacto opponente; aliàs
secus, cùm illa intelligenda sit de feriis in-
ductis in utilitatem hominum, in quibus
terminis loquitur, *l. 1, §. si prætor, ff. de*
7 *feri.* Cùm Doctor intelligendus sit secun-
dum legem quam allegat, *Rolan. consil.*
95, numer. 9, lib. 3, Caren. resolut. 48, *nu-*
8 *mer. 9.* Censetur autem per partes feriis re-
nunciatum, quando Iudex pro ferenda sen-
tentia assignat diem feriatam partibus præ-
sentibus, ut post *Adden. ad Salic. & Butr.*
per eum relatos firmat *Andreol. d. controv.*
9 243, *numer.*16. feriis autem prædictis potest
renunciare Procurator sine speciali manda-
to, *Gallera. de renunciation. cap.* 118. *num. 9.*
Sola ad Constit. Saband. in tit. de feri. glos.
3. quos referendo sequitur *Andreol. d. con-*
trov. 243, *sub num.29.*
10 Statutum autem non posse tollere ferias
inductas in honorem Dei, & Sanctorum
ultra adducta suprà tradunt *Gratian. decis.*
March. 144, *numer. 5, & sequent. Carpan.*
ad Stat. Mediolan. lib. 1, *cap.* 110, *numer.*
4, *Menoch. de arbitr. lib.*1, *quæst.* 30, *nu-*
mer. 11, *& Rota in d. Eugubina dotis, §.*
11 *nec obstat, &c.* Nisi tamen tolleret ferias à
se inductas, *Soccin. consil.* 116, *numer.* 12,
12 *lib.* 4, & statutum generaliter tollens ferias,
non censetur tollere ferias inductas in ho-
norem Dei,& Sanctorũ, *Alex.consil.*53, *n.*10,
lib. 5, Gratian. d.dec.March. 144, *n.* 14.

13 Datio autem tutoris, & curatoris fieri po-
test tempore feriarum in honorem Dei, &
Sanctorum, post tex. *in l.2.ff. de fer.* tradunt
Aret. in l. si expressim, 19, *col.* 7, *de appell.*
& relat. Ias. in l. 1, *§*, 1, *numer.* 6, *ff. de fer.*
14 licet in dictis diebus non posse interponi
per Iudicem decreta, not. *Simoncell. de de-*
cret. lib. 1, *tit.* 1, *inspect.* 3, *num.* 84, *Scacc.*
de iudic. lib.2, cap. 5, numer. 105, *& Fen-*
zon. ad stat. Urb. lib. 1, *cap. 58, numer.* 11,
ubi testatur de communi, & veriori opinio-
ne illam limitando, ut non habeat locum
in casu necessitatis, & favore piæ causæ. Si-
15 cuti in dictis diebus feriatis in honorem
Dei, & Sanctorum posse celebrari Instru-
menta etiam apposito iuramento tenue-
runt *Corn. de absolut. à iurament. part.* 4,
casu 18, *numer.* 13, *Cardin. Mantic. de ta-*
cit. lib. 3, *tit.*17.*nu.*13, *Fenzon. ad stat. Urb.*
d. cap. 58, numer. 13, *& sequent.* ubi testa-
tur de veriori, & magis communi opinione
Marescot. variar. resolut. lib. 2, *cap.* 20,
*numer.*11, *& sequent.* & hanc pariter opinio-
nem communem esse, etiamsi Instrumen-
tum fiat in die Dominico testatur *Balth.*
Thomas. in suis tractat. variar. tom. 2, *de*
*tutor. & curat. tit.*19, *numer.*1081. cum qui-
bus pertransit *Rota decis.* 777, *numer.* 5, *&*
16 *sequent. part.4, divers.* Licet contrarium te-
nuerint *Carpan. ad stat. Mediol. cap.*324,
*numer.*160, *& sequent. lib.* 1, *Gait. de cre-*
dit. cap. 2, quæst. 5, num. 2117. & alii relati
per *Balth. Thomas. in d. tit.*19, *numer.*1080.
quam tutiorem pro anima dixit *Fenzon. in*
d. cap.58, num. 18, *& seq.*
17 Quòd verò feriæ non obstent in causa do-
tis, voluerunt *Iason. in l.* 1, *§.*1, *numer. 8, ff.*
de fer. Campeg. de dote in 1, *part. princ. quæst.*
88. numer. 1. ubi declarat si mulier sit pau-
per *Alex. in l.* 1, *numer.* 11, *ff. solut matrim.*
Bald. Novell. de dote in 5, part. princ. nu-
mer. 3, *&* 4, qui testatur de communi opi-
nione, *Andreol. controver.* 243. *num.* 37, &
semper sequendum esse quod favet doti in
dubio dicit *P. Boss. de dote cap. 9. §.* 12. Li-
18 cet contrarium tueatur *Fachin. controvers.*
iur. lib. 10, *cap.* 36, *per tot.* nisi mulier esset
pauper, & esset alimentanda ex dicta dote,
ut ibi per eum, cum quo pertransit *Scac. de*
iudic. lib.2, cap.5, n.59.
19 Addo prędictis, quòd exequutio senten-
tiæ fieri non potest tempore feriarum in ho-
norem Dei, & Sanctorum, ut tradunt *Asin.*
in pract. §.31, vers. concludendũ est, &c. Posthi.
*de subhast. inspect.29, n.*101, *& seq. Thesaur.*
*decis.95, n.*1, *& seq.* ubi quid in hebdomada
sancta, *Rota in Bonon. prædii* 16, *Iunii* 2642.
coram R.P.D. Peutingerio post princ.

20 Li-

20 Licet illa fieri possit in die feriata in utilitatem hominum introducta, *Abba. in cap. final. numer.* 20, *& ibi Adden. de indic. Posthi. d. inspect.* 29, *numer.* 102, ubi con-
21 cordantes, & quando illa fit de mandato Rotæ, *Rota apud Buratt. decis.688, numer.* 12. *& in d.Bononien.prædii post princ.* & pro
22 re contenta in sententia, *Butr. in cap. fin.in princ. & numer.* 24, *de iudic. Guidopapa, decis.* 215, *numer.* 5, quos referendo sequitur
23 *Rota in d. Bononien.prædii post princ.* Possessionem tamen capi posse in die feriata maximè ex capite successionis, vel simili dixerunt *Fenzon. ad d.cap.58, numer.*41, *& Rota decis.* 104, *n.*3, *p.*11, *recent.*

24 Testes verò tempore feriarum examinari, & iurare non possunt, *Specul. de fer. §. sequitur numer.* 6, *Farinac.de test.quæst.* 80, *numer.* 55. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.58,*
25 *numer.* 27. Nisi testes iurassent in die iuridico, quia tunc examinari possunt, *Farinac. d. quæst.* 80, *numer.* 56, *Fenzon. d. cap. 58, numer.* 27. *Scac. de indic. lib.* 2, *cap.* 5, *n.*73.
26 Et examinentur de consensu utriusque partis, *Farinac. ubi suprà numer.* 57. ubi con-
27 cordantes. Post tamen appellatio interponi tempore feriato, licet illa prosequi non possit, *Fenzon. in d. cap.58, numer.* 8, *Scac.de appell. q.*12, *n.*51.

28 Dies feriati in dilationibus includuntur, cùm tempus probandi sit continuum, nisi tamen feriæ absorberent, totam, vel maiorem partem dilationis, ut tradunt *Gail.pract. obser. lib.* 1, *obser.* 53, *numer.* 12, *Adden. ad Pract. Vestr. lib.* 5, *cap.* 4, *numer.* 7. *Fenzon. in d. cap.58, numer.* 5, *& sequent. Maran. in pract. p.*6. *in* 3, *actu. n.*18.

29 Suspectus verò de fuga capi potest tempore feriato etiam in honorem Dei, *Afin. in pract.* §. 31, *cap.* 2, *ampliat.* 13, *numer.* 1, *& sequent. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.58, numer,* 32, *Graff. de except. in prælud. num.* 137. qui alios adducunt ita sentientes, *Scac. de Iudic. lib.*2, *cap.*5, *n.*28, *& seq.*

30 Addo ulteriùs, quòd feriæ non obstant in causis summariis, *clem. sæpè*, 2, *de verb. signif. Maran. in pract. part.* 4, *dist.* 16, *numer.* 85, *Scac. de indic. lib.*2, *cap.* 5, *n.*171.
31 Si sunt feriæ introductæ in utilitatem hominum, secùs si in honorem Dei, & Sanctorum, idem *Scac. in d. cap.* 5, *numer.*23, ubi dat concordantes, neque dictæ feriæ habent locum in causis Ecclesiasticis, *Scac. d.*
32 *cap.* 5, *numer.* 86. & in quampluribus aliis causis, quæ recēsentur per *Bertach.de Episc. lib.* 1, *in princ.n.*14, *& seq.* & per *Scacc. de indic. d. lib.*2, *cap.*5, *ferè per tot.* ipsos consulas, cùm non omnia hìc deceat referre.

ADDITIO.

33 ET in dicta Civitate Eugubii dictæ feriæ ex antiqua consuetudine incipiunt die 15. dicti mensis Iulii, & durant per totum mensem Augusti. In materia autem feriarum est servanda consuetudo cuiusque loci ad text. *in l. omnes dies*, 7. *& ibi gloß. Cod. de feriis*, *& in l. Præsides, ff. de feriis*, & scribunt *Scac. de iudiciis lib.* 2, *cap.* 5, *num.* 183. *& Vbert. de citat. cap.* 10. *numer.* 55.
34 Statuto non obstante, cùm consuetudo uti fortior faciat illud silere, ut tradunt *Menoch. de arbitrar. lib.*1, *quæst.* 71. *num.* 4, *&* 9, *Mascard. de gener. stat. interpr. concl.* 6, *num.* 89. *& Rota apud Bich. decis.* 477,
35 *numer.* 10. Maximè cùm ex longinquitate temporis iuncta observantia præsumitur intervenisse confirmatio superioris, ut not. *Eminentiss.de Luca tom.*4, *in tract.de servit. ad materiam retract. discurs.* 71, *numer.* 11, *& sequent. Rota apud Gregor. XV. dec.* 52. *num.* 2.

36 Hæc materia huius statuti à nemine ignota, & à nostris practicis passim tractata, extensione non indigebat, quapropter pauca de ea tradam, & interim pro eo quod tibi occurrerit recurre ad nostrum *Peguer. in prax. & ad Adden.* & penes eos habebis quæ volueris.

37 Dicam igitur, quòd cum ratione temporis, purà ob supervenientiam feriarum suspendatur Iudicum iurisdictio, & exercitium illius impediatur. *Vant. Scac. Antonel. Marin. Magon. citat. à doctissimo non prætermittendo Altimar. de nullitatib.rub.* 9, *quæst.* 40, *numer,* 2, novissimè *Pegas ad lib.* 1, *ordination. Regn. Portugal.tit.*1, *gloß.*
38 38, *numer.* 1. Et ita suspensa iurisdictione à iure, vel ab homine, Iudices si quæ agant, nulliter ipso iure agant, *Salgad. Calvalcan. Magon. Borrel Merol. Trivisan. Scialoy. citati à dict. Altimar. ibid. num.* 1. Ideò ad aliqua prænotanda moveor.

39 Itaque feriæ aliæ sunt in honorem Dei, aliæ in utilitatem, vel necessitatem hominum aliæ repentinæ, quæ à Principibus ordinantur, & solus Princeps, & non alius inferior Magistratus potest tales ferias indicere, *Hunni. Encycloped. iur. part.* 2, *tit.* 3, *num.* 3, *& sequent. Altimar. dict. quæst* 40, *num.* 2, *& sequent. Pilaia decis. canon, tom.* 2, *lib.* 4, *decis.* 2, *numer.* 11. *Barbos. in Cod. tom.* 1, *tit. de feriis ad l.* 2, *numer.* 7, *& ad l.* 4, *numer.*1. *& ad l.* 5, *numer.*1, *Fenzon. ad statut. Vrb. lib.*1, *cap.* 58, *à n.*3.

40 Inductis autem in honorem Dei, nequeunt partes renunciare, etiam iuramento, ut

ut tradit hic *Conciol. numer. 6*, & tenent *Barbos. ad l. omnes dies, 7. Cod. de feriis, numer. 10, Hunni. d. tit. 3, numer. 10, Pilaia d. decis. 2, numer. 12.* & pro mille *Doctissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 24, numer. 58, Altimar. d. quaest. 40, numer. 32, & sequent. Fenzon. ad statut.*

41 *Vrb. d. cap. 58, numer. 34.* Repentinis pariter renunciare partes, nequeunt, *Hunni. d. tit. 3, numer. 11, Altimar. ubi supr. num. 33, Fenzon. d. cap. 58. numer. 35.* Inductis

42 autem in utilitatem hominum expressè, & tacitè potest renunciari per partes, *Pilaia d. numer. 12, Hunni. ubi supr. numer. 12, Altimar. d. quaest. 40, numer. 34, Barbos. ad d. l. 2, Cod. de feriis numer. 9, & 10, & ad cap. Conquestus ult. de feriis numer. 35. Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 77, num. 44, & sequent. Rodoer. ad Marin. obser. 118. numer. 24, & sequent. Fenzon. d. cap. 58,*

43 *numer. 36.* Etiam per procuratorem, & absque speciali mandato, saltim in renunciatione tacita sola, *Gallerat. Andreol. Prat. citati à d. Altimar. d. q. 40, nu. 34, Ab Eccles. d. obser. 77, n. 50.*

44 His feriis messium gaudent etiam ii, qui vindemiis, & messibus non sunt occupati, *Altimar. d. quaest. 40, numer. 6, Rodoer. ad Marin. d. obser. 118, numer. 23, Hunni. d. tit. 3, numer. 14, Ab Eccles. d. obser. 77, numer. 43, Barbos. ad d. l. 2, Cod. de feriis numer. 7.*

45 In hac nostra Civitate Gerundae de consuetudine dantur solùm feriae messium, non autem vindimiarum, aut saltim aestas practicari non vidi, nisi solas messium, quae incipiunt à die prima Iunii, ad diem 22, Iulii; in Regio autem Consilio dantur solùm aestivales, à die 15, Iulii, ad diem 20, Augusti, & ita practicatur, quae deducuntur de dilatione termini probatorii, etsi maiorem partem dilationis non absorbeant, ut ita fuit decisum in Regio Senatu, facto verbo, per Nobilem Michaëlem de Cortiada nunc meritò Regentem Regiam Cancellariam die 9. Decembris 1671, inter Syndicum Villae de Vlldecona, & Syndicum Villae de Alcanar, Nott. Ferrer.

46 Quae forsan autem hic possent dici, esset recensere metdicta à *Conciolo nostro*, & transcribere dicta aliorum Doctorum, & ita ad citatos, & infra citandos recurre si casus occurrerit, nempè ad citatos per *Meritissimum, ac Nobilem Regentem nostrum Cortiada decis. 24, à numer. 53, ad 69, Ab Eccles. d. obser. 77, Rodoer. ad Marin. d. obser. 118. Hunni. d. tit. 3, & ad commentantes tit. ff. Cod. & Decretal. de feriis, Pilaia ad Iranç. de protesta. consid. 23*, & pro saturitate ad *Fermosin. in tract. var. tit. de feriis, per tot. & ad alios*, quos citant *dict. Emmanuel Alvarez Pegas ad d. lib. 1, Ordinatio. Regn. Portugal. d. gloss. 38, num. 1, & 3, Fenzon. ad statut. Vrb. lib. 1, cap. 58, per tot. Doctissimus Cala in suo perenni, ac pleno tractatu, de feriis, Frances de compoten. quaest. 55, & Doctissimus Altimar. d. quaest. 40, & rubr. 12, quaest. 36, & 37*, ubi ad saturitatem invenies digestum, quando, & in quibus casibus possit procedi, etiam in negotiis contentiosae iurisdictionis diebus feriatis, & cuncta alia quae volueris.

QVALITER CREDITA EX INSTRVMENTIS CHIROGRAPHIS, & Partitis cassari debeant.

Rubrica XXIX.

VT facilius appareat de Solutione Debitorum, nec aliqua super illis controversia oriatur, Statuimus, quòd in posterum solutiones omnes, quae in dies fiunt vigore Instrumenti, annotentur in forma manu Notarij Rogati, in Margine dicti Instrumenti, & eo legitimè impedito manu Notarij ab eo Substituti: Sicut etiam in Instrumentis Defunctorum observandum erit, ut per Notarium Substitutum de licentia Magistratus, talis solutio annotetur. Quòd si Notarius sit absens à Civitate, nec eodem die eius reditus speraretur; possit Alter rogari de solutione, & solvens terminum xv. dierum, habita fide à dicto Notario, eam praesentare debeat primo Notario, ad hoc, ut in Margine Instrumenti dictam solutionem describat, recepta mercede pro medietate. Si

verò

verò propter antiquitatem, siue incuriam ignoretur Notarius, possit alter de licentia D. Locumtenentis de solutione rogari.

Cæterum si debitum ex Chirographo soluatur, laceretur statim Chirographum, nisi ultra, aliquid faciendum continetet: Quo casu fiat receptum in eodem Chirogtapho,& temaneat penes Creditorem, donec facienda impleantur, ac deinde, ut supra laceretur. Et si debitum appareat in Partitis, facta solutione, pariter è contra solutio iuxta solitum annotetur, & debitum cassetur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor recipiens solutionem tenetur facere quietationem de summa recepta.*
Non tamen tenetur facere quietationē generalem, num. 2.

3 *Creditor recipiens partem debiti censetur illam recipere ad bonum computum.*
Nisi fatiat apocham pro residuo, nu. 4. & 13.
Vel fateatur se recepisse usque ad complementum debiti, n.14.
Admittitur tamen creditor ad probādum contrarium, n. 15.
Benè tamen potest petere residuum, licet debitor asserat solvere pro residuo, n.16.
Non tamen si creditor recipiat pro resto, num. 5.

6 *Quietatio generaliter facta comprehendit omnia, & num. 19.*
Non tamen debita non dum quæsita, numer.20.

7 *Quietationes probant si testes dicant habere notam manum scribentis.*

8 *Cassatio, seu cancellatio instrumenti quæ sit.*
Et ea impedit exequutionem instrumēti, ibid.
Dummodo cassatio appareat facta à legitima persona, num. 9,

10 *Debitum præcessisse resultat ex instrumento cancellato.*
An autem probatio solutionis, nu.11.

12 *Cassationis instrumenti expensas, qui solvere teneatur.*

17 *Creditor diversas personas repræsentans recipiendo pro residuo solum se præiudicat in credito proprio.*

18 *Fideiussor pro residuo solvens, ipsam quantitatem repetere potest, non totum debitum.*

ANNOTATIO.

1 Creditor qui recipit solutionem à suo debitore tenetur ei facere quietationem, & receptum de summa recepta, *l. sicut*, 26, *& ibi Bald. C. de liber. aqu.* & not. *Gratian. discep. foren. cap. 260, numer. 9, part. 2.* qui plures dat concordantes, *Ciriac. controv. 267. numer. 3, & Adden. ad Capic.*

2 *Latr. decis. 21, numer. 1, part. 1.* Non tenetur autem facere debitori quietationem generalem sibi solventi aliquam pecuniarum quantitatem ex aliqua causa particulari, sed solum quietationem particularem pro illa summa, quam solvit, ut docent *Bald. in l. 3, §. contrariorum, ff. de reb. credit. Gratian. d. cap. 260, numer. 9, Ciriac. d. controv. 267, numer. 3.* ubi plures dat concordantes, *& numer. 6.* Cùm quietatio generalis dicatur captiosa, *Ciriac. d. controv. 267. numer. 6, Gargiar. Iun. cons. 21, numer. 19. lib. 1.*

3 Et creditor recipiens partem debiti licet faciat apocham debitori, præsumitur illam partem recepisse ad bonum computum, & non censetur aliam partem remisisse, ut tradunt *Bero. cons. 192, numer. 1, lib. 2, Afin. de exequut. §. 4, cap. 52, numer. 2, Roma. singul. 699,* & alii, quos refert, & sequitur *Graff. de except. except. 25, numer. 14.*

4 Nisi tamen ei fecerit apocham pro residuo, vel ad complementum totius summæ, quia tunc præsumitur totum debitum ei fuisse solutum, ut latè comprobat *Graff. d. except. 25, numer. 16.* ubi plures dat concordantes, *Gratian. discept. foren. cap. 486, numer. 34, part. 3, & Rota apud Merlin. de pignor. decis. 52, numer. 11. & decis. 94, numer. 20. & decis. 141, numer. 13. apud eundem Merlin. ubi suprà.*

5 Et idem est si dictum fuisset pro saldo. *Rota apud Burat. decis. 344, numer. 18, & in Ravennaten. dotis 11, Aprilis 1644, coram Card. Corrado, §. Eoque magis, &c.*

6 Quietatio tamen generaliter facta omnia comprehendit etiam incogitata, *l. si de certa 31. & ibi Bart. C. de transact. Paris. cons. 150, num. 11, lib. 3, Corn. cons. 29. per tot. lib. 1, Surd. decis. 117. numer. 11.* & latè comprobat Rota *apud Merlin. de pignor. decis. 100. n. 10. & seq. & decis. 80. nu. 8, & seq.*

7 Dictæ tamen quietationes, & recepta probant licet non sint solemniter recognitæ, si

si adsint testes deponentes habere notam manum scribentis, cum illæ fieri soleant privatè, & sine testibus, *Rota apud Buratt. decis.* 582, *numer.* 5, *& apud Card. Seraph. decis.* 1163. *numer.* 3, *& decis.* 570, *num.* 2, *p.* 1, *divers. & in Bononien. dotis* 16. *Martii* 1629, *in fin. coram R. P. D. Merlino.*

ADDITIO.

8 ET ex ista cassatione resultat evidens exceptio liquida, ex inspectione instrumenti cassati, quæ viam exequutivam impedit, ex quo ubi instrumentum cassatum, & cancellatum apparet (hoc est linea per transversum ducta in modum Crucis, *glos. in l. Si quis libertatem, verbo inducere, ff. de petit. hæret.* quam sequitur *Bart. in l.* 1, *§.* 1. *& in l. cancellaverat, numer.* 3, *ff. de iis, quæ in testam. delen. Giurb. obser.* 69, *numer.* 1, *Carol. Rota pract. conclus. concl.* 3, *numer.* 11.) deficit notorium illud, quod erat causa exequutionis, & instrumenti auctoritas cessat, *Olea de cess. iur. tit.* 5, *quæst.* 10, *numer.* 19, *Cancer. var.* 2, *cap.* 3, *numer.* 34.

9 Dummodo tamen ipsa cassatio, seu cancellatio appareat facta à legitima persona, aliter exequutionem, ut priùs non impediret, *Giurb. d. observat.* 69, *d. numer.* 1, *& decis.* 79, *numer.* 11, ubi suo more plures citat *Cenci. Amat. & alii citati à Pilaia decis. cano. tom.* 2, *decis.* 10, *de censib. peti.* 8, *num.* 126.

10 Unde ex instrumento cassato, & cancellato pariter resultat probatio, debitum præcessisse, *Parexa de instrum. editio. tit.* 5, *resol.* 1, *numer.* 22, *Carol. Rota. d. conclus.* 3, *num.*

11 11, *& sequent.* An autem resultet probatio solutionis, seu satisfactionis ex ipsa cancellatione, sive instrumentum reperiatur penes debitorem, sive penes creditorem, latissimè tradit cum omnibus ampliationibus, limitationibus, & intelligentiis *Doctissimus Modern. Altimar. ad lib.* 3, *consil. Rovit. obser.* 7, *à numer.* 21, quem pro hac materia consulas, *& dict. Carol. Rota pract. concl. d. concl.* 3, *per tot.*

12 Expensas autem istius cassationis, seu cancellationis instrumenti solvere tenetur ipse debitor; cùm ipsi intersit, quòd de solutione appareat ad tradita à *Balmaseda de collect. quæst.* 100, *nu.* 2. ubi alios citat, & *in numer. sequent.* tractat expensis cuius sint rogandi instrumenta venditionum per Notarios.

13 Creditor autem faciens apocham de residuo, vel petens residuum, ut tradit hic *noster Conciol. numer.* 4. certum est, quòd nihil ultra petere potest, & satisfactus præsumitur, pluribus citatis, *Olea de cess. iur. tit.* 6, *miscel. numer.* 33, & eo, & aliis citatis *Balmaseda de collect. quæst.* 102, *numer.* 8, *Eminen. De Luca de debit. & credit. discur.* 105, *numer.* 7, *Valenzuel. Velazq. consil.* 21. *numer.* 23, *& sequent. Bonden. collect. legal.* 17, *numer.* 8, *Fontanell. & alii*, quos novissimè citat *Borgia investigatio. contr. Fabrum tom.* 1, *lib.* 2, *cap.* 7, *numer.* 8, *Actolin. resol.* 69, *num.* 1. *Doctissimus Lusitanorum gloria, meísque dominus colendissimus Emmanuel Alvarez Pegas ad lib.* 1, *Ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 1, *tit.* 1, *§.* 43,

14 *glos.* 160, *numer.* 4. Quòd non solùm procedit quando ita liberatio, seu receptio, concepta est, verùm etiam, si creditor certam quantitatem usque ad complementum debiti recepisse fateatur, *Balmaseda d. quæst.* 102, *numer.* 9, ubi *Olea, Cancer. Amat. & alios* citat *Bonden. ubi suprà d. numer.* 8,

15 *Pegas d. numer.* 4. Benè tamen admittetur creditor ad probandum contrarium, & errorem suæ confessionis, *Olea dict. miscel. num.* 38.

16 Hæc sanè procedunt quando creditor, petiit, seu recepit pro residuo, seu ad complementum; non autem quando debitor dicit se solvere pro residuo, seu complemento, quia tunc talis creditor potest reliquum petere, & se non præiudicat, nisi animo transigendi partem recepisset, *Olea d. miscel. numer.* 34, *Balmaseda dict. quæst.* 102, *numer.* 10, *Eminen. De Luca d. discurs.* 105, *n.* 8. *& seq.*

17 Creditor autem qui diversas personas repræsentat, & pro istis est creditor, cum dicta petitione, seu receptione pro residuo, seu complemento solùm se præiudicat in credito proprio, seu pro eo, pro quo dicta solutio fuit facta, *Olea d. miscel. numer.* 35, *Balmaseda d. quæst.* 102, *numer.* 12.

18 Unum nota, quòd si aliquis tanquam venditor, seu fideiussor, seu aliter, non verò tanquam principalis debitor, aliquam quantitatem ita pro residuo solverit, non ex eo convincitur totum debitum ab eo solutum esse, nec à principali debitore id petere potest, sed solùm id, quod pro residuo, seu complemento solvisse constiterit; cùm in dubio præsumatur, alias partes solutas fuisse à debitore, ad quem principaliter onus solvendi spectabat, *Olea d. tit.* 6, *miscel. numer.* 37, *Balmaseda d. quæst.* 102, *numer.* 11, *Gratian. discept.* 570, *numer.* 33, *&* 34, *Fontanell. de pact. claus.* 14, *glos. unic. part.* 1, *à numer.* 34. *Amat. var. resol.* 97, *à numer.* 5. Nisi creditor pro tota quantitate cessionem fecisset, quia tunc totam quantita-

tem pro qua cessam haberet actionem petere posset, ut ita fuit declaratum in Regio Senatu referente Magnifico Iosepho Aleny Regio Senatore, *die* 1, *Octobris* 1677, in causa Nobilis Dalmatii de Ivorra, contra Nobiles Josephum Meca & de Cassador, & Elisabethem Meca, & de Cardona coniuges, Scriba Antonio Fabra, & ad ista vide quæ dicam infra *hoc libr. rubr.* 59, *nu.*19.

19 Licet ut tradit hic *numer.* 6, *noster Conciol.* quietatio generalis omnia comprehendat, etiam incogitata, ut pariter tradunt *Doctores citati à Vela disert.* 8, *numer.* 3, non tamen comprehendit debita non dum quæsita, nec liberatio quovisinodo generaliter facta, ad debita non dum quæsita se extendit, *Vela d. disert.* 8, *numer.* 6, & eo citato *Olea de ceff. iur. tit.* 3, *quæst.* 10, *numer.* 23, *& fin.* videndi *Doctores* quos citat *Pegas d. glos.* 160, *numer.* 3, qui latè hæc tractant.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

Rubrica XXX.

Creditor, qui ex causa Mutui, vel alterius Contractus fuerit negligens in petendo debitum per Annos XV. Nisi de iudiciali, sive extraiudiciali, Interpellatione legitimè docuerit, præsumatur Juris præsumptione facta Solutio, nisi contrarium per Creditorem legitimè probetur, vel nisi contraria Præsumptio prævalens adduceretur: Et durante Præsumptione prædicta, Instrumenra quæcunque nullam omninò faciant fidem, & exequi non valeant, exceptis Minoribus XXV. annis, Locis Piis, Communitatibus, Dotibus petendis, & repetendis, & si quæ alia consimilem causam habeant. Quòd si Creditor etiam in vim Chirographi, seu Patriæ Libri Rationum legitimè confecti alicuius Artificis per Decennium steterit; nec interim iudicialiter, sive extraiudicialirer debitorem interpellasse, ut suprà, legitimè docuerit; Similiter Solutio facta præsumatur, nec post dicti Temporis lapsum, & moram quicquam ampliùs à Debitore, sive eius Hæredibus petere possit. Si verò quis Creditor sit ratione famulatus, Nutritii, aut operis præstiti post biennium non audiatur, dummodo Dominus iuraverit satisfecisse; Et ad iurandum Dominus non admittatur, Si Creditor de iudiciali, vel extraiudiciali interpellatione doceret. Hæc de Præscriptionibus Crediti dicta sint.

Si quis verò habuerit, vel possederit rem aliquam per se, vel suos Auctores, sive Auctorem Auctoris per spatium XV. Annorum continuè, pacificè, bona fide, & iusto titulo, & super ea fuerit sibi mota lis, talis movens non audiatur, Nisi ageretur, ut diximus, de interesse Minoris XXV. Annis, Loci Pii, Miserabilium Personarum, vel de Dote, ut suprà, aliàs dicto tempore probato, Agentes Præscriptione repelli posse, & deberi Mandamus.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de præscriptionibus est decisorium.*
2 *Statutum de præscriptionibus non comprehendit Clericos passivè.*
*Activè verò Clerici eo gaudent, n.*3.
4 *Statutum de præscriptionibus est de iure validum.*
Et procedit etiam in credito iurato, numer. 5.
*Ac etiam cum mala fide, nu.*6, *&* 36.
*Licet contrarium teneant alii, n.*7.
Quod tamen declaratur, nu. 8,
9 *Statutum de præscriptionibus procedit contra forensem quando petitio fit in loco statuti.*

Con-

Contrarium si contractus sit factus in loco statuti, & solutio alibi fuit destinata, numer. 10.

11 *Statutum de praescriptionibus non habet locum in actione reali.*

Et non comprehendit actionem competentem pro legitima, num. 12.

Neque habet locum in actionibus mixtis, numer. 13.

Neque in donatario, num. 14.

Neque comprehendit actionem realem pro legato, num. 15.

Neque illum, qui rem vendicat, n. 16.

Neque quando competit actio in rem scriptam, num. 17.

Licet comprehendat creditorem ex actione personali cum hypothecaria accessoria, num. 18.

19 *Statutum de praescriptionibus comprehendit etiam creditorem ex quasi contractu.*

Ratio affertur, num. 20.

21 *Statutum de praescript. si requirat bonam fidem, illa non praesumitur.*

22 *Statuto de praescript. non est locus, stantibus coniecturis in contrarium.*

Et ni sit locus dicto statuto debet dari de solutione, num. 23.

Aliter condemnandi debitores venirent. num. 38.

Et ista solutio praesumpta est à parte alleganda. num. 39.

24 *Statutum de praescript. non habet locum in fructibus dotis.*

Comprehendit tamen fideiussorem habentem cessionem, num. 25.

Non tamen habet locum in fructibus census, num. 26.

27 *Sententia exequi non potest post* 15. *annos stante statuto de praescript.*

28 *Solutionis solutio si cesset ob malam fidem, reviviscit illa superveniente.*

29 *Solutionis praesumptio oriens ex statuto debet allegari per debitorem.*

30 *Restitutio ex capite ignorantiae datur contra praescriptionem statutariam.*

*Licet contrarium teneant aliqui, n.*31.

Ignorantia autem debet esse ex omni parte probabilis, num. 32.

33 *Salarium famulorum quando dicatur praescriptum ex statuto.*

*Maximè in Cathaloma, num.*37.

Et statutū de praescriptione salarii famulorum non procedit in mercede Artificum, & Notariorum, num. 34.

*Contrarium in Cathalonia, d.n.*37.

*Neque in mercede calculata, n.*35.

36 *Praescriptiones* 10. & 20. *annorum in Cathalonia sunt redacta ad* 30. *annos, & procedunt etiam cum mala fide.*

40 *Praescriptiones ista statutaria personas privilegiatas comprehendunt.*

Eas tamen à beneficio restitutionis nō excludunt, num. 41.

Nisi regressum habere possint contra tutores, seu alios, num. 42.

Non tamen restituuntur adversus conventionales coeptas cum defuncto, n. 43.

44 *Debitum negans his statutariis praescriptionibus non iuvatur.*

45 *Praescriptiones statutariae quavis petione extraiudiciali interrumpuntur.*

Contrarium tenent aliqui, num. 46.

Et an debiti agnitione, num. 47.

48 *Census, ac censualia, cùm in eis adsit hypotheca* 40. *annis praescribuntur.*

Non solum pensiones decursae, sed & decurrenda, nu. 49.

Maximè denegata solutione debitoris, & acquiescentia creditoris sequutis, num. 50.

51 *Praescriptiones tot requiruntur in annuis praestationibus, quot anni.*

52 *Creditor recipiens censum ad minorem quātitatem sibi praeiudicat, & contra eum praescribitur.*

Intellige solutione uniformiter facta, & per tempus ligitimum ad praescribendū, aliàs secùs, num. 53.

54 *Praescriptio non procedit contra dominum directum pro censibus.*

*Nisi eis interversa sit possessio, n.*55.

Et quando dicatur possessio interversa, num. 56.

57 *Praescriptio non procedit in bonis maioratus, seu fidei commissi.*

Cùm tot requirantur praescriptiones, quot personae vocatae existunt, n. 58.

Intellige quando non producitur titulus, & liquidò constat de fideicommisso, & identitate bonorum, secùs aliter, n. 60.

Nisi praescriptio coepta esset cum fideicommittente, seu maioratum instituente, num. 61.

Et supradicta intellige quoad bona fideicommissaria fixa, & stabilia, n. 62.

Secùs quoad debitis puris, ac censibus praeteritis in damnum gravati, n. 63.

Non tamen contra gravatum in creditis in bonis ab eo possessis competentibus, num. 64.

59 *Praescriptio non procedit contra creditorem non habentem tempus praefinitum ad agendum.*

65 *Praescriptio non procedit in iure patronatu gentilicio, seu mixto.*

Neque adversus bona dotalia inaestimata

mata data constante matrimonio, n. 66.

Nisi inchoata esset prescriptio ante coniugium, num. 67.

Aut data fuissent astimata cà astimatione qua facit emptionem, aut esset dos constituta, in pecunia, num. 68.

Secùs in subsidium, num. 69.

Facta tamen excussione per mulierem, num. 70.

71 *Præscriptio an currat contra minorem, mulierem, & alios remissivè.*

72 *Præscriptio autem non currit filiis mulieri, & aliis adversus credita, quæ habent in bonis patris. mariti, &c.*

73 *Præscriptio respectu tertii possessoris rei hypothecatæ currit à die cessatæ solutionis per principalem debitorem, aut alium factam.*

74 *Præscriptio centenaria excludit consuetudinem Episcopatus Gerundæ impedientem præscriptionem ordinariam.*

75 *Præscriptio centenaria procedit absque deductione temporis belli, aut pestis.*

76 *Feriæ non deducuntur in præscriptionibus triginta annorum.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum de præscriptionibus est decisorium, ut not. *Fenzō. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 158. num. 76. & Rota coram Card. Lancell. Senio. 10. Iunij* 1580. relata per
2 *Fenz. ubi supr.* Et ideo non comprehendit Clericos passivè, ut not. *Boss. de stat. Vrb. præscrip. cap. 19. num, 205. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 158, num. 77. & Sperell. decis, 135. num. 85. par. 2.* qui dant concordantes, ita ut non comprehendat Clericum hæredem laici dum illa non erat completa contra laicum ut not. *Sperell. d. decis. 135, numer. 124, & seq.* ubi hoc benè comprobat, & dicit, hoc non habere locum quando Clericus uteretur statuto in agendo, ut ibi per eum, *numer.* 131.
3 Ego autem Clericus gaudet activè ratione privilegiativa, ut post *Abb. Felin. Surd. Graff. Sperell. D. Deluca, & Rotam* per me relatos probavi suprà *in prælud. numer.* 178. declarando, ut per *Rota decis. 52, numer. 19, & seq. par. 12, rec.*

4 Quod quidem statutum inducens præscriptione est validum uti ex rationabili causa conditum, ut probant *Gratian. discep. foren. cap 994, numer. 7, par. 5. Andreol. controv. 135. numer. 11, Thomat. decis. Marcb. 155. numer. 4, & decis. 222, num. 1, & Altograd.*
5 *cons. 53, numer. 24, & sequent lib. 2,* Et habet locum etiam in credito iurato, cum tollat fidem Instrumentis, & scripturis, ex quibus creditum probari potest, quod statutum facere potest, ut probant *Castr. Alex. Gabr. & alij* quos sequitur, & refert *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 158, numer.* 38, ubi concordantes, Ita ut iuramentum ex eis non probetur, ut considerant *Fenzon. ad d. cap. 158. numer. 38, Thomat. d. decis. 222, numer. 7, Andreol. controvers. 135, numer. 11. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2, circa stat. interp. ad d. stat. 158, numer. 1, & sequent.* ubi testatur de communi, & tutiori opinione, *Rota decis. 346, num. 4, par. 6, recent.* & alii per me relati *alleg. foren. 11, numer. 6,* quicquid contrarium voluerit *Gratia. disc. foren. cap. 883,*
6 *in fin.* Ac etiam cum mala fide, quia licet quamplures Doct. voluerint dictum statutum de præscr. non procedere cum mala fid., & præcipuè *Ciriac. controv. 321, num. 55, Adden ad Rot. decis. 6, par. 3, recent. & Rota*
7 *per Post. de subhast decis. 119, per tot.* dicta tamen opinio non est tuta, cum contrarium ten ant *Bart. Bald. Ang. Castr. Ias. Cuman. Guid. Pap. Aret. Corn. Felin. Ripa Barba. Boss. & Bertaz.* per me relati *d. alleg.* 11, *numer.* 10. quorum aliqui testantur de verio-
8 ri, & verissima opinione, d. tamen contraria opinio potest habere locum in terminis statuti inducentis præscriptionem actionis ex solo cursu temporis, secus tamen est quando statutum non tollit actionem creditori competentem, sed stante illius negligentia per spatium quindecim annorum inducit præsumptionem solutionis, quà præsumpta tollit fidem Instrumentis itaut nullam faciant probationem, ut facit statutum nostrum, quia tunc allegans d. præsumptam solutionem dicitur esse similis ei, qui solvit, & ideò dari non potest de mala fide, ac si solutio ex publico Instrumento probata esset, ut declarant *Fenzon. in d. cap. 158, numer. 7, & seq. Thomat. d. decis. 222. numer. 2, Altogr. cons. 53, numer. 24, & sequent. lib. 2. Post. resol. 127, numer. 16. Rota apud Merlin. decis. 124. numer. 12,* & alii per me relati *d. alleg. 11, numer. 12.* Maximè quando solutioni nulla fuit apposita dies, ut probavi ego *d. alleg. 11. numer. 15.*

Statutum prædictum excipit causam dotis, & alios casus similes, qui autem dicantur casus similes recenset *Boss. de stat. Vrb. præscr. glos. 19. numer.* 61. ponit triginta casus, & ultra in quibus dictum statutum locum non habet, ipsum consulas, & *Rota apud Greg. XV. decis. 489, num. 16.*

9 Statutum prædictum habet locum etiam contra forensem, quando petitio per forensem fit in loco statuti, ut tradūt *Doctor communiter in l. cunctos populos, 1. C. de Sum. Tri-*

Trinit. & fide cathol. Adden. ad Rot. dec. 6, n.
51, & seq p. 3, rec. pract. Ridolph. p. 1, c. 8, n. 205,
Rota apud Merlin. dec. 124, n. 3. & decis. 555.
numer.... par. 4, recent. tom. 3, & alii plures
per me relati allegat. forens. 11, numer. 22.
10 Quicquid contrarium tenuerint aliqui per
me relati, d. allegat. 11, numer. 21, licèt con-
trarium dicendum sit quando contractus
celebratus fuit in loco statuti, & solutio ali-
bi fuit destinata, quia in dicto casu statutum
loci ubi est destinata solutio attenditur, non
autem statutum loci contractus, ut decla-
rant Adden. ad Rot. d. decis. 6, numer. 53,
& sequent. par. 3. recent. Pract. Ridolph. d.
cap. 8, numer. 206, & sequent. Rota decis. 3,
num 10, & decis. 64, num. 11, par. 8, recent. &
dixi ego in d. alleg. foren. 11, num. 24.
11 Non tamen habet locum dictum statutum
in creditore, ex actione reali, cum ipse non
dicatur verè creditor uti loquitur dictum
statutum, Gabr. cons. 148, numer. 7. lib. 2.
Maresc. variar. resol. lib. 2. cap. 67, num. 27,
qui plures dat concordantes, Theod. Rub. in
singul. Rota Romana tom. 2, Circa stat. Vrb.
cap. 158, numer. 14, & Rota apud Cenc. de-
cis. 230, numer. 7, & decis. 372, in fin. par. 4,
recent. tom. 2. & apud Duran. decis. 210. nu-
12 mer. 9. Et ideò dictum statutum non com-
prehendit actionem competentem pro legi-
tima, vel eius supplemento, Gratian. discep.
foren. cap. 807, in fin. par. 5. Theod. Rub. in
d. cap. 158, numer. 33, Rota apud Greg. XV.
13 dec. 489, numer. 15, & ibi Adden. Prout ne-
que habet locum in actionibus mixtis, ut est
petitio hæreditatis, & aliæ, Rota d. decis.
489, numer. 16, & ante eam Gabr. cons. 8,
numer. 14, & sequent. lib. 1. Neque in do-
14 natario qui non est verè creditor, ut post
Cuman. Card. Tusc. & Fulgos. per eum re-
latos firmat Barbos. de appel. verb. signif.
15 appel. 63, numer. 6. Neque comprehendit
actionem realem pro legato, Theod. Rub. in
d. cap. 158, numer. 16, ubi duas allegat Ro-
16 ta decisiones. Nequè comprehendit illum,
qui rem vendicat uti suam ratione dominii,
dum statutum loquitur de creditore, Pereg.
de iure fisc lib. 5, tit. 1, numer. 202, Thob.
Non. cons. 39, numer. 18, Fenzon. ad stat.
Vrb. d. cap. 58, numer. 20. Scapuc. de Sal-
vian. lib. 2, quæst. 23, numer. 4. Nequè
17 quando competit actio in rem scripta, quæ
æquiparatur actioni reali, Bart. & alii in l.
3, ff. quod met caus. Gabr. cons. 8, numer. 22.
lib. 1, & cons. 148 n. 8, & 9, lib. 2.
18 Habet tamen locum dictum statutum in
quolibet creditore habente actionem perso-
nalem, & etiam hypothecariam illi accesso-
riam, cùm ipse dicatur verè, & propriè cre-
ditor, ut declarant Boss. de stat. Vrb. præ-
scr. cap. 23, numer. 11, Fenzon. ad stat. Vrb.
d. cap. 158, numer. 51, & sequent. & sentit
Thob. Non. cons. 39, numer. 19, Bardell.
cons. 43, per tot. & Gabr. d. cons. 8, numer.
3, lib. 1, & cons. 148. numer. 8, lib. 2. & sen-
tit Andreol. controv. 135. numer. 18. & de-
ducitur ex verbis statuti tollentis fidem In-
strumentis in Instrumentis autem semper
apponitur hypotheca bonorum, vel obliga-
tio cameralis, ex una autem parte Statuti
declaratur alia, Soc. Iun. cons. 46. numer. 4,
vol. 4, Alba. cons. 36, numer. 3, Mascard.
de gener. stat interp. conclus. 2, numer. 112.
Aliàs nunquam ferè haberet locum statu-
tum, quòd non debet esse elusorium, ut
advertit Boss. de stat. Urb. præscr. cap. 23,
numer. 11. licet contrarium quando agitur
contra tertium possessorem teneat Scapuc. de
Sal. lib, 2, q. 23, n. 3, & seq.
19 Statutum supradictum de præscriptione
loquens de creditore ex causa mutui, vel
alterius contractus videtur quod compre-
hendat etiam creditorem ex quasi contra-
ctu, maximè cùm eadem sit ratio in uno,
quæ in alio, ut not. Gait. de credit. in prin.
tract. numer. 15, & sequent. ubi attendit
communem usum loquendi Barbos. in loc.
commun. loco 26, numer. 10, Fenzon. ad
stat. Urb. d. cap. 158, numer. 13, & sequent.
Rota apud Card. Seraph. decis. 730. numer.
1, & sequent. licet contrarium teneant Gabr.
20 cons. 8, in princ. lib. 1. Et quando in statu-
to adsunt verba generalia venire etiam qua-
si contractus not. Theod. Rub. in singul.
Rota Rom. tom. 2, de stat. cap. 158, n. 7.
21 Si tamen statutum requirat ad præscri-
bendum bonam fidem, illa non præsumi-
tur, sed est probanda Tiraq. de præscript.
glos. 2, ver. id tamen, Crav. cons. 201, sub
num. 13, Natt. cons. 581, numer. 21. quos re-
ferendo sequitur Seraph. de priv. iuram.
priv. 33, numer. 53.
22 Quod verò huic statuto non sit locus
stantibus præsumptionibus in contrarium
ultra disposita in statuto tradunt etiã Theod.
Rub. in d. cap. 158, numer. 5, Rota apud
Cenc. de cens. decis. 332. in fine, & apud
Zuffi. de legit. proc. crim. decis. 63, in fin.
23 Ut autem sit locus dict. statuto de præ-
scr. debet dari de solutione, non autem ne-
gari debitum, quia si debitum negetur
non habet locum statutum, Adden. ad Rot.
decis. 6, numer. 69. & seq. part. 3, rec. An-
dreol. contr. 171, numer. 3. qui dant concor-
dantes, licèt dict. præsumptam solutionem
admitti etiam negato debito, voluerit Theod.
Rub. in sign. Rota Rom. tom. 2, circa stat.

Vrb. dict. cap. 158, *numer.* 11.

Quia hoc statuto de præser. excipitur causa dotis, ut observant etiam *Andreol. controv.* 135, *numer.* 12. & *Rota decis.* 574, *numer.*
24 11, *apud Bich.* illud haberet tamen locum in fructibus dotis, qui præscribuntur per spatium dictorum 16. annorum, ut voluerunt *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 137, *numer.* 52, & *seq.* & *dict. cap.* 158, *num.* 47. & *Rot. decis.* 671, *numer.* 1, & *sequent. part.* 4, *recent. tom.* 3, ubi hoc benè declarat quomodo procedat, & apud *Card. Mant. decis.* 151, *num.* 4, & 5. licet contrarium tenuerit *Andreol. d. contr.* 135, *n.* 12, & *seq.*

25 Statutum supradictum comprehendit etiam fideiussorem, qui solvit, & reportavit cessionem contra principalem, si non agat intra dictum tempus, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 158, *num.* 56, & *Rota decis.* 346, *num.* 26, *part.* 6, *rec.* ubi dat cō-
26 cordantes. Non autem comprehendit fructus census, in quo tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, ut tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 158, *numer.* 51, & *sequent.* *Rota apud Merlin. de pignor. decis.* 35, *numer.* 14, & *decis.* 47, *numer.* 6, *part.* 13, *rec.* & *apud Bich. decis.* 33, *n.* 15.

27 Addo prædictis, quòd sententia non potest exequi stante dicto statuto post quindecim annos, per quos præsumitur facta solutio, ut declarant *Fenzon. ad dict. cap.* 158, *numer.* 57, ubi quamplures adducit *Rota Romanæ* decisiones, eadem *Rota apud Merlin. decis.* 125, *in fin.* & *in Romana pecuniaria* 5. *Maij* 1631. *coram. R.P. D. Pirovano.*

28 Præsumptio solutionis inducta ex hoc statuto licèt cesset ob malam fidem inductam ex lite desuper mota, reviviscit tamen ex die, qua creditor iterum negligens fuit, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 158, *numer.* 64, & *sequent.* benè *Rota apud Bi-*
29 *chium decis.* 449, *numer.* 24. Debet tamen dicta exceptio præsumptæ solutionis allegari, aliàs Iudex non potest de illa supplere, *Surd. decis.* 24. *numer.* 1, & *seq.* & *ibi Hodiern. numer.* 1, & *sequent.* qui alios dant concordantes, & in terminis præscriptionis tradunt *Cancer. var. resol. part.* 1, *cap.* 18, *numer.* 27, *Thom. decis. March.* 44, *num.* 21, *Ciriac. controv.* 307, *in fin.* & *Giurb. decis.* 17, *numer.* 7.

30 Restitutio tamen contra hanc statutariam præscriptionem datur ex capite probabilis ignorantiæ, ut latè comprobant *Fenzon. ad d. cap.* 158, *numer.* 68, & *sequent.* ubi quamplures adducit Rotæ decisiones *Adden. ad Rot. decis.* 3, *numer.* 7, & *sequent part.* 3, *rec.* *Rota apud Greg. XV. decis.* 425, *in fin.* & *decis.* 360, *numer.* 11, *part.* 6, *rec.* cum aliis per me relatis *d. alleg. foren.* 11, *n.* 25.

31 Quæ opinio ultra quod habet quamplures contradictores, ut videre est apud *Adden. ad Rot. dict. decis.* 3, *numer.* 2, & *seq.* dicentes articulum esse valdè involutum, & in sibi contrariari etiam summos legum vertices, & apud *Sperell. decis.* 135, *numer.* 138, *lib.* 2, & dixi ego *d. alleg.* 11, *numer.* 26. Vt
32 tamen habeat locum, ignorantia debet esse ex omni parte probabilis, sine ruga, & non labefactata aliqua scientiæ præsumptione, ut declarant *Maresc. Var. resol. cap.* 67, *numer.* 40, *lib.* 2, *Altograd. cons.* 94, *numer.* 14, & 29. *lib.* 1, *Adden. ad Rot. d. decis.* 3, *numer.* 67, & *sequent.* & alii plures per me adducti *d. alleg.* 11, *n.* 27, & *seq.*

33 Quo verò ad salarium famulorum, quod illud præsumatur solutum post biennium maximè accedente iuramento domini, uti habetur in hoc statuto plura adducit *Andreol. controv.* 245, *per tot.* ubi dicit, hanc præsumptionem esse iuris, & de iure, ita ut non possit probari contrarium, & de iure communi, dominum non posse cogi ad iurandum, an illud solverit, nec ne videas ibi per eum.

34 Dicta præsumptio statuti inducta in mercede famulorum, non habet locum in mercede artificum, & Notariorum not. *Ciriac. controv.* 307, *num* 4, ubi dicit ita fuisse pluries iudicatum, & non intelligitur de mer-
35 cede calculata inter partes, ut not. *Rebuff. de salar. famul. glos.* 12 *in primo tom.* quem refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap.* 273. *in fin. part.* 2, ubi testatur de veriori, opinione.

ADDITIO.

36 IN nostra hac Provincia Cathaloniæ variæ extant præscriptiones statutariæ, seu mò per Constitutiones, & Usatica taxatum est tempus ad præscriptionem necessarium, & ita per *Vsat. Omnes causæ, tit. de Præscriptionib.* Præscriptiones 10. & 20. Annorum redactæ sunt ad 30. Annos, & ipsi sufficiunt ad præscribendas quascumque actiones personales, reales, civiles, & criminales, sive bonam, sive malam fidem habeat præscribens, quam Usat. à nostris *Cancer. Var.* 1, *cap.* 15, & *Fontanel. in varijs locis* explanatur, ad quos recurre, & penès ipsum *Cancer. dict. cap.* 15. *numer.* 28. reperies hoc esse potius pœnam legalem contra non petentes debita sua, quam propriam præscriptionem.

37 Aliæ

37 Aliæ pariter per varias constitutiones Cathaloniæ collocatas sub *dict. de Præscript.* ad sunt statutariæ præscriptiones, scilicet salariorum Advocatorum, Procuratorum, mercedum Notariorum, Pharmacopularum, & aliorum Artificum, quas ibidem videre poteris, & eas tractaras invenies penès dictum *Canc. in dict. cap.15, & Fontanel. de pact. clau.4, glos.18, par.5,* Multáque scitu digna supra has statutarias præscriptiones tradunt *Modern. Pacion. de locat. & conduct.cap.52, à numer.* 33, *Crespi. de Valldaur. observ.* 44, *per tot. Bonden. collect. legal.* 10, *à numer.* 12, & de his nostris statutariis præscriptionibus aliqua refert novissimè *Borgia investigatio. contr Fabr. lib.19, cap.* 12, *numer.* 12, ideò ne dicta eorundem transcribere videar, ad eos te remitto.

38 Itaque, ad hoc, ut ista statutariæ præscriptiones procedant, necesse est, quod per debitorem opponatur de solutione præsumpta, & fundata in dictis statutariis dispositionibus ad supplendum defectum probationis, aliter verò si solutionem debitores non allegarent, sed confiterentur se non solvisse, condemnandi venirent, creditorémque non repellerent *Cancer. var.1, dict. cap.* 15. *numer.* 24, *& var.2, cap.* 14, *numer.* 118, & eo & aliis citatis *Balmaseda de collect.quæst.91, numer.9. Bonden. collect. legal.* 10. *num.*20. *Quesada & Pilo differt. 11, numer.* 48. novissimè *Carol. Ant. De Luca ad discept. Gratian. ad cap. 52, numer.* 3, ubi *per tot.* de his statutariis præscriptionibus, *Conciol. noster allegatio.11, numer.7, & seq. Hodiern. ad Surd. decis. 24, numer. 2. Ciroch. discep. 16, numer. 51, & seq. Ciarlin. controv. 196,*

39 *numer.* 45. Itaque est alleganda præscriptio à parte, aliter Iudex supplere non tenetur, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 52, numer. 63, Hodiern. ibid. num. 4.*

40 Hæ itaque statutariæ præscriptiones, licet personas quantumvis privilegiatas comprehendat ad tradita per *Hieronymum Calà de restitutio. in integr. quæst.* 34, *numer.1, & sequent. Cancer. dict. cap.* 15, *numer.* 27.

41 tamen non excludunt eas à beneficiis sibi à iure concessis, veluti restitutionis in integrum, *Cancer. d. cap. 15, numer. 27. Bonden. d. collect. legal.* 10, *numer.* 60, novissimè *Pegas ad Ordinatio. Regn. Portugal. ad lib. 1, tom. 1, ad proœm. glos. 55, numer. 7, pag.* 108. licet contrarium referat *Calà d.*

42 *quæst.* 34, *numer.* 1, *& sequent.* Benè tamen quando ipsi minores regressum habere possint contra Tutores, seu Curatores, scientes, & negligentes; quia ex quo scientia ipsorum Tutorum, seu Curatorum est sufficiens ad præscribendum contra pupillos, & minores; ideò ipsi ad id tenentur, pluribus citatis *Bonden. d. collect.* 10, *numer.* 81. *& seq. Rota coram Ottobon. decis.* 173, *numer. 11, & sequent. Buratt. & ibi Adden. decis.* 410, *&* 774. & iis citatis *Eminen. De Luca de indic. discur.* 21, *numer.* 37, *Hodiern. ad Surd. decis.* 4, *numer.* 27, *& sequent.* ubi latè hanc quæstionem tractat *Gallesf. de restitutio. in integr. in tractat. cap. 2, num.91.*

43 Non autem restituitur minor, seu pupillus adversus præscriptiones conventionales cœptas cum defuncto, *Eminen. De Luca d. discurs.* 21, *numer.* 68, *Calà d. tractat. de restitutio. in integ. quæst.* 6, *numer.*42, *Hermosil. glos.* 1, *leg.* 42, *tit.* 5, *part.* 5, *numer.* 36, *pag. mihi* 649, *Donade. de renun. cap.* 34, *numer.* 80, *& sequent. Hunni. Encyclopæd. iur. part.* 3, *tit.* 15, *cap.* 2, *numer.* 24, *Gallesf. eod. tractat. cap.* 2, *numer.* 213, & melius *numer.* 88, *Cancer. variar.* 1, *cap.* 13, *numer.* 57, *& sequent. Thesaur. decis.* 103, *Botiller de success. ab intestat. cap.* 1, *theorem.* 36, *numer.*8, ubi *Capic. Latr. & alios* citat, & eo citato *Ciroch. discept. forens.*71. *numer.* 19,

44 Et ista præscriptione statutaria nequit iuvari negans debitum, sed tantum ea iuvatur ipsum confitens, opponendo de solutione præsumpta ex ipsa statutaria præscriptione, *Bonden. collect. legal.* 43, *numer.* 15, ubi suo docto more plures citat *Eminen. De Luca de empt. discurs.* 13, *numer.* 12, *& de credit. discurs.* 129, *numer.* 19, *& de censib. discurs.* 20, *numer.* 3, *Ciroch. d. discept.* 16, *numer.* 53.

45 Istæ sanè statutariæ præscriptiones interrumpuntur qualibet petitione, etiam extraiudiciali, cùm disponant super creditoribus negligentibus in petendo debita, & ita loquendo de petitione, sufficit qualibet petitio extraiudicialis, *Balmaseda d. quæst.* 91, *numer.* 15. & in terminis harum præscriptionum statutariarum tradunt *Modern. Castald. consult. foren.* 8, *numer.* 11. ubi *decis. Rot. Recent.* 225, *numer.* 47. *part.* 7, *&* 225, *numer.* 24, *part.* 10, citat *Cancer. d. cap.* 15, *num.* 43, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4, *glos.* 18, *part.* 5, *numer.* 32, *&* 33, & pro mille *Pilaia, & ab eo citati ad Iranç. de protestatio. consid.* 38, *numer.*1, *& sequent. Rota recent. part.* 18, *decis.* 285, *numer.*18, *tom.* 1, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 52, *numer.*80, *Quesada & Pilo dict. differt.* 11, *numer.*45. videndi *Doctores* quos citant *Carleval. & Fermosin. citati per Pegas ad lib.* 1, *Ordin. Regn. Portugal. tom* 1.

46 *glos.* 58, *num.* 8, *pag.* 108. quamvis extraiudicialem

dicialem interpellationem non sufficere tra-
dant Salgad. de Reg. protect. part. 2, cap.
13, nnmer. 290, & in labyr. creditor. part. 1,
cap. 40, numer. 55, & sequent. Vela differt.
26, à numer.82, noster Vilaplana in tractat.
de Brach. Militar. cap. 6, numer. 127, Ho-
diern. ad Surd. decis. 5, per tot. Tondut.
quæst. civil. cap. 182, per tot. maximè num.
5, & sequent. videndi quos citant Iranç. de
protestatio. consider. 38, & Doctissimus Ad-
ditionator Pilaia ad d. consid. numer. 1, &
sequent. qui de iure canonico tenet extraiu-
dicialem protestationem sufficere, quod de
iure nostro Municipali non procedit; ex quo
per d. usat. Omnes causæ, præscriptio pro-
cedat, licet mala fides adsit, quòd attende,
& examina.

47 An autem interrumpantur præscriptio-
nes per debiti agnitionem, & quid opere-
tur debiti agnitio post perfectam præscri-
ptionem, arduæ sunt quæstiones, ipsas exa-
mina penes Boer. decis. 333, numer. 2, & 3,
Trentacinq. cons. 59, Cancer. var. 1, d. cap.
15, numer. 32, & sequent Fontanell. de pact.
claus. 7, glos. 3, part. 13, numer. 43, & seq.
Xammar. rer. iudicat. def. 50, ferè per tot.
Urceol. de transact. quæst. 79, numer. 31,
Modern. Pacion. d. cap. 52, numer. 81, &
sequent. & alios, quos novissimè citat Olea
in addit. ad tit. 5, quæst. 2. tract. de cess. iur.
ferè per tot. ubi num. fin. tradit an interrum-
patur datione fideiussoris.

48 In censibus autem, ac censualibus, licet
ita per d. usat. Omnes causa, sit præscriptus
terminus 30. annorũ ad omnes actiones præ-
scribendas, si adsit hypotheca 40, anni re-
quiruntur Fontanell. de pact. claus. 4, glos.
49 18, part. 5, numer. 17, & sequent. tamen per
istud tempus non solùm decursi, verùm
etiam actio ad decurrendos præscribitur, &
isti à die cessatæ solutionis computantur,
cùm ex unica obligatione nata ex stipulatio-
ne, eorum præstatio descendat, Scoppa ad
Gratian. obser. ad decis. 15, à numer. 21. Ve-
la differt. 34, numer, 81, Bonden. collnct.
48, numer. 54. Castr. Palau. de iust. & iur.
part. 7. disp. 6, punct. 33, numer. 11, Cenci.
de censib. quæst. 118, numer. 7, Merlin. con-
trov. 44, numer. 10, & sequent. Antonel. de
tempor. legal. lib. 2, cap, 40 num. 18, Man-
frella ad Capic. Latr. obser. 27, numer. 1,
Altimar. ad consil. 91, lib. 1. Rovit. numer.
8, Massola trismegis. legal. ratiocin. 56,
numer. 6, & sequent. conducunt novissimè
tradita per Mostazz. de caus. piis lib. 2, cap.
11, numer. 57, 58, & 60, ubi Capon. & Ma-
rin. citat. Capon. controver. foren. controv.
33, numer. 30, Berlich. concl. legal. concl. 4,
numer. 13, part. 2, Doctissimus Antun. Por-
tugal. de donatio Reg. part. 3, cap. 26, num.
61, & sequent. tom. 2, quamvis contrarium
teneant Cenci. d. quæst. 118, numer. 17, & ad
partes disputato articulo P. Afflict. contro.
49, Eminen. De Luca de censib. discurs. 20,
numer. 6, & in conflict. leg. & ratio. discur.
185, de credito discur. 3, numer. 8, discurs.
131, numer. 14, Conciol. noster allegatio. 5,
50 nnmer. 34, & alii passim, nisi prævia peti-
tione creditoris, subsequuta fuisset denega-
tio debitoris, cum acquiescentia dicti credi-
toris; quo in casu etiam isti Doctores con-
cordant in præscriptione pro totali actione,
& futuris censibus Eminen. De Luca de cen-
sib. d. discur. 20. nu. 7. P. Afflict. d. contr.
49, num. 24.

51 In annuis autem præstationibus debitis
ex ultima voluntate omnes Doctores con-
cordant, tot præscriptiones requiri, quot
anni, cùm omnes post primum sint condi-
tionales, & nisi sequuta conditione nascitur
actio, sicque ab ortu actionis est computan-
da præscriptio, Antonel. de tempor. legal.
d. cap. 40, numer. 2, Baron. in addit. ad
tractat. de corpore tit. de manib. numer. 261,
Merlin. d. controv. 44, numer. 10, & 11,
Scoppa d. obser. 16, numer. 34, & sequent.
Bonden. d. collect. legal. 43, numer. 54, vers.
Et sic occasione, &c. Urceol. consult. foren.
cap. 15, numer. 62, Manfrell. ad Capic. La-
tro d. obser. 27, numer. 1, & sequent. Ios.
Altograd. controv. 76, numer. 31, Cancer.
variar. 1, d. cap. 15, numer. 40, Massola
d. ratiocin. 56, numer. 12, & sequent. Brilla
ad consuetud. Neapol. tit. 16, cap. 3, nu. 95,
& sequent. Mostazz. d. cap. 11, numer. 59,
Calvin. de æquit. lib. 2, cap. 195, numer. 49.
Altimar. ad dict. cons. 91, Rovit. numer. 7,
Capon. d. controv. 33, numer. 31, Berlich.
d. conclus. 4, numer. 13, Conciol. noster alleg.
26. n. 7, & seq.

52 Hinc sequitur, quòd creditor qui exigit
annuum censum, seu redditum debitum ex
contractu ad minorem quantitatem, quàm
in contractu conventum extitit, per tempus
legitimum ad præscribendum sibi præiudi-
cat, & de residuo libertatem acquirit debi-
tor, Manfrell. ad Capic. Latr. d. observ.
27, nnmer. 4, ubi per text. in l. Adversus,
Cod. de usur. id probat, & citat Bald. &
Constan. Noguerol. allegatio. 2. numer. 78,
cum sequent. Cancer. var. 3, cap. 1, numer.
188. & sequent. Hermosil. glos. 6, leg. 6, par.
1, tit. 5, numer. 12, pag. mihi 69, Capon.
controv. foren. contr. 33, numer. 21, & seq.
ubi differentiam tradit inter census, & usu-
ras, & latè hæc tractat Berlich. conclus. le-
gal.

gal. part. 2, concluf. 5, numer. 5, Rofa con-
fult. 7, numer. 87, & 10, & Capic. Latr. ci-
tatis noviſſimè Borgia inveſtigatio. contra
Fabr. tom. 1, lib. 2, cap. 7, numer. 11, & lib.
53 20, cap. 10, numer. final. Non tamen ſi per
ipſum tempus talis ſolutio uniformis facta
non fuerit; quia tunc poteſt reſiduum cre-
ditor petere, & in eo non ſibi præiudicat
Noguerol. dict. allegatio. 2, numer. 92, &
ſequent. ubi Ciriac. & alios citat Cancer.
ubi ſupr. numer. 189, Berlich. dict. conclu. 5,
numer. 11. vel ſi per aliquos annos non ſuf-
ficientes ad præſcriptionem fuerit facta,
quia tunc præfata ſolutio non inducit redu-
ctionem penſionis, & reſpectivè proprieta-
tis ad concurrentam quantitatem penſionis
ſolutæ, Noguerol. dict. alleg. 2, numer. 73,
& ſequent. Cenci. & alii, quos citat Salgad.
in laby. credit. part. 2, cap. 8, numer. 73, &
ſequent. & ita fuit deciſum in Regio noſtro
Senatu die 12. Ianuarii 1674. referente Ma-
gnifico Ioanne de Colomer Regio Senato-
re, in cauſa Eliſabethis Orès uxoris Ioan-
nis Orès Tintorerii Barcinonæ, contra Fran-
ciſcum Francì agricolam Loci Sancti Mar-
tini de Sardanyola, Not. Bas; ad quæ con-
ducunt tradita per Capon. d. controv. 33.
num. 20, & ſequent. ubi plures circa cenſum
tractat.
54 Hæc ſanè præſcriptio annorum reddi-
tuum pro annis futuris ab unica obligatio-
ne ex ſtipulatu orta procedentium, non
procedit in annuis præſtationibus, & cenſi-
bus debitis domino directo in recognitio-
nem directi dominii, ſeu feudalis; quia
cùm ipſi domini civiliter poſſideant, & con-
tra poſſeſſores non detur præſcriptio, fit in-
dè, vt nec etiam emphiteutæ, ſeu debito-
res, etiam per mille annos non ſolventes
eos præſcribant, Cancer. Fontanel. Ripoll.
Theſaur. Maur. Aretin. citati à Doctiſſi-
mo Olca de ceſſ. iur. tit. 3, quæſt. 6, numer.
30, & metipſis citatis Doctiſſimus Pilaia
decif. canon. lib. 2, decif. 9, numer. 31, tom. 1,
& quamplures alii, quos noviſſimè citat
Manfrell. ad Capic. Latr. obſer. ad decif.
55 168, numer. 25. Niſi emphiteuta civilem
interverteret poſſeſſionem domini directi,
requiſitus per dominum directum negando
ſolvere annuos cenſus; quia tunc curreret
præſcriptio contra dominum à die interver-
ſionis civilis poſſeſſionis Iaſ. in l. 2, Cod. de
iur. emphiteu. numer. 157, Fontanel. de pact.
nupt. clauſ. 4, gloſ. 18, part. 1, numer. 132,
Cancer. var. 3, cap. 4, numer. 180, & cum
56 eis Pilaia d. decif. 9, numer. 31. Itaque poſ-
ſeſſio non dicitur interverſa per ceſſationem
ſolutionis, ſicuti nec etiam ſi emphiteutæ
rem uti liberam, & allodialem vendant, &
id aſſerant, cum eorum aſſertio domino di-
recto præiudicium efficere nequeat, Cane. d.
cap. 4, n. 181, & ſeq.
57 Bona autem maioratus, ſeu fideicom-
miſſo ſubiecta, in præiudicium vocatorum
ex propria perſona venientium, ullo tem-po-
re, etiam immemoriabili præſcribuntur,
Eminen. De Luca de fideicom. in ſupplem.
part. 3, diſcurſ. 264, numer. 1, & ſequent.
Vrceol. de tranſact. quæſt. 79, numer. 25,
ubi Fontanel. Fuſar. Acoſta. Barboſ. Ciar-
lin. & alios citat, & cum ipſis numer. 26,
& ſequent. tenet Cancer. var. 1, cap. 15, nu-
mer. 65, & pluribus citatis Modern. Pal-
ma Nepos allegatio. 1, numer. 47, & ſequẽt,
Maldonad. ad Molin. de Primogen. Hi-
ſpan. ad lib. 4, cap. 10, numer. 10. quia ex
quo vocati veniunt ex propria perſona, tot
requiruntur præſcriptiones, quot perſonæ,
& cum ipſa præſcriptio ſit fundata in negli-
gentia creditoris, ubi ea non cadit, nec ibi
poteſt conſiderari præſcriptio, Surd. Oſaſc.
Larrea, Zuchia, & alii citati à dicto Mo-
dern. Palma d. allegatio. 1, numer. 48, Ben-
den. collect. legal. 10, numer. 75, & ſequent.
59 & collect. 48, num. 25. Quapropter quan-
do non eſt præfinitum tempus creditori ad
petendum, ille non dicitur negligens pete-
re id quod ſibi debetur, Merlin. de pigno-
rib. lib. 5, quæſt. 57, numer. 7, Gratian. di-
ſcept. 527, numer. 8, & 9, Fontanel, decif.
289, numer. 12, Rota coram Gregor. XV.
decif. 507, numer. 4, verſ. Nec etiam fa-
cit, &c.
60 Quod procedit quando poſſeſſores nul-
lum titulum demonſtrare poſſunt, præter
ſolum curſum temporis, ſeu tantùm in pro-
prium, & abuſivum habitum ab eo, qui fa-
cultatem alienandi non habebat, & conſtat
liquidè de fundatione maioratus, ſeu fidei-
commiſſi, ordine ſuccedendi, vocatorum
deſcendentia, & bonorum idemptitate, non
autem quando de dictis non conſtat, ſeu ti-
tulus legitimus, ac iuſtus interceſſiſſet; quia
tunc dicta bona præſcribuntur tempore im-
memoriabili, ſeu centenario, & iuxta hanc
præſciſionem procedunt Doctores citati à
Vrceol. d. quæſt 79, numer. 22, & ſequent.
& doctrina Salgad. Vela, Valeron. citato-
rum à Maldonad. in addit. ſeu obſerv. ad
Molin. de Primogen. Hiſpan. ad lib. 4,
cap. 10, numer. 10, ad iſta videndus Cenſal.
ad Peregrin. ad art. 52, pag. mihi 340. ubi
61 latè; benè tamen ipſa præſcriptio cœpta
cum fideicommittente, & in eius vita, ante
inſtitutionem fideicommiſſi, ſeu maioratus,
continuatur in gravatos, ac fideicommiſſa-
rios,

rios, *Vrceol. d. quaest. 79, numer.* 28, vbi *Salgad.* citat *Censal. ad d. Peregrin. de fideicommiss. ad art.* 41, *pag. mihi* 267, *vers. Secundò obseruo, &c.*

62 Hoc sanè intelligo in bonis maioratus, ac fideicommissi fixis, ac stabilibus, non autem in omnibus debitorum puris, ac pensionibus præteritis decursis tempore grauatorum, in exigendo negligentium; ex quo cùm istæ statutariæ præscriptiones, solutionem præsumptam inducunt, *Eminen. De Luca de credit. discurs. 129, numer. 10, Bonden. d. collect. legal. 10, numer. 12, & sequêt. & collect. 43, numer. 13, Rota recen. part. 18, tom. 1, decis. 392, numer. 1, & 23.* ubi *Cancer.* citat *Vrceol. consult. foren. 23. nu-*

63 *mer. 15.* Et non agatur de præscribendis bonis, vel iuribus fideicommissariis, sed inducendo præsumptionem solutionis, sicuti solui potuisset in manibus hæredis grauati per *text in l. Antè restitutam, ibique gloss. & DD. de solutionib. Salgad. in labyr. cred. part. 1, cap. 27, numer. 19, Rota post Cenci. de censib. decis. 351, numer. 4.* ita etiam potuit induci præsumptio solutionis, ut in terminis tradit decisum *Rota recen. part. 18,*

64 *tom. 1, decis. 99, numer. 10.* Hæredi autem grauato, quoad consequutionem sui crediti præscriptio non currit, durante tempore quo ipse possedit bona debitoris, *Fontanel. decis. 185, numer. 4. Tondut. quaest. ciuil. 140, numer. 15.*

65 Ex hucusquè dictis dimanat illa doctrina tradita à Doctoribus, quòd in iurepatronatu gentilitio, seu mixto, nullum successoribus ex incuria maiorum inferri potest præiudicium, & ita in ipso non cadit præscriptio, etiam centenaria, ut ex *Ciarlin. Gratian. & Rota Recen. part. 11, decis. 220, numer. 26, & 27,* tradit *Modern. Castald. consult. foren. 102, numer. 16, & sequent. Eminen. De Luca de iur. patronat. discur. 31. numer. 16, discur. 35, num. 8, & discur. 56, numer. 21.*

66 Bona autem dotalia inæstimata tradita marito non præscribuntur, & sic constante matrimonio, contra mulierem dominam illorum non præscribitur; ex quo ipsa non valet agere, & contra non valentem agere, etiam quocumque temporis cursu, non præscribitur, *Bonden. collect. legal. 48, numer. 21, & sequent.* ubi *Fontanel. & alios* citat *Gratian. discept. 475, numer. 10, Larrea decis. 49, numer. 5, Posthi. resol. 2, numer. 30, Rota Recen. decis. 170, numer. 10, part. 9, Eminen. De Luca de dote discur. 29. numer. 7, & discurs. 164, numer. 8, Massola trismegis. legal. ratiocin. 54, numer. 1,* *Tondut. quaest. ciuil. cap. 182, num. 9, Modern. Castald. consult. 8, numer. 16,* nouissimè *Pilaia ad Iranç. de protest. ad consid. 38. numer. 7, Mels. obser. foren. 43, numer. 30,*

67 ubi *numer. 31,* id declarat; benè tamen inchoata ante coniugium currit contra mulierem constante matrimonio, *Tondut. quaest. ciuil. d. cap. 182, num. fin.*

68 Bona autem data æstimata, eâ æstimatione quæ facit emptionem, vel dos data in pecunia, præscribuntur etiam contra mulierem, eo quia ipsarum dominium est plenè acquisitum marito, & sicut ipsi liberè soluere licebat, ac quouismodo satisfacere, pariter ab illius obligatione præscriptione liberari, *Fontanel. de pact. claus. 5, glos. 1, part. 2, numer. 62, & sequent.* & eo citato, *Tondut. dict. cap. 182, numer. 10, Eminen. De Luca d. discur. 29. numer. 8, discur. 164, numer. 9, & sequent.* quidquid in contrarium dicat *Bonden. d. collect. 48, num. 18,*

69 Licet respectu dictorum bonorum æstimatorum in subsidium præscribens à vendicatione mulieri competente securus non extet per *tex. in l. In rebus, Cod. de iur. dot. Eminen. De Luca d. discur. 164, numer. 10, & in eod. tract. de dote discur. 166, numer. 41,*

70 ubi *Fontanel. & alios* citat; hoc sanè tamen casu prius excussionem mulier in bonis mariti facere debet, ut citatis *Cancer. Fontanel. & aliis* tradit *Boss. de dote pag. mihi 653, numer. 41, Olea de cess. iur. tit. 3, quaest. 7. num. 19.*

71 An autem præscriptio currat contra pupillum, seu minorem, pupillari, seu minori ætate durante, contráque alios impeditos agere, vide penès *Doctores citatos à Doctissimo Pilaia ad Iranç. de protest. ad consid. 38. numer. 7,* apud quos id examina, cùm mei non sit instituti integrum de præscriptionibus tractatum facere, tamen non prætermittas videre *Rouit. in pragmatic. de præscrip.* & ibi *Laganar.* ubi tractant quando præscriptio interrumpatur, aut dormiat.

72 Præscriptio autem ipsis filiis, viuente patre, & uxoribus, viuente marito, non currit pro actionibus eis competentibus contra patrem, aut virum, ut *citatis Valenzuel. consil. 178, numer. 61, Magret. ad pragm. Regn. Sicil.* tradit *Altimar. ad consil. Rouit. lib. 2, obseru. 40, numer. 23, in fin.*

73 In hac nostra Prouincia Cathaloniæ tenè indubitanter, quòd præscriptio respectu tertii possessoris rei hypothecatæ, seu obligatæ incipit currere, non à die quo ipse cœpit possidere, sed à die quo cessatum fuit

fuit solvere pensionem à debitore, seu alio obligato, atque ita solutio facta per debitorem principaliter obligatum interrumpit præscriptionem respectu tertii possessoris; aliàs enim numquam posset creditor illam impedire respectu præfati tertii possessoris, nec ipsi iuvaretur excussio, seu denuncia, tio; ex quo in hac Provincia procedit præscriptio nullo discrimine habito inter bonam, & malam fidem vigore *usat. Omnes causæ*, ut dixi *suprà numer. 36*, ideò præfata sententia est formitèr tendenda, *Canc. var. 1, cap. 15, à numer. 52*, maximè *numer. 55, & 58, Fontanel. Cenci. & Parlador.* quos citat *Olea de cess. iur. tit. 5, quæst. 1, numer. 13, in fin. Vela dissert. 34, à numer. 70.* maximè *numer. 77, Bonden. collect. legal. 48, numer. 44, Altolin. resol. foren. 18, à num. 3, Castr. Palau. de iust. & iur. part. 7, disp. 4, punct. 33, numer. 8*, & iuxta eam fuit decisum in nostro Regio Senatu *die 21, Iunii 1683.* referente Magnifico Iosepho Pastor Regio Senatore, in favorem Administratorum causæ piæ fundatæ per Ioannem Tornet, contra Franciscum Lado Mercatorem, Scriba Abrell.

74 Scias etiam pro nostro Episcopatu Gerundensi, quòd consuetudo non præscribendi censualia Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, non tollit præscriptionem centenariam, imò ea excludit præfatam cõsuetudinem præsentis Diœcesis præscriptionem ordinariam impedientem, ut tradit *Fontanel. de pact. claus. 4, glos. 18, part. 5, à numer. 61, ad 73*, & fuit decisum in Regio Senatu referente Nobili Michaële de Cortiada tunc Regio Senatore, hodiè Meritissimo Regente Regiam Cancellariam die 21. Octobris 1673. in causa Narcissi de Sanioan, contra manumissores Victoriæ Trisiany, Scriba Pelliçer, quæ Regia Sententia fulcitur ex traditis per *Pilaia in addit. ad Ivanç. de protestatio. ad consid. 38, numer. 6, & sequent.* ubi tradit, quod hæ præscriptiones nunquam ab his consuetudinibus sublatæ censentur, & ad id citat *Spec. Marin. Gross. & alios*, ad quod conducit etiam quod nec tempus pestis, belli, &

75 similium in his præscriptionibus centenariis deducitur *Thesaur. & alii*, quos citat *Calvin. de æquitat. lib. 2, cap. 195, num. 83.*

76 Scio sanè per dictum Nobilem Regentem nostrum Cortiada decisum extare, præscriptionem non currere tempore feriarum, sicque ipsas ferias æstivales, & alias extraordinarias deducendas esse ex cursu temporis deducti ad præscribendum, credo fundando se in doctrinis *Gratian. discept. foren. cap. 433, numer. 90, & aliorum*, quæ resolutio (salva censura tanti Magistri) mihi æqua non videtur, cùm ea procedi possit in præscriptionibus annalibus, & odiosis, de quibus loquuntur *Gratian. & alii Doctores*, iuxta leges, quas allegant; non tamen in hac nostra Provincia Cathaloniæ in qua, ut suprà dixi, omnes præscriptiones decem, & viginti annorum sunt reductæ ad triginta annos, quæ non ita odiosæ, ac iniquæ à iure reputantur, sed favorabiles à iure inductæ, ut litium sit finis, neve dominia rerum sint in incerto, ut ita discurrit *Eminen. De Luca de credito discur. 131, numer. 21.* at ita rationi consonum videtur; ex quo si fieret deductio feriarum, cum aliis in spatio tot annorum occurrentibus, nulla adesset præscriptio, & ita cùm impedimentum feriarum per plures, atque plures dies quolibet anno cesset, apparet ferias non præstare impedimentum ad agendum, & ita nisi constaret ob id de impedimento, & expressè de eo protestatum, ferias in hac Provincia in præscriptionibus non deducerem, ut omnia hęc doctissimè tradit *Ciroch. discept. foren. 7, num. 45.*

AGENTI HYPOTHECARIA NON EST NECESSARIA EXCVSSIO, Et quod in Salviano concedantur Subhastationes.

Rubrica XXXI.

Creditores quibus res, & bona aliqua sunt, vel erunt in posterum pro suis Creditis obligata, & hypothecata, possint ipsa bona, & res prosequi, & vendicare à quolibet Possessore, vel Detentore, si probaverint Debitores possedisse tempore obligationis, & anteà per biennium, non obstante, quòd priùs personalem non intentaverint Actionem, vel quòd contra suos De-

Debitores, vel eorum hæredes bonorum Excussio non fit facta: Nisi per talem bonorum possessorem assignarentur alia bona Debitoris expedita, in quibus executio fieri possit cum effectu ubsque alia contradictione,& Creditori integrè satisfieri.

Utquè diuturnis dilationibus occurratur, Addimus etiam, quòd in Salviano interdicto bona in tenutam capta servata forma Statuti subhastari possint, & valeant.

SVMMARIVM.

1 Actio hypothecaria est actio realis.
Et dicitur remedium petitorium, n. 2.
Et in dicto iudicio proceditur ad subhastationem, num. 3, & 17.
Et illa sequitur rem, & datur contra quemcumque tertium possessorem, num. 4.
Et contra unum tantum insolidum, num. 5.
6 Hypothecaria agens contra tertium possessorem habentem causam à debitore tenetur probare dominium, & nu. 21.
Dominium autem quomodo probetur, & an per verba enunciativa, num. 22.
Et eo magis si tertius non habet causam à debitore, num. 7.
8 Creditor in hypothecaria tenetur excutere principalem debitorem.
Maximè in Cathalonia, num. 24.
Et hac exceptio excussionis quando dicatur dilatoria, numer. 25.
Et quando peremptoria, numer. 26.
Et quid respectu fideiussoris, ac tertii possessoris, num. 27.
An, & quando eidem videatur renunciatum, num. 28.
Potest tamen ei expresè renunciari, numer. 29.
An annullet processum ante oppositionem exceptionis excussionis actitatum, numer. 30.
9 Bona libera non dicuntur, quæ sunt penès tertium possessorem.
10 Subhastatio non datur de iure in Salviano.
Cùm repugnet natura Salviani, n. 11.
Ita ut ad subhastandum in Salviano requiratur licentia Principis, num. 12.
13 Statutum concedens subhastationem in Salviano est validum.
Contrarium tamen tuetur Scapuc. de Salvian. numer. 14.
Ita ut dictum statutum confirmatum in forma communi, uti contra ius, dicatur nullum, num. 15.
Potest tamen sustineri attenta forma confirmationis, de qua num. 16.
18 Salvian. potest cumulari cum hypothecaria.
19 Bona si subhastentur in Salviano vigore statuti sunt liquidandi fructus.
20 Hypothecaria actio quando dicatur intentata.
23 Libelli forma in Cathalonia non attenditur, & quomodo is, eiúsque sententia sint formandæ.
31 Hypothecaria potest insimùl agi contra fideiussores, & tertios possessores.
32 Exceptio excussionis an admittatur in iudiciis summarissimis, & executivis.
Non tamen si altiorem requirat indaginem, num. 33.
Et ipsa admittitur in quocumque iudicio, quando expensis petentis offertur, numer. 34.
Ea hodiè respectu tertii possessoris est penitùs releganda propter clausulam, de qua num. 35.
Ipsa procedit respectu creditorum. non tamen agentium rei vendicatione, nu. 36.
Et in multis casibus non admittitur remissivè, num. 37.
Et in aliis recensitis, num. 38.
Nec competit fideiussori neganti se fideiussisse, num. 39.
Et ut legitimè facta dicatur, quæ requirantur, num. 40.
41 Dominium directum probatur per unicam recognitionem antiquam favore Ecclesiæ.
Etiam contra tertium à recognoscente causam non habentem, num. 42.
43 Conventus hypothecaria, & condemnatus, quomodo sententia debet parere.
44 Retentio competit possessori hypotheca pro meliorationibus in re possessa factis, & quomodo.
Et inspecto valore cuius temporis, n. 45.
Et an quando secundus creditor offert anteriori possidenti, & in aliis casibus, de quibus num. 46.
47 Possessor rei hypothecatæ, an dimittendo ipsã liberetur à restitutione fructuũ perceptorũ.
Et quid in emphiteota, num. 48.

AN-

ANNOTATIO.

1 ACtio hypothecaria est actio realis,
Bart. in l. 1, numer. 4, Cod. de Sal-
vian. inter. Merlin. de pignor. lib. 5, quaest.
2 *58, numer. 3.* Et dicitur iudicium petito-
rium, *Gait. de credit. cap. 4, quaesi. 7, nu-*
mer. 676, Scapuc. de Salvian. lib. 1, quaest.
3, numer. 3, Merlin. in d. quaest. 58, numer.
5, Posthi. de subhast. inspect. 38. numer. 50,
Rota decis. 161, numer. 16, part. 6, recen. Et
3 in eo proceditur ad subhastationem bono-
rum pro plena satisfactione creditoris, *Ne-*
guſ. de pign. part. 1, membr. 1. in prin. Mer-
lin. in d. quaest. 58, numer. 5, ver. unde est
remedium, Posthi. de subhast. quaest. 38. nu-
mer. 48, & sequent. ubi declarat *Rota in*
Imolen. bonorum 11, April. 1633. coram
4 *R. P. D. Ghisilerio.* Et illa uti actio realis
sequitur rem, & sic datur contra quoscun-
que tertios bonorum possessores, *Honded.*
cons. 17, numer. 11, lib. 2. Surd. cons. 162.
numer. 11, lib. 2, Gratian. discept. forens.
cap. 141, numer. 4, part. 1, Merlin. de pign.
d. libr. 5, quaest. 59, numer. 3. Rota apud
5 *Cenci. de cens. decis. 19, in fin.* Et illa com-
petit etiam contra unum tantùm possesso-
rem in solidum pro toto credito, *Merlin.*
in d. quaest. 59, in princ. & Cenci. de censib.
quaest. 98. numer. 29, & sequent. qui dant
concordantes, *Rota apud Cenci. de censib.*
decis. 542, n. 4, & 5.

Pro extremis autem probandis in actione hy-
pothecaria dum agitur contra tertium pos-
sessorem statutum supradictum solum re-
quirit probationem, debitorem possedisse
rem de tempore obligationis, vel anteà per
biennium, à cuius dispositione non est re-
cedendum per theoricam, *Bald. in l. gal-*
lus 29, §. si eius in 2, not. ff. de libe. & posth.
cum qua pertransit *Aldovit. cons. 1, numer.*
27, & cons. 82, numer. 5. Quod quidem
crederem habere locum tàm si tertius pos-
sessor conventus habeat causam à debitore,
sivè non stante dictione *A quolibet possesso-*
re, vel detentore, quae est universalis, ita
ut omnia comprehendat, *Menoch. cons. 33,*
numer. 21, lib. 1. De Ponte decis. 5, numer. 4,
Barbos. dictio. 320, num. 1, Ang. Grat. dict.
6 *210, numer. 1.* Cùm secùs sit de iure com-
muni, cuius vigore creditor agens hypothe-
caria contra tertium possessorem habentem
causam à debitore, tenetur probare domi-
nium directum utile, vel quasi debitoris,
vel rem fuisse in bonis, & de bonis debito-
ris, cùm dicta actio fundetur in proprietate,
& dominio hypothecam constituentis, ut
declarat *Neguſ. de pignor. part. 8, membr.*
1, numer. 6, Merlin. de pign. lib. 5, quaest.
68, numer. 9, & seq. Hond. cons. 25, numer.
30, & sequent. vol. 2, Paitell. expedit. 81,
numer. 7, & sequent. Rota apud Merlin.
ibid. decis. 91, numer. 4, & Gait. de credit.
7 *cap. 4, quaesi. 7, numer. 699.* Et eò magis
quando creditor agit contra possessorem non
habentem causam a debitore, ut post *Bald.*
Corn. Ang. Neguſ. Pacif. Misign. Gemez.
& alios per eum relatos firmat *Merlin. in*
dict. quaest. 68, numer. 16, & sequent. & Pai-
tel. d. exped. 81, nu. 7, & seq.
8 Et licèt creditor non possit obtinere in
actione hypothecaria contra tertium pos-
sessorem, nisi priùs egerit contra debito-
rem actione personali; & contra eius haere-
dem, & fideiussorem, si adsit, *auth. hoc si*
debitor, Cod. de pignor. l. debitores, 10, Cod.
de pignor. & tradunt *Pacif. de Salvi. inspec.*
2, cap. 1, numer. 72, Neguſ. de pignor. part.
8, membr. 1, numer. 9, Merlin. de pignor.
d. libr. 5, quaest. 69, numer. 1, & sequent.
Paitell. exped. 21, in princ & Gait. de cred.
part. 4, quaesi. 7, numer. 305, Et sic facta
contra eos legitima excussione, *Neguſ. ead.*
membr. 1, n. 11, Merlin. in d. quaest. 69. n. 1.
& seq. ubi declarat quando dicatur facta le-
gitima excussio, *& Paitel. d. exped. 21, in*
princ. qui dant concordantes, Hoc tamen
expressè corrigitur per statutum nostrum,
dum in eo conceditur creditori ius agendi
hypothecaria contrà tertios possessores, etiã
non intentata priùs actione personali contra
debitorem, & absque eo, quod fuerit facta
aliqua excussio, quod quidem creditoribus
est non parum favorabile, & ideò dictum
statutum non esse odiosum, nec strictè in-
telligendum, uti reducens rem ad prima
iura Codicis testatur *Merlin. de pign. in d.*
lib. 5, q. 69, n. 1, ver. Et ideò, &c.

Declara tamen dictum statutum dum concedit
tertio possessori modum se eximendi à iudi-
cio hypothecariae assignando creditori agen-
ti tot bona expedita, in quibus possit exe-
qui facere pro eius credito sine contradi-
ctione, & in eis integraliter satisfieri, ut
bona expedita non dicantur quae sunt penes
tertium possessorem, *glos. & Bald. in l. 2,*
Cod. quan. fiscus. &c. Angel. in §. neque in
auth. de fideius. Card. Alba. cons. 8. sub
numer. 39. quos referendo sequitur *Peregr.*
9 *decis. 48, numer. 20.* Quòd verò dispositio
dicti statuti mandantis, quod tertius
possessor nõ possit conveniri quando adsunt
alia bona libera, in quibus actori possit sa-
tisfieri procedit in actione hypothecaria, uti
habetur hic, non autem in Salviano faciunt
notata per *Paitel. exped. 47, n. 52, & seq.*

10 Addo prædictis, quòd de iure communi immissus ex Salviano non potest ad subhastationem, vel adiudicationem bonorum devenire, ut tradunt *Pacif. de Salvian. inspec. 4. cap.1, numer.141, & sequent. Scapuc. de Salvian. lib. 3, quæst. 11, numer.4, & ibi Adden.* plenè *Posthi. de subhast. inspec. 38, numer. 1, & sequent. & Rota decis.* 161, *nu.* 14, *part. 6. recen. & apud. Duran. dec.* 109, *numer.* 1. Cùm subhastatio regulariter conveniat actioni personali, non autem actioni reali, *Scac. de iudic. lib.* 1, *cap. 97, sub nu.*
11 *25. Posthi. d. inspect. 38, numer.* 11. Ita ut repugnet natura salviani, & iuris communis dispositio, ut res per illud avocata possit vendi, ut dicit *Posthi. in d. inspec. 38, numer.* 13, *Pract. Ridolph. part. 2, cap. 6, numer, 90, & Rota d. decis.* 161, *numer.* 13, & 14, *part. 6, & decis. 83, numer.* 7, *apud*
12 *Posthi. de subhast.* Et ideò ad subhastationem faciendam in Salviano requiritur licentia Principis, & commissio obtenta in signatura in statu Ecclesiastico *Pract. Ridolph. d. part. 2, cap. 6, numer.* 41, & *numer.* 93, *Posthi. d. inspect. 38, numer. 27, & sequent.* ubi docent quomodo prædicta practicentur, *Rota apud Posthi. de manut. decis.*296, *numer.* 1, *Migr. de subhast. cap.* 4. §, 19, *numer.* 11.

13 Valere tamen hoc statutum, & stilum concedens creditori facultatem subhastandi bona in Salviano tenent *Gratian. decis. March.* 208, *numer.* 11, *Posthi. de subhast. d. inspec. 38, numer. 36. Nigr. de subhast. cap.* 12, *numer.* 18, & ita servari in Regno dicit *Gait. de credit. cap. 4, quæst. 7, numer. 797.* Et eo magis si pars in servatione terminorum nihil opposuerit, *Posthi. d. inspect. 38, numer. 42, & in addit. ibi. numer.* 10, de quo dubitat *Nigr. d. cap. 12, in fin.*
14 Contrariam tamen opinionem dictum statutum, & stilum subhastandi bona in Salviano esse contra ius uti verius latè comprobat *Scapuc. de Salvian. lib. 3, quæst. 11, per tot.* ubi respondet omnibus contrarium tenentibus, & sententiam concedens immisso ex salviano facultatem subhastandi esse nullam dixit *Rota apud Duran. decis.*109,
15 *numer.* 1. Vndè dictum statutum uti contra ius, & non confirmatum in forma specifica, sed in forma communi remanet invalidum, ut docent *Gratian Adden. ad Burat. Adden. ad Gregor. XV. & Rota in locis relatis suprà in prælud. numer. 77. & numer. 80.* ubi dixi idem esse si statutum sit
16 exorbitans, Nisi tamen dicamus, quòd cum dicta cõfirmatio facta fuerit cum clausula, *licita tamen, & honesta, & dummodo Sac. Canor. & S. Concil. Decretis, & Const. Apost. non repugnent*, dicantur confirmata etiam statuta contra ius, ut ex *Pigan. & Rot.* per me adductis probavi suprà in *prælud. in fin.* ubi etiam alia consideravi.

17 In bonis tamẽ captis per hypothecariam sine dubio proceditur ad subhastationem, *Eugen. cons. 65, numer. 86, lib. 1, Gait. de credit. cap. 4, quæst. 7, numer. 798. Posthi. de subhast. dict. inspect. 38, numer. 44,* ubi alios dat concordantes, *Rota d. decis.* 161, *numer. 16, & sequent part. 6. apud Posthi. de subhast. decis. 77. numer.* 1, *& sequent. & dec. 98, n. 9, & seq.* & dixi *suprà n. 3.*
18 Salvianum verò quod possit cumulari cum hypothecaria etiam si verba finalia libelli videantur inferre ad salvianum probat *Merlin. de pignor. lib. 5, quæst. 77, numer. 33, & sequent.*
19 Antequam autem subhastentur bona vigore supradicti statuti si salviano, admissa validitate illius, debet fieri liquidatio fructuum, qui creditum diminuerunt, ad effectum ut subhastatio fiat pro credito certo, *Posth. d. inspect. 38, in fin. Rota apud eum decis. 56. numer. 11. & sequent. & decis. 74, numer.* 8.

ADDITIO.

20 HYpothecaria actio tunc dicitur intentata, quando petitur debitum solvi, aut bona relaxari, *Cancer. var. 2, cap. 5, num.*188,
21 & ad obtinendum in ea contra tertium rei possessorem est probandum concludenter dominium hypothecantis, ut tradit hic *Conciol. num. 6. & 7.* & latissimè tenet *Roduer. consil. 29, per tot.* maximè *num.*34. videnda tradita per *Attolin. resol. foren.* 32.
22 *à num.* 105. quomodo autem probetur præfatum dominium tradunt latissimè *Altimar. ad cons. Rovit. lib.3, observ.3c. per tot. & alij* quos novissimè citat *Borgia investigatio. contr. Fabr. lib.20, cap.11, num.9. Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iurament. ad privil.32, à numer.152, Bonden. collect. legal.1, numer.83. & sequent. & alij* quos citat *Barbos. in Cod. ad l. Cum res 12, de probationib. num.7, Pegas resol. foren.cap.5. numer. 45, & sequent.* & in terminis hypothecariæ vide *Pilaia decis. canon. lib.2. decis* 10, *de censib. petitio. 9, numer.38. & seq.* ubi doctissimè hæc segregat *Emin. De Luca de servitut. discur.35, à numer.19. Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 27, *à num.* 72. *& cap. ult. à num.* 115. Probatur tamen dominium per verba enunciativa debitoris censualistæ apposita in instrumento venditionis

tionis censualis pro quo rem aliquam specialiter obligat quibus enunciat se esse dominum rei quam specialiter obligat ab eo possessam, si tibi adest clausula constituti, & simus in antiquis metam centum annorum, vel ultra excedendo, quia hinc remanet probatum, rem obligatam, ut suam possessam esse ab hypothecante, etiam contra tertium possessorem non habentem causam ab obligante *Posth. de manutenend. obser.*20. *nu.*33. *& sequent. Tondut. de praven. part.*3, *cap.*13. *numer.* 6. *Genua de enuntiativ. lib.* 2. *cap.*1, *numer.*89, *& sequent. & cap.*49, *numer.*4. *& sequent. Valenzuel Velasq. consil.*100. *nu.*44, vidend. *Modern. Borgia invest. contr. Fabr. lib.*12, *cap.* 15, *numer.*15, & ita declaravit Regius noster Senatus die 25. *Novembris* 1661. referente Magnifico Ioanne Baptista Pastor Regio Senatore in causa Nobilis Raymundi de Sagarriga contra Elenam Gili & Frigola, Actuario Preve, & iterum die 4. *Decembris* 1681. referente Ioanne de Colomer Regio Senatore in favorem Rectoris Collegii Societatis Iesu Civitatis Ilerdæ, contra Magdalenam Peyrò dictæ Civitatis,

23 Actuario Troch; cæterum cum in hac nostra Provincia Cathaloniæ per *const.*1, *tit. de donar libello, ò demanda*, parum curetur de ineptitudine libelli, & quod una, aut altera actio intentetur, sed sufficiat quòd clarè factum narretur, quidquid posteà concludatur, teneatúrque Iudex super actione intentata declarare, ut citatis *Cancer. & Oliba* tradit *Fontanel. de pact. clau.*4, *glos.*18. *par.* 2. *numer*, 65. ideò parum me detineam in tradendo libellum huius actionis hypothecariæ, seu salviani interdicti remedii, de quibus in hoc statuto, sed si cum videre capis inspecto iure communi, lege *D.D.* quos citat *Faria ad Covarru. lib.* 1, *var. cap.* 8, *num.*2. *& sequent. Pellegrin. in prax. part.*2. *sect.*3, *subsect.*3, *intersect.*13, *per tot. Altimar. de nullitatib. rubr.*13, *quæst.*1, *num.*155. & formam sententiæ huius actionis hypothecariæ tradit *noster Meritissimus Senator Amigàt in addit. ad prax. Peguer. & Ripoll. post rubr.* 24. *de senten. formul.*1. *pag.*258.

24 In hac met nostra Provincia Cathaloniæ contrarium contenti in hoc statuto dispositum reperies per *const.*10, *tit. de exequutio de censals*, quod excussio procedat, & obstet agenti hypothecaria, taliter quòd antequam deveniri possit ad tertium possessorem, excuti debent bona principalis debitoris, & fideiussorum; ideò ad tractandum materiam hanc excussionis accedimus, quam prævidere poteris penès *D.D. citatos à Fontanel. de pact. clau. dict.*4. *glos.*18, *part.*2. *num.*61, & penès citandos infra, quà propter pauca de hac materia dicemus.

25 Exceptio hæc excussionis quatenus dicitur de apicibus iuris, & habens respectum ad ordinem iudicii, & illius præposterationem dicitur dilatoria, & ante litem contestatam est apponenda *Cancer. var.*2. *cap.* 5. *numer.*180. & in hoc sensu veniunt intelligendi *D.D. citati à Salgad. in laby. cred. part.* 1. *cap.* 23, *numer.* 76. *& sequent. & à Bonde n. collect. legal.*49, *numer.* 102, *Berlich. concl. iur. part.* 1, *concl.* 18, *numer.* 79, *& sequent. Meli. obser. foren.* 22, *numer.*3, *Altimar. de nullitatib. rubr.*13, *part.*2. *quæst.*19, *num.* 60, *Fontanel. de pact. clau.* 4, *glos.* 18, *part.* 2, *numer.* 76, *& sequent.* & sic est intelligenda doctrina dicti *Fontanel. ante numer.* 61, *& clau.*5, *glos.*8, *part.* 7, *numer.* 69. si ea in vim dilatoriæ opponatur, & fuit decisum in R.S. referente Magnifico Ioanne de Colomer Regio Consiliario die 24. *Novembris* 1676. in causa Elisabethis Arnau & Mallol contra Iacobum Alomar, Narciscum Caramany, & alios Villæ de Matarò, Scriba dictæ causæ

26 Cortell; quatenus verò cernit interesse partis, quod est, quòd bona principalis debitoris priùs excutiantur, & de eis creditori solutio fiat, antequam ad tertium possessorem deveniatur, & molestetur dicitur fundata in summa æquitate, & est peremptoria, seu ut volunt aliqui anomala, & potest post litem contestatam opponi, ac in quacumque parte iudicii, *Fontanel. dict. clau.* 4, *glos.*9. *part.*5, *numer.* 36, *& sequent. Salgad. in laby. cred. part.*1, *dict. cap.*23, *numer.*44, *Altimar. ubi supr. dict. quæst.* 19, *numer.*61, qui eum *Carocc. numer.* 62, aliam conciliationem affert *Meli. obser. foren. dict. cap.* 22, *numer.*6. *& sequent. Berlich d. concl.*18, *num.* 81, *& seq. & part.* 2, *concl.* 24, *num.* 49. & hanc divisionem, seu conciliationem tradunt *Cancer. & Fontanel. in locis citatis*, & in præcisis terminis *Ios. Altograd controv.* 86, *numer.* 4, *& sequent. Scoppa ad Gratian. obser.* 25, *ferè per tot.* maximè *numer.* 5, *& sequent.*

27 omninò videndi; Nec est ignoranda hæc divisio huius exceptionis respectu fideiussorum, & tertiorum possessorum tradita à *Berlich. d. conclus.* 24, *numer.* 50. *& à Bonden. d. collect.* 49, *numer.* 97. ubi dicunt, quòd respectu fideiussoris, cùm ipsi imputetur cur se obligavit pro alio, dicitur de apicibus iuris respectu autem tertii possessoris, cùm ipsi imputari non possit nihil, nec in acquisitione cognoverit ius alterius, dicitur fundata in æquitate, quam, & *Doctores* ab eis citatos vide.

28 Unde exceptione prædicta non opposita vide-

videtur eidem tacitè renunciatum, & de ea rationem Iudex habere nequit, *Salgad. d. cap. 23, numer. 78. & part. 2, cap. 5. num. 32,*
29 *in fin.* Et tanquan inducta in favorem tertiorum possessorum, & fideiussorum expressè ab eis renunciari potest, *Mantic. Caroc. Andreol. Gallerat. Donade. & Rot. Rom.* citati à *Bonden. d. collect. 49. n. 92.*

30 Ipsa sanè exceptio excussionis, licèt apposita, uti dilatoria, & ante litis contestationem, non annullat processum anteà actitatum, cùm possit replicare creditor debitorem non esse solvendo, vel esse inopem; quo casu, inopia probata, proceditur absque attentione exceptionis oppositæ, possessorem condemnando, & exequendo, *Salgad. d. cap. 23, numer. 50, & sequent.* inopia tamen non probata, non posset creditor obtinere, *Salgad. ibid. n. 54.*

31 Benè tamen in eodem iudicio potest agi contra fideiussores, seu tertios possessores, & principales debitores simùl, cósque condemnare facere, priùs exequutionem decernendo in bonis principalis, & in subsidium in bonis fideiussorum, ac possessorum, ut citatis *Cancer. Fontanel. & aliis* tradit *Salgad. d. part. 1, cap. 23, numer. 51, 57, & 58.*

32 Exceptio hæc excussionis, si altiorem nō requirat indaginem, nec longam probationem, sed celeriter, & absque difficultate incontinenti fieri possit liquidatio bonorum debitoris principalis, ex quo habet tot bona, & ita expedita, vel sit omninò certum, aut parum sit dubium, an dictus debitor principalis sit solvendo, quia statim oculis ipsiusmet Iudicis, aut Nuncii apparere possit, & sic sit talis naturæ, ut intra tempus instantiæ causæ principalis expediri, & unico contextu causa decidi possit, sivè ipsa causa sit exequutiva, sive summaria, merique ac momentanei possessorii; hoc casu opponi potest in iudicio Salviani interdicti, aut alio quovis summario, & exequutivo *Altograd. d. controv. 86, numer. 10, & sequent.* & melius *numer. 16, & sequent.* ubi multa in confirmationem adducit, *aliique Doctores citati à Bonden. d. collect. 49, num. 106.*

33 Non tamen quando altiorem requirit indaginem, & longam, ac involutam liquidationem, & discussionem bonorum principalis, quo casu in dicto interdicto, & aliis causis summariis non admittitur, *Altograd. d. controv. 86, numer. 8, & sequent.* & ita sunt intelligendi *Doctores citati à Bonden. d. collect. 49, numer. 88, & 103, & à Scoppa ad Gratian. d. observat. 25, num. 1, & sequent. & à Vrceol. consult foren. 22. numer. 23, & 26, Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 270, numer. 3, & à nostro Conciol. de hered. simpl. & qualif. art. 4, numer. 91, & seq.*

34 Pariter ipsa procedit in quovis casu, ac iudicio quando per fideiussorem, seu tertium possessorem instatur, quòd dicta excussio suis expensis effectuetur, eásque offert realiter *Bonden. d. collect. legal. 49; numer. 89, & 100,* ubi *Salgad. Maur. Velasc. Mascard. & alios* citat, novissimè *Temmen. de expens. cap. 13, n. 47.*

35 Excussio autem concessa à iure communi *per l. 2, Cod. de pignorib.* hodiè propter clausulam de styllo poni solitam, quod specialitas generalitati non deroget à Palatiis est releganda, cùm ut certum stabiliatur, quòd per ipsam clausulam potest creditor prosequi bona generaliter obligata, quin excutere habeat specialiter hypothecata, ut latè tradunt *Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. observ. 5, numer. 1, & 2, & de linea legal. lib. 2, art. 115, numer. 11, Fontanel. Pacific. Castill. Gizzarel. & alii,* quos novissimè citat *Altimar. de nullitat. rubr. 13, quæst. 19, numer. 15, & sequent. par. 2, Scoppa ad Gratian. d. obser. 25, num. 23.*

36 *& sequent.* Et dicta dispositio *dict. l. 2.* (in casu quo de dicta derogatione non sit protestatum) procedit solùm favore posteriorum creditorum, non autem aliorum, qui iure dominii, seu aliter ipsam rem generaliter obligatam possident, *Vrceol. d. consult. 22, numer. 28, & sequent. Carol. Ant. De Luca d. obser. 5, numer. 4. & de linea legal. d. art. 115, numer. 11.*

37 Exceptio autem hæc excussionis, modo superiùs tradito considerata, quando altiorem requirit indaginem, & in promptu liquidari non potest, seu imò incontinenti probari, in plurimis casibus non admittitur, veluti quando in instrumento adest obligatio cameralis, vel clausula constituti, in causis summariis, & quæ summariè, & de plano, sola veritate facti inspecta tractantur, quæ videre poteris penès *Doctores citatos à dict. Bonden. Vrceol. Scoppa, Luca, & Rodoer. d. cons. 29,* ipsos consule.

38 In multis pariter casibus habetur ipsa pro facta, & necessaria non est ipsa excussio, videlicet quando à debitore principali facta est cessio bonorum, & ab eo formatur concursus creditorum, vel illius bona sunt extra Provinciam in longinquis partibus, aut intricata, ac debitis involuta, seu est ipse debitor difficilis conventionis, ac exactionis, seu à notorio non solvendo, ac decoctus, vel in libris æstimi non reperitur ali-

aliqua illius bona descripta, & aliis casibus quos tradunt *Doctores*, quos citant *Pegas resol. foren. cap. 3, à num. 361, Meli. obser. 86, numer. 1, & sequent. Marotta discept. foren. cap. 28, à numer. 7, Berlich. d. concl. 24, per tot. Maldonad. ad Molinam de Primogen. Hispan. ad lib. 4, cap. 7, numer. 31*, ubi decisum in Supremo Castellæ tradit *Voceol. consult. 2, numer. 16, & sequent. Cancer. variar. 2, cap. 5, à numer. 192, Salgad. in labyr. credit. part. 1, cap. 23, à numer. 1, ferèque per tot. & part. 2, cap. 5, numer. 30, & sequent. Ctriac. controv. 327, à numer. 69, ad 81, Larrea allegatio. fiscal. 26, numer. 14, & sequent. Olea de cess. iur. tit. 7, quæst. 3, numer. 38, Noguerol. allegatio. 2, à numer. 111, Carleval. de iudic. tit. 3, disp. 18, numer. 2, Aylon. ad Gomez. part. 2, cap. 13. numer. 15, vers. de excussione autem, &c. Rota recen. part. 18, tom. 1, decis. 197, numer. 8, & decis. 229, numer. 5, part. 19, Eminen. De Luca de donationib. discurs. 45, numer. 10*, & pluribus citatis *Autun. Portugal. de donatio. Reg. tom. 2, part. 3, cap. 38, num. 38, Modern. Castald. consult. 134, numer. 5, Boler. de decoct. tit. 5, quæst. 17, numer. 26*, novissimè *Altimar. de nullitat. part. 2, rubr. 13, quæst. 19, à numer. 28*, ubi latissimè *Benekendor. ad Seraphin. de privil. iuramen. in addit. ad privil. 88, per tot. Bonden. collect. legal. 6, numer. 36. & sequent. Chiroch. discept. 66, à numer. 52*. apud quos; & ab eis citatos reperies tractatum quando locum non habeat excussio, eos consule.

39 Fideiussori autem neganti se fideiussisse, in pœnam mendacii hoc beneficium, & exceptionem excussionis denegari, citatis *Hering. Carocc. Gallerat. Thesaur. & Hodiern.* tradunt *Olea de cess. iur. tit. 5, quæst. 3, numer. 29, Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. ad privil. 152, numer. 8, Pegas resol. foren. cap. 3, numer. 498, & 505. Berlich. d. concl. 24, numer. 91*, novissimè *Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 10, de censib. petitio 9, numer. 12, in fin.*

40 Requisita autem, quæ inspecto iure nostro statutario requiruntur, ut legitimè excussio facta dicatur tradit *Constit. 10. tit. de execuciò de censals*, & quæ de iure communi requirantur tradunt *Doctores citati à Bonden. d. collect. legal. 49, numer. 110, Aylon. ad Gom. d. cap. 13, numer. 15. dict. vers. De excussione autem, &c. Modern. Palma d. allegatio. 44, numer. 25, & 26, Cancer. var. 2, d. cap. 5, n. 190.*

41 Ex dictis autem *suprà numer. 22, in fin.* dimanat, quòd dominium directum in favorem Ecclesiæ in antiquis ultra centum annos probatur ex unica recognitione, *Guid. Pap. decis. 272, & ibi Ranchin. Mennoch. cons. 409, numer. 8, 9, & 15*, & conducunt *Cravet. citatas à Peguer. decis. 141, numer. 2, in fin. Fab. in Cod. lib. 4, tit. de iur. emphiteo. def. 42, Cavalcan. Mennoch. Burg. Marc.* quos citat *Capon. contro. foren. contro. 33, numer. 15, & sequent. Cancer. var. 1, cap. 11, numer. 45, et alii*, quos novissimè citat *Altimar. in obser. ad cons. 30, lib. 3, Rovit. à numer. 38*, maximè *numer. 39*, ubi latissimè de probatione directi domini, *Novar. de privil. miserabil. person. privil. 8, numer. 6, Tondut. resol. civil. cap. 181, num. 5, 11, 12, & fin. Castill. decis. 62, tom. 1.* & fuit ita decisum in Regio nostro Senatu referente Magnifico Iosepho Aleny Regio Senatore, in causa Iacobi Duran Præcentoris Ecclesiæ Sedis Vici, contra Clementiam Solanell viduam, Actuatio Texidor, quæ in causa supplicationis *die 17, Octobris 1671.* fuit confirmata referente Nobili Michaële de Cortiada, tunc Regio Senatore, nunc Meritissimo Regente Regiam Cancellariam, non obstantibus doctrinis *Menoch. cons. 708, numer. 30, & Hodiern. ad Surd. dec. 10*, quia sunt intelligendi de moderna recognitione; tamen istam resolutionem nostri Regii Senatus reddunt rationes, & auctoritates *Marin. Resol. 102, & Rodoer. ad dict. Marin. Noguerol. & alii citati à d. Altimar. ubi supr.* difficilem imò non tenendam deducunt, etiam favore Ecclesiæ non extante aliquo adminiculo, quavis antiquitate temporis mediante, ipsaque difficultas, & opinio istorum augentur ex traditis novissimè per *Barra. controv. 17, numer. 4, & sequent. & per Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 27, numer. 74.* ubi tradit locationem etiam si antiquam non probare dominium locatoris, cùm possit quis locare rem, cuius dominium non habet, sicut pariter possit quis recognoscere tenere pro alio rem, cuius nullum habet dominium, nec ius radicatum, aut titulum legitimum ad præfatam confessionem faciendam, rémque confessatam præfato dominio directo supponendam, quæ omnia sunt valdè attendenda, & ita super eis cogita: ego sanè ubi controversia esset cum tertio à recognoscente causam non habente, & ita non esset cum ipso recognoscente, eiúsque hærede, ac successore, in capienda resolutione difficilem me redderem.

42 Prædicta sanè tradunt procedere etiam contra tertium à recognoscente causam non habentem, si tamen concurrat præfata temporis

poris antiquitas, recognitióque sit facta favore Ecclesiæ, licet abientis, si tamen Notarius acceptaverit pro ea, *Ripoll. var. cap. 7, à numer.* 1, *ad 8, Tondut. quæst. civil. d. cap.* 181, *numer. 4, & 8*, pro ut ita declaravit Regius noster Senatus *die 8, Aprilis*, 1683. referente Magnifico Raphaële Nabona Regio Senatore, in causa Antonii Pauli Sentena Presbyteri Decani Sedis Barcinonæ, contra Nobilem Ludovicam Vadell viduam, & Felicem eius filium, Actuario Texidor; sicut probatur per titulum emptionis in antiquis, etiam contra tertium, ut à contrario sensu *ex Paitell. & Ciriac.* tradit *Conciol. noster allegatio.* 24, *numer.* 18. Ego sanè adminiculo aliquo non existente, in difficultate ponderata numero præcedenti permanerem, tu tamen rationes, & auctoritates dictorum Doctorum perpende, & examina.

43 Scias tandem quòd conventus hypothecaria quod solvat, aut deserat, si elegerit caput deserendi, ut sententiæ pateat, potest posteà offerre pecuniam, & vendicare rem quam deserat, fructibus etiam in sortem computatis in eo quod excedunt *Felician. de censib. tom.2, lib.3. cap.4. num.* 20, *Posth. de subhast. insp.*17, *num.*1, 64, & 68, novissimè *Pilata decis. canon. lib.* 3. *decis.* 10, *de censib. pets.* 9, *num.*35, *Carleval. Marin. & aly* quos novissimè citat *Brilla ad consuetud. Neapol. tit.*24, *cap.*1, *num.*116. quia præsumitur tradidisse iure, seu loco pignoris, non in solutum *Posth. dict. insp.*17, *num.*12, *Menoch. de præsumpt. lib.* 2, *præsum.* 93, *num.*1. *tom.*1.& conducunt à me tradita *supr. hoc lib.* 2, *rubr.*19, *numer.*48, fuitque ita decisum in Regio nostro Senatu die 13. *February* 1682. referente Magnifico Michaële Ioanne de Tavarnet Regio Senatore in causa Petri Nadal iuvenis lignifabri ex una, & Andreæ Oliver, & Ioannis Spelt agricolarum Barcinonæ partibus ex altera, Scriba Ros.

44 Paritérque nota, quòd conventus, & condemnatus in actione hypothecaria ad solvendum, aut deserendum, si habuerit credita, aut super re hypothecata ab eo possessa meliorationes, competit ei pro ipsis dictæ rei retentio soluto prætio, seu valore præfatæ rei propter quam fuit condemnatus, habito respectu ad tempus quo emit, seu eam melioravit, & non condemnationis *Fontanel. de clau.*4, *glos.*18. *part.*2, *numer.* 90, *Salgad. in labyr. credit. part.*1, *cap.*11, *numer.*90, *& sequent. Eminen. De Luca de credito. discur.* 24, *numer.* 18, *&* 19, *& discur.* 54, *numer.*7, *& sequent. Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. ad decis.*38, *numer.*4, *Faria ad Covarru. lib.*1, *cap*, 8, *numer.* 7, *Rodoer. ad Marin. ad cap.* 155, *numer.* 14, *&* 15, *& ad cap.*219, *numer.* 9, *Pilata dict. decis.* 10, *pets.*9, *numer.* 50, novissimè *Borgia investigat. contr. Fabr. tom.*1, *lib.*2, *cap.*1, *num.*12,
45 quæ doctrina est intelligenda quoties valor rei hypothecatæ, non ex solo temporis beneficio, ac cursu, & sic intrinsecus, sed extrinsecus, & est industria, aut facto possessoris fuerit auctus, nam si ex temporis occasione, sicque intrinsecè valor rei fuerit auctus, tunc est solvendus valor de tempore quo offert patere sententiæ deductis melioramentis *Salgad. dict. cap.*11, *num.*92, *in fin. Emin. De Luca de legitim. & detract. discur.* 35, *numer.*43, *Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad dict. decis.* 38, *numer.*5, *Tondut. resol.civil. cap.*101, *num.*3, *Faria ad Covarru. dict. cap.*8, *num.* 8, 9, *&* 16, *Marin. resol.*219, *num.*20, *lib.*1, *Merlin. de pignorib. lib.*2, *tit.*2, *quæst.*69, *num.*7, *& lib.*4, *quæst.*8, *num.*1, *& sequent. & lib.*1, *quæst.*43, *& lib.* 4, *tit.* 5, *quæst.* 197, *per tot. Garcia de expens. cap.*18, *num.*78, *Arias de Mesa var. resol. lib.*1, *cap.*49, *num.* 1, 3, 20, *& sequent. Ciriac. & aly* quos citat *Vrceol. consult.*24. *numer.*18. Ubi hanc tradit receptam opinionem iuxta quam fuit decisum in nostro Regio Senatu referente Magnifico Ioanne de Colomer Regio Senatore die 7. *Aprillis* 1682. in causa Eulaliæ Macip, & Segura uxoris Salvii Macip auri, & argenti Fabri Civis Barcinonę, contra Petrum Llorell Notarium, Scriba Petro Collell, & iterum die 21. *Iuny* 1683. referente Magnifico Iosepho Pastor Regio Senatore in favorem Administratorum causæ piæ fundatę per Ioannem Tornet contra Franciscum Lado Mercatorem, Scriba Abrell.

46 Non tamen ultimè dicta procedunt in casu tradito à *DD. à me hoc lib.*2, *rubr.*19, *num.*50. citatis, videlicet quando secundus crebitor offert creditori anteriori possidenti rem hypothecatam, paritérque in retrahente virtute retractus conventionalis, aut legalis remélioratam, quia in his casibus attendendus est valor antiquus, licet intrinsecè sit auctus, cum augmentum præfatum intrinsecum, ac cursu temporis eventum, cædat commodo possessoris *Vrceol. dict. consult.*24. *numer.* 12, *& sequent. Eminen. De Luca de empt. & vend. discur.* 32. *num.*12. *&* 17. *Pilata ubi supr. num.* 53. cui opinioni propter rationes ab ipsis consideratas, uti æquas, ac iustas, me subscribo.

47 Pro certo, & iuxta magis communem sententiam tene, quod possessor rei hypothecatæ, si conveniatur, dimittendo rem

cxi-

eximit se ab onere, quod ab eo petebatur ratione talis rei, absque obligatione solvendi fructus per eum bona fide perceptos *Gallerat. Cancer. Galeot. Donel. Surd. Olea & aly* quos citat *Pilaia dict. decis.* 10, *de censib. pett.*8, *num.*54, *& peti.*9, *num.*31, *Pegas resol. foren. cap.*10, *num.* 51, *& sequent.* Pro ut ita liberatur possidens rem emphiteoticariam à decursis dimittendo ipsam rem ab eo bona fide uti allodialem possessam, ut cum *Cancer. & aliis* tenet *Giurb. obser.* 7, *num.*2, *& seqq.*

DE EXECUTIONE PRIVATÆ SCRIPTURÆ.

Rubrica XXXII.

SI quis manu propria Scripturam fecerit, vel ab alio factam subscripserit, in qua confiteatur se debitorem alicuius ex quacunque Causa, seu aliter Partes inter se convenerint, talis Scriptuta valeat, & habeat vim publici Instrumenti: Et si per Creditorē fuerit in iudicio producta, Iudex ad eius instantiam cogat debitorē Iureiurando per eum, sive Actuarium deferendo, ad recognoscendum, an ipsius manu scripta, vel subsctipta sit, & contenta in ea vera sint, & si Confessus fuerit, sive eo negante per duos Testes idoneos subscriptos, vel non subscriptos probatum fuerit, quòd viderint dictum Debitorem dictam Scripturam facere, aut subscribere, sive contenta in ea vera esse, paratam habeat executionem contra Debitorem: Et si Debitor convictus fuerit de Mendacio, condemnetur in duplum, Dimidium Pœnæ Cameræ Ducali, Residuum verò Parti applicandum. Eandem executionem mereatur, si talis Scriptura manu Tertii scripta sit, & duobus, vel tribus Testibus notata, & ab ipsis recognita, vel per Comparationem litterarum legitimè factam, cum aliis adminiculis comprobata, etiam si per Debitorem recognita non fuerit. Prout etiam eandem executionem mereatur, si Debitor in respondendo, seu in non recognoscendo contumax sit.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de exequutione scripturæ privatæ est ordinatorium.*
2 *Scriptura privata est quæ fit à non persona publica.*
3 *Scriptura privata distinguitur in apocham, antapocham, & singrapham.*
Apocha est, per quam creditor facit receptum debitori, numer. 4.
Singrapha est, quæ à pluribus, quæ in alicuius rei fidem pacisceuntur scripta est, num. 5.
Antapocha est, quæ fit per debitorem creditori de debito, num. 6.
7 *Statutum compellens ad recognoscendum propriam scripturam procedit etiam in scriptura manu tertii confecta de illius ordine.*
8 *Scripturam ad recognoscendum cogitur quis mulcta indicta, & captis pignoribus,*
Etiam si scriptura sit alterius puta Patris, Domini, & simil. n. 9.
10 *Scriptura habetur pro recognita si Iudex pronunciat illam pro recognita.*
Et à dicto decreto Iudicis non datur appellatio, numer. 11. *&* 28.
*Benè tamen reus ex post auditur, n.*29.
Nec nullitas allegari potest, num. 30.
12 *Scriptura privata semper potest recognosci, si non fuit oppositum.*
Ita ut si pars non opponat, non requiratur recognitio, num. 13.
14 *Subscribens scripturam privatam tenetur ad omnia in ea contenta.*
15 *Scriptura privata recognoscitur per testes descriptos, & qui viderent illam scribere.*
Vel per testes habentes notam manum cum adminiculis, num. 16, *&* 47.
Quæ non habent locum in scriptura, quæ fieri solet parte absente, num. 17.
18 *Apocha manu tertii scripta quomodo sit recogno-*

cognoscenda, remissivè.

Et tunc etiam requiritur probatio mā-dati dati ad scribendum, num. 43.

19 *Statutum imponens pœnam dupli neganti scripturam propriam concordat cum iure communi.*

Quæ pœna non habet locum si fiat negatio per errorem, & sine dolo, num.20.

Et si negatio sit revocata ante litem contestatam, num. 21.

22 *Comparatio litterarum quomodo fiat, & quæ requirantur, remissivè, & num. 44.*

Est fienda cum scripturis certis, & indubitatis, num.45.

Et ea admittitur in subsidium, numer. 46.

23 *Scriptura recognita probat, licet recognoscens negee contenta in ea esse vera.*

24 *Scriptura privata non retrotrahitur quoad hypothecam in damnum tertij.*

Cùm hypotheca in scriptura privata oriatur à die recognitionis, num.25.

Benè tamen in praiudicium recognoscentis, seu illius hæredem, num.49.

Et etiam in praiudicium tertij, si suspicio antidata est sublata. num.50.

An autem ut dicta hypotheca competa, requiratur recognitio omnium testiũ, seu sufficiat duorum, num.48.

26 *Scriptura privata habens vim publici instrumenti quando concurrat cum instrumento.*

27 *Scriptura privata in Cathalonia non habet exequutionem paratam, nec de iure communi.*

31 *Minor non restituitur in integrum adversus recognitionem scriptura.*

Nec ad id curatore indiget, numer. 32.

33 *Recognitio privata scriptura facta absque partis citatione est nulla.*

Non tamen ut executionem habeat requiritur causa cognitio, num.34.

Benè tamen requiritur vocatio partis recognoscero debentis, num.35.

36 *Scriptura privata licèt recognita, ut executionem habeat requiritur, quòd de debiti causa appareat.*

Et ut obliget quòd de animo deliberato constet, num.37.

38 *Scriptura privata, ut recognita dicatur, sufficit, quòd testes deponant de ea, licèt non deponant de substantia debiti.*

39 *Scriptura privata recognitione non indiget, quando à partibus tradita est Notario, & instrumentum conficitur.*

40 *Via executiva tributa scriptura privata recognita est præscriptibilis, & à quo die.*

Maximè favore debitoris, numer. 41.

42 *Scriptura privata, ut probet in iudicio debet esse recognita.*

51. *Recognitio qualificata an sufficiat ad executionem scriptura privata tribuendam.*

52 *Recognitio an sit opponenda à parte ut nullitatem causet, & quando.*

53 *Recognitio facta per testes, aut per comparationem litterarum, non præstat viam executivam.*

ANNOTATIO.

1 SUpradictum statutum de execut priv. script. est ordinatorium, non autem decisorium, *Fenzon. ad statut. Vrb. lib.1, cap. 83, num. 26, Rota apud March. de commiss. part.2, decis.2,* quam refert *Fenzon. ubi supr.* Et illud dans executionem scripturæ privatæ recognitæ laudabile appellat *Galles. de oblig. cam. quæst. 27, numer. 12,* & illud esse vallidum not. *Caph. cons.454, num.33. vol. 3, & Genua de script. priv. quæst.4, nu. 44. & num.204.*

2 Scriptura autem privata dicitur, quæ fit non à publica persona, & per se non habet authoritatem, nisi adversarius illam confiteatur, vel nisi per comparationem alterius scripturæ, subscriptione ipsius adversarii, & testium, qui subscripserunt probetur contrarium, ut not. *Innoc. in cap.1, num.3, de fide Instrum. Rebuff. de chirog. & cedul. recog. num.2, & Genua de script. priv. lib.1, quæst.*
3 *1. num. 3, & sequent.* ubi aliàs adducit eiusdem scripturæ privatæ descriptiones, & illa dividitur in tres species, nēpè in Apocham, Antapocham, & Singrapham, & illam continere etiam librum rationum, & Epistolam notant *Bart. Ias. Caccialup. Curt. Lanfr. Purpur. & communiter Doctores in l. admovendi 31, de iureiur.* & post *Genua Scacc. Mascar. & Rebuff.* per eum relatos scribit *Gait. de credit. cap.2, tit.8, num.2593.*

4 Apocha dicitur alio nomine apodissa, quę propriè dicitur receptio debiti facta per creditorem debitori, *Fenzon. in d. cap.83, num. 4, Genua de script. priv. lib.1, quæst.2, num. 2, Gait. de credit. d. cap.2, tit.8. num.2594.*

5 Singrapha verò dicitur illa, quæ à pluribus qui in alicuius rei fidem paciscuntur scripta est, *Genua de script. privat. d. quæst.2, numer.4, Gait. in d. cap. 2, tit.8, numer. 2596.*

6 Antapocha verò est propriè illa, quæ fit per debitorem creditori de debito, quæ propriè appellatur schedula, seu Chirographũ, quia in eo debitor se obligat creditori, *Ripa, & alij relati per Genua in d. quæst.2, num.3. Gait.*

Gait. in d. tit.8, numer.2595. Et de d. anta-
pocha loquitur statutum nostrum in princ.
& advertit Fenzon.ad stat.Vrb. lib.1,cap.83,
numer.3.

7 Statutum autem prædictum compellens
ad recognoscendam propriam scripturam
habet etiam locum in scriptura manu tertii
confecta, & de illius ordine conscripta Fe-
lin. in cap. cum inter. 13, de sent. & re indic.
Card. Tusch. pract. concl. litera S.concl.640.
numer.1, quos refert, & sequitur Posthi. de
8 manut. observ. 98. num. 10, in fin. Et ad re-
cognoscendam scripturam quis cogi potest
mulcta indicta, & captis pignoribus, Fenzō.
ad stat. Vrb. d. cap.84, num.19, Luc. Pat.in
pract. lib.3, cap.3, numer.5, & Posthi. de ob-
9 serv.98, numer. 9, ubi recenset etiam alios
modos, & quis potest cogi ad recognoscen-
dam scripturam alienam, putà Dominus
scripturam, seu litteras Institutoris, filius lit-
teras Patris, hæres litteras defuncti, & uxor
litteras viri Bursatt. cons.39, num.23. Borgn.
decis.27, num.55, de contrac. & Posthi d.ob-
serv.98, num.9, in fin. Pract. Ridolph.par.1,
cap.2, num.211, Adden. ad Capic. Latro.de-
cis.55. num 2.

10 Scriptura autem privata habetur pro re-
cognita, si Iudex in contumacia illam non
recognoscentis pronunciat, illam haberi pro
recognita, ut docent Posthi. de observat.98,
num.9, Scac. de iudic. lib.2, cap.11, nu. 1055,
Gail. observ.80, num. 6, lib.1, & Rot, apud
11 Bichium, decis.501, num.2, tom.2. A decreto
verò Iudicis mandante scripturam recogno-
ci non datur appellatio, cùm illa non gravet,
Fenzon. ad stat. Vrb. d.cap. 84, num.22.&
seq. Posthi. de observ.98, num.9.

12 Et scriptura privata semper potest recog-
nosci etiam post conclusum in causa, si ta-
men antè non fuit oppositum, aliàs secùs,
Costa de retrotrac. cap.8, casu 6, num.9, &
10, Genua de script. priv. lib.1, quæst.4, nu-
mer.231, Fenzon. in d. cap. 84, num.1, 2, &
13 sequent. Ita ut si pars non opponat non sit
necesse recognosci, Posthi. in d. observ. 98,
in princ. Fenzon. ubi suprà ubi quærit, in
requiratur oppositio specialis, vel generalis,
ut ibi per eum, Maximè si habeat admini-
culum veritatis, Grat. discept. foren. cap.
554, num. 35, & cap. 570, numer.29, part.3,
Posthi. de observ. 98, numer. 17, Rota apud
eum decis. 53, num.2, & 3.

14 Subscribens autem se in scriptura priva-
ta dicitur obligatus ad omnia in illa con-
tenta, etiam si careat testibus Surd.cons. 61,
numer. 31, lib.1, Fenzon. ad stat. Vrb. cap.
83, numer. 16, Card. Mantic. decis.321. nu-
mer.4.

15 Scriptura verò de qua in hoc statuto si
negetur per debitorem recognosci potest
per testes in ea descriptos, vel qui viderunt
apocham scribere, quòd est etiam confor-
me dispositioni iuris communis, quo te-
stes recognoscentes apocham debent vi-
disse illam scribere, ut post Aret. Alex.
Gram. Vestr. & Grava. per eum adductos
firmat Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.84, nu-
mer.10, Genua de script. priv. lib.2, de apoc.
manu debit. confec. num.202, & numer. 214,
& sequent. Gratian. discept. forens. cap.710,
num.9, part. 4, plenè Andreol. controvers.
16 78, in princ. Licèt si testes sint duo pro-
bent cum adminiculis dicentes habere no-
tam manum, Ciriac. controvers. 272, nu-
mer. 5, Rota apud Gregor. XV. decis. 389,
numer. 2, & ibi Adden. & apud Cenc. de
cens. decis. 427, numer. 4, & 7. Si verò sit
unicus testis adminicula nihil faciunt Rota
apud Gregor. XV. ubi suprà, & decis. 234,
17 part. 2, recent. Quæ tamen non habent
locum in scriptura privata, quæ fieri solet
parte absente, ut in epistola Fenzon. in d.
cap. 84, numer. 11. ubi admittit compara-
tionem litterarum Andreol. d. controvers.
78, numer.2, & Rota in Viterbien. census 7,
Iuny 1638. coram R. P. D. Verospio, §.
nec obstare &c. Et in ea quæ solet fieri sine
testibus putà in quietatione, ut authoritate
Rotæ probavi suprà rubr.29, in fin.

18 Quomodo verò sit recognoscenda apo-
cha manu tertii conscripta si adsint in ea
testes latè docent Genua de scriptura pri-
vata, lib. 2, in titul. de apoc. manu tertij
conscript. ferè per totum, & Gait. de credit.
cap.2, tit.8, ferè per totum, ipsos consulas.

19 Dum verò statutum imponit pœnam
dupli neganti scripturam propriam con-
cordat cum auth. contra qui propriam,
cum ibi not. per Doctores communiter, C. de
non numer. pecun.& tradunt Fenzon.ad stat.
Vrb. dict. cap. 83, numer. 24, & ante eum
20 Asin. in pract. §.17, capitul. 2, in fin. Nisi
tamen negatio esset facta per errorem, sine
dolo, & lata culpa Gabr. commun. conclus.
de acqui. possess. conclus. 5, numer. 26, Car-
pan. ad stat. Mediol.lib.1, cap.84, numer.25,
& 26, & Fenzon. ad statut. Vrb. cap. 69,
21 numer. 4, & 5. Et quando negatio fuit re-
vocata ante litis contestationem, vel an-
tèquam negans sit convictus de mendacio,
ut probant Gabr. Carpan. & Fenzon. in
locis proximè adductis.

22 Comparatio autem literarum, de qua
in hoc statuto quomodo fiat, & quæ requi-
rantur ad illius validitatem, latè docent
Genua de script. priv. lib.2, de apocha manu.
deb.

deb. conſcrip. num.25, & plur. ſeq. & Gait. de cred. cap. 2, tit. 8, numer. 2808. & plur. ſequent.

23 Scriptura privata per aliquem recognita pro ſua probat contra eum, licèt in recognitione dixerit, illam non continere veritatem, ut tradunt *Ciriac. controverſ. 165, numer. 9, & controverſ. 465. num. 1, Genua de ſcript. privat. lib.1, quæſt. 4, numer.86, & ſequent.* plenè combrobans licèt poſſit probare, illam non continere veritatem, ut probant *Ciriac. & Genua loco citato*, ubi plures dat concordantes.

24 Scriptura tamen privata ſi producatur, & debitor illam recognoſcat, dicta recognitio non retrotrahitur in præiudicium tertii habentis medio tempore hypothecam, licèt operetur contra ipſum debitorem,
Gratian. diſceptat. forenſ. cap.501, num.14,
part. 3, & ibi Addi. in fin. lib. ubi hoc de-
clarat non habere locum, quando dicta
ſcriptura eſſet trino teſte munita, *& cap.*
873, *numer.18, part. 5, Poſthi. reſol. 119, nu-*
mer.4, Fenzon. ad ſtatut. Vrb. dict. cap.84,
25 *in fin.* Cùm hypotheca in ſcriptura privata
oriatur à die recognitionis, & non anteà,
ut not. *Doctores ſupradicti, & Genua de*
ſcriptura privata lib.1, quæſt.4, numer.116,
ubi dicit, hoc procedere, ſi creditor ha-
beat cauſam à debitore, ſecùs ſi dicta ſcri-
ptura ſit trino teſte notata, ut ibi per eum,
in quibus terminis loquitur *Gait. de credit.*
cap.2, tit.8, num.3171.

26 Scriptura verò privata quando vigore Statuti habet vim publici Inſtrumenti, quod concurrat cum Inſtrumento, licèt illa non ſit trino teſte notata poſt *Soccin. Bald. & Gabriel* per eum adductos firmat *Genua de ſcriptur. privat. lib.1, in ſec. concl. ex lege ſcripturas, C. qui potior. in pignor. num.28.* benè comprobans.

ADDITIO.

27 STatutaria aliqua diſpoſitio non adeſt in hac noſtra Provincia Cathaloniæ tribuens executionem paratam privatis ſcripturis, etiam recognitis, ſed in ipſis ordinariè proceditur; ex quo inſpecto iure communi ipſis talis executio ſecundum magis communem opinionem non tribuitur, *Vela diſert.23, numer.7, Maſcard. Gratian. Scacc. Acoſta Gait. Genua & aly* quos citat *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obſervat. 111, numer.22, Brella ad conſuetud. Neap. tit.16, cap.3, numer.45,* quidquid teneant *Doctores* citati à *dict. Vela ibid. numer.1, & ſequent.* & tradat *Modern. Palma Nepos allegatio. 88, numer. 1, & 2,* & ita breviter me expediam.

28 A mandato autem de recognoſcendo propriam ſcripturam, ſeu imò à declaratione quòd habeatur pro recognita facta in contumacem, certum eſt, ut tradit *noſter Conciol. hìc num.11,* non admitti appellationem quo ad effectum ſuſpenſivum *Manfrell. ad Capic. Latr. obſerv. 55, numer. 13, Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæſt. 35, numer. 4, Vela diſſert. 22, per tot.* videndi *Eminen. De Luca de iudic. diſcur. 42, num. 25, Verſ. Ex eodem &c. Gait. citat. à Severin. in addit. ad deciſ. 373, Sanfelic. pag. mihi 228, verſ. A precepto &c.* & hoc eà
ratione, quia non gravatur citatus, cùm de
ſuo facto interrogetur, *Gait. de credito cap.2,*
29 *tit.8, num.3028, & ſequent.* Benè tamen, re-
cognitione facta in contumaciam, auditur
reus *Hodiern. Rocc. Mauſon. citati à Mo-*
dern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen de
Franch obſerv.502, num.2, in fin.

30 Et non ſolum, non poteſt appellari à di-
cto præcepto de recognoſcendo, ſed nec
poteſt opponi nullitas ex defectu iuriſdictio-
nis, putà quòd præceptum de recognoſcen-
do ſit factum à Iudice incompetente *Cara-*
vit. Petr. Franch. Thor. Muſcatel Mele
Rovit. & Viſcont. citati à dict. Altimar.
dict. quæſt.35, num. 5, Chokier. de iuriſdict.
in exempt. tom.1, part.2, quæſt.45, num.104,
31 Nec minor etiam beneficio reſtitutionis in
integrum admittitur ad revocandum con-
feſſionem ſuper ipſa recognitione factam
Calà de reſtitutio. in integr. cap.2, numer.15,
Altimar. de nullitatib. rubr.11, quæſt.5, nu-
32 *mer. 64.* & ita curatore non indiget ad præ-
dictam recognitionem faciendum *Altimar.*
dict. num.64.

33 Recognitio ſcripturæ privatæ facta ab-
ſque partis citatione, eſt nulla, & nulliter
facta *Rota deciſ. 263, numer. 17, part. 19, re-*
cent. & deciſ.292, numer. 1, ead. part. 19,
Modern. Palma Nepos dict. allegatio. 88,
numer. 19, Hunni. Encycloped. iur. part. 2,
tit.18, cap.3, numer.3, Modern. Carol. Ant.
De Luca ad Vincen. de Franch. dict. obſer.
502, numer. 3, & 4, Severin. in dict. addit.
ad dict. deciſ. 373, Sanfelicy per tot. maxi-
mè pag. mihi 227, Ciarlin. controv. 233, nu-
mer.19, & ſequent. Pegas reſol. foren. cap.11.
à numer.30, Meli. obſerv. foren. obſerv.136,
numer. 9, Thom. Velaſc. allegatio. 76, nu-
34 *mer.68.* licèt ad obtinendam exequutionem
iuxta noſtrum ſtatutum, cauſæ cognitionem
non requiri tradat *Vela diſert. 23, numer. 11,*
35 *& ſequent.* Utcumque tamen ſit, certum eſt,
requiri vocationem partis recognoſcere de-
bentis,

bentis, seu procuratoris specialis ad id deputati; ex quo aliter recognitio fundata in confessione partis fieri nequiret, & ut pro recognita contra contumacem haberi possit requiritur praecessisse citationem personalem, seu imò multiplicatam domi factam *Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. dict. observ. 502, dict. numer. 3, & sequent. Pegas resol. foren. cap. 1, numer. 7, & sequent.*

36 Ipsa sanè scriptura privata, cuius instatur exequutio, & sic ita recognita, debet continere causam debiti, aliter ipsi non tribuitur exequutio decreta per nostrum statutum *Rodoer. ad Marin. observ. 78, num. 1, & sequent.* praecipuè *numer. 7, Vela dissert. 25, numer. 6, & sequent. Pegas resol. forens. dict. cap. 1, numer. 6.* ubi plures citat, & in terminis statuti *num. 5*, contrarium decisum tradit, *Hermosill. Olea Tondut. Ciarlin. Vela, & alij* quos citat *Valeron. de transact. tit. 2, quaest. 1, num. 4, Fragos de regim. Rep. Christian. part. 1, lib. 5, disp. 12, numer.*

37 *400, vers. Sed quid dicendum &c.* & ut obliget confitentem necesse est, quòd ex proposito, & deliberato animo sit conscripta, clarè & explicitè certam, ac liquidam promissionem continendo *Vrceol. de transact. quaest. 60, numer. 44, vers. Rursus &c. Vela dissert. 24, num. 1, & ferè per tot.*

38 Pariter pro legitimè recognita habetur, licèt testes de substantia debiti in scriptura contenti non deponant, sed solùm de scriptura, scilicet quod ipsis praesentibus fuit à debitore scripta, aut subscripta *Tapia Casar. citati à dict. Carol. Ant. De Luca dict. observ. 502, num. 5,* & ad ista vide *Doctores citatos per Pegas resol. foren. dict. cap. 1, à numer. 87,* praecipuè *numer. 90.* ubi tradit cui incumbit probare scientiam, aut ignorantiam rerum contentarum in scriptura.

39 Scripturae autem privatae manus, seu subscriptionis, illius recognitio non est fienda, nec mandatum datum de ea scribenda ast probandum, quando per ipsummet debitorem, traditur Notario, & de ipsa traditione in ipsis scripturis, seu aliter continuatur instrumentum testibus munitum *Ios. Altograd. controvers. 50, numer. 30, Eminen. De Luca de testament. discur. 3, numer. 6.*

40 Via autem exequutiva tributa scripturae privatae, sic recognitae, certum est quod praescribitur, praescriptionémque istam currere incipere à die recognitionis, non autem à die confectae scripturae *Manfrell. ad Capic. Latr. dict. observ. 55, numer. 12, Olea de cess. iur. tit. 1, quaest. 1, numer. 77, & sequent.*

41 *Vela dissert. 26. per tot.* ubi latissimè, licèt ad beneficium debitoris, ad debitum praescribendum currat à die confectae scripturae *Vrceol. consult. foren. cap. 1, num. 59.*

42 Non solùm ut scripturis privatis via exequutiva tribuatur, est necessaria recognitio, sed etiam ut eis fides in iudicio, ac in via ordinaria tribuatur, *Vrceol. de transact. d. quaest. 60 numer. 40, & consult. 1, numer. 54,* ubi de scriptura dotali, & citatis *Fontanel. & aliis Bonden. collect. legal. 9, numer. 17, & sequent.* maximè *numer. 50,* ubi *Gratian. Ciriac. Ciarlin. Tomat. Meli. & alios* citat, *& collect. 42, numer. 5, Rubens resol. pract. de testament. cap. 28, per tot. Hunni dict. part. 2, tit. 18, cap. 3, numer. 1, & sequent.* ubi tradit quae requirantur, ut legitimè dicatur scriptura recognita, & mctipsa requisita tradit *Vela dissert. 23, & sequent.* non tamen si pars tempore productionis nihil opponat, cùm ex non oppositione censeatur scriptura approbata, *Meli obser. fo-*

43 *ren. obser. 40, numer. 33, & 35.* Quando autem non est scripta, aut subscripta propria manu, sed à tertia persona, non solùm est necessaria recognitio manus, sed etiam probatio mandati, seu ordinis, aliter quàm per dictum scribentis, hoc est ut testes deponant scripturam fuisse scriptam à tali tertio, de partium commissione, & voluntate, *Vrceol. consult. 9, numer. 10, & 11, Thom. Valasch. allegatio 76, num. 67. Sabell. resol. 66, numer. 14, & in summ. diver. tractat. §. Assertio, numer. 15, Leon prapar. iudicior. prapar. 26, num. 35, part. 2, Cancer. var. 1, cap. 22, numer. 4, Ctroch. discept. 75, à numer. 9, Posthi. de manutenend. obser. 98, numer. 18.* & ita Senatus noster referente Magnifico Iosepho Aleny Regio Senatore *die 25. Maij 1680.* in causa Francisci Collada, contra Iosephum Bosch Mercatorem coriorum Barcinonae, Scriba Antoni Fabra.

44 Recognitio autem, quae fit per comparationem literarum, uti periculosa, & fallax, (ex quo multi inveniuntur, qui manum alienam facilè imitari, & exprimere queunt *Hunni d. part. 2, tit. 18, cap. 6, numer. 2, Paris. Hondede. Gratian. citati à Ios. Altograd. controv. 16, numer. 20, Quesada & Pilo dissert. 11, numer. 1, & sequent. Leon. prapar. iudicior. d. prapar. 26, numer. 15. part. 2, Escaño de testamnt. cap. 18, numer. 31, & sequent Laganar. ad pragm. 8, Rovit. de falsis lit. B, pag. 237, Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. in addit. ad privil. 172, numer. 1, & sequent. Mucci*

quaest.

quaſt. foren. quaſt. 6, numer. 9, circa me-
dium , & numer. 10 Actolin. reſol. foren.
70, numer. 26, & ſequent. Maiorana in
oppoprax. crim. lib. 3, cap. 3, numer. 107,
45 *& ſequent.*) Debet fieri cum ſcripturis
certis , ac indubitatis , & certò eius qui eas
ſcripſiſſe dicitur manu exaratis , *Altimar.*
ad lib. 3, conſil. Rovit. obſer. 51, numer. 17.
ubi ponit requiſita recognitionis huius per
comparationem , *Eminen. De Luca de iudic.*
diſcurſ. 29, numer. 41, & de teſtament. di-
ſcur. 26, numer. 5. Hunni. d. tit, 18, cap. 6,
numer. 3, & ſequent. ubi per tot. tradit, quæ
requirantur ad hanc recognitionem , *Acto-*
lin. d. reſol. 70, numer. 12, Modern. Maio-
46 *rana d. cap. 3, à numer. 90.* ubi latè ; Et
ita solùm admittitur in ſubſidium , & in
ſcripturis , quæ fieri non ſolent coram te-
ſtibus , ſed abſente parte, *Fontanel. & alii,*
quos citat *Meli obſer. foren. obſer. 140, nu-*
mer. 12, *Actolin. d. obſer. 70, numer. 57, &*
66. Altograd. d. controver. 16, numer. 1. &
ferè per tot. ubi latè invenies materiam hanc
digeſtam , & penès *citatos per Altimar. ad*
conſil. Rovit. lib. 2, *obſervat.* 72, *numer. 3,*
& ad conſil. 51, lib. 3, numer. 2, *& 3.* ubi
plura de recognitione privatæ ſcripturæ , &
de ea latiſſimè agunt *Doctores citati per Pe-*
gas reſol. foren. cap. 1, numer. 143, *Queſada*
& Pilo differt. 11, *per tot. Rota deciſ.* 292,
numer. 3. & ſequent. part. 19, *recent. Ru-*
bens pract. reſol. de teſtament. cap. 30, &
ſequent. per tot. ubi latiſſimè *Actolin. dict.*
47 *reſol 70, à numer.* 18, *44, & 65.* Reco-
gnoſcunturque pariter ſcripturæ privatæ per
teſtes habentes notam manum , quæ reco-
gnitio , unà cum adminiculis , etiam in iis
ſcripturis , quæ præſente parte fieri ſolent,
& in quibus teſtes regulariter requiruntur,
ſeu interveniunt , ſufficit ad plenam fidem
ipſis adhibendam , ut citatis *Fontanel. &*
aliis tenent *Ioſeph. Altograd. d. controver.*
16, *numer. 38. & ſequent. Matthen. de re*
crim. controv. 28, *numer. 67, & 68, Leon. d.*
prapar. 26, *numer.* 11, & pluribus citatis
Meli. d. obſerv. 140, *numer. 9, &* 11, *Acto-*
lin. d. num. 44, & 65, Maiorana d. cap. 3,
num. 109, *& ſeq.* ſaltem contra ſcribentem,
eiúſque hæredes , & ſucceſſores.
48 Contra autem tertium ad inducendam
hypothecam prælativam , ut probent ſcri-
pturæ privatæ contra eum , debent reco-
gnoſci ab omnibus teſtibus, qui eas ſubſcri-
pſerunt , licèt ſi unus ex ipſis mortuus fue-
rit , ſufficiat recognitio duorum viventium,
qui teſtificent de eorum ſubſcriptione , &
defuncti , ut de magis communi opinione
tradunt *Modern. Palma Nepos allegatio.*
32, numer. 47, Manfrell. ad Capic. Latr.
dict. obſerv. 55, numer. 6, Scoppa ad Gra-
tian. obſer. 94, Carol. Ant. De Luca ad
Vincen. de Franch. obſer. ad deciſ. 644, nu-
mer. 5, & ferè per tot. & de hac hypothe-
ca , & recognitione, *Severin. in addit. ad de-*
ciſ. 373, Sanfelicii. lib. 3, pag. mihi 226,
verſ. Teſtium recognitionem, &c. & ferè per
49 *tot.* Et talis recognitio in præiudicium re-
cognoſcentis , ſeu eius ſucceſſorum retro-
trahitur ad tempus confectionis ſcripturæ ,
ut tradit hic *Concil. noſter numer.* 24, & la-
tiùs tradunt *Manfrell. ad Capic. Latro d.*
obſer. 55, numer. 10, *Vrceol. d. conſult. 1,*
50 *numer. 58.* In præiudicium autem tertii, ſi
per teſtes facta fuerit , auditiſque metipſis
creditoribus , retrotrahitur ad diem confe-
ctæ ſcripturæ , in præiudicium eorum ; ex
quo ſuſpicio de antidata remanet ſublata,
quà ceſſante , ceſſat differentia , chirogra-
pharii , & inſtrumentarii creditoris, *Man-*
frell. ad Capic. Latr. d. obſer. 55, numer. 11,
Carol. Ant. de Luca ad Vincen. de Franch.
obſer. 95, numer. 47, & obſer. ad deciſ. 644,
numer. 2, *Severin. in addit. ad d. deciſ. 372,*
Sanfelicii lib. 3, pag. mihi 227, verſ. Hypo-
theca, ubi *Gaii. Cavaler. & Rot. Avenion.*
citat , noviſſimè *Brilla ad conſuetud. Nea-*
pol. tit. 26, cap. 2, numer. 55, & ſequent.
Ciroch. diſcept. 77, numer. 60, & ſequent.
Meli. obſer. foren. 25, numer. 36, & ſeq.
Eminen. De Luca de credito, & debito di-
ſcurſ. 33, numer. 5, in fin. non obſtantibus
DD. citatis per *noſtrum Conciol. hic num.*
24, & 25, & per dict. Manfrell. ibid. nu.
9, & per Vrceol. dict. 1, numer. 57, quia
dicta eorum procedunt , quando ipſa ſuſpi-
cio non ceſſat , & non apparet de realitate
temporis ſuppoſitionis bonorum , ad quod
videas *Queſada & Pilo contro. 6, numer. 7,*
& ſequent.
51 Recognitio autem qualificata quid ope-
retur , & an qualitates eiuſdem impediant
exequutionem tributam ipſi ſcripturæ pri-
vatæ , tradunt *Vela differt. 24, per tot.* ma-
ximè *numer. 76, & ſequent. Carol. Ant.*
De Luca d. obſer. 502, n. fin.
52 An autem defectus recognitionis privatæ
ſcripturæ , ut cauſet nullitatem proceſſus,
ſit neceſſe , quòd de id à parte opponatur,
& quo tempore fieri poſſit præfata recogni-
tio tradit latiſſimè *Bonden. collect. legal. 9,*
numer. 2, & ſequent. ac etiam Conciol. hic
numer. 13.
53 Nota tandem , quòd niſi ita expreſsè
fuiſſet in noſtro ſtatuto proviſum , quod
ſcripturæ privatæ recognitæ per teſtes tri-
bueretur parata exequutio , de iure aliter
pro-

procederet; ex quo si simpliciter id fuisset statutum procederet solùm in scriptura per ipsum debitorem recognita, non autem in recognita per testes, aut per comparationem literarum, ut cum *Vela Velasc. Themud. Reynos. Pereyr. Covarr. Rube. & aliis* tradit *Pegas resol. Foren. cap. 1, numer. 2, 142, & seq.*

DE EXECUTIONE TESTAMENTORUM, ET ALIARUM ultimarum Voluntatum.

Rubrica XXXIII.

Testamenta, Codicilli, Fideicommissa, & quæcunque ultimæ Voluntates à quolibet extraneo Hærede in iudicio productæ, statim omni Iuris Solemnitate omissa; executioni demandentur in bonis, quæ per Defunctum tempore obitus possedebantur, pro omnibus in eisdem ultimis Voluntatibus contentis; Nec alia Pronuncia opus sit, quàm declarare Testamentum, aut aliam ultimam Voluntatem esse executioni demandandam, dummodo possessio sit vacans, & absque præiudicio habentium meliora, & potiora iura: Quare Hæres immissus in possessionem citati faciat infra triduum ad Valuas Palatii omnes Creditores in genere, & Iudex Fideicommissariorum, Legatariorum, aliorumquè Creditorum indemnitati quàm celeriùs pro Iustitia provideat: Et fiat contra Hæredem realis, & personalis executio, prout Actor elegerit, & unius Viæ electio alteri non præiudicet, Nisi tamen is adiverit cum beneficio Legis, & Inventarii.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de exequutione testamentorum, & codicillorum est ordinatorium.*

2 *Testamentis est danda exequutio de iure communi.*

Fallit si extet legitimus contradictor, num. 3,

Neque exequitur contra tertium possessorem, num. 4,

5 *Possessio data cum clausula*: quatenus possessio sit vacans, & sine præiudicio, &c. *dicitur conditionalis, & non praiudicat.*

Effectus dictæ clausulæ, dummodò possessio sit vacans, & sine præiudicio *declaratur, numer. 6,*

7 *Possessore existente non proceditur ad immissionem, eo non citato.*

Et si procedatur, possessio capta non est manutenibilis, num. 8,

9 *Possessio plena dicitur, quando alius possidet, vel detinet.*

10 *Narratio Authoris.*

11 *Testamentorum exequutionis causa est mixti fori, maximè in Cathalonia, si omnes exequutores sint sæculares.*

Licet quoad legata prophana aliqui ad Iudicem sæcularem pertinere privativè dicant, num. 12,

13 *Iudex Ecclesiasticus non habet iurisdictionem contra haredem laicum, vel tertium possessorem, ut voluntatem testatoris adimpleant, sed adversus exequutorem, ut Iudicis officium adversus haredem imploret.*

14 *Exequutores testamentorum, nullo dato harede, loco haredis habentur.*

Non tamen si in testamento datus sit hares, num. 15,

Imò date harede executores meri dicuntur, & actiones contra haredem non habent, nisi in concernentibus pietatem, num. 16,

Possunt tamen voluntatem testatoris declarare, non autem ex post variare, numer. 17,

18 *Exequutores testamentorum non habent potestatem insolidum, nisi eis à testatore sit data.*

Vel si alii sunt mortui, aut absentes, n. 19,

20 *Exequutorum testamentorum materiam qui tractant.*

21 *Hypotheca datur contra executores testamentarios pro administratis per eos.*

22 *Executores testamentarii tenentur ad damna, & interesse pro pecuniis non investitis.*

23 *Executores si sint dissentientes in exequenda voluntate testatoris, quomodo sint concordandi, seu cui sit standum.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum de exequutione Testamentorum, Codicillorum, & simil. est ordinatorium, non autem decisorium, ut nor *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 86, numer. 5.* ubi plures adducit Rotæ
2 decision s, Et quod testamentis danda sit exequutio, cum iste unus ex casibus, in quibus, Instrumenta habent executionem paratam de iure communi, *Ripa in l. ait Prætor, §. si Index, numer. 6, ff. de re iudic. Fenzon. d. cap. 86, numer. 1, & sequent. Gaff. de except. in prælud. numer.*
3 *36 & sequent.* licèt eis non competat exequutio quando adest legitimus contradictor, *Fenzon. d. cap. 86, numer. 3, Graff. ubi suprà numer 41.* ubi dicit, quòd tunc hæres non mittitur in possessionem, sed debet agere via ordinaria, & quis dicatur legitimus contradictor, ut ibi per eum *Lu-*
4 *dov. decis. Perus. 23, numer. 6* Nequè contra tertium possessorem, *Fenzon. ibi. num. 2.*
5 Possessio autem data cum clausula *Quatenus possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura* dicitur conditionalis, & non facit præiudicium, nequè in petitorio, nequè in possessorio, *Peregrin. de fideicommiss. art. 48, sub numer. 36, Adden. ad Gregor. XV. decis. 332, numer. 6. Posthi. de manut. obser. 50, numer. 3, Rota apud Burat. decis. 730, numer. 6, & in Bononien. bonor. 17, Iunii 1641, coram Cardin. Cerro, §. nec ad probandum,*
6 *&c.* Non tamen dicta clausula importat conditionem suspensivam repugnantem acquisitioni possessionis à principio, sed solum resolutivam inficientem actum post damnum indè sequutum, ut declarant *Post. in d. observat. 50, numer. 8, Ciriac. controver. 10, numer. 12, & Rota apud Posthi. ubi suprà dec s. 14. numer. 17, & decis. 59, numer. 7, & decis. 110, numer. 6, & decis. 470.*
7 *numer. 10.* Possessore autem existente, non potest procedi ad immissionem eo non citato, *Rota apud Gregor. XV. decis. 500, numer. 5, & in Roman, fideicommissi, de Cigeis 14, Martii 1657. coram Rever. Dunoz.*
8 *Decano, §. nec anteriorem, &c.* Et si procedatur sine citatione possessio acquisita non est manutenibilis, *Andreol. controver. 190, numer. 5, Posthi. d. observ. 50, numer. 4, Rota apud eum decis. 58, numer. 10, & decis. 74, numer. 5, & sequent. & decis. 169, numer. 5. & decis. 189, numer. 4, & apud Gregor. XV. d. decis. 332, numer. 3, & 4, & ibi Adden.*
9 Possessio autem dicitur plena non solùm quando alius possidet, sed etiam quando detinet, ad tex. *in l. 2, §. vacuam, ff. de actio. empt. Mangil. de evict. quæst 33, numer. 1, Adden. ad Burat. decis. 609. Posthi. de manut. observ. 21, numer. 45, Rota apud Greg. XV. decis. 90, num. 2.*

ADDITIO.

10 De materia huius rubricæ aliqua dixi *lib. 1, rubr. 11,* ideò ne eadem repetam, sed solùm aliqua ibi non tradita, pro maiori explanatione materiæ exequutorum testamentorum demonstrem, breviter ab hac me expediam.

11 Igitur quando agitur de executione ipsius testamenti, ut dixi *in d. rubr. 11, num. 42,* causam esse mixti fori, & posse adiri pro ea, tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem Iudices, estque locus præventioni *Giurb, ad consuetud. Messanen. cap. 2, glos. 10, part. 1, numer. 17, Ciarlin. controv. foren. cap. 21, numer. 10, & sequent. Sanchez. consil. moral. tom. 2, dub. 54, per tot.* novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regni Portugal. tom. 4, tit. 50, cap. 15, numer. 453, Oliva de for. Eccles. part. 3, quæst. 35, numer. 1, & sequent. & alii,* quos novissimè citant *Mostazz. de caus. piis lib 1, cap. 12, numer. 8, & 17, & 29, & Manfredi. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 180, numer. 3, Altograd. Iun. controver. 18, numer. 11, Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defens. 1, cap. 13, numer. 6, Carleval. de iudic. tit. 1, d s. 2, numer. 333, Fontanel. decis. 288, num. 3* quòd in Cathalonia procedit absque controversia, ex quo reperitur id expresse dispositum per concordiam, de qua *in 2, volum. Constit. titul. de lexas pias;* hoc tamen intelligendum venit si omnes exequutores (quos manumissores appellamus) sint sæculares; nam si aliquis, vel omnes ex eis fuerint Ecclesiastici, non est causa mixti fori, nec locus est præventioni, sed solus Ecclesiasticus est competens, nam ipsi in re indivisibili, ut digniores, attrahunt alios ad suum forum, *Carol. de Graff. de effect. Clericat. effect. 1, numer. 491, Gail. de pace public. cap. 6, numer. 20,* & cum his

Fon-

Fontanel. d. decis. 288, numer. 4, & 12. ubi ita declaratum tradit, & sic practicari inconcussè, & fuit ultimè anno 1662. declaratum per Cancellarium Sunyer Episcopum electum Vicen. in causa Manumissorum Caroli Bertrola Domini de Llanera; contra Franciscum Ordano Mercatorem, patrocinante doctissimo sanè viro præceptore meo Iosepho de Orlau in civitate Barcinonę celeberrimo causarum potrono. Licèt quo ad

12 legata prophana executionem privativè ad Iudicem sæcularem spectare tradat ibid. numer. 335, & sequent. & cum eo Fragos. de regim. Reipub. Christ. an. part. 3, lib. 5, disp. 8. numer. 495, Barbos. de offic. & potestat.

13 Episc. allegat. 82, numer. 14. Itaque potest Ecclesiasticus procedere tantum contra executorem testamentarium laicum, quòd officium Iudicis imploret, ut hæres, possessorve hæreditatis compellatur voluntatem testatoris adimplere; non verò habet iurisdictionem contra hæredem laicum, vel tertium possessorem; imò ii omnes conveniendi sunt coram Iudice sæculari, Antun. Portugal. de donatio. Regn. tom. 1, part. 2, cap. 31, numer. 65, & sequent. & conducunt tradita per Capon. controv. foren. controv. 54, numer. 20, & anteà numer. 13.

14 Executores autem testamentorum, si nullus in testamento sit datus hæres, seu locus pius sit hæres institutus, loco hæredum habentur; Sanchez. consil. moral. tom. 2, dub. 46, numer. 1, & sequent. Barbos. in cap. Cum sibi, 13, de testam. num. 3, Manfrell. ad Ca. ic. Latr. observat. 14, numer. 18, & sequent. Altimar. de nullitatib. rubr. 11, quæst. 33, numer. 7, & 12, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib. 1, tom. 4, tit. 62, numer. 6, pag. 610, ubi plures Doctores citat Ioseph. Rosa consult. 36, numer. 25, & sequent. Valenzuel. Velazq. cons. 60, numer. 9, Fab. Capy. Galeota controv. 32, numer. 5, lib. 2, Modern. Castald. consult. foren. 8, numer. 17, Velasc. consult. 68, numer. 3, & 4, Redenasc. cons. 97, numer. 2, Altograd. cons. 75, numer. 2, Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 3, lib. 5, disp. 8, numer. 504, novissimè Mostazz. de causis piis lib. 1, cap. 11, numer. 56, Carol. Ant. De Luca animadver. ad discept. Gratian. animad. ad cap. 329, numer. 2, & sequent. Passerin. à Sextula in cap. Religiosus, 2. de testament. in 6, §, sanè numer. 4.

15 Si autem datus sit hæres in testamento, vicem hæredis executores non sustinent, Altimar. d. quæst. 33, numer. 8, Carol Ant. De Luca ad Vinten. de Franch. obser. 621, numer. 6, vers. Executor testamentarius, &c. Modern. Castald. d. consult. foren. 8, numer. 17. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 2,

16 gloss. 10, part. 1, numer. 2. Et tali casu meri executores dicuntur, nequeuntque movere actiones contra hæredes testatoris, debitores hæreditatis convenire, aut distrahere bona, ut legatarii satisfiant, nisi ad legata ad pios usus, seu in alimentorum causa distribuenda solvendum, Castill. de aliment. cap. 54, numer. 2, & sequent. & ibi Meli. numer. 2, & 12, ubi per tot. cap. plura de executoribus testamentorum adducit, videndi Altimar. d. quæst. 33, numer. 10, & sequent. Pegas ubi suprà numer. 95, & seq. & dict. tom. 4, lib. 1, tit. 50, glos. 4, per tot. Carol. Anton. De Luca ad Grattan. ad d. cap. 329, numer. 13, Mostazz. dict. cap. 11, numer. 62, & sequent. Passerin. ubi

17 suprà numer. 122. Benè tamen possunt voluntatem testatoris declarare, & interpretare, quæ talis fuisse præsumitur, qualis à executoribus fuit observata, Bonden. collect. legal. 50, numer. 221, & conducunt Doctores citati per Pegas d. tit. 62, numer. 143, Fragos. de regim. Reipub. Christian. tom. 3, lib. 5, disput. 8, §, 16, numer. 501, Capon. controver. 54, à numer. 10, ubi tradit, an hæc facultas declarandi sit cessibilis, Passerin. ubi supr. numer. 121. à qua quidem declaratione resilire non possunt, nec eis licet variare, Pagnan. in cap. Nos quidem, de testam. n. 70.

18 Pariter executores testamentorum non habent potestatem exequendi in solidum, nisi eis à testatore sit tributa, Altimar. d. quæst. 33, numer. 33, & sequent. Carol. Ant. De Luca d. observ. 621, numer. 1, Pegas ubi suprà numer. 65, Palma Filius consult. 11, numer. 2, & sequent. Giurb. obser 3, numer. Passerin. à Sextula ubi suprà, Sanchez consil.

19 moral. tom. 2, dub. 44, numer. 1. Vel nisi alii fuerint mortui, aut in longinquis partibus, vel cùm legitima causa noluerint acceptare; quia tunc superstes, seu qui remanent possunt voluntatem testatoris exequi facere, ex quo inter eos est locus iuri accrescendi, aut non decrescendi; Altimar. loc. citat. Eminen. De Luca de testament. discur. 45, numer. 10, & discur. 56, numer. 12, Pegas ubi supr. numer 115, Capon. d. controv. 54, numer. 27, Passerin. à Sextula ubi supr. numer. 1, 15, & sequent. San-

20 chez. dict. dub. 44, numer. 3. Quapropter pro cunctis quæ tibi occurrerint de hac materia recurre ad Doctissimum Altimar. Meli. Carpan. Castill. Luca. Giurb. & ad Doctissimum Pegas d. tom. 4, tit. 62, Fragos. ubi suprà d. §. 16, signanter ad Modern,

Meshazzi in locis suprà citatis, & Carol. Ant. De Luca ad Gratian. ad cap. 62, per tot. qui an pro legatis piis detur via executiva tractant, & ad alios ab his citatos, & reperies cuncta quæ exposceris.

21 Nota pro coronide unum, quòd contra
istos exequutores testamentarios, seu
imò in eorum bonis, iuxta magis communem, & receptam sententiam, datur hypotheca tacita legalis, sicuti datur contra Tutores, & Curatores, ut citatis *Peguer. Ricc. Carpan. & aliis* tradit *Eminen. De Luca de tutorib. discurs.* 10, *numer.* 8, *Gurb. ad consuetud. Messan cap.* 2, *glos.* 10, *part.* 1, *numer.* 41, ubi *num. sequent.* latiùs hanc ma-
22 teriam præscindit; istique executores te-
nentur ad interesse, seu quanti interest investimentum pecuniæ esse factum, casu quo ad eam investiendam fuerint negligentes, & penes se retinuerint *Eminen. De Luca dict. discur.* 10, *num.* 10.

23 Si tamen plures fuerint dati exequutores, & ipsi in exequutione dissentiant, seu non concordent, datâ paritate, aut disparitate, quid sit exequendum, & fiendum tradunt latissimè *Passerin. à Sextula in d. §. Sanè, numer.* 26, ubi *Carp. & alios* citat. *Sanchez consil. moral. d. tom.* 2, *dub.* 45, *per tot. Pacian. de probationib. lib.* 1, *cap.* 47, *num.* 107, *& sequent. Gurb. ad consuetud. Messanen. d. cap.* 2, *glos.* 10, *part.* 1, *numer.* 6, *& seq.* ubi *per tot. dict. glos.* tractat matteriam hanc exequutorum testamentorum.

DE ADITIONE HÆREDITATIS, ET CONFECTIONE INVENTARII.

Rubrica XXXIV.

QUi hæreditatem adire voluerit cum beneficio Inventarii, iuxta l. fin. C. de Iure delib. habeat solummodo tempus XV. dierum à die notitiæ Mortis, ad deliberandum, & conficiendum Inventarium eorum bonorum, quæ essent in Civitate Eugubii, vel eius Districtu: Pro aliis verò bonis extra Territorium dies unus addatur, & assignetur pro viginti milliaribus, tàm in eundo, quàm in redeundo. In Confectione autem Inventarii Notarius præponat in specie Citationes factas de omnibus Legatariis, & Creditoribus, certis, & de incertis in genere per affixionem Citationis cum Cedula ad Valuas Palatii, & alia loca solita, & deinde is, sive, hæres, aut alius eius nomine ordinatim describat, & diligenter annotet omnia in hæreditate reperta, salvo iure addendi, & minuendi, si, & quatenus de iure addenda in hæreditate comperirentur, sive minuenda essent: Quod si Hæres Inventarium fideliter non confecerit, sed fraudolenter aliquid occultaverit, teneatur in duplum rei occultatæ Creditoribus

Hæres autem alio beneficio frui non possit, quàm quòd ultra vires hæreditatis non teneatur: Et Creditoribus de dictis bonis, adhibitis Æstimatoribus communiter eligendis, cum augumento decimæ partis satisfacere debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus ad adeundum minoribus non currit, vel eis datur restitutio.*

2 *Tempus ad adeundum cum beneficio inventarii currit à die aditæ hæreditatis, non à die mortis, & numer.* 29.

Non autem à die scientiæ, num. 3.

4 *Statutum concedens creditoribus accipientibus bona insolutum certum lucrum, est ordinatorium.*

Et est de iure validum, num. 5.

6 *Inventarium factum elapso termino à statuto præfixo est nullum.*

Ita ut non sufficiat illud incipi intra dictum terminum, num. 7.

In-

Intellige, ut num. 37.

8 *Statutum compellens ad accipiendum bona insolutum, comprehendit credita iurata.*

9 *Terminus ad adeundum hæreditatem non potest porrogari per Iudicem.*

Et an possit porrogari per Principem remissivè, num. 10,

11 *Statutum quod bona adiudicentur creditoribus procedit, si non inveniatur emptor.*

12 *Heres beneficiatus dolosè occultans rem hæreditariam, quam pœnam incurrat.*

13 *Hæres beneficiatus quamplures utilitates consequitur de iure.*

14 *Inventarium sufficit fieri secundum consuetudinem loci.*

15 *Inventarium in dubio præsumitur rectè factum.*

Et illud non fuisse factum, vel nulliter fuisse factum paria sunt, num. 16,

17 *Heres beneficiatus non gaudet beneficio inventarii, nisi reddita ratione de bonis.*

18 *Inventarium est faciendum in loco ubi adsunt bona.*

19 *Clericus hæres Clerici, vel laïci tenetur facere inventarium coram Iudice laïco.*

Et eo magis laïcus hæres Clerici, numer. 20.

21 *Hæres pro legato pio non tenetur ultra vires, cùm Ecclesia non possit exigere legatum ultra vires hæreditarias, num. 22,*

23 *Hàres beneficiatus potest dare de inventarii beneficio, etiam post sententiam.*

24 *Heres beneficiatus promittens solvere debita hæreditaria, an amittat beneficium inventarii.*

25 *Hæredi in Cathalonia non reperitur terminus præfixus ad faciendum inventarium, sed insequitur ius commune.*

27 *Aditio hæreditatis non præsumitur; sed est probanda.*

Probatur tamen præsumptionibus, & coniecturis, num. 27,

Non tamen ex renunciatione, seu cessione momentaneis factis in favorem vocatorum hæreditatis non adita, num. 28,

Nisi fieret id per acta separata, n. 29,

Vel in favorem extranei, num. 30.

31 *Adeundi ius in bonis nostris non est.*

Et ita non potest cedi, aut transmitti, num, 32.

33 *Immissio non præsumitur, & est concludenter probanda, benè tamen si filius ut hæres agit.*

Ius autem immiscendi per filios ad quoscumque hæredes transmittitur, n. 34.

Et non ut acquirendam, sed ut acquisitam hæreditatem, num. 35,

36 *Inventarii materiam qui tractant, & n. 25.*

38 *Inventarii omissio non nocet, quando aliundè hæreditas est certa.*

40 *Heres intra tempus conficiendi inventarii, nequit conveniri, ac molestari.*

41 *Inventarium ab uno confectum, quando aliis possit.*

42 *Inventarium de bonis Clerici, iacente hæreditate, est coram Iudice Ecclesiastico fiendum.*

Secùs hæreditate adita à laico instituto hærede, num. 43.

44 *Appellare non licet à sententia demandante inventarium confici.*

ANNOTATIO.

1 Tempus à statuto præfixum ad adeundam hæreditatem cum beneficio Inventarii quod non currat minoribus, vel saltem quod ipsi restituantur adversus illius lapsum tradit *Gargiar. Iun. cons. 11, numer. 15, & sequent. lib. 1.* licèt quòd illud currat sed ei detur restitutio, voluerit *Odd. de restit. in integr. quæst. 89, art. 7, ferè per tot.* ubi dat concordantes, & *Balth. Tomas. in tractat. de Invent. cap. 2, numer.* 18, ubi concordantes.

2 Quòd verò de iure communi tempus ad adeundum hæreditatem cum beneficio Inventarii currat à die aditionis, non autem à die mortis, habet. *Adden. ad Paitell. expedit. 72, numer. 43, & sequent. Balthasar. Thomas. de invent. cap. 2, numer. 5, Ciriac. controver. 177, numer. 5,* ubi testatur de communi opinione, & plures dat concordantes *Capic. Latro decis. 129, numer. 15, lib. 2, & Rot. in Anconit. restit. in integr. 24, Ianuarii 1642, coram Cardin. Cerro, §. Imò cùm tempus, &c. & in Rom. seu Urbevet. pecuniaria; 27, Novembr. 1647, coram R. P. D. Rojas, & §. primò quia, &c. & in Romana fideicomm. de Marianis, 3, Iunii 1647, §. non obstat, &c. coram R. P. D. Rojas*, & dixi ego *in meo tractat. de hæred. simpl. & benef. art. 1. numer.* 406. Non

3 autem incipit à die scientiæ, ut declarat *Ciriac. ubi suprà.*

4 Supradictum statutum concedens augmentum decimæ partis creditoribus accipientibus bona insolutum pro eorum creditis dicitur respicere ordinatoria, *Ursell. in exam. apum, concl. 52, sub numer. 15, Posth. de subhast. inspect. 51, numer. 6, Rota apud Burat. decis. 96. numer. 15,* licet illud concernere decisoria dixerit idem *Posth. ubi su-*

5 *prà inspect. 29, numer. 68,* Et est de iure validum, quia dum creditor in uno gravetur accipiendo bona pro pecunia, iustum sit ut

in alio relevetur, ut latè comprobat *Posth.*
de subhast. d. inspect. 51, ferè per tot.

6 Inventarium autem confectum elapso
termino à statuto præfixo est nullum, ut
tradunt *Balth. Thomas. de invent. cap. 8,*
numer. 29, Capic. Latr. decis. 129, numer. 4,
part. 2, qui tamen *numer. 16,* dicit, quòd
7 modica mora excusat, ut ibi per eum, &
quòd non sufficiat, illud incipi intra di-
ctum terminum à statuto præfixum si extra
terminum perficiatur, not. *Balth. Thomas.*
de invent. cap. 3, numer. 29, & ego in d. tract.
de hared. art. 1, n. 410.

8 Quod verò dictum statutum cogens cre-
ditores ad accipiendum bona hæreditaria in
solutum pro eorum creditis etiam compre-
hendat credita iurata, voluerunt *Amat.*
decis. March. 91, numer. 13, & sequent. ubi
testatur ita fuisse iudicatum, *& Hodier. ad*
Surd. decis. 30, numer. 45, & sequent. ubi
testatur de veriori, & magis communi opi-
nione, & dicit, ita obtinuisse in facto, Quic-
quid generaliter dixerint, quòd statutum
non censetur disponere in materia iurata,
nisi specialiter expresserit *Bald. Alex. Go-*
Zad. Gabr. Decian. & Rimin. relati per
Hodier. ubi supr. n. 46.

9 Dictus tamen terminus quindecim die-
rum ad adeundam hæreditatem cum bene-
ficio inventarii, non potest prorogari per
Iudicem, ut docent *Balthasar. Thomas.*
in d. tractat. de invent. cap. 3, numer. 30,
Capic. Latro decis. 129, numer. 32, part. 2,
& alii per me adducti in tractat. de hared.
10 *simpl. & benef. art. 1, numer. 408.* Utrum
verò id fieri possit per Principem inter Do-
ctores est controversum, ut videre est apud
Rolan. de inventar. part. 3, vers. Item omit-
tendum, &c. apud Phanuc. de inventar.
part. 2, cap. 93, & apud Balth. Thomas. de
inventar. cap. 3, numer. 35, & seq. & alios
per me relatos *d. art. 1, numer. 409.*

11 Statutum autem supradictum volens, bo-
na adiudicari creditoribus cum augmento
pro eorum creditis intelligitur, si non in-
veniatur emptor, vel reperitur, sed non of-
fert iustum prætium, aliàs secùs, ut tra-
dunt *Andreol. controver. 97, numer. 7. Fu-*
sar. de substit. quæst. 532, numer. 4, Man-
gil. de evict. quæst. 52, numer. 12, Ciriac.
controver. 24, numer. 9, & alii per me rela-
ti in tractat. de hæred. simpl. & benef. art.
1, numer. 108, & sequent. ubi retuli contra-
rium tenentes, & dixi ex Rota hæredem be-
neficiatum posse compellere creditores ad
accipiendum bona insolutum quando hære-
ditas non est solvendo, & quando non re-
peritur emptor offerens iustum prætium, ubi
videas de hac materia.

Dum verò in hoc statuto disponitur, quòd
hæres beneficiatus si aliquid occultavit frau-
dolenter de bonis hæreditariis teneatur so-
lum ad restitutionem dupli rei occultatæ, &
sic non amittat beneficium Inventarii, di-
rimit illam quæstionem famosam inter Do-
12 ctores, an hæres beneficiatus fraudolenter
occultans aliquid de bonis hereditariis amit-
tat beneficium inventarii, vel solum tenea-
tur ad duplum rei occultatæ, de qua dixi
latè Ego *in tract. de hæred. simpl. vel benef.*
art. 1, num. 390, & seq.

13 Hæres autem qui adivit hæreditatem cum
beneficio inventarii quamplures consequi-
tur utilitates de iure communi ex dicto be-
neficio, quas latè prosequitur *Rol. de in-*
vent. part. 4, vers. Prima enim, &c. cum
plurib. verb. sequent. ubi enumerat decem
utilitates, inde provenientes nec non *Balth.*
Thom. in tractat. de invent. tit. 13, cap. 1,
& sequent. quas tamen statutum nostrum
tollit non relinquendo hæredi beneficiato
aliam utilitatem, quam quod ipse non te-
neatur ultra vires hæreditarias, & quod cre-
ditoribus de bonis inventariatis adhibitis
extimatoribus communiter eligendis cum
augmento decimæ partis satisfacere valeat,
quod quidem quomodo sit practicandum,
dixi suprà, num. 11.

14 Inventarium verò sufficit fieri secun-
dum consuetudinem loci, ut plenè com-
probat *Pract. Ridolph. part. 1, cap. 9, num.*
176, D. Deluca in Theatr. veritat. & iust.
tom. 9, in tit. de hared. dict. discurs. 17, nu-
mer. 2, Rota decis. 310, numer. 4, part. 5,
recent. & decis. 272, numer. 2, & 8, part. 4,
recent. & dixi ego in tractat. de hared. simpl.
15 *& benef. art. 18, numer. 433,* In dubio au-
tem præsumitur, illud rectè factum, *Alciat.*
de præs. reg. 4, præsump. 20, Osasch. decis.
68, numer. 11, Adden. ad Paisell. exped. 72,
16 *numer. 77.* Et idem est illud non fuisse fa-
ctum, & nulliter fuisse factum, *Ciriac.*
controver. 160, numer. 91, & sequent. Pract.
Ridolph. d. part. 1, cap. 9, numer. 29, D.
Deluca d. tom. 9, in tit. de hared. discurs. 21,
numer. 3, & Rota in loc. per me adduct. in
tract. de hared art. 1, n. 432

17. Et quòd hæres non gaudeat dicto be-
neficio inventarii, nisi reddita ratione de
bonis inventariatis scripserunt *Gratian di-*
scept. foren. cap. 931, num. 26, part. 5. Mu-
noz. de ratioc. cap. 3, numer. 14, Pract. Ri-
dolph. part. 1, cap. 8, numer. 253, Rota decis.
147, numer. 46, part. 11, recent. & decis.
407, numer. 4, part. 12, recentiorum, & de-
cis. 31, numer. 3, part. 13, recentiorum, &

fir-

firmavi ego *in d. tractat. de hæred. articul.*
18 *3, numer. 54, & sequent.* Quod quidem Inventarium est faciendum in loco, ubi adsunt bona, vel maior pars illorum, ut tradunt *Balth. Thomas. in tract. de Invent. tit. 10, numer. 1, ubi plures dat concordantes, & Rota decis.274, num.17, part. 13, recent.*

19 Clericus verò hæres Clerici, vel laici tenetur facere Inventarium coram Iudice laico, ut post *Gugliel. de Bened. Rebuff. Carol. de Graff. Adden. & Guid. Pap. & Villadieg.* per eum relatos firmat *Carleval. de iudic. tom. 1, disput. 2, quæst. 5, numer. 346,* benè comprobans licet aliquos contrarium tenentes referat *num.* 345, cum quibus sentire videtur, *Salgad. in laber. credit. part. 1,*
20 *cap. 6, numer. 25.* Et eò magis hæres laicus tenetur facere Inventarium coram Iudice laico quando defunctus est Clericus, non autem coram Ecclesiastico, *Phanuc. de Invent. part. 3, numer. 25, Rolan. de invent. part. 7, quæst. 17, numer. 1, Carleval. de iudic. d. quæst. 5, numer. 337,* ubi testatur de communi opinione, & quamplures adducit ita sentientes, *Thom. decis. Marcb. 89, num. 13,* benè *Buttigl. de success. cap. 1, theor. 12, numer. 13.*

21 Addo prædictis, quòd hæres non beneficiatus pro legato pio non tenetur ultra vires hæreditarias, ut latè comprobat, *Rota decis. 493. numer. 28, part. 4, recent. tom. 2,* quam secutus sum ego *in tractat. de hered.*
22 *simpl. & benef. art. 1, numer. 287.* Cum Ecclesia non possit exigere legatum ultra vires hæreditarias, ut not. *Calvin. de equit. cap. 54, numer. 15,* & alii per me relati *in d. art. 1, numer. 287.*

23 Ac etiam quòd hæres beneficiatus potest dare de beneficio inventarii etiam post sententiam, cùm illam non impugnet, *Gratian. discept. foren. cap. 495, numer. 1, & sequent.* ubi dicit, hanc opinionem esse ab omnibus approbatam, *part. 3, & cap. 660, num. 27, & sequent. part. 4, Ciriac. controver 498, numer. 69, Salgad. in laber. credit. part. 3, cap. 1, numer. 87,* & alii per me adducti *in d. tract. de hæred. art. 1, numer. 319, & sequent.* ubi posui declarationes.

Utrum verò hæres beneficiatus promittens solvere debitum hæreditarium proprio nomine, & cum obligatione propriorum bonorum amittat beneficium inventarii dixi ego *latè in tract. de hæred. simpl. & benef. art. 2, per tot.* videas ibi.

ADDITIO.

25 LEctor benevole! perterritus ex tot, tantisque dicendis in hac rubrica continente materiam tam amplam, ac diffusam aditionis hæreditatis, nempè, & Inventarii, intendo pauca dicere, cum sint omnia trivialia, & penè à ullo Doctore prætermissa; ideóque circa aditionem faciendam per hæredem, nihil reperitur à nostro iure statutario dispositum, sed solum quod insequatur ius commune circa confectionem inventarii per *Const. 1, tit. del inventari fahedor per lo heren* & ita omnia hæc, circa inventarii materiam reperies tractata à *nostris Practicis Cancer. Fontanel. & aliis,* tàm circa hæredem, quàm viduam, unde ad eos recurre.

26 Itaque aditio hæreditatis, cùm in animo consistat, ex soláque voluntate adire volentis dependeat, non præsumitur, sed tanquam quid facti est probanda ipsa voluntas certa & deliberata, non autem suspensiva, aut conditionata, & ita verbis, aut factis est ipsa voluntas, ac animus adeundi declarandus *Modern. De Philip. disert. fiscal. 9, à num. 42, Fontanel. decis. 87, num. 4, & ferè per tot. Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis. 13, num. 1, & sequent. Hunni Encycloped. iur. part. 4, tit. 16, num. 8, D D. citati à Doctissimo Pilaia in addit. ad concid. 82, Iranç. de protestatio. num. 1, & in decis. canon. lib. 2, decis. 10, petit. 9, numer. 23, Capon. discep. 3, numer. 17, & sequent. Bonden. collect. legal. 2, num. 15, & collect. 47, nu. 11, & sequent. Carol. Ant. De Luca ad decis. 60, Vincen. de Franch. num. 3, Conciol. noster. de hæred. simpl. & qualificat. art. 1, à num. 1, Aloy, Mans. consult. foren. 51, num. 4. & sequent.* & pro mille *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 11. quæst. 39, num. 1, & seq.* citans *Fontanel. Gratian. Marth. Conciol. noster, & alios innumeros Sabell. in summ. divers. tract. §. Aditio hæreditatis, numer. 1.*

27 Benè tamen aditio probatur non solùm per verba expressa aditionem denotantia, sed etiam testibus, actibus externis, præsumptionibus, & coniecturis, quas & modos quibus probetur aditio hæreditatis materiámque hanc totam videre poteris penès *Iranç. de protestatio. & Doctissimum illius additionatorem Pilai. concid. 82, cum seqq. Hunni. per tot. dict. tit. 16, part. 4, Manfrell. dict. observ. 13, ad Capic. Latr. Modern. De Philip. disert. fiscal. 9, à dict. num. 42.* & pro mille *Doctissimus Altimar. dict. quæst. 39, à numer. 1.* qui *Fontanel. & omnes alios D D. Modernos* citat *Carol. Ant. De Luca ad Vincen de Franch. dict. observ. 60, per tot. & ad discep. Gratian. cap. 78, num. 12, & 13, Conciol. noster, dict. tractat. de hæred.*

hæred simp. & qualific. art. 1, num. 1, & sequent. Capon. dict. discep. 3, per tot. Vrceol. de transact. quæst. 62, tot. Salgad. in laby. credit. part. 1, cap. 9, numer. 12, & sequent. Fontanel, de pact. glos. 5, à n. 37.

28 Pro magis tamen communi opinione tene, quod hæreditatis aditio non resultat ex renunciatione, seu cessione hæreditatis delatæ, non agnitæ factis ad favorem eius, qui absque cessione succedere poterat, veluti in cohæredem, substitutum, vel legitimum hæredem, ab intestatóque successorem; cum tali casu non censeatur adita hæreditas cessa, imò solum importat nudam abstentionem, ac simplicem privationem, ut locus fiat substituto, cohæredi, legitimo hæredi, aut ab intestato successori; nam licet per modum cessionis id fiat, talis cessio in consideratione non est, nec ipsa momentanea detentio, quæ non ad adquirendum, sed renunciandum fit, *Altimar. d. quæst. 39, numer. 49, & in obser. ad consil. 42, Rovit. lib. 1, numer. 1, Franch. decis. 32, numer. 10, Actolin. resol. foren. 40, numer. 13, Palma Nepos allegatio. 72, numer. 11; Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 101, numer. 26, Vers. Absoluta renunciatio, &c. & ad decis. 14. numer. 8, & sequent. Olea de cess. iur. tit. 2, quæst. 3, numer. 45, Modern. Io. Torre de pact. futur. success. lib. 2, cap. 12, numer. 74.* & disputato articulo *cap. 42, numer. 106 vers. Contrarium, &c. & numer. 107,* præcipuè *113,* qui *d. lib. 2, cap. 1, à numer. 40, & cap. 10. à numer. 1,* multa de his extinctivis renunciationibus tradit *Donade. de renunciat. tom. 1, cap. 50, nu. 2, & sequent. Tondut. quæst. civil. cap. 36, numer. 4,* ubi tradit ex hac renunciatione, ac refutatione laudemium non deberi, quod etiam tenet *Solson.* citatus à *Fulgine. de emphiten. tit. de laudem. quæst. 5, numer. 6,* & novissimè *citatis Valeron. & Olea, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, ad*
29 *lib. 1, tit. 78, 6, 14, numer. 452.* Nisi hæc fierent per duo acta separata, videlicet primo adeundo, deinde cedendo; vel cohæres suam partem in favorem unius ex pluribus cohæredibus cessisset, *Olea d. quæst. 3, numer. 46, & sequent. Torre d. cap. 46, numer. 110. & 114. Altimar. d. quæst. 39, numer. 50, & 51, Carol. Ant. De Luca d. obser. 14, numer. 9,* & pro materiæ renunciationis translativæ, ac extinctivæ discendis consule *Altimar. ad lib. 1, consil. Rovit. obser. 42, per tot.* qui eam latè, ac doctè tractat, & pariter *Donade. de renunciatio. tom. 1, cap. 50, per tot.*

30 Renunciatio autem, & cessio hæreditatis aditæ, seu etiam delatæ, licet momentaneè retentæ factæ extraneo aditionem importat, & ita remanet obligata creditoribus cedentis, ac ita sunt intelligendi *Doctores citati à Manfrell. in addit. ad dict. decis. 13, numer. 10,* & in terminis tradunt *Altimar. d. quæst. 39, numer. 47, & d. observat. ad d. consil. Rovit. 42, numer. 2, lib. 1, Olea d. quæst. 3, numer. 38, & sequent. Carol. Ant. De Luca d. observat. 14, numer. 9, & ad decis. 108, numer. 26, vers. Verùm ego contrarium teneor, &c.*

31 Ius vero adeundi, cùm in bonis nostris non sit, sed sit mera facultas in sola volũtate, & animo consistens sitque personalissimum, à persona instituta inseparabile, *Massini de confisc. bonor. quæst. 36, numer. 3, 23, & sequent. Cancer. var. 3, cap. 21, numer. 157, Olea de cess. iur. d. tit. 2, quæst. 3, numer. 7, Modern. Torre de pact. futur. success. d. cap. 46, numer. 15, 20, 38, & 60,* & pro mille *Modern. Palma Nepos allegatio. 72, numer. 10, Salgad. in labyr. creditor. part. 2, cap. 14, numer. 11, & cap. 25, numer. 82, Aloy. Mansi. consult. foren. 24, numer. 68, Calvin. de æquitat. cap. 272, numer. 50, & cap. 290, numer. 22, Franch. decis. 101, numer. 24, & 27, & ibi Amendol. numer. 2,*
32 *& sequent.* Cedi, aut transmitti non potest, *Olea de cess. iur. d. quæst. 3. num. 9; Amendol. ad decis. 32, Vincen. de Franch. num. 9, Valeron. de transact. tit. 4, quæst. 5, numer. 84,* ubi *Botiller, Viscont. & alios* citat, & pro mille *Doctissimus Antun. Portugal. de donationib. Reg. tom. 2, part. 3, cap. 25, numer. 11, & sequent.* ubi ad saturitatem, & latissimè *Massin. de confisc. bonor. quæst. 36, à num. 1,* & non prætermittendus *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2, cap. 4. numer. 60, & sequent.* qui contrarium tenet, & præscriptibile hoc ius esse sustinet variis ll. & rationibus, quem lege.

33 Immissio autem filii in hæreditate patris, (quidquid alii dicant) non præsumitur; & ideò est probanda per affirmantem; seu per eum, qui in ea se fundat taliter quod creditores hæreditarii tenentur concludenter probare filii in hæreditate patris se immiscuisse, alioquin succumberent, *Burri. de success. tom. 2, lib. 11, tit. 5. numer. 4, Mesa var. resol. lib. 3, cap. 1, numer. 15, Eminten. De Luca de dote discur. 85, numer. 9; Berlich. conclus. sur part. 1, conclu. 27, numer. 3, Aloy. Mansi. consult. foren. 51, numer. 11 & sequent. Sperel. decis. 72, numer. 29, Altim. d. quæst. 29, numer. 41, & præcipuè num. 43, Hunni dict. part. 2, tit. 16, numer. 10, & sequent. Pelaia lib. 2, decis. ... 10, ... 9,* nu-

numer. 23, & ad Iranç. de protest. addit. ad consid. 92, numer. 1, Ridolphin. in pract. part. 1, cap. 5, numer. 26, & sequent. maximè numer. 43, Sabell. d. §, Additio, numer. 1, vers. Quod procedit, &c. Mari. Medic. decis. Senen. 79. numer 1, & sequent. & in addit. ad dict. decis. 79, numer. 1, Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2, cap. 4, §. 39, numer. 55, Severin. ad decis. 338, Sanfelicii pag. mihi 65, lib. 3, vers. Ideò si creditores, &c. Conciol. noster. d. art. 1, numer. 10, ubi numer. 11, limitationes tradit; non tamen prædicta procedunt quando filii ut hæredes patris, aut matris agunt; quia agendo procedit regula, si filius, ergo hæres Gratian. decis. 122, numer. 6, Cenci. de censib. decis. 211, numer. 5, Pascal. de patr. potest. part. 4, cap. 1, numer. 30, Caroc. decis. 43, Morot. cons. 11, numer. 14, Costa de retrotract. cap. 8, cas. 2, numer. 21, & seq. Barri. d. tit. 5, numer. 4, novissimè Conciol. de hered. simpl, & qualific. art. 1, numer. 11, 15, & 16, Christin. Peregrin. Addit. ad Safelic. & alii, quos citat Sabell. in summ. divers. tractat. dict. §. Aditio, num. 1, vers. Quod procedit, &c. Mangil. de subhast. quæst. 159, numer. 7, Bonden. collect. legat. 1, numer. 95, Ridolphin. in prax. d. cap. 5, numer. 30, Posth. de manutenend. obser. 87, nu. 6, novissimè citatis innumeris ex Modernioribus Doctissimus Altimar. de nullitatibus rubr. 11, quæst. 1, numer. 27, & sequent. & ita fuit declaratum per nostrum Regium Senatum die 23. Novembris 1677. referente Magnifico Ioanne de Colomer Regio Senatore in causa Ioannis Poch, & Magdalenæ Casals & Poch coniugum Loci de Vilanant, contra Syndicum, & particulares Loci de Lledò, in confirmationem provisionis factæ per Nobilem Franciscum de Ribera Regium Senatorem, Scriba causæ Preve;
34 Nihilominùs tamen ius ipsum se immiscendi, ad hæredes quoscumque per filium transmittitur, pro mille Doctissimus Autun. Portugal. d. cap. 25, numer. 13, & seq. ubi doctè, & latè Pilaia ad dict. consider. 99. Iranç. de protestatio. numer. 2, novissimè Manfrell. ad Capic. Latr. observ. 84,
35 numer. 3. Et hoc quidem non tanquam acquirendam, sed ut acquisitam hæreditatem, Autun Portugal. d. cap. 25, numer. 17, & conducunt Salgad. in labyr. credit. part. 2, cap. 25, à numer. 66, Cancer. Vela, & alii, quos citat Manfrell. d. observ. 84, numer. 6, Conciol. noster. d. art. 1, n. 67.

36 Inventarii autem materiam iam dixi à pluribus Doctoribus esse tractatam, à paucisque oblitam, & ita præter eos qui de ea integrum tractatum fecerunt, veluti Phanuc. & alios eam vide penès nostrum Cancer. var. 3, cap. 2, Hunni. in Encycloped. iur. part. 4, tit. 17, & penès citatos à Doctissimo Altimar. in dict. tractat. de nullitatib. rubr. 12, quæst. 16. numer. 24. novissiméque eam tractant Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 87, glos. 6, ad §. 4, per tot. & alii, quos citat Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 129, per tot. ac alii, quos citat novissimè d. Pegas tom. 7, tit. 87, §. 8, numer. 1, & seq. ad d. lib. 1, ordinatio, Portugal.

37 Scias tamen, quòd licet hæres, & vidua inventarium non incipiant intra mensem à iure præfixum ad eum incipiendum, dummodò tamen ipsum perficiant intra reliquum tempus ipsis præfixum ad inventarium perficiendum, non privatur beneficio inventarii, imò habentur, ac si intra primos triginta dies eum incœpissent, ut citatis Mangil. Cancer. & aliis tenet, & tradunt Hunni. dict. tit. 17, cap. 2, numer. 8, Fontanel. de pact. nuptial. claus. 7, glos. 3, p. 1, n. 60, & seq.

38 Inventarii autem omissio non obstat hæredi, quando hæreditas aliundè est certa, putà matris dos, Capon. discept. 38, numer. 16, Meli. obser. foren. obser. 59, numer. 5, Aloy. Mansi. consult. 51, numer. 60, Conciol. noster. de hered. simpl. & qualific. art. 1, numer. 454, ubi Giurb. Eminen. De Luca, & alios citat, & pariter id tradit nu. 455, Fontanell. Cancer. Marin. De Angel. Baez. Vivi. Montan. Lanar. citati à Doctissimo à me semper colendo viro Blas. Altimar. ad lib. 2, cosil. Rovit. obser. 54, numer. 9. ubi per tot. obser. invenies casus, in quibus defectus inventarii non nocet hæredi, & alios videre poteris penès Doctissimum Vrceol. in appendice prima ad consult. 19, per tot. Quesada & Pilo desert. 13, à numer. 34, ubi extensè tradit in quibus casibus inventarium ab uno confectum aliis prossit; quamvis non desint Doctores nempè Salgad. Luca, & alii, quos citat novissimè Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis. 44, numer. 14, tenentes, hæredem non conficientem inventarium teneri ultra vires hæreditatis, licet aliundè hæreditas sit certa; tamen prima opinio est tenenda uti magis communis, & æqua, ac rationibus ob quas id fuit statutum conformis; ideò ad ista ipsos consule, & reperies quæ volueris.

39 Ipsum sanè tempus conficiendi inventarium currit secundum magis communem opinionem, à die aditæ hæreditatis, ut tradit

dit hic *noster. Conciol. numer. 2, & citatis Cancer. Gratian. & aliis pluribus* tradit *Hunni d. tit. 57, d. cap. 2, numer. 11, Ciriac. controv. 127. numer. 1.* & ita Regius Senatus noster, referente Nobili Narcisso de Anglaiell Regio Senatore *die 16, Novembris* 1674, declaravit in causa Petri Gonima, contra Annam Gonima, quæ fuit confirmata referente Nobili Iosepho de Ferrer & Vinyals Regio Senatore *die 26, Septembris*

40 *1680.* Scriba dictæ causæ Cervera; Et intra eum nequit hæres in iudicium vocari, à creditoribúsque conveniri, vexari, aut molestari absque nullitatis vitio, ut citatis *Cancer. & aliis quamplurimis* tradit *Huni. dict. cap. 2, numer. 22, Altimar d. tractat. rubr. 9, quæst. 47, numer. 58, & sequent.* ubi materiam reperies digestam cum ampliationibus, ac limitationibus, *Conciol. ubi proximè à numer. 325, & sequent. maximè numer. 345.*

41 An autem inventarium ab uno confectũ, alio prosit; & plura de eo vide apud *Doctores citatos per Olea de cess. iur. tit. 6, quæst. 3, numer. 11, & 12, Fontanel. & alios citatos à Castrejon. in suo alphabet. verbo Inventarium numer. 7, Capon. discept. 38, per tot. Quesada & Pilo d. disert. 13, à numer. 34 noster Conciol. de hæred. simpl. & qualific. art. 1, numer. 297, & sequent. & alios quamplures citatos* novissimè *à nostro Moderno Vilaplana de Brach. Militar. cap. 4, à numer. 25,* ubi *numer. sequent.* decisionibus nostri Regii Senatus resolutum tradit, quando viduis, hæredibúsque gravatis prosit inventarium ab aliis confectum.

42 Scias tamen, quòd inventarium de bonis Clerici defuncti, iacente illius hæreditate, vel hærede repudiante (quidquid dicat *Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2, lib. 4, cap. 7, numer. 33,*) conficiendum est, seu imò eius confectio ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet, ex quo per ipsam hæreditatem iacentem repræsentatur defunctus, censentúrque bona illius de foro, cuius erat defunctus, *Salgad. in labyr. creditor. part. 1, cap. 6, numer. 25, & cap. 2, numer. 48, Autun. Portugal. de donatio. Reg. tom. 1, part. 2, cap. 31, numer. 51, Oliva de for. Eccles. part. 2, quæst, 30, numer. 4, & sequent. Ridolphin. in prax. part. 1, cap. 5, numer. 40. Guazzin. Iun. ad defens animar. lib. 2, defens. 1, cap. 13, numer. 66, Quesada & Pilo controver. foren. cap. 40, numer. 23, & 24,* ubi ita decisum tradit *Urceol. consult. foren. cap. 50, sub numer. 22, Balmaseda de collect. quæst. 19, numer. 8.* ubi ex hac ratione tradit, bona Clericorum, hæreditate illorum iacente, immunia esse à collectis, licet laïcus sit hæres institutus, dummodo hæreditatem non adierit, & ibi infinitos *Doctores Modernos* citat.

43 Mortuo, utem Clerico quando agitur de inventario conficiendo post aditam hæreditatem à laico hærede instituto, seu post adeptam possessionem bonorum, tunc confectio inventarii ad Iudicem sæcularem pertinet, *Autun. Portugal. dict. cap. 31, numer. 49, Vela disert. 40, numer. 74, Carleval. de iudic. tit. 1, disput. 2, numer. 337, Quesada & Pilo d. cap. 40, numer. 25, Oliva d. quæst. 30, numer. 2,* & ita sunt intelligendi, ac concordandi *Doctores citati à nostro Cociolo hic numer. 19, & 20,* aliter eorum dictis non assentirem, cùm contra eos sit communior, ac receptior opinio, propter rationes traditas numer. præcedenti, ad quod videas *Doctores citatos per nostrùm Conciol. in tractat. de hæred. simpl. & qualificat. art. 3, n. 219, & seq.* sic ut dixi intelligendos.

44 Nota pro coronide, quòd á sententia de conficiendo inventarium non datur appellatio suspensiva, *Altimar. de nullitatib. rub. 5. quæst. 23, numer. 4, Salgad. de Reg. protect. p. 2, cap. 16, à n. 40.*

DE OFFICIO NOTARIORUM.

Rubrica XXXV.

Quilibet Notarius quoties fuerit requisitus, si iustâ causa impeditus non fuerit, unicuique roganti suum Officium impertiatur, & Scripturam de rogatis conficiat, & antequam ex loco, & à præsentia Partium recedat, actus ipsius substantiam, Testium Nomina, & locum specificè describat, & Clausulas in Matrice cæteratas secundum stilum in publico Instrumento extendere

tendere possit, & debeat; Contractus omnes intra XV. dies in Libro benè Cartulato ordinatim describat ad pœnam quinquaginta Librarum, illosquè Inventario muniat, omnia diligenter custodiat, & petenti copiam, recepta debita mercede, infra biduum ad summum tradat. Curet etiam iuxtà malorum Constitutiones, ut in ultimis Voluntatibus Monti Pietatis 40. solidi Iure Legati relinquantur, & pro male ablatis incertis solidi decem. Et si per Parochos omittatur, pro insertis habeantur.

Volumus etiam quòd in posterum Hæreditati iacenti detur Curator unus Notarius Iudicis arbitrio eligendus, qui Iura hæreditaria deducere, ac defendere usque in finem Causæ teneatur, recepta competenti mercede de bonis hæreditariis, si adsit, aliàs à Parte petente merces iuxtà Taxam, sivè minor Iudicis arbitrio solvatur.

Utquè prædicta melius expleantur, nullas in posterum in Notarium admittatur minor saltem XXII. Annis; nec ad exercendum, nisi prius in Matricula, soluta solita mercede, describatur.

SUMMARIUM.

1 *Notarii dicti sunt à notis.*

2 *Notariatus ars dicitur honesta, & viris civilibus apta.*

3 *Notarii tenentur conficere instrumenta ad instantiam cuiuscumque.*

4 *Notarii de iure debent esse saltem puberes.*
Et in Cathalonia etatis 24. annorum num. 21.
Et debent habere protocolla ad conservandas scripturas, num. 5.

6 *Notario non creditur, nisi de actu à se rogato.*
Itaut ei attestanti de aliquo instrumẽte non credatur, num. 7.
Secus est si dicat, illud apud eius acta fuisse dimissum, num. 8.

9 *Notarius quando numeratur inter testes ad probandum instrumentum.*

10 *Notarius sibi scribens in testamento incidit in pœnam falsi.*
Fallit si probet per testes veritatem eius quod scripsit, num. 11.

12 *Clericus potest sibi adscribere in testamento favore sua Ecclesia.*

13 *Notarius potest se rogare de testamento ad favorem filii.*
Et ad favorem uxoris, & consanguineorum, num. 14.

15 *Curator hereditatis iacentis, qua adimplere teneatur.*
Per eum exercentur actiones activa, & passiva, num. 26.
Et differt à curatore dolo bonis, & in quibus, num. 27.

16 *Matricula dicitur index in quo describuntur nomina Notariorum.*

17 *Matriculatio Notarii sicut probatur ex matricula.*
Ita cõtrarium probatur ex eadem matricula, num. 18.

19 *Scriptura confecta à Notario non matriculato non probat.*
Contrarium de equitate tenent alii Doctores, num. 20.

22 *Notariorum materiam qui tractant remissivè.*

23 *Notarii debent cognoscere contrahentes, saltem per assertionem testium, aliter puniuntur.*
Et puniuntur pœnâ falsi, falsum instrumentum, licet nullum, conficientes, num. 25.
Sicuti ita puniuntur supponentes scienter, contrahentes, unos pro aliis, num. 24.

28 *Bona vacantia ad Fiscum Regium pertinent.*

29 *Curator hereditatis iacentis potest præsentare ad beneficia patronatus ipsius hereditatis.*

ANNOTATIO.

1 Notarii dicti sunt à notis, quia notis scribebant, idest compendioso scribendi genere, ut not. *Petrus Greger. Tholos. in Sintag, iur. uni. lib. 42, cap. 3, num. 4, & Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 21, in*
2 *prin.* Ars autem Notariatus dicitur honesta, & viris civilibus apta, *Fenzon. in d. cap. 21, numer,* 10, ubi dicit dictum officium non esse

esse vile, nec nobilitatem excludere, ut ibi
per eum, cum quo pertransit *Rota decis.*
594, numer. 3, part. 4, diver. & decis. 555,
3 *numer. 2, part. 4, recent.* Qui quidem No-
tarii tenentur instrumenta conficere ad in-
stantiam cuiuscunque, cùm ipsi dicuntur
servi publici, *Federscb. de Sen. cons. 113,*
in prin. Card. Tusch. pract. conclu. littera
H, concl 74, in princ. licèt hoc non ad-
mittat *Tiraq.* relatus per *Card. Tusch. dict.*
conclus. 74, numer 10. dicens tex. loquen-
tes de servo publico non intelligi de Nota-
rio, sed de servo Reipub. ut ibi per eum.
4 Notarii autem de iure esse debent saltem
puberes, *Bart. in l. impuberem 22, numer. 1,*
& ibi Adden. ff. ad leg. Corn. de fals. Fen-
zon. in d. cap. 21, numer. 6. & in eis esse at-
tendendam ætatis maturitatem dicit *Taver.*
de error. Nota. cap. 1, numer. 2, & 3. Et
5 Notarii omnes de generali consuetudine
debent habere protocollum, & conservare
scripturas, & acta, & illas partibus exhibe-
re, aliàs tenentur ad interesse, ut docent *Fa-*
rinac. de falsit. & simul. quæst. 152, numer.
42, Fenzon, ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 20,
numer. 78, & cap. 33, numer. 2, & Rota de-
cis. 112, *numer. 5, part. 4, recen. tom.* 2.
6 Notario autem non creditur, nisi de
actu à se rogato, *Adden. ad Burat. dec. 95,*
littera A, ubi benè declarant quando hoc
habeat locum, *Rota apud Card. Caval. de-*
cis. 272, *numer. 5, & decis.* 616, *numer.* 10,
7 *part. 5, recen lib.* 2. Itaut Notario attestan-
ti de alio instrumento, etiam si dicat à se
viso, & lecto non credatur, *Posthi. de ma-*
nut. obser. 55. numer. 125, *Rota apud Cenc.*
de cens. decis. 278, *numer. 6, & decis.* 535,
numer. 3, *part.* 1, *recen. & apud Burat. dec.*
8, numer. 5, licèt dicta assertionem Nota-
rii facere magnum adminiculum dixerunt
*Gratian. discept. forens. cap. 737, numer.*20,
part. 4, & Rota apud Gregor. XV. decis.
8 275, *numer. 5.* Si tamen dicat, Instrumen-
tum fuisse apud eius acta dimissum, licet il-
lud non reperiatur, præsumitur tam n ve-
rum, *Rota in Compostell. Coaditur. 9, Maii*
1653. *coram R. P. D. Zarate, §. nec rele-*
vat. Et si Notarius de mandato asserit, il-
lud fuisse à se visum, & lectum ei creditur,
si de illo non quæritur principaliter, sed in-
cidenter, ut dicit *Gratia. d. cap. 737, nu-*
mer. 20. & seq. p. 4.
9 Notarius rogatus de testamento si illud
probetur per testes ipse potest connumerari
in numero testium, *Paregrin. decis. Patau.*
80, numer. 8, Maffin. de confiss. bono. quæst.
28, *numer.* 120. Si verò illud probetur per
scripturam Notarius non connumeratur in-
ter testes *Peregrin. & Maffin. ubi supr.* qui
dant concordantes.
10 Notarius autem sibi adscribens in testa-
mento incidit in pœnam falsi, *l. 1, §. ad te-*
stamenta, ff. ad l. Corn. de falsit. l. 1, in prin.
C. de his qui sibi adscrib. in testamen. plenè
Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150, *nu-*
mer. 175, *Rota decis. 356, numer.* 11, *& seq.*
11 *part. 6, recen.* Nisi tamen Notarius proba-
ret per testes, esse verum quod sibi adscri-
psit in testamento nuncupativo, ut adver-
tit *Farinac. in d. quæst.* 150, *numer.* 183,
& Rota d. decis 356, numer. 13, *& sequent.*
licèt quod adscriptum est non possit petere,
ut declarat *Farinac. in d. quæst.* 150, *numer.*
12 192, *& numer.* 194. Clericus tamen potest
adscribere in testamento legatum relictum
suæ Ecclesiæ, ut latè probant *Thoma. decis.*
Mareb. 247, *ferè per tot. & Rota in Fa-*
nen. hæreditatis 17, *Iunii* 1641. *coram R. P.*
D. Chislerio, §. præterea neque, &c. &
apud Merlin. decis 805, *n.* 8, *tom.* 2.
13 Quibus addo, quòd Notarius potest se
rogare de instrumento ad favorem filii, ut
scripsit *Bart. in l. si pater,* 11, *numer.* 1, *ff.*
ad l. Corn. de fals. quam egregiam doctri-
nam appellat *Menoch. de præsumpt. lib.* 2,
præsumpt. 51, *numer.* 19, *Gratian. de cred. cap.*
3, *tit.* 1, *numer.* 95. Et quando pater nullum
est habiturus usumfructum *Thoma. decis.*
Mareb 247, *numer.* 71. Et ad favorem con-
sanguineorum, & uxoris, ut post *Bart. Ia-*
cobi & Mauri. Apicel. per eum relatos
firmat *Gatt. d. tit.* 1, *numer.* 97, *& sequent.*
& Altograd. cons. 50, *numer.* 128, *lib.* 1. Et
14 pro domino domestico, & pro amico *Tho-*
ma. d. decis. 247, *numer.* 71, *Altograd. cons.*
50, numer. 228, *lib.* 1. licèt contrarium quò
ad Notarium patrem scribentem testamen-
tum pro filio in potestate teneat *Crispol. ca-*
su milit. 49. *n.* 11.
15 Curator verò datus hæreditati iacenti,
quænam adimplere teneatur, & quæ requi-
rantur, ut dari debeat curator hæreditati
iacenti videas per *Capic. decis.* 87, *numer.* 1,
per Garz. de expens. cap. 20, *numer.* 5, *&*
per Manzi. de tutel. & cur. quæst. 12. *prin.*
numer. 7, *& per Balth. Thomas. in tractat.*
var. tom. 2, *in tit. de curat. tit.* 4, *n.* 5.
16 Matricula autem de qua habetur in hoc
statuto intelligitur de illo Indice, in quo
describuntur nomina Notariorum, ut not.
Carpan. ad stat. Mediol. cap. 378, *numer.* 1,
lib. 1, *Surd cons.* 257, *numer.* 12, *& sequent.*
& Rota decis. 184, *numer.* 45, *& sequent. p.*
6, *rec.* & de qua dixi ego *alleg. foren.* 67,
ferè per tot.
17 Sicuti autem matriculatio Notarii pro-
batur

batur ex descriptione illius in matricula,
Hond. conf. 78, numer. 8, lib. 2, Genua de
script. privat. lib. 4, in tit. de libr. matri.
scol. numer. 1, & Rota decis. 236, numer. 9,
18 *part. 11, recen.* Ita etiam ex eadem matricu-
la resultat probatio, quòd Notarius non sit
matriculatus, *Cala glos. unic. §. 2, numer.*
1172, & Genua in d. tit. de libr. matr. scol.
numer. 1. Descriptio autem in matricula
Notarii præsumitur ex lapsu 30, annorum,
licet de illa non appareat iuncta observan-
tia, *Rota d. decis.* 184, *num.* 41, *part. 6, re-*
cent. & dixi ego *d. alleg. foren. 67, n.* 4.
19 Licèt autem scriptura confecta à Nota-
rio non matriculato non probet secundum
Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 31, in princ.
D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom 9,
in tit. de testam. discurs. 33, numer. 14, &
Rota decis. 61, numer. 8, part. 8, rec. Con-
20 trarium tamen quòd constito de Notariatu
præstanda sit fides instrumento Notarii non
matriculati voluit *Rota decis.* 184, *num.* 46,
part. 6, recen. Cum defectus descriptionis
in matricula non veniat attendendus saltem
de æquitate, ne tot, tantæque laudabiles
dispositiones pereant dixerunt *Andreol. con-*
trov. 312, numer. 3, & Rota d. decis. 184, n.
45, & dixi ego *d. alleg. foren. 67, n.* 3.

ADDITIO.

21 PEr *Constit.* 2. nostri Principatus Catha-
loniæ *tit. de Notariis, &c.* extat provi-
sum, quòd Notarii debeant esse ætatis 24.
annorum, & ita evitatur altercatio à iure
communi proveniens, scilicet cuius ætatis
debeant esse Notarii.
22 De Notariis aliqua sparsim in annot. di-
xi, & aliqua non pœnitenda scitu tradunt
Modern. Scoppa ad decis. Gratian. observ.
161, per tot. Paroxa de instrument. editio. tit.
5, resol. 1, Iason. Andreol Bovadil. Amaya,
Pancirol. Botiller. & alii, quos citat *Al-*
timar. post decis. Rovit. in addit. ad decis. 3,
latissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portu-*
gal. tom. 6, tit. 78, per plures glos. & de
Notariis Apostolicis, & aliis plura tradit
Cresp. obser. 15, numer. 152, & sequent. &
latissimè de eis tractat *Fragos. de regimen.*
Reipub. Christian. part. 1, lib. 5, disput. 13,
§. 11, per tot. & ita de eorum officio, obli-
gationibus, ac delictis nihil dicam, tan-
quam materia à legulcis scita, & à Doctori-
bus sæpè recitata, solùm pro tangentibus ad
forum internum deprecor eos qui hanc ar-
tem Notariatus profitentur, quòd legant
Doctissimum Guazzin. Iun. in tractat. ad
defens. animar. lib. 1, defens. 4, cap. 6, per
tot. ubi plura repetient, quæ ipsi attendere
debent, ne in laqueum emergant.
23 Notarii autem debent cognoscere con-
trahentes, saltem per assertionem testium,
nec ipsi habere debent positivam scientiam,
scilicet quòd teneantur cognoscere contra-
hentes, & ita certum est, quòd excusan-
tur à pœna ordinaria falsi, si recipiant in-
strumenta inter personas suppositas, dum-
modò ipsi de fraude, ac dolo non sint parti-
cipes, licèt extra ordinem ob culpabilem,
& vincibilem ignorantiam puniri possint,
Scoppa ad decis. Gratian. observ. 116, num.
1, & sequent. Carol. Ant. De Luca ad
Vincen. de Franch. observ. 262, numer. 1,
& sequent. Ricc. collectan. 713, part. 3, no-
vissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal.*
tom. 6, tit. 78, glos. 8, ad §. 6, numer. 1, &
sequent. & tom. 4, addit. lib. 1, ad ordinat. o.
Regn. Portugal. tit. 50, cap. 2, numer. 30.
ubi dicit, quòd sufficit contrahentes per
duos testes cognosci, *Brilla ad consuetud.*
24 *Neapol. tit. 16, cap. 3, numer. 121.* Suppo-
nentes autem tales contrahentes pro aliis
scienter, pœnâ falsi tenentur, *Ricc. d. col-*
lectan. 713, in fin. ubi *Sesse, & Boer.* citat.
25 Benè tamen Notarii pœnâ falsi puniun-
tur, falsum instrumentum conficientes, li-
cèt instrumentum factum sit nullum, *Bart.*
Gonzal. Olea, Anguian. citati à Altimar.
de nullitatib. rubr. 8, quæst. 15, n. 17.
26 Dationis autem curatorem hæreditati ia-
centi materia tradita hic à nostro Conciolo
numer. 15, perpulchra est, & scitu digna,
quàpropter aliqua de ea dicam, nempè quod
per ipsum curatorem exercentur actiones
activæ, & passivæ hæreditatis, & ita ab eo
possunt redemi census; potéstque præsenta-
re ad beneficia iurispatronatus talis iacentis
hæreditatis, *Altimar de nullitatib. rubr.*
11, quæst. 32, numer. 127, & sequent. ubi à
numer. 102. tradit quæ requirantur ad hoc,
ut curator hæreditati iacenti legitimè detur,
ipsum lege, & reperies materiam suo do-
ctissimo more digestam.
27 Et ita propter propè tradita differt cura-
tor datus hæreditati iacenti, à curatore da-
to bonis, ex quo istæ non ad id datur, ut
personam repræsentet absentis, & eius pa-
trimonium augeat, sed ad id tantum, ut ca-
veat, & curet ne patrimonium diminuatur,
& ideò cùm non plus iuris habeat, quàm si
esset ab ipso absente procurator generalis fa-
ctus; nam & procuratoris constitutio si
qua esset faceret cessare dationem curatoris,
non potest petere restitutionem in inte-
grum, aut transigere, aut quid aliud facere,
quod speciale mandatum requirat, ut hismet

verbis citato *Ant. Fabr.* tradit *Altimar. d. quæst. 32, numer. 131,* ubi *numer. seq.* limitationem affert.

28 Pariter differentia adest inter hæreditatem iacentem, ac hæreditatem vacantem; illa dicitur quando datur hæres, aut ex testamento, aut ab intestato, & speratur hæreditatem adiri, aut est intra tempus deliberandi; ista autem quando nullus naturalis, aut legitimus usque ad decimum gradum hæres existit, quo casu tanquam bona vacantia ad Fiscum cum suo onere devolvuntur, & ita cùm ad Regem spectent non est locus curatori, *Altimar. d. rubr. 11, q. 32, numer. 148, & sequent. Autun. Portugal. de donationib. Reg. lib. 1, part. 3, cap. 14, numer. 1, tom. 2,* ubi *cap. 20, & 21,* tradit quæ personæ Fiscum excludant in succedendo præfatis bonis, & ad id videndi sunt *Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2, lib. 4, cap. 7, numer. 41, & sequent.* & pro mille *Meritissimus, ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 39, numer. 19, & sequent. & in addit. post tom. 2, ad eandem decis. & numer.* eóque citato tradit *Nobilis D. Sebastian. de Cortiada filius suus in tractat. de iurisdi. Capitan. General. cap. 16, numer. 28, Mast. fin. de confisc. bonor. quæst. 25, per tot. Fontanel. Ciriat. Larath. Tondut. & alii citati per Meli. obser. 133, n. 29.*

29 Ex suprà traditis nota, quòd curator datus hæreditati iacenti potest præsentare ad beneficia iurispatronatus ipsius hæreditatis, *Rice. Novar. Campanil. Barbos. Salgad. Vivian. citati à d. Altimar. d. quæst. 32, numer. 130, Autun. Portugal. de donationib. Reg. d. part. 3, cap. 28, numer. 90,* videndi *Doctores citati à d. Frass. de Reg. Patronat. cap. 5, numer. 14.*

QVÆ SVNT DE STYLLO CENSERI APPOSITA, Et styllus quomòdo probetur.

Rubrica XXXVI.

QUia propter ignaviam Notariorum debitæ obligationes quandóque omittuntur, Volumus, quòd omnes Clausulæ, & Obligationes, quæ sunt de Styllo, ab iis appositæ, & pro appositis habeantur, & censeantur. Styllus autem si allegetur, & de eo dubitetur, nullatenus per Folium subscribentium probetur sed per Testes iuratos, sivè dictam eorum fidem iudiciali Iuramento comprobantes, cum Interrogatoriis Partis, si dare voluerit; Possit etiam Iudex, vocatis duobus, vel tribus Notariis peritis, orectenus de styllo se informare, & in actis adnotari facere.

SVMMARIVM.

1 *Notarii simplicitas non debet nocere partibus.*
2 *Instrumenteis censentur apposita, quæ de consuetudine solent apponi.*
3 *Notarius censetur rogatus apponere in instrumento clausulas apponi solitas.*
Non tamen si sint omissa, censetur rogatus de clausulis substantialibus, aut de illis, quæ vires contractui addunt, licet secus sit de his quæ sunt de naturalibus, ac connexis contractus, & nequeunt in abstractione addi, si in matrice non reperiantur, num. 13,
4 *Clausula codicillaris solet in testam. apponi.*
Et clausula constituti, num. 5,
Et promissio de evictione, num. 6,
Necnon etiam hypotheca bonorum, numer. 7,
8 *Styllus dicitur observantia respiciens ordinatoria iudicii.*
Qui non præsumitur, sed debet probari, num. 9,
Et si est circa ordinatoria faciliùs probatur, num. 14,
Et quomodo probetur, num. 15,
Secus si est circa decisoria, quia iste est concludenter probandus, num. 16,
Et quod sit pro eo declaratum, si est contra ius, num. 17,
Si tamen est præter ius sufficit quod

quo-

quomodocumque sit pro eo iudicatum, numer. 18,
10 Statutum mandans styllum probari per testes, procedit in respicientibus decisoria.
11 Styllus est pro lege observandus, & n. 19,
Qui si sit contra ius debet esse praescriptus, num. 12,

ANNOTATIO.

1 PRudentèr quidem ordinatum fuit in hoc
statuto, quòd omnes clausulæ, & obli-
gationes, quæ sunt de styllo in instrumen-
tis censeantur appositæ, & pro appositis ha-
beantur, cùm non sit conveniens, quód
simplicitas, seu ignorantia Notarii debeat
nocere partibus ad tex. in l. fin. & ibi glos.
C. de fideiuss. & not. Castr. singul. 11 &
Merlin. de pignor. lib. 3, quæst. 103, nu. 16.
2 Maximè cùm sit maximè controversum in
iure, quòd in instrumentis censeantur ap-
posita omnia, quæ de consuetudine solent
apponi, uti advertunt Covar. variar. resol.
lib. 1, cap. 15, numer. 9, Valasc. consul. 146,
numer. 15, & sequent. Merlin. de pignor.
d. lib. 3. quæst 103, numer. 15, ubi dicit di-
ctam conclusionem non probari in iure, &
Card. Mantic. de tac. lib. 2, tit. 10, num. 10,
3 & sequent. licèt Notarius censeatur roga-
tus a partibus apponere omnes clausulas de
consuetudine apponi solitas, ut not. Farin.
de falsit. & simul. quæst. 157, numer. 29, &
sequent. & Merlin. ubi suprà, qui testatur
de communi opinione, & dant cōcordantes.
4 Itaut in terminis statuti nostri censeatur
inserta in Testamento clausula codicillaris,
quæ de consuetudine Notariorum solet ap-
poni, R. lan. cons. 7, numer. 27, lib. 4, Me-
noch. de præsumpt. lib. 4, præsumpt. 31, nu-
mer. 4, Merlin. de pignor. d. lib. 2, quæst.
5 103, numer. 10. Et idem est in clausulà con-
stituti, quæ solet apponi Menoch. cons. 37,
numer. 33, & sequent. lib. 1, Card. Mantic.
de tacit. lib. 3, tit. 9, numer. 34, Merlin. in
6 d. quæst. 103, numer. 11. Prout etiam promis-
sionem de evictione haberi pro apposita vo-
luerunt Alex. cons. 28, numer. 2, lib. 2, &
Mangil. de evict. quæst. 20, numer. 1, & 2.
7 Ac etiam hypotheca bonorum, ut not. Me-
noch. cons. 37, numer. 30, lib. 1, Card. Man-
tic. de tacit. lib. 11, tit. 3, numer. 21, Fonta-
nel. de pact. nupt. claus. 4, glos. 25, numer. 74,
Cyriac. controv. 189, numer. 31. & hanc esse
communem opinionem testatur Merlin. de
pignor. in d. quæst. 103, numer. 18, & sequent.
licèt aliquos Doctores contrarium tenentes
adducat, & ipse posteà distinguat, ut ibi per
eum.

8 Styllus autem in terminis statuti nostri
dicitur observantia, seu consuetudo, quæ
respicit ordinem scribendi, & procedendi
in iudicio, Bart. in l. de quibus 31, num. 10,
ff. de legibus, Ias. in l. 1, numer. 8, Cod. de
Sacros. Eccles. Fenzon. ad statut. Urb. lib. 1,
cap. 75, numer. 3, & 4. aliter etiam decla-
rans differt autem styllus à consuetudine si-
cut species à genere, cùm styllus sit propriè
alicuius personæ, vel officii observantia,
consuetudo vero est generalis in quibuscun-
que personis, & actibus, ut post Bart. Ang.
& Deci. per eum relatos declarat Fenzon. in
d. cap. 75, n. 11.
9 Styllus verò cùm sit facti non præsumi-
tur, sed debet probari per allegantem, Fen-
zon. in d. cap. 75, numer. 15, Rota apud
Card. Ottobon. decis. 271. numer. 23, & apud
Bichium decis. 477. numer. 11, tom. 2. Et
probandus est in terminis, de quibus adest
controversia Surd. cons. 74, numer. 13, lib. 1,
Fenzon. d. cap. 75, numer. 18, Rota apud
10 Card. Mantic. decis. 357, num. 4. Disposi-
tio verò statuti nostri volentis, styllum esse
probandum formiter per testes iuratos cum
interrogatoriis partis habere locum quando
styllus respicit decisoria benè probant Fen-
zon, ad statut. Urb. dict. cap. 75, numer. 23,
& sequent. & adden. ad Gregor. XV. decis.
484, litera B, Giurb. observ. 73, numer. 27,
Rota decis. 215, numer. 2, post 2. lib. cons.
Farinac. Secùs quando respicit ordinem iu-
dicii, quia tunc cum agatur de levi præiu-
dicio Iudex potest de illo se informare in
camera, ut declarant Fenzon & Adden. ad
Greg. XV. ubi suprà proximè.
11 Styllus autem, ut suprà per testes proba-
tus pro lege est observandus cap. ex literis,
11, & ibi Abb. & Aret. de constit. Fenzon.
ad dict. cap. 75, numer. 28, Rota apud. Bich.
decis. 531, numer. 6, tom. 2. Itaut acta con-
tra illum facta sint nulla, Fenzon. ubi supr.
numer. 31, & numer. 35, & sequent. ubi hoc
declarat procedere in styllo fixo, firmo, &
12 non vario, ut ibi per eum; si tamen styllus
sit exorbitans, sed contra ius debet esse præ-
scriptus Fenzon. ubi suprà numer. 34, plenè
Rota in Urbinaten. Salviani 18. Iunii 1660,
coram Cardin. Celso. §. styllus verò, &c.
ubi aliæ recensentur eiusdem Rotæ deci-
siones.

ADDITIO.

13 CLausulæ autem de styllo, ac solitæ, si
fuerint omissæ non subintelliguntur,
quando substantiales sunt, aut de illis quæ
augent obligationem, aut robur, & vires
contractui addunt, eiúsque naturam immu-

tare, evertere, aut alterare possunt, nequè de istis Notarius rogatus censetur, nec eas quamvis consuctus, & solitas apponi instrumento, adiungere poterit; benè tamen quæ sunt de naturalibus contractus, quæque cōtrahentium mentem magis coadiuvant, explicant, & declarant; quia de his Notarius præsumitur rogatus, *Hermosill. glos. 8, leg. 32, tit. 5, part. 5, numer. 8, & sequent. Urceol. consult. foren. cap. 31, per tot,* maximè *numer. 3, & sequent. Bonden. collect. legal. 1, numer. 10, & sequent. & collect. 23, num. 39, & sequent.* maximè *numer. 48,* novissimè *Pilata decis. canon. tom. 2, decis. 10, de censib. petit. 8, numer. 34, Arias de Mesa var. resol. lib. 2, cap. 33, per tot.* maximè *numer. 4, Maldonat. ad Molin. de primogen. Hispan. ad lib. 4, cap. 7, ad numer. 3, Ciriac. controv. 406, numer. 26, & sequent. Lara in compend. vit. homin. cap. 19, à numer. 28, Rodoer. ad Marin. obser. 196, numer. 8, & sequent. Vela dissert. 20, à numer. 21, cum mult. sequent. Capon. controver. 18, numer. 4, 6, 26, & 27,* qui *Doctores nostros Fontanel. & Cancer.* citant, & in specie tradunt clausulas substantiales, & connaturales, & ita quæ possunt suppleri, & præsumantur, & quæ non, ipsos consule, & non prætermittas *Doctissimum Scoppa, & Doctores ab eo citatos in obser. 161, & 167, ad d. cis. Gratian. numer. 17, & sequent. & Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 567, numer. 2,* & ita si non reperiuntur clausulæ augentes obligationem in matrice, non potest ipse Notarius, seu illius successor in scripturis, dictas clausulas ponere, & continuare in copia auctentica instrumenti, prout ita præcedēte relatione Priorum Collegii Notatiorum Barcinonæ iurata de mandato facta, fuit in Regio Senatu decisum in causa supplicationis per Nobilem Franciscum de Ribera Regium Senatorem, ad favorem Syndici Universitatis Villæ de Cambrils, contra Nobilem Franciscum Monserrat & Vives *die .... Ianuarii 1674,* Not. Riambau, per doctrinas *Urceol. consult. foren. cap. 31, numer. 3, Mascard. de probatio. conclu. 1098, in fin. Cephal. cons. 38, numer. 13, Gait. de credit. cap. 4, quæst. 6, numer. 252, Merlin. Pignatel. contro. 35, numer. 10, Posthi. resol. 110, numer. 26, Fontanel. decis. 400, Fab. in Cod. tit. de fide instrum. def. 18.*

14 Styllus autem, aut procedit circa ordinatoria iudicii, aut circa decisoria, ille sanè facilius probatur per attestationes Causidicorum, curialium, & Notariorum, de eoque potest Iudex se extraiudicialiter informare, & per alios modos traditos à *Doctissimo Altimar. de nullitatib. rubr. 12, quæst. 1, numer. 131, & sequent. Eminen. De Luca de iudic. discurs. 35, numer. 72, Bonden. collect. legal. 49. numer. 42, 43, & 45, Ciarlin. Pacific. Afflict. Guazzin. & alii,* quos novissimè citat *Sabell. in summ. diver. tractat. §. Consuetudo, numer. 6, in fin. &*
15 *numer. 9, in fin.* Quæ probatio Curialium non concluderet, si attestarentur quòd multi, & multoties id servarunt, seu talem esse morem, ac styllum, sed debent deponere ita in aliquo iudicio fuisse iudicatum, *Altimar. d. quæst. 1, numer. 135, Antonel. citatus ab ipsomet Altimar. d. tractat. rubr. 13, quæst. 29, numer. 76, Ciarlin. controv. 253, numer. 13,* & conducunt *Cancer. & alii citati per nostrum Vilaplana de Brach. Militar. cap. 3, numer. 326.*

16 Iste autem styllus qui versatur circa decisoria est legitimè, & formiter parte citata probandus; & ita requiritur, quòd transitum fecerit in consuetudinem strictè, & propriè sumptam, *Altimar. d. rubric. 12, quæst. 1, numer. 129, & sequent. & rubr. 13, quæst. 29, numer. 97, Eminen. De Luca dict. discur. 35, numer. 72, Urceol. consult. foren. cap. 41, numer. 43, Conden. dict. collect. 49,*
17 *numer. 44.* Et iste si est contra ius, cum non valeat provenire à Iudice, vel à Curialibus, qui nihil possunt contra ius, debet probari, quod sit obtentus in contradictorio iudicio, & per aliquam sententiam iudicialem canonizatus, & approbari à Principe, aut venire in notitiam Populi, aut maioris partis, quo casu participat de consuetudine, & sufficit quòd sit legitimè præscriptus, *Cancer. var. 3, cap. 3, numer. 356. Altimar. d. rubr. 12, quæst. 1, numer. 120, & sequent. Passerin. à Sextula in cap. Consuetudinem 1, de consuetud. in 6, numer. 216, & sequent. Modern. Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap. 10, numer. 45, Pegas resol. foren. cap. 1, numer. 18, & sequent. Melis obser. foren. 35, numer. 12, & sequent.* ubi quid
18 de consuetudine; Si autem sit præter ius, sufficit ut probetur sic fuisse iudicatum quomodocumque & sic intelligerem *Doctores citatos per d. Altimar. d. rubr. 12, quæst. 29, num. 76,* tenentes non esse necesse quòd fuerit obtentus in contradictorio iudicio, & *citatos per Pegas d. cap. 1, num. 21.*

19 Utcumque sit, eo existente, sive circa ordinatoria, sive decisoria, ipse pro lege est observandus, aliter nullitatem influeret, ut præter citatos hic à *nostro Canciolo num. 11,* tradunt *Bond n. d. collect. 49, numer. 45, 50, & 80, Cammerat. respon. 24, numer. 61,*

Vela

Velà disert. 20, numer. 34, Scalon. Gazoi phil. lib. 1, cap. 5, numer. 16, Altimar. dict. quaest. 29, numer. 77, cum sequent. & dict. quaest. 1, à numer. 117. Mattheu. de region. Regn. Valen. cap. 12, §. 1, numer. 92, ubi Belloni. Paguet. Gutier. Gratian. Ripoll. Cortiada, Crespi, & alios citat Pilaia dec. canon. tom. 1, lib. 1, decis. 11, numer. 135. videas tamen quos citat Pegas var. resol. cap. 1, numer. 15, & sequent. in quibus locis reperies plura non poenitenda de stylo, ad quos Doctissimos viros recurre, & ipsos cōsule.

DE INSTRUMENTIS NOTARIORUM DEFUNCTORUM, absque licentia non extrahendis.

Rubrica XXXVII.

NVllus audeat extrahere Instrumenta Notariorum defunctorum, nisi de licentia habita à Magistratu, qui talem Notarium pro idoneo, & sufficienti maturè approbaverit; alioquin nulla fides illis adhibeatur: Talisque licentia per Cancellarium Communis, adhibito etiam Iuramento in forma, dicto Notario in Libro Reformationum statim annotanda erit. Praedicta verò instrumenta, sive Scripturae, ab Haeredibus Notarii praedefuncti per inventarium ei assignabuntur, & pro earum extractione Notarius suam mercedem exiget iuxta sequentem Taxam.

SUMMARIUM.

1 *Haeres, vel successor Notarii habens protocolla defuncti tenetur in exemplatione adhibere solemnitates,* cap. Cum Tabellio, de fide instrum.

Fallit stante licentia extrahendi sine dictis solemnitatibus, n. 2,

3 *Licentia extrahendi instrumenta defuncti, non comprehendit instrumenta in foliis, & sine subscriptione Notarii.*

4 *Instrumenta abstracta in partibus in vim compulsoriae, an requirant citationē partis.*

5 *Reassumptio instrumentorum Notarii mortui, absentis, aut impediti, quòmodo fienda, & eius materia remissivè, & num. 7,*

6 *Notarius cogi potest testificari quemodo repetitur in instrumentum in protocollo antecessoris.*

ANNOTATIO

1 HAeres vel successor Notarii si sit etiam ipse Notarius, & habeat penes se protocolla Defuncti, licèt debeat in exemplatione Instrumentorum adhibere solemnitates, de quibus in cap. cum P. Tabello 15, de fide instrum. & per Covar. pract. quaest. cap. 21, numer. 2, & sentit Fenzon. ad sta-
2 tut. Urb. lib. 1, cap. 36, numer. 8. Contrarium autem servatur quando ex statuto, vel Constitutione datur ei facultas extrahendi dicta instrumenta sine dictis solemnitatibus, uti fit in statuto nostro, ut declarant Bald. in auth. si quis in aliquo, numer. 11, Cod. de eden. ubi dicit, simile statutum adesse in Civitate Perusii, Alex. cons. 106, numer. 8, lib. 5, Card. Tusch. pract. conclus. littera E, conclus. 374, numer. 4, & Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 36, numer. 9.

3 Statutum concedens licentiam extrahendi Instrumenta Notariorum defunctorum dicta licentia non extenditur ad Instrumenta reperta in foliis, & carentia subscriptione Notarii, ut not. Menoch. de arbitr. casu 187, numer. 25, & sequent. de Marin. quotid. resol. cap. 196, numer. 2, & 3, & Rota decis. 349, num. 18, p. 9, recen.

4 Instrumenta verò si sint extracta in partibus in vim compulsoriae quando requirant citationem partis pro eorum validitate latè disserit Mascard. de probat. concl. 927, ferè per tot. volum. 2. ipsum consulas.

ADDITIO.

5 MAteria autem huius statuti perpolita sanè est, ideò ipsam, nempè reassumptionem instrumentorum à Notario mortuo rogatorum fiendam per hæredes illius, aut per alium Notarium, cui manualia, protocolla, ac imbreviaturæ, seu primæ matrices fuerunt commendatæ, & practicam, præter citatos hîc à *nostro Conciolo* tradunt *Doctores* præcipuè *Barbos. supr. d. adp. Cam P. Tabellio, de fide instrum. Rioc. collectan. part. 4, collect. 1461. Covall. commun. opin. quæst. 429, & alii citati à Parexa de instrum. edit. tit. 1, resol. 3, §. 3, nu. 119, Modern. Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 167, num. 1, & 3.* & latissimè suo doctissimo more *Modern. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 167. per tot.* penes quos, & ab ipsis citatos invenies theoricam, & practicam huius materiæ, ipsos consule.

6 Unum nota, quòd Notarius cogi potest testificare (non tamen in publicam formam simpliciter) quomodo reperiatur instrumentum cancellatum in protocollo antecessoris, nihil augendo, aut minuendo, quomodovè à parte traditum fuit, *Parexa de instrumen. edit. tit. 5, resol. 1, n. 24.*

7 Reassumptio autem instrumentorum Notariorum viventium, absentium, aut impeditorum quomodo sit fienda, & an ea, rogitúsque possint scribi aliena manu, tradit *Carol. Ant. De Luca ad decis. Vincen. de Franch. obser. 300, per tot.*

DE MERCEDE EXTRACTIONIS INSTRUMENTORUM.

Rubrica XXXVIII.

QUia sæpè contingit dubitari de mercede extractionis instrumentorum ob diversitatem Taxæ Novæ, & Veteris, quas Notarii, ut plurimum ad proprium commodum trahunt: ideò volumus in posterum Taxam esse uniformem, ac ita per omnes observari.

Pro extractione instrumenti cuiuslibet qualitatis Videlicet, Testamenti, Codicilli, Donationis causa mortis, Venditionis, Permutationis, Iurium cessionis, Transactionis, Divisionis, quietationis, Locationis, Mutui, Depositi, Census, Societatis Officiorum, sententiarum, Laudorum, Inventariorum, & aliorum similium.

A Florenis X. usque ad XXV.	Bononeni 16.
A XXV. usque ad L.	bon. 20.
A L. usque ad C.	bon. 24.
A C. usque ad CC.	bon. 32.
A CC. super bononeni decem pro quolibet centinario, dummodò non excedant Grossos trigintaquinque.	Gros. 35.

Quòd si Instrumenta non contineant certam quantitatem videlicet, ultimarum Voluntatum, Transactionum, Permutationum, & similium, si Pars in extractione cum Notario non concordet, liceat Parti ad tollendas difficultates iureiurando affirmare certam quantitatem, ut suprà taxandam, prout hactenus observatum est.

Si verò instrumenta non contineant certam quantitatem, nec Partis iuramento suppleri, seu liquidari possint, videlicet, Mandatorum, Tutelæ, Curæ, & similium. bon. 10.

Pro extractione instrumenti Pacis. bon. 32.

Pro Rogitu verò bononeni XII. à qualibet Parte pro medietate recipiendi: Et Rogitum Notarius teneatur omninò infra decem dies registrare in libro Cancellariæ.

Pro

Pro Extractione compromissi. bon. 12.

Pro Extractione instrumenti Emancipationis, Adoptionis, & Arrogationis, b. 40.

Et si Emancipatio Premium contineat servetur Taxa iuxta quantitatem premii.

Pro Extractione instrumenti Notarii defuncti solvatur quarta pars ultrà mercedem, ut suprà taxatam, & dictam quartam Notarius pro sua extractione recipiat.

Pro extractione instrumenti Forensi, sivè extero facienda duplicetur merces, ut suprà respectivè solvenda,

Declarantes etiam quòd si instrumentum fuerit semel extractum cum debita mercede, si illud de novo ab eadem persona extrahendum sit; Merces pro duabus Tertiis tantùm solvenda erit.

Pro mercede verò Notariorum Registri solvantur pro quolibet instrumento, bon. 6.

Et si esset longa Scriptura possit arbitrio Capitaneorum merces ad summum duplicari.

SVMMARIVM.

1 *Notarius debet habere mercedem pro rogitu, alsàs non cogitur rogare.*

Et ultra mercedem rogitus debetur etiã merces pro extractione num. 2,

Intellige si à parte fuerit petita, n. 6,

Quid autem procedat in Cathalonia, num. 9,

Et ea debetur hæredibus Notarii prædefuncti, num. 8,

Et Notario creditur, ei fuisse petitam extractionem à partibus, n. 3,

Et ei debetur merces pro tota summa, non pro parte, n. 4,

Quæ est dividenda inter hæredes Notarii, & ipsum extrahentem, num. 5,

9 *Salaria Notariorum in Cathalonia sunt taxata, quod iuri communi conforme est.*

ANNOTATIO.

1 Notarius debet habere mercedem pro rogitibus faciendis, alàs non cogitur rogari, & instrumenta conficere, *l. Prætor, 4, in prin. & ibi glos. ff. de eden. Bart. in l. 1, Cod. de Tabellion. lib. 10, & in l. 1, §. 1, ff. furti adver. naut. & caup. &c. Bald. in l. providendum, 7. Cod. de postu. Card. Tusch. pract. concl. littera N, conclus. 102, numer. 1.* Itaut pro sua mercede ei competat actio locati, *Bart. in l. 1, §. 1, ff. de var. cognit. & in l. argentarius, 10, num. 2, ff. de eden. Caroc. de locat. & conduct. part. 1, in tit.*
2 *de fruct. & lit. expen. num. 35.* Et Notarius, cui fuit soluta merces pro rogitu potest petere mercedem pro extractione, *Cagnol. in l. si librarius 93, numer. 21, ff. de reg. iur.* & alii quos refert, & sequitur *Caroc. in d. tit. de fruct. & lit. expen. n. 40.*

3 Quod verò Notario, qui extraxit Instrumentum agenti ad mercedem extractionis credatur, ei fuisse commissam extractionem illius latè comprobat *Caroc. decis.*
4 *122, number. 5, & sequent.* ubi testatur de veriori opinione, Cui Notario debetur merces pro extractione Instrumenti respectu totius summæ, non autem pro illa parte tantùm, pro qua quis vellet uti not. *Surd. cons. 66, num. 8, lib. 1, & Addon. ad Grat. decis. March. 226, numer. 2.* ubi dicunt, secùs esse in legatario qui non tenetur solvere mercedem Notario pro tota hæreditate, sed solùm pro legato, ut ibi per eos.

5 Addo prædictis, quod merces pro extractione instrumenti Notarii defuncti debetur hæredibus Notarii, merces verò pro scriptura levata debetur Notario, qui levavit, ut disponitur in hoc statuto, ut post *Bart. Innoc. Felin. & Celsum* per eum adductos firmat *Caroc. in d. tit. de fruct. & lit. expen. nu. 37.* ubi testatur de communi opinione.

ADDITIO.

6 Hoc quod tradit hic noster *Conciol. numer. 2,* quòd debeatur merces pro extractione, procedit si à parte fuerit demandata, aliter autem si Notarius extraheret, seu levaret instrumentum irrequisitus à parte, nam tunc nulla merces deberetur,

Za-

Zachia de salario quaest. 73, numer. 7, & sequent, ubi *numer. 11*, conciliat *Doctores* tradentes duplicem mercedem deberi, unam pro rogitu, & alteram pro extractione, seu levatione instrumenti, & ita venturi pariter intelligendi *Doctores citati à Doctissimo Parexa de instrum. edit. tit. 5, resol. 1, num. 33, & citati ab ipsomet Zach. de salar. quaest.*
7 11, *numer. 25*. Atque in hac nostra Provincia Gotholana Notarii solùm à partibus solvitur una merces; & pro ea ab ipsis instrumenta sunt tradenda, levata, extensa, & in publicam formam redacta; semel autem instrumentis traditis, pro aliis extractionibus toties exigunt salaria, quoties ea levare requiruntur, sed non integra, & ita procedit quod tradit *Parexa d. resol. 1, n. 34*.
8 Benè tamen si ipsa merces pro rogitu non fuerit soluta Notario prædefuncto, ex quo ipse prædecessisset antequam instrumentum parti traderet, ipsa debetur hæredibus Notarii defuncti, non autem Notario successori, *Parexa d. resol. 1, num. 35*, ad quod videndi. *Bovadil. in politic. lib. 2, cap. 16, à numer. 219*.

9 In hac nostra Provincia Gotholana adest taxa pro salariis Notariorum, ac Tabellionum, quod est iuri conforme, & ita expedit Reipublicæ huiusmodi salaria taxari; ex quo, ut dicit speculat. & tradit *Parexa d. resol. 1, tit. 5, numer. 41*. Tabelliones sunt inhumani in salariis exigendis, adeò ut Reipublicæ voracissimi canes, pauperúmque excoriatores appellari solent, ubi plures alios citat, & *numer. 36*, alios citat materiam hanc salariorum Notariorum, ac Tabellionum tractantes.

DE CLAVSVLA, SALVO IVRE COMMVNIS EVGVBII in qualibet dispositione apponenda.

Rubrica XXXIX.

Maiorum documenta sectantes volumus omnia bona in districtu Eugubii existentia esse Tributaria, & Censualia dicti Communis, iuxta Reformationem ab eo factam de Anno 1345. nec in alium quocunque titulo transferri posse, nisi, Salvo, & reservato Iure Communis Eugubii, aliàs dispositio non valeat, nec ullo unquàm tempore in eius præiudicium præscribi possit, sed Ius ipsum exigendi semper intelligatur esse salvum dicto Communi: Et Notarius, qui dictam Clausulam in qualibet Dispositione non apposuerit, condemnetur in libris XXV. Quod si Dispositio legitimè fiat extra territorium Eugubii à Notario externo, omninò valeat, talisque Clausula pro inserta, & apposita habeatur.

SVMMARIVM.

1 *De supradicto statuto mentionem faciunt Bald. & alii Doctores, maximè Pignatel. & num. 6,*

2 *Testamentum est validum sine dicta clausula, salvo iure communis Eugubii.*

3 *Statutum prædictum non esse in usu, tenent aliqui Doctores.*

4 *Cautela, de qua in hoc statuto licèt admittatur a Bart. impugnatur tamen à pluribus Doctoribus, & d. num. 6,*

5 *Clausula, de qua in statuto efficit, ut forus à quocunque privilegiato declinari nequeat.*

ANNOTATIO.

1 De hoc statuto requirente in contractibus, & aliis dispositionibus clausulam *Salvo iure Communis Eugubii* mentionem facit *Bald. cons. 474, part. 4*, dicens, Testamentum factum extra territorium sine dicta Clausula non valere quoad bona sita in territorio statuentium, & de dicto statuto meminit etiam *Tiraq. de legib. connub. glos. 1, numer. 224*, nec non *Bart. decis. 117, nu. 32*.
2 licet quòd Testamentum sit validum, cùm dispositio dicti statuti non comprehendat institutionem hæredis contra *Bald.* consuluit

luit *Gabr. conf. 169, numer. 57, vol. 1,* cum quo pertransit *Andreol. controver. 63, nu. 6, & sequent.* qui ulterius *numer. 9, vers.*
3 *Praterea, &c.* subiungit, dictum statutum non esse in usu, & idem testatur etiam *Gabriel. d. conf. 169, n. 59, vol. 1.*

4 Cautela autem, de qua in hoc statuto, quâ usi fuerunt Doctores statuentes Eugubini usquè ab anno 1345. efficiendo omnia eorum prædia tributaria Communitatis ad hoc, ut illa pertranseant in quoscunque cum dicto onere collectarum etiam ad Ecclesias licèt videatur approbari per *Bart. licet dubium in l. in rescripto, 6. §. fin. numer. 5, ff. de muner. & hono.* ubi facit mentionem de Eugubinis, cum quo sentire videtur *Barz. d. decis. 117, numer. 32, & sequent.* illa tamen impugnatur à pluribus, & præcipuè ab *Adden. ad Rot. decis. 412, num. 56, & sequent. part. 9, rec. à Fulgin. de iure emphit. in tit. de melior. quast. 10, nu. 16, & à Sperel. decis. 35, num. 33, p. 1.*

ADDITIO.

5 IDeóque per hanc clausulam, *salvo iure,* attrahuntur omnes possessores ad forum illius per quem ipsa clausula fuit posita, & tali reservatione facta, nec forus talis declinari potest à quovis privilegiato, ut latissimè, & disputato articulo, citatis *Fontanel. Ansald. Larrea, Capic. Latr. Censal. & aliis quamplurimis Doctoribus Modernis* tradit *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 3, quast. 17, per tot. maximè n. 6.*

6 Circa tradita hic à nostro Conciolo *numer. 4,* deprecor te ne prætermittas videre *Doctissimos Balmaseda de collect. quast. 19, numer. 25, & Pilaia. decis. canon. lib. 1, decis. 11, numer. 148.* & in terminis nostri statuti Eugubini *Doctissimum Pignatel. consult. canon. consult. 54, à numer. 6.* ubi acriter disputatam materiam hanc tradit, penès quos, & ab eis citatos poteris capere resolutionem quando casus tibi occurrerit.

DE SVSPECTIS FVGITIVIS.

Rubrica X L.

ASserenti aliquem suum Debitorem sibi de fugâ suspectum esse, mandatum de capiendo non concedatur, nisi extraiudicialiter de Credito Iudicis arbitrio docuerit, & suo Iuramento affirmaverit Debitorem bona immobilia in Civitate Eugubii, vel eius districtu, aut saltem libera, & sufficientia non possidere; & si obligationis dies non venerit, de Deterioratione conditionis post debitum contractum Iureiurando docuerit, & tunc Mandatum de capiendo Debitorem concedatur, si Debitum summam Florennorum xx. ascendat, & si debitor petierit statim terminus quinque dierum utilium statuatur Creditori ad iustificandum Creditum, & prædictas qualitates requisitas ad Iuramentum: Quibus ritè, ac legitimè comprobatis, detineatur Debitor donec suo Creditori satisfecerit, vel idoneè caverit de stando Iuri, & iudicatum solvendo. Si verò Creditor prædicta non probaverit, detentus relaxetur, & Creditor ad omnia eius damna, expensas, & interesse statim reficienda omninò per Iudicem compellatur.

Addentes etiam, quòd Iudex redigi faciat in actis Iuramentum Creditoris, Causam suspicionis, & Debitum, & Fieri possit qualibet die in honorem Dei, exceptis Paschalibus, Nativitatis Domini, Veneris Sancti, Ascensionis, Festivitatis Corporis Christi, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis Beatissimæ Virginis, nisi tamen ageretur de magno præiudicio Creditoris, quòd Iudicis arbitrio statuendum erit. Tempore verò Nundinarum Suspectus iurari, & capi non possit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Debitor suspectus de fuga quis dicatur, remittitur Iudicis arbitrio.*

2 *Debitor ut iurari possit suspectus de fuga de iure sufficit iuramentum.*

3 *Suspectus de fuga nemo iurari potest pro modica summa.*

Et ad id creditum debet esse liquidum, numer. 4,

5 *Suspectus de fuga iurari non potest possidens immobilia.*

Et an illa sint sufficientia pro debito remittitur arbitrio Iudicis, num. 6,

Et hoc procedit etiam in forense possidente immobilia in loco sui fori, num. 7,

8 *Suspectus de fuga iurari non potest, nisi ex causis de novo supervenientibus.*

Et deterioratio bonorum non debet esse modica, num. 9,

10 *Suspectus de fuga quis iurari potest, etiam si adhuc dies non venerit.*

11 *Suspectus de fuga quis iurari potest, etiam in diebus feriatis in honorem Dei.*

12 *Iudex incompetens, an possit relaxare mandatum contra suspectum de fuga, remissivè, & num. 17,*

Et an Iudex incapax, veluti laïcus in Clericum, num. 18,

Saltem ad eum coram Iudice laïco praesentandum, num. 19,

13 *Suspectus de fuga potest carcerari, etiam ad instantiam procuratoris cum mandato ad exigendum tantùm.*

14 *Suspectus de fuga potest capi in domo propria, & alia plura de eo.*

15 *Suspecti de fuga captura potest fieri propria creditoris authoritate.*

Etiam cum vulnerando, si resistat, numer. 16,

20 *Captura debitoris suspecti de fuga fit ad assecurandum iudicium.*

Et ideò potest fieri in quacumque die feriata num. 21,

22 *Suspecti debitoris de fuga praxis in Cathalonia, & plura de eo remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Debitor suspectus de fuga quis dicatur, licèt variae sint opiniones Doctorum, ut videre est ex *Caccialup. de debit. suspect. quaest. 1, num. 3, & seq. & ex Menoch. de arbitr. casu 87, numer. 1, & seq.* quas hic nimis longum esset recensere, id tamen relinqui prudentis Iudicis arbitrio voluerunt *Caccialup. in dict. quaest. 1, numer. 11, & Menoch. in d. casu 87, numer. 8, nec-non Card. Tusc. pract. conclus. littera F, conclus. 523, numer. 8.* ubi quamplures recenset fugae coniecturas.

2 Licèt autem de iure communi ad obtinendam capturam debitoris uti de fuga suspecti sufficiat solùm iuramentum creditoris, ut tradunt *Caccialup. de debit. suspect. quaest. 5, numer. 18, Menoch. de arbitr. dict. casu 87, numer. 1, & sequent. Manci de iuramen. part. 4, effect. 6, numer. 3,* & alii plures, quos referunt, & sequuntur *Adden. ad Paitell. exped. 27, numer. 2.* In terminis tamen statuti nostri creditor tria probare tenetur in termino à Iudice sibi assignato ad iustificandam capturam, & primò quòd summa debiti ascendat ad scuta decem, secundò, quòd adsit deterioratio conditionis debitoris post contractum debitum, & tertiò, quòd debitor in Civitate Eugubii, vel in eius districtu bona saltem libera pro quantitate crediti non possideat.

Et quo ad primum statutum aufert illam difficultatem, an summa debita dicatur magna, 3 vel parva cùm pro parva summa nemo iurari possit suspectus de fuga, ut tradunt *Ludov. decis. Perus. 41, numer. 9, Menoch. d. casu 87, numer. 21, Grass. de except. in praelud. 143, & Adden. ad Paitell. d. expedit. 27, numer. 8.* 4 Quod quidem debitum debet esse liquidum; *Caccialup. de debit. suspect. quaest. 3, numer. 13, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 59. numer. 64, part. 2, Adden. ad Paitell. d. expedit. 27, numer. 10.* dicentes, de dicto debito constare debere per Instrumentum, vel per testes, ut ibi per eos plures dantes concordantes.

Quo ad secundum requisitum, quòd debitor non possideat immobilia sufficientia pro solutione debiti, illud concordat cùm iure 5 communi, quo disponitur, quòd debitor possidens immobilia sufficientia non potest iurari suspectus de fuga, ut not. *Caccialup. de deb. suspect. quaest. 1, numer. 9. Bursat. cons. 241, numer. 7, vol. 3, Adden ad Paitell. d. expedit. 27, numer. 20.* dicentes, id 6 remitti an sint sufficientia arbitrio Iudicis, ut ibi per eos; Non sufficit tamen ad dictum effectum possessio mobilium, cùm illa de facili possint occultari, ut docent *Paris. cons. 99, numer. 22, lib. 3, Bursat. dict. cons. 241, numer. 8,* & distinguit *Menoch.* 7 *cons. 87, numer. 13, & sequent. vol. 1.* Quae habent locum etiam in forense, qui si possideat immobilia in loco sui fori sufficientia pro solutione debiti non potest iurari suspectus de fuga, tàm de iure communi, quàm vigore Decreti q. Ducis Vrbini, ut not. *Bald. cons. 285, part. 1, & Deci. cons. 75,*

num.

numer. 2. quos referendo sequuntur *Adden. ad Paitell. d. exped.* 27, *num.* 23.

Probatio verò, quòd debitor deterioraverit
8 conditionem suam post contractum debitum est fundata in iure communi, quo disponitur, quòd debitor non possit curari suspectus, nisi ex causis de novo supervenientibus, ut not. *Caccialup. de debit suspec. quæst.* 6, *sub numer.* 1, *Menoch. de arbitr. d. casu* 87, *numer.* 16, *Mascard. de probat. conclus.* 823, *numer.* 9, *lib.* 2, *Carpan. ad stat. Mediol. d. cap.* 69, *numer.* 65, *& Adden. ad Paitell. d. exped.* 27, *numer.* 13, *& seq.* ubi declarant, hoc habere locum quando creditor habebat notitiã status debitoris de tempore contracti debiti, aliàs secus, ut ibi
9 per eos. Quia deterioratio conditionis debitoris non debet esse modica, sed notabilis *Paris. cons.* 101, *numer.* 5, *lib.* 3, *Roman. cons.* 241, *numer.* 6. Quando verò debitor dicatur deteriorasse conditionem suam not. *Adden ad Paitell. d. expedit.* 27, *numer.* 18, *& sequent.*

10 Dum verò statutum admitti posse debitorem iuri suspectum de fuga etiam si dies non venerit concordat cum iure communi, iusta causa subsistente, ut declarant *Seraph. de privil. iuram. privil.* 7, *numer.* 34, *Adden. ad Paitell. d. exped.* 27, *numer.* 26, *& sequent.* ubi causas recenset, *Giurb. decis.* 4, *numer.* 28.

11 Addo prædictis, quòd debitor suspectus de fuga capi potest etiam in diebus feriatis in honorem Dei, ut tradunt *Seraph. dict. privil.* 7, *numer.* 36, *Mancin. de iuram. par.* 4, *effect.* 6, *numer.* 18, *Pir. Maur. de fideius. sect.* 3, *cap.* 37, *numer.* 1, *Mascard. de probat. conclus.* 823, *numer.* 23, *lib.* 2, *& Farinac. de carc. & carcer. quæst.* 27, *num.* 107, licèt in statuto nostro excipiantur Dies Paschales, Nativitatis Domini, Veneris Sancti, Ascensionis, Corporis Christi, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis Beatæ Virginis, nisi ageretur de magno præiudicio creditoris Iudicis arbitrio, licèt secus sit de iure, cùm debitor, suspectus etiam in dictis diebus capi possit, ut declarant *Adden. ad Paitel. d. exped.* 27, *nu.* 45.

12 Vtrum verò Iudex incompetens possit concedere licentiam capiendi debitorem de fuga suspectum, vide *Mascar. de prob. conclus.* 823, *numer.* 25, *& sequent. lib.* 2, *Seraph. in d. privil.* 7, *numer.* 51, *& sequent. & Carpan. ad stat. Mediol. d. cap.* 69, *nu.* 65, *& sequent. lib.* 2.

13 Debitor autem fugitivus potest capi etiam ad instantiam Procuratoris ad exigendum tale debitum etiam sine mandato speciali, ut post *Ias. Alex. & Marsil.* per eum adductos not. *Grass. de excep. in prælud. numer.* 134, de quo vide *Manson. de caus. execut. lib.* 1, *ampl.* 4, *per tot.*

Dixi *in rubr. sequent.* quòd suspectus de fuga
14 potest capi etiam in domo propria, addo hic, quòd ille capi potest etiam tempore noctis, ut not. *Petr. Pecht. de iure sisten. cap.* 7, *numer.* 2, quod ego verum censeo, quia quando periculum est in mora receditur à regulis iuris communis, *Masch. de prob. conclus.* 823, *numer.* 19. *& sequent. lib.* 2, *Antonel. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 4, *nu.* 14, & suspectum de fuga non gaudere beneficiis legalibus not. *Cacci. lup. de debit. suspec.* 8. *quæst. numer.* 2, *& Cardin. Tusc. pract. conclus. littera F, concl.* 524, *numer.* 70, *&* 74. Cùm in extraordinariis ordo sit ordinem non servare, *Caccialup. ubi supr. Card. Tusch. d. conclus.* 524, *numer.* 70, *& numer.* 137. & si ille capi potest in diebus feriatis etiam in honorem Dei, *Grass. de except. in prælud. numer.* 137, ubi quamplures dat concordantes *Antonel. de loco legal. lib.* 2, *cap.* 2, *numer.* 475 potest capi in domo propria, *Grass. ubi supra numer.* 139, *Antonel. dict. cap.* 2, *numer.* 457, potest capi per Iudicem incompetentem, *Antonel. d. cap.* 2, *nu.* 470, *& sequent.* potest capi pendente die, & conditione si suspicio superveniat, *Grass. in d. prælud. numer.* 138, *Adden. ad Paitel. exped.* 27, *numer.* 43. quare ergo non debet posse capi de nocte, quod potius ex quadam observantia sustinetur, quàm quod in iure sit ita cautum, ut videre est per *Rip. de noct. temp. cap.* 71, *in prin. & per Carpan. ad stat. Mediol. lib.* 1, *cap.* 167, *num.* 6.

ADDITIO.

15 ITaque captura ipsius debitoris suspecti de fuga potest fieri authoritate propria creditoris, *Fontanel. Sanfelic. Ripoll. Cuenca, Cevall. Pheb. & alii citati per Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubric.* 12, *quæst.* 10, *numer.* 32, *Valeron. de transact. tit.* 2, *quæst.* 2, *numer.* 23, *Berlich. conclus. iur. part.* 1, *conclus.* 73, *numer.* 25, *& sequent.*

16 Et si debitor armata manu resistat, potest vulnerari, *Cabal. Berlich. Vilossa citati à d. Altimar. ibid. d. numer.* 32, *in fin. Hunni. Encycloped. iur. part.* 2, *tit.* 26, *cap.* 1, *numer.* 6.

17 Et ista captura non solùm potest fieri per Iudicem incompetentem, ut tradit hic noster. *Conciol. numer.* 12, & tradunt *Altimar. d. quæst.* 10, *num.* 34, *& sequent. Hunni. ubi supr. numer.* 10, *Modern. Palma Nepos*

pos allegatio 52. numer. 11, *Doctissimus, ac Nobilis Regens noster Cortiada decis. 69, numer. 5, Boler. de decoct. debitor. fiscal. tit. 2, quaest. 1, numer. 15, & 21, Berlich. d. con-*
18 *clus. 73, numer. 48.* Verùm etiam per Iudicem incapacem, & ita potest Clericus debitor suspectus de fuga, seu imò fugitivus, capi à Iudice, seu debitore laicis, sine periculo excommunicationis, *Altimar. dict. quaest. 10, numer. 33, Boler. d. quaest. 1, numer. 31, Cortiada d. decis. 69, num. 6, Hunni. ubi suprà numer. 9, & 11, Valeron. dict.*
19 *quaest. 2, numer. 34.* Dummodò illum praesentent Iudici Ecclesiastico intra viginti quatuor horas, *Altimar. & Cortiada locis citat. Boler. & alii ibid. num. 32.*
20 Captura debitoris fugitivi, seu suspecti de fuga (cùm fiat ad effectum assecurandi iudicium, & solvendi, *Altimar. dict. quaest. 10, numer. 63, Rota Rom. coram Bevilaqua in una Bononien. pecuniaria 1, Martii 1666. tradita per Modern. Castald. consult. foren. 83, numer. 14, Maldonad. ad Molin. de primogen. Hispan. ad lib. 1, cap. 15, per tot.)*
21 Potest fieri in quacumque die, etiam feriata, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 11.* & tradunt *Altimar. dict. quaest. 10, numer. 69, & sequent. Boler. d. quaest. 1, numer. 14, Cortiada d. decis. 69, numer. 3, & 4, Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iurament. ad privil. 7, num. 11.*

22 Practicam autem, & requisita etiam in hac nostra Provincia Gotholana capturae debitorum fugitivorum, seu de fuga suspectorum, & omnia alia ad hanc materiam spectantia tradunt *Ripoll. Fontanel. Vtlossa, & infiniti alii Moderni citati à dict. Altimar. d. rubr. 12, quaest. 10, numer. 31, cum mult. sequent. Cortiada d. decis. 69, per tot. Hunni d. part. 2, tit. 36, per tot. Boler. d. tit. 2, quaest. 1, per tot.* videndáque est *decis. Rot. Rom. penes Cels. 361, tot.* & pariter *Eminen. De Luca de credito discur. 113, per tot. Leon. praeparat. iudicior. part. 2, praepar. 28, per tot. Benekendor. ad dict. privil. 7, Seraphin. de privil. iuramen. à num. 8, Berlich. d. conclus. 73, ferè per tot. & alii plures,* quos citat non praetermittendus, & praeoculis semper habendus *Emanuel. Alvarez. Pegas resol. foren. cap. 16, num. 90, & seq.* ideo ad eos recurre, & reperies omnia quae volueris, cum copia DD. tractata.

QVOD NVLLVS PRO CIVILI DEBITO CAPI POSSIT in domo, vel Apotheca.

Rubrica XLI.

CVm personalis Executio facienda est, nullus in domo propria, vel aliena, in qua inhabitet, vel etiam in Apotheca propria, vel conducta pro civili debito capi possit, quacunque obligatione, etiam Camerali, non abstante: Et captus absque ulla solutione relaxari debeat, & pristinae libertati restitui: Quòd si quis per sex Menses post relaxatam executionem latitaverit, & non satisfecerit Creditori, etiam in dictis locis capi posse Mandamus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio dicti statuti, quòd nemo capi possit in domo propria concordat cum iure communi, & num. 10.*
Fallit dicta dispositio stante clausula: Renuncians &c. *num. 2.*
Item, si dicto beneficio sit specialiter renunciatum, num. 3,
Cui potest renunciari, num. 4,
Item, fallit stante iuramento, num. 5,
Et in debitore suspecto de fuga, numer. 6, & 16,
Et in debitore fiscali, numer. 7,
Et si quis capiatur in domo propria, quam non habitat, num. 8,
Et si quis capiatur in scalis domui affixis, num. 9,
Et si quis capiatur in hospitio uti viator, num. 11,
Item, quis capi potest in apotheca, numer. 12,
Et regula procedit pro debito civili, secùs pro causa criminali, numer. 13.
14 *Birruarii non possunt pro debito civili frangere hostium domus.*

15 *Ver-*

15 *Verbum* latitare *quid importet remissivè.*
17 *Capi possint in propria domo obligati obligatione camerali, seu scriptura tertii.*

ANNOTATIO.

1 Dispositio huius statuti prohibentis, debitorem capi non posse in domo propria, vel in qua inhabitat, concordat cum iure communi ad tex. *in l. pleriquè*, 18, *ff. de in ius voc. & in l. nemo*, 104, *ff. de reg. iur.* & pro regula tradit *Gabr. com. concl. de malef. concl.* 10, *numer.* 1, *& sequent.* & dixi *ego in resol. crim. in verb. Captura, resol.* 1,
2 *numer.* 1. Quæ tamen dispositio non habet locum stante Clausula: *Renuncians omni legum auxilio*, cùm per illam censeatur renunciatum beneficio *d. leg. pleriquè*, ut voluerunt *Rolan. cons.* 13, *num.* 14, *vol.* 1, *Adden. ad Paitell. exped.* 96, *numer.* 15, *Barbos. de clausul. clausul.* 133, *numer.* 9, *Theod. Rub. in singul. Rot. Roman. tom.* 2, *de clausul. clausul.* 680, *numer.* 12, maximè stante iuramento, *Gratian. discept. foren. cap* 328, *numer.* 23, *&* 24, *part.* 2, licèt *Giurb. decis.* 42, *numer.* 24, dicat, hanc clausulam appositam in executivis principalem dispositionem non
3 alterare, Nisi tamen dicto beneficio sit specialiter renunciatum, sec. *Ias. in d. lege pleriquè in* 13, *fallen. & Gabr. in d. concl.* 10, *numer.* 40, licèt illi non posse renunciari dixerit *Paitell. expedit.* 96, *numer.* 3, cuius authoritates non concludant, & contrarium tenent *Adden. ad Paitell. ibid. numer.* 23,
4 ubi de veriori, & magis communi. Sicuti
5 etiam dispositio dicti statuti non habet locum stante iuramento, *Gabr. d. conclus.* 10, *numer.* 35, *Seraph. de privil. iuram. priv.* 155, *per tot. Carpan. ad stat. Mediolan. cap.* 75, *numer.* 50, *& sequent. part.* 2, *& Manc. de iuram part.* 4, *effect.* 240, *num.* 5. Prout
6 nequè habet locum in suspecto de fuga, *Adden. ad Paitell. expedit.* 27, *numer.* 47,
7 *Morot. cons.* 80, *numer.* 4. Nequè eo gaudet debitor fiscalis *Ias. in d. leg. pleriquè*, *nu-*
8 *mer.* 28, *Morot. in d. cons.* 80, *num.* 9. Nequè si quis capiatur in domo propria, quam non habitat, *Deci. in d. l. nemo in princ. ff. de reg. iur. Ias. in d. l. pleriquè numer.* 23, *Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 34.
9 Prout nequè pariter habet locum si quis capiatur in scalis etiam domui affixis, sed extra domum existentibus, *Ias. in d. l. pleriquè numer.* 16, *Gabr. in d. conclus.* 10. *numer.* 27, *Vulpell. cons.* 120, *numer.* 3, *& Adden. ad Paitel d. expedit.* 96, *numer.* 37, *& seq.* ubi quærunt quid in porticu domus, ut ibi per eos.

10 Debitor etiam de iure communi, ut dixi non potest capi in domo propria, nequè in aliena in qua inhabitat, uti habetur in hoc statuto, ut docent *Bart. Bald. Castr. Ias. & alii in d. l. pleriquè, ff. de in ius voc. Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 30, *Gabr. de malef. dict. conclus.* 10, *numer.* 2.
11 Et etiam si esset in hospitio animo tamen ibi habitandi, & non uti viator, *Ias. in d. leg. pleriquè numer.* 18, *Deci. in d. l. nemo*, 2, *ff. de reg. iur. Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 34, *& sequent. Gabr. d. conclus.* 10,
12 *numer.* 16. *& numer.* 19, *& sequent.* De iure tamen communi non est prohibitus quis capi in apotheca, ut post *Castr. Alex. Ias. & alios* plures ab eo relatos firmat *Gabr. in*
13 *d. conclus.* 10, *numer.* 18. Item, dictum statutum prohibens aliquem capi posse in domo procedit pro debito civili prout loquitur, secùs autem est pro causa criminali, ut declarant *Ang. Castr. Alex. Ias. & alii in d. l. pleriquè Farinac. de carcer. & carc. quæst.* 27, *numer.* 93, *Guazz. defens.* 5, *cap.* 1, *numer.* 23, & dixi ego in *d. verbo Captu-*
14 *ra, resol.* 1, *numer.* 3. Pro qua captura pro debito civili non possunt Birruarii frangere ostia sine licentia Iudicis, *Farinac. in dict. quæst.* 27, *num.* 93, *in fin. Posthi. de subhast. inspect.* 14, *numer.* 75, *Scacc. de indic. lib.* 1, *cap.* 46, *numer.* 9, & dixi ego *in dict. verbo Captura, resolut.* 1. *in fin.*
15 Verbum verò *latitare* in hoc statuto appositum quando verificetur vide *Afflict. ad Constit. Regn. lib.* 1, *rubr.* 47, *num.* 4, *& sequent.* & an debitor possit capi in ostio domus, vide scripta per me *in Resolut. criminal. in verbo Delictum, Resolut.* 9. *nn.* ...

ADDITIO.

16 Debitor autem decoctus, aut fugitivus, seu de fuga suspectus à propria domo extrahi, & incarcerari valet, ut prætet citatos à *nostro Conciolo hic numer.* 6, tradunt *Hunni. in Encycloped. iur. part.* 2, *tit.* 36, *cap.* 4, *numer.* 13, *Beler. de debitor. decoct. tit.* 2, *quæst.* 1, *num.* 16, ubi *Crespi. & alios* citat, novissimè videndus *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. glos.* 40, *ad §.* 36, *tit.* 65, *tom.* 5.
17 Pariter obligati instrumento guarentigiato, seu obligatione Camerali vallato privantur beneficio, *d. l. pleriquè. ff. de in ius vocand.* & ita possunt capi pro debito in propria domo, *Bonden. collect. legal.* 49, *numer.* 94.



Cc DE

DE SEQVESTRATIONE BONORVM.

Rubrica XLII.

SI quis proposuerit coram Iudice suum debitorem suspectum habere, Iudex ad eius instantiam sequestrari faciat de bonis talis debitoris, usque ad quantitatem debiti: Et ille penes quem factum fuerit sequestrum, teneatur rem sequestratam penes se retinere, & custodire, ac nemini dare sine mandato Iudicis, ad pœnam in sequestratione contentam, & ulteriùs parti ad interesse teneatur. Præstita verò à debitore idonea cautione destando iuri, & iudicatum solvendo, sequestrum tollatur, refectis etiam expensis Depositario; si quas fecerit in gubernando, & custodiendo rem sequestratam, & Iudex ad instantiam domini rei sequestratæ, teneatur assignare terminum quinque dierum plus, & minus eius arbitrio sequestranti, ad docendum de credito, qui terminus parte instante, assignari etiam debeat, si fideiussor data non sit; Quo elapso, & non iustificato, intelligatur sequestrum per Iudicem revocatum, & fideiussor liberatus censeatur.

Si verò creditor obtinuerit exequutionem pro eius credito contra debitorem, Iudex mandet pecunias, seu res sequestratas solvi, seu dari creditori, aut super re sequestrata dictam exequutionem consumari, nec possit debitor audiri, si fideiussor obtulerit.

Addentes etiam, quòd si Sequestratarius tacuerit per decem dies, à die præsentationis præsumatur habuisse, & habere in manibus rem sequestratam.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum de iure communi est regulariter prohibitum.*

2 *Sequestra de consuetudine generali indifferenter relaxantur.*

3 *Sequester licèt nemo cogi possit ut rem retinent apud se, & numer. 32.*

Fallit tamen si sequestrum acceptavit, num. 4.

5 *Sequester si solvat, vel rem restituat, tenetur de proprio, & ad damna.*

Etiam si solvat iussu Iudicis, si non opposuit, num. 6.

Et si non appellet secundum Gratian. num. 7.

8 *Sequester tenetur de dolo, & lata culpa tantum.*

9 *Sequestra fieri possunt etiam in die feriato.*

Et in die feriata possunt sequestra revocari, num. 10.

11 *Sequestrum revocatur satisdatione, de stando iuri, & iudicatum solvendi, & n. 28.*

Non tamen factum in causam iudicati, sed sola satisfactione, n. 29.

Et sufficit cautio iuratoria, si persona non sit suspecta, num. 12.

13 *Cautio pro revocatione sequestri prodest tantum illi qui sequestrum procuravit.*

14 *Sequestrū non revocatur satisdatione, quando fuit factum, ut debitor solvat.*

Et quando illud fuit obtentum contra obligatum in forma Cameræ. n. 15.

Et quando sequestrum non revocetur, satisdatione remissivè, num. 16.

17 *Sequester nullum damnum pati debet occasione sequestri.*

Itaut pro expensis præstitis præferatur hypotheca anteriori, num. 18.

19 *Sequestrum factum à pluribus potest revocari ab uno tantum pro sua rata.*

20 *Sequestrum si sit obtentum contra aliquem potest cogi iurare, an sit illius debitor.*

21 *Sequestrari non possunt salaria publica, pensiones domorum, & pecunia depositata.*

22 *Sequestrum alicui factum, quantum durare debeat, & num. 23.*

24 *Appellatio nō datur à revocatione sequestri.*

25 *Sequestrum aliud voluntarium, aliud necessarium.*

Ne-

Necessarium non privat possessione, sed solam custodiam prabet, n. 26,

27 *Sequester necessarius nequit præsentare ad beneficia iurispatronatus.*

30 *Empara, seu sequestri præventivi materiam qui tractant, remissivè.*

31 *Sequestrari nequeunt nomina, seu bona Clerici in manibus laici per Iudicem sæcularẽ.*

33 *Sequester impedit administrationem, & alienationem rerum sequestratarum.*

34 *Solutio facta per sequestrum post inhibitionem eidem factam, ut solvat, non relevat.*

ANNOTATIO.

1 Sequestrum de iure communi est regulariter prohibitum, *leg. 1, Cod. de prohib. sequestr. pec. Card. Tusch. pract. concl. littera S, conclus. 202, numer. 1, & sequent. Caroc. de sequestr. part. 1, quæst. 6, prin. & part. 2, in prin. Pract. Ridolph. p. 1, c. 14, num. 142.*

In decernendo sequestro per Iudicem licèt de iure plura requirantur, de quibus per *Guid. Pap. decis. 246, per tot. per Mascar. de prob. conclus. 1305, numer. 4, lib. 3, per Caroch. de sequestr. part. 3, quæst. 1, 2, & 3, & per Capic, Latr. decis. 197, numer. 3, & sequent.*

2 Hodiè tamen de generali consuetudine sequestra indifferenter decernuntur, & fiunt, benè verò in relaxatione iustificatur creditum, & adhibetur citatio partis, ut not. *Caroc. de sequest. p. 3, q. 3, in fin.*

3 Sequester verò ut rem retineat in sequestrum licèt cogi non valeat, ut not. *Card. Tusc. pract. conclus. littera S, conclus. 204, numer. 5, Caroch. de sequestr. part. 1, quæst.*

4 *4, numer. 2.* Si tamen illud acceptavit non potest postea illud recusare, *Cardin. Tusc. ubi suprà, Caroc. de sequestr. part. 1, quæst. 5, numer. 1, & quæst. 13, per tot. part. 3.*

5 Itaut si ille solvat alteri, vel rem restituat pendente sequestro teneatur de proprio, uti habetur in hoc statuto, ut not. *Card. Tusc. pract. conclus. littera S, conclus. 205, num. 1, & sequent. Ciriac. controv. 358, numer. 16, Rota apud Caputaq. decis. 155, numer. 2, part. 3, & decis. 624, numer. 3, & 4, part.*

6 *4, rec. tom. 3.* Etiam si solvat iussu Iudicis, si non opposuit de sequestro, *Alex. cons. 103, numer. 18, lib. 2,* benè *Rota dict. decis. 624, numer. 7, & 8, part. 4, recen. tom. 3.*

7 Itaut illum teneri etiam appellare voluerit *Gratian. discept. foren. cap. 704, numer. 38, part. 4,*

8 Qui quidem sequester tenetur de dolo, & lata culpa tantùm, itaut si ei auferatur res sequestrata per dominum non teneatur ad aliquid, etiam si ipse non probet, sine culpa sua si fuisse rem ablatam, cùm id incumbat sequestranti, *Card. Tusc. pract. concl. littera S, conclus. 105, numer. 7, & 8, Adden. ad Paitell. exped. 80, numer. 27,* qui dant concordantes *Ciriac. controv. 358, numer. 27.*

9 Sequestrum sicut fieri potest etiam in die feriata, *Curt. de sequest. quæst. 10, Caroc. de sequestr. part. 3, quæst. 36, Adden. ad Paitell. exped. 80, numer. 34, Borell. in summa decis. tit. 37, numer. 235, part. 2.*

10 Ita in die feriata revocari potest, *Caroc. d. quæst. 36, Adden. ad Paitell. d. exped. 80, numer. 35, & sequent.* ubi dicunt, ad revocationem sequestri quemlibet admitti etiam sine mandato, ut ibi per eos.

11 Sequestrum autem revocatur satisdatione de stando iuri, & iudicatum solvendo, cùm medicina sequestri sit satisdatio *l. si fideiussor. 7, §. fin. & ibi Ias. ff. qui satisd. cogan.* & tradunt *Caroc. de sequestr. part. 4, quæst. 2, numer. 1, & sequent. Petr. Maur. de fideiuss. part. 1, sect. 2, cap. 8, numer. 1, & sequent. Capic. Latr. decis. 197, num. 30,*

12 *part. 2.* Itaut sufficiat nuda cautio iuratoria quando persona, contra quem est factum sequestrum est honesta, & non suspecta, *Seraph. de privil. iur. privil. 125, numer. 2, Caroc. de sequestr. part. 4, quæst. 2, numer. 8, Capic, Latr. d. dec. 197, n. 31.*

13 Cautio verò præstita pro revocatione sequestri non prodest, nisi illi, qui sequestrum procuravit, *Posthi. de subhast. inspec. 40, numer. 23, Salgad. in laber. credit. par. 2, cap. 6, numer. 36, Rota decis. 48, num. 5, part. 4, rec. & apud Cenc. de cens. decis. 384, numer. 5, & 6.*

14 Sequestrum autem non revocatur satisdatione quando fuit factum non ad litem agitandam, sed ad finem, ut debitor solvat, putà in exequutionem sententiæ, uti disponitur in hoc statuto, *Curt. de sequestr. quæst. 14, Adden. ad Burat. decis. 595, numer. 9, Themat. decis. March. 51, numer. 10, Rota post Zachi. de oblig. camer. decis. 118, numer. 11, & apud Burat. decis. 653, in princ.* Vel vigore mandati, *Posthi. de subhast. inspec. 18, numer. 167, Zach. de oblig. camer.*

15 *quæst. 37, numer. 95.* Et quando illud fuit obtentum contra obligatum in forma Cameræ, *Zachi. in d. quæst. 37, numer. 94.* ubi dicit contra *Salust.* ita servari in practica *Adden. ad Rot. apud Burat. d. decis. 595, numer. 9.* ubi hoc declarant, *Prac. Ridolph.*

16 *part. 1, cap. 14, numer. 180.* Et quando sequestrum revocari non potest mediante satisdatione plures casus referunt *Ias. in*

dict. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan.
Caroc. de sequestr. part. 4, quæst. 2, per tot.
Adden. ad Burat. d. decis. 595, numer. 9,
& Pract. Ridolph. d. cap. 14, numer. 171,
& sequent.
17 Sequester nullum damnum pati debet
occasione reo sequestratæ, & ideò potest re-
petere; expensas, & alimenta præstita ani-
malibus sequestratis, & alias factas in re se-
questrata, *Caroc. de sequestr. part. 1, numer.*
1, & de loca. & conduc. part. 2, in tit. de se-
questr. quæst. 2, numer. 1, & sequent. Adden.
ad Paiell. exped. 80, numer. 20, Ciriac.
18 *controv. 358, numer. 40, & sequent.* Itaut
quod dict. expensis, & alimentis præfera-
tur etiam habentibus hypothecam expres-
sam anteriorem, ut latè comprobat *Caroc.*
in d. tit. de sequestr. quæst. 2, numer. 2. ubi
quamplures adducit concordantes, & *Ne-*
gus. de pigno. in 3 memb. 7. p. n. 14.
19 Sequestrum factum à pluribus potest re-
laxari ab uno pro sua rata, *Rota Lucen.*
diver. decis. 144, quam refert, & sequitur
Costa de rata. quæst. 114, *numer.* 1. ubi quæ-
rit, an fideiussio sit præstanda pro toto; &
sequestrum factum per aliquos creditores
non impedit, quin alii possint concurrere,
Deci. cons. 109, *numer.* 93, *lib.* 2. quem pa-
riter refert, & sequitur *Costa de re integr.*
20 *distin. 46, numer. 8.* Et sequestrum obtinens,
contra aliquem potest illum cogere ad iu-
randum, an sit debitor illius contra quem
obtinuit sequestrum, ut probat *Ciriac. con-*
trover. 116, *numer. 4, & sequent.* ubi dicit,
quòd si sequester neget cum iuramento non
potest probari contrarium, ut ibi per eum.
21 Res, seu pecunia deposita, pensiones do-
morum, & salaria publica non possunt se-
questrari sub pœna, de qua in *auth. sed iam*
cautum, & ibi Ias. num. 3, C. depos. Licèt
hoc de consuetudine non servari asserat *Ca-*
roc. de loca. part. 2, in tit. de sequestr. 3, n. 2.
22 Sequestrum durare donec durat instantia
tàm si instantia, sit longa de iure communi,
quàm si sit abbreviata per statutum dicit
Ias. in d. l. si fideiussor. 7, §. si satisdatum,
numer. 21, ff. qui satisd. cog. Menoch. Grat.
& Seraph. quos refert, & sequitur *Caroc.*
de sequestr. part. 4, quæst. 1, numer. 1, & se-
23 *quent.* Si tamen sequestrum factum fuit pro-
pter litem, aliàs secùs, & tradunt *Iass. &*
Caroc. in loc. cit. Licèt illud durare donec
lis sit finita per rem iudicatam, & sic etiam
in causa appellationis voluerit *Gabr. cons.*
53, num. 5, lib. 1, & Carpan. ad Stat. Me-
diol. cap. 115, *numer.* 93.
24 Quibus addo, quòd à revocatione se-
questri mediante cautione non datur appel-
latio, ut post *glos. Barb. & Nicell.* per eum
adductos firmat *Grat. discept. foren. cap.*
531, numer. 92, ver. unde cessante, &c. p. 3.

ADDITIO.

25 Aliqua de hac materia dixi lib. 1, in
rubr. 51. & propterea pauca hic adji-
ciam, ex quo à nostro Doctissimo Conciolo
breviter sunt penè omnia pertractata; ideó-
que dicam, quòd sequestrum aliud est vo-
luntarium, aliud necessarium, de isto lo-
quitur nostrum statutum, quo suspectus de
fuga cogitur satisdare de iudicio sisti, & de
iudicatum solvendo, aliter res sequestrata
pro solutione debiti distrahitur *Hunni. En-*
cycloped. iur. part. 3, tit. 12, cap. 1, numer. 12,
& 13, Meli. ad Castill. de aliment. cap.
13, num. 4, & de hoc latissimè agit *Berlich.*
conclus. iur. part. 1, concl. 73, à numer. 14, &
aliqua adducit *Ios. de Rosa consult. 5, per*
tot.
26 Illud namque regulariter non privat pos-
sessione, sed solum præbet custodiam, &
curam rerum sequestratarum, & ita seque-
ster rem ipsam custodire fructus colligere,
& deductis expensis, superfluos reponere,
& conservare tenetur, & si sunt perituri, il-
los authoritate Iudicis vendere debet, face-
re itaque debet in re sequestrata, quæ in re-
bus suis propriis custodiendis facere solet,
& debet, *Boler. decoct. debitor. fiscal. tit. 2,*
quæst. 2, numer. 3, & 4, Moli. ubi suprà dict.
cap. 13, numer. 5, Hunni. d. tit. 12, cap. 13,
per tot. novissimè *Carol. Ant. De Luca ad*
discept. Gratian. animadver. ad cap. 114,
numer. 3, Amaya. in Cod. de Decurionib. ad
27 *l. 2, & 46, numer. 40, & 50.* Et ex hac ra-
tione nequit sequester præsentare ad benefi-
cia patronatus bonorum sequestratorum,
Frass. de Reg. Patronat. cap. 5, numer. 14.
Anton. Portugal. de donatio. Reg. part. 3,
cap. 28, numer. 92, & 93, Amaya. ubi supr.
num. 51, & seq.
28 Itaque, quod cautione istud sequestrum
tollatur, ut tradit hic *noster Conciol. numer.*
11, & tradunt citati à *d. Hunni. hic supr. ci-*
tat. cap. 4, num. 1, & sequent. Berlich. dict.
conclus. 73, numer. 193, & Doctores passim,
29 est ex quo pro securitate iudicii emanat; Si
autem concessum esset in executionem iu-
dicati non nisi actuali satisfactione tollere-
tur, *Moli. ad Castill. d. cap. 13, numer. 11,*
& sequent. Hunni. d. cap. 4, num. 11, Bon-
den. collect. legal. 15, numer. 10, Pac. Iord.
lucubrat. var. tom. 3, lib. 14, tit. 13, num. 206,
Altiman. obser. ad consil. 34, lib. 2, Rovit.
numer. 23. ubi tradit limitationes ad dictam
regu-

regulam, quòd istud sequestrum necessarium cautione tollatur, ipsum consule.

30 Alia plura de hoc sequestro possem in hoc loco annotare, maximè sequestri præventivi, vulgò dicti *Empara*, in nostra hac Provincia Gotholana vitari, sed cum *Ripoll. ad prax. Cur.Vicar.Barchin. rubr.* 3; & ibi *Nobilis Senator noster Amigant, & Cancer. var.2.cap.* 4. multa de eo dixerint; ideò ad eos, & ad suprà citatos, & relatos per *Meritissimum, ac Nobilem Regentem nostrum Cortiada decis.* 35, *numer.* 79, *& seq.* te remittendo me expediam.

31 Pro coronide autem nota unum, quòd bona, seu nomina, aut credita Clerici debitoris existentia in manu laici non possunt sequestrari, seu empari per Iudicem sæcularem, ut pro magis verá opinione tradit *Ripoll. ad Peguer. d. rubr.*3,*Cur.Vicar.Barch. rumer.* 16, & acerrimè disputato articulo, *Cearlin. controver.* 44, *numer.*9, *& sequent.* & latius *controver.* 171, *numer.*1, *& sequent.* quem citat *doct. Meli. d. cap.* 13, *numer.* 7, ad quod videas *Modern. Carol. Ant. De Luca. ad Gratian. cap.* 149, *numer.* 17, *tom.* 1, *& Oliva de for. Eccles. quæst.* 29, *p.* 2, *per tot.* tamen per Regium Senatum nostrum, referente Magnifico Ioanne de Colomer R. C. in causa Galcerandi de Villallonga Domicelli Militis Ordinis Militiæ S. Ioannis Hierosolymitanen. contra Ioannem Henricum Quesi, & Hieronymum Cerverò Mercatores cives Barcinonæ, Notario Galceran, die 13, *Iunii* 1679. fuit declaratum emparam faciendam esse per Iudicem laïcum, licèt iustificatio emparæ sit facienda coram Iudice Ecclesiastico, per doctrinas *Cancer. var.* 2, *cap.* 4, *numer.* 16, *cum seq. Fontanel. decis.* 495, *à numer.* 11, maximè *numer.* 16, *& sequent. Leo decis. Valen. decis.* 89, *numer.* 17, videndus *Noguerol. allegatio.* 19, *numer.* 132, quem citat *Pegas resol. foren. cap.* 11, *numer.* 144, *& alii*, quos citat *Meli observ. foren. observ.* 77, *n.* 3.

32 Circa tradita hic à *nostro Conciol. num.* 3, non omittas videre *Doctores citatos per d. Boler. dict. tit.* 3, *quæst.* 2, *numer.* 11, *& Cearlin. d. controv.* 44, ubi *numer.* 15, *& sequent.* distinctionem tradit satis rationabilem, quos consule.

33 Sequestro autem apposito, interdicta est domino rei sequestratæ administratio, & per ipsum tanquam importans Iudicis interdictionem, ac prohibitionem de alienando, impeditur rei sequestratæ alienatio, taliter quod ea facta nulla est, *Doctissimus Altimar. ad lib.* 2, *consil. Rovis, obser.* 18, *num.*
34 21, *& 22.* Vbi suo more alios Modernos citat; ex quo fit quòd solutio facta per debitorem post mandatum ipsi iniunctum ne creditori solvat, ob alterius interesse habentis illud nomen obligatum non relevat, *Altimar. ibid. num.* 24.

QVOD MVLIER BONÆ CONDITIONIS NON COGANTVR ire in Palatium ad testificandum.

Rubrica XLIII.

MVlier bonæ conditionis, & famæ cogi non possit intrare Palatium pro testimonio ferendo in Civili, vel Criminali Causa, sivè etiam pro responsione ad Positiones, sed eo casu Iudex, sivè Notarius causæ de mandato ad eius domum cum præsentia unius proximioris accedere teneatur, sub pœna xxv. lib. cuilibet contrafacienti.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres bonæ conditionis, & famæ non coguntur ire in Palatium.*

Neque mulieres gravidæ num. 2,

Quæ autem dicantur mulieres bonæ conditionis, & famæ est Iudici arbitrarium, num. 3.

A quo verò sint subministrandæ expensæ pro transmittendo Notario ad eas, num. 4, *& 5,*

6 *Iudex debet se conferre, seu mittere ad domum mulierum honestarum, & bonæ conditionis, remissivè.*

virum, & uxorem, ut suprà, non tamen est
prohibitus inter eos contractus vicissitudi-
narius, Cravet. cons. 245, numer.11. Ciriac.
controver. 181, num.50.
12 Donatio inter virum, & uxorem facta
præcipuè sine iuramento potest revocari ta-
citè, & expresse, Io.Oinot. Instit.de donat.
13 in tit. de donat. int. vivos numer.65, expres-
sè autem revocatur sola pœnitentia Io. Oi-
not. loc cit. Card. Mantic. de tacit. d. lib.
21, tit. 10, in prin. Tacitè verò revocari di-
citur ex coniecturis, putà si rem donatam
donatur alienet pignori det, per divortium
per præmorientiam donatarii, & similia, ut
declarant Io. Oinot. ubi suprà, & Cardin.
Mant. in d. tit. 10, per tot.
14 Donatio autem facta inter virum, & uxo-
rem mediante iuramento est valida de iure
communi Gratian. discept. foren. cap.27, nu-
mer. 35, part. 1, Fenzon. ad stat Urb. dict.
cap. 135, numer. 13, ubi testatur de magis
communi Doctorum opinione Rota apud
Greg. XV. decis. 363. numer.7, & ibi Ad-
den. litt. C, quam opinionem latè compro-
bat D. Deluca in dict. tit. de donat. discur.
15 29, numer. 8. Quod tamen corrigitur ex-
presse per statutum nostrum præsumendo
iuramentum metu, & dolo extortum, quod
statutum potest facere, Fenzon. d. cap. 135,
numer. 15, D. Deluca in d. tit. de donat.di-
scur. 26, numer. 9. & discurs. 60, numer. 12,
& 14, Rota decis.212, part. 4, recent. tom.
2, & apud Posth. de manut. decis. 63, num.
4, & apud Salgad. in laberint. credit. decis.
63, num. 7.
Dispositio verò huius statuti, quod annulus
sponsalitius censeatur donatus uxori, & non
sit restituendus concordat cum dispositione
16 iuris communis, quo idem disponitur, ut
tradit Rota apud Merlin. decis. 885, num.
25. ubi habetur, id habere locum quando
17 annulus est modici valoris, aliàs secùs, latè
comprobans, cùm antiquitùs annuli spon-
salitii non essent prætiosi, nec aurei, sed fer-
rei, ut ibi per eum.

ADDITIO.

18 Licèt donationes inter virum, & uxorem
(ut tradit hìc noster Conciol. numer.1,)
inspecto iure antiquo essent nullæ, Modern.
Io. Torre de pact. futur. success. lib.3, cap.13,
numer. 56, Autun. Portugal. de donationib.
Reg. lib. 1, prælud. 2, §. 4. numer.1, & seq.
Manfrell. ad Capic. Latr. obser.22, num.3,
& ita essent prohibitæ, Modern. Torre d.
tractat. cap. 13, numer. 53, lib. 3, Urceol.
consult. foren. cap. 39, numer. 1, Conciol. no-
ster. allegatio. 18, numer. 6, Fragos. de re-
gim. Reipub. Christian. part. 3, lib. 2, disp.
4, §. 1, numer. 1, novissimè Barra contr. cop.
foren. 39, numer. 1, Sabell. in summ. div. ter.
tractat. §. Donatio, numer. 1, Berlich. con-
clus. legal. part. 2, conclus. 15, à numer. 1,
qui Fontanel. Cancer. & alios Modernos
19 citant; Etiam si factæ essent ante matrimo-
nium, si eius effectus fuisset prorogatus ad
tempus matrimonii, Botiller. de success. ab
intestat. cap. 2, theorem.65, numer.7, Sabell.
d. §. Donatio, numer. 7, vers. Quod tamen,
&c. Autun. Portugal. de donatio. Reg. part.
20 1, præl. 2, §. 7, numer. 95. (Et quid si fa-
cta fuisset inter coniuges putativos vide 1-
dus Olea de cess. iur. tit. 14, quæst. 8, num.
15,) licètque novo iure inspecto introdu-
ctum sit eas non omninò esse nullas, sed re-
21 vocabiles; Tamen certum est, eas morte
donatoris confirmari, si ipsæ anteà non re-
vocavit, & in eadem voluntate perseveravit,
præcedente tamen traditione vera, vel ficta,
& superstite donatario, Conciol. noster. dict.
allegatio. 18, numer. 14, Urceol. de transact.
quæst. 17, numer. 35, (quamvis ipse ibidem
numer.37, remittendo se ad suam consult.39,
numer. 8, teneat traditionem non requiri)
Fragos. ubi supr. num. 6, & sequent. Barra
ubi suprà numer. 2, & 3, Sabell. ubi suprà nu-
mer. 12, 13, & ferè per tot. Autun. Portu-
gal. d. tractat. præl. 2, §. 4, numer. 3. ubi
Cancer. Hermosill. Barbos. Surd. Mantic.
Pereyr. Amaya. & alios citat Modern.
Torre d. cap. 13, numer. 56, ubi alios citat,
& tradit in hac materia non adesse contro-
versiam inter scribentes, Hunni. in Ency-
cloped. iur. part. 3, tit. 26, cap. 3, numer. 13,
Urceol. d. consult. 39, numer. 2, Berlich. d.
concl. 15, numer. 15, novissimè Borgia inve-
stigatio contra Fabr. tom. 1, lib. 2, cap. 8,
numer. 9, Castr. Palau. de iusti. & iur. par.
7, disp. 2, punct. 28, §. 2, ubi latè.
22 Ista sanè confirmatio morte donatoris
in eadem voluntate perseverantis, procedit
non solum si ipse donator naturaliter mo-
riatur, verùm & etiam si civiliter fuerit
mortuus, veluti in metallum damnatus, aut
deportatus, Modern. Torre d. cap.13, nu-
mer. 58, Autun. Portugal. d. §, 4, num. 15,
ubi Pereyr. Boss. Farinac. Hermosil. Surd.
Altagrad. & alios citat Berlich. ibid. num.
16, Castr. Palau. ubi supr. §. 3, numer. 2,
ubi tradit id solùm procedere favore mulie-
ris, non autem mariti.
23 Donatio ista pura, & simplex inter virum,
& uxorem facta, quæ à principio non valuit,
sed morte fuit confirmata, non trahitur re-
tro ad tempus donationis factæ, quoad do-

minium

minium rei donatæ, sed tantùm quoad fru-
ctus, ex ea perceptos, *Modern. Torre dict.*
cap. 13, numer. 80, & sequent. Hunni. d. cap.
3, numer. 20, & 21, Fontanell. de pact. clauf.
4, glos. 7, part. 2, numer. 48, Fragos. ubi
supr. numer. 8, Barra. d. controv. 39, numer.
5, Castr. Palau. ubi suprà §. 4, per tot. ma-
24 ximè *numer.* 3. Quod secùs est in donatio-
ne causa mortis, qua revocata fructus me-
dio tempore percepti restituuntur, *Botiller.*
25 *disert. foren.* 10, *numer.* 63. Nihilominùs ta-
men non revocatur sequuta posteà publica-
tione bonorum donantis, immò confirma-
tur, & per donatarium fiscus excluditur,
etiam in crimine lesæ Magestatis in primo
capite, si tempore condemnationis donan-
tis mulier esset in possessione rei donatæ, &
ita sit præcessa traditio requisita in his do-
nationibus, ut morte confirmetur, *Autun.*
Portugal. d. tractat. de donatio. Reg tom. 2,
part. 3. cap. 26, numer. 19, & sequent. ad id-
que sunt videndi *Doctores citati per d. Mo-*
dern. Torre d. cap. 13, num. 91. ubi nihil de-
terminat, sed hanc quæstionem tanquam ar-
duam prætermittit.

26 Intellige tamen quòd ista donatio facta
inter virum, & uxorem, si non est insinua-
ta morte, non confirmatur, nisi ad quantita-
tem 500, aureorum, in quibus donatio po-
test valere non verò in excessu, *Cancer.*
var. 1, cap. 8, numer. 93, & eo, & Fragos.
Rebel. speculat. Paul. de Castr. Ruin. Man-
sic. citatis Autun. Portugal. d. §. 4, numer.
13, Rota coram Cerro decis. 644, numer. 3,
27 *& 4, tom. 3.* quod secùs est in confirmatis
iuramento, ex quo iuramentum defectum
insinuationis supplet, ut pluribus Modernis
citatis tradit *Meli. ad Castill. de aliment.*
cap. 11, numer. 2, & sequent. Cancer. Vrceol.
& alii citati novissimè *per Manfrell. ad Ca-*
pic. Latr. obser. ad decis. 156, numer. 11, vi-
dendus *Modern. Torre de pact. futur. suc-*
ces. lib. 2, cap. 31, numer. 25, & sequent. &
ferè per tot.

28 Non solùm morte istæ donationes con-
firmantur, sed etiam aliter, seu imò in plu-
ribus casibus sunt à principio validæ, veluti
si iuramento promissorio cõfirmētur, *Castr.*
Palau. ubi supra §. 5, per tot. Massin. de
confisc. bonor. quæst. 38, numer. 36, Autun.
Portugal. d. §. 4, numer. 18, Torre d. tract.
de pact. futur. succes. lib. 1, cap. 5, numer. 30,
& dict. lib. 3, cap. 13, numer. 114, ubi citat
nostr. Fontanel. Eminen. De Luca, Manz.
Carpzou. & alios, Hunni. d. cap. 3, numer.
8, Modern. Castald. consult. foren. 81, num.
2, ubi *nostr. Cancer. & alios* citat (licèt cõ-
tradicant *Doctores citati à Manfrell. ad*
Capic. Latr. obser. 22, numer. 4, & à nostro
Conciol. alleg. 18. numer. 8, & sequent.) Be-
nekendor. in addit. ad Seraphin. de privil.
iuramen. ad privil. 71, per tot. maximè *num.*
5, Hodiern. ad Surd. decis. 154, numer. 1, &
10, Vrceol. de transact. quæst. 17. numer. 38,
& sequent. Mart. Medic. decis. Senen. in
addit. ad exam. 17, numer. 1, Sabell. ubi su-
prà dict. numer. 5, vers. Quod donatio, &c.
Berlich. dict. conclus. 15, à numer. 14, & pari-
ter ab initio valent in aliis casibus traditis à
Doctoribus citatis à d. Doctissimo Autun.
Portugal. §. num. 14.

29 Observa tamen quòd in istis casibus, in
quibus istæ donationes iuramento confir-
mantur, seu à principio validæ fiunt, hæ non
revocantur præcedentia donatarii, seu immò
per ipsum donatarium defunctum, transmit-
tuntur res donatæ ad ipsius hæredem, sivè
ex testamento, sivè ab intestato venientem,
Vrceol. d. quæst. 17, numer. 40, Marta Me-
dic. ubi supr. numer. 3, Modern. Torre dict.
cap. 13, numer. 126, ubi *Cancer. Fontanel. &*
alios, & se ipsum lib. 1, cap. 13, numer. 23,
citat *Modern. Castald. d. consult. 81, num.*
5. ubi *Hodiern. Capic. Latr. & alios* citat
(quidquid dicant *Doctores citati à dict.*
Hunni. d. cap. 3, numer. 10, & per Beneken-
dor. ad Seraphin. de privil. iuramen. addit.
ad privil. 72, numer. 12, vers. Contrarium,
&c.) cùm contra eos ista sit recepta opinio.

30 Pariter observa, quòd in casibus, in qui-
bus istæ donationes inter virum, & uxo-
rem valent à principio non subjacent revo-
cationi, ob causam supervenientem, neque
est necessarium quòd morte confirmetur, ut
citatis *Nostro Fontanel. de pact. nuptial.*
clauf. 4, glos. 9, part. 5, numer. 194, & seq.
& Anton. Fabr. tradit *d. Doctissimus Au-*
tunez. Portugal. dict. §, 4, num. 17.

31 Donationes autem causa mortis inter vi-
rum, & uxorem factæ valent secuta tradi-
tione vera, vel ficta, aut non sequuta; *Hun-*
ni. d. part. 3, tit. 26, cap. 3, numer. 1, & tit.
27, cap. 3, numer. 14, & pro mille *Doctissi-*
mus Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap.
13, numer. 59, maximè *numer. 64,* ubi *Fon-*
tanel. Vrceol. & alios citat *Berlich. d. concl.*
32 *15, numer. 8.* Non tamen facta inter vivos
quando effectus earum conferuntur post
mortem, *Modern. Torre d. cap. 13, numer.*
77, & sequent.

33 Istæ sanè donationes causa mortis factæ
inter virum, & uxorem, speciali iure inter
ipsos coniuges confirmantur morte civili, &
ita secuta condemnatione capitali coniugis,
non fisco, bona donata debentur, maximè
si traditio vera, aut ficta præcesserit, *Autun.*
Por-

Portugal. d. tractat. de donationib. Reg. lib. 1, prælud. 2, §. 3, num. 71, & lib. 3, cap. 26, numer. 21, & sequent. ubi ad saturitatem.

34 Itaque benevole lector, integrum tractatum de hac materia conflare possem, circa tantas, & tam intricatas difficultates in ea occurrentes, nempè quando hæ donationes subsistant, quæ requirantur, inter quas personas, quomodo revocentur, quæ clausulæ de una specie, in aliam eas transfundant; tamen cùm omnes hæ difficultates, & plures aliæ sint à *Doctoribus* tractatæ, maximè à *nostris Cancer. Fontanel. & aliis Gotholanis* faciliter negotium hoc relinquo, & libenter ducendo te ad duos sanè Doctissimos viros, nempè *Io. Torre, & Auenez Portugal.* citatos, apud quos succintè habebis quæ volueris; & ita ipsos consule.

35 Iocalia autem, ac vestes missæ per sponsos sponsis, an censeantur donatæ, & per alios contemplatione alterutrius ipsorum, cui acquirantur, tradunt diffusè *nostr. Fontanel. Cancer. cæterique nostri Doctores Gotholani,* & ita apud eos habebis materiam digestam; & si de eis non fueris satisfactus (quod non credo) recurre ad *Doctores citatos per Doctissimos Scoppa. ad Gratian. obser.* 118, *Altimar. ad decis. Rovit.* 12, & 31, ad quos se remitrit in *obser. 40, ad lib.* 1, *consil. dict. Rovit. numer. 5,* & ibi *Giurb.* citat *Hodiern. ad Surd. decis.* 166, *per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 3, lib. 2, disp. 4, §. 1, numer. 11, Berlich. concl. legal. part. 3, concl. 32, per tot. Auenn. Portugal. dict. tractat. part. 1, prælud. 2, §. 7, numer. 92, & sequent. Bottller. de success. ab intestat. cap. 1, theorem. 21, numer. 5, Bonden. collect. legal. 42, numer. 96, & sequent. Andreol. controv. 281. Baron. de effect. minor. ætat. circa contract. effect. 15, numer. 16, & in addit. ad tit. de facie, numer. 12, Marin. resol. lib. 1, cap. 90, Rota penès Arguell. decis. 67, & per Doctissimum Pelaia. in addit. ad consid. 24, Iranç. de protestatio. Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis.* 184, *numer.* 1, novissimè *Olea in addit. ad tit. 4, quæst. 11, tractat. de cess. iur. num. 14, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 7, tit. 83, §. 9, num. 77, & sequent. Capon. controver. 39, per tot.* ubi latissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 6, cap. 2, per tot.* latissimè *Bossi. moral. tom. 2, tit. 8, §. unic. per tot.* quos consule.

36 An autem iocalia, & gemmæ præsumantur extare tempore mortis mariti penès, an verò pervenisse ad hæredes viri tradit *Rota Recen. part. 19, decis. 73, numer. 3, & part. 18, tom. 1, decis. 194, numer. 26, & sequent.* maximè *num.* 32.

37 Circa per me suprà annotata, pro coronide nota unum, quòd donationes reciprocæ factæ inter coniuges sunt qui dixere valere, tu examina penès *Doctores citatos à Doctissimo Torre d. tractat. lib. 1, cap. 13, per tot.* maximè *numer. 19, & seq. & cap. 7, numer. 48, & seq.*

QVOD MVLIER NVPTA CONTRAHERE, SIVE TESTARI non possit absque consensu viri.

Rubrica XLV.

UXor non possit de rebus suis aliquam obligationem, sivè contractum alienationis facere, seu quoquo modo illas in alium transferre absque consensu viri: Et ideò habita priùs licentia à Serenis. D.N. teneatur ultra consensum sui viri, facere consentire duos eius proximiores: Quibus cessantibus, sivè iniustè recusantibus, duo viciniores adesse, & præstito eis iuramento, consentire valeant, Iudicisque decreto talis obligatio, sive alienatio firmanda est. Animadvertat tamen Iudex, ne mulier propterea omninò indotata remaneat, & quòd pro eius assecutatione, & indemnitate habeat regressum ad alia bona viri, quòd in dicto instrumento semper pro inserto, & apposito habeatur, Et ad priora Iura redire valeat.

Quòd si dicta mulier testari velit, teneatur requirere consensum sui viri, si præsens sit; si verò sit absens, ita quod eius consensus de facili haberi non possit, & uxor sit infirma, debeant consentire duo ex proximioribus viri, quibus tecu-

recusantibus, Iudex teneatur dare licentiam cuicunque instanti pro tali muliere, quòd possit facere Testamentum, & si occasio requirat, etiam adesse debeat: viro autem præsente, & requisito coram duobus testibus, vel aliàs legitimè, mulier liberè testari valeat, quamvis nollet eius maritus testamento consentire; Et si id prohibuerit, vel quomodocunque impedierit, Iudex suas partes pro testamento præsens interponat.

SVMMARIVM.

1 *Statuti una pars declarat aliam.*
2 *Mulier non præsumitur habere nisi bona dotalia.*
3 *Statutum conditum ad tollendas fraudes dicitur favorabile.*
Et ideò illud est latè interpretandum, num. 4,
5 *Solennitates statuti sunt de forma.*
Itaut contrahentes sine solennitatibus, neque obligentur naturaliter, n. 6,
7 *Procurator mulieris tenetur servare solennitates, quas ipsa servare tenetur.*
Nisi procurator esset constitutus cum dictis solennitatibus, num. 8,
9 *Mulier sine solennitatibus statuti non potest contrahere cùm patre, matre, & fratre.*
Licèt contrarium voluerint aliqui, numer. 10,
Neque potest esse in iudicio sine solennitatibus, n. 11,
Neque potest deferre iuramentum litis decisivum, num. 12,
Neque potest compromittere, n. 13,
14 *Mulieris contractus sine solennitatibus non valet, etiam si ei sit utilis.*
Licèt aliqui contrarium teneant, numer. 15,
16 *Mulier non potest donare causa mortis sine solennitatibus statuti, & num. 81,*
Neque potest adire hæreditatem, n. 18,
Licèt contrarium teneant aliqui, n. 19,
Potest tamen illam repudiare absque solennitatibus, num. 17,
20 *Mulier prohibita contrahere non potest contrahenti consentire.*
Neque potest contrahere sine solennitatibus favore pupilli, num. 21,
Valet tamen contractus cum pia causa, num. 22.
Contrarium si consensus requiratur pro interesse viri, tenent Doctores, n. 23,
Secùs tamen est si contrahat cum Clerico, vel Ecclesia, num. 24,
25 *Mulier potest se obligare sine solennitatibus pro liberando viro à carcere.*
Ac etiam ne vir carceretur, n. 26,
Dummodò illius obligatio non excedat dimidiam dotis, num. 27,
28 *Statutum requirens solennitates non ligat mulierem contrahentem nomine alieno.*
Neque mulierem se obligantē pro exoneratione conscientiæ, n. 29,
Neque comprehēdit obligationem mulieris necessariam, num. 30,
Neque quietationem necessariam, n. 31,
Et ideò potest retrovendere censum sine solennitatibus, num. 32,
Et obligatio mulieris quando dicatur necessaria remissivè. num. 33,
Neque quando vir, & uxor simul contrahunt, num. 34,
Neque quando mulier se obligat pro dote, num. 35,
36 *Statutum requirens consensum proximiorū, intelligitur si proximiores adsunt.*
Et sufficit consensus unius, si plures nō adsint, num. 37,
Et idem est in vire si absit, n. 38,
Vel si sit bannitus, num. 39,
Si tamen vir sit in longinquis partibus, secùs si in loco vicino, num. 40.
Et non requiritur consensus si vir, & uxor non benè conveniant, num. 41,
42 *Proximiores requisiti à statuto ad authorizandum actum nond ebent habere interesse.*
Et an proximiores esse debeant mulieri utrinque coniuncti, & quomodo, n. 43,
44 *Mulier qua vult dare de nullitate contractus ob non interventum proximiorum quid debeat probare.*
Et quid si mulier in instrumento asserat, consanguineos esse proximiores, n. 45,
46 *Nullitas à statuto inducta favore mulieris non potest allegari à tertio.*
Cùm contractus sit nullus, volente uxore, num. 47,
Fallit si sit nullus ipso iure, vel si tertius habeat interesse, num 48,
49 *Mulier non potest alienare ultra medietatem dotis.*
Itaut si illa alienat ultra dimidiam, alienatio sit nulla in totum, num. 50,
Licèt aliqui contrarium teneant, n. 51,
Nisi mulier esset in tali ætate, quod

non

post allegatio 52. numer. 11, Doctissimus, ac
Nobilis Regens noster Cortiada decis. 69,
numer. 5, Boler. de decoct. debitor. fiscal. tit.
2, quaest. 1, numer. 15, & 21, Berlich. d. con-
18 *clus. 73, numer. 48.* Verum etiam per Iudi-
cem incapacem, & ita potest Clericus de-
bitor suspectus de fuga, seu imò fugitivus,
capi à Iudice, seu debitore laicis, sine pe-
riculo excommunicationis, *Altimar. dict.*
quaest. 10, numer. 33, Boler. d. quaest. 1, nu-
mer. 31, Cortiada d. decis. 69, num. 6, Hun-
ni. ubi suprà numer. 9, & 11, Valeron. dict.
19 *quaest. 2, numer. 34.* Dummodò illum prae-
sentent Iudici Ecclesiastico intra viginti
quatuor horas, *Altimar. & Cortiada lo-*
cis citat. Boler. & alii ibid. num. 32.
20 Captura debitoris fugitivi, seu suspecti
de fuga (cùm fiat ad effectum assecurandi
iudicium, & solvendi, *Altimar. dict. quaest.*
10, numer. 63, Rota Rom. coram Bevilaqua
in una Bononien. pecuniaria 1, Martii 1666.
tradita per Modern. Castald. consult. foren.
83, numer. 14, Maldonad. ad Molin. de
primogen. Hispan. ad lib. 1, cap. 15, per tot.)
21 Potest fieri in quacumque die, etiam fe-
riata, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 11.*
& tradunt *Altimar. dict. quaest. 10, numer.*
69, & sequent. Boler. d. quaest. 1, numer. 14,
Cortiada d. decis. 69, numer. 3, & 4, Bene-
kendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iu-
rament. ad privil. 7, num. 11.
22 Practicam autem, & requisita etiam in
hac nostra Provincia Gotholana capturae de-
bitorum fugitivorum, seu de fuga suspe-
ctorum, & omnia alia ad hanc materiam
spectantia tradunt *Ripoll. Fontanel. Vilossa,*
& infiniti alii Moderni citati à dict. Alti-
mar. d. rubr. 12, quaest. 10, numer. 31, cum
mult. sequent. Cortiada d. decis. 69, per tot.
Hunni d. part. 2, tit. 36, per tot. Boler. d.
tit. 2, quaest. 1, per tot. videndáque est *decis.*
Rot. Rom. penes Cels. 361, tot. & pariter
Eminen. De Luca de credito discur. 113, per
tot. Leon. praeparat. iudicior. part. 2, praepar.
28, per tot. Benekendor. ad dict. privil. 7,
Seraphin. de privil. iuramen. à num. 8, Ber-
lich. d. conclus. 73, ferè per tot. & alii plures,
quos citat non praetermittendus, & prae o-
culis semper habendus *Emanuel. Alvarez.*
Pegas resol. foren. cap. 16, num. 90, & seq.
ideò ad eos recurre, & reperies omnia quae
volueris, cum copia DD. tractata.

QVOD NVLLVS PRO CIVILI DEBITO CAPI POSSIT in domo, vel Apotheca.

Rubrica XLI.

CVm personalis Executio facienda est, nullus in domo propria, vel aliena, in qua inhabitet, vel etiam in Apotheca propria, vel conducta pro civili debito capi possit, quacunque obligatione, etiam Cameratali, non abstante: Et captus absque ulla solutione relaxari debeat, & pristinae libertati restitui: Quòd si quis per sex Menses post relaxatam executionem latitaverit, & non satisfecerit Creditori, etiam in dictis locis capi posse Mandamus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio dicti statuti, quòd nemo capi pos-*
sit in domo propria concordat cum iure
communi, & num. 10.
Fallit dicta dispositio stante clausula:
Renuncians &c. *num. 2.*
Item, si dicto beneficio sit specialiter
renunciatum, num. 3,
Cui potest renunciari, num. 4,
Item, fallit stante iuramento, num. 5,
Et in debitore suspecto de fuga, numer.
6, & 16,
Et in debitore fiscali, numer. 7,
Et si quis capiatur in domo propria,
quam non habitat, num. 8,
Et si quis capiatur in scalis domui af-
fixis, num. 9,
Et si quis capiatur in hospitio uti via-
tor, num. 11,
Item, quis capi potest in apotheca, nu-
mer. 12,
Et regula procedit pro debito civili,
secus pro causa criminali, numer. 13,
14 *Birruarii non possunt pro debito civili fran-*
gere hostium domus.

15 *Ver-*

15 *Verbum* latitare *quid importet remissivè.*
17 *Capi possunt in propria domo obligati obligatione camerali, seu scriptura tertii.*

ANNOTATIO.

1 Dispositio huius statuti prohibentis, debitorem capi non posse in domo propria, vel in qua inhabitat, concordat cum iure communi ad tex. *in l. plerique*, 18, *ff. de in ius voc. & in l. nemo*, 104, *ff. de reg. iur.* & pro regula tradit *Gabr. com. concl. de malef. concl.* 10, *numer.* 1, *& sequent.* & dixi *ego in resol. crim. in verb. Captura, resol.* 1,
2 *numer.* 1. Quæ tamen dispositio non habet locum stante Clausula: *Renuncians omni legum auxilio*, cùm per illam censeatur renunciatum beneficio *d. leg. plerique*, ut voluerunt *Rolan. cons.* 13, *num.* 14, *vol.* 1, *Adden. ad Paitell. exped.* 96, *numer.* 15, *Barbos. de clausul. clausul.* 133, *numer.* 9, *Theod. Rub. in singul. Rot. Roman. tom.* 2, *de claus. claus.* 680, *numer.* 12, maximè stante iuramento, *Gratian. discept. foren. cap* 328, *numer.* 23, *&* 24, *part.* 2, licèt *Giurb. decis.* 42, *numer.* 24, dicat, hanc clausulam appositam in executivis principalem dispositionem non
3 alterare, Nisi tamen dicto beneficio sit specialiter renunciatum, sec. *Ias. in d. lege plerique in* 13, *fallen. & Gabr. in d. concl.* 10, *numer.* 40, licèt illi non posse renunciari dixerit *Paitell. expedit.* 96, *numer.* 3, cuius authoritates non concludant, & contrarium tenent *Adden. ad Paitell. ibid. numer.* 23,
4 ubi de veriori, & magis communi. Sicuti
5 etiam dispositio dicti statuti non habet locum stante iuramento, *Gabr. d. conclus.* 10, *numer.* 35, *Seraph. de privil. iuram. priv.* 155, *per tot. Carpan. ad stat. Mediolan. cap.* 75, *numer.* 50, *& sequent. part.* 2, *& Manc. de iuram part.* 4, *effect.* 240, *num.* 5. Prout
6 nequè habet locum in suspecto de fuga, *Adden. ad Paitell. expedit.* 27, *numer.* 47,
7 *Morot. cons.* 80, *numer.* 4. Nequè eo gaudet debitor fiscalis *Ias. in d. leg. plerique, nu-*
8 *mer.* 28, *Morot. in d. cons.* 80, *num.* 9. Nequè si quis capiatur in domo propria, quam non habitat, *Deci. in d. l. nemo in princ. ff. de reg. iur. Ias. in d. l. plerique numer.* 23, *Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 34.
9 Prout nequè pariter habet locum si quis capiatur in scalis etiam domui affixis, sed extra domum existentibus, *Ias. in d. l. plerique numer.* 16, *Gabr. in d. conclus.* 10. *numer.* 27, *Vulpell. cons.* 130, *numer.* 3, *& Adden. ad Paitel d. expedit.* 96, *numer.* 37, *& seq.* ubi quærunt quid in porticu domus, ut ibi per eos.

10 Debitor etiam de iure communi, ut dixi non potest capi in domo propria, nequè in aliena in qua inhabitat, uti habetur in hoc statuto, ut docent *Bart. Bald. Castr. Ias. & alii in d. l. plerique, ff. de in ius voc. Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 30, *Gabr. de malef. dict. conclus.* 10, *numer.* 2.
11 Et etiam si esset in hospitio animo tamen ibi habitandi, & non uti viator, *Ias. in d. leg. plerique numer.* 18, *Deci. in d. l. nemo*, 2, *ff. de reg. iur. Adden. ad Paitell. d. exped.* 96, *numer.* 34, *& sequent. Gabr. d. conclus.* 10,
12 *numer.* 16, *& numer.* 19, *& sequent.* De iure tamen communi non est prohibitus quis capi in apotheca, ut post *Castr. Alex. Ias. & alios* plures ab eo relatos firmat *Gabr. in*
13 *d. conclus.* 10, *numer.* 18. Item, dictum statutum prohibens aliquem capi posse in domo procedit pro debito civili prout loquitur, secùs autem est pro causa criminali, ut declarant *Ang. Castr. Alex. Ias. & alii in d. l. plerique Farinac. de carcer. & carc. quæst.* 27, *numer.* 95, *Guazz. defens.* 5, *cap.* 1, *numer.* 23, & dixi ego in *d. verbo Captu-*
14 *ra, resol.* 1, *numer.* 3. Pro qua captura pro debito civili non possunt Birruarii frangere ostia sine licentia Iudicis, *Farinac. in dict. quæst.* 27, *num.* 93, *in fin. Posthi. de subhast. inspect.* 14, *numer.* 75, *Scacc. de iudic. lib.* 1, *cap.* 46, *numer.* 9, & dixi ego in *dict. verbo Captura, resolut.* 1. *in fin.*
15 Verbum verò *latitare* in hoc statuto appositum quando verificetur vide *Afflict. ad Constit. Regn. lib.* 1, *rubr.* 47, *num.* 4, *& sequent.* & an debitor possit capi in ostio domus, vide scripta per me *in Resolut. criminal. in verbo Delictum, Resolu.* 9. *nu.* . . .

ADDITIO.

16 Debitor autem decoctus, aut fugitivus, seu de fuga suspectus à propria domo extrahi, & incarcerari valet, ut præter citatos à *nostro Conciolo hic numer.* 6, tradunt *Hunni. in Encycloped. iur. part.* 2, *tit.* 36, *cap.* 1, *numer.* 13, *Boler. de debitor. decoct. tit.* 2, *quæst.* 1, *num.* 16, ubi *Crespi. & alios* citat, novissimè videndus *Pegas ad ardinatio. Regn. Portugal. glos.* 40, *ad §.* 36, *tit.* 65, *tom.* 5.
17 Pariter obligati instrumento guarentigiato, seu obligatione Camerali vallato privantur beneficio, *d. l. plerique. ff. de in ius vocand.* & ita possunt capi pro debito in propria domo, *Bonden. collect. legal.* 49, *numer.* 94.



DE SEQVESTRATIONE BONORVM.

Rubrica XLII.

SI quis proposuerit coram Iudice suum debitorem suspectum habere, Iudex ad eius instantiam sequestrari faciat de bonis talis debitoris, usque ad quantitatem debiti: Et ille penes quem factum fuerit sequestrum, teneatur rem sequestratam penes se retinere, & custodire, ac nemini dare sine mandato Iudicis, ad pœnam in sequestratione contentam, & ulteriis parti ad interesse teneatur. Præstita verò à debitore idonea cautione destando iuri, & iudicatum solvendo, sequestrum tollatur, refectis etiam expensis Depositario; si quas fecerit in gubernando, & custodiendo rem sequestratam, & Iudex ad instantiam domini rei sequestratæ, teneatur assignare terminum quinque dierum plus, & minus eius arbitrio sequestranti, ad docendum de credito, qui terminus parte instante, assignari etiam debeat, si fideiussor data non sit; Quo elapso, & non iustificato, intelligatur sequestrum per Iudicem revocatum, & fideiussor liberatus censeatur.

Si verò creditor obtinuerit exequutionem pro eius credito contra debitorem, Iudex mandet pecunias, seu res sequestratas solvi, seu dari creditori, aut super re sequestrata dictam exequutionem consumari, nec possit debitor audiri, si fideiussor obtulerit.

Addentes etiam, quòd si Sequestratarius tacuerit per decem dies, à die præsentationis præsumatur habuisse, & habere in manibus rem sequestratam.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum de iure communi est regulariter prohibitum.*
2 *Sequestra de consuetudine generali indifferenter relaxantur.*
3 *Sequester licèt nemo cogi possit ut rem retinent apud se, & numer. 32.*
Fallit tamen si sequestrum acceptavit, num. 4.
5 *Sequester si solvat, vel rem restituat, tenetur de proprio, & ad damna.*
Etiam si solvat iussu Iudicis, si non opposuit, num. 6,
Et si non appellet secundum Gratian. num. 7.
8 *Sequester tenetur de dolo, & lata culpa tantum.*
9 *Sequestra fieri possunt etiam in die feriato.*
Et in die feriata possunt sequestra revocari, num. 10.
11 *Sequestrum revocatur satisdatione, de stando iuri, & iudicatum solvendi, & n. 28,*
Non tamen factum in causam iudicati, sed sola satisfactione, n. 29,
Et sufficit cautio iuratoria, si persona non sit suspecta, num. 12,
13 *Cautio pro revocatione sequestri prodest tantum illi qui sequestrum procuravit.*
14 *Sequestrũ non revocatur satisdatione, quando fuit factum, ut debitor solvat.*
Et quando illud fuit obtentum contra obligatum in forma Cameræ. n. 15,
Et quando sequestrum non revocetur, satisdatione remissivè, num. 16,
17 *Sequester nullum damnum pati debet occasione sequestri.*
Itaut pro expensis præstitis præferatur hypotheca anteriori, num. 18.
19 *Sequestrum factum à pluribus potest revocari ab uno tantum pro sua rata.*
20 *Sequestrum si sit obtentum contra aliquem potest cogi iurare, an sit illius debitor.*
21 *Sequestrari non possunt salaria publica, pensiones domorum, & pecunia deposita.*
22 *Sequestrum alicui factum, quantum durare debeat, & num. 23.*
24 *Appellatio nõ datur à revocatione sequestri.*
25 *Sequestrum aliud voluntarium, aliud necessarium.*

Ne-

Necessarium non privat possessione, sed solam enstodiam prabet, n. 26,
27 *Sequester necessarius nequit prasentare ad beneficia surispatronatus.*
30 *Empara, seu sequestri praventivi materiam qui tractant, remissivè.*
31 *Sequestrari nequeunt nomina, seu bona Clerici in manibus laïci per Iudicem saculare.*
33 *Sequester impedit administrationem, & alienationem rerum sequestratarum.*
34 *Solutio facta per sequestrum post inhibitionem eidem factam, ne solvat, non relevat.*

ANNOTATIO.

1 SEquestrum de iure communi est regulariter prohibitum, leg. 1, Cod. de probib.
sequestr. pec. Card. Tusch. pract. concl. littera S, conclus. 202, numer. 1, & sequent.
Caroc. de sequestr. part. 1, quast. 6, prin. & part. 2, in prin. Pract. Ridolph. p. 1, c. 14,
num. 142.
In decernendo sequèstro per Iudicem licèt de iure plura requirantur, de quibus per Guid.
Pap. decis. 246, per tot. per Mascar. de prob. conclus. 1305, numer. 4, lib. 3, per Caroch. de
sequestr. part. 3, quast. 1, 2, & 3, & per Capic, Latr. decis. 197, numer. 3, & sequent.
2 Hodiè tamen de generali consuetudine sequestra indifferenter decernuntur, & fiunt,
benè verò in relaxatione iustificatur creditum, & adhibetur citatio partis, ut not. Caroc. de sequest. p. 3, q. 3, in fin.
3 Sequester verò ut rem retineat in sequestrum licèt cogi non valeat, ut not. Card.
Tusc. pract. conclus. littera S, conclus. 204, numer. 5, Caroch. de sequestr. part. 1, quast.
4 4, numer. 2. Si tamen illud acceptavit non potest posteà illud recusare, Cardin. Tusc.
ubi supra, Caroc. de sequestr. part. 1, quast. 5, numer. 1, & quast. 13, per tot. part. 3.
5 Itaut si ille solvat alteri, vel rem restiuat pendente sequestro teneatur de proprio, uti
habetur in hoc statuto, ut not. Card. Tusc. pract. conclus. littera S, conclus. 205, num.
1, & sequent. Ciriac. controv. 358, numer. 16, Rota apud Caputaq. decis. 155, numer. 2,
part. 3, & decis. 624, numer. 3, & 4, part.
6 4, rec. tom. 3. Etiam si solvat iussu Iudicis, si non opposuit de sequestro, Alex. cons.
103, numer. 18, lib. 2, benè Rota dict. decis. 624, numer. 7, & 8, part. 4, recen. tom. 3.
7 Itaut illum teneri etiam appellare voluerit Gratian. discept. foren. cap. 704, numer. 38,
part. 4,
8 Qui quidem sequester tenetur de dolo, & lata culpa tantùm, itaut si ei auferatur res
sequestrata per dominum non teneatur ad aliquid, etiam si ipse non probet, sine culpa
sua si fuisse rem ablatam, cùm id incumbat sequestranti, Card. Tusc. pract. concl.
littera S, conclus. 105, numer. 7, & 8, Adden. ad Paitell. exped. 80, numer. 27, qui
dant concordantes Ciriac. controv. 358, numer. 27.
9 Sequestrum sicut fieri potest etiam in die feriata, Curt. de sequest. quast. 10, Caroc.
de sequestr. part. 3, quast. 36, Adden. ad Paitell. exped. 80, numer. 34, Borell. in
summa decis. tit. 37, numer. 235, part. 2.
10 Ita in die feriata revocari potest, Caroc. d. quast. 36, Adden. ad Paitell. d. exped. 80,
numer. 35, & sequent. ubi dicunt, ad revocationem sequestri quemlibet admitti etiam
sine mandato, ut ibi per eos.
11 Sequestrum autem revocatur satisdatione de stando iuri, & iudicatum solvendo,
cùm medicina sequestri sit satisdatio l. si fideiussor. 7, §. fin. & ibi Ias. ff. qui satisd. cogan.
& tradunt Caroc. de sequestr. part. 4, quast. 2, numer. 1, & sequent. Petr. Maur.
de fideiuss. part. 1, sect. 2, cap. 8, numer. 1, & sequent. Capic. Latr. decis. 197, num. 30,
12 part. 2. Itaut sufficiat nuda cautio iuratoria quando persona, contra quem est factum
sequestrum est honesta, & non suspecta, Seraph. de privil. iur. privil. 125, numer. 2,
Caroc. de sequestr. part. 4, quast. 2, numer. 8, Capic. Latr. d. dec. 197, n. 31.
13 Cautio verò præstita pro revocatione sequestri non prodest, nisi illi, qui sequestrum
procuravit, Posthi. de subhast. inspec. 40, numer. 23, Salgad. in laber. credit. par.
2, cap. 6, numer. 36, Rota decis. 48, num. 5, part. 4, rec. & apud Cenc. de cens. decis. 384,
numer. 5, & 6.
14 Sequestrum autem non revocatur satisdatione quando fuit factum non ad litem
agitandam, sed ad finem, ut debitor solvat, putà in exequutionem sententiæ, uti disponitur
in hoc statuto, Curt. de sequestr. quast. 14, Adden. ad Burat. decis. 595, numer. 9,
Thomat. decis. March. 51, numer. 10, Rota post Zachi. de oblig. camer. decis. 118, numer.
11, & apud Burat. decis. 653, in princ. Vel vigore mandati, Posthi. de subhast. inspec. 18,
numer. 167, Zach. de oblig. camer.
15 quast. 37, numer. 95. Et quando illud fuit obtentum contra obligatum in forma Cameræ,
Zachi. in d. quast. 37, numer. 94. ubi dicit contra Salust. ita servari in practica
Adden. ad Rot. apud Burat. d. decis. 595, numer. 9. ubi hoc declarant, Prac. Ridolph.
16 part. 1, cap. 14, numer. 180. Et quando sequestrum revocari non potest mediante
satisdatione plures casus referunt Ias. in

dict. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan.
Caroc. de sequestr. part. 4, quæst. 2, per tot.
Adden. ad Burat. d. decis. 595, numer. 9,
& Pract. Ridolph. d. cap. 14, numer. 171,
& sequent.

17 Sequester nullum damnum pati debet
occasione rei sequestratæ, & ideò potest re-
petere expensas, & alimenta præstita ani-
malibus sequestratis, & alias factas in re se-
questrata, Caroc. de sequestr. part. 1, numer.
1, & de loca. & conduc. part. 2, in tit. de se-
questr. quæst. 2, numer. 1, & sequent. Adden.
ad Paisell. exped. 80, numer. 20, Cyriac.
18 controv. 358, numer. 40, & sequent. Itaut
quod dict. expensis, & alimentis præfera-
tur etiam habentibus hypothecam expres-
sam anteriorem, ut latè comprobat Caroc.
in d. tit. de sequestr. quæst. 2, numer. 2. ubi
quamplures adducit concordantes, & Ne-
gus. de pigno. in 3 memb. 7. p. n. 14.

19 Sequestrum factum à pluribus potest re-
laxari ab uno pro sua rata, Rotæ Lucen.
diver. decis. 144, quam refert, & sequitur
Costa de rata. quæst. 114, numer. 1. ubi quæ-
rit, an fideiussio sit præstanda pro toto; &
sequestrum factum per aliquos creditores
non impedit, quin alii possint concurrere,
Deci. cons. 109, numer. 93, lib. 2. quem pa-
riter refert, & sequitur Costa de re integr.
20 distin. 46, numer. 8. Et sequestrum obtinens,
contra aliquem potest illum cogere ad iu-
randum, an sit debitor illius contra quem
obtinuit sequestrum, ut probat Cyriac. con-
trover. 116, numer. 4, & sequent. ubi dicit,
quòd si sequester neget cum iuramento non
potest probari contrarium, ut ibi per eum.

21 Res, seu pecunia deposita, pensiones do-
morum, & salaria publica non possunt se-
questrari sub pœna, de qua in auth. sed iam
cautum, & ibi Ias. num. 3, C. depos. Licèt
hoc de consuetudine non servari asserat Ca-
roc. de loca. part. 2, in tit. de sequestr. 3, n. 2.

22 Sequestrum durare donec durat instantia
tàm si instantia, sit longa de iure communi,
quàm si sit abbreviata per statutum dicit
Ias. in d. l. si fideiussor. 7, §. si satisdatum,
numer. 21, ff. qui satisd. cog. Menoch. Grat.
& Seraph. quos refert, & sequitur Caroc.
de sequestr. part. 4, quæst. 1, numer. 1, & se-
23 quent. Si tamen sequestrum factum fuit pro-
pter litem, aliàs secùs, & tradunt Iass. &
Caroc. in loc. cit. Licèt illud durare donec
lis sit finita per rem iudicatam, & sic etiam
in causa appellationis voluerit Gabr. cons.
53, num. 5, lib. 1, & Carpan. ad Stat. Me-
diol. cap. 211, numer. 93.

24 Quibus addo, quòd à revocatione se-
questri mediante cautione non datur appel-
latio, ut post glos. Barb. & Nicell. per eum
adductos firmat Grat. discept. foren. cap.
531, numer. 92, ver. unde cessante, &c. p. 3.

ADDITIO.

25 Aliqua de hac materia dixi lib. 1, in
rubr. 51. & propterea pauca hic adji-
ciam, ex quo à nostro Doctissimo Conciolo
breviter sunt penè omnia pertractata; ideó-
que dicam, quòd sequestrum aliud est vo-
luntarium, aliud necessarium, de isto lo-
quitur nostrum statutum, quo suspectus de
fuga cogitur satisdare de iudicio sisti, & de
iudicatum solvendo, aliter res sequestrata
pro solutione debiti distrahitur Hunni. En-
cycloped. iur. part. 3, tit. 12, cap. 1, numer. 12,
& 13, Meli. ad Castill. de aliment. cap.
13, num. 4, & de hoc latissimè agit Berlich.
conclus. iur. part. 1, concl. 73, à numer. 14, &
aliqua adducit Ios. de Rosa consult. 5, per
tot.

26 Istud namque regulariter non privat pos-
sessione, sed solum præbet custodiam, &
curam rerum sequestratarum, & ita seque-
ster rem ipsam custodire fructus colligere,
& deductis expensis, superfluos reponere,
& conservare tenetur, & si sunt perituri, il-
los authoritate Iudicis vendere debet, face-
re itaque debet in re sequestrata, quæ in re-
bus suis propriis custodiendis facere solet,
& debet, Boler. decoct. debitor. fiscal. tit. 2,
quæst. 2, numer. 3, & 4, Meli. ubi suprà dict.
cap. 13, numer. 5, Hunni. d. tit. 12, cap. 13,
per tot. novissimè Carol. Ant. De Luca ad
discept. Gratian. animadver. ad cap. 114,
numer. 2, Amaya. in Cod. de Decurionib. ad
27 l. 2, & 46, numer. 40, & 50. Et ex hac ra-
tione nequit sequester præsentare ad benefi-
cia patronatus bonorum sequestratorum,
Frass. de Reg. Patronat. cap. 5, numer. 14.
Aurun. Portugal. de donatio. Reg. part. 3,
cap. 28, numer. 92, & 93, Amaya. ubi supr.
num. 51, & seq.

28 Itaque, quod cautione istud sequestrum
tollatur, ut tradit hic noster Conciol. numer.
11, & tradunt citati à d. Hunni. loc. supr. ci-
tat. cap. 4, num. 9, & sequent. Berlich. dict.
conclus. 73, numer. 193, & Doctores passim,
29 est ex quo pro securitate iudicii emanat; Si
autem concessum esset in exequutionem iu-
dicati non nisi actuali satisfactione tollere-
tur, Meli. ad Castill. d. cap. 13, numer. 11,
& sequent. Hunni. d. cap. 4, num. 11, Bon-
den. collect. legal. 15, numer. 10, Pac. Iord.
lucubrat. var. tom. 3, lib. 14, tit. 13, num. 206,
Altimar. obser. ad consil. 34, lib. 2, Rovit.
numer. 23. ubi tradit limitationes ad dictam
regu-

regulam, quòd istud sequestrum necessarium cautione tollatur, ipsum consule.

30 Alia plura de hoc sequestro possem in hoc loco annotare, maximè sequestri praeventivi, vulgò dicti *Empara*, in nostra hac Provincia Gotholana vitati, sed cum *Ripoll. ad prax. Cur. Vicar. Barchin. rubr.* 3; & ibi *Nobilis Senator noster Amigant*, *& Cancer. var.* 2. *cap.* 4. multa de eo dixerint; ideò ad eos, & ad suprà citatos, & relatos per *Meritissimum, ac Nobilem Regentem nostrum Cortiada decis.* 35, *numer.* 79, *& seq.* te remittendo me expediam.

31 Pro coronide autem nota unum, quòd bona, seu nomina, aut credita Clerici debitoris existentia in manu laici non possunt sequestrari, seu empari per Iudicem saecularem, ut pro magis verâ opinione tradit *Ripoll. ad Peguer. d. rubr.* 3, *Cur. Vicar. Barch. numer.* 16, & acerrimè disputato articulo, *Ciarlin. controver.* 44, *numer.* 9, *& sequent.* & latius *controver.* 171, *numer.* 1, *& sequent.* quem citat *dict. Meli. d. cap.* 13, *numer.* 7, ad quod videas *Modern. Carol. Ant. De Luca. ad Gratian. cap.* 149, *numer.* 17, *tom.* 1, *& Oliva de for. Eccles. quaest.* 29, *p.* 2, *per tot.* tamen per Regium Senatum nostrum, referente Magnifico Ioanne de Colomer R. C. in causa Galcerandi de Villallonga Domicelli Militis Ordinis Militiae S. Ioannis Hierosolymitanen. contra Ioannem Henricum Quesi, & Hieronymum Cerverò Mercatores cives Barcinonae; Notario Galceran, die 13, *Iunii* 1679. fuit declaratum emparam faciendam esse per Iudicem laicum, licèt iustificatio emparae sit facienda coram Iudice Ecclesiastico, per doctrinas *Cancer. var.* 2, *cap.* 4, *numer.* 16, *cum seq. Fontanel. decis.* 495, *à numer.* 11, maximè *numer.* 16, *& sequent. Leo decis. Valen. decis.* 89, *numer.* 17, videndus *Noguerol. allegatio.* 19, *numer.* 132, quem citat *Pegas resol. foren. cap.* 11, *numer.* 144, *& alii*, quos citat *Meli observ. foren. observ.* 77, *n.* 3.

32 Circa tradita hic à *nostro Conciol. num.* 3, non omittas videre *Doctores citatos per d. Boler. dict. tit.* 3, *quaest.* 2, *numer.* 11, *& Ciarlin. d. controv.* 44, ubi *numer.* 15, *& sequent.* distinctionem tradit satis rationabilem, quos consule.

33 Sequestro autem apposito, interdicta est domino rei sequestratae administratio, & per ipsum tanquam importans Iudicis interdictionem, ac prohibitionem de alienando, impeditur rei sequestratae alienatio, taliter quod ea facta nulla est, *Doctissimus Altimar. ad lib.* 2, *consil. Rovit, obser.* 18, *num.*

34 21, *& 22.* Vbi suo more alios Modernos citat; ex quo fit quòd solutio facta per debitorem post mandatum ipsi iniunctum ne creditori solvat, ob alterius interesse habentis illud nomen obligatum non relevat, *Altimar. ibid. num.* 24.

QVOD MVLIER BONAE CONDITIONIS NON COGANTVR ire in Palatium ad testificandum.

Rubrica XLIII.

MVlier bonae conditionis, & famae cogi non possit intrare Palatium pro testimonio ferendo in Civili, vel Criminali Causa, sivè etiam pro responsione ad Positiones, sed eo casu Iudex, sivè Notarius causae de mandato ad eius domum cum praesentia unius proximioris accedere teneatur, sub poena xxv. lib. cuilibet contrafacienti.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres bonae conditionis, & famae non coguntur ire in Palatium.*

Neque mulieres gravida num. 2,

Quae autem dicantur mulieres bonae conditionis, & famae est Iudici arbitrarium, num. 3.

A quo verò sint subministranda expensa pro transmittendo Notario ad eas, num. 4, *&* 5.

6 *Iudex debet se conferre, seu mittere ad domum mulierum honestarum, & bonae conditionis, remissivè.*

ANNOTATIO.

CVm dispositione huius statuti mandantis, quòd mulieres bonæ conditionis, & famæ non teneantur ire in Palatium ad effectum se examinandi respondendi positionibus, & similia, sed quòd ad eas mitti debeat Notarius ad dictum effectum concordat dispositio iuris communis, quo idem disponitur, ut tradunt *glo. Castr. Roman. Iasson. & alii in l. ad personas ... ff. de virsiu. Boccac. de litter. remiss. cap. 2, numer. 28, & Farin. de testi. quæst. 78, numer. 224.*

2 Et idem est in muliere gravida, quæ pariter non tenetur ire in Palatium, ut tradit

3 *Farinac. de testi. d. quæst. 78, num. 97.* Quæ autem dicantur mulieres bonæ conditionis, & famæ remittitur arbitrio Iudicantis *Farinac. in d. quæst. 78, numer. 204, & Menoch. de arbitr. casu 69, numer. 4.*

4 Expensæ verò faciendæ pro mittendo Notario, vel Iudicem ad mulierem spectare ad illam voluit *Cappell. Tolos. decis. 100, num. 2.* quod verò sit faciendum communibus expensis, dicit *Boer. decis. 303, num. 5.*

ADDITIO.

5 CIrca tradita hic à *nostro Conciolo num. 4,* certè teneo, missionem Notarii ad mulierem honestam pro testimonio ferendo, expensis producentis fieri deberi per expressum *text. in cap. Mulier, 2, de iudic. in 6,* & ibi *Barbos. num. 13.*

6 Quòd mulieres honestæ non sint compellendæ in iudicio comparere, sed quòd Iudex debeat se ad domum eorum conferre, seu mittere Notarium per *dict. text. in cap. mulier, 2, de indic. in 6,* tradunt *Barbos. Passerin. à Sextul. & alii repetentes,* & præter eos *Matthan. de regim. Regn. Valent. cap. 11, §. 3, numer. 11, Ab Eccles. obser. Pedemont. lib. 1, obser. 63, num. 16, & sequent. Hunnis. Encyclopedi iur. part. 2, tit. 19, num. 15, & plures alii,* quos citat novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 78. §. 3, glos. 5, numer. 5, pag. mihi 215, & tit. 86, §. 3, glos. 5, numer. 8, pag. 427,* licèt *Ab Eccles. supr. numer. 19.* tradat in praxi de consuetudine servari ad mulieres pro iuramento, & examine non mitti, nisi ad Nobiles, vel viris Nobilibus nuptas; aliæ autem rusticæ, & viles accedere debent ad Iudices, & iurant, deponúntque in iudicio, ad quod citat *Caroc. Thesaur. Farinac.* credo autem in Iudicis arbitrio esse positum, qui prævidere poterit, an militent rationes *d. cap. Mulieres de iudic. in 6.*

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM, ET VXOREM.

Rubrica XLIV.

DOnatio inter virum, & uxorem, sponsum, & sponsam non valeat, nec præsumatur, nisi in casibus à iure permissis, & omnia tàm à viro data, quàm ab aliis contemplatione viri, ipsius hæredibus restituantur, præterquam Annulus, sivè Fides, quò uxor fuerit desponsata, & Vestes, quæ ad usum quotidianum ei paratæ sunt; Et si iuramentum in his prohibitis donationibus intervenerit, præsumatur dolo, & metu exortum, & nihil omninò operetur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & uxorem regulariter non valet, & num. 18,*

Etiam si ea facta sit ante matrimonium, si conferatur ad tempus matrimonii, num. 19,

Et quid facta inter coniuges putativos, num. 20,

Licèt valeat inter sponsos, num. 2,

3 *Statutum Eugubii præservat donationes inter virum, & uxorem.*

4 *Donatio causa mortis valet inter virum, & uxorem, & num. 31,*

Non tamen facta inter vivos, licèt effectus conferatur post mortem, num. 32,

Et dummodo non fiat, taliter quod non possit revocari, num. 5,

Et debet illius substantia conferri post mortem, num. 6,

Et

Et valet etiamsi patrimonium donantis non diminuitur, num. 7,
8 *Donatio inter virum, & uxorem morte cõfirmatur, & num. 21,*
Interim tamen potest revocari, n. 9,
Tacitè, & expressè, & quomodo, num. 12, & 13.
Et non solùm morte naturali, sed etiam civili, num. 22,
Non tamen trahitur retro, quoad dominium, sed tantùm quoad perceptionem fructuum, num. 23,
Secùs in donatione causa mortis revocata, num. 24,
Requiritur tamen pro validitate traditio vera, vel ficta, num. 10,
Et solùm confirmatur usque ad quantitatem 500, aureorum, si non est insinuata, num. 26,
Secùs si iuramento confirmatur, n. 27,
Et in pluribus aliis casibus confirmatur, & valet remissivè. num. 28,
11 *Contractus vitalitiis inter virum, & uxorem, & n. 37,*
14 *Donatio inter virum, & uxorem est valida de iure communi, stante iuramento, & dict. numer. 28,*
Et tunc non revocatur, seu caduca fit præmorientia donatarii, num. 29,
Nec revocationi subiacent, seu confirmatione indigent, num. 30,
15 *Statutum potest tollere vires iuramenti, præsumendo illud dolosum.*
16 *Annulus sponsalitius censetur donatus uxori si est exigui valoris, aliàs secus, n. 17,*
25 *Donatio facta inter virum, & uxorem inter vivos secuta publicatione bonorum donantis, confirmatur ad exclusionem fisci.*
Et ita pariter donatio causa mortis, numer. 31,
34 *Donationis inter virum, & uxorem materia, à quibus tractetur remissivè.*
35 *Iocalia missa per sponsum sponsæ, seu per consanguineos, cuius sint remissivè.*
36 *Iocalia, & gemmæ an præsumantur extare tempore mortis mariti penès uxorem.*

ANNOTATIO.

1 Donatio inter virum, & uxorem non valet, ne illi mutuo amore se spolient, *l. 1, ff. de donat. inter vir. & uxor. Clar. in §. donatio, quæst. 9, in princ. Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 135, numer. 2, Ciriac. controver. 399, numer. 111, Rot. decis. 37, num.*
2 *4, part. 14, recen.* licèt illa de iure communi valeat inter sponsum, & sponsam, *l. si sponsus. 5, l. inter eos, 28, l. cùm hic status, 33 §. si sponsam, ff. de donat. inter virum, & uxor.* & benè declarat *Fenzon. in d. cap. 135, num. 3,*
3 Advertendum tamen est, quòd statutum nostrum licèt annullet donationes inter virum, & uxorem, præservat tamen illas, quæ sunt permissæ de iure communi, ut observant *Fenzon. in d. cap. 135, numer. 7.* & benè *D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 7, in tit. de donat. discur. 30, numer. 3, vers. Quia verò, &c.*
4 Valet igitur dicta donatio etiam facta constante matrimonio, vel causa mortis, vel saltem si protrahatur, quòd res fiat uxoris, vel viri in tempus soluti matrimonii, & sic post mortem donantis, ut declarant *Lazar. de monit. sect. 3, quæst. 9, numer. 1, & sequent. Card. Mantic. de tacit. lib. 21, tit. 4, numer. 21, P. Sanch. de matrim. lib. 3, disput. 3, numer. 8, D. Deluca in dict. tit. de donat. discur. 30, numer. 4, & Rot. apud.*
5 *Merlin. decis. 80. in fin.* Non tamen debet fieri, quod illa nullò modo revocetur, quia non valeret, *l. ubi ita donatur 27, ff. de donat. caus. mort. Lazar. d. quæst. 9, numer. 1, & sequent. D. Deluca in d. discur. 30, nu-*
6 *mer. 7.* Et debet insuper substantia donationis conferri post mortem, secùs tamen est si solùm conferatur post mortem effectus donationis, quia non valeret, ut not. *Card. Mantic. d. tit. 4, numer. 21, vers. Sed advertendum, &c.* & benè declarat. *D. Delu-*
7 *ca in d. discur. 30, numer. 9.* Prout etiam valeret donatio quando per donationem patrimonium donantis non diminuitur, sed lucrum quod fieri potuisset remittitur, uti explicat *Fenzon. in d. cap. 135, n. 7.*
8 Donatio autem licèt non valeat inter virum, & uxorem regulariter, morte tamen confirmatur, *Lazar. in d. quæst. 9, numer. 2, Card. Mantic. de tacit. in d. lib. 21, tit. 7, num. 1, & sequent. Clar. in §. donatio, quæst.*
9 *9, vers. Scias autem, &c.* Interim tamen potest revocari, *Card. Mantic. de tacit. lib. 21, tit. 6, numer. 15, Ciriac. controv. 120, numer. 78, Rota apud Merlin. decis. 885, nu-*
10 *mer. 5.* Requiritur tamen ut dicta donatio confirmetur traditio vera, vel ficta, aliàs non confirmatur, *Lazar. in d. quæst. 9, numer. 1, Card. Mantic. in d. tit. 7, numer. 32, & sequent. P. Sanch. de matrim. lib. 6, disp. 14, numer. 7.* & quod sufficiat ficta traditio per constitutum tenent *Card. Mantic. ubi suprà & Morot. cons. 53, numer. 2,* ubi testatur de communi opinione, licet contrarium fictam traditionem non sufficere teneat *Fachin. contro. iur. lib. 13, cap. 79, per tot.*
11 Licèt autem donatio sit prohibita inter virum,

virum, & uxorem, ut suprà, non tamen est prohibitus inter eos contractus vicissitudinarius, *Cravet. conf. 245, numer. 11. Ciriac. controver. 181, num. 50.*

12 Donatio inter virum, & uxorem facta
præcipuè sine iuramento potest revocari tacitè, & expresè, *Io. Oinot. Instit. de donat.*
13 *in tit. de donat. int. vivos numer. 65*, expressè autem revocatur sola pœnitentia *Io. Oinot. loc. cit. Card. Mantic. de tacit. d. lib. 21, tit. 10, in prin.* Tacitè verò revocari dicitur ex coniecturis, putà si rem donatam donatur alienet pignori det, per divortium per præmorientiam donatarii, & similia, ut declarant *Io. Oinot. ubi suprà, & Cardin. Mant. in d. tit. 10, per tot.*

14 Donatio autem facta inter virum, & uxorem mediante iuramento est valida de iure communi *Gratian. discept. foren. cap. 27, numer. 35, part. 1, Fenzon. ad stat Vrb. dict. cap. 135, numer. 13*, ubi testatur de magis communi Doctorum opinione *Rota apud Greg. XV. decis. 563. numer. 7, & ibi Addin. litt. C*, quam opinionem latè comprobat *D. Deluca in dict. tit. de donat. discur.*
15 *29, numer. 8.* Quod tamen corrigitur expressè per statutum nostrum præsumendo iuramentum metu, & dolo extortum, quod statutum potest facere, *Fenzon. d. cap. 135, numer. 15, D. Deluca in d. tit. de donat. discur. 26, numer. 9. & discurs. 60, numer. 12, & 14, Rota decis. 212, part. 4, recent. tom. 2, & apud Posth. de manut. decis. 63, num. 4, & apud Salgad. in laberint. credit. decis. 63, num. 7.*

Dispositio verò huius statuti, quod annulus sponsalitius censeatur donatus uxori, & non sit restituendus concordat cum dispositione
16 iuris communis, quo idem disponitur, ut tradit *Rota apud Merlin. decis. 885, num. 25.* ubi habetur, id habere locum quando
17 annulus est modici valoris, aliàs secùs, latè comprobans, cùm antiquitùs annuli sponsalitii non essent prætiosi, nec aurei, sed ferrei, ut ibi per eum.

A D D I T I O.

18 LIcèt donationes inter virum, & uxorem (ut tradit hìc *noster Conciol. numer. 1,*) inspecto iure antiquo essent nullæ, *Modern. Io. Torre de pact. futur. success. lib. 3, cap. 13, numer. 56, Autun. Portugal. de donationib. Reg. lib. 1, prælud. 2, §, 4. numer. 1, & seq. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 22, num. 3,* & ita essent prohibitæ, *Modern. Torre d. tractat. cap. 13, numer. 53, lib. 3, Vrceol. consult. foren. cap. 39, numer. 1, Conciol. noster. allegatio. 18, numer. 6, Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 3, lib. 2, disp. 4, §. 1, numer. 1,* novissimè *Barra contr. foren. 39, numer. 1, Sabell. in summ. diver. tractat. §. Donatio, numer. 5, Berlich. conclus. legal. part. 2, conclus. 15, à numer. 1,* qui *Fontanel. Cancer. & alios Modernos*
19 citant; Etiam si factæ essent ante matrimonium, si eius effectus fuisset portogatus ad tempus matrimonii, *Botiller. de succes. ab intestat. cap. 2, theorem. 65, numer. 7, Sabell. d. §. Donatio, numer. 7, vers. Quod imm ò, &c. Autun. Portugal. de donatio. Reg. part.*
20 *1, prælud. 2, §. 7, numer. 95.* (Et quid si facta fuisset inter coniuges putativos videndus *Olea de cess. iur. tit. 14, quæst. 8, num. 15,*) licétque novo iure inspecto introductum sit eas non omninò esse nullas, sed re-
21 vocabiles; Tamen certum est, eas morte donatoris confirmari, si ipsæ anteà non revocavit, & in eadem voluntate perseveravit, præcedente tamen traditione vera, vel ficta, & superstite donatario, *Conciol. noster dict. allegatio. 18, numer. 14, Vrceol. de transact. quæst. 17, numer. 35.* (quamvis ipse *ibidem numer. 37*, remittendo se ad suam *consult. 39, numer. 8*, teneat traditionem non requiri) *Fragos. ubi supr. num. 6, & sequent. Barra ubi suprà numer. 2, & 3, Sabell. ubi suprà numer. 12, 13, & ferè per tot. Autun. Portugal. d. tractat. prælud. 2, §. 4, numer. 3.* ubi *Cancer. Hermosill. Barbos. Surd. Mantic. Pereyr. Amaya. & alios* citat *Modern. Torre d. cap. 13, numer. 56*, ubi alios citat, & tradit in hac materia non adesse controversiam inter scribentes, *Hanni. in Encycloped. iur. part. 3, tit. 26, cap. 3, numer. 13, Vrceol. d. consult. 39, numer. 2, Berlich. d. concl. 15, numer. 15,* novissimè *Borgia investigatio contra Fabr. tom. 1, lib. 2, cap. 8, numer. 9, Castr. Palau. de insti. & iur. par. 7, disp. 2, punct. 28, §. 2,* ubi latè.

22 Ista sanè confirmatio morte donatoris in eadem voluntate perseverantis, procedit non solum si ipse donator naturaliter moriatur, verùm & etiam si civiliter fuerit mortuus, veluti in metallum damnatus, aut deportatus, *Modern. Torre d. cap. 13, numer. 58, Autun. Portugal. d. §, 4, num. 15,* ubi *Pereyr. Boss. Farinac. Hermosil. Surd. Altagrad. & alios* citat *Berlich. ibid. num. 16, Castr. Palau. ubi supr. §. 3, numer. 2,* ubi tradit id solùm procedere favore mulieris, non autem mariti.

23 Donatio ista pura, & simplex inter virum, & uxorem facta, quæ à principio non valuit, sed morte fuit confirmata, non trahitur retro ad tempus donationis factæ, quoad do-

minium

minium rei donatæ, sed tantùm quoad fru-
ctus, ex ea perceptos, Modern. Torre dict.
cap. 13, numer. 80, & sequent. Hunni. d.cap.
3, numer.20, & 21, Fontanell. de pact. clauf.
4, glos. 7, part. 2, numer. 48, Fragos. ubi
supr. numer.8, Barra. d. controv. 39. numer.
5, Castr. Palau. ubi suprà §. 4, per tot. ma-
24 ximè numer. 3. Quod secùs est in donatio-
ne causa mortis, qua revocata fructus me-
dio tempore percepti restituuntur, Botiller.
25 disert. foren. 10, numer. 63. Nihilominùs ta-
men non revocatur sequuta posteà publica-
tione bonorum donantis, immò confirma-
tur, & per donatarium fiscus excluditur,
etiam in crimine lesæ Magestatis in primo
capite, si tempore condemnationis donan-
tis mulier esset in possessione rei donatæ, &
ita sit præcessa traditio requisita in his do-
nationibus, ut morte confirmetur, Autun.
Portugal. d. tractat. de donatio. Reg. tom.2,
part. 3. cap. 26, numer.19, & sequent. ad id-
que sunt videndi Doctores citati per d. Mo-
dern. Torre d. cap. 13, num. 91. ubi nihil de-
terminat, sed hanc quæstionem tanquam ar-
duam prætermittit.
26 Intellige tamen quòd ista donatio facta
inter virum, & uxorem, si non est insinua-
ta morte, non confirmatur, nisi ad quantita-
tem 500, aureorum, in quibus donatiò po-
test valere non verò in excessu, Cancer.
var. 1, cap.8, numer. 93, & eo, & Fragos.
Rebel. speculat. Paul. de Castr. Ruin. Man-
tic. citatis Autun. Portugal. d.§. 4, numer.
13, Rota coram Cerro decis. 644, numer. 3,
27 & 4, tom. 3. quod secùs est in confirmatis
iuramento, ex quo iuramentum defectum
insinuationis supplet, ut pluribus Modernis
citatis tradit Meli. ad Castill. de aliment.
cap. 11, numer. 2, & sequent. Cancer. Vrceol.
& alii citati novissimè per Manfrell. ad Ca-
pic. Latr. obser. ad decis. 156, numer. 11, vi-
dendus Modern. Torre de pact. futur. suc-
ces. lib. 2, cap. 31, numer. 25, & sequent. &
ferè per tot.
28 Non solùm morte istæ donationes con-
firmantur, sed etiam aliter, seu imò in plu-
ribus casibus sunt à principio validæ, veluti
si iuramento promissorio cõfirmẽtur, Castr.
Palau. ubi supra §. 5, per tot. Massin. de
confisc. bonor. quæst. 38, numer. 36, Autun.
Portugal. d. §. 4, numer. 18, Torre d. tract.
de pact. futur. succes. lib. 1, cap. 5, numer. 30,
& dict, lib. 3, cap. 13, numer. 114, ubi citat
nostr. Fontanel. Eminen. De Luca, Manz.
Carpzou. & alios, Hunni. d. cap. 3, numer.
8, Modern. Castald. consult. foren. 81, num.
2, ubi nostr. Cancer. & alios citat (licèt cõ-
tradicant Doctores citati à Manfrell. ad
Capic. Latr. obser. 22, numer. 4, & à nostro
Conciol. alleg. 18. numer. 8, & sequent.) Be-
nekendor. in addit. ad Seraphin. de privil.
iuramen. ad privil. 71, per tot. maximè num.
5, Hodiern. ad Surd. decis. 154, numer. 1, &
10, Vrceol. de transact. quæst. 17. numer. 38,
& sequent. Mart. Medic. decis. Senen. in
addit. ad exam. 17, numer. 1, Sabell. ubi su-
prà dict. numer. 5, vers. Quod donatio, &c.
Berlich. dict. conclus. 15, à numer. 14, & pari-
ter ab initio valent in aliis casibus traditis à
Doctoribus citatis à d. Doctissimo Autun.
Portugal. §. num. 14.
29 Observa tamen quòd in istis casibus; in
quibus istæ donationes iuramento confir-
mantur, seu à principio validæ fiunt, hæ non
revocantur præcedentia donatarii, seu inimò
per ipsum donatarium defunctum, transmit-
tuntur res donatæ ad ipsius hæredem, sivè
ex testamento, sivè ab intestato venientem,
Vrceol. d. quæst. 17, numer. 40, Marta Me-
dic. ubi supr. numer. 3, Modern. Torre dict.
cap. 13, numer. 115, ubi Cancer. Fontanel. &
alios, & se ipsum lib. 1, cap. 13, numer. 23,
citat Modern. Castald. d. consult. 81, num.
5. ubi Hodiern. Capic. Latr. & alios citat
(quidquid dicant Doctores citati à dict.
Hunni. d. cap. 3, numer. 10, & per Beneken-
dor. ad Seraphin. de privil. iuramen. addit.
ad privil. 72, numer. 12, vers. Contrarium,
&c.) cùm contra eos ista sit recepta opinio.
30 Pariter observa, quòd in casibus, in qui-
bus istæ donationes inter virum, & uxo-
rem valent à principio non subjacent revo-
cationi, ob causam supervenientem, neque
est necessarium quòd morte confirmetur, ut
citatis Nostro Fontanel. de pact. nuptial.
claus. 4, glos. 9, part. 5, numer. 194, & seq.
& Anton. Fabr. tradit d. Doctissimus Au-
tunez. Portugal. dict. §, 4, num. 17.
31 Donationes autem causa mortis inter vi-
rum, & uxorem factæ valent secuta tradi-
tione vera, vel ficta, aut non sequuta; Hun-
ni. d. part. 3, tit. 26, cap. 3, numer. 5, & tit.
27, cap. 3, numer. 14, & pro mille Doctissi-
mus Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap.
13, numer. 59, maximè numer. 64, ubi Fon-
tanel. Vrceol. & alios citat Berlich. d. concl.
32 15, numer. 8, Non tamen facta inter vivos
quando effectus earum conferuntur post
mortem, Modern. Torre d. cap. 13, numer.
77, & sequent.
33 Istæ sanè donationes causa mortis factæ
inter virum, & uxorem, speciali iure inter
ipsos coniuges confirmantur morte civili, &
ita secuta condemnatione capitali coniugis,
non fisco, bona donata debentur, maximè
si traditio vera, aut ficta præcesserit, Autun.
Por-

Portugal. d. tractat. de donationib. Reg. lib. 1, praelud. 2, §. 3, num. 71, & lib. 3, cap. 26, numer. 21, & sequent. ubi ad saturitatem.

34 Itaque benevole lector, integrum tractatum de hac materia conflare possem, circa tantas, & tam intricatas difficultates in ea occurrentes, nempè quando hæ donationes subsistant, quæ requirantur, inter quas personas, quomodo revocentur, quæ clausulæ de una specie, in aliam eas transfundant; tamen cùm omnes hæ difficultates, & plures aliæ sint à *Doctoribus* tractatæ, maximè à *nostris Cancer. Fontanel. & aliis Gotholanis* faciliter negotium hoc relinquo, & libenter ducendo te ad duos sanè Doctissimos viros, nempè *Io. Torre, & Autunez Portugal.* citatos, apud quos succintè habebis quæ volueris; & ita ipsos consule.

35 Jocalia autem, ac vestes missæ per sponsos sponsis, an censeantur donatæ, & per alios contemplatione alterutrius ipsorum, cui acquirantur, tradunt diffusè *nostr. Fontanel. Cancer. caeterique nostri Doctores Gotholani,* & ita apud eos habebis materiam digestam; & si de eis non fueris satisfactus (quod non credo) recurre ad *Doctores citatos per Doctissimos Scoppa. ad Gratian. obser.* 118, *Altimar. ad decis. Rovit.* 12, & 31, ad quos se remittit in *obser. 40, ad lib. 1, consil. dict. Rovit. numer. 5,* & ibi *Giurb.* citat *Hodiern. ad Surd. decis. 166, per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 3, lib. 2, disp. 4, §. 1, numer. 11, Berlich. concl. legal. part. 3, concl. 32, per tot. Autun. Portugal. dict. tractat. part. 1, praelud. 2, §. 7, numer. 92, & sequent. Bettler. de success. ab intestat. cap. 1, theorem. 21, numer. 5, Bonden. collect. legal. 42, numer. 96, & sequent. Andreol. controv. 281. Baron. de effect. minor. aetat. circa contract. effect. 15, numer. 16, & in addit. ad tit. de facie, numer. 12, Marin. resol. lib. 1, cap. 90, Rota penès Arguell. decis. 67, & per Doctissimum Pilaia. in addit. ad consid. 24, Iranç. de protestatio. Manfrell. ad Capic. Latr. observ. ad decis. 184, numer. 1,* novissimè *Olea in addit. ad tit. 4, quaest. 11, tractat. de cess. iur. num. 14, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 7, tit. 83, §. 9, num. 77, & sequent. Capon. controver. 39, per tot.* ubi latissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 6, cap. 2, per tot.* latissimè *Bossi. moral. tom. 2, tit. 8, §. unic. per tot.* quos consule.

36 An autem iocalia, & gemmæ praesumantur extare tempore mortis mariti penès, an verò pervenisse ad hæredes viri tradit *Rota Recen. part. 19, decis. 73, numer. 3, & part. 18, tom. 1, decis. 194, numer. 26, & sequent.* maximè *num.* 32.

37 Circa per me suprà annotata, pro coronide nota unum, quòd donationes reciprocæ factæ inter coniuges sunt qui dixere valere, tu examina penès *Doctores citatos à Doctissimo Torre d. tractat. lib. 1, cap. 13, per tot.* maximè *numer. 19, & seq. & cap. 7, numer. 48, & seq.*

QVOD MVLIER NVPTA CONTRAHERE, SIVE TESTARI non possit absque consensu viri.

Rubrica XLV.

Uxor non possit de rebus suis aliquam obligationem, sivè contractum alienationis facere, seu quoquo modo illas in alium transferre absque consensu viri: Et ideò habita priùs licentia à Serenis. D.N. teneatur ultra consensum sui viri, facere consentire duos eius proximiores: Quibus cessantibus, sivè iniustè recusantibus, duo viciniores adesse, & praestito eis Iuramento, consentire valeant, Iudicisque decreto talis obligatio, sive alienatio firmanda est. Animadvertat tamen Iudex, ne mulier propterea omninò indotata remaneat, & quòd pro eius assecuratione, & indemnitate habeat regressum ad alia bona viri, quòd in dicto instrumento semper pro inserto, & apposito habeatur, Et ad priora Iura redire valeat.

Quòd si dicta mulier testari velit, teneatur requirere consensum sui viri, si praesens sit; si verò sit absens, ita quod eius consensus de facili haberi non possit, & uxor sit infirma, debeant consentire duo ex proximioribus viri, quibus

recu-

recusantibus, Iudex teneatur dare licentiam cuicunque instanti pro tali muliere, quòd possit facere Testamentum, & si occasio requirat, etiam adesse debeat: viro autem præsente, & requisito coram duobus testibus, vel aliàs legitimè, mulier liberè testari valeat, quamvis nollet eius maritus testamento consentire; Et si id prohibuerit, vel quomodocunque impedierit, Iudex suas partes pro testamento præsens interponat.

SVMMARIVM.

1 *Statuti una pars declarat aliam.*

2 *Mulier non præsumitur habere nisi bona dotalia.*

3 *Statutum conditum ad tollendas fraudes dicitur favorabile.*

Et ideò illud est latè interpretandum, num. 4,

5 *Solennitates statuti sunt de forma.*

Itaut contrahentes sine solennitatibus, neque obligentur naturaliter, n. 6,

7 *Procurator mulieris tenetur servare solennitates, quas ipsa servare tenetur.*

Nisi procurator esset constitutus cum dictis solennitatibus, num. 8,

9 *Mulier sine solennitatibus statuti non potest contrahere cùm patre, matre, & fratre.*

Licèt contrarium voluerint aliqui, numer. 10,

Nequè potest esse in iudicio sine solennitatibus, n. 11,

Nequè potest deferre iuramentum litis decisivum, num. 12,

Nequè potest compromittere, n. 13,

14 *Mulieris contractus sine solennitatibus non valet, etiam si ei sit utilis.*

Licèt aliqui contrarium teneant, numer. 15,

16 *Mulier non potest donare causa mortis sine solennitatibus statuti, & num. 81,*

Nequè potest adire hæreditatem, n. 18,

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 19,

Potest tamen illam repudiare absque solennitatibus, num. 17,

20 *Mulier prohibita contrahere non potest contrahenti consentire.*

Nequè potest contrahere sine solennitatibus favore pupilli, num. 21,

Valet tamen contractus cum pia causa, num. 22.

Contrarium si consensus requiratur pro interesse viri, tenent Doctores, n. 23,

Secùs tamen est si contrahat cum Clerico, vel Ecclesia, num. 24,

25 *Mulier potest se obligare sine solennitatibus pro liberando viro à carcere.*

Ac etiam ne vir carceretur, n. 26,

Dummodò illius obligatio non excedat dimidiam dotis, num. 27,

28 *Statutum requirens solennitates non ligat mulierem contrahentem nomine alieno.*

Nequè mulierem se obligantē pro exoneratione conscientiæ, n. 29,

Nequè comprehēdit obligationem mulieris necessariam, num. 30,

Nequè quietationem necessariam, n. 31,

Et ideò potest retrovendere censum sine solennitatibus, num. 32,

Et obligatio mulieris quando dicatur necessaria remissivè. num. 33,

Nequè quando vir, & uxor simul contrahunt, num. 34,

Nequè quando mulier se obligat pro dote, num. 35,

36 *Statutum requirens consensum proximiorū, intelligitur si proximiores adsunt.*

Et sufficit consensus unius, si plures nō adsint, num. 37,

Et idem est in viro si absit, n. 38,

Vel si sit bannitus, num. 39,

Si tamen vir sit in longinquis partibus, secùs si in loco vicino, num. 40.

Et non requiritur consensus si vir, & uxor non benè conveniant, num. 41,

42 *Proximiores requisiti à statuto ad authorizandum actum non debent habere interesse.*

Et an proximiores esse debeant mulieri utrinque coniuncti, & quomodo, n. 43,

44 *Mulier quæ vult dare de nullitate contractus ob non interventum proximiorum quid debeat probare.*

Et quid si mulier in instrumento asserat, consanguineos esse proximiores, n. 45,

46 *Nullitas à statuto inducta favore mulieris non potest allegari à tertio.*

Cùm contractus sit nullus, volente uxore, num. 47,

Fallit si sit nullus ipso iure, vel si tertius habeat interesse, num 48,

49 *Mulier non potest alienare ultra medietatem dotis.*

Itaut si illa alienat ultra dimidiam, alienatio sit nulla in totum, num. 50,

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 51,

Nisi mulier esset in tali ætate, quod

non

non possint sperare nova nuptia, n.52,

Mulier autem asserens remansisse indotatam, tenetur probare, n. 53,

Quod verò tempus sit attendendum pro indicanda lesione remissivè, n. 54,

55 *Statutum prohibens uxorem testari sine consensu viri est validum.*

Contrarium tenent aliqui D D. n. 56,

Itaut illa neque possit legare, fideicõmittere, vel codicillari, num. 57,

Potest tamen testari sine consensu viri, si ille sit absens, nu. 58,

Maximè accedente iuramento, n. 59,

Nisi tamen vir esset in loco vicino, numer. 60.

Non tamen requiritur consensus viri, si uxor cum eo non conveniat, num. 61,

Neque quando adest periculum mortis, num. 62,

Neque quando uxor testatur inter liberos, num. 63.

Vel ad pias causas, num. 64,

Neque habet locum in testamento condito extra territorium, num. 65,

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 66,

Neque habet locum quando testamentum esset conditum in loco exempto, n. 67,

68 *Mulier alibi nupta tenetur servare solemnitates statuti sua originis.*

69 *Consensus viri in testamento uxoris requisitus ratione interesse.*

Et ideò potest illum prastare ad proprium commodum, n. 70,

Maximè si illum praestiterit per aliquot dies antè, num. 71,

Et quando dispositio principalis non est ad favorem viri, num. 72,

73 *Statutum loquens de marito non habet locum in sponso de futuro.*

Licèt illud habeat locum in sponsa non cognita, nec traducta, num. 74,

75 *Statutum de quo in rubr. uti laicale, non cõprehendit actum iuratum.*

76 *Iuramentum firmat actum nullum, ac invalidum,*

Etiam si obligatio sit ipso iure nulla, num. 77,

78 *Mulieres in Cathalonia liberè possunt contrahere absque consensu viri, nisi in casibus in quibus ex contractu praiudicium maritis infertur.*

79 *Statuto effici potest ut contrahere non possit absque certis solemnitatibus.*

80 *Contrahere liberè possunt mariti cum uxoribus, & è contra, non autem donare.*

82, *Consensus si absque causa maritus praestare recusat, ad id cogi potest, seu pro praestito habetur.*

ANNOTATIO.

HOc statutum requirens in contractibus mulierum consensum viri, proximiorè,
decretum Iudicis, & licentiam Principis licèt videatur habere locum in contractu, &
alienatione bonorum dotalium, ut suadetur ex illis verbis *Ibi advertat Iudex, quod*
1 *indotata non remaneat*, cum ex una parte
statuti declaretur altera, ut dicit *Mascard.
de gener. stat. interp. conclus. 2, numer. 112,*
ubi dat concordantes, *Rota decis. 563, apud
Merlin. numer 8*, etiam quòd statutum lo-
2 quatur generaliter, cùm mulier non praesumatur habere regulariter, nisi bona dotalia,
ut not. *Hond. cons. 16, numer.* 18, *lib. 2, &
Rota apud Greg. XV, decis. 398, numer. 5,
& apud Merlin. de pign. decis. 77, nu. 16,*
& sic de illis censeatur loqui statutum,
quod magis adaptatur ad ea, quae frequenter accidunt, quàm ad ea quae rarò, *l. nam
ad ea, & ibi not. glos. & Doct. ff. de legib.*
3 Tamen cùm dictum statutum uti conditum
ad tollendas fraudes dicatur favorabile,
*Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2, circa
stat. interp. ad stat. Vrb. 151, in prin. Fenzon. ad d. cap. 151, numer. 2, & sequent.
Giurb. obser. 38, numer. 3, Rota apud Caputaq. decis. 215. numer. 1, part. 3.* & dicatur
conditum ad publicam utilitatem, *Fenzon.
ubi suprà, Rota apud Caputaq. decis. 190.*
4 *part. 3.* Illud est latè interpretandum, & ad
casum non expressum eadem ratione militante est extendendum, & sic ut comprehendat etiam alienationem bonorum paraphernalium mulieris, ut not. *Theod. Rub. ad
stat. Vrb. d. cap. 151, in prin. Fenzon. ad
stat. Vrb. cap. 149, numer. 3, & Rota apud
Crescen. decis. 3, numer. 8, de constit.* &
quòd in hoc statuto non sit facienda differentia inter bona dotalia, & extradotalia tenet *D. Deluca in Theat. verit. & iust. tom.
7, in tit. de alien. & contra. prohib. discur.
31, num. 14, licèt num. 16, teneant in contrarium.* Et facit etiam pro hac parte, quod
statutum nostrum disponit, quòd uxor non
possit de rebus suis aliquam obligationem,
vel contractum facere, quòd verbum *rebus*,
uti generale, & latissimum, ut not. *Alciat.
in l. rei appellatio. 5, num. 1, ff. de verb. signif. Tiraquel. ad leg. connub. glos. 2, n. 37.
& Barbos. de appell. verb. signif. appellat.
238, numer. 1,* est aptum comprehendere,
tàm bona dotalia, quàm extradotalia, ut in
terminis decreti Serenissimi Ducis Parmae
loquentis per verbum *facultatibus*, ponderat
Andreol. contro. 377, num. 22, cogita.
5 Praesciendum est autem primò, quòd su-

pradi-

prædictæ solennitates sunt de forma, & ad unguem observandæ, ita ut illis non servatis actus corruat, uti tradunt *Pir. Maur. de fideiuss. part. 2, sect. 8, cap. 56, numer. 1, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 151, numer. 13, & seq. Theod. Rub. ad d. cap.* 151, *numer. 5, & Rota apud Card. Ottobon. decis.* 215, *numer. 1, & sequent. & apud Bichium decis. 559,*
6 *numer. 26.* Itaut mulier sic contrahens nequè naturaliter obligetur, ut voluerũt *Bart. Ang. Roma. Castr. Aret. Socci. Calca. Tiraq. Plot. & Lambert.* quos refert, & sequitur *Pir. Maur. de fideiuss. dict. cap. 55, numer. 3,* plenè *Adden. ad Rot. decis.* 81, *n.* 26, *& seq. part, 8, rec.*

7 Ac etiam quod procuratores mulierum tenentur servare easdem solennitates, quas ipsæ servare debuissent si contraxissent, *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 1, cap. 328, numer. 94,* licèt posteà distinguat cum *Tiraq.* per eum relato, *Theod. Rub. in singul. Rot. Roman. tom. 2, circa statut. Vrb. cap. 151, nu-*
8 *mer. 13,* qui dant concordantes; Nisi tamen procurator esset constitutus cum dictis solennitatibus ad contrahendum, cùm sufficiat illas adhibitas fuisse in mandato, *Theod. Rub. in d. cap. 151, numer. 14, Card. Mantic. de tacit. lib. 7, tit. 3, in fin. Rota apud Merlin. de pignor. decis. 117, numer. 2.* Et sufficere fuisse adhibitas solennitates loci, ubi factum fuit mandatum, non autem loci contractus dixit *Rota d. decis. 117, numer. 3, ver. quia Doctores, &c.*

9 Mulier autem sine dictis solennitatibus nequè potest contrahere cum Patre, Matre, & filiis, cùm etiam in dictis casibus possent fraudes committi, ut tradunt *Adden. ad Gregor. XV. decis. 334, numer. 9, Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 2, ad stat. Vrb. cap. 149, numer. 11, & sequent.* ubi multipliciter declarat, *& ad cap. 151, numer. 16,* quando ex facie instrumẽti apparet de damno mulieris, dicens hoc non procedere quando Mater, vel Pater donat filio, ut ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 149, numer. 16, & sequent. Andreol. controv. 95, num. 15, Gratian. discept. foren. cap. 32, num. 11, part. 1, D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 7, in tit. de donat. discur. 60, numer. 15, & Rota apud Greg. XV. decis. 334, numer. 4, & apud Burat. decis. 520, numer. 36, & sequẽt. & apud Cavalcan. decis. 442, numer. 7, & decis. 723, numer. 15, part. 2, rec.* & novissimè *in Eugub. donat. 23, Iannar. 1672, coram R. P. D. Rondanino, §. verùm etiam, &c.* maximè quando concurrunt præsumptiones simulationis, *Rota ubi suprà, §. & quamvis, &c.* & quando statutum loquitur generaliter, ut facit statutum nostrum, *Andreol. d. controv. 55, num. 14, & seq. & Rot. ubi suprà.*

10 Licèt contrarium voluerint *Carpan. ad statut. Mediol. cap. 328, num. 128, Gabr. cons. 20, numer. 41, lib. 2, Andreol. sib. contrarius contro. 112, numer. 50,* ubi de filiis, *Ciriac. controv. 334, num. 24, Marta de succes. legal. part. 4, quæst. 9, art. 5, numer.* 18, qui alios dat concordantes, *& Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quæst. 12, numer. 5,* nisi constaret de læsione, vel de utilitate patris, ut ibi per eum.

11 Nequè mulierem posse esse in iudicio sine hac solennitate voluerunt *Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 328, numer. 167, &*
12 *sequent.* ubi dicit, quòd nequè potest deferre iuramentum litis decissivum, nequè iurare, nisi ad eius utilitatem, ut ibi per eum, *& Tiraq. de legib. connub. glos. 3, numer. 194.* licèt contrarium cessante fraude teneat *Gratian. discept. foren. cap. 704, num. 23, part. 3.* allegans *Rota in Perusina terrar. 16, Iu-*
13 *nii 1680, coram Card. Pamphilio.* Prout nequè potest compromittere sine consensu viri, *Carpan. in d. cap. 328, numer. 57, & sequent. & Tiraq. in d. glos. 3, numer. 190,* qui dant concordantes.

14 Nequè valet contractus mulieris sine dictis solennitatibus etiam si contractus ei sit utilis, ut tradunt *Gratian. discept. foren. cap. 27, in prin. part. 1, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 151, *numer. 45,* ubi testatur de magis communi Doctorum opinione, *Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. ad stat. Vrb. d. cap. 151, numer. 32,* ubi dicit, contrariam opinionem procedere quando de dicta utilitate evidenter constat, ut ibi per eum, *& Rota apud Card. Seraph. decis.* 1242, *numer. 3.*
15 Licèt contrarium teneant *Tiraq. de legib. connub. glos. 8, numer. 76, & 86, & sequent. Carp. ad d. cap. 328, numer.* 100, *& Pascal. de patr. potest. part.* 1, *cap. 6, numer. 20,*

16 Et dictum statutum habere locum etiam in muliere donante causa mortis post *Rip. Bened. Rimin. Iun. Covar. & Lamber.* per eam relatos firmat *Rota decis.* 103, *numer. 2, part. 3, rec.* ubi testatur de communi opinione, & generaliter quòd dictum statutum habeat locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi potest tradunt *Fenzon. in d. cap.* 151. *numer. 38, Theod. Rub. ad dict. cap.* 151, *numer.* 12, *& Rota apud Greg. XV. decis.* 333, *in prin. & ibi Adden. & decis. 592, num.* 1, *part.* 1, *rec.*

17 Insuper non habet locum dispositio dicti statuti in repudiatione hæreditatis, *Carpan.*

ad stat. Mediol. dict. cap. 328, num. 160.
licèt aliquos contrarium tenentes referat,
18 licèt illud locum sibi vendicare in additione
hæreditatis voluerint *Tiraq. de legib. connub. glos. 5, numer,* 125, ubi testatur de magis communi opinione, & *Crass. de success. lib. 2, art. acquisitio hered. quæst. 17, num.* 13.
19 ubi dicit, hodiè Doctores ut plurimum in
hanc sententiam viri æquiorem venire licèt
contrarium tenuerint *Carp. ad stat. Mediol. d. cap. 328, numer.* 143, *Vasq. de success. procr. §. 4, numer. 46,* cum qua opinione uti veriori pertransit *Calv. de aquit. lib. 2, cap.* 110, *numer. 4, & sequent.* benè comprobans.
20 Et dictum statutum habet locum etiam in consensu præstando, quia mulier prohibita contrahere nequè potest contrahenti consentire, *Tiraq. leg. connub. glos. 5, numer.* 128, *& sequent. Merlin. de pignor. lib.*
21 *2, quæst. 83, numer.* 1. Nequè valet illius
contractus etiam si se obliget favore pupillorum, & minorum, *Rota apud Card. Ottobon. decis. 215, num. 4, & seq.*
22 Non tamen habet locum statutum in contractibus mulierum factis cum qua causa, ut tradunt *Carpan. in d. cap. 328, num.* 111, *Gait. de cred. cap. 4, quæst. 7, numer.* 933, *& sequent. Theod. Rub. ad d. cap.* 151, *numer. 64, & Rota decis.* 190, *numer. 27,*
23 *part. 6, rec.* licèt contrarium quando consensus requiritur pro interesse viri teneant *Tiraq. d. glos. 8, numer.* 159, *& sequent. & numer.* 171, licèt in hoc potiorem esse causam illius, qui tractat de damno evitando
24 dixerit *Rota ubi suprà.* Secùs autem si contraxerit cum Ecclesia, vel Clerico, nisi ad pias causas, *Carpa. d. cap. 328, numer.* 91, *Masc. de gen. stat. interp. conclus. 7, numer. 40, & sequent.* licèt contrarium teneant *Gemnen. pract. Eccl. quæst. 334, numer. 5, & Sperell. decis. 10, numer. 13, & seq. part.* 1.
25 Prout nequè habet locum dictum statutum quando uxor contrahit pro liberando viro à carcere, *Carpan. d. cap.* 328, *numer.* 117, *Theod. Rub. in d. cap. 151, numer. 26.* si maritus est carceratus pro criminali causa, ut ibi per eum, *Gait. de credit. cap. 4, quæst. 7, numer,* 933, *& sequent, Ciriac. contro.* 216, *numer.* 9, qui vult prædicta procedere intervenientibus solennitatibus, aliàs secùs cum quo sensit *Theod. Rub. ubi suprà*, pro
26 viro carcerato pro debito, & idem est si
uxor se obliget, ne vir carceretur, *Gratian. discept. foren. cap. 952, numer. 4, part. 5,*
27 *Ciriac. d. contro.* 216, *numer.* 13. Dummodo
eius obligatio non excedat dimidiam dotis, *Ciriac. d. contro.* 216, *numer.* 19, *Posthi. re-*
sol. 89, numer. 26, & sequent. Massin. de confisc. bonor. quæst. 31, numer. 115.
28 Adde prædictis dictum statutum non habere locum quando mulier contrahit nomine alieno, *Tiraq. de legib. connub. glos. 5, numer.* 164, *Carpan. d. cap. 328, numer.* 120,
29 nequè quando illa contrahit, & se obligat
pro exoneratione conscientiæ, cùm illa adimat omnem fraudis suspicionem, *Gratian. disc. foren. cap. 831, in prin. & cap. 878, numer. 22, part. 5, Rota in Rom. pecun. 7, Iun.* 1541, *in fin. cor. Card. Cerro,* & in recognitione bonæ fidei *Rota apud Merlin. de pignor. decis. 92, num.* 16.
30 Nequè dictæ solennitates statuti requiruntur in alienatione mulieris necessaria, *Gratian. discept. foren. cap. 27, numer. 47, part. 1, Posthi. de subhast. suspect. 24, num. 38, Pir. Maur. de fideius. part. 2, sect. 8, cap. 16, in fin. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 151, *numer.* 10, *Rota decis. 177, numer. 8, part. 1, rec. & decis. 511, numer. 3, part. 2,*
31 *recen.* Nequè in quietatione necessaria, *Gratian. discept. foren. d. cap. 27. numer. 47, p. 1, Mangil. de evict. quæst. 89, in fin. Rota decis. 747, numer. 51, apud Posthi. de manut.* licèt contrarium teneant *Andreol. controv.* 188, *numer,* 12, *& Rota decis. 25, numer, 1, part. 4, recen.* & ideò solennitates non re-
32 quiruntur in retrovenditione census recepto
prætio, quia dicta retrovenditio vigore Bullæ Pii V. est necessaria, *Theod. Rub. singul. Rota Rom. tom. 2, ad d. cap. 151, stat. Vrb, numer. 79, Rota in Rom. census 7, Februar,* 1607, *coram R. P. D. Orsembergo.* Quan-
33 do verò obligatio mulieris dicatur necessaria
declarant *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 151, *numer. 23, & Merli. de pignor. lib. 2, quæst. 18, numer. 81, & sequent. & Rota decis.* 177,
34 *numer. 8, part. 1, recen.* Nequè dispositio
dicti statuti habet locum quando vir, & uxor simùl contrahunt, ut not. *Gomez. ad leg. 84, Taur. numer. 4, Carpan. ad d. cap. 328, num. 278, Tiraq. de legib. connub. glos.*
35 *5, numer.* 24. Nequè quando mulier se obli-
gat pro dote *Adden. ad Rot. decis. 450, numer, 228, part, 4, rec. tom. 2, Altograd. cons.* 34, *numer. 8, & sequent. lib.* 1, dicens ita fuisse iudicatum in Rota Lucensi, *Rota apud Buras. decis. 873, numer. 2, & decis. 924, numer. 10, & apud Cocci. decis. 433, in prin.* & in aliis pluribus, quas recensui, & & sequutus cum *ego alleg. foren. 49, num.* 49, & plures casus, in quibus solennitates, dicti statuti in contractibus mulierum non requiruntur recenset *Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 2, ad d. c. 151, ferè per tot.* ubi videas cùm non omnia sint hic apponenda.

36 Sta-

36 Statutum hoc, quòd mulier non contra-
hat sine consensu proximiorum intelligitur
si proximiores adsint; aliàs secùs, *Seraph.*
de priv. iuram. priv. 31, *numer.* 81, *& priv.*
73, *numer.* 43, *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.*
151, *numer.* 19, *Carpan. ad stat. Mediol. cap.*
300, *numer.* 30, *Tiraq. de legib. connub. glos.*
8, *numer.* 7, *& sequent. Rota decis.* 193, *nu-*
37 *mer.* 8, *part.* 9, *recen.* Et si unus adsit con-
sanguineus sufficere illius consensum volue-
runt *Bald. Castr. Alex. & Felin. ac Ias.*
quos refert, & sequitur *Tiraq. in dict. glos.*
38 8, *numer.* 52. Et idem est in viro, qui si abest,
ita ut illius consensus haberi non possit uxor
potest contrahere sivè dicto consensu, *Tiraq.*
in d. glos. 8, *numer.* 6, *Fenzon. ad statut.*
Vrb. d. cap. 151, *numer.* 19. *Altogr. cons.* 5,
numer. 93, *&* 94, *lib.* 1, *Rot. apud Gregor.*
XV. decis. 459, *in fin. & ibi Adden.* & si
39 maritus sit bannitus; quia illius consensus
non requiritur, *Tiraq. d. glos.* 8, *numer.* 35.
40 ubi concordantes, si tamen maritus absit
in longinquis partibus, secùs si sit in loco
vicino, itaut illius adventus iam iam expe-
ctetur, quia tunc est expectandus, aliàs
actus est nullus, *Petr. Pecch. de testam. con-*
iug. lib. 3, *cap.* 6, *in princ. Carpan. ad dict.*
cap. 328, *numer.* 334, *Costa remed. subsid.* 53,
in fin. & de scien. & ignor. cent. 2, *dist.* 78,
41 *numer.* 4, *&* 5, & idem dicit quo ad absen-
tiam propinquorum, *Tiraq. in dict. glos.* 8,
numer. 6, *& sequent. & numer.* 19, quod ego
non firmo; Et idem est quando uxor cum
marito non benè convenit, quia illius con-
sensus non est necessarius, *Rota decis.* 13,
numer.... part. 4, *rec. & in Romana pecu-*
niaria 7, *Iunii* 1643, *coram Card. Cerro*, §,
quo autem, &c.
42 Dicti tamen proximiores non debent ha-
bere interesse in actu si intervenerunt ad au-
thorizandum actum, secùs si ratione præiu-
dicii, *Rota apud Greg. XV. decis.* 473,
numer. 10, *& ibi Adden. numer.* 25, ubi
declarant quale debeat esse dictum inte-
resse: *& decis.* 380, *sub numer.* 5, *part.* 1, *rec.*
43 Qui verò esse debeant dicti proximiores,
an debeant esse utrinque coniuncti mulieri,
& proximiores quo ad successionem, & si-
milia tradunt *Hond. cons.* 32, *numer.* 108,
lib. 1, *& Carpan. ad stat. Mediol. cap.* 328,
num. 334, *& seq. lib.* 1.
44 Mulier verò volens dare de nullitate
contractus ob non interventum proximio-
rum tenetur probare, quòd proximiores ad-
fuerint in loco contractus; & quod potue-
rint intervenire, & non intervenerint; &
quòd fuerint præsentes, & habiles ad con-
sentiendum, ut docent *Pir. Maur. de si-*
deiuss. part. 2, *sect.* 8, *cap.* 56, *numer.* 12, *&*
Rota decis. 713, *numer.* 1, *part.* 2, *recen. &*
decis. 9, *numer.* 10; *& dict. decis.* 193, *num.* 8,
45 *part.* 9, *rec. tom.* 1. Ita ut si mulier in in-
strumento assertuit; consanguineos esse pro-
ximiores, si posteà ad invalidandum con-
tractum asserat illos non fuisse proximiores
uti mendax, & dolosa non debeat audiri, ut
not. *Fulgo. Lambert. Tiraq. Alex. Carpan.*
& alii relati per *Pir. Maur. in d. sect.* 8, *cap.*
56, *numer.* 15, licèt contrarium teneat *Grat.*
decis. March. 234, *num.* 8, *& seq.*
46 Quòd autem dictam nullitatem ob non
interventum proximiorum à statuto indu-
ctam nõ possit tertius allegare tradunt *Car-*
pan. ad stat. Mediol. d. cap. 328, *numer.*
472, *Tiraq. de leg. connub. glos.* 8, *num.* 69,
& seq. qui sub *numer.* 96, declarat non pro-
cedere quando lex resistit contractui, cum
quibus pertranseunt *Gratian. discept. foren.*
cap. 27, *numer.* 39, *part.* 1, *& Pascal. de patr.*
potest. part. 1, *cap.* 6, *numer.* 21, *& sequent.*
47 & quod contractus celebratus sine solen-
nitate sit nullus volente uxore, aliàs secùs
tradunt etiam idem *Carpan. in dict. cap.* 328,
numer. 460, *& sequent. & Theod. Rube. in*
sing. Rot. Roman. circa stat. Vrb. tom. 2, *cap.*
151, *numer.* 34, *& Fenzon. ad statut. Vrb.*
d. cap. 151, *in fin.* ubi dicit illam allegari pos-
se etiam ab hæredibus mulieris.
48 Quod tamen non habet locum quando
actus esset nullus ipso iure, ut probant *Surd.*
Scapuc. Gratian. Tomat. Merlin. Card.
Mantic. Ciriac. & Rota per me adducti
alleg. foren. 4, *numer.* 41, & not. novissimè
D. Torre de pact. futur. succes. lib. 1, *cap.*
16, *numer.* 48, & quando tertius habet in-
teresse, ut pariter probavi *ego alleg.* 4, *n.* 42,
& 43, ubi dedi concordantes.
Dum verò statutum hunc nostrum admovet
Iudicem, quòd non permittat, uxorem
alienare ultra medietatem dotis, adverte,
49 idem esse dispositum de iure communi, quo
attento uxor non potest alienare ultrà dimi-
dium dotis, cùm illa non debeat remanere
indotata, ut tradunt *Ciriac. controv.* 216,
numer. 19, *& sequent. Posthi. resol.* 89, *num.*
53, *Merlin. de pign. lib.* 2, *quæst.* 18, *numer.*
71, *D. Deluca in Theatr. verit. & iusti.*
tom. 6, *in tract. de dote disc.* 20, *num.* 3, *&*
seq. ubi dicit, quòd si dos non sit sufficiens
ad alimenta nequè posse illam obligare infra
dimidiam, ut ibi per eum, & idem firmat
contra *Merlin. discur.* 95, *numer.* 3, *&* 10,
cum quibus pertranseunt *Gratian. discept.*
foren. cap. 108, *numer.* 8, *& sequent. part.* 1,
& cap. 723, *numer.* 19, *& sequent. part.* 4,
Fontanel. de pact. nupt. claus. 7, *glos.* 2, *part.* 6,

numer. 8, Giurb. observ. 80, numer. 10, &
sequent. & alii relati per Deluca in d. disc: r.
50 95, numer. 3, Itaut si illam obliget ultra di-
midiam unica obligatione sit nulla in totum,
ut voluerunt Hodier. ad Surd. decis. 86, nu-
mer. 16, Andreol, controv. 376, numer. 5,
Fontanel. de pact. nupt. claus. 7, glos. 2, p.
6, numer. 21, & sequent. & numer. 31, &
seqq. Buttigl. de success. theor. 88, sub num.
51 20. licèt contrarium tenuerit Thesaur. Iun.
52 quæst. foren. 65, numer. 4, lib. 2. Nisi ta-
men esset constituta mulier in tali ætate,
quod non possent novæ nuptiæ sperari, quia
tunc posset consumere totam dotem, ut
probant Carena resol. 184, numer. 7, Capic.
Latro decis. 109, numer. 5, & Massin. de
confisc. bonor. quæst. 31, num. 116.
53 Mulier verò asserens ex contractu rema-
nere indotatam tenetur id probare, Merlin.
de pignor. lib. 2, quæst. 18, numer. 68, & nu-
mer. 74, Giurb. observ. 80, numer. 11, benè
Massin. de confisc. bonor. quæst. 31. numer.
90, Rota post Cenc. de cens. decis. 485, nu-
mer. 8, & apud Posthi. de manut. decis. 233,
54 numer. 8, Quod verò tempus pro læsione
mulieris attendendum sit an obligationis,
vel restitutionis dotis est inter Doctores
controversum, ut videre est per Massin. in
d. quæst. 31, numer. 133. & sequent. ubi ex
Rota attendendum esse tempus restitutionis
æquius esse firmat, ut ibi per eum.
55 Supradictum autem statutum prohibens
uxorem testari posse sine consensu viri, licèt
esse validum dixerint Hond. cons. 32, numer.
95, lib. 1, & Thoma. decis. March. 292, nu-
56 mer. 1. contrarium tamen quod illud non
valeat, cùm testamentum pendere non pos-
sit ab alieno arbitrio, quicquid sit si statu-
tum requirat tantùm licentiam, vel præsen-
tiam, voluerunt Thob. Noni. cons. 18, nu-
mer. 1, Menoch. cons. 496, numer. 107. lib.
5, Ciroc. discept. 21, numer. 5, & sequent. &
D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 9,
in tit. de testa. discur. 30, numer. 8, cum qui-
bus pertransit Rota decis. 9, numer. 5, part.
9, recen. tom. 1. quàm tamen conclusionem
eadem Rota noluit posteà firmare in decis.
193, numer. 1, d. part. 9, rec. & iterum dec.
165, numer. 6, coram Bich.
57 Et dictum statutum prohibens mulierem
testari sine consensu viri procedit, ut nequè
possit legare, fideicommittere, & codicil-
lari, ut not. Rol. cons. 68, numer. 9. lib. 4,
Clemen. de patr. potest. cap. 6, effect. 9, nu-
mer. 2, Dilect. de arte testa. tit. 1, caus. 1,
numer. 3, & Hond. cons. 32, num. 82, lib. 1.
58 Si vir sit absens, & eius adventus iam
iam non expectetur, ita ut illius consensus
haberi non possit, quòd uxor possit testari
sine illius consensu, uti disponitur etiam
in hoc statuto, tradunt Carpan. ad stat.
Mediol. cap. 300, numer. 30, & cap. 328,
numer. 38, Costa. remed. subsid. 53, in fin.
59 Hond. cons. 32, numer. 101, lib. 1. Maximè
accedente decreto Iudicis Carpan. ad stat.
Mediol. cap. 416, numer. 126, Borgn. decis.
31, numer. 39, part. 1, Rota in Rom. pecu-
niar. 7, Iunii 1641, coram Cardin. Cerro, §,
primum enim, &c. Nisi ille sit in loco vicino,
itaut iam iam expectetur, quia tum illum
60 esse expectandum, aliàs actus sit nullus di-
xit Carpa. ad d. cap. 328, numer. 328, &
61 Costa ubi suprà. Non tamen requiritur di-
ctus consensus viri, quando uxor cum eo
62 non benè convenit, ut probat Rota in d.
Roman. pecuniar. coram Cerro, nec quan-
do adest periculum mortis, ut disponitur
in hoc statuto, & not. D. Deluca in Theat.
verit. & insti. tom. 9, in tit. de testa. discur.
63 30, numer. 16. Prout nequè habet locum
hoc statutum prohibens uxorem testari sine
consensu viri in testamento inter liberos, Ci-
roc. discept. 21, numer. 1. & sequent. D. De-
luca in d. tit. de testam. discurs. 29, numer.
12, ubi testatur de probabiliori opinione cō-
64 tra Gabr. cons. 1, lib. 1. Nequè comprehen-
dit testamentum conditum ad pias causas,
Hond. d. cons. 32, numer. 106, ubi declarat
hoc procedere, si statutum requirat consen-
sum ad integrandam personam, secùs si ra-
tione præiudicii, ut ibi per eum, & faciunt
notata per Paul. Rube. de testam. cap. 1, ferè
per tot.
65 Addo prædictis, quòd hoc statutum non
habet locum in testamento condito extra
territorium, Eugen. cons. 25, & 26, latè
comprobans lib. 2, Fenzon. ad d. cap. 151,
numer. 9, Gratian. discept. foren. cap. 124,
in fin. part. 1, Rota apud Burats. decis. 27,
numer. 5, & ibi Adden. & decis. 192, nu-
mer. 15, part. 9, rec. & sentit D. Deluca in
d. tit. de testam. tom. 9, discur. 29, num. 14,
& tom. 7, in tit. de donat. discur. 35, numer.
17, me citato in alleg. foren. 39, ubi hoc la-
66 tè comprobavi exclusa præsumptione frau-
dis, licèt contrarium tenuerint Gabr. cons.
1, lib. 1, & Gratian. discept. foren. cap. 886,
67 numer. 7, part. 4. Nec habet locum quan-
do testamentum esset conditum in loco
exempto, putà in Ecclesia, Rota decis. 9,
numer. 12, part. 9, recen. & decis. 192, num.
14. 15, & sequent. part. 9, rec. tom. 1. quod
noluit firmare D. Deluca in d. tit. de testā.
discur. 29, num. 11.

68 Mu-

68 Mulier autem alibi nupta tenetur servare statutum suæ originis circa solennitates testamenti, *Vincen. de Franc. decis. 546, ferè per tot. Capic. Galcot. lib. 2, controv. 30, numer. 42, & sequent. Ciriac. controv. 292, numer.... D. Deluca in d. tit. de testam. discur. 29, numer. 7, Rota apud Merlin. decis.* 828, *numer.* 14, *& sequent. & apud Royas decis.* 157, *num. 9, & seq.*

69 Cùm autem in hoc statuto requiratur consensus viri pro eius interesse, & ratione præiudicii, non autem ad integrandam personam, ut in terminis huius statuti tradunt *Gabr. cons.* 2, *numer. 7, & 8, vol.* 1, *Thob. Noni. cons.* 18, *numer. 3, Andreol. controv. 73, numer.* 15, ubi dicit, ita semper fuisse servatum in Civitate Eugubii, & *Hond. cons.* 32, *numer.* 108, *vol.* 1. Et generaliter consensum viri in testamento uxoris requiri ratione præiudicii contra *Eug. & Pancirol.* tradit etiam *D. Deluca in d. tom. 9, de testam. discur.* 31, *numer.* 4. ubi quamplures dat concordantes, & testatur de veriori opinione, & dicit *Rota* authoritatem non obstare, & ratio est manifesta, quia si consensus viri requireretur ad integrandam personam, & ratione imbecillitatis, mulieris ille requireretur in testamentis omnium mulierum, & non in testamentis mulierum uxoratarum tantùm, cùm mulieres non uxoratæ non sint firmioris consilii, quàm sint uxoratæ, ut benè declarant *Gab. d. cons.* 2, *numer.* 9, *& sequent. Hond. d. cons.* 32, *numer.* 108, *& D. Deluca in d. discur.* 31, *numer.* 5. qui dant concordantes.

70 Sequitur quòd maritus benè valeat præstare consensum in testamẽto uxoris ad proprium commodum, ut docent *Gabr. dict. cons.* 2, *numer. 7, & seq. & numer.* 22, *lib.* 1, *Thob. Noni. d. cons.* 18, *numer.* 11, *& sequent.* & in terminis huius statuti *Andreol. contro.* 73, *numer.* 15, & latè comptobat *D. Deluca in d. tit. de testam. discur.* 31, *numer. 4, &*

71 *sequent.* Et eo magis si maritus per aliquot dies ante testamentum generaliter præstet consensum testandi uxori ad ejus libitum, ut not. *Gabr. d. cons.* 2, *numer.* 19, *Gratian. discept. foren. cap.* 556, *numer.* 19, *part.* 3, *& D. Deluca in d. discur.* 31, *numer.* 4, *ver.*

72 *potissimè. &c.* Et quanqo principalis dispositio non est ad favorem viri, ut si vir sit tantùm legatarius, *Gratian. d. cap.* 556, *numer.* 22, *& Rota decis.* 710, *numer.* 10, *part.* 1, *recentior. & apud Torre de pact. futur. succes. decis.* 223, *num.* 9.

73 Addo pro coronide, quòd dictum statutum loquens de marito non habet locum in sponso de futuro, ut post *Lup. Covar. & Tiraq.* per eum relatos firmat *Altograd.*

74 *cons.* 5. *numer.* 96, *lib.* 1, licèt illud habere locum in sponsa adhuc non cognita, ne e traducta ad domum viri, voluerint quamplures Doctores, quos refert, & sequitur *Ceval. in suis com. quæst.* 110, *num.* 2, *& seq.* licèt aliquos contrarium tenentes referat.

ADDITIO.

75 ET statutum prohibens uxoribus se obligere sine solennitatibus, uti laicale non comprehendit actum iuratum, ut tradunt *Cephal. Riminal. Iun. Becci. Tob. Non. Paris. Paitel. Honded. Seraph. Farin. Simoncel. Gabr. Gratian. Andreol. Cancer. Balth. Tomas. Rota & alij per Conciol. nostr. adducti allegatio. foren.* 48, *numer.* 23, *& sequent.* cum quibus pertranseunt *Eminen. De Luca tom.* 7, *de alienat. & contract. prohibit. discur.* 26, *num.* 9, *& discur.* 29, *num.* 13, *Rota apud Torre de pact. futur. succes. decis.* 182, *num.* 7, *& decis.* 197, *num.* 4.

76 Iuramentum itaque firmat actum nullum factum à muliere, vel minore sine solennitatibus ut latissimè probat *Conciol. no-*

77 *str. dict. allegat.* 48, *numer.* 15, *& sequent.* ubi de communi opinione, etiam si obligatio illorum sit ipso iure nulla *Abba. Alciat. Covar. Gome. Gabr. Roman. Gabr. Eugub. Honded. P. Molin. Sanchez. Eugen. Sperell. & alij plures relati per nostr. Conciol. ibid. num.* 23. ubi pariter de magis communi opinione & conducunt *Doctores citati per Torre de pact. futur. succes. lib.* 1, *cap.* 5, *numer.* 24, *& 25.* ubi dicit *DD.* contrarium tenentes intelligendos esse, quando contractus est nullus, uti nutritivus peccati, ut ibi per eum.

78 In nostra hac Provincia Cathaloniæ nulla extat dispositio statutaria restringens facultatem contrahendi mulieribus, & ita absque consensu viri possunt contrahere, ac testare, non tamen in casibus à iure communi ipsis prohibitis, & aliis in quibus per contractus mulierum præiudicium infertur viris, veluti circa res dotales *Cancer. var.* 3, *cap.* 1, *numer.* 155, *& var.* 1, *cap.* 13, *numer.* 99, *Ciriac. controv.* 128, *num.* 42, *& seq. Hunni. Encycloped. iur. part.* 3, *tit.* 1, *cap.* 3, *num.* 13.

79 itaque statuto id benè effici potest, ut sine certis solennitatibus contrahere non possint, *Hunni. dict. cap.* 3, *num.* 15, circa quod statutum videndi *Doctores citati à dict. Hunni. dict. cap.* 3, *num.* 18, *& à Marescot. var. lib.* 1, *cap.* 43, *& Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr.* 11, *quæst.* 19, *per tot.* latissimè materiam hanc tradens.

Nisi maritus transierit ad domicilium uxoris, num.13.

14 *Lucrum dotis debitum viro dicitur debitum voluntarium.*

Declara ut, num.15.

Et ita legatum cum eo non compensatur, sicuti non compensatur cum sponsalitio, num.36.

Nisi de contraria voluntate legantis appareat, num.37.

Licèt alij necessarium, uti debitum ex statuto dicant, num.38.

16 *Lucrum dotis debetur etiam de bonis fideicommisso subiectis.*

Et quid si dos consistat partim in bonis fideicommissariis, & partim in liberis, num.17.

18 *Lucrum dotis debetur viro, etiam in casu separationis thori ob culpam uxoris.*

19 *Statutum de lucro dotis non procedit stantibus filiis primi matrimonii.*

Statutum enim licet possit derogare l. Hac edictali, Cod. de secund nupt. *n.20.*

Procedit si id facit expressè, alias secùs, num,21.

22 *Lucrum dotis transmittitur ad haredes, etiã non agnitum.*

23 *Lucrum dotis debitum socio acquiritur societati.*

Et debetur socero qui sustinuit onera matrimonii, num.24.

25 *Maritus concedens uxori licentiam testandi, sibi praiudicat quo ad lucrum dotis.*

26 *Maritus potest renunciare lucro dotis tacitè, & expressè.*

Etiam in praeiudicium creditorum, num.27, & 32.

28 *Maritus tenetur ad expensas funeris uxoris pro rata lucri.*

29 *Maritus promittens restituere dotem, non sibi praiudicat in lucro dotali.*

Secùs si promittat restituere totam, & & integram dotem, num.30.

31 *Lucrum dotis in Cathalonia non practicatur, & plura de eo remissivè.*

33 *Lucrum dotale debetur tàm si matrimonium probetur per testes, quàm per scripturas.*

35 *Lucrum dotale pactare utiquè valet.*

39 *Lucrum dotale in Cathalonia usitatur solùm in Campo Tarracona.*

40 *Lucrum dotale est reservandum filiis primi matrimonii.*

Non tamen alia lucra non nuptialia, imò hæ, & illa pertinent ad quem coniux ad secundas nuptias non convolans voluerit, potéstque de eis expressè disponere, num.41.

42 *Pactum de supervita inter coniuges in Cathalonia quid sit.*

43 *Dos materna inter bona adventitia filiorum nuncupantur, & in ea habet pater usumfructum.*

ANNOTATIO.

1 STatutum de lucro dotis est correctoriũ iuris communis *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.1, cap.131, num.3, & sequent. Altogr. cons. 29, num.14. lib.2.* Et ideò non debet extendi ad casus non expressos, sed solùm debet accipi prout littera iacet, *Fenzon. d. cap.131. numer.1, & 2, Altogr. d. cons. 29, numer.15,*
2 licèt illud dicatur favorabile, itaut sufficiat illius confirmatio in forma communi teneat *D. Philipp. Advoc. Macer. apud Messin. de confisc. bonor. quast.31, num.187.* ubi dat concordantes, & latè comprobat *Rub. de validit. legal. cap. 61. num.129, & sequent.*

Maritus vigore dicti statuti moriente uxore cum filiis totam dotem lucratur quo ad usumfructum iuxta notata per *Rot. decis. 653, num. 1, part.2. recent. & apud Merlin.*
3 *decis.308, numer.2, tom.1.* Qui quidem ususfructus post quam patri fuerit acquisitus semper remanet apud eum eius vita durante etiam si filii posteà moriantur, ut tradunt *Clemen. de patr. potest. effect. 2, numer. 34, Surd. cons. 116, numer. 46, & sequent. lib. 1.* ubi testatur de communi opinione, *& Rota decis.600, num. 1, part.1. & decis. 596, num. 10, part.2, recent. & apud Merlin. d. decis. 305, num.4.*

4 Itaut stante dicto statuto uxor non possit quoquo modo in præiudicium viri de sua dote disponere *Rolan. de lucr. dot. quast.82, per tot. Thes. decis.34, num.1, & 2, & decis. 106, num.1, Surd. cons. 91, num. 25, lib.1, & cons.572, num. 71, & sequent. lib.4.* & plenè quampluribus Rotæ decisionibus relatis comprobat *Rota apud Merlin. d. decis. 308, numer.8.* Maximè stante dicto verbo *Lucretur, Rot. decis.140, num.2, part.3, recent. & in Esina dotis 5, Iunij 1595, coram Card.*
5 *Blanc.* licèt id possit facere, & testari de sua dote inter liberos, ita ut post obitum mariti testamentum uxoris effectum habeat, ut declarant *Fenzon. ad stat. Vrb. cap.131, num. 18, & Rota in Romana success. de Tagliaferris 19, Martij 1607, coram Card. Marquem.*

6 Dictum tamen lucrum dotis debetur viro etiam de dote promissa, & adhuc non soluta, uti etiam disponitur in hoc statuto, ut tradunt *Bart.* qui loquitur de hoc statuto Civitatis Eugubii *cons.133, lib.1, Andreol.*

contr.18.

controver. 18, numer. 19, & controver. 386. per tot. Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 131, numer. 10, Gratian. decis. 230, numer. 13. ubi dicit, hanc opinionem esse magis receptam, & veriorem, quàm uti talem latissimè tuetur D. Philipp. Advoc. Macer. apud Massin. de confisc. bonor. quæst. 31, numer. 143, & sequent. ubi dicit, hoc procedere etiam si statutum loquatur de dote data, cum quibus pertransit Rot. apud. Greg. XV. decis. 5, per tot. & decis. 21, numer. 1, & decis. 204, numer. 20, & apud Burat. decis. 72, in fin. & apud Torre de pact. futur. succes. decis. 35, num. 16, & alibi passim.

7 Licèt contrarium tenuerit Altograd. cons. 29, ferè per tot. lib. 2. ubi hanc opinionem receptissimam, & verissimam profitetur, & quamplures adducit Doctorum authoritates, cuius rationibus optimè respondet D. Philipp. ubi supr.

8 Et etiam habet locum in dote promissa post mortem solvere illam debentis, Andreol. d. controver. 18, num. 17, D. Philipp. apud Massin. ubi suprà numer. 147, & seq. benè Rota apud Salgad. in laber. credit. decis. 14, num. 4, & seq.

9 Et de iure communi maritum lucrari debere tertiam partem, seu medietatem appretiati uxore decedente sine filiis stante statuto concedente viro lucrum dotis, uti disponitur in hoc statuto voluerunt Thesaur. decis. 195, per tot. & ibi Adden. litter. A, Rube. de validit. legal. cap. 61, numer. 11, & 14, & 15. non tamen lucratur partem
10 bonorum paraphernalium, ut docent Thesaur. d. decis. 195, num. 3, Gratian. discept. forens. cap. 671, numer. 6, part. 4, & Adden. ad Paitel. exped. 36, numer. 16, ubi declarant contrariam opinionem Rol. de lucr. dot. quæst. 50, habere locum quando bona paraphernalia sunt de appendiciis dotis, & in parva quantitate, ut ibi per eos, & Rub. de validit. legal. cap. 60, numer. 93.

11 Et stante dicto statuto quod uxore decedente sine filiis vir lucretur tertiam partem dotis, uxor moriente viro sine filiis tantùm lucrari debet de donatione propter nuptias, ut post Cuman. Salic. Campeg. Bellon. & Becc. per eos relatos tradunt Adden. ad Paitoll. exped. 12, n. 38, & seq.

12 Quo verò ad dictum lucrum venit attendendum statutum domicilii viri, non autem locus contractus, ut tradunt Ant. Gomez. ad leg. 50, Taur. numer. 50, Thes. Iun. quæst. foren. 7, lib. 2, per tot. latè Altograd. dict. cons. 27, & cons. 28, lib. 2, per tot. & Massin. de confisc. bonor. quæst. 31, numer. 39, & Rota in Romana dotis 22, Iunii 1661. coram Card. Verospio, §. lucrum verò, &c. Nisi tamen maritus ad domum uxoris fuerit traductus, Rolan. de lucr. dot. quæst. 16, numer. 3, & sequent. Medic. decis. Senen. 71, numer. 41, & 42, & Massin. de confisc. bonor. d. quæst. 31, numer. 40, ubi alios dat concordantes, ubi dicit dictam conclusionem neque habere locum quando non uxor, sed alter per ea dotem promisit, & quando bona stabilia data in dotem sunt extra territorium loci mariti, ut ibi per eum.

14 Lucrum verò hoc delatum à statuto viro quod dicatur debitum voluntarium, non autem necessarium, & ideò non sit locus compensationi cum legato facto ab uxore viro voluerunt Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 131, numer. 48, plenè Rub. de validit. legal. cap. 61, numer. 125, & sequent. & Rot. latè comprobans decis. 649, numer. 3, part. 1, recent. cùm sit in facultate viri illud exclu-
15 dendi, ut habetur etiam in statuto meo in fine, licèt secùs sit quando non est in facultate viri illud excludere, ut dicit Fenzon. ubi suprà numer. 49, & Rota d. decis. 649, numer. 2, & 3. quia tunc dicitur necessarium, & compensatur cum legato ei facto per uxorem, Rota apud Torre de pact. futur. succes. decis. 148, n. 10. ubi quamplures dat concordantes.

16 Addo prædictis, quòd hoc lucrum delatum viro à statuto debetur regulariter etiã ex bonis fideicommisso subiectis in dotem datis, ut tradunt Fusar. de subst. quæst. 663, numer. 1, & sequent. Pereg. de fideicom. art. 42, numer. 104, in fin. D. Deluca in Theat. verit. & iust. in tit. de dote discurs. 138, numer. 1, & Rota apud Card. Ottobon. decis. 83, numer. 2, & sequent. & decis. 209, numer. 2, & sequent. part. 1, recent. Quando
17 verò dos est constituta partim in bonis liberis, & partim in fideicommissariis, an tunc ad computandum lucri quantitatem sit habenda ratio, tàm de bonis liberis, quàm de fideicommissariis saltem ad effectum illud detrahendi de bonis liberis latè differit D. Deluca in d. discur. 138, numer. 2, & sequent. ubi plures refert Rotæ decisiones, ip-
18 sum consulas, Et hoc lucrum deberi viro etiam in casu separationis thori culpa uxoris voluit Rota apud Duran. decis. 399, post princ.

19 Hoc statutum de lucranda dote ad usumfructum non habet locum stantibus liberis primi matrimonii, ut tradunt Fenzen. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 131. numer. 7, & 8, Gratian. discept. forens. cap. 197, numer. 12, & sequent. part. 1, Ciriac. controvers. 271, num. 6, & sequent. & Rota decis. 368, numer. 1,

&

& sequent. part. 11, recent. & priùs decis.
20 *255, ferè per tot. part. 4, divers.* Quia licèt
statutum possit derogare, *l. hac edictali, 6.
C. de sec. nup.* & etiam lædere legitimam,
*Gratian. discept. foren. dict. cap. 197, num.
7, Fenzon. in d. cap. 131, numer. 8, & Rota
d. decis. 368, numer. 1,* attestans de recepta
conclusione, & in *Bononien. success. 5,
Maii 1653, vers. Unde frustra, &c.* Id
21 tamen habet locum quando ex verbis expressis
statuti, vel ex inevitabili utriusque
sanctionis repugnantia adeò certa, & necessaria
resultat derogandi voluntas, ut non
possit in dubium probabiliter revocari, aliàs
non censetur à dicta lege recessum, nequè
filius primi matrimonii præiudicatum, ut
declarat *Rota d. decis. 368, numer. 2, & seq.
& in d. Bononien. success. § unde frustra, &c.*
Prout declarat statutum nostrum quo ad lucrum
dotis.
22 Dictum autem lucrum à statuto concessum
viro transmittitur ad hæredes etiam
sine agnitione, *Pinel. in l. 1. part. 1, numer,
36, C. de bon. mater. Fenzon. in d. cap. 131,
numer. 11, Noal. de transmiss. casu 20, num. 2,*
qui dat concordantes *Altograd. cons. 32,
numer. 19 lib. 2,* pro tamen dicto lucro dotis
non debentur viro usuræ, *Rota apud
Gregor. XV. decis. 573, numer. 8.*
23 Et lucrũ dotis quod acquirit unus ex sociis
per mortem uxoris acquiritur societati,
& omnibus sociis communicatur stante societate
omnium bonorum, aliàs secùs, ut
not. *Decian. cons. 7, numer. 31. lib. 4, Gratian.
discept. foren. cap. 904, numer. 18, par.
8, & Michal. de frat. part. 2, cap. 23, num.
1, & sequent. Card. Mantic. de tacit. lib.*
24 *6, titul. 15, numer. 17.* Et illud deberi socero
qui substinuit onera matrimonii non autem
marito, voluerunt *Dec. cons. 67, num.
1, & cons. 560, numer. 3, & Surd. cons. 150.
numer. 13, lib. 1.* licèt contrarium tenuerit
*Phanuc. de lucr. dot. glos. 8, numer. 24, &
sequent.*
25 Maritus verò concedendo uxori licentiam
testandi sibi præiudicat quò ad lucrum
dotis, ut post *Barbat. Dec. Paris. & Rolan.*
per eum adductos firmat *Eugen. cons. 76,
numer. 90, lib. 2,* cum quo pertransit *Andreol.
controver. 99, numer. 17,* licèt contrarium
latè tueatur *Altograd. cons. 32, numer.
18, & sequent. lib. 2,* & distinguit *Caroc. de-*
26 *cis. 123, per tot.* Et maritum posse renunciare
lucro dotis tacitè, & expresse tradunt
Eugen. d. cons. 76, numer. 90, ubi testatur de
receptiori opinione, *Andreol. controver.
188, numer. 11, Terre de pact. futur. succes.
lib. 2, cap. 46, numer. 82.* Etiam in præiu-
27 dicium creditorum, *Hodiern. in l. hac edictali, numer. 9, & sequent. Cod. de secund.
nupt.* licèt posteà videatur dissentire, *Alois.
Mansi. consult. 24, num. 41, Torre de pact.
futur. success. d. quæst. 46, numer, 82,* qui
plures dat concordantes, & *Massin. de cõfisc.
bonor. quæst. 36, numer. 72, & sequent.*
ubi de communi licèt contrarium teneat
Capic. Latr. decis. 8, sub num. 12, tom. 1.
28 Quòd verò maritus tenetur ad expensas
funeris uxoris pro rata lucri dotalis, quod
consequitur vigore statuti, ut disponitur in
hoc statuto, tradunt *Costa de port. & rata,
quæst. 37, numer. 4, & sequent. Fontanel. de
pact. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 8, num. 25,
& Rota apud. Michal. de fratr. decis. 45,
numer. 75.*
29 Adde pro coronide, quòd maritus promittens
restituere dotem non censetur renunciare
lucro dotis, ut docent *Card. Mantich.
de tacit. lib. 3, tit. 8, numer. 15, Gratian.
discept. forens. cap. 264, numer. 3, part.
2, & cap. 758, numer. 15, part. 4, Altograd.
cons. 32, numer. 29, vol. 2, & Rota apud Pacif.
de Saluian. decis. 128, numer. 6,* & dixi
Ego *in tractat. de hered. simpl. vel benef.*
30 *art. 2, numer. 8.* licèt secùs si promittat restituere
totam integram dotem, ut voluerunt
*Bald. Rolan. Surd. Phanuc. Tiraquel.
Card. Mantic. Gratian. Thes. Iun. & Altograd.
per me relati d. art. 2, num. 57.* licèt
aliqui ibi contrarium teneant.

ADDITIO.

31 Dispositio aliqua statutaria non adest in
hac nostra Provincia Cathaloniæ, disponens
quòd vir lucretur partem dotis mulieris,
aut mulier partem donationis propter
nupcias, & ita sufficiant tibi tradita
*à nostro Doctissimo Conciolo, & à Doctissimo
Theologo Boss. in tractat. de dote cap.
2, §. 1, numer. 31, cum mult. sequent. & de
patr. potest. cap. 5, à numer. 70,* quem consulas,
& *Doctissimum Urceol. in suis consult.
foren. 10, 11, 18, 36, & in appendicibus ad
dictas consultationes,* penès quem reperies
concordantes, pro omnibus traditis à *nostro
Conciolo,* & aliqua alia ab eo prætermissa,
ac pariter *Doctissimum Olea. de cess. iur. tit.
4, quæst. 8, ubi omnes ferè Doctores Modernos
citat,* maximè *nostros Cancer. & Fontanel.*
videndi novissimè *Pegas ad ordinatio.
Regn. Portugal. tom. 7, tit. 87, glos. 11, §. 9,
numer. 82, & sequent. Valenzuel. Velazq.
cons. 13, per tot.*
32 Ad tradita hîc à *nostro Conciolo numer.
26, & 27,* adde *Doctissimus Olea de cess. iur.*

tit. 2,

tit. 2, quæst. 3, numer. 22, *& sequent.* ubi
Fontanel. Cancer. Hermosill. Hodiern. &
alios citat, & *Iul. Capon. discept. foren.* 393,
numer. 80, ubi *Gurb. & Massin.* citat, &
rejicit extensionem factam per *dict. Massin.*
dicentem, quòd procedat, etiamsi vir post
mortem uxoris possederit dotem, seu bona
dotalia, cùm præsumatur virum ex titulo
utili dicti lucri dotalis mutasse causam suæ
possessionis.
33 Et ista lucra debentur, sivè matrimonium
probetur per scripturas, sivè per testes, *Fon-*
tanel. de pact. nuptial. claus. 6, *glos.* 3, *part.*
34 7, *numer.* 35. Et etiam mulieri prædefuncto
marito, licèt statutum hoc non cantet; ex
quo cùm vir, & uxor sint correlativi; di-
spositum in uno censetur dispositum in alio,
quod procedit in materia statutaria, quam-
vis sit stricti iuris, *Antun. Portugal. de*
donationib. Reg. lib. 1, *prælud.* 2, *§.* 6, *num.*
9, *& sequent. & part.* 3, *cap.* 26, *numer.* 50,
tom. 2.
35 Itaque, ut dixi, in hac nostra Provin-
cia non debetur lucrum dotale, nisi con-
ventum, & pactatum fuerit, quod fieri po-
test; ex quo pactum istud non est contra le-
ges, aut constitutiones, *Antun. Portugal.*
de donationib. Reg. dict. lib. 1, *prælud.* 2, *§.*
36 6, *numer.* 7, *& sequent.* Et ita ortum habet
à voluntate partium, & voluntarium debi-
tum dicitur, casu quo pactetur; quapropter
legatum per uxorem marito factum in hac
nostra Provincia non compensatur cum tali
lucro voluntariè debito, prout in terminis
tradit *Vrceol. consult. foren.* 36, *numer.* 18, *&*
in appendice 2, *ad dict. consult.* 36, *numer.* 1,
& 2, ex qua ratione resultat, quòd legatum
per maritum uxori relictum, non compen-
satur cum sponsalitio; quo istud non debe-
tur, nisi inter partes fuerit conventum,
Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7, *glos.* 1,
part. 1, *numer.* 16, 18, *& sequent. Ferrer. in*
Const. Hac nostra. temp. 3, *decla.* 8, *à num.*
128, *ad* 151, præcipuè *numer.* 144, *Galeot.*
Reverter. & alii, quos citat novissimè
Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 94,
num. 9. & ita declaravit modernè Regius
Senatus noster *die* 11, *Ianuarii* 1675, refe-
rente Nobili Francisco de Ribera Regio
Senatore, in favorem Isidori Pallarès, &
Otosiæ coniugum villæ Talarni, contra
Ioannem Fita eiusdem villæ, Scriba Com-
dor: sunt tamen videnda ad ista quæ tradit
novissimè *Borgia investigatio. contra Fabr.*
part. 1, *l.* 61, *cap.* 3, *per tot.* maximè *nu.* 16,
37 Nisi ex coniecturis appareret voluntatem
uxoris legantis fuisse compensare cùm tali
lucro dotali tale legatum, *Mans. & Delu-*
ca citati à dict. Vrceol. dict. 2, *append. nu-*
38 *mer.* 3. Quòd secus esset si ex statuto de-
beretur; quia tunc legatum cum ipso lucro
dotis compensandum veniret, *Meli. ad*
Castill. de aliment. cap. 18, *numer.* 6, ubi
Sperel. Altograd. & Merlin. Pignatel. ci-
tat, & tradunt *alii citati à dict. Borgia d.*
cap. 3, *d. numer.* 16.
39 Benè tamen in aliquibus partibus huius
nostræ Provinciæ, veluti in Campo Tarra-
conæ, de usu, & consuetudine associantur
mulieres in omnibus conquæstibus, & ac-
quisitionibus constante matrimonio facien-
dis, quòd si aliqua de eis scire desideras, re-
curre ad nostros *Cancer. var.* 2, *cap.* 5, *nu-*
mer. 58, *& sequent. & var.* 3, *cap.* 1. *numer.*
167, *& cap.* 15, *numer.* 325, *Fontanel. de pact.*
claus. 11, *glos. unic. per tot. & ad alios DD.*
citatos per Olea. d. tit. 4, *q.* 8, *nu.* 16, *& seq.*
40 Pro coronide scias, quòd ista lucra do-
talia, de quibus loquitur statutum, seu alia
pactata ea tenentur reservare filiis; & de eis
nequeunt coniuges superstites, etiamsi ad
secundas nuptias non convolaverint dispo-
nere, estque conforme iure communi; &
novo novellæ, *Nequa virum*, 98, §, 2, quam
citat *Tondut. resol. civil. cap.* 115, *numer.* 5,
41 De aliis autem lucris non nuptialibus, velu-
ti legatis, fideicommissis, donationibus
inter vivos, & aliis quæ extra causam ma-
trimonii coniux in coniugem confert, potest
coniux superstes de illis ad libitum dispone-
re, si ad secunda vota non convolaverit; sed
si de illis non disposuerit expresè (ita ut
nón sufficiat generalis institutio hæredis)
illa dividuntur inter liberos primi matrimo-
nii; quia licèt de iure Codicis satisfuisset de
his lucris disponere per generalem hæredis
institutionem, *l. si quis prioris*, §. *Certum,*
Cod. de secund. nupt. tamen per *Novell.* 22,
hoc fuit correctum, nempè quòd non suf-
ficiat generalis institutio, sed alia lucra
æqualiter dividantur inter liberos, nisi pa-
rens de illis expresè, & specialiter dispo-
nat, ut ferè eisdemmet verbis tradit *Tondut.*
d. cap. 115, *num.* 6, *& seq.*
42 Alia extant lucra inter coniuges, prove-
nientia ex pacto inito inter eos de supervi-
ta; seu quòd supervivens in bonis alterius
aliquid lucretur, quæ licita sunt, *Fontanel.*
de pact. claus. 7, *glos.* 1, *part.* 3, *numer.* 1, ubi
latè de hoc pacto, de istis autem potest con-
iux supervivens ad libitum disponere, sivè
ad secundas nuptias convolet, sivè non;
cùm ipsæ summæ per supervivententem lucra-
tæ non subiaceant legibus de lucris nuptia-
libus loquentibus *Tondut. d. cap.* 115, *numer.*
5, ubi alios citat.

43 Ita-

43 Itaque statutum nostrum usumfructum tribuens marito, mortua uxore iuri conforme est, in casu quo extent filii; ex quo ipsa dos materna consideratur, & est de bonis adventitiis filii, in quibus patri usufructus acquiritur, *Bonden. collect. legal. 50, num 27, & sequent.*

DE FRVCTV DOTIS PRO ALIMENTIS.

Rubrica XLVII.

POst moram Dotis promissæ Marito, & non solutæ, si illa in pecunia debeatur, sex pro quolibet centinario, & anno solvi debeant: Sicuti etiam pro restitutione dotis viduæ facienda post iudicialem interpellationem per eam factam, ad eandem rationem dari æquissimum est. Et nihilominus ad solvendam, seu restituendam dotem debitores cogi possint.

SVMMARIVM.

1 *Statutum taxans fructus dotis est validum, & numer. 38,*

Prout valet etiam conventio de solvendis usuris dotalibus, num. 2,

Quod non habet locum durante dilatione ad solvendum dotem, num. 3,

Nisi fuisset actum de illis solvendis, etiam durante dilatione, num. 4,

Licèt illa non debeantur viro, qui nō sustinuit onera matrimonii, num. 5,

Et ita debentur solùm à die supportationis onerum matrimonii, num. 45,

6 *Statutum taxans usuras dotis restituenda post interpellationem est validum.*

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 7,

Qui, dote consistente in immobilibus, non debentur nisi ad rationem quinque pro centenario, num. 8,

Et si taxatio est facta per partes ultra dispositionem statuti non valet in excessu, num. 9,

10 *Vsura dotis non petita censentur remissa per decennium, & num. 42,*

Censeri tamen remissas per spatium 30. annorum volunt alii, num. 11,

Alii verò tenent non censeri remissas nisi adsit præscriptio num. 12,

Alii verò tenent censeri remissas per mortem viri qui illas non petiit, n. 13,

Et decennio cum morte viri concurrente de veriori, num. 14,

Maximè cessantibus filiis, n. 15,

16 *Vsura dotis debita iure actionis non censetur remissa per receptionem sortis,*

Secùs illa debeantur officio Iudicis, numer. 19,

Licèt aliqui contrarium teneant, numer. 20,

Dicuntur autem debita iure actionis, licèt non fint conventa, maximè stante clausula pro quibus, &c. *num. 17, & 43,*

Et stante clausula Aliàs, &c. *num. 18,*

21 *Vsura dotales debentur viro, etiam si dos sit promissa ad eius beneplacitum.*

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 22,

23 *Fructus ultimi anni, soluto matrimonio, dividuntur pro rata temporis.*

Quo verò tempore incipiat annus remissive, num. 24,

25 *Vsura dotis non debentur viro mortua uxore,*

Etiamsi remanserint filii, num. 26,

Licèt contrarium teneant aliqui, numer. 27,

28 *Vxore non competit actio pro fructibus si dos non fuit ei promissa, sed viro.*

Fallit stante stipulatione Notarii, & obligatione Camerali, num. 29,

30 *Vsura dotales debentur in principio anni.*

31 *Hypotheca tacita competit pro usuris dotalibus, & num. 50,*

Et vidua à qua die, num. 51,

Et competit etiam via exequutiva, num. 32, & 44,

33 *Interpellatio requisita per statutum est de forma, & num. 46,*

Licèt illam impleri posse per æquipollens voluerint alii, num. 34,

Et illa potest etiam per pactum remitti, numer. 35,

36 *Hæres non tenetur solvere usuras, nisi ipse tertio-*

certiorato de promissione defuncti.
Fallit si mora esset iam commissa contra defunctum, num. 37.
39 *Vsura debita marito ob dotem non solutam futura non debentur cessionario.*
Neque mulieri etiam post interpellationem, si de dote potuerit se satisfacere, numer. 40,
41 *Creditores mariti possunt super usuris dotalibus satisfieri.*
47 *Vidua licèt binuba, post interpellationem interpositã, transmittit usuras ad quoscunque.*
Et usuras aliis cedi potest, nu. 48,
Et an beneficium tenuta in Cathalonia, num. 49,
52 *Vsurarum dotalium materia à quibus tractatur, remissivè.*
53 *Interesse debiti officio Iudicis, aut iure actionis differentia.*

ANNOTATIO.

1 QVòd statutum supradictum taxans fru-
ctus dotis sit validum tradunt *Ad-
den. ad Greg. XV. decis. 93, numer. 9, &
ad decis. 269, in fin. Fenzon. latè compro-
bans ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 137, numer. 6,
& sequent. Leotar. de usur. quæst. 79, numer.
36, & Sperell. decis. 84, numer. 25, & seq.
part. 1, & D. Deluca in Theatr. verit. &
iusti. tom. 6, in tit. de dot. discur. 161, nu-
mer. 42,* quicquid aliqui contrarium te-
neant relati per *Adden. ad Gregor. XV. &
2 per Sperel. ubi suprà.* Cùm valeat etiam con-
ventio de solvendis fructibus facta inter vi-
rum, & promissorem dotis, ut latè per *An-
dreol. controver. 391, in princ. Leotar. de
usur. d. quæst. 79, numer. 37, & Rota in Ro-
mana Salviani, 4, Decembr. 1643, coram
R. P. D. Verospio, §. Respectu primi, &c.*
3 Cuius statuti dispositio non habet locum
durante tempore concesso ad solvendam do-
tem, quia interim cessante conventione de
solvendis usuris cessat cursus illarum, *Ad-
den. ad Gregor. XV. decis. 204, numer. 32,
Leotar. de usur. dict. quæst. 79, numer. 39,
D. Deluca d. discur. 161, numer. 30, Rota
apud Merlin. de pignor. decis. 94, num. 6.*
4 Secùs autem stante conventione de solven-
dis usuris, etiam stante dilatione concessa
ad solvendam dotem, *Gratian. discept. fo-
ren. cap. 143, numer. 13, part. 1, Fachin.
controver. iur. lib. 2, cap. 32, in fin. Sperel.
d. decis. 84, in prin. D. Deluca d. discur.
161, numer. 41.* Licèt usuræ prædictæ non
5 debeantur viro, qui non substinuit onera
matrimonii, nec uxorem aluit, ut docent
*Leotar. d. quæst. 79, numer. 38, & quæst. 28,
numer. 58. P. Boss. de dote, cap. 20, numer.
55, & D. Deluca in d. discur. 161, num. 23,*
ubi benè declarat.
6 Prout etiam valet statutum taxans inter-
usuria dotis restituendæ post interpellatio-
nem, *Hodiern. ad Surd. decis. 240, num.
28,* ubi quamplures dat concordantes *Giurb.
ad Consuetud. Messan. cap. 15, glos. 15, nu-
mer. 35,* ubi pariter dat concordantes quam-
plures, *Capic. Latr. decis. 97, numer. 9, p.
1, P. Boss. de dote cap. 20, numer. 89, D.
Deluca in d. discurs. 161, numer. 75,* ubi di-
cit ab hac opinione non esse recedendum,
& *Rota post Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 86,
in princ.* & dixi *ego in tractat. de hæred.
7 simpl. & benef. art. 3, numer. 171.* Licèt ali-
qui contrarium teneant relati per *Hodiern.
ubi suprà, & Rota apud Merlin. de pi-
gnor. decis. 3, numer. 5, & seq.*
8 Si tamen dos consistat in rebus immobi-
libus, & in fundo fructus non debentur,
nisi ad rationem quinque pro centenario
Statuto non obstante, *D. Deluca d. discur.
161, numer. 45, Rota decis. 292, num. 40, p.
1, & decis. 448, numer. 3, part. 2, recen. &
apud Merlin. decis. 537, num. 2, & seq.*
9 Et si taxatio usurarum sit facta per partes
ad maiorem quantitatem, qua permittat
statutum non valet in excessu, sed tantùm
quo ad interesse legitimum, *Graff. except.
32, num. 83, D. Deluca in d. discur. 161, nu-
mer. 44, & seq.*
Vsuræ dotis an per lapsum longi temporis cen-
seantur remissæ, licèt diversæ sint Doctorum
10 opiniones, volentibus aliquibus illas cen-
seri remissas per decennium, & præcipuè
*Surd. cons. 534, numer. 29, lib. 4, Fachin.
controver. iur. lib. 10, cap. 9, Leotar. de usur.
quæst. 92, numer. 6, & sequent.* & alii per me
relati *allegat. foren. 27, numer. 31, & per
D. Deluca in d. tractat. de dote, d. discurs.
11 161, numer. 51, & sequent.* aliis verò volen-
tibus ad dictam remissionem inducendam
requiri tempus 30, annorum, & præcipuè
*Rolan. cons. 65, numer. 17, lib. 4, Surd. de
alsment. tit. 1, quæst. 42, numer. 92, & se-
quent. Altograd. cons. 30, lib. 1, per tot. Fon-
tanell. de pact. nuptial. claus. 6, glos. 2, part.
4, numer. 21, Rota apud Posthi. de manut.
decis. 144, numer. 3,* & alii per me relati *d.
alleg. 27, numer. 32, & per. D. Delaca ubi
12 suprà.* Et aliis volentibus, dictas usuras nul-
lo tempore remissas censeri, nisi sit elapsum
tantum tempus, quòd sufficiat ad præscri-
bendam actionem, & præcipuè *Andreol.
controver. 135, numer. 36, & controver. 247,
numer. 2, Rota apud Burat. decis. 159, nu-
mer. 5,* & alii per me adducti *d. allegat. 27,*

numer.

numer. 33, *& per D. Deluca ubi suprà*, &
13 aliis demum volentibus, illas censeri remis-
sas per mortem viri, qui illas non petiit, ita
ut dict. ius non transeat ad hæredes, & præ-
cipuè *Fontanell. d. clauf. 6, glos. 2, part. 4,
numer. 25, & sequent. Leotar. de usur. dict.
quæst. 92, numer. 22*, & alii per me relati *d.
allegat. 27, numer. 34*, Verior autem, & se-
14 curior est opinio, quòd dictæ usuræ cen-
seantur remissæ si cum silentio decem anno-
rum concurrat etiam mors viri; quam fir-
marunt *Aret. Rom. Borgn. Surd. Osasch.
Aldov. Ceph. Costa Neap. Costa Papien.
Pachin. Fontanell. Andreol. De. Marin.
Canc. Thom. Leotard.* & alii plures per me
15 relati *d. allegat. 27, numer. 35*, Maximè ces-
santibus filiis, quorum existentiam cessare
facere dictam præsumptam remissionem, vo-
luit *Altograd. d. cons. 30, in fin. D. Delu-
ca in d. discur. 161, sub num. 52, & Rota in
Bononien. dotis 28, Martii 1648, corā Du-
noz*. licèt contrarium teneat *Leotar. d. quæst.
93, num. 28*, malè in contrarium allegatus.
16 Per receptionem autem sortis principa-
lis dotis factam à viro non censentur remis-
sæ usuræ, quæ debentur iure actionis, ut
quæ fuerunt in pactum deductæ, vel à sta-
tuto demandatæ, ut tradunt *Gratian. discep.
forens. cap. 244, numer. 39, part. 2, Leotar.
de usur. quæst. 91, numer. 22, P. Boss. de dote
cap. 20, numer. 61, D. Deluca in d. tit. de
dote, discur. 161, num. 49, & Rot. in Ro-
mana Salvian. 4, Decemb. 1643, coram Vo-
17 rosio*. Dicuntur autem debitæ etiam iure
actionis quando cessante conventione ex-
pressa in instrumento dotali adest Clausula
Pro quibus omnibus, &c. vel alia æquipol-
lens, quæ importet obligationem ad dam-
na, & interesse, ut declarant *Hodiern. ad
Surd. d. decis. 240, num. 19, Leotard. quæst.
91, D. Deluca in dict. discur. 161, numer. 50,
& Rota apud Zacch. de oblig. Camer. decis.
244, numer. 4, & decis. 206, numer. 8. part.
10, recent*. Et stante Clausula *Alias, &c.*
18 quæ extenditur, aliàs teneri voluit ad om-
nia damna, expensas, & interesse, ut pro-
bant *Card. Mantic. de tacit. lib. 12, tit. 30,
num. 38, Posthi. resol. 58, numer. 153, Merlin.
Pignatel. controver foren. 28, numer. 10, &
sequent. Rota apud Gregor. XV. decis. 93,
numer. 2*, & alii per me relati *dict. allegat.
foren. 8, num. 50, & 51*.
19 Si verò dictæ usuræ debentur ex sola di-
spositione iuris, & tunc cùm illæ debeantur
officio Iudicis illas censeri remissas per re-
ceptionem sortis voluerunt *Merlin. d con-
trover. 28, numer. 13, & sequent. Gratian. d.
cap. 244, numer. 33, & cap. 455, numer. 26,
& sequent. part. 3*, latè *Leotar. d. quæst. 91,
num. 14, & sequent. & alii relati per D. De-
luca in d. discur. 161, numer. 50, vers. Ubi
20 verò, &c.* ubi hanc opinionem dicit magis
communem etiam si accedat protestatio par-
tis, ut ibi per eum, licèt contrariam opi-
nionem tueantur *Rom. Lup. Mago. & alii
relati per Ainat. resol. 43, num. 35, & Rota
apud Gregor. XV. decis. 93, numer. 2, &
ibi Adden. & apud Peniam decis. 350, iuxta
Venetam Impressionem*, quam uti æquio-
rem sequendam esse in iudicando, & sol-
vendo, dicit *D. Deluca numer. 50, ver.
Prima opinio*, maximè accedente protesta-
tione viri, ut ibi per eum videndum de hac
materia, quam non decet hic transcribere.
21 Usuræ autem dotales debentur viro etiam
si dos sit promissa ad omne eius beneplaci-
citum, vel requisitionem, quia dicta verba
non censentur adiecta uti conditionem, vel
dilationem inducant, sed potiùs admoni-
tionem, ut celerius fiat, & sic ad favorem
viri, ut docent *Ludov. decis. Lucen. 21, nu-
mer. 48, Gratian. discept. foren. cap. 143,
numer. 15, part. 1, Staiba de interes. quæst. 1,
tit. 3, numer. 8, & 9, D. Deluca in dict. di-
scurs. 161, numer. 16, & Sperell. decis. 84,
22 numer. 13, part 1*, licèt contrarium tenuerint
*Gratian. sibi contrarius, discept. forens. cap.
726, numer. 5, part. 4, Ciriac. controv. 374,
numer. 11, & Rota decis. 471, numer. 4, part.
3, recent*. quam opinionem non posse substi-
neri dicit *D. Deluca ubi suprà*, ubi contra-
riis respondet, & alios dat concordantes.
23 Fructus autem ultimi anni, quo solutum
est matrimonium debentur pro rata tempo-
ris utrique parti in rebus non æstimatis,
*Card. Mantic. de tacit. lib. 12, tit. 31, nu-
mer. 12, Costa de ratio. rata, quæst. 51, &
52, Castill. de usufruct. cap. 77, numer. 27*,
fructus verò percepti soluto matrimonio re-
gulariter sunt cum dote restituendi, *Cardin.
24 Mantic. dict. tit. 31, ferè per tot*. Quando
verò incipiat annus, & alia ad materiam,
vide per *Fontanel. de pact. nupt. clauf. 6,
glos. 2, part. 2, num. 40, & seq*.
25 Addo prædictis, quòd usuræ dotis non
debentur viro mortua uxore, cùm cessent
onera matrimonii, ut tradunt *Gabr. cons.
20, numer. 88, lib. 2, Gratian. discept. foren.
cap. 881, numer. 22, & cap. 920, numer. 41,
& cap. 987, numer. 18, part. 5, & cap. 427,
numer. 1, & sequent. part. 3, cum addit. ad
d. cap. 427, in fin. dict. part. 3*, latè *Andreol.
controvers. 391, numer. 2*, & hanc opinionem
nullam habere difficultatem dicit *D. Delu-
ca in dict. tit. de dote discurs. 161, numer. 59*,
& pluries decisum fuit in Rota, & præcipuè

decis. 607, *part.* 4, *recent. tom.* 3, *& apud*
Posthi. de subhast. decis. 88, *numer.* 7, *&*
apud Merlin. de pignor. decis. 94, *numer,* 1,
& 2, *& apud Zuffi, de leg. proc. crim. decis.*
46, *numer.* 5, & alibi passim.
26 Quæ conclusio habet locum etiam stan-
tibus filiis, quorum educatio computatur
inter onera matrimonii eo durante, non au-
tem eo soluto, ut tradunt *Gratian. d. cap.*
427, *ubi cum addit. de quo suprà, & d. cap.*
881, *numer.* 22, *Andreol. d. controver.* 391,
numer. 4, *Adden. ad Gregor. XV. decis.*
578, *in fin. D. Deluca in dict. discur.* 161,
numer. 40, *vers. Negativam, &c.* ubi dicit
ab hac opinione non esse recedendum etiam
stante conventione, ut ibi per eum, & *di-*
scur. 113, *numer.* 5, cum qua pertransivit
Rota in d. decis. 607, *& apud Merlin. d.*
decis. 94, *& decis.* 4, *& decis.* 46, *apud*
Zuffi. de legit. proc.
27 Quicquid contrarium tenuerint *Leonar.*
de usur. quæst. 36, *numer.* 19, *& sequent. &*
quæst. 79, *numer.* 41, *P. Bos. de dote cap.*
20, *numer.* 80, & alii relati per *D. Deluca,*
ubi suprà.
28 Vxori verò non competit actio ad dotis
fructus promissæ non sibi, sed viro, *Rota*
apud Gregor. XV. decis. 97, *numer.* 1, *&*
decis. 327, *numer.* 11, *part.* 5, *recen. libi* 2.
Cùm fructus dotis sint viri, non autem uxo-
ris; *l. pro oneribus,* 2, *ff. de iure dot. Rota*
apud. Merlin. de pignor. decis. 62, *numer.* 12.
29 Quæ conclusio fallit stante stipulatione No-
tarii pro omnibus, quorum interest, & stan-
te obligatione Camerali, ut declarat *Rota*
apud Gregor. XV. d. decis. 97, *numer.* 2, *&*
ibi Addin. numer. 6, *& fuit dictum in Ro-*
man. dotis 18, *Aprilis* 1619, *coram R.P.D.*
Vbaldo.
30 Nolo tamen omittere, quòd usuræ dota-
les debentur in principio anni *Bald. in. l.* 1,
numer. 3, *C. de fideicommis. Surd. de alim.*
tit. 3, *quæst.* 17, *numer.* 12, quos refert, & se-
quitur *Rota decis.* 428, *numer.* 5, *part.* 3,
31 *recent.* Et quòd pro usuris dotalibus compe-
tat hypotheca tacita, tradit *Rota apud Mer-*
lin. de pignor. decis. 119, *numer.* 20, *& seq.*
ubi testatur de veriori opinione, *& decis.*
145, *numer.* 5, *& apud Bich. decis.* 1290, *nu-*
mer. 40, *& in Rom. fideicom.* 7, *Iunii* 1652,
coram. R. P. D. Zarate. §. quo ad fru-
32 *ctus, &c.* & quòd dictæ usuræ uti alimenta
peti possint via executiva tradunt *Adden.*
ad Rot. decis. 666, *in fin. part.* 4, *recent. tom.*
3, *& Rota in Rom. fructuum dotis* 14, *Iulii*
1624, *coram bon. memor. Manzanedo, §.*
nam quo, &c.
33 Interpellatio verò, de qua in hoc stanto
habetur est de forma, & ideò præcisè est
adimplenda *Adden. ad Gregor. XV. decis.*
269, *numer.* 7, *Rota in Bonon. de Lamberti-*
nis 19 *Aprilis* 1619, *coram bon. mem. Mun-*
34 *Zanedo*, licèt illam impleri posse per æqui-
pollens voluerint *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.*
1, *cap.* 137, *numer.* 49, *& Rot. in Rom. fru-*
ctuum dotis 17, *Iunii* 1606, *coram Card. Mil-*
35 *lino*, & dictam interpellationem posse etiam
per partem remitti dando se pro interpella-
ta probant *Adden. ad Rot. d. decis.* 269,
numer. 8, ubi plures refert Rotæ decisiones.
36 Addo pro coronide, quòd hæres pro-
missoris dotis non tenetur solvere usuras il-
lius, nisi ipse sit certioratus de promissione
defuncti, & constitutus in mora, ut not.
Aldovi. cons. 82, *numer.* 9, *Rota decis.* 350,
numer. 33, *part.* 11, *rec.* & probavi Ego in
tractat. de hered. simpl. vel benef. art. 3, *nu-*
37 *mer* 140. Nisi tamen mora iam esset com-
missa contra defunctum, quia illa transit in
hæredem absque alia interpellatione, ut de-
clarant *Gratian. discept. foren. cap.* 241, *nu-*
mer. 53, *part.* 2, *Ciriac. controver.* 277, *nu-*
mer. 11, *Altograd. cons.* 32, *numer.* 10, *lib.* 1,
& alii plures per me relati in *d. art.* 3, *n.* 141.

ADDITIO.

38 AD tradita hic à nostro *Conciolo num.*
1, adde *Modern. Brilla ad consue-*
tud. Neapol. tit. 8, *cap.* 4, *numer.* 59, *&*
sequent. ubi *Hodiern. Amat. Merlin. Ga-*
leot. & alios citat *Modern. Scoppa. ad de-*
cis. Gratian. observ. 126, *numer.* 41, *& seqq.*
ubi *numer.* 48, *infinitos DD.* citat *Modern.*
Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de
Franch. observ. ad decis. 217, *numer.* 2, *&*
3, ubi *Cancer. Fontanell. & alios* citat *Gar-*
deval. de iudiciis tit. 3, *disp.* 8, *numer.* 27,
38, *& sequent. Manfrell. ad Capic. Latr.*
observ. ad decis. 97, *per tot. Merlin. Con-*
trov. cap. 28, *per tot. tom.* 1, *Ciroch. discept.*
64, *à num.* 24.
39 Vsuræ autem debitæ marito ob dotem
non solutam, seu retardatam, maximè fu-
turæ, non debentur cessionario nominis do-
talis, *Olea de cess. iur. tit.* 6, *quæst.* 2, *nu-*
mer. 40, *& sequent.* & eo, & aliis laudatis
Moli. ad Castill. de aliment. cap. 50, *nu-*
mer. 9, *vidend. Addent. ad Molin. de pri-*
mogen. Hispan. lib. 4, *cap.* 5, *numer.* 6, *Her-*
mosill. glos. 4, *leg.* 10, *tit.* 1, *part.* 5, *numer.*
177, *& sequent.* ubi sub distinctione hanc
40 quæstionem dirimit; Nequè pariter mulie-
ri, etiam post iudicialem interpellationem,
quoties de dote sibi satisfacere poterat
Manfrell. ad Capic. Latr. observ. 64, *nu-*
mer.

mer. 13, *Maldonat. ad Molin. de primogen.*
Hispan. lib. 4, *cap.* 5. *numer.* 7, ubi *Capic.*
Latr. citat, & novissimè *Manfrell. numer.*
2, *& sequent. obser. ad dict. decis.* 97, *Ca-*
41 *pic. Latr.* Benè tamen possunt creditores
mariti satisfieri super usuris, seu fructibus
dotis, marito debitis, *Altimar. ad lib.* 2,
consil. Rovit. observ. 88, ubi *Fontanel. Car-*
leval. Giurb. Molphes. & alios citat.

42 Circa adducta hìc à nostro *Conciolo nu-*
mer. 10, *& sequent.* consule *Doctores citati*
à Doctissimis Olea de ceff. iur. tit. 4, *quaest.*
8, *numer.* 41, *Vrceol. consult. foren. cap.* 15,
numer. 52, *& sequent. Meli. ad Castill. de*
aliment. d. cap. 50, *numer.* 11, *& sequent. Ca-*
pon. discept. 289, *numer.* 19, *tom.* 4, & vi-
denda est *magistrales decis. Rot. Recen.* 127,
part. 17, *numer.* 6, *cum sequent. & decis.* 108,
numer. 13, *& sequent. part.* 19, *Merlin. d.*
contro. 28, *per tot. tom.* 1.

43 Hæc autem usuræ dotales, etiam non
promissæ, & conventæ, ex sola dispositione
iuris debentur iure actionis de dote, ut tra-
dit hìc *noster. Conciol. numer.* 16, *& sequent.*
Bossi. de dote cap. 20, *numer.* 61, & magi-
straliter *Rota Rom. in dicta decis.* 127, *num.*
17, *& sequent.* videndi *Pilaia ad Tranç. de*
protesta. addit. ad consideratio. 50, *per tot.*
Capon. discept. 39, *numer.* 21, *Amat. & alii*
quos citat *Eminen. De Luca de dote discur.*
116, *numer.* 5, *vers. Et quamvis, &c.* ubi *nu-*
44 *mer.* 4, contrarium tenet, Et eadem via
exequutiva vigore obligationis guarentigiæ,
seu Cameralis, sub qua fuit dos promissa,
continentis fructus dotales uti accessiones,
& damna; *Rota Recen. d. decis.* 127, *num.* 5,
Vrceol. consult. foren. cap. 15, *numer.* 4, *&*
45 *sequent.* Et debentur à die contractus ma-
trimonii, seu suportationis onerum illius,
Vilaplana de brach. Militar. cap. 4, *nu-*
mer. 15, *& sequent.* ubi extensam refert de-
cisionem modernam nostri Regii Senatus
id tradentem, *Rota decis.* 108, *numer.* 6, *&*
sequent. part. 19, *recen. Hermosill. glos.* 4,
leg. 10, *tit.* 1, *part.* 5, *numer.* 161, *& sequent.*
Bonden. collect. legal. 7, *numer.* 81, *Ciroch.*
dict. discept. 64, *numer.* 25, *Meli. obser. fo-*
ren. obser. 80, *num.* 3.

46 Itaque viduæ usuræ dotis debentur post
interpositam ab ea interpellationem iudicia-
lem, ut continetur in nostro statuto, &
tradit hìc *Conciol. numer.* 33, paritérque *Vr-*
ceol. consult forens. cap. 15, *numer.* 11, *&* 12,
Pilaià ad Iranç. de protest. addit. ad consid.
98, *numer.* 2, *& sequent.* videndi *Hodiern.*
Amat. & alii, quos citat novissimè *Brilla*
ad consuetud. Neapol. tit. 8, *cap.* 5, *numer.*
1, *& sequent. Manfrell. ad Capic. Latr.*
obser. ad decis. 97, *per tot.* præcipuè *numer.* 5,
ubi *numer.* 6, tradit quid de vidua inopi, ad
quod vide *Hermosill. ubi supr. à numer.* 211,
Ciroch. d. discept. 64, *numer.* 28, *Ferrer. no-*
ster in Constit. Hac nostra, 3, *temp. decla.*
6, *numer.* 100, & ad omnia ista, quæ tra-
dunt novissimè *Borgia investigatio. contra*
Fabr. tom. 1, *lib.* 6, *cap.* 7, *ferè per tot.* ubi
à numer. 15, tradit, an debeatur interesse de
antephato, & à qua die, qua interpellatio-
ne, *Fontanell. Cancer. Ramon. Sperel. Ga-*
leot. Ciriac. Franch. Gratian. & alii, quos
citat *Arias de Mesa var. resol. lib.* 1, *cap.*
47 18, *numer.* 6. Qua per eam interposita, ipsi
debentur etiam binubæ, & eas, seu imò
ius percipiendi dictos fructus, seu usuras
dotales, transmittit ad quoscunque hære-
des, etiam extraneos, *Rota Recen. decis.* 5,
numer. 6, *& sequent. decis.* 74, *numer.* 3, *&*
sequent. & decis. 184, *numer.* 9, *&* 21, *part.*
19, *Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de*
48 *Franch. obser.* 338, *numer.* 1, *&* 2, Et ita
cùm propter moram debeantur, & non ob
aliquam causam, seu qualitatem in perso-
na mulieris insitam, dictæ usuræ cedi pos-
sunt, & cessionarius eas exigere, *Olea de*
ceff. iur. tit. 6, *quaest.* 2, *à numer.* 27, maximè
numer. 37, *Adden. ad Molin. de primogen.*
Hispan. lib. 4, *cap.* 5, *numer.* 6, *Manfrell.*
d. obser. 27, *numer.* 7, *Rota dict. decis.* 74,
49 *numer.* 5, *part.* 19, *recent.* Quidquid sit re-
spectu tenutæ in hac nostra Provincia Ca-
thaloniæ, viduis post annum luctus de bo-
nis mariti tributæ, cum facultate faciendi
fructus suos, quousque de dote, & sponsa-
litio sint satisfactæ; quæ an sit cessibilis nec
nè, tradunt *Cancer. Fontanell. Ripoll. Her-*
mosill. & alii citati à Olea d. tit. 6, *quaest.* 2,
numer. 38, *& quaest.* 5, *num.* 22,

50 Pro istis usuris dotalibus debitis tam vi-
ro, quam mulieri post interpellationem iu-
dicialem, competit hypotheca, ut tradit hìc
51 *noster Conciol. numer*, 31. Sed respectu vi-
duæ est ardua quæstio, an anterioritatem ca-
piant à die contracti matrimonii, aut à die
interpositæ interpellationis; seu à morte
mariti, & *Rota Roman.* in ea dubia se gessit,
ut est videre *in decis.* 261, *numer.* 6, *& seq.*
part. 19, *recent.* ubi aliæ decisiones citantur
pro una, & altera opinione facientes, ma-
ximè 268, *part.* 16, *recent.* omninò videnda,
& ita apud eas istam quæstionem examina.

52 Scio certè alia plura hoc loco posse tradi,
& *Doctoribus Modernioribus* ornare cun-
cta tradita à *nostro Conciolo*, maximè no-
stris Gotholanis; tamen id omitto, solùm
ducendo te ad citatos per *nostrum Doctissi-*
mum Conciolum hìc, & ad *Doctissimos Her-*

mosill. glos. 4, *leg.* 10, *tit.* 1, *part.* 5, *numer.* 149, *cum mult. sequent. Mels. ad Castill. de aliment. d. cap.* 50; *&* 51, *Scoppa. ad Gratian. obser.* 126, *tota*, *Lectar. de usur. quaest.* 30, *fusè Cammerat respons. decisiu.* 41, & fusissimè *Vrceol. consult. foren. cap.* 15, *&* 39, *Iranç. de protest. consil.* 50, *numer.* 22, & ibi *Pelaia. Carlevel. de iudiciis tit.* 3, 53 *dispution.* 8, *sect.* 3, *&* 4. Et pro interesse debito officio Iudicis, aut iure actionis ad *Doctores citatos per Doctissimum Botiller disert.* 9, *numer.* 7, materiam hanc tractantes, ipsos consule, & *alios citatos per Eminent. De Luca in suo tom. de dote per tot.*

SOLVTO MATRIMONIO, QVEMADMODVM dos repetatur.

Rubrica XLVIII.

Mulier soluto Matrimonio suam dotem, si illam in pecunia consistat, post annum à die obitus Mariti, repetere possit; Interim tamen mulierem in domo mariti; si ibi commodè, & honestè morari poterit, ali mandamus, atque interim favore hæredum operari teneatur, aliàs, si petierit, extra domum viri: Nec propterea præiudicetur mulieri, si aliundè habeat, vel ex alia causa ab hæredibus viri aliud deberetur. Sed si dos in re immobili, aut æquipollenti, vel etiam mobili, aut se movente consistat, statim per uxorem peti possit, & ad eam revertatur.

Declarantes, quòd maritus, vel eius hæredes non cogantur restituere uxori, vel eius hæredibus fructus (nisi tamen ii adhuc extent, & super sint) rerum paraphernalium, vel quæ non sint dotales, sed iam constante matrimonio perceptos, & muliere contradicente consumptos lucrentur.

SVMMARIVM.

1 *Haeredes viri soluto matrimonio tenentur restituere dotem consistentem in immobilibus statim, si verò immobilibus, vel in pecunia post annum, dict. n.* 1, *& n.* 18.

Si verò vir praelegavit uxori dotem tenentur illam restituere statim, numer. 2, *&* 23.

Et interim tenentur praestare uxori alimenta, num. 3.

Et quid si uxor habet unde vivere possit, remissivè, numer. 4.

Non tamen debentur viduae alimenta si illa intra annum luctus transeat ad secunda vota, num. 5.

Neque si inventarium conficere omiserit, numer. 30.

Et si haeredes viri dotem viduae restituant infra annum, num. 6.

7 *Haeredes viri non tenentur praestare alimenta viduae extra domum, & n.* 8, *&* 35.

Nisi alimenta per virum uxori fuissent legata, num. 36.

Et quando illa praestantur extra domū vidua minus habere debet, cùm tunc non praestet operas, n. 8, *&* 10.

Alimenta verò praestanda videre quomodo sint taxanda, num. 9.

11 *Statutum deferens viro fructus bonorum paraphernalium est validum.*

Non tamen habet locum in fructibus extantibus, num. 13.

Et quando dicti fructus dicantur extare, numer. 14.

12 *Maritus tenetur restituere fructus bonorum paraphernalium, etiam uxore non contradicente perceptos.*

Sunt tamen compensandi cum melioramentis per maritum factis, n. 42.

15 *Vxor non praesumitur consentire, quòd maritus administret bona paraphernalia.*

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 16.

Quod verè standum sit coniecturis, tenent alii, num. 17.

19 *Maritus, seu eius haeredes non possunt petere dotē post annū ob mortē mulieris restituēdā.*

20 *Vi-*

20 *Vidua agere potest intra tempus restitutionis dotis contra heredes viri, ut caveant, seu adveniente die solvant, ac dotem restituant.*

Non tamen filii, licèt matris heredes vivente patre, numer. 21,

Nec eo vivente revocare alienata, numer. 22,

23 *Heredes viri non fruuntur anni dilatione ad restituendam dotem in pluribus casibus, remissivè.*

24 *Fructus bonorum dotalium sunt inter mulierem, & viri heredes dividendi.*

Percepti autem à morte mariti sunt mulieris, num. 25,

Maximè immobilium, num. 26,

Non tamen in Cathalonia, num. 31,

Cùm in anno luctus eidem alimenta præstentur, & vestes lugubres, num. 32,

Etiam si ab ea dos non sit soluta, numer. 29,

Ipse sanè, casu quo debentur, sunt cõpensandi cum alimentis præstitis, num.27,

28 *Pactum retardans restitutionem dotis ultra termina hic contenta non valet.*

33 *Legatum per virum uxori factum compensatur cum alimentis, ac vestibus lugubris eidem debitis.*

34 *Hypotheca, an competat viduæ pro alimentis, & vestibus lugubris.*

37 *Vidua in Cathalonia facit fructus bonorum mariti suos, donec de dote, & sponsalitio est satisfacta, & habet interim actiones activas, & passivas, & quomodo procedat.*

Non tamen bonorum fideicommisso subiectorum, num. 38,

Neque donatorum per virum constante matrimonio, num. 39,

40 *Maritus an faciat fructus bonorum paraphernalium suos, & alia remissivè.*

41 *Hypotheca an competat mulieri pro bonis paraphernalibus, & eorum administratione, & an pro eorum fructibus.*

42 *Maritus tenetur compensare fructus bonorum paraphernalium cum melioramentis in eis factis.*

ANNOTATIO.

1 Cum dispositione huius statuti concordat *tex. in l. unic. §. exactio, C. de rei uxor, act.* in quo disponitur, quod hæredes viri soluto matrimonio per mortem illius teneantur restituere dotem viduæ statim, si illa consistat in rebus stabilibus, si verò consistat in rebus mobilibus, vel in pecunia teneantur illam restituere post annum, ut declarant *Fontanel.de pact. nupt. clauf.6, glos. 2, part.1, numer. 29, Cancer. var. resol. part.1, cap.9, numer.98, P. Boss. de dote cap. 19, numer. 21,* & alii plures per me relati *in tract. de hered. simpl.& benef. art.3, nu.190.*

2 Nisi tamen vir prælegasset uxori dotes, quia tunc statim anno non expectato tenentur illas restituere etiam si consistant in mobilibus, & in pecunia, ut not. *Cancer. variar. resolut. d. cap.9, num.99, Giurb. ad Consuet. Messan. cap.13, glos.6, part.1, num.24, Antonel. de temp. legal. lib. 2, cap. 19, numer. 4,* & dixi *Ego d. art. 3, numer. 194.* ubi alios retuli ita sentientes. Et interim d. hæredes

3 tenentur præstare viduæ alimenta, uti pariter disponitur in hoc statuto, & tradunt etiam *Marescot. variar. resol. lib.2, cap.83, numer. 42, & sequent. Giurb. ad Consuet. Messan. cap.15, glos.15, numer.9, P. Boss. de dote cap.20, numer.85,* & alii per me relati *in d. art.3, num.154.* In quo statuto dum mandatur infra annum luctus præstari debere alimenta viduæ etiam si habeat aliundè tol-

4 litur illa difficultas, quæ est inter Doctores, an dicta alimenta sint præstanda, quando vidua habet undè vivere possit, de qua certant inter se *Doctores per me relati in d. artic. 3, numer.155, & 156.* quos longum esset hic re-

5 censere. Quæ alimenta viduæ non debentur si intra annum luctus transiret ad secunda vota, ut not. *P. Sanch. de matrim. lib. 7, disput. 87, numer. 30, Giurb. ad Consuet. Messan. cap.15, glos.15, numer. 14, Antonel. de temp. legal. lib.2, cap. 20, num. 10,* & alii plures per me relati *d. art.3, numer.160.* Vel

6 nisi d. hæredes dotem viduæ restituissent ante lapsum anni, quia tunc ad præstationem alimentorum non tenentur, *Ludov. concl.36, vers. Si autem heredes, &c. Giurb. d. glos. 15, numer.13, & num.20, Antonel. d. cap.20, num. 7, Egomet in d. art.3, num.161.* ubi declaravi, si totam dotem restituant, ut ibi est videre, aliàs secùs.

7 Quòd verò uxor alimentaria teneatur præstare operas, vel artificiales, vel obsequiales secundum conditionem suæ personę alenti uti disponitur in hoc statuto, nec debeat stare in domo uti corpus mortuum tradunt *Giurb. d. claus. 15, glos. 15, num. 17, & post Alex. Crau. Bero. Surd. & Sim. de Prat. per eam adductos Rota in Ferrarien. attent. 1, Iulij 1641, coram Bichio, §. Sed*

8 *nihilominùs, &c.* Et dicta alimenta hæredes non tenentur præstare extra domum viri neque intra annum luctus, ut tradunt *Bald. Capic. Ludov. Gomez, Barbos. Molphe. Rebell. Decian. Amat. Hond. & alij quos refert, & sequitur Giurb. d. glos. 15, num.17.* ubi dicit, causam non commorandi cum

Ee 3 dict.

dict. hæredibus non præsumi, sed illam esse
probandam per viduam, ut ibi per eum.
9 Dicta autem alimenta taxanda sunt non
pro sola indigentia viduæ, sed secundùm
quantitatem reddituum hæreditatis, & ali-
mentandi qualitatem, ut docent *Imol. Alex.*
& alii in l. Imperator 50, ff. ad Trebel. &
Rot. decis. 485, numer. 2, part. 1, diver. &
decis.410, num.3, part. 12, recen. Quòd pru-
10 dentis Iudicis arbitrio relinquitur statuen-
dum *Rot. decis.484, num. 2, part.13, recent.*
Advertendo quod quando præstantur ali-
menta viduæ extra domum, cùm tunc illa
non operetur ad favorem hæredum viri eo
minus consequi debet de alimentis quan-
tum importarent dicta opera *Surd. de alim.*
tit.4, quæst.29, numer.39, D. Deluca Theat.
verit. & inst. tom. 11, in tit. de legal. discur.
24, num.16.
11 Statutum supradictum deferens viro
fructus bonorum paraphernalium uxoris est
validum ob causam sublevandi illum ab
oneris matrimonii, *D. Deluca in Theatr.*
verit. & inst. tom. 6, in tit. de dote, discur.
168, numer.21, Rot. decis.42, num.13, par.12,
recen. & in Ariminen. fructuum, 26. Ia-
nuar. 1654, coram Card. Verospio, & apud
Bichium decis. 634, numer.25, Cùm dictum
statutum sit magis favorabile, quàm odio-
sum, itaut sufficiat illius confirmatio in for-
ma communi, ut not. *Rot. d. decis.42, num.*
27, & sequent. & in d. Arimin. fructuum
§. in altera, &c. & apud Bich. decis. 634,
num.21, & sequent.
Simile statutum adest in Civitate Papiæ, de
quo meminit *Costa. de fact. scien. & ignor.*
dist.47, cent.1, & in tract. de rata quæst.95,
num. 7, & Rota d. decis.42. num. 13. Quòd
12 dicitur corrigere ius commune, quo mari-
tus tenetur restituere fructus perceptos ex
bonis paraphernalibus etiam uxore sciente,
& non contradicente, ut tradunt *Merlin.*
Pignat. contr.92, num.17, & sequent. cent.2,
late comprobans *Calvin. de aquit. lib. 2,*
cap. 163, in fin. dicens, ita fuisse iudicatum
in Senatu Mediolani, & *Rota d. decis. 42,*
num.6, & apud Bich. decis.634, n.8. Dictum
13 tamen statutum non habet locum in fructi-
bus extantibus *Thesaur. decis. 187, numer.3,*
Costa d. dist. 47, numer.6, D. Deluca in d.
discur.168, num.22, & Rot. d. decis. 42, num.
9, & sequent. part.12, recent. & apud Bich.
14 *d. decis. 634, num. 9.* qui dicunt, dici illos
extare si vir aliquid cum illis emerit, census
extinxerit, & alias factus fuerit locupletior,
ut ibi per eos, & tenuit etiam *Ciriac. contr.*
31, num.6.
Et licet non modica controversia sit inter Do-
ctores, an præsumatur consensus uxoris, vel
potiùs dissensus, quod maritus administret
15 bona extradotalia, ut faciat fructus suos,
cum consensum, uxoris, non præsumi, sed
potiùs dissensum, voluerint *Surd. & allegati*
ab eo cons.290, numer.3, lib.2, Menoch. &
allegati pariter ab eo de præsump. lib.3, præ-
16 *sump.9, num. 19.* & contrarium imò consen-
sum præsumi tuentur *Thesaur. decis.187, nu-*
mer.5, & ab eo adductis, & Rota decis.279,
num.3, part. 4, divers. hanc tamen contro-
versiam habere plus facti quàm iuris, &
17 ideò certam regulam statui non posse, sed
standum esse coniecturis, voluerunt *Ciriac.*
d. controv.31, num. 9, & sequent. ubi dicit,
quod si sumus in paraphernalibus, quæ
uxor tulit secum tempore matrimonii, &
quando concurrit diuturnitas temporis, &
quando expensæ sunt verisimiles, & quando
intervenerunt aliqui actus positivi præsum-
pti stat pro marito, & plures dat concordan-
tes, & *num.12,* subiungit, modicam conie-
cturam debere inclinare facere pro marito,
ut ibi per eum, cum quo concordat *D. De-*
luca in d. discur.168, n.39, benè comprobans.

ADDITIO.

18 ITaque ut tradit hìc *noster Conciolus,*
num.1. dotes soluto matrimonio per mor-
tem viri, viduæ, sunt restituendæ statim in
stabilibus consistant, & post annum si in
pecunia, seu in rebus mobilibus, & tra-
dunt *Sperel. Ciriac. Antonel. Marin. Cam-*
merat. Olea. Ripoll. & alii citati à Do-
ctissimo Melio. ad Castill. de aliment.
cap. 49, num. 1, & sequent. Ciroch. discep.
67, numer. 39, & 47, Giurb. ad Consuetud.
Messan. cap.13, glos.6, num.21, Conciol. no-
ster de hered. simpl. & qualif. art.3, nu.190,
& sequent. Brilla ad consuetud. Neapol. tit.
19 *8, cap.1, num.21, & sequent.* non tamen hæ-
redes viri, eo mortuo, seu ipse maritus casu
restitutionis dotis potest petere pecunias,
seu res mobiles ipsi in dotem constitutas, &
dicto tempore soluti matrimonii non solu-
tas, ad finem eas restituendi finito anno *Can-*
cer. var.2, cap.7, num.35, Fontanel. de pact.
claus.7, glos.3, part.11, numer. 8, & 87. benè
20 tamen vidua potest agere contra viri hære-
des, ut caveant de restituenda dote eveniēte
fini anni, seu quod condemnentur ad sol-
vēdum cum dies venerit *Mesa. Giurb. Gars.*
Amat. Carleval. Cancer. Iranç. & alij
citati per Modern. Manfrell. ad Capic.
Latr. observ. ad decis.64, numer.5, & ad de-
cis.114, num.4, & ad 151, num.8, & 9, Can-
cer. Fontanel. Sanfelic. & alij quos citat
Altimar.

*Altimar, d. nullitatib. rub.*11, *quaest.*39, *numer.* 132, *& sequent. & ad Consil.*95, *lib.* 2, *Rovit. num.* 1, *& sequent. Valeron. de transactio. tit.* 2, *quaest.* 2, *num.* 17, *& sequent.* & conducunt tradita per *Doctissimum Amun. Portugal. de donatio. Reg. part.*3, *cap.*26, *n.* 72, *tom.*2, *De Luca ad Franch. obser., ad dict. decis.*218, *num.*1, ubi *Fontanel. Cancer.*
21 *Ripoll. & alia citat* filii autem nullam habent actionem durante vita patris pro restitutione dotis maternae in pecunia consistentis *Barth. Thesaur. Ab Ecclesia citati à Altimar. de nullitatib. rub.*11, *quaest.*7, *nu-*
22 *mer.*38. *Urceol. de transact. quaest.*17, *nu.* 21, & si consisteret in bonis stabilibus idem procederet, taliter quod si à parte fuissent alienata, eo vivente alienationem revocare nequeunt, sed tantùm eo mortuo, *Cancer. Fontanel. & alij citati per dict. Altimar. dict. quaest.* 7, *dict. numer.*38, vidend. *Carol. Ant. De Luca ad Franch. observ.*10, *nu.*4, *&* 665, *numer.* 5, *Urceol. dict. quaest.* 17, *numer.* 22.

23 Dicta annali dilatione non fruuntur mariti haeredis in casu tradito hìc à *nostro Conciolo, num.*2, & in aliis traditis à *Fontanel & aliis citatis à dict. Carol. Anton. De Luca dict. observ. ad Franch.* 218, *num.* 2, *vers. Dilatione, &c. & à nostro Conciol. dict. artic.*3, *num.*194, *Giurb. ad Consuetud. Messanen. cap.*13, *glos.*6, *part.*1, *num.*24, *& seqq.*

24 Fructus autem, etiam naturales bonorum dotalium pendentes, sunt inter haeredes viri, & ipsam mulierem pro rata temporis illius anni, pro quo maritus supportavit onera matrimonii dividendi, ut tradit *Conciol. noster in rubr. praeceden. num.*23, & tradunt *Manfrell. ad Capic. Latr. observ.* 62. *num.*7, *Ciroch. dict. discept.* 67. *num.* 38, *Fontanel. & alij* quos citat *Rodoer. ad Marin. cap.* 152, *num.* 1, ubi haec optimè declarat *Berlich. concl. legal. part.* 3, *concl.*
25 22, *num.* 6. percepti autem à die morte mariti, & intra anni dilationem, etiam naturales, ad viduam spectant, ut praeter *Mantic. citatum à nostro Conciol. in rub. praeceden. num.*23, *in fin. citatis Cancer. & aliis* tradit *Boss. de dote cap.*20, *numer.*113. licèt contrarium teneat *Carol. De Luca ad Franch.*
26 *observ.*489, *num.*3, *vers. Non obstat*, Ubi solutiones adfert: immobilium autem pariter absque dubio à die morte mariti sunt ipsae viduae praestandi, sicuti, ut est dictum, dicta bona in dotem data inaestimata restituenda *Ciroch. dict. discep.*67, *dict. num.*47, *Boss. dict. cap.*20, *num.*105, *& sequent. pag. mihi* 751, *Giurb. ad Consuetud. Messanen.*
27 *cap.*15, *glos.*6, *part.*1, *num.*2. ipsi tamen sunt compensandi cum alimentis praestitis viduae, nisi dicta alimenta à marito ipsi viduae fuerint legata *Boss. dict. pag.*751, *numer.*107, *& sequent. Hodiern. ad Surd. decis.* 211, *num.*1, *Giurb. dict. glos.*6, *num.*5, ubi *num. sequent.* id doctè declarat.

28 Undè taliter dicta suprà *numer.*18, procedunt, quòd nec cum consensu mulieris valeat pactum, dilationem restitutionis dotis praestans ultra inibi traditam,, etiamsi dos non ipsi mulieri foret restituenda, sed haeredibus extraneis, *Fontanell. Mastril. Posthi. Surd. Pascal. Barbos. & alii citati à Doctissimo Urceol. consult. foren. cap.*8, *numer.* 10, *& sequent.*

29 De iure autem nostro statutario Cathaloniae intra annum luctus vidua provisionem alimentorum super bonis mariti habet, licèt marito dos soluta non sit, ex quo ipsae non propter dotem, sed propter honorem viri praestantur per *Const. Hac nostra, tit. dissolt lo matrimoni, Cancer. var.* 1, *cap.* 9, *numer.*153, *Fontanel. de pact. claus.*6, *glos.*2,
30 *part.* 1, *numer.* 37, dummodo intra tempus in dicta Constitutione praefixum inventarium de bonis mariti conficiat, aliter ipsa provisionem anni luctus perdit, *Fontanel. de pact. claus.* 7, *glos.* 3, *part.* 2, *numer.* 49, *&* 50, novissimè *Valaplana de brach. Militar. cap.* 4, *numer.*46, *& sequent.* ubi plures citat.

31 Itaq; in hac nostra Provincia, vidua intra annum luctus, licèt dos in pecuniis, aut aliis bonis mobilibus consistens, eidem non restituatur, non facit fructus dicti anni suos, sed sunt mariti, *Cancer. var.* 1, *dict. cap.*9, *numer.* 216, *vers. Et cum, &c. Fontanell. de pact. claus.* 7, *glos.* 3. *part.*1, *numer.*4, *Quesada Pilo controver. foren. cap.* 33, *num.* 7.
32 Sed solùm viduis alimenta debentur intra dictum annum, ut proximè est dictum, & vestes lugubres, *Fontanel. dict. tractat. de pact. claus.* 7, *glos.* 3, *pars.* 5, *per tot.* maximè *numer.* 8, *&* 26, *Carol. Anton. de Luca ad Vincen. de Franch. d. obser.* 489, *numer.*1, *& obser.*413, *n.*1, *& sequent. Altimar. ad consil. Rovit. lib.*1, *observ.* 97, ubi latè *Cancer. var.*1, *cap.* 9, *ferè per tot.* maximè *numer.* 26, & infiniti citatis *Manfrell. ad Capic. Latr. observ.*94, *numer.*1, *Brilla. ad consuetud. Neapol. tit.*8, *cap.*4, *num.* 29, *& sequent. Rota decis.* 301, *num.* 5, *part.*19, *recent. Conciol. noster de hered. simpl. & qualifi. art.*3, *num.* 154, *& sequent.* maximè *num.*182, *& sequent. Iranç. de protestatio. in apparat. num.* 107, *& sequent.* penès quos reperies quas vestes, & quid praeter eas in provisione dicti anni luctus contineatur, &

quando

quando non debeantur, seu sint restituendæ.
33 Legatum autem à viro mulieri factum
venit compensandum cum ipsis vestibus
lugubris; ex quo ipsæ ex necessitate deben-
tur, *Altimar. ad Rovit. obser. ad cons. 25,
lib. 1, numer. 12, & sequent. Brilla. d. cap. 4,
numer. 42, & sequent. Conciol. ubi supr. nu-
mer. 189, Hodiern. ad Surd. decis. 119, nu-
mer. 14, Arias de Mesa. var. resolut. post
fin. in addit. ad lib. 2, cap. 11, numer. 11, in
fin.* ubi *Cancer. Fontanel. Capic. Latr. Ho-
diern. & alios*, citat *Manfrell. d. obser. 94,
numer. 5*, ubi *Scoppa. Rocc. Mocci. Ur-
ceol. & alios* citat, quidquid dicant de iure
communi *Marta Medic. citatus à Meli.
ad Castill. de aliment. cap. 18, numer. 9,
Merlin. controver. foren. cap. 44, numer. 24,
34 tom. 2.* Pro ipsis autem, & alimentis an
competat mulieri hypotheca, tradit *Acosta
de privil. credit. reg. 3, ampliat. 7, numer.
9, vers. Verum, pag. mihi 256.* benè tamen
competit creditoribus, qui ipsas vestes cre-
diderunt, etiam cum prælatione, *Iranç. in
dict. apparat. tractat. de protestatio. numer.
122, & seq.*
35 Alimenta autem ipsi viduæ sunt præstan-
da in domo mariti, seu hæredum, ut tradit
hìc *numer. 8, noster Conciol.* nisi aliqua cau-
sa, aut ratio existat, quas videre poteritis pe-
nes *d. Meli. ad Castill. de aliment. cap. 2,*
& penes *Doctores citatos à Doctissimo Al-
timar. ab lib. 3, consil. Rovit. obser. 21, nu-
mer. 24, & sequent.* maximè, *numer. 27*, ubi
in terminis nostris citat *Dexart. & An-
dreol.* hanc materiam nostram tactantes; Sa-
36 nè si maritus uxorem intra annum luctus
alendam legasset, tunc (cum iure actionis
deberentur) alimenta præstanda venirent in
domo alimentandi, *Marta Medic. decis.
Senen. 89, numer. 44*, quem citat *Meli. ad
Castill. de aliment. cap. 2, numer. 3*, & de hoc
casu loquitur *cap. 18, numer. 11.*
37 Dote itaque mulieri finito anno luctus
non restituta, si marito fuerit soluta, & in-
ventarium bonorum mariti vidua fecerit in-
tra tempus à iure nostro statutario præfi-
xum, ipsa per *dict. Constit. Hac nostra, d. tit.
dissolt lo matrimoni*, omnes fructus bono-
rum dicti mariti facit suos, donec, & quous-
que in dote, & sponsalitio fuerit satisfacta,
reputatúrque interim uti hæres, habétque
actiones activas, & passivas, defunctúmque
maritum repræsentat, *Ferrer. Mier. Canc.
Fontanell. citati à Ripoll. ad prax. Peguer.
rubr. 6, numer. 24, & sequent.* novissimè
*Vilaplana de brach. Militar. cap. 4, n. 25,
& sequent.* maximè *numer. 48, & seq.* ubi
latè, ac *alii Doctores*, quos citat *noster Con-
ciol. de hered. simpl. & qualifi. art. 3, num.
171, Quesada & Pilo, d. controver. 33, nu-
mer. 7, 21, & sequent.*
38 Istud beneficium per nostram *Constit.
Hac nostra*, viduis tributum faciendi fru-
ctus suos, non se extendit ad bona fidei-
commissaria per virum hæredem gravatum
possessa, etiamsi in subsidium de eis possit
in suo casu vidua dotem detrahere, ne spe-
cialitates multiplicentur, *Conciol. noster de
hered. simpl. & qualifi. art. 1, numer. 606,
Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 10, de cen-
sib. num. 33*, pro magis rationis consonum
teneo cum *Fontanell. de pact. claus. 7, glos.
9, part. 4, num. 1, & sequent. & aliis*, quos
citat novissimè *Vilapla de brach. Militar.
cap. 4, numer. 22, & 24.* licèt contrarium te-
neant *Cancer. var. 1, cap. 9, numer. 176, &
sequent. & alii*, quos citat *d. Vilaplana d.
cap. 4, numer. 23*, & decisum dicat *numer.
22, in fin. per nostrum Meritissimum Re-
gentem Cortiada*; quibus satisfacit dictus
Fontanel. & pariter *Ferrer. in Constit. Hac
nostra, temp. 3, decla. 6, à numer. 11*, solidis-
simis rationibus, nisi id velint intelligere de
simplici, & nuda tenuta, prout ita veniunt
intelligendi *Cancer. var. 1, cap. 9, à numer.
176, ad 182*, præcipuè *numer. 181, Oliba. de
actionib. tom. 1, lib. 3, in relectio. ad §, fue-
rat, numer. 12, & 16, Molin. de ritu nu-
ptiar. lib. 3, quæst. 28, numer. 12, Ramon.
cons. 50, à num. 18, ad 29, Quesada & Pi-
lo, controver. foren. cap. 34, per tot:* quam-
vis *à numer. 14*, viduam in bonis vinculatis
beneficium faciendi fructus habere novis ra-
tionibus defendat, quas conformes obser-
vantiæ nostri Regii Senatus suprà traditæ vi-
deo, & ob id in iudicando sequendæ, licèt
ipsi censum meum non adapto; ut dixi;
39 Nec ad bona donata à marito filiis, aut
aliis constante matrimonio, *Fontanell. de
pact. claus. 7, glos. 3, part. 3, numer. 29*, ubi
numer. 34, decisiones Senatus refert, *& de-
cis. 363, numer. 9, & 10, Cancer. var. 1,
cap. cap. 9, numer. 42.* ut ita decisum fuit
facto verbo in Regio Senatu die 1, Februa-
rii 1670, per Nobilem Iosephum de Ferrer,
& Vinyals Reg. Consult. inter Eufrasinam
Pi, & Michaelem Ioannem Vilageriu,
quamvis si immodicæ fuissent donationes
non discederem à traditis per *Cancer. d. n.
42*, nè ita fraudulenter præfato beneficio vi-
dua privetur.
40 Prudenter fuit in hoc statuto dispositum
circa fructus bonorum paraphernalium, aut
extra dotalium, sic effugiendo varias quæ-
stiones, in quibus se fatigarunt varii Do-
ctores, & quas recenset nostri *Cancer. var. 1,*
cap.

cap. 9, numer. 18, Fontanell. in d. tractat. de pacto claus. 6, glos. 2, part. 7, per tot, pariterque *Ciriac. controv. 31, per tot. & controv. 251, numer. 87, & sequent. & citati à Modern. Brilla. ad consuetud. Neapol. tit. 8, cap. 1, numer. 55, & innumeri Doctores citati à Bolero, de decoct. debitor. fiscal. tit. 5, quæst. 4, à num. 17, Quesada & Pilo. disert. 6, numer. 1, & sequent. Hodiern. ad Surd. decis. 192, per tot. Eminen. De Luca de dote discur. 120, à numer. 7, & discur. 168, per tot.* ad quos recurre si circa hos fructus casus evenerit.

41 Mulier autem pro recuperandis dictis bonis paraphernalibus à marito, & pro administratione de ipsius consensu tacito, aut expresso habet hypothecam in bonis mariti, absque tamen privilegio prælationis, *Eminen. De Luca de dote, discur. 120, numer. 2, & discur. 158, numer. 20, Cancer. var. 1, d. cap. 9, numer. 17, Boler. suprà citat. d. quæst. 4, numer. 17, & 18, Rota Recen. decis. 155, numer. 13, part. 19, Merlin. de pignorib. lib. 3, tit. 2, quæst. 54, per tot.* maximè *numer. 3, & 6, & alii citati à Sabell. in summ. diver. tractat. verb. bona, numer. 11, Mesa. variar. resol. lib. 2, cap. 30, numer. 16, Meli. observ. foren. obser. 43, numer. 20, Tondut. quæst. civil. cap. 123, numer. 11, & quamplures alii,* quos citat *Quesada & Pilo, disert. 6, numer. 13,* ubi *num. 14, & sequent.* hanc materiam declarat; non tamen præfata hypotheca habet pro fructibus dictorum bonorũ paraphernalium, *Eminen. De Luca de dote, dict. discur. 120, nu. 8,* intellige tamen, ut tradit *d. Eminen. D. Luca d. tract. de dote, discur. 168, numer. 14, & sequent. Mesa. d. cap. 30, n. 16, & 18.*

42 Adverte tamen unum, quòd facilè alibi non reperies, maritum debere compensare fructus perceptos rerum paraphernalium cum melioramentis in eis factis; ex quo non iure dominii talia bona possidet, *Quesada & Pilo. d. disert. 6, num. 34,* ubi *Cavalc. Peregr. Thesaur. Nig.* citat.

DE DOTE A FRATRIBUS PROFECTA.

Rubrica XLIX.

Dos data à Fratribus Sorori de bonis propriis ipsorum, & non Paternis, soluto Matrimonio per obitum Sororis sine liberis, revertatur ad dictos Fratres Dotantes, illorúmque hæredes, & sic stipulari debeat, & intelligatur, lucro Dotali Marito, si aliter conventum non sit, reservato.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, quòd dos data à fratre de proprio revertatur ad fratrem procedit in terminis in quibus loquitur.*

Secùs tamen est si dotaverint sororem de bonis paternis, num. 2,

Vel si fratres sint hæredes patris, numer. 3,

Cùm tunc dotes de bonis paternis solutæ præsumantur, num. 20,

Vel si fratres administrarent bona sorori, numer. 4,

Vel si illam dotaverint, ut illam excluderent à successione patris, nu. 5,

6 *Fratres tenentur probare sororem dotasse de proprio, ut sit locus dicto statuto.*

Licèt præsumi illas dotasse de proprio teneant aliqui, num. 7,

8 *Statutum, quòd dos revertatur ad fratrem non habet locum si soror de dote disponat.*

Procedit quando fratres non dotaverunt de proprio, aliàs secùs, n. 9, & 10,

11 *Frater in defectum patris, avi, & matris tenentur dotare sororem pauperem, & n. 15,*

Ac redotare, si absque culpa dotem amiserint, numer. 16,

Intellige ut numer. 17,

Tam utrinsque coniunctam, quàm cõsanguineam tantùm, num. 12,

Non tamen sororem uterinam tantùm, numer. 13,

Licèt alii contrarium teneant, numer. 14, & 19,

18 *Pater absque præscisione filiam dotare, ac redotare tenetur.*

21 *Frater sororem dotando dicitur obligationẽ maiorum explere, non tamen propriam.*

22 *Fra-*

22 *Fratres, ut hæredes Patris sorores dotando,*
non possunt dotes earum in aliquo casu
gravare.
Limita cum expresso, aut tacito con-
sensu earum, num. 23,
Intellige ut numer. 24, 25, & 26,
Secùs autem si ut extranei, & in sub-
sidium eas dotaverint, quia tunc possunt
eas gravare, numer. 27,
Limita ut numer. 28,

ANNOTATIO.

1 SVprâdictum statutum, quòd data à fra-
tre de bonis propriis, & non paternis
mortua sorore sine liberis revertatur ad fra-
tres dotantes, vel eorum hæredes habet lo-
cum quando fratres dederunt dotem sorori
de bonis propriis, ut disponitur in eodem
statuto, probant *Gratian discept. foren. cap.*
769, numer. 23, part. 4, & Rota decis. 649,
2 *in fin. part. 1, recent.* Secùs tamen est si do-
tem dederint de bonis paternis, putà uti le-
gitimi administratores, ut not. *Rot. ubi su-*
3 *prà,* vel si sint hæredes patris, quia tunc
præsumitur, illos dotasse de bonis paternis,
ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap.*
130, *numer. 15, D. Deluca tom. 6. de dote*
discur. 154, numer. 27, Rot. in Roman. do-
tis 7, Februarii 1601, coram Pamphil. Et si
4 fratres administrarunt bona sororis, *Fen-*
zon. ubi suprà numer. 23. Gratian. discept.
forens. cap. 556, numer. 27, part. 3. Vel si id
5 fecerint ad excludendam sororem à succes-
sione patris, ut tradunt *Adden. ad Paitell.*
exped. 90, numer. 31, & sequent. Gratian. di-
scept. foren. cap. 769, numer. 27, & sequent.
part. 4, D. Deluca in Theatr. verit. & iust.
tom. 6, in tit. de dote, discur. 155, numer. 17,
& in aliis casibus relatis per *Menoch. de ar-*
bitr. casu 88, ferè per tot. & in tractat. de
præsumpt. lib. 3, præsumpt. 16, numer. 12, &
sequent.
6 Vt autem sit locus dispositioni huius sta-
tuti fratres tenentur concludenter probare,
dotem fuisse per eos datam sorori de pro-
priis bonis, ut docent *Fenzon. ad stat. Vrb.*
d. cap. 130, numer. 14, & Rot. in Roman.
dotis de Rusconibus 17, Maii 1600, coram
Cardin. Sacrato relata per *Fenzon. ubi supr.*
7 Licèt illam in dubio præsumi datam de bo-
nis propriis dixerit *Gratian. d. cap. 556, nu-*
mer. 27, de quo tamen vide latè per *D. De-*
luca in d. tit. de dote, discur. 154, numer. 27,
& sequent.
Neque dictum statutum mandans, dotem à
fratribus profectam mortua uxore sine filiis
ad fratres reverti, habere debet locum so-
8 rore decedente ab intestato, non autem si
ipsa de dote disposuerit, ut not. *Gratian.*
discept. foren. d. cap. 556, numer. 7, & seq.
9 *part. 3.* Quia obiectum potest habere locum
quando frater non dotat sororem de propriis
bonis, quo casu non potest apponere pa-
ctum reversivum ad semetipsum, ut tra-
dunt *Adden. ad Paitell. d. exped. 90, numer.*
31, & sequent. & admittit *idem Gratian. d.*
cap. 556, & cap. 769, numer. 3, part. 4, &
D. Deluca in d. tractat. de dote discur. 155,
10 *numer. 17.* Secùs tamen est quando frater
dotat sororem de propriis bonis, uti in ter-
minis huius statuti, quia tunc frater benè
apponere potest pactum reversivum dotis
ad ipsum dotantem, & si non fuerit apposi-
tum illud censetur appositum vigore dicti
statuti, ut declarant *Andreol. controv. 134,*
numer. 96, & D. Deluca in d. tit. discurs.
155, numer. 17. Quia tunc soror non potest
de dote disponere in præiudicium fratris do-
tantis uti alteri applicata vigore præcedentis
contractus *ad text. in l. cùm maritus, 29, in*
fin. ff. de pact. dotal. & notant *Bald. in l.*
pro hæreditariis, 2, num. 8, & sequent. Cod.
de hæred. action. & Gratian. in d. cap. 556,
num. 3, part. 2.
11 Frater verò in defectu patris, avi, & ma-
tris tenetur dotare sororem pauperem, *l. cùm*
plures, 13, §, cùm tutor, & ibi glos. ff. de ad-
min. tutor. & tradunt *Surd. de aliment. tit. 1,*
quæst. 25, numer. 9, P. Bos. de dote, cap.
5, numer. 56, & sequent. Adden. ad Rot. de-
cis. 460, numer. 64, & sequent. part. 4, re-
cent. tom. 2, & D. Deluca in d. tit. de dote,
11 *discur. 142, num. 57, & seq.* Quod habet lo-
cum non solùm in sorore utrinque coniun-
cta, sed etiam in consanguinea tantùm, ut
13 tradunt Doctores suprà adducti, quicquid
sit quo ad sororem uterinam, quam frater
non tenetur dotare secundum opinionem
magis communem, de qua testatur *D. De-*
luca in d. discur. 142, numer. 58, & Rot. de-
cis. 137, numer. 19, part. 6, recent. licèt ali-
qui contrarium teneant apud *D. Deluca ubi*
14 *proximè,* cùm quibus transit *Lucidor. de il-*
legit. Cleric. cap. 18, numer. 6. Itaut ad do-
tandam sororem teneatur etiam frater Cleri-
cus licèt solum habeat redditus Ecclesiasti-
cos, ut post *Barbos. Fontanell. Giurb. &*
Surd. per eum relatos not. *D. Deluca in d.*
numer. 57, & Lucidior. de illegit. Cleric. &
regul. d. cap. 18, numer. 9, ubi concordantes.

ADDITIO.

15 FRatres autem in subsidium parentum te-
nentur dotare sorores pauperes, *Rota*
Recen. decis. 259, numer. 8, part. 18, tom. 1,
Fon-

Fontanell. de pact. clauf. 5, glos. 3, num. 11,
ac innumeros Doctores citati à Manfrell ad
Capic. Latr. obser. ad decis. 98, numer. 4,
Severin. in addit. ad decis. 384, Sanfelicii.
lib. 3, pag. mihi 255, vers. Frater, an te-
neatur dotare, &c. Eminen. De Luca de
16 *dote, discur. 29, numer. 5.* atque redotare,
si soror dotem amisit absque sui culpa,
Marta. Mangil. Andreol. Stayban.
Gratian. De Luca citati à dict. Manfrell.
d. obser. 38, numer. 5, Botiller. de success. ab
17 *intestat. cap. 1, theor. 39, numer. 9.* Quod
procedit si de paterna substantia primò do-
taverint; non autem quando primò de pro-
pria eam dotaverint; quia æquitas non pati-
tur, ut redotare teneantur, *Manfrell. d. ob-*
ser. 38, numer. 5, vers. De Barbosa, &c. &
18 *in obser. ad decis. 109, numer. 9.* Pater autem
absque præcisione aliqua, filiam dotare, &
redotare tenetur, quoties opus fuerit; ex
quo paternum est officium filias dotare,
Cancer. Fontanell. Gratian. Velazq. Fabr.
Andreol. Bossi. Mangil. Peregrin. Mo-
lin. & alii citati à d. Manfrell. d. obser.
98, numer. 6, & latissimè *Severin. in addit.*
ad decis. 384, Sanfelicii per tot. Eminen. De
Luca de dote, discur. 4, n. 6.
19 Fratres autem uterini, dotare sorores
uterinas an teneantur, discordant Docto-
res; tamen opinione affirmativa (data di-
vitia fratris, & paupertate sororis) ex æqui-
tate non discederem; sicuti ipsam tenent
Larrea, Giurb. Tiraquel. Campeg. De Luca.
citati à d. Manfrell. d. obser. 38, numer. 8,
& obser. 135, numer. 12, ubi de iure Codi-
cis procedere tradit, *idem De Luca ad Gra-*
tian. cap. 65, numer. 5. qui seipsum, &
Eminen. De Luca. citat; quidquid teneant
Doctores in terminis consuetud. Si qua mu-
lier. Reg. Neapol. citati à *d. Manfrell. d.*
obser. 38, numer. 9, & Brilla. ad consuetud.
Neapol. tit. 1, cap. 8, numer. 21, Botiller.
de success. ab intestat. cap. 1, theor. 26, n. 5.
20 Itaque si ipsi fratres hæredes patris exti-
terint, certum est, dotem datam sorori præ-
sumi de bonis paternis; aliter autem (eis
non existentibus hæredibus sui patris) so-
lutæ præsumentur de bonis propriis, *Carol.*
Anton. De Luca ad Vincen. de Franch.
obser. ad decis. 196, numer. 3, vers. Adver-
tendum, &c. ubi *Rota coram Merlin.* ci-
21 tat; Si tamen sororem dotaverint, cùm do-
tare non tenebantur, dicuntur explere vo-
luisse obligationem suorum maiorum, aut
ad id obligatorum, non autem propriam
inducere, *Rota Recen. decis. 41, numer. fin.*
part. 19.
22 Vndè quando fratres sorores dotant, ut
hæredes patris, aut obligatorum dotare,
non possunt ipsis apponere pactum ullum
reversivum dotis, etiam in casu decedenti-
tiæ absque liberis, maximè non consen-
tientibus sororibus, dum ex necessitate do-
tant, & de alienis bonis, sicque ipsas non
honorant; *Mennoch. Gratian. Sanfelic.*
Prat. Marin. & alii citati à Carol. Ant.
De Luca. ad decis. Vincen. de Franch. ob-
ser. 196. numer. 1, Fontanell. de pact. clauf. 5,
glos. 10, part. 1, numer. 11, vers. Primus, &c.
Hodiern. controver. foren. cap. 34, numer. 3,
Bossi. de dote, cap. 3, numer. 126, Prat. de
sepe. foren. cap. 12, numer. 84, tom. 1, Amat.
var. resol. lib. 1, resol. 28, numer. 5, & his,
& aliis citatis. *Modern. Palma Nepos alle-*
gatio 25, numer. 5, Modern. Rodoer. con-
sil. 26, numer. 21, & sequent. Botiller. de
success. ab intest. cap. 1, theor. 24, numer. 11,
Severin. in addit. decis. 353, Sanfelicii pag.
153, vers. Aut sumus, &c. Crespi. obser. 25,
numer. 33, Giurb. ad consuetud. Messanen.
cap. 18, glos. 6, part. 1, numer. 11, novissimè
Borgia contra Fabr. tom. 1, lib. 1, cap. 17,
numer. 25, & tom. 2, lib. 13, cap. 1, num. 12,
vers. Quarta conclusio; &c. Eminen. De
Luca de dote, discurs. 26, num. 6. & discur.
90, à numer. 7. & latius discurs. 155. per
23 *tot. & discur. 91, numer. 8,* accedente tamen
consensu tacito mulieris, cui dos constitui-
tur, firmando capitula matrimonialia, pa-
ctum ipsum reversivum continentia, aut ex-
presso, optimè possunt fratres dotantes de
bonis paternis, aut maternis, pactum rever-
sivum in sui favorem, in casu quo dotatæ
absque liberis decedent opponere; ex quo
potuerunt sorores imponere legem, quam
voluerunt super re sua propria, per expres-
sum *tex. l. cum maritus, §. mulier, ff. de pact.*
dotalib. & per tex. in l. 2, §, si convenerit,
ff. eod. Molin. Fontanell. Cancer. Sanfelic.
Marin. Stayban. Marcian. citati à Carol.
De Luca ad decis. Vincen. de Franch. obser.
196, numer. 3, & ad Gratian. cap. 65, numer.
5, Eminen. De Luca de dote, discur. 155,
numer. 21, 23, & 25, & discur. 92, numer. 4,
his, & aliis citatis *d. Modern. Palma. dict.*
allegatio 25, numer. 6, Rodoer. consil. 24,
numer. 27, & sequent. novissimè *Borgia d.*
lib. 13, cap. 5, numer. 12, vers. Quinta con-
24 *clusio, &c.* Tamen si meum liceret profer-
re sensum, tenerem in casu consensus taciti,
quòd si capitula matrimonialia, pactum ip-
sum reversivum continentia, in absentia
coniugis facta fuerint, per firmam mulieris
non se preiudicaret, nisi certissimam scien-
tiam de dicto pacto haberet, per lecturam
ipsi factam claram, individuam, ac certio-
ratam,

ratam, *Marin. lib. 2, resol. 191, numer. 14, Hodiern. d. controv. 34, numer. 61, Marin. ad Revertter. obser. 235, numer. 3, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 98, numer.* 10, *& sequent. Eminen. De Luca d. discur.* 155, *numer.* 23, *vers. Contrarium*, ad ista videndus *Roce. respons. 60, lib.* 1, & sic veniunt intelligendi *Molfes. & alii*, quos citat *Giurb. obser. 48, numer. 30*, & conducunt ponderata per *Borgia. dict. cap. 16, numer. 25*, & ita in terminis tradit *tom. 2, d. lib. 13, cap. 5, numer. 12, vers. At in eo difficultas, &c.*

25 Hæc sanè procedunt soluto matrimonio per mortem uxoris superstite viro, non autem per mortem viri superstite muliere; quia tunc licèt in capitulis nuptialibus sit conventum simpliciter in quemcunque casum soluti matrimonii dotem restitui, seu pactum reversivum appositum sit; nihilominus tamen ex quo resultaret inconveniens Reipublicæ præiudiciale, quod nempè mulier indotata remaneret, & ob dotis defectum, mulieri ulteriores nuptiæ impedirentur, tunc pactum ipsum, & si aliàs licitum, & validum, matrimonii, ac Reipublicæ favore invalidum, ac inefficax efficitur, quamvis ipsius mulieris consensus accedat; dum hæc non potest dotis conditionem deteriorem facere, neque iuri publico præiudicare, *Barbos. Oander. Fontanell. Mastril. Amat. Hodiern. Altograd. citati per Eminen. De Luca de doto, d. discur.*
26 155, *numer.* 28, Et ita sequitur, quòd matrimonio per viri mortem soluto, mulier pro ulterioribus nuptiis, sprato pacto, liberam detem constituere potest, licèt in primis tabulis nuptialibus conventum sit, ut soluto matrimonio, etiam per mortem viri, dos debeat spectare ad filios ex illo matrimonio natos, vel eorum aliquem, vel ad tertium, ut citatis *Amat. Fontanell. Canc. Galeot. Altograd. Hodiern.* tradit *d. Eminen. De Luca d. discur. 155, n. 31.*

27 Fratres autem dotantes sorores suas, etiam in subsidium à iure compulsi, & extranei possunt pactum prædictum reversivum dotis incontinenti, seu in ipso actu opponere consentientibus, aut discentientibus sororibus, ac mulieribus, ut prò magis cōmuniter tradunt *Rota coram Merlin. decis. 32, numer.* 13. *Eminen. De Luca d. discur. 155, numer. 30, vers. Et in extraneo, & sequent. Bossi. Mennoch. & Fontanell. citati à Carol. Ant. De Luca ad d. obser. ad Vincen. de Franch. 196, numer. 7, Severin. in addit. ad decis. 353, lib. 3, Sanfelicii. pag. mihi 152, vers. Aut sumus, &c.* novissimè *Borgia investigatio. contr. Fabr. tom. 2, lib. 13, cap. 3, numer. fin. & cap. 5, numer. 12, vers. Secunda conclusio, &c.* & tradit *Rota Rom. in una Ausatalana dotis, 24, Martii, 1662, quæ est decis. 223, post Torre. de pact. futur. success. numer. 6*, ubi *Fontanell. Socin.*
28 *& alios* citat; Crederem tamen, quòd si talia pacta per fratrem imponenda, sororem impedirent nè ipsa virum invenisset, vel matrimonia difficultassent, ipsa reiecentur, & posset cógi frater ad ea remittenda, vel moderanda, prout sic censet *d. Eminen. De Luca, d. discur. 155, numer. 31.*

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE,

Rubrica L.

SI una, eadémque res duobus vendita fuerit, ille præferatur, qui primùm possessionem rei emptæ verè, vel fictè adeptus fuerit, Isque in possessione manuteneatur; Reliquæ verò venditiones irritæ sint, & nullæ, sed cogatur venditor, sivè illius hæredes ad restituendum pretium emptori cum omnibus damnis, & interesse; & nihilominus contra eum criminaliter procedatur ad pœnam xxv. scutorum, & Carceretur, donec cum effectu parti, & Fisco satisfecerit.

In venditione autem prædiorum veniunt omnes fructus pendentes, & si de proximo essent recolligendi, Nisi inter ipsas partes aliter sit conventum, Salva tamen semper, & reservata parte Coloni.

Venditor etiam quicunque reneatur de evictione rei venditæ, & facere, quòd emptor rem pacificè, & quietè possideat, & molestantes faciat consentire, alioquin Iudex summariæ Iuris, & facti remediis opportunis venditorem cogat;

gat, vel etiam ad pretii; si emptor voluerit, restitutionem, ac damnorum, & interesse, nisi venditor conventus cum idoneo Fideiussore caveat de conservando indemnem ipsum emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Vendita re duobus præfertur qui habuit possessionem etiamsi sit posterior,*

Etiam possessione translata fictè per constitutum, num. 2,

Quæ conclusio habet locum etiam in aliis contractibus, num. 7,

Fallit si primo emptori fuerunt obligata bona venditoris, num. 3,

Secundus emptor præfertur etiam stante iuramento, num. 4,

Licèt aliqui contrarium teneant, numer. 5,

Fallit etiam si secũdus emptor habeat scientiam primæ venditionis, num. 6,

8 *Fructus pendentes sunt pars fundi.*

Itaut vendito fundo censeantur venditi fructus pendentes, num. 9,

Et ita pensiones, seu affictus pro fructibus pendentibus à venditore recepti emptori sunt restituendi, sicuti venditori pertinent cessi post venditionem pro fructibus anteà perceptis, n. 23,

Et pensiones pro fructibus partim perceptis, & partim pendentes debita sunt dividendi inter emptorem, & venditorem, n. 24.

Intellige, ut num. 25, 26, & 27,

Prout pariter dividuntur debita pro rebus quæ dietim fructus pariunt, n. 28,

Et censeatur etiam vendita pars colonica, num. 10,

Et quid si venditor colat propriis manibus, num. 11,

12 *Vendens rem duobus tenetur pœna falsi, & num. 18,*

Fallit ut numer. 13,

Fallit venditione secunda nulla stante, num. 19,

Et in promissione secundò facta de vẽdendo, num. 20,

14 *Venditor tenetur de evictione rei venditæ, etiam cessante promissione, & n. 15,*

16 *Venditor sciens rem esse obligatam tenetur emptori ad interesse, & num. 31,*

Cùm venditor censeatur vendere rem liberam, numer. 17,

21 *Cessione duobus facta præfertur primus cessionarius.*

Non tamen si à secundo cessionario fuerit creditum cessum exactum, ac consumptum, num. 22,

29 *Census pensiones debita ex sensu vendito pertinent ad venditorem, nisi aliter sit conventum.*

Et an pertineant resignanti, an verò resignatario beneficii, n. 30.

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum quod re vendita
duobus ille præferatur, qui priùs accepit
possessionem verè, vel fictè concordat cum
dispositione iuris communis, quo idem
disponitur, uti habetur in *l. quoties* 15, *C.*
de rei vendic. & tradunt latè *Gabr. commu.*
concl. de empt. & vend. concl. 2, *numer.* 1, *&*
sequent. Adden. ad Paitell. expod. 74, *num.*
27, *Ciriac. contr.* 419, *num.* 1, *& seq. Sperell.*
decis. 171, *num.* 23, *part.* 2, *& Rota apud Gregor. XV. decis.* 567, *num.* 8, *& ibi Adden. &*
decis. 12, *numer.* 1, *apud Merlin. de pignor.*
2 Etiam si possessio sit translata fictè per clausulam Constituti, uti habetur in hoc statuto, quia præfertur, *Adden. ad Greg. XV.*
d. de decis. 567. *num.* 10, *Anton. Gomez. in*
l. 45, *Taur. numer.* 92, *Sperell. d. decis.* 171,
num. 26. qui *num.* 28. declarat procedere si
constitutarius sit præstens, aliàs secus, ut
ibi per eum *Rota apud Seraph decis.* 472,
3 *numer.* 7. Quæ tamen non habere locum
quando primo emptori fuerunt obligata
bona venditoris pro observantia contractus,
quia tunc illa transeunt ad emptorem cum
illo onere, *Cenc. de cens. quæst.* 68, *num.* 4,
Merlin. de pignor. lib. 4, *quæst.* 30, *numer.* 3,
Adden. ad Greg. XV. d. decis. 567, *num.* 10,
& Rota apud eundem Merlin. decis. 25. *nu.* 6.
4 Quæ habent locum non obstante iuramento
in prima venditione Apposito, quia adhuc
præfertur secundus emptor, cui possessio
verè, vel fictè tradita fuit, ut tradunt *Gabr.*
in d. concl. 2. *numer.* 3. *&* 4, *Rolan. cons.* 6,
numer. 24, *& sequent. lib.* 1. ubi testatur de
communi opinione, *& cons.* 63, *num.* 4. *lib.*
2. *Guttier. de iur. confirm. part.* 1, *cap.* 39. qui
pariter hanc opinionem dicit communem,
quam opinionem latè comprobat *Sperell. d.*
5 *decis.* 171, *num.* 32, *& plurib. seq.* licèt contrarium tenuerit *Cenc. de cens. dict. quæst* 68,
6 *numer.* 6, Cessat etiam dispositio *d. l. quoties*

C. de rei vendic. & statutum nostrum quan-
do secundus emptor habuit scientiam ven-
ditionis factæ primo emptori, & sic est in
mala fide, ut not. *Gabr. d. concl. 2, num. 3,*
Rolan. consf.9, numer. 27, lib. 1, Merlin. de
pignor. d. quæst.36, num.11, & Rota d. decis.
7 *12, num.2, apud Merlin. de pignorib.* Et di-
spositionem *d. l. quoties*, habere locum non
solùm in contractu emptionis, sed etiam in
quolibet alio contractu voluerunt *Merlin.*
de pignor. d. quæst.36. sub num.1, Ciriac. d.
contr. 419, numer.2, Sperell. dict. decis. 171,
ferè per tot. & D. Deluca in Theatr, verit.
& iust. tom. 4, in tit. de emphit. discurs. 1,
num.11.

8 Fructus verò pendentes sunt pars fundi,
l. fructus pendentes 45, ff. de rei vendic. l. fin.
§. penul. ff quæ in fraud. credi. Gratian. di-
scep. foren. cap.164, num.2, part. 1, Thes. de-
cis.55, num.1, Pract. Ridolph. part.2, cap.13,
9 *numer. 73.* Et ideo non mirum si vendito
fundo censeantur venditi fructus penden-
tes, uti habetur in hoc statuto ad text. *in l.*
Iulianus 14, §. si fructibus, ff. de actio.
empt. & tradunt *Card. Mantic. de tacit.*
lib.4, tit.16, numer. 42, & sequent. Thesa d.
decis.55, numer.2, Pract. Ridolph. d. cap.13,
num.74, Rota apud Gregor. XV. decis. 430,
10 *num. 3.* Et licèt satis controversum sit inter
Doctores, an censeatur vendita etiam pars
colonica, ut pro affirmativa stant *Lud. decis.*
Perus.81, per tot. Pract. Ridolph. d. cap. 13,
sub. num.74, & Rota decis 33, num.4, in fin.
part. 1, recent. & pro negativa *Thesa. d. de-*
cis.55, numer.4, & 5, & Hodiern. ad Surd.
decis.94, num.2. ubi plures dat concordan-
tes, per statutum tamen nostrum tollitur
dicta difficultas, dum in eo mandatur, quòd
pars colonica censeatur semper excepta.
11 Quicquid dicendum sit, quando venditor
colit fundum propriis manibus; quo casu
ad favorem emptoris stant *Costa de rata*
quæst.129, num.3, Surd. decis.294, num.8, &
ibi Hodiern. num.2, & Post. de subhast. in-
spect. 52, num.44.

12 Vendens autem rem duobus tenetur pe-
na falsi, *l. qui duobus 21, ff. ad leg. Cornel. de*
fals. & tradunt *Clar. in §. falsum numer.29,*
vers. vendens eandem, &c. Bossi. in pract. in
tit. de fals. num.112, Anear. quæst.2, num.8,
in fin. part. 2, latè Farinac. de falsit. & si-
mul. quæst. 150, *num.*219. licèt mitius punia-
tur quàm falsarius, *d. l. qui duobus, & ibi*
glos. & Alber. ff. ad l. Corn. de fals. & not.
Farin. in d. quæst.1050, num.229, & sequent.
ubi dat limitationes, quas hic transcribere
longum, & incongruum esset, & præcipuè
quod dicta pœna non servatur de consuetu-
dine, cuius contrarium servari vidisse in
Alma Urbe ex illius statuto huic nostro si-
13 mile, ut ibi per eum, Vendens autem uni
potest vendere alteri sine pœna quando pri-
mus emptor non solvit pretium, vel adve-
nit dies, quo casu res dicitur inempta, ut not.
Mangil. de evict. quæst.84, in fin. & Gra-
tian. decis. March.13, num. 2, & 3, in ad-
ditione.

14 Venditor verò tenetur de evictione re
venditæ, ut habetur in hoc statuto de natura
contractus, *l. non dubitatur 6. C. de evict.*
& tradunt *Mangil. de evict. quæst.20, num.*
1, & sequent. & Card. Mantic. de tacit.
lib.4, tit.24, num.2, Aloi. Mansin. consul.
15 *57, num. 10.* etiamsi promissio evictionis in
Instrumento expressè non sit apposita, cum
id tacitè actum præsumatur, *Alex. consil.28.*
num.2, lib.2, Mangil. d. quæst.20, num.2, &
sequent. Card. Mantic. d. tit.24, num.2, &
sequent. Aloi. Mansi. dict. consult.57, nu.10.
16 Itaut venditor sciens rem venditam esse
obligatam teneatur emptori ad interesse, &
loco interesse ad restitutionem prætii,
Mangil. de evict. quæst. 25, num.24, Rota
decis.459, num.1, part.2, recen. & idem est si
res vendita sit supposita fideicommisso, *leg.*
creditor 54, §. prædium ff. de act. empt.
Osusch. decis.24, num.2, vers. Incontrarium
&c. Surd. decis.22, num.6, & decis.165, n.6,
benè *Rota in Bononien. bonorum 18. Martij*
1648. coram R. P. D. Bichio §. & in om-
17 *nem, &c.* Cùm venditor censeatur vendere
rem liberam, *l. ex his prædiis 5, & ibi not.*
Cin. Bald. & Salic. C. de evict. Mangil.
de evict. quæst. 123, *num.* 21, facit *Rot. apud*
Bich. decis.66, num.19. Itaut si non sit libe-
ra habeatur pro non tradita, *l. si in emptio-*
ne 2, §. vacua, & §. fin. ff. de actio. empt. l.
ex his prædiis 5, & ibi glos. C. de evict.
Surd. consf.36, num.9, vol.1, Rota apud Du-
*ran decis.*112, *num.*3.

Declara dicta verba, *Quòd emptor pacificè*
possideat quid importent ut per *Fenzon. ad*
stat. Vrb. lib.1, cap.119, num.5, hoc est, quòd
cesset controversia iudicialis, & extraiudi-
cialis iuris, vel facti, ut ibi per eum.

ADDITIO.

18 DE hoc crimine stellionatus agunt quà-
plures *Doctores*, nempè *Boler. Her-*
mosill. Olea. Vela, & alii relati per Castejon.
in suo alphabet. verb. Emptor. numer. 10, &
præter eos *Vrceol, consult. foren. cap. 5, per*
plures numeros, & Doctores quos citat Ca-
pon. de pact. & stipul. pag. mihi 668, numer.
44, & sequent. & alii quos citat Manfrell.
ad

ad Capic. Latr. obser. ad decis. 151, numer.
21, & sequent. Ciroch. controv. 55, à num.
1, ubi *numer. sequent.* limitationes, & intel-
ligentias tradit, *& discept. 69, à numer. 1,*
Faria ad Covarru. lib. 1, cap. 14, numer. 10,
& sequent. Et ideò pauca, aut nulla de eo
19 dicam; Solùm autem quod illud non com-
mittitur, nulla existente venditione secun-
da, *Olea de cess. iur, tit. 2, quæst. 5, num.*
32, Surd. Gratian. Ciarlin. & alii, quos
citat *Mart. Medic. decis. Senen. in addit.*
20 *ad exam. 15, numer. 2.* Nequè per promis-
sionem de vendendo, *Olea d. tractat. de*
21 *cess. iur. tit. 1, quæst. 6, numer. 43,* cessione
tamen nominis debitoris facta duobus inso-
lidum pro toto credito, præfertur primus
cessionarius; ex quo cedens, eadem iura
sua non potest alteri cedere; quia cessio in
incorporalibus habet vim traditionis, ut ex
Salgad. Noguerol. Censi. Olea. Guzman.
Tusch. & aliis tenet *Carol. Ant. De Luca ad*
Vincen. de Franch. obser. 75, numer. 1. Si
22 autem secundus cessionarius prævenerit in
exigendo, & pecuniæ ab eo fuerint con-
sumptæ, non possunt à primo cessionario
evocari, aut pro magis certò, reiecto *Olea,*
ex Afflict. Fontanell. Merlin. tenet *Carol.*
Ant. De Luca d. obser. 75, num. 2.

23 Pensiones autem locationum prædiorum
rusticorum non maturatæ tempore venditio-
nis, debitæ pro fructibus iam ante vendi-
tionem collectis, ad venditorem pertinent;
cùm ipsæ in locum fructuum constituuntur,
& de eis procedat idem quod de fructibus
in quorum locum fuerunt subrogatæ, sicu-
ti ad emptorem pro fructibus non maturatis
debitæ, licèt à venditore receptæ sint ante
venditionem, *Rota coram Cavaller. decis.*
104, numer. 6, & post Cenci. de censib. decis.
177, numer. 2, & 3, Capon. discept. foren.
cap. 105, numer. 34, Eminen. De Luca de
benefic. discur. 100, numer. 7, Barbos. de of-
fic. & potest. Episcop. allegatio. 117, num. 2,
Modern. Pacion, de locat. & conduct. cap.
36, numer. 58, Cancer. var. 1, cap. 13, num.
96, Faria ad Covar. var. 1, resol. 15, numer.
4, Hunni. Encycloped iur. part. 3, tit. 14,
cap. 5, numer. 18, Hermosill. glos. 2. leg.
28, tit. 5, part. 5, numer. 58, & sequent.
Giurb. obser. 112, numer. 14, Carol. Ant.
De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 79,
numer. 1, & 7, & ad discept. Gratian.
animadver. ad cap. 20, numer. 11, Antonel.
de regim. Eccles. Episcop. lib. 3, cap. 9, nu-
24 *mer. 24.* Si autem fructus tempore venditio-
nis partim fuerint collecti, & partim pen-
dentes, pensiones pro eis insimul statutæ,
maturatæ, aut immaturatæ, inter vendito-
rem, & emptorem dividuntur pro rata *Can-*
cer. var. 1, cap. 13, numer. 96, Luca ad Gra-
tian. cap. 20. numer. 11, Giurb. d. obser. 112,
numer. 19, vers. Octava, &c. Carol. Ant.
De Luca d. observ. 79, numer. 1, in fin. d.
Modern. Pacion. d. cap. 36, numer. 59, Fa-
ria. ad Covar. d. lib. 1, resol. 15, numer. 4,
& 21.

25 Hoc namque procedit si conventum fue-
rit, quòd emptor teneatur stare locationi fa-
ctæ, aliter autem, si locationi stare non te-
netur, de pensione non est agendum, sed
fructus pendentes debentur, emptórque
suos facit; venditor autem ad interesse co-
lono tenetur, *Hermosill. d. glos. 2, leg. 28,*
tit. 5, part. 5, numer. 59, Giurb. d. obser. 112,
numer. 19, in fin. Faria ad Covarrub. dict.
resol. 15, numer. 4, & meliùs numer. 21, Ber-
lich. conclu. legal. part. 3, conclu. 22. num.
26 *28.* Licèt hoc casu quando, vel legis dispo-
sitione, vel ex conventione emptor tenetur
stare locationi adsint *Doctores* tenentes pen-
sionem non maturam pertinere emptori,
etiam si pro fructibus anteà perceptis de-
beatur; ex quo, quia emptor gravatur in
uno, relevatur in alio, ut sunt citati à *Ca-*
rol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch.
d. obser. 79, num. 7, Giurb. d. obser. 112, nu-
27 *mer. 21.* Quibus non adhæreo, quia id solùm
per. l. fin. §. fin. ff. de iure fisci, speciale in
fisco venditore esse, ut pensio quæratur em-
ptori, quæ cesserat pro fructibus perceptis,
ac pro tempore præterito, si dum dies so-
lutionis advenerat res vendatur, ne fiscus
teneatur solvere interesse colono expulso;
non autem procedit in privatis, sed solùm
in eis teneatur, quod suprà est traditum, re-
gulando pensionem, prout regulantur fru-
ctus percepti, aut non percepti, ut ita te-
nent *Faria ad Covar. lib. 1, resol. 15, num.*
18, Cancer. var. 1, d. cap. 13, num. 97, vers.
Nequè prædictis, &c. Modern. Pacion. d.
cap. 36, numer. 63, Marin. citatus à dicto
Giurb. dict. obser. 112, numer. 14, & fin. &
à d. Carol. Anton. De Luca d. obser. 79,
numer. 7.

28 Pensiones autem debitæ pro locationibus
urbanorum prædiorum, & pro aliis rebus,
quæ dietim fructus præstant, quæ propriè
fructus civiles dicuntur, pro rata temporis
dividuntur inter emptorem, & venditorem,
Modern. Pacion. d. tractat. de locat. &
conduct. d. cap. 36, numer. 60, Giurb. dict.
obser. 112, numer. 6, Hermosil. d. glos. 2, leg.
28, tit. 5, part. 5, numer. 62, Carol. Anto.
De Luca ad Vincen. de Franch. d. obser.
79, numer. 1, Cancer. var. 1, dict. cap. 13, nu-
mer. 97, Antonel. de regim. Eccles. Episcop.

lib. 5, cap. 9, num. 25, idem Luca ad Gratian. cap. 20, num. 11, Giurb. obser. 14, numer. 11, Berlich. conclu. legal. part. 2, concl. 8, numer. 74, Rota Rom. decis. 178, numer. 5, part. 19, recen. novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 62, numer. 10, & 17, Eminen. De Luca de benefic. discur. 84, numer. 4, discurs. 100, numer. 21, & de pensionib. disc. 24, numer. 12, & discur. 25, n. 7,*

29 Census autem, aut annuæ præstationes debitæ ex censu vendito ante venditionem, certum est ad venditorem pertinere, & non ad emptorem, nisi ita expressè sit conventum, *Cepfi. Noguerol. Rodrig. Marin. Ripoll. Fontanel. & alii citati per Olea de cess. iur. tit. 6, quæst. 6, numer. 15, & sequent.* & tradunt innumeri citati à *Carol. Anton. De Luca ad Franch. obser. 254, numer. 1, vers. Contrarium, &c.* latissimè *Berlich. conclus. legal. part. 3, conclus. 22, per tot.* ubi multa de divisione horum fructuum civilium, novissimè *Manfrell. d. obser. 62, numer. 11, &*

30 *sequent.* Quod an procedat ita inter resignantem beneficium, & resignatarium tradit *Censi. de censib. quæst. 70, numer. 19,* & pro nostro Episcopatu Gerunden. adest statutum continuatum in fol. 92, Synodalium constitutionum nostri Episcopatus, ad quod videas *Dotores*, quos citat *Faria. ad dict. cap. 15, Covarrub. lib. 1, numer. 59, Eminen. De Luca de benefic. d. discur. 84, n. 5,*

31 Hoc in loco possem annotare non pauca circa materiam evictionis; terum ut à nemine ex *Doctoribus* tractari omissum, eam relinquo; ex quo progressum in infinitum non evitarem, si nihil prætermittere suaderem; ideò lector ad *Doctores* qui de ea integros tractatus fecerunt, & ad moderniores, qui omnes de ea memores fuerunt recurre: solùm circa occurrentia in hoc loco an revendita pro franca, & libera, talia non reperta, imò alicui oneri subjecta, posset contractus venditionis rescindi, vel agere ad interesse, seu quanti minoris, intendebam me extendere; tamen ad prolixitatem vitandam ea relinquere decrevi, remittendo te ad *Doctores citatos per Doctissimum Botiller. de succes. ab intestat. cap. 2, theorem. 95, numer. 3, ad Vrceol. consult. 5, & 65, Citoch. discept. 69, à numer. 25, Hermosill. glos. 1, leg. 63, tit. 5, part. 5, numer. 1, & sequent. Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 20, cap. unic. numer. 32, & sequent. ad innumeros citatos ab ipsomet Brilla tit. 12, cap. 2, numer. 16, Olea. de cess. iur. tit. 7, quæst. 2,* novissimè *Capuct. in prax. tom. 2, part. 1, art. 2, per tot. & ad alios,* quos citat *Pilaia ad Iranç. de protest. addit. ad considera. 42, numer. 7, sequent.* ac super his consule innumeros *Doctores citatos* novissimè per *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 147, numer. 1, & sequent. ac dict. Pilaia. decis. canon. tom. 2, decis. 10, de censib. peri. 4, à numer. 43, Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap. 175, numer. fin.* ubi ex quadam æquitate per tribunalia recepta admitti in censibus subrogationem alterius rei liberæ capacis, & idoneæ, & hanc materiam tradit latissimè *dict. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis. 557, per tot.* apud quos pro casibus occurrentibus resolutionem capere poteris.

DE ARRHIS.

Rubrica LI.

DAtio Arrhæ in quolibet contractu perficiat emptionem, & contractum, nec liberetur Emptor volens Arrham amittere; nec venditor volens eam restituere duplicatam, nisi aliter, de Partium consensu statuatur.

S V M M A R I V M.

1 *Arrha dicitur à verbo Græco . . . quod firmum significat.*

2 *Arrha dantur ut sint probatio contractus emptionis.*

Et dantur etiam in partem pretij, n. 3.

In dubio autem data in pecunia censentur data in partem pretij, num. 4.

5 *Venditor nolens adimplere contractum tenetur arrhas duplicatas restituere.*

Fallit si sint data in partem pretij, quia non licet recedere à contractu, n. 6.

7 *Arrharum materiam qui tractant, n. 7.*

AN-

ANNOTATIO.

1 ARrha dicitur à verbo Græco quod firmum significat, cùm illa detur, ut evidentius de contractu emptionis constare possit, *l. quod sapè, 33, ff. de contrahen. empt. l. de lege 6, & l. fin. ff. de leg. commiss. l. 11, §. iis qui vinum, ff. de actio. empt.* & tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 112, in prin. & Calvi. in Lexic. in verb. Arrha circa medium litera A.*

2 Arrhæ autem emptionis, & venditionis dantur duobus modis, uno modo, ut illæ sint argumentum, & probatio contractus emptionis, ut præsertim cùm anulus datur ad tex. *in l. ex empto. 11, §. is qui vinum, ff. de actio. empt.* quo casu licitum est unicuique ex contrahentibus antéquam pretium, & res tradantur à contractu recedere, cum amissione arrharum, *Instit. de empt. & vendit. in princ. l. contractus, 16, C. de fide instrum.* & not. *Petr. Greg. Tholos. in sintag. iur. univ. lib. 23, cap. 17, in prin.*

3 Altero verò modo datur arrha pro parte prætii, seu in illius diminutionem, & tunc non licet discedere à contractu, ut etiam disponitur in hoc statuto nostro, & declarant *Aret. Io. Oinot. & alii Inst. de empt. & vend. in princ. & Fenzon. in d. cap. 112, numer. 6, & Card. Tusc. pract. concl. litera A. concl. 444, num. 2, & seq.*

4 In dubio autem arrha data in pecunia numerata censetur data in partem pretii, *Bald. in l. si fundus, 4, numer. 4, ff. de leg. commiss. Fenzon. ad d. cap. 112, numer. 11, Surd. decis. 260, numer. 26,* & sic non est locus rescissioni contractus, ut not. *Io. Oinot. ubi suprà numer. 13,* licèt arrhas censeri datas nomine arrhæ, & pretii, voluerit *Becci. cons. 87, num. 7, in fin. lib. 1.*

5 Et licèt venditor nolens adimplere contractum teneatur arrhas duplicatas restituere, *Becc. d. cons. 87, numer. 1, Surd. d. de-*
6 *cis. 260, numer. 26.* hoc tamen habet locum quãdo arrhæ datæ fuerunt in probationem contractus emptionis, secùs verò si sint datæ in partem prætii, quia tunc non licet à contractu recedere etiam si arrhæ duplicentur, ut benè declarat *Io. Oinot. ubi suprà, numer. 13,* & disponitur in hoc statuto, & not. *Card. Tusch. ubi supr.*

ADDITIO.

7 M*Odern. Brilla. ad consuet. Neapol. tit. 30, cap. 1, n. 1, & sequent. Aylon. ad Gomez. lib. 2, cap. 2, num. 19, & Hermosill. leg. 7, glos. 1, & sequent. tit. 3, part. 5,* & alia passim dant concordantes ad cuncta notati à nostro *Conciolo*, in hoc statuto, & alia quamplurima tradunt; quæ in hoc loco conducerent annotari; tamen ad prolixitatem evitandam ea prætereo, & sufficit te ad quos perducere, ipsos consule.

DE EMPTIONE CVM PACTO DE RETROVENDENDO.

Rubrica LII.

AD reprimendam Usurariam pravitatem, cum Venditio rei Immobilis facienda est cum pacto de retrovendendo, adhibeantur duo Æstimatores communiter eligendi; qui rei qualitate benè visa, & perpensa, prætium rei Vendendæ non rigorosum, sed moderatum habita ratione retractus imponant, Illudquè medio eorum Iuramento Iudici, & Notario referre, & insinuare debeant, & coram eisdem Contractus sine dolo & fraude celebretur, & Iudicis Decreto roboretur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cum pacto de retrovendendo cum modicitate pretii est suspectus de usura.*

Maximè si sit conventum, quod res non possit redimi, nisi post certum tempus, numer. 38.

Et ideò statutum requirit illum fieri mediante æstimatione, num. 2.

Quod cùm inducat formam contractus aliter factus est nullus, num. 3.

Utrum verò requirantur duos æstimatores, vel sufficiat unus communiter electus, num. 4.

Ff 3 Pa-

5 *Pactum de retrovendendo diminuit de valore in tertia, vel quarta parte.*

Licèt id esse indici arbitrarium teneant alii, num. 6,

7 *Emptor qui promisit retrovendere, non tenetur pro parte tantùm.*

Licèt emens rem à pluribus cogi possit retrovendere ab uno tantùm, num. 8,

Contrarium tenent aliqui, num. 9,

10 *Retrovendere promittens semper, & quandocúnque non tenetur post 30. annos.*

Contrarium tenent aliqui, numer. 11,

Et absque dubio in Cathalonia ubi cōtra prædictum pactum non præscribitur, num. 30.

12 *Vendens cum pacto de retrovendendo non potest agere contra secundum emptorem.*

Licèt contrarium teneant alii, nu. 14,

Maximè si pro observantia contractus sit hypothecata res vendita, nu. 13,

15 *Emptor cum pacto de retrovendendo non potest ligna incidere, & simil.*

16 *Venditor rem venditam redimens tenetur stare locationi.*

17 *Pactum de retro, cessibile est, & num. 31,*

Fallit si actum sit, quòd venditori tātum liceat redimere, num. 18, & 31,

Et etiam fatica in Cathalonia cessibilis est ibid. num. 32,

Secùs in Episcopatu Gerunden. dict. numer. 32,

19 *Minor, & tutor non possunt prorogare, vel de novo concedere tempus ad redimendum*

20 *Princeps non potest prorogare terminum ad redimendum iam elapsum.*

Minor an restituatur ob lapsum termini positi à defuncto ad redimendum.

22 *Pactum de retrovendendo testibus potest probari licèt testes de pretio non deponant, numer. 23,*

Cùm concessum censeatur pro eodem pretio pro quo fuit res vendita, n. 24,

25 *Minor potest tempore emptionis absque solemnitatibus concedere pactum de retro.*

26 *Fructus pendentes tempore retrovenditionis sunt inter emptorem, & retrahentem dividendi.*

Etiam si tempore venditionis fundus plenus fructibus fuisset, num. 27,

Percepti autem post moram retrahenti adiudicantur à contestatione litis, & revendentis interesse, num. 28,

Non ita si per retrahentem fuerit depositum pretium, num. 29,

33 *Ius luendi censum cessibile est.*

Et per eum cessionarius reponitur in locum cedentis translativè, non extinctivè, num. 34,

Etiam si fideiussori fuerit cessum, n. 35.

Licèt quo ad creditorem extinctio census causetur, & ita extinguantur hypotheca per eum contracta, num. 36,

37 *Hypotheca, & alia contracta per emptorem extinguuntur, re cum pacto de retrovendita retracta.*

39 *Laudemium an debeatur ex retrovenditione rei cum pacto de retro vendita facta.*

Et quid pacto de retro apposito ex intervallo, num. 40,

41 *Fatica, seu prælatio promissa in casu venditionis, an translationem dominii impediat, & quando.*

42 *Laudemium non debetur ex promissione de vendendo.*

Neque ex translatione possessionis sictè per constitutum facta, num. 43,

44 *Laudemium debetur domino qui reperitur de tempore, ac subscriptionis.*

Nisi tempore contractus rei fuisset tradita, quia tunc domino qui reperitur tempore contractus, num. 45,

ANNOTATIO

1 QVia contractus emptionis cum pacto de retrovendendo initus cum modicitate pretii est non parum de usura suspectus, ut tradunt *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 163. numer. 40,* ubi innumeros ferè adducit concordantes, & *Leotar. de usur. quæst. 9, numer. 13, & sequent.* qui quæstionem examinant, & desumitur ex ratione statuti, ex qua desumitur mens statuentium, ut latè comprobat *Rota apud Card. Celsū*
2 *decis. 260, numer. 8, & 9.* Ideò providè in hoc statuto decretum fuit, quòd in celebratione dicti contractus adhibeantur duo æstimatores, qui pretium iustum rei vendendæ imponunt, quod cùm de iure non requiratur, ideò censetur per statutum inducta forma, ut post *Ancar. Aret. Felin. Deci. Ias. Soc. Iuni. & Rim. Iuni.* per eum relatos in his terminis tradit *Paitel. expedit. 82, numer. 1, & sequent.* Maximè cùm statutum requirat dictam solemnitatem de tempore actus, ut not. *Feln. in cap. Cùm dilecta, 22, numer. 6, de rescrip. & Paitell. d. expedit. 82, numer. 3, Rota in Bononien. fideicom. de Rubeis 30, Maii 1646, coram*
3 *Cardin. Corrado, §. quia nulla, &c.* Ideò contractus sine dicta æstimatione celebratus, & sic non servata dicta forma statuti remanet nullus, ut not. *Paitell. d. exped. 82, numer. 37. Rot. apud Zach. de societ. decis. 61, nu. 3, & decis. 340, num. 4, part. 13, recen.*

4 Vtrum

4 Verum verò ad referendam dictam æstimationem bonorum venditorum cum pacto de retrovendendo esse debeant duo æstimatores, ut disponitur in hoc statuto, vel sufficiat unus tantum electus ab utrâque parte latè disputat *Paitell. d. exped. 82, ferè per totam*, ubi tuetur partem affirmativam, licèt contrarium fuerit decisum per conformes, ut dicit idem, *Paitell. ibi in prim. & in fine d. expedit.*

Dum verò in statuto mandatur, quòd æstimatores referre debeant pretium rei venditæ
5 cum dicto pacto habita ratione ad retractum intelligendum puto detracta tertia, vel quarta parte veri valoris, cùm tantum diminuat regulariter pactum de retrovendendo, ut tradunt *Grass. de except. except. 28, numer. 37, & sequent. & Rota post controv.*
6 *261, Ciriac. numer. 2, & sequent.* Licèt id esse Iudici arbitrarium attenta longitudine temporis concessi ad redimendum dixerint *Rota ibi numer. 2,* nec non *D. Deluca in Theat. verit. & iusti. tom 5, in tit. de usur. discur. 11, num. 5.*

7 Emptor autem qui promisit retrovendere non potest cogi retrovendere pro parte tantum, ut tradunt *Alex. cons. 143, num. 1, & 2, vol. 7, Soc. Sen. cons. 200, numer. 2, lib. 2, & cons. 16, numer. 1, & sequent lib. 4,* ubi dicit hanc esse claram conclusionem, & non reperire contra icentem, quàm conclusionem latè comprobat *Card. Mantic. de tacit. lib. 4, tit. 32, numer. 28, & sequent.*
8 ubi quamplures dat concordantes, Emens verò rem à pluribus cum dicto pacto cogi potest ab uno tantum ad integram retrovenditionem, ut tradunt *Ludov. decis. Perus. 112, numer. 11,* ubi testatur de magis communi opinione, *Rub. Alexan. cons. 90, numer. 4, & Cenc. de censib. quæst. 104, nu. 9,*
9 licèt contrariam opinionem veriorem dicat *Mastril. decis. 21, numer. 3, & Caren. resolut. 26, n. 3, & Card. Mantic. ubi suprà.*

10 Promittens verò retrovendere semper, & quandocùnque non tenetur retrovendere elapsis triginta annis, ut not. *Card. Mantic. de tacit. lib. 4, tit. 31, numer. 22,* ubi testatur de magis communi opinione, *Salust. in pract. A. C. lib. 2, cap. 10,* ubi dicit ita fuisse decisum in *Rota Roman. & Gratian. discept. foren. cap. 2, per tot. part. 1,* & hanc esse magis communem opinionem dicit *Thesau. Iun. quæst. foren. 72, numer. 2,*
11 *lib. 2.* licèt plures opiniones referat, *Rota dec. 311, n. 2, & 3, p. 10, rec.* licèt contrarium teneant *Fachin. contro. iur. lib. 2, cap. 13, per tot. Gabr. cons. 144, vol. 2 per tot. & Gail. pract. obser. lib. 2, obser. 18, num. 1, & seq.*

12 Vendens autem cum pacto de retrovendendo si emptor alteri vendat non potest agere contra secundum emptorem tanquam contra tertium possessorem, quia pactum de retrovendendo rem non afficit, & ex eo non nascitur nisi actio personalis, quæ non datur contra tertium, licèt possit agere cōtra primum emptorem ad interesse, ut not. *Cenc. de cens. quæst. 66, num. 11, Gail. obser.*
13 *16, numer. 3, lib. 2.* Quod non habet locum, si pro observantia contractus fuerit hypothecata res vendita etiam generaliter, ut probat *Cenci. ibi. & quæst. 110, numer. 20,*
14 licèt contrariam opinionem quòd imò agi possit contra tertium possessorem pro recuperatione rei venditæ cum dicto pacto magis communem, & æquiorem quampluribus authoritatibus relatis affirmet idem *Cenc. de cens. d. quæst. 110, numer. 27,* videas *Card. Mantic. de tacit. lib. 4, tit. 32, numer. 44, & sequent.*

15 Addo prædictis, quòd emptor cum pacto de retrovendendo durante termino ad redimendum non potest ligna in silva incidere, animalia, quæ sunt in vivario occidere, & similia facere, de quibus agunt *Cancer. variar. resol. part. 1, cap. 13, numer. 108, Tiraquel. de retract. convent. §. 3, glos. unic. numer. 23, Rota in Rom. petrariæ 13. Iunii 1623, coram R. D. Verospio ante fin.*

16 Venditor verò rem cum dicto pacto venditam redimens tenetur stare locationi, ut probant *Adden. ad Paitell. expedit. 56, annot. 56, numer. 33.*

17 Pactum autem redimendi potest alteri cedi, nisi contrarium actum sit, *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4, tit. 32, numer. 13,* plenè *Alph. Abolta. de cessio. iur. tit. 3, q. 2, numer. 37, & sequent.* latè comprobans, *Rota decis. 189, numer. 3, part. 6, recent. & apud Merlin. de pignor. decis. 15, numer. 2.*
18 Nisi actum sit quòd venditori tantùm liceat redimere, *Card. Mantic. de tacit. lib. 4, tit. 33. numer. 11, & sequent.* qui alios contrarium tenentes refert, & *Alph. Abolta. in d. quæst. 2, numer. 41,* volentes dictum pactum tunc neque transire ad hæredes, ut ibi per eos.

19 Minor, & tutor non possunt protogare, nec novum terminum concedere venditori ad redimendum *Gratian. discept. foren. cap. 26, numer. 8, & sequent, part. 1, Andreol. contro. 374, per tot.* si tamen terminus sit elapsus, aliàs secùs, ut post *Boer. Gabr. & Borrell.* per eum adductos firmat *Alto-*
20 *grad. cons. 87, numer. 13, lib. 2.* Sicut etiam Princeps non potest protogare terminum ad retrovendendum si sit elapsum, ut declarant,

rant , *Gratian. d. cap. 26. in fine, Card.*
Tusc. pract. concl. littera P. concl. 920.
num.2,7, & 44, Altograd. consf.68, num.22,
lib.2.
21 Addo ulterius, quòd minor non resti-
tuitur adversus lapsum termini appositi ad
recmendum per defunctum , etiam si lapsus
sit post mortem defuncti , ut not. *Anton.*
Fabr. in Codic. lib.2, tit.20 , diffin. 2, & latè
comprobat *Cancer. var. resol. part.1, cap.13.*
num. 57.

A D D I T I O.

22 HOc sanè pactum de retrovendendo
probari , potest testibus , fuisse apposi-
tum , & conventum tempore venditionis,
Cancer. var. 3, cap. 7, numer. 254, Dona-
deus de renunciationib. cap. 34, numer.
247, Perez de Lara in compend. vit. hom.
cap. 23, sub numer. 40, & eo citato *Baron.*
de defect. minor atat. quo ad contract. effect.
23 *22, numer. 21,* etiam si testes de pretio non
deponant , *Hermosill. glos. 1, leg. 1, tit.*
24 *5, part. 5, numer. 14.* Ex quo liceat non
contineat pretium censetur concessum eo-
dem pretio pro quo fuit revendita , *Cancer.*
d. cap. 7, numer. 256, Fontanell. decis. 78,
numer. 4, & sequent. Giurba , & alii citati
per d. Baron. d. effect. 22 numer. 24, Hunni.
Encycloped. iur. part. 3, tit. 15, cap. 2, num.
32, Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap.
207, num. 5.
25 Potest autem concedi à minore emente,
in ipsomet actu emptionis absque solenni-
tatibus ; ex quo ita non alienat , nec aliter
absque d. pacto acquireret, *Hermosill. glos. 2,*
leg. 4, tit. 5, part. 5, numer. 30, pag. mihi
417, Baron. ubi suprà effect. 3, numer. 32,
Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap.
26, numer. 1, Olea de cess. iur. tit. 1, quaest.
2, numer, 3, Arias de Mesa. var. resol. lib.
3, cap. 25, à numer. 4, Gross. & alii , quos
citat novissimè *Pilaia decis. canon. tom. 2,*
decis. 10, de censib. pet.8, numer. 96, Capon.
controver. 59, numer.3. & ita declaravit Se-
natus Regius noster referente Nobili Iose-
pho de Ferrer & Vinyals die 12, Decem-
bris 1672, in causa Æconom. Rectoris, &
Collegii Societatis Iesv Civitatis Minorissæ,
& Isidori Comes , & Annæ Mariæ coniu-
gum , Scriba Franciscus Ribas.
26 Fructus autem pendentes tempore re-
troventitionis pro rata sunt dividendi inter
emptorem, & venditorem retrahentem , &
quomodo id procedat tradunt latissimè
Hermosill. glos. 9. & 10, leg. 42, tit. 5, part.
5, numer. 2, & 9, pag. mihi 654, Modern.
Scoppa ad decis. Gratian. obser. 176, numer.
1, & ferè per tot. Altimar. ad lib. 2, consil.
Rovit. obser. 14, numer. 38, Hunni. d. cap.
2, numer. 36, Faria. ad Covar. d. lib.1, cap.
15, numer. 34, & 40, Rodoer. ad Marin.
cap. 154, numer. 1, Capon. discept. foren. cap.
187, numer. 34, Cyroch. discept. foren. 71,
numer. 31, Giurb. ad consuetud. Messanen.
cap. 10, glos. 10, part.1, numer.15, vers. Ter-
tius casus, &c. Berlic. conclus. legal. part.2,
conclus. 2, num. 69, & sequent. Anton. Por-
tugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 43,
27 *numer. 66, & sequent. tom. 2,* & hoc etiam
si tempore venditionis fundus plenus fru-
ctibus existeret ; ex quo longè minor est rei
venditæ valor quando distrahitur cum pa-
cto de retrovendendo , cuius est cùm redi-
mitur , *Faria d. cap. 15, numer. 39, Her-*
mosill. d. glos. 9, & 10, leg. 42, tit. 5, part.
5, numer. 8, pag. mihi 654, Cyroch. d. num.
28 *31, Berlih. d. concl. 2, num. 70, & 77,* Fru-
ctus autem post moram perceptos tenetur
emptor restituere ; taliter quod à die litis
contestatæ ipsi tribuitur interesse pretii, ven-
ditori autem fructus , *Hermosill. ubi suprà*
numer. 14, Hunni d. cap. 2, numer.35, in fin.
Cancer. Fontanell. & alii citati à Doctissi-
mo Altimar. ubi suprà d. obser. 14, num. 36,
& 37, Scoppa ad decis. Gratian. dict. obser.
176, numer. 8, & sequent. Donadeu. d. cap.
34, numer. 227, Capon. controver. 59, num.6.
29 Si autem per venditorem redimentem fue-
rit oblatum pretium , & depositum , & ita
institutum iudicium pro retrovenditione,
tunc enim emptor debetur condemnari ad
fructus , à die litis motæ , seu contestatæ,
Fontanell. à alii citati per Altimar. ubi su-
prà numer. 35, Scoppa ubi suprà numer.15, &
16, Massola trismegis. legal. ratiocin. 16,
numer. 1, Giurb. ubi supr. d. numer.15, vers.
Secundus casus, &c.
30 In hac nostra Provincia Cathaloniæ, ni-
hil magis certum , quod pactum hoc de re-
trovendendo sit inpraescriptibile , & ità
quod possit res cum eo pacto vendita , sem-
per redimi , quando tempus ad rediment-
dum non fuit præfixum , *Fontanell. & alii,*
quos novissimè citat *Bergia investigatio. co-*
tr. Fabr. part. 4, lib.9, cap. 10, numer. 16,
& citatis *Fontanell. & aliis innumeris Do-*
ctoribus tradunt *Altimar. d. obser. 14, ad*
d. consil. Rovit. lib.1, numer. 5, & sequent.
Modern. Palma Nepos allegatio. 3, numer.
135, Vilaplana in tractat. intitulato de brach.
Militar. cap. 6, numer. 61, & alii quam-
plurimi , quos citat *Donadeus de renuncia-*
tio. cap. 34, numer. 1, & sequent. Hunni. d.
tit. 15, cap. 2, numer. 27, vidend. *Brilla pro-*

ximè citand. numer. 114, & sequent. Carol.
Anton. De Luca ad Gratian. cap. 207, nu-
mer. 5, Pilaia d. decis. 10, de censib. peri. 8,
numer. 35, Faria. ad Covar. lib. 1, cap. 9,
numer. 17, & sequent. Capon. controver. 59,
numer. 8, & latissimè citatis Cancer. Fonta-
nell. & alios idem De Luca ad d. Gratian.
animadver. cap. 2, & sequent. Rodoer. consil.
30, per tot. præcipuè à numer. 5, Crespi obser.
116, numer. 23, & sequent. Berlich. conclu.
legal. part. 2, conclu. 2. numer. 81, & seq.
31 Itaque ut hic tradit noster Conciolus; pa-
ctum de retrovendendo cessibile est, Alti-
mar. d. obser. 14, numer. 37, lib. 3, Hermo-
sill. d. glos. 2, & 3, leg. 42, tit. 5, part. 5, nu-
mer. 1, pag. mihi 650, Hunni d. cap. 2, nu-
mer. 42, Donade. d. cap. 34, numer. 140, &
208, Brilla. ad consuetud. Neapol. tit. 30,
cap. 1, numer. 49, & 50, Capon. d. controv.
59, numer. 4, Pilaia. decis. canon. tom. 2,
32 decis. 10, de censib. peri. 8, numer. 59. Nisi,
prout pariter tradit, personæ cohæreat, pu-
tà quia actum sit, ut venditor tantùm possit
redimere, & non alius; nam cùm tunc re-
tractus sit personalis, cedi non potest,
Gratian. Ciarlin. & alii, quos citat Mart.
Medic. decis. Senen. in addit. ad decis. 35,
numer. 2, Berlich. conclu. legal. part. 2, con-
clus. 2, numer. 28, vers. Nisi expressè, &c.
Doctissimus Antun. Portugal. de donation.
Reg. part. 3, cap. 27, à numer. 1, tom. 2, Al-
timar. ubi suprà d. numer. 37, Hunni d. cap.
2, numer. 43, Hermosill. ibid. numer. 2, pag.
mihi 651, Donade. d. cap. 34, numer. 110, &
sequent Olea de cess. iur. tit. 3, quæst. 2, nu-
mer. 41, Capon. ubi suprà numer. 29, Carol.
Ant. De Luca ad Gratian. cap. 258, num.
10, Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 10, pe-
ri. 8, numer. 59, Conciol. noster de hæred.
simpl. & qualifi. art. 1, numer. 551, & seq.
& etiam ceditur in Cathalonia ius prælatio-
nis, & faticæ per dominū directum, etiamsi
sit Ecclesiasticus, ut fuit decisum in Regio
Senatu die 14, Novembris 1668, per Nobi-
lem Michaelem de Cortiada nunc Meritis-
simum Regentem Regiam Cancellariam
inter Bonaventuram Bollò & Llobet, &
coniuges Casademont, ubi fuit decisum
procedere etiamsi solus tenedonus ex pluri-
bus venditis teneretur procedente, si ta-
men pro omnibus integrum pretium sol-
vendo, fatica uti vellet, quæ decisio funda-
tur in doctrinis Fontanell. de pact. claus. 4,
glos. 12, numer. 112, & sequent. maximè nu-
mer. 37, ubi alia exemplaria nostri Regii Se-
natus refert, & decis. 277, numer. 17, Ripoll.
var. cap. 7, numer. 201, & sequent. Cancer.
var. 1, cap. 11, numer. 48, qui Peguer. Solso.
& alios citant; non tamen prædicta proce-
dunt in hoc nostro Episcopatu Gerunden.
per expressam consuetudinem scriptam con-
tinuatam sub tit. de iur. emphitheo. & feu-
dal. quæ incipit Item, est de consuetudine,
qua prohibetur usus faticæ, nisi proprio usu,
ac vomere, & tenet Fontanell. d. claus. 4,
glos. 12, numer. 112, ubi Peguer. Solson. &
alios citat, & huic nostræ consuetudini con-
format se ius commune, ut tradunt Cancer.
Fontanell. & alii innumeri Moderniores,
quos citant novissimè Manfrell. ad Capic.
Latro obser. ad decis. 57, numer. 15, ad dec.
46, numer. 12, & ad decis. 158, numer. 28,
Barra. contro. foren. 44, num. 5, Mesa. var.
resol. cap. 21, numer. 11.
33 Unde fit, quòd etiam potest cedi hoc ius
luendi, seu redimendi censum, Rodriguez.
Faria. Cenci. Intigril. Capic. Latr. Giurb.
Thoro. & alii citati à Olea de cess. iur. tit.
3, quæst. 2, numer. 43, & pro mille Doctissi-
mus Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 10, pe-
ri. 8, numer. 59, Mesa var. resol. lib. 1,
34 cap. 22, à numer. 1, Virtute cuius cessionis,
cessionarius reponitur in locum creditoris
ab eo redempti, & consequitur anteriorita-
tem, quam habebat ipse venditor pro sor-
te, & usuris, si creditum ipsum usuras pa-
riebat, sin autem pro proprietate, & pro
usuris à die redemptionis; ex quo per ip-
sam cessionem non inducitur extinctio pri-
mi contractus, sed translatio; Olea. d. tit. 3,
quæst. 2, numer. 45, & tit. 5, quæst. 1, num.
10, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 16, n.
6, & sequent. Brilla ubi supr. numer. 93,
Rodoer. consil. 25, numer. 2, & 15, Eminen.
De Luca de credito, discur. 5, ferè per tot.
maximè numer. 13, & sequent. Pilaia d. de-
cis. 10, d. peri. 8, numer. 61, & latissimè Al-
timar. ad consil. Rovit. lib. 2, obser. 46, à
numer. 12, quem omnino vide Modern. Sa-
bell. in summ. divers. tractat. lib. 6, §. 14,
numer. 21, vers. Quando cessio, &c. ubi Spe-
rell. & alios citat Olea in addit. novissima
ad tractat. de cess. iur. ad tit. 4, quæst. 1, nu-
mer. 1, & sequent. Capon. discept. 39, numer.
13, & sequent. d. Rodoer. ad Marth. obser.
ad cap. 76, numer. 12, Mesa var. resol. lib. 1,
35 cap. 22, numer. 4. Etiamsi fideiussori ces-
sionario iuris luendi cessio facta esset; ex
quo fideiussor virtute iuris luendi cessio so-
lutos census non extinguit, Arias de Me-
sa, Ripoll. Fontanell. Gratian. Escobar. ci-
tati à Manfrell. d. obser. 16, num. 12, Ton-
dut. quæst. civil, cap. 128, num. 3, & sequent.
& alii, quos citat Sabell. in summ. divers.
36 tractat. §. Cessio. numer. 26. Atverò quoad
creditorem dimissum ex ipsa redemptione;
extin-

extinctio inducitur, & ita omnes hypothecæ contractæ super annuo reditu resolvuntur, & reditus expers cuiusque oneris ad cessionarium iuris luendi transit *Brilla d. tit. 30, cap. 1, numer. 56, Olea d. tit. 5, quæst. 1, d. numer. 10,* (quidquid dicat *Giurb. decis. 87, numer. 7,*) cum contrarium assertivè teneat *ibid numer. 30, Eminen. De Luca de credit. & debit. discur. 5, numer. 10, Mesa*
37 *var. resol. lib. 1, cap. 22, numer. 3.* Sicuti si per ipsummet venditorem, res cum pacto prædicto de retro fuisset recuperata, quo in casu certum est, quòd omnes hypothecæ, servitutes, & onera imposita per emptorem extinguntur, propter reversionem rei necessariam ad suam pristinam, & primœvam naturam, & ad sua principia attractiva, *Salgad. in labyr. credit. part. 2, cap. 9, numer. 81, Capon. d. controver. 59, numer. 5, Valeron. de transact. tit. 4, quæst. 9, numer. 34, & sequent. Donadeus d. cap. 84, numer. 236, & sequent.* præcipuè *numer. 245, Noguerol. allegatio. 22, numer. 44, Ciriac. controver. 425, numer. 73, & sequent. Fontanell. de pact. clauf. 7, glos. 1, part. 9, numer. 74, Carleval. de iudic. disput. 23, num. 30, Eminen. De Luca de feud. discur. 69, numer. 5, & discur. 91, numer. 1, & de empt. & vend. discur. 32, numer. 16,* & pro mille *Doctissimus Altimar. ad lib. 1, consil. Rovit. obser. 53, à numer. 14,* ubi infinitos concordantes tradit, & limitationes ad hanc regulam, quem omnino vide.

38 Pactum hoc de retrovendendo, cum modicitate pretii certum est usurarium existere, maximè si conventum fuerit, non posse rem venditam redimi, nisi post certum tempus, ad quod pro tali intelligentia legas *magistrales decisiones Rotæ Recen. 641, & 656, part. 18, tom. 2, & Modern. Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap. 298, per tot. Pilaia decis. canon. decis. 10, de censib. peti. 8, numer. 36, & sequent. tom. 2,* ubi invenies concordantes, & vide *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 24, numer. 1, Capon. d. controver. 59, per tot. Ciroch. discept. 71, à numer. 26, & discept. 76, à numer. 1, Berlich. concl. legal. part. 2, conclu. 1, numer. 21, & seq.* ubi latè, maximè *à n. 58.*

39 Laudemium autem deberi ex venditione cum hoc pacto facta, non autem ex retrovenditione, nihil certiùs stabiliunt Doctores, signanter *citati à Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 3, numer. 30, & obser. 142, numer. 36, Bonden. collect. legal. 35, numer. 54, & sequent.* ubi *Cancer. Marin. & alios* citat *Hodiern. ad Surd. decis. 321, numer. 1, & sequent.* novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 25, cap. 1, numer. 66, Fulgine. de emphiteu. de Laudem. quæst. 4, numer. 1, & sequent. Fragos. de regim. Reip. Christian. par. 3, lib. 6, disput. 13, §. 1, num. 13, Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 277, numer. 5, & ad Gratian. cap. 180, numer. 11,* qui *decis. 217, Fontanel.* citat, & loquitur de consuetudine Barchinonæ tradente, quod medietas solvitur quãdo res cum dicto pacto venditur, & altera
40 medietas quando redimitur; Si autem post perfectam venditionem ex intervallo pactum de retrovendendo opponeretur, aliud laudemium de retrovenditione deberetur, *Fulgine. d. quæst. 4, numer. 2, vers. Aut disceditur, &c. Fontanell. decis. 277, numer. 12, Antonel. Niger. & alii citati à dicto Bonden. d. collect. 35, numer. 56, Luca ad Franch. d. obser. 277, numer. 3, & observ. 369, numer. 4, vers. Confunditur, &c.* ubi tradit quando dicatur pactum de retrovendendo ex intervallo conventum, *Hodiern. ad Surd. decis. 321, n. 4.*

4 In his autem venditionibus, cum pacto de retrovendendo, solet opponi fatica, seu pactum prælationis, quo promittit venditor emptori in casu venditionis rei venditæ, eum præferri in venditione pro æquali pretio, quod reperietur, quo pacto opposito, si in eo interveniunt iuramentum, clausuláque constituti, ac præcarii, seu specialis hypothecæ; certum est in casu contraventionis venditionem alio factam nullitatis vitio affectam esse; ex quo per has præventiones dominii translatio impeditur, & si adest clausula *nunc pro tunc*, ad tempus promissionis retrotrahitur, & ex tunc pro perfecta habetur venditio, *Laganar. ad prag. Rovit. rub. de pact. retrovend. pag. 617, col. 1, vers. Quæ sanè resolutio, &c. Mart. Medic. decis. Senen. in addit. ad exam. 3, num. 4,* ubi *Ponte. Peregrin. & Censal.* citat *Meli. obser. foren. observ. 120, à numer. 3, Maldonad. ad Molin. de primogen. Hispan. ad lib. 1, cap. 12, numer. 30, Ioseph. Altograd. controver. 95, à numer. 36,* maximè *num. 67, Cancer. var. 2, cap. 8, à numer. 110,* præcipuè, *num. 119,* & eo citato *Olea de cess. iur. tit. 1, quæst. 6, numer. 71, & 72, Hermosill. glos. 1, & 2, leg. 10, tit. 5, part. 5, numer. 8, Ciroch. discept. 69, numer. 25, & alii citati à Vrceol. de transactio. quæst. 59, numer. 28,* & pro mille *Doctissimus Altimar. ad lib. 2, consil. Rovit. obser. 18, num. 10, & sequent.* ubi *per tot. obser.* materiam tradit latissimè, videndi *Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 10, de censib. peti. 8, numer. 20, Palma Filius consultatio. 13, num. 10, & sequent.* maximè

numer.

numer. 14, *Fulgine. d. quæst.* 4, *numer.* 3, *in fin.* ubi tradit tunc deberi aliud laudemium;
42 Ex ipsa tamen promissione de vendendo, licèt ita concepta, non debetur laudemium, nisi purificato pacto, & sequuta reali traditione, *Tondut. quæst. civil. cap.* 37, *num.* 1, *& sequent. Manfrell. ad Capic. Latro. obser.* 3, *numer.* 27, *Olea de cess. iur. d. tit.* 1, *quæst.* 6, *numer.* 40, *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap.* 20, *numer.* 6, *Modern. Palma Nepòs allega.* 88, *numer.* 17, novissimè *Ioann. Torre. de pact. futur. succes. lib.* 2, *cap.* 37, *numer.* 42, *& sequent. Cancer. var.* 1, *cap.* 12, *num.* 2, *Peguer. in cap. Item, ne super laudem. prælud.* 3, *numer.* 8, *vers.* 1, *numer.* 99, & ita Senatus ad relationem Magnifici Iosephi Aleny Regii Senatoris die 20, Maii 1672, in causa Nobilis Raymundi Xammar Civitatis Gerundæ, contra N, Colomer de Rimors, Notari Cortell; Cùm
43 non sufficiat ficta ex constituto traditio ad præscisam laudemii solutionem, *Tondut. q. civil. cap.* 169. *numer.* 20, *Olea de cess. iur. d. tit.* 1, *quæst.* 6, *numer.* 46, ubi suo docto more alios citat, & ad partes dictam quæstionem disputat *Niger. de Laudem. quæst.* 47, *per tot. tom.* 1,
44 Unde scias, quòd laudemium debetur domino directo qui reperitur tempore firmæ, & subscriptionis; eo quia laudemium debetur loco calami, & solvitur pro firma, & subscriptione iuxta tex. *in l. fin.* 6, *§. Ne avaritias, Cod. de iur. emph.* sic post *Marquil. & Mier.* docent *Peguer. decis.* 158, *numer.* 1, *Xammar. cum decis. nostri Senat. diff.* 112, *Cancer. var.* 1, *cap.* 12, *à num.* 79, *ad* 83, *Desspujol. ad Mier. verb. laudimium an præscribatur in fin. fol.* 111, *& verb. laudemium fol.* 112, *Ripoll. var. cap.* 7. *à num.* 115, *Thor. in compend. decis. part.* 3, *sect.* 2, *verb. laudimium an debeatur, col.* 2, *fol.* 6, *Hodiern. ad Surd. decis.* 31, *numer.* 21. Nisi
45 ultra venditionem intervenerit rei traditio; quo casu debetur domino directo qui reperitur tempore venditionis, seu successionis, aut rei traditionis, seu possessionis, acceptæ rei emphitheoticariæ; *Xammar. d. diff.* 112, *numer.* 2, *Cancer. var.* 1, *cap.* 12, *numer.* 81, *Ripoll. var.* 1, *cap.* 7, *à numer.* 178, *& à numer.* 268, *& cap.* 11, *à numer.* 492, & conducunt *Amat. resol.* 84, *numer.* 73, *Thor o in supplem. verb. laudemium quamvis debeatur, fol.* 333. & ita fuit decisum referente Ioanne de Colomer Regio Senatore die 3, Iulii 1681. Actuario Iacobo Fabrega; in favorem Nobilis Fratris Narcisli de Barutell, contra coniuges Pedrò & Umbert; & Nobilem Fratrem Antoniũ de Plañella & de Crui les.

QVOD VENDITOR POSSIT RETINERE REM VENDITAM pro pretio, & quòd cæteris Creditoribus præferatur.

Rubrica LIII.

CONSTITVCIO.

Liceat venditori retinere rem venditam loco pignoris pro pretio non soluto, donec illi de dicto pretio fuerit integrè satisfactum, & interim lucretur fructus pro rata pretii non soluti. Statuimus etiam, quòd dictus creditor pro pretio rei venditæ præferatur in ipsa re vendicanda, seu detinenda omnibus creditoribus emptoris, etiam anterioribus tempore, usque ad integram pretii satisfactionem.

SVMMARIVM.

1 *Vendita res ante traditionem est quasi obligata venditori pro pretio.*
Licèt res vendita non veniat in obligatione, nisi sit actum, num. 2,
Venditio tamen habet in ventre reservationem hypothecæ pro pretio, num. 3,
4 *Venditor pro pretio super re vendita habita fide de pretio excluditur per creditores anteriores emptoris, & num.* 11,
Et ita habet tantum actionem personalem, & uti chirographarius, & absque prelatione graduatur, num. 12,
Nisi per venditorem fuerit reservatum dominium super re vendita, nu. 5,
Vel provisum fuerit de speciali hypotheca, num. 13,
Et qua ratione, num. 15,
Vel aliter constiterit de voluntate venditoris

ditoris nolentis transferre dominium dum pretium non solvitur, num. 17,

Aut credit emptor se statim pretium recepturum, num. 18,

Et excluditur venditor etiam stante hoc statuto secundum Altograd. *reprobatus à* Merlin. *numer.* 6,

Et venditor præfertur super re vendita per hoc statutum, etiam mutata forma, rei, num. 7,

Venditor tamen, etiam stante hoc statuto, non præfertur doti anteriori, num. 8,

Licèt contrarium teneant alii, n. 9,

10 *Statutum hoc procedit quando venditor est creditor pro pretio rei venditæ, aliàs secùs.*

14 *Venditor potest penes se retinere dominium rei venditæ quousque sit satisfactus de pretio.*

16 *Dominium rei venditæ, etiam stantibus clausulis præservativis dominii, transit in emptorem.*

Cùm contractus eum dicto pacto sit perfectus, & ab eo nequeant contrahentes recedere, num. 19,

Et ita periculum rei venditæ cum dicta præservatione spectat ad emptorem, num 20,

21 *Laudemium debetur ex venditione facta cũ præservatione dominii quousque pretium sit satisfactum.*

22 *Hypotheca generalis non sufficit ad tribuendum prælationem venditori pro pretio rei venditæ.*

Benè tamen sufficit specialis hypotheca, & ipsa tribuit prælationem pro sorte, & usuris num. 23,

ANNOTATIO.

1 QVod res vendita ante traditionem il-
lius dicatur quasi obligata venditori
pro pretio, itaut si emptor agat ad traditio-
nem possit per venditorem retineri, donec
sibi solvatur pretium uti habetur in hoc sta-
tuto tradunt *Neguf. de pigno. in 4, membr.
5, part. numer. 3, Capic. decis. 119, sub nu-
mer. 2, & Merlin. de pignor. lib. 4, quæst.
188, numer. 10, & sequent.* benè comprobans,
2 dixi ante traditionem factam emptori, quia
res vendita non venit tunc in hypotheca, &
obligatione, nisi fuerit expressè dictum, ut
declarant *Alex. in l. si non dotem 23, §.
fin. sub numer. 5, ff. solut. matrim. Neguf.
in d. part. 3, membr. 4, numer. 2, & Mer-
lin. de pignor. in d. quæst. 188, numer. 12*, &
3 venditionem habere in ventre reservatio-
nem hypothecæ donec pretium solvatur, cu-
ius vigore pretio non soluto venditorem
posse agere remedio Salviani post *Neguf.
Gratian. Mart. Tiraq.* per eum adductos
dixit *Rota apud Merlin. de pignor. decis.
72, numer. 8*,

Statutum autem de quo suprà quod venditor
pro pretio rei venditæ præferatur creditori-
bus emptoris in re vendita etiam anteriori-
4 bus eum maxima ratione conditum fuit,
cùm satis iniquum sit, quòd venditor pro
pretio rei venditæ super dicta re vendita ha-
bita fide de pretio excludatur à creditori-
bus anterioribus emptoris iuxta dispositio-
nem iuris communis, ut tradunt *Neguf. de
pignor. in 2, membr. 5, part. numer. 8, Gail.
pract. obser. lib. 2, obser. 15, numer. 3, Fon-
tanell. de pact. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 8,
numer. 70, Merlin. de pignor. lib. 4, quæst.
41, numer. 30, & sequent.* latè comprobans,
*Salgad. in laber. credit part. 1, cap. 11, nu-
mer. 79*, latè *Adden. ad Rot. decis. 16, nu-
mer. 93, & sequent. part. 8, recen.* & dixit
etiam *Rota decis. 107, numer. 2, part. 3, rec.*
5 Nisi tamen per venditorem fuisset reser-
vatum dominium rei venditæ, usquè ad so-
lutionem pretii, quia tunc venditor præ-
fertur creditoribus anterioribus emptoris
pro pretio super dicta re vendita, ut decla-
rant *Merlin. in d. quæst. 41, numer. 54, Ho-
diern. ad Surd. decis. 56, numer. 4*, ubi dicit
idem operari specialem hypothecam. ut ibi
per eum, latè *Adden. ad Rota decis. 666,
numer. 13, & sequent. part. 4, rec. tom. 3*, li-
cèt non præferatur in bonificamentis, ut not.
Hodier. d. decis. 56, in fin.
6 Licèt contrarium venditorem etiam stante
hoc statuto non præferri pro pretio in re
vendita creditoribus anterioribus tueri co-
natus fuerit *Altograd. cons. 9, per tot. lib. 1*,
quem reprobat *Merlin. de pignor. in dict.
quæst. 41, num. 41, & seq.*
7 Amplia dispositionem huius statuti quòd
venditor præferatur pro pretio creditoribus
anterioribus in re vendita, ut habeat locum
etiam si sit mutata forma, rei, ut not. *Lau-
ren. decis. Avenio. 96, Surd. decis. 139, ferè
per tot. & Costa remed. subsid. 12, numer. 14,
& sequent.*
8 Illum tamen non præferri pro pretio do-
ti anteriori uti verius tuetur *Merlin. de
pignor. lib. 4, quæst. 41, numer. 47, & seq.*
cum quo pertransit *D. Deluca in Theatr.
verit. & iusti. tom. 6, in tractat. de dote di-
9 scur. 166, numer. 64*, dicens, opinionem
Merlin. ubi suprà esse probabiliorem, li-
cèt contrarium tenuerit *Ceriac in terminis
Statuti Mantuæ contro. 81, per tot.* quem
reprobant *Merlin. & D. Deluca ubi suprà.*
10 Statuti verò supradicti dispositio, quod
ven-

venditor pro pretio rei venditæ præferatur
in re vendita etiam creditoribus anteriori-
bus emptoris habet locum quando venditor
est creditor occasione dictæ rei venditæ pro
pretio illius, & habet hypothecam, ut not.
*Surd. decis. 56, numer. 1, & sequent. & ibi
Hodier. & Ciriac. contro. 356, numer. 1, &
sequent.* qui loquitur in terminis dicti statu-
ti Mantuani requirentis hypothecam, ut
ibi per eum.

ADDITIO.

11 Sanctè fuit per hoc statutum provisum,
quòd venditor super rebus venditis præ-
lationem haberet pro pretio, ad silere fa-
ciendum conclusionem erutam à fide habi-
ta de dicto pretio, ut aiunt *Bardel. Mo-
tens. Gren. ad Gail. Costa. Pigant. &
Merlin. citati à Bonden. collect. legal. 49,
numer. 31, vers. Vel si extet statutum, &c.*
12 In hac nostra Provincia simile statutum
abest, & ita in ea vivimus regulis iuris com-
munis, iuxta quas est certum, venditori fi-
dem de pretio rei venditæ habenti, solùm
competere actionem personalem ad pretiũ,
eúmque præferri ab omnibus creditoribus
hypothecariis emptoris, cùm venditor ha-
beatur tanquam simplex creditor personalis,
neque aliqua prælatione fruetur, imò sine
privilegio graduabitur, *Bonden. collect. le-
gal. 49, numer. 31, Rodoer. consil. 41, num.
3, & sequent. Boler. de decocti. debitor. fiscal.
tit. 5, quæst. 3, numer. 23, Ciroch. discept. 77,
numer. 54, & sequent. Fontanell. de pact.
clausf. 7, glos. 2, part. 8, numer. 70, Faria ad
Covar. lib. 1, cap. 7, numer. 53, Xammar.
rer. iudicatar. diss. 28, numer. 28, & sequent.*
novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser.
ad decis. 142, numer. 19, Tondut. de praven-
tio. part. 1, cap. 31, numer. 58, Aloy. Mansi.
consil. foren. 10. n. 10. & 17, Marin. ad decis. 8,
Reverter. num. 1, & 3.*
13 Si autem venditores in actu venditionis,
seu incontinenti providerint de speciali hy-
potheca rei venditæ, seu paciscerint de re-
servatione dominii quousque ipsis pretium
14 solutum fuerit (quod iustè possunt *Bonden.
collect. legal. 48, numer. 105,* ubi *innumeros
Doctores* citat *Xammar. rer. iudicatar. diss.
38, numer. 16,* ubi *Cancer. & alios* citat *Ton-
dut. de praventio. part. 1, cap. 31, numer. 22,*
& pro mille *Doctissimus Botiller. dissert. 5,
numer. 38,* ubi innumeros citat) aut empto-
res constituerint se possidere præcariorem
venditam pro venditore, tum ipsis præla-
tio competit adversus quoscunque credito-
res, etiam hypothecarios quomodocunque
privilegiatos, etiam pro dote, *Xamma. d.
diss. 38, numer. 15, 24, & 36, & ferè per tot.*
ubi *Fontanell. de pact. clausf. 7, glos. 2, part.
8, numer. 75, & sequent. & alios* citat *Olea
de cess. iur. tit. 2, quæst. 2, numer. 22, Urceol.
consult. foren. cap. 5, ferè per tot.* maximè
*numer. 67, Rodoer. d. consil. 41, numer. 9,
& sequent. Bonden. d. collect. 49, numer. 31,
vers. Et proculdubio, Botiller. d. dissert. 5,
numer. 39, Ciroch. d. discept. 77, numer. 58,
Amat. Carleval. Salgad. Acosta. & alii
Moderni citati à Moderno Scoppa ad de-
cis. Gratian. obser. 13, numer. 9, & sequent.
Boler. d. tit. 5, quæst. 3, numer. 17, Giurd. ob-
ser. 94, numer. 13, vers. Non obstat. Doctis-
simus Altimar. ad decis. Rovit. obser. ad d.
decis. 7, in princ. Eminen. De Luca, & alii
citati à Moderno, & Doctissimo Carol.
Anton. De Luca ad discept. Gratian. cap.
175, numer. 1, & 3,* ubi *nostrum Fontanell.*
citat *idem Luca ad Franch. obser. 506, nu-
mer. 4, vers. Contrarium, &c. Ioseph. Rosa
consult. 25, numer. 16, & sequent. Hodiern.
ad Surd. decis. 56, numer. 1, & sequent. Ton-
dut. de praventio. part. 1, cap. 31, numer. 55,
& sequent. Marin. ad decis. 8, Reverter.
numer. 2, Capon. discept. foren. tom. 5, di-
scept. 388, à numer. 11,* … &
15 Hanc prælationem tribuitur ipsi vendito-
ri prævento his cautelis, non ex quo, ut ali-
qui opinarunt, ipsi competat rei vendicatio,
& penès ipsum remaneat dominium rei ven-
ditæ donec, & quousque pretium ipsi fue-
rit solutum, propter ipsam clausulam im-
peditivam translationem dominii rei vendi-
tæ in emptorem, ut cogitarunt *citati à Mo-
derno Manfroll. ad decis. Capic. Latr. ob-
ser. 142, numer. 8, & sequent. & à Carol.
Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.
ad decis. 506, numer. 8 à Boler. d. quæst. 3,
tit. 5, numer. 19, Botiller, d. dissert. 5, num.
41, & sequent. Ioseph. Altograd. tom. 1, cõ-
trover. 9, numer. 3. Hodiern. ad Surd. decis.
157, à numer. 1, ad 12, Tondut. de praevent.
pet. 1, cap. 31, à numer. 23, & alii,* quos ci-
tat *Meli. obser. foren. 47, numer. 21,* pariter-
que novissimè *Castald. consult. foren. 93,
numer. 1, & sequent. Aloy. Mansi. consult.
foren. 10, numer. 14, Capon. d. numer. 11.* sed
ex eo quod ipsum pactum reservationis do-
minii resolvitur in hypothecam specialem,
& privilegiatam adversus omnes creditores
hypothecarios emptoris, quovismodo pri-
vilegiatos, maximè stantibus clausulis in
venditionibus *ad habẽdum cessionis iurium,
& constituti* in amplissima forma positis,
16 ob quas tàm dominii, quàm possessionis
translatio facta in emptorem probatur *Ur-
ceol.*

Gg

ceol. d. consult. 5, per tot. praecipuè num. 29, & 30, Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser. 142, numer. 12, & sequent. Eminen. De Luca de credit. & debit. discur. 6, numer. 7, Marin. ad decis. 8, Reverter. numer. final. Capon. d. discept. 388, num. 12, in fin. Scoppa d. obser. 13, numer. 9, & 10, Carol. Anton. De Luca ad discept. Gratian. d. cap. 175, numer. 6, & 7, idem Luca ad Franch. dict. obser. 506, num. 8, vers. Pactum reversivum, & in obser. ad decis. 540, numer. 3, Altimar. ad d. decis. 7, Rovit. in princ. Giurb. d. observ. 94, numer. 13, vers. Non obstat. Rodoer. d. consil. 41, numer. 11, & 12, ubi supr. à numer. 12, & decis. 344, numer. 4, Hodiern. Merlin. & alii, quos citat Ioseph. Altograd. d. controver. 9, numer. 2, Fontanell. de pact. claus. 7, glos. 2, part. 9, numer. 14, & sequent. Aloy. Mansi. d. consult. 10,
17 numer. 15, & sequent. benè tamen procederet ipsa praelatio ex prima ratione radicationis, & mansionis dominii in venditore, si constaret de enixa voluntate venditoris non transferendi dominium, Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. cap. 145, numer. 8, vers. Alter ergo, Manfrell. ad d. decis. 142, Capic. Latr. numer. 18, Tondut. dict.
18 cap. 31, numer. 33, & sequent. aut habita non fuisset fides de pretio (licet re vendita tradita) putando venditorem se pretium statim recepturum, Bonden. d. collect. 49, numer. 30, Xammar. d. diff. 38, numer. 1, & sequent. Vrceol. d. consult. 5, numer. 48, ubi Fontanell. citat Mansi. d. consult. 10, à numer. 18, ubi latè Eminen. De Luca d. disc. 6, numer. 8, ubi Gruvel. Fontanel. Amat. & alios citat.
19 Undè ex suprà traditis venit dicendum, dictum contractum venditionis cum dicto pacto praeservativo dominii, esse purum & perfectum; ex quo in eo interveniunt substantialia, nempè res, pretium, & consensus; ideóque fit quod contrahentes nequeūt altero invito à dicto contractu recedere, Vrceol. d. consult. 5, numer. 27, & alii passim, Scoppa d. obser. 13, ad Gratian, numer. 13, & alii citati per Altimar. ad d. decis. 7, Rovit. in observatio. ad numer. 9, Eminen. De Luca d. discur. 6, d. numer. 7, ubi Gratian. Merlin. Hodiern. Rovit. & alios citat Capon. d. numer. 12, paritérque periculum
20 rei venditae interim pertinere ad emptorem, si tamen absque culpa, & facto venditoris res vendita perierit, Marin. ad decis. 8, Reverter. numer. 6, Bonden. d. collect. legal. 49, numer. 32, & sequent. Altimar. ad dict. decis. 7, Rovit. numer. 14, Scoppa d. observ. 13, numer. 12, Luca ad Vincen. de Franch. d. obser. 506, numer. 9, Giurb. d. obser. 94, numer. 13, vers. Contrarium. Botiller. d. disert. 5, numer. 51, & sequent. Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser. 147, numer. 14, Vr-
21 ceol. d. consult. 5, numer. 75. Et ita ex dicta venditione cum dicto pacto facta, statim laudemium deberi tradunt Vrceol. ubi suprà numer. 59, Altimar. ad d. decis. 7; Rovit. numer. 16, Manfrell. d. obser. 142, n. 30.
22 Certè scias, quòd ad hanc praelationem venditori tribuendam non sufficit generalis hypotheca D D. citati à dicto Doctissimo Rodoer. d. consil. 41, numer. 15, Luca ad
23 Franch. d. obser. 506, numer. 3. Benè tamen sufficit specialis hypotheca ad fruendum praefata praelatione, quoties ex pretio rei venditae creatur censuale mortuum, pro cuius securitate emptor obligat simul, & semel specialiter rem venditam; nam isto casu idem proculdubio est: & ita ipsi venditori praelatio tribuitur, tàm pro pensionibus decursis, quàm decurrendis; cum semper prima causa debendi inspiciatur, Castill. Mastrill. Marin. Fontanell. Altograd. citati à Carol. Ant. De Luca d. obser. 506, ad Franch. num. 10, in fin. novissimè quamplurimis Doctoribus citatis Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 143, n. 14.

DE PROHIBITA ALIENATIONE BONORUM IN FORENSES.

Rubrica LIV.

Nullus audeat bona immobilia quocunque titulo inter vivos, vel in ultima voluntate in Forensem transferre absque licentia Serenissimi Ducis, & si quis inter vivos absque dicta licentia alienet à Fisco vendicari possint: Si verò in ultima voluntate id fiat, proximiori in gradu, qui sit de Civitate, vel Districtu, deferantur. Quòd si ad aliquem Forensem ab intestato devenirent, possit etiam haeres institui sed caeteri consanguinei proximiores habi-

habitantes in Civitate, vel Districtu, adhibitis Æstimatoribus communiter eligendis, pretium offerre possint, cum diminutione decimæ partis; Et illis emere recusantibus, Vicini magis adhærentes: Nisi is Forensis infra duos menses Fideiussorem præstiterit de habitando, & deinde cum effectu inhabitet; quo casu tàm ex Testamento, quàm ab intestato succedere valeat, nec molestari possit: Si verò contingeret aliqua bona immobilia æstimara dari in dotem Forensi, aut in solutum per Iudicem assignari alicui Creditori Forensi, tunc omnes antedicti teneantur infra annum alicui Civi, vel Districtuali vendere dicta bona, alioquin proximiores in gradu, aut Vicini magis adhærentes, pretio, ut suprà oblato, dicta bona vendicare possint.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienari bona in forenses est favorabile.*

Et ita comprehendit hypothecam, n.15,

Contrarium defenditur, num. 16,

Non tamen habet locum in alienatione quæ fit titulo universali, num. 2,

Contrarium tenent aliqui Doctores, numer. 3,

Et illud habet locum etiam in subhastatione, & alienatione necessaria, n. 4.

5 *Statutum prohibens alienari bona in forenses non ligat Clericos activè, & num. 19,*

Nequè eos ligat passivè, num. 6,

7 *Statutum prohibens alienari bona in forenses procedit etiam in dote, inæstimata.*

Secùs verò si sit data forensi æstimata, num. 9,

Licèt contrarium, quòd statutum nunquam habeat locum in dote tenene alii, numer. 10,

8 *Dotis dominium rei data inæstimata remanet penes mulierem.*

11 *Statutum prohibens alienari bona in forenses non comprehendit filios.*

Licèt contrarium teneant aliqui, n.12,

Nequè quantitatem pro alimentis debitam, num. 18,

13 *Pœna alienantis bona in forenses non est locus, nisi secuta traditione.*

Ad dandum de nullitate satis est, quòd ostendatur alienatio facta in forensem, numer. 20,

14 *Statutum excludens forenses à successione non comprehendit bona suorum maiorum.*

17 *Alienationes in forenses materiam qui tractent.*

21 *Forenses iuxta hoc statutum nequeunt possidere annuos reditus,*

22 *Beneficia Ecclesiastica in Cathalonia non possunt conferri forensibus.*

23 *Officia Reipublicæ exteris non sunt cōferēda,*

ANNOTATIO.

Statutum prædictum prohibens bona alienari in forensem est favorabile, & dicitur respicere publicam utilitatem, ut tradunt *Andreol. controver. 41, numer. 1, & 6, & controver. 385, num. 1, D. Deluca in Theat. verit. & iusti. tom. 7, in tit. de alienat. & contrac. prohib. discur. 39, numer. 10, & 11.*

1 ubi dicit hanc opinionem fortè esse magis communem *D. Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap. 1, numer. 21, & Rota decis. 251, num. 5, & 6, par. 8, rec.*

De hoc statuto Eugubino prohibente alienationem bonorum in forenses tàm ex contractu, quàm ex testamento mentionem facit *Rota apud Bichium decis. 466, numer. 14, & sequent. part. 2,* ubi dicit ex dispositione dicti statuti hæredi non dari immissionem *ex remedio, l. final. Cod. de edic. D. Adrian.*

2 *tollen.* Et licèt dictum statutum non habere locum in alienatione, quæ fit titulo universali dixerit *Gabr. cons. 179, numer. 58,*

3 *lib. 1,* illius tamen opinionem valdè dubitabilem esse dixerunt *Bald cons. 476, num. 1, lib. 4, & Rota in Luca maioratus 4, Iulii 1640, §. Secundò non obstat circa medium cor. Coccin. Decan. & decis. 466, numer. 17, apud Bichium p. 2.*

4 Quod quidem statutum prohibens alienationem bonorum, ut suprà habere locum etiam in subhastatione, & alienatione necessaria uti favorabile tradunt *Posthi. de subhast. inspec. 32, numer. 74, & Rota apud Duran. decis. 257, numer. 5, & sequent. & apud Posthi. de subhast. decis. 101, numer. 9, & decis. 111, per tot.* licèt contrarium videatur sentire idem *Posthi. de subhast. inspec. 44, numer. 106.*

5 Dictum autem statutum non ligat Clericos neque activè, ut ipsi non possint alienare eorum bona in forenses ut tradūt *Ciriac. controver. 529, numer. 38,* ubi testatur de

veriori, & magis communi opinione, *& controver.* 513, *numer.* 30, quam latè comprobat *Sperell. decis.* 12, *numer.* 52, *part.* 1, dicens, contrariam opinionem esse improbabilem, & quod temerarius esset propriæ conscientiæ parum amator, qui contrarium tueretur, ut ibi per eum, quam opinionem latè firmat *Rota apud Bichio decis.* 466, *nu-*
6 *mer.* 19, *& sequent. part.* 2. Nequè passivè ita ut dicto statuto non obstante in Clericos, & Ecclesiasticos alienatio fieri possit tàm ex contractu, quàm ex ultima voluntate, ut firmant *Sperell. d. decis.* 52, *numer.* 53, *& sequent.* ubi quamplures refert de magis communi, & veriori opinione testantes, & illam latè comprobat, quam opinionem *in Curia, & Rota* servatam dicit *D. Deluca in Theatr. verit. & insti. tom.* 7, *in tit. de alien. & contr. prohi. discur.* 79, *numer.* 12, *vers. Et quamvis, &c. Redenas. cons.* 69, *&* 70. *per tot.* & illam confirmat *Rota apud Bich. d. decis.* 466, *numer.* 19, *& seq.*

7 Vtrum verò dictum statutum comprehendat alienationes factas forensibus ex causa dotis potest distingui cum *D. Deluca in Theat. verit. & insti. tom.* 6, *in tract. de*
8 *dote discur.* 149, *numer.* 3, *& sequent.* Quòd aut bona dantur viro forensi inæstimata, & tunc dos non comprehenditur sub statuto, cùm dicta alienatio dicatur necessaria, non voluntaria, & quia dotis inæstimatæ dominium remanet penes mulierem, & sic non dicuntur bona transferri in forensem, ut tradunt *Altograd. cons.* 3, *numer.* 35, *lib.* 1, *& D. Deluca in d. discur.* 149, *numer.* 3, *& sequent.* ubi dicit, hoc procedere etiam si mulier transeat ad domicilium viri, & secùs esse si utráque ex dictis rationibus cessaret, ut ibi per eum, cum quibus in terminis *Constit. Sixti Quinti, & Clementis VIII.* tenuit *Rota decis.* 328, *numer.* 5, *& sequent. part.* 5, *rec.*

9 Si verò bona dantur in dotem æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, & tunc dictum statutum comprehendat etiam dotem cùm tunc dos dicatur consistere in pecunia, & dominium bonorum æstimatorum translatum sit in virum forensem, & sit prohibitum, ut distinguit *D. Deluca in d. discur.* 149, *numer.* 6, *vers. Porrò si bona, &c.* licèt contrarium
10 quòd dictum statutum non comprehendat indiffinitè causam dotis teneat *Andreol. controver.* 392, *numer.* 1, ubi dat concordantes, & alii per me adducti *in resol. crim. in verb. Pœna, resol.* 5, *numer.* 3,

11 Dictum verò statutum non comprehendere filios voluerunt *Surd. cons.* 461, *per tot. lib.* 3, *Mart. de success. legal. part.* 1, *quæst.* 13, *art.* 12, *numer.* 41, & alii relati per *An-*
12 *dreol. controver.* 271, *numer.* 15, licèt contrariam opinionem, imò dictum statutum universaliter disponens etiam filios comprehendere tenuerint *Ciriac. controver.* 304, *numer.* 5, *&* 6, *Altograd. cons.* 97, *num.* 72, *lib.* 1, *& Andreol. in d. contro.* 271, *numer.* 16, ubi testatur de veriori opinione, *& controver.* 274, *numer.* 22, ubi plures dat concordantes, *& Bellon. Iun. cons.* 5, *numer.* 86, *& sequent. & D. Torre de pact. futur. succes. lib.* 3, *cap.* 1, *num.* 31.

13 Pœna autem imposita, à dicto statuto contra alienantem bona in forenses non habet locum, nisi illo um traditione sequuta, & possessione apprehensa, ut not. *Massin. de confisc bonor. quæst.* 24, *numer.* 32, *Alphi Abolea de cessio. iur. tit.* 1, *quæst.* 6, *numer.* 44, & alii per me adducti *in Resol. crim. in verb. Pœna, resol.* 5, *num.* 1, *& sequent.* ubi alii referuntur casus.

14 Addo pro coronide, quòd dictum statutum excludens forenses à successione non comprehendit bona, quæ fuerunt Reorum maiorum, ut firmant *Cuma. Fulgo. Corn. Rim. Iun. Ceph. & Menoch. relati per Rota apud Merlin. decis.* 193, *n.* 15.

ADDITIO.

15 NUlla in hac nostra Provincia Cathaloniæ adest prohibitio alienandi bona inforenses, & ita dicam solùm, quod licèt statutum nostrum sit favorabile, & sic latissimè interpretandum, ut pro cõmuni tradit *noster Conciol. hic numer.* 1. cui adde *Modern. ac Doctissim. Torre de pact. futur. succes. lib.* 3, *cap.* 1, *numer.* 21, ubi citat *Dec. Decian. Bertazol. Riminal. Gratian. Censal. Palma Duran. Ciarlin. & alios* (quamvis non desint *DD.* contrarium tenentes; Ex quo per ipsum corrigitur ius commune, nempè *Vegg. Gratian. Rot. coram Buratt. Merlin. Sanfelic. De Luca, Cabal. Amat. Altograd. Redenasc. Censal.* quos citat *Hieronym. Palma Nepos allegatio.* 55, *numer.* 6, *&* 22.) & tali existente, veniret dicendum sub eo comprehendi hypotheca, ut tenent *Sperell. decis.* 120, *num.* 65, *Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 14, *glos.* 4, *part.* 1, *num.* 21, *Rota. Recen. part.* 14. *decis.*
16 109, *numer.* 5. tamen cum per ipsam hypothecam dominium non transferatur in creditorem, sed remaneat penes debitorem *Rota dict. decis.* 109, *numer.* 9, *& part.* 9, *decis.* 167, *numer.* 5, *& sequent.* & præcisè non sequatur, eum perventurum ad dictum credi-

credi-

creditorem, distractione eveniente, sed rem hypotheecatam possint emere quicunque Provinciales, & Cives Eugubini in lienatione offerentes, dicerem sub hoc nostro statuto, licèt favorabili, non venire prohibitam hypothecam favore forensium.

17 Unde prohibitionem hanc videre poteris stabilitam in variis constitutionibus Papalibus quas recenset *Sabell.in sum. divers. tractat.* §. *Alienatio. num. fin. vers. Qualiter*, & materiam similium statutorum, continentium prohibitorem alienationis in forenses, reperies penes ipsum *Sabell. dict. summ.* §. *Statutum prohibens alienare in forenses, &c.* ad ipsum recurre, & ad *Donnade. consult.40, per tot. Meli. obser.91, per tot. Actolin. resol. foren. 8, per tot.* ubi latissimè hanc materiam tractant.

18 Hoc statutum non impedit, quin in bonis patris succedant filii, & descendentes, etiam forenses, nec impedit quo minus alimenta forensibus, inspecta eorum paupertate, relinqui possint, ut reprobato *Andreol.* tradit *Doctissimus Meli. ad Castill. de aliment. cap. 62, num.1, & sequent. Bursat. Rauden. Surd. Maritha. Peregrin. Merlin. Paseth. Riminal. & alii* quos citat *dict. Torre ubi suprà dict. cap.1, numer.22.* licèt contrarium teneant alii citati à dicto *Torre num. 31.* taliter quod nec eis debeatur æstimatio *Torre ubi suprà numer. 35, & seqq.* ubi multa de materia huius statuti.

19 Quod istud statutum Eugubinum non comprehendat Clericos, licèt in rem sit conceptum, & de eis expressè non disponat, tradit *Rota recen. decis. 157, à num. 21, part. 11. recent.* latissimè *Torre ubi suprà à num. 69.*

20 Nota tamen, quòd infringere volens alienationem factam inforensem contra formam statuti, satis est quòd ostendat alienationem inforensem factam, absque eo quòd probet non fuisse solemnitates statuti servatas *Rubeus singular. part. 6. observat. 6, §. 2.*

21 Scias, quod forenses propter hanc statutariam dispositionem, incapaces sunt pariter perceptionis annuorum fructuum, tanquam appellatione stabilium venientium, *Contri. discep. foren. 14, num.15.*

22 Solùm circa beneficia Ecclesiastica, & Dignitates est per varias const. collocatas sub tit. *Que los estrangers no pugan obtenir beneficis, &c.* dispositum, quod in hac Provincia Cathaloniæ forenses non possint obtinere beneficia Ecclesiastica, quæ validæ sunt, & iuri Divino, ac civili conformes *can. obitum, can. nullus, dict. 61, can. neminem dict. 70.* novissimè *Doctissimus Pegas ad ordin. Regn. Portugal. ad lib. 1, tit. 1, glos. 22, numer. 6, tom. 1, Quesada & Pilo dissert. 2, num. 9, Pilasa decis. Canon. lib.1, decis. 10, numer. 84, & sequent. Altimar. ad Consil. Rovit. lib. 1, observ. ad cons. 59, numer. 15, & 16, Eminen. De Luca de canon. discurs. 21, numer. 10,* qui latè hoc de diversis Regnis & Provinciis tradunt, pariterque *Crespi. observ.6, à numer. 55,* ubi latè, & conducunt tradita per *Frages de Regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 5. disp.12, §. 13, numer.59, Antun. Portugal. de donatio. Reg. tom. 1, part. 2, cap. 29, numer. 155,* latissimè *dict. Pegas de competen. inter Archiepiscop. &c. part.1, cap.5, per tot. Valenzuel. Velasq. cons.105, numer. 87,*

23 *tom. 2,* & quòd idem procedat circa officia secularia, ac Republicè latissimè *Modernus, ac Doctissimus Alvarez Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1, ad lib.1, tit. 1, glos. 22. pag. 181, à numer. 1, & tom. 5, ad tit. 67, ad Rubr. cap.1, numer. 19, pag. 307, Mastrill. de Magistrat. lib. 2, cap.7. per tot. & alii* quos citavi suprà *lib. 1. rubr. 61, numer, 2,* & tradit *Doctissimus Antun. Portugal. de donatio. Reg. part. 2, tom.1, cap.29, num.156.*

DE CONVENTIONE MINORUM.

Rubrica LV.

MInor quotuordecim annis non possit in Iudicio cõveniri, nisi cum præsentia sui Tutoris, & si illum non habuerit, proximior detur, qui Iuris remediis cogatur tale munus suscipere, & causam prosequi. Quod si Maior XIIII. annis conveniatur, non possit in Iudicio sistere absque præsentia Curatoris, & si illum non habeat, cum interventu saltem unius consanguinei proximioris, qui Actor ad illam causam Iudicis Decreto assignetur,

& profequi teneatur eius defenfionem ufque in finem ; aliàs contra prædictos intentata nullius fint roboris, ac momenti: Nifi talis Minor conftituerit Procuratorem iuxta formam infrafcripti Statuti.

S V M M A R I V M.

1 *Minor 25. anno. non poteſt eſſe in iudicio ſine authoritate curatori.*
Ita ut ſententia contra eum lata ſit ipſo iure nulla, num.2.
Secùs ſi ſit lata in eius favorem, numer. 3, & 24.
Et quomodo iſta nullitas ſanatur, numer. 25.
Niſi conſtaret notoriè ei nullam competere defenſionem, num. 4.
5 *Pupillus non poteſt eſſe in iudicio ſine authoritate tutoris;*
Ita ut citandi ſint coniuncti, ut veniant ad illum defendendum, num. 6.
7 *Minor conventus in iudicio cogitur per iudicem ad petendum curatorem.*
Non tamen ad accipiendum nominatum per iudicem, aut partem, num. 19.
Niſi ei ſit datus propter contumaciam, num. 21.
8 *Iudicium firmatur iuramento minoris iurantis de ſtando iuri.*
9 *Minor poteſt eſtare in iudicio ſine curatore in iudiciis poſſeſſoriis, & aliis, & intellige ut num. 36.*
10 *Narratio Authoris.*
11 *Minores aliis infantes, alii pupilli, alii puberes.*
12 *Iudicium infantibus quomodo formandum.*
Et quomodo cum pupillis, num.13.
Et quomodo cum emancipatis, n.14.
Et quomodo cum adultis, ſeu puberes, num. 15.
An benè cum procuratore cum iuramento, num. 17.
Et quomodo cum filiis familias in caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, num. 28.
Quid in Profectitiis, num. 29.
Quid in adventitiis, num. 31.
Et quomodo ſi filius fam. agere velit, num. 32.
Et quid ſi pater agat, num. 33.
Maximè pro eis in quibus ipſi non quaeritur uſusfructus, num. 34.
16 *Curator non datur minori, niſi eo citato ad ipſum petendum.*
18 *Minor litigans cum procuratore cum iuramento an reſtituatur in integrum.*
20 *Curator datus à parte in teſtamento eſt confirmandus ipſo volente.*
22 *Curator, ſeu tutor ad litem minori dati an cogi poſſint, ut acceptent.*
Et quid in Cathalonia, num. 23.
26 *Curator ad litem dari poteſt à Iudice incompetenti coram quo litigatur.*
Secùs ſi daretur ſimpliciter ad omnes lites, num. 27.
30 *Sententia lata in favorem filii fam. in profectitiis, licèt abſque conſenſu patris, valet.*
35 *Curator in criminalibus dandus eſt minori filio fam. licèt patrem habeat.*

A N N O T A T I O.

1 Minorem 25. anno non poffe in iudicio conveniri fine authoritate Curatoris, aliàs iudicium effe nullum eft tex. *in. l. 2, Cod. qui legit. perſon. & in l. clarum, 4, Cod. de autho. praſt.* & tradunt *Rolan. conſ. 85, numer. 25, & ſequent. lib. 2, Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1, cap. 49, num. 2, & 3. Balth. Tomaſ. in ſuis tractat. var. tom. 2, in tractat. de tutor. & cura. tit. 19, numer. 3303, & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 81,*
2 *numer. 13.* Itaut fententia contra minorem indefenfum lata fit ipfo iure nulla, *l. 1. Cod. qui legit. perſon. Balth. Tomaſ. in d. tit. 19, numer. 3304,* qui dat concordantes quamplures, *Rota deciſ. 33, numer. 4, part. 2, re-*
3 *cen.* Secùs fi fit lata in eius favorem, *l. non eo minus 14, Cod. de procur. gloſ. in l. 1, C. qui legit. perſon. Io. Oinot. in § nequè autem in fin. Inſti. de auth. tutor. Tomaſ. d. tit. 19, numer. 3313, Rota apud Michal. de Fratr.*
4 *deciſ. 10, numer. 6.* Nifi tamen notoriè conftaret, minori nullam competere defenfionem, quia tunc iudicium effet validum, *Balth. Thomaſ. in d. tit. 19, numer. 3304, Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 43, numer. 16, Rota apud Gregor. XV. deciſ. 485, numer. 6, & 7.*
5 Quæ quidem habent locum etiam in pupillo qui pariter non poteft effe in iudicio, fivè agat, fivè conveniatur fine authoritate Tutoris, nè ex fua imperitia aliquod damnum recipiat, *d. l. clarum, 4, Cod. de auth. praſt. Io. Oinot. in d. §. Nequè autem, numer. 4, & ſequent. Inſt. de author. tutor.*
6 Itaut fi pupillus non habeat tutorem citandi fint coniuncti eiufdem pupilli, cognitati, vel affines, ut veniant ad illud defendendum,

dum, ad tex. *in l. liceat autem, 1, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur*, *& in l. iusiurandum quod ex conventione, 17, §. ſi pupillus, ff. de iureiur.* & not. *Io. Osnot. ubi ſuprà.*

7 Minor tamen conventus compelli poteſt per Iudicem ad petendum curatorem captis pignoribus, & etiam carceratione, *Nevizan. conſ. 17, numer. 75*, quem referendo ſequitur *Balth. Tomaſ. in d. tract. de tutor. & curat. tit. 19, n.* 3303.

8 Iudicium verò firmari iuramento minoris iurantis de ſtando iuri, & non contraveniendo geſtis, & gerendis in dicto iudicio, licèt curatorem non habeat ad lites voluerunt *Seraph. de privil. iur. privil.* 133, *numer. 2, Gabr. commu concl.de minor.concl. 5, numer. 12, Ricci. collect. 2167, verſ. Et ſic, & Balth. Tomaſ. in d. tit. 19, n.*3332.

9 Addo ſupradictis, quòd minor poteſt ſtare in iudicio ſine curatore in iudicio poſſeſſorio, *l. fin. & ibi not. Doct. C. qui legit. perſon.* & tradunt *Balt. Tomaſ. in d. tit.19, numer.*3307, *& Cancer. var. reſol. part. 2, cap. 1, numer. 220.* qui dant concordantes, Quod procedit ſi minor ſit actor, ſecùs ſi reus, ut declarant *Adden.ad Afflict.dec.*283, *litera A, & Cancer. in d. p.2, cap.1,n.* 221.

ADDITIO.

10 Materia autem huius ſtatuti, per ſe ſola toto hoc libro indigeret; cæterum inſequendo inſtitutum per me ſumptum, aliqua annotabo pro faciliori, intelligentia minorum, quodcum ex ipſa pendeat validitas iudicii, non te pœnitebit me in hoc ſtatuto legiſſe.

11 Itaque ſunt aliqui in infantia conſtituti, videlicet uſque ad ætatem ſeptem annorum aliqui in pupillaritate, & annis ſeptem nempè, ad duodecim, & quatuordecim reſpectivè alii impubeſcentia, ſeu adoleſcentia à dictis nèpè duodecim, aut quotuordecim reſpectivè annis ad ætatem viginti quinque annorum. Omnes autem hi ſub poteſtate patria exiſtunt, aut ſunt ſui iuris, hoc eſt poteſtate patria, morte, aut alio modo diſſoluta, dicam primò de hiis, & poſteà de aliis.

12 Hi autem, ſi ſunt in infantia, nequeunt citari, taliter quòd ſi citati fuerint, licèt poſt modum tutor pro lite eis detur; Nihilominùs tamen nullitatem petitur iudicium, ſed eum incipiendum eſt eum tutore, ſi tutorem habent, ſin autem ante inchoationem iudicii inſtare, quòd ipſis tutor detur, aut iudicium incipere cum conſanguineis proximioribus, ipſos citando quòd compareant ad curandum, ut detur infanti tutor, quà propter actus ſunt fabricandi in perſonam ſolus tutoris, nõ autem in perſona infantis cum authoritate tutoris, *Doctiſſimus omni duo laudandus Altimar. in ſuo tract. de nullitatib. rubr.*11, *quaſt. 4, numer.* 12, *& ſeqq. Scoppa ad deciſ. Gratian. obſerv. 73, numer. 6, & ſeqq. Olea de ceſſ. iur. tit.2, quaſt.6, num. 35, Vrceol. de tranſact. quaſt. 21, num. 1, & ſequent. Valeron. eod. tractat. tit.4, quaſt.7, num.83, Paſſerin. à Sextula in cap. ſi annum, §. Si vero de iudic. in 6, num.61, Queſada & Pilo diſſert.23, num. 19*, ubi tradit quomodo ſit practicandum in excuſatione tutelæ *Ciroch. diſcep. 57. num. 43, Rivi. part. 4, collectan. 1416.* ubi duo remedia tradit ad legitimè inchoandum iudicium contra infantem, tutore carentem videndus *Ridolphin. in prax part.1, cap.5, num.78, & ſeqq.*

13 Pupilli autem, ſi curatorem habent, ipſis, & eorum tutoribus dirigenda eſt citatio, ſi autem tutorem non habent, citatio in ipſos eſt dirigenda, ut compareant cum defenſore, ſeu imò in conſanguineos, coniunctos, & vicinos ad ipſos defendendos, ex quibus Iudex aliquem in tutorem conſtituat, & cum ipſo agitetur iudicium, *Scoppa ad deciſ. Gratian. obſer. 75, numer.* 10, *& ſequent. Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 23, *numer. 47. Ciroch. d. diſcept. 57, d. numer.*43, *Ripoll. var. cap. 3, numer. 134, & ſequent. Altimar. d. quaſt. 4, numer.*32, *& Rub. 13, quaſt. 27, numer.* 32, *Matthæu. ubi proximè Rota coram Zaratt. deciſ. 29, numer. 5, Conciol. noſter allegatio. 72, n. 16.*

14 Hoc autem quòd de infantibus, & pupillis diximus, non procedit in emancipatis; quia cùm emancipando filium pater eius legitimus tutor ſit *§. 1, inſtit. de legitim. paren. tutel.l. 1, & 2, ff. ſi quis à parente fuer. manumiſ.* cum ipſo patre iudicium eſt actitandum; ex quo ei, ut legitimo tutori competit exercitium actionum, tàm in agendo, quàm in reſpondendo, *Olea de ceſ. iur. d. tit. 6, quaſt. 2, numer. 35, Altimar. d. rubr. 11, q. 7, num. 50.*

15 Adulti autem, ſeu puberes, ſi curatorem habent, cum ipſis, aut eum eorum curatore iudicium eſt actitandum, electione actori relicta, quando conveniuntur, itaut ad evitandos circuitus conſultò proceditur, in ambos citationem dirigendo; ſi autem curatore carent ipſi ſunt citandi, ut legitimè compareant, quemque in curatorem pro lite habere velint, dicant, ſeu imò ſimpliciter eos citando, qui ut legitimè compareant veniunt citati, quibus in contumaciam Iudex ex officio curatorem ad litem dat,

dat, & cum eo iudicium agitatur, relictis
penis captionis pignorum, & carcerationis;
ex quo inolevit earum usus, *Bonden. collect.*
legal. 50, numer. 18, vers. Quòd promptius,
&c. Peguer. Cancer. Fontanell. & aliis ci-
tatis, Matthau. de regim. Regn. Valen.
cap. 10, §. 1, numer. 76, & sequent. Meli.
ad Castill. de alimen. cap. 25, num. 5, Scop-
pa d. obser. 73, ad decis. Gratian. numer. 1,
& sequent. Rota coram Zarate. d. decis. 29,
numer. 5, Fontanell. decis. 273, numer. 10,
& 275, numer. 3, & eo citato novissimè *Ca-*
là de restitutio. in integr. cap. 38, numer. 69,
Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap.
225, numer. 10, ubi *Fontanell. Gratian. &*
Giurb. citat *Rota coram Bich. dec. 272, nu-*
mer. 21, Cirech. d. discept. 57, numer. 44,
Hunni. Encycloped. iur. par. 2, tit. 5, cap.
10, numer. 13, Altimar. d. quaest. 4, numer.
16 *143, & ferè per tot.* Benè tamen est verum,
quòd ipsis curator dari nequit, nisi sint ci-
tati ad ipsum petendum, *Altimar. d. rubr.*
11, *quaest. 5, num. 107.*
17 Si tamen per ipsos adultos, seu puberes,
procuratorem cum iuramento de ratum ha-
bendo constitutum fuerit, legitimè cum ip-
sis agitatur iudicium; quia per ipsum iura-
mentum maiores reputantur, licèt utilius
sit parti instate, quòd ipsis procurator con-
stitutus in curatorem detur, *Altimar. ex*
nullitatib. dict. rubr. 11, quaest. 5, numer. 18,
& sequent. ubi *Cancer. Fontanell. & alios*
citat *Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de*
Franch. obser. 448, numer. 1, *& sequent.*
18 ipsi tamen minori, licèt cum procuratore
cum iuramento litiganti, beneficium resti-
tutionis in integrum impartitur, si fuerit
læsus, *Fontanell. de pact. clausf.* 10, *glos. unic.*
part. 2, à numer. 11, maximè *numer.* 21, &
eo, & aliis citatis *Doctissimus Altimar. d.*
rubr. 11, quaest. 5, numer. 26, & sequent. Ca-
rol. Ant. De Luca ad Franch. d. obser.
448, num. 4.
19 Istis sanè casibus, quibus minores cu-
ratores ad lites recipere compelluntur, non
coguntur petere, seu recipere illum quem,
vel Iudex, vel adversarius nominat, aut
proponit, sed est in minorum electione,
quemnam petere velint *Altimar. d. quaest. 4,*
numer. 140, *Passerin. à Sextul. ubi proximè*
20 *§. si verò numer. 48.* Imò etiam curator da-
tus à patre in testamento indiget confirma-
tione facienda ipso volente, *Altimar. ibi-*
21 *dem,* 141. Quod procedere censeo antequàm
minor in petendo, ac nominando quem ve-
lit in curatorem contumax sit, nam contu-
mace existente, & ob illius contumacia ex
officio curatore dato, non est locus dationi
illius quem voluerit, sed standum est no-
minationi factæ, *Fontanell. d. decis. 273, nu-*
mer. 11, *Passerin. in d. §. Si verò, numer. 49,*
ubi tradit non posse à minore revocari, lite
iam contestata.
22 Ipsi autem curatores, seu tutores dati, &
nominati, an inviti dentur, & acceptare co-
gantur ardua est quæstio, licèt affirmativè
teneant *Doctores citati à Hunni. d. par. 2,*
tit. 5, cap. 10, *numer.* 16, *Mastril. Gutier.*
& alii citati per Altimar. d. quaest. 5, num.
115, videndi quos citat *Passerin. in d. §. Si*
23 *verò, numer. 51.* Tamen in hac Provincia
cùm eis assignentur ferè semper Procurato-
res soliti operas locare, est absque dubio
ipsos cogi posse ad tale onus acceptandum,
Fontanell. decis. 276, numer. 8, Carol. Ant.
De Luca ad Gratian. d. cap. 225, *numer.* 11,
ubi *Virgil. Fontanell. Fab. & alios* citat.
24 Itaque personis istorum minorum non
legitimatis, iudicium cum eis agitatum, imò
illius validitas pendebit à futuro eventu;
nam si res non prosperè succedat pro mino-
re, iudicium erit nullum, ut tradit *noster*
Conciol. hìc numer. 1, & alii citati à d. Al-
timar. d. quaest. 5, numer. 12, *& sequent.* si
tamen prosperè iudicium erit validum, *Al-*
timar. d. quaest. 5, numer. 68, Fontanell. de
pact. clausf. 4, glos. 13, part. 1, *num.* 15, *Pas-*
serin. à Sextul. in cap. Si annum, 3, *de iudi-*
ciis in 6, §. Si verò, num. 37, & in cap. Ex-
ceptionis, 1, *de litis contest. in 6, numer. 75.*
25 Ista tamen nullitas sanatur (processus
nulli scilicet) dando minori curatorem, &
in eorum præsentia, seu eo citato reassumen-
do, & reproducendo omnia acta, & actita-
ta in dicto processu, ut citatis *Bart. Dec.*
Ias. Vant. Vestr. Ursil. Asin. & Rot. tra-
dit *d. Doctissimus Altimar. d. quaest. 5, nu-*
mer. 84.
26 Curatores autem isti ad litem, & ad le-
gitimandas personas minorum, dati possunt
à Iudice litis, sivè causæ, coram quo lis ver-
titur; quàpropter potest dari à Iudice sæcu-
lari minori Clerico coram eo litiganti, sicuti
datur laïco per Iudicem Ecclesiasticum liti-
ganti coram eo, *Altimar. d. quaest.* 4, *num.*
154, ubi infinitos Modernos citat *Passerin.*
ubi suprà numer. 41, *&* 44, & hoc si tracte-
tur de dando curatore ad unum litem tan-
27 tùm; Secùs si daretur curator simpliciter
ad lites; quia tunc dandus esset à suo Iudi-
ce competenti, sicque à Iudice laïco, si mi-
nor fuerit laïcus, ab Ecclesiastico si fuerit
Clericus, *Altim. d. q. 4, numer.* 159, *& ea-*
dem rubr. 11, *quaest.* 32, *numer.* 40, *Hunni.*
dict. cap. 10, *numer.* 18, *Passerin. ubi suprà*
numer. 41, *& seq.*

28 Quo

28 Quo autem ad minores qui sub patris potestate existunt, respectu peculii castrensis, aut quasi castrensis, cùm in his pro patribus familiis habeantur, & in eis aliquid patri non quæratur, ipsis est dandus tutor, & curator respectivè ad legitimationem iudicii; si tamen pater velit, ipse est omnibus præferendus invito filio, *Altimar. d. quæst. 7, rubr. 11, numer. 51, Olea de cess. iur. d. tit. 2, quæst. 6, numer. 36,* & novissimè *in sua addit. ad d. quæst. 6, nu. 3. Vrceol. de transact. quæst. 17. nu. 55, & cons. foren. cap. 19, n. 13.*

29 Si autem filius occasione peculii profectitii conveniatur, seu agere velit, non potest stare in iudicio sine interventu patris; ex quo de suo principali interesse agitur; cùm hodiè, sicuti olim, pleno iure patri acquiratur, & quoad proprietatem, & quoad usumfructum; quàpropter pater est pariter conveniendus, aliter iudicium esset nullum, & de ista nullitate posset opponi tàm antè, quàm pòst sententiam, *Altimar. d. quæst. 7, numer. 41, & sequent.* & conducunt tradita per *Valeron. de transact. tit. 4, quæst. 4, numer. 8, & sequent. & per Passerin. à Sextul. in dict. cap. Si annum, §. in huiusmodi, nu-*
30 *mer. 99,* Benè tamen si sententia, lata esset ad favorem filii, illa, & processus valerent, etiam non adhibito patris consensu, *Altimar. d. quæst. 7,* ubi plures citat.

31 Circa autem peculium adventitium plures segregandi casus, aut enim in bonis adventitiis filii pater habet usumfructum, aut non; & ubi usumfructum habet distinguendum est etiam, aut filius est infans, aut intra infantiam, & tunc certum est, quòd solus pater actiones suscipere, & movere potest, aut filius infantiam excedit, & tunc, ut iudicium subsistat, inquirendum est, an sit lis super usumfructum, quo in casu nullus consensus filii proprietarii desideratur, sivè sit pupillus, sivè sit pubes: Si verò lis est super proprietatem, & filius est in pupillaritate, tunc pater solus potest in iudicio esse, licèt cum patre de consensu filii agitandum iudicium, & patrémque cum filio citandum, & contra eos agendum tradat, & consulat *Fontanell. de pact. claus. 4, glos. 7, part. 3, numer. 68.* Si autem filius quatuordecim annos impleverit, & pubes factus fuerit, tunc ipsius consensus desideratur, ut legitimè compareat *Olea de cess. iur. dict. tit. 2, quæst. 6, numer. 38, & sequent. Altimar. d. quæst. 7, numer. 56, & sequent.* & hoc si filius sit præsens, nam si absit, eius consensus, aut citatio necessaria non est, *Olea d. quæst. 6, numer. 43, & in addit. novissima ad d. quæst. 6, numer. 1, Altimar. ibid. numer. 57,* ubi *Fontanell. Gratian. Castill. Marin. Salgad. & alios* citat, videndi novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom. 7, tit. 87, glos. 8, ad §. 6. ferè per tot.* præcipuè *à numer. 16, Crespi. de Valdaur. obser. 108, per tot. Salgad. & alii*, quos citat *Vrceol. de transact. quæst. 15, numer. 12, & sequent. Eminen. De Luca de iudiciis disc. 12, num. 10, & seq.*

32 Quàpropter, si filiusfamilias agere velit, sivè conveniatur occasione adventitiorum, non potest id facere sine consensu paterno, quale quale sit iudicium, sivè ordinarium, sivè summarium, *Altimar. d. quæst. 7, numer. 58, & sequent.* ubi *quamplures Doctores* citat *Olea d. quæst. 6, numer. 44, Vrceol. de transact. quæst. 19, numer. 16, & sequent. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 7, glos.*
33 *3, par. 1, numer. 19.* Pater autem absque consensu filii agere potest; si tamen ut pater, & legitimus administrator agit, aliter non ita agendo nulliter procederet, & si posteà uti administrator compareret non validaret iudicium nullum, *Altimar. de nullitatib. rub. 11, quæst. 28, numer. 16, & sequent.* vidend. *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 365, per tot.* ubi plura de patre legitimo administratore *tom. 2, Giurb. ubi suprà numer. 12.*

34 In adventitiis autem, in quibus patri non quæritur usufructus, si ipsi non quæritur usufructus, ex quo filio ita relictum sit in odium patris, seu licèt quæratur patri, quia prodigus, seu ex alia causa administratio interdicatur, tunc procedunt suprà tradita de filio sui iuris, & ita pupillo, seu pubere effecto, dandus est ei ad litem curator, seu tutor respectivè, ut iudicium cum eo in dictis bonis adventitiis legitimè procedat, *Olea d. quæst. 6, numer. 45, & sequent. Altimar. d. quæst. 7, numer. 94, & sequent.* quos vide, & reperies hanc materiam penès eos benè digestam, & trituratam, vidend. *Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 107 numer. 5, Fab. Capic. Galeot. lib. 2, contro. 41. per tot.* maximè *num. 8, & sequent. Vrceol. d. quæst. 19, numer. 13, & 14, Eminen. De Luca d. discur. 12, à numer. 10, Passerin. ubi supra §. In huiusmodi, per tot.*

35 Nota tamen, quòd omnia tradita suprà de filiofamilias, procedunt in civilibus; nam in criminalibus certum est filiofamilias minori dandum esse curatorem ad litem ex quo pater in criminalibus non est legitimus administrator filii, *Olea in noviss. addit. ad tractat. de cess. iur. ad tit. 2, quæst. 6, numer. fin.*

36 Minor non solùm in possessorio momentaneo

taneo legitimam personam habet standi in iudicio, ut tradit hic *noster Conciol. numer. fin.* & tradit *Cancer. var. 2, cap. 1, numer. 219, & sequent.* & fuit declaratum in Regio Senatu referente Magnifico Michaele Ioanne de Taverner Regio Conf. die 20, Septêbris 1683, in confirmationem alterius provisionis manutenrionis factæ per Magnificum Raphaelem Nabona Reg. Conf. die 19, Iunii dicti anni, Scriba Subirana in causa Raymundi Rubert, & Francisci Lusià villæ de la Pobla, contra manumissores Ioannis Lucà, sed in aliis quamplurimis causis, quas videre poteris penès *d. Doctissimum Altim. in d. rubr. 11, quæst. 5, numer. 40, cum seq.* quem præmanibus semper habe deprecor, & tradit *Passerin. à Sextula in cap. 5, à numer. 3, de indic. in 6, per tot.* Intellige tamen hęc de minore 25, annis; minori verò 14, non autem de minori infra 14, annum; quia hi etiam in his causis legitimam non habent personam standi in iudicio, sed eis curator est dandus, aliter omnia gesta forent nulla, *Passerin. in d. cap. Si annum, 3, 5, Si verò, de indic. in 6, n. 1, & seq.*

DE CONTRACTIBVS MINORVM XXV. ANNIS.

Rubrica LVI.

Minor XXV. annis, si Curarorem non habet, non possit quoquo modo cum alio contrahere, nisi cum præsentia, & consensu duorum proximiorum consanguineorum, etiam si tales Proximiores sint Religiosi, & Proximioribus deficientibus ptopter absentiam, vel aliud impedimentum, cum consensu aliorum consanguineotum sequentium in gradu, qui proprio iuramento affirmaverinr ralem contractum, sivè alienationem non cedere in damnum ipsius Minoris: Si verò Curatotem habuerit, cum auctoritate Curatoris, vel Iudicis Decreto: Et in stipularione contractus, Minor semper iurare debear non contravenire tatione minoris ætatis, nec restitutionem petere. Quòd si impubes sit, Iudex causa plenè cognita, si in evidentem utilitatem ipsius Pupilli, talem alienarionem, sivè contractum cedere noverit; Pupillum cum auctoritate Tutoris, secundum iuris dispositionem contrahere permittat, & suo Decreto confirmet, aliàs conttactus omnes sint invalidi, & dolosè, ac fraudolenter facti censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum requirens solennitates in contractibus minorum est favorabile.*

2 *Statuti firma non servata actus est nullus.*
Itaut nequè actus firmetur iuramento, si statutum illud annullet, num. 3, & 68,
Et cùm statutum tollat fidem instrumento, ita ut illud ex eo non probatur, numer. 4,

5 *Statutum requirens solennitates in contractibus minorum habet locum etiam in transactione.*
Et in permutatione, num. 6,
Et in quasi contractu, num. 7,
Et in minore forense contrahente in loco statuti, num. 8,
Et habet locum in contractu divisionis, num. 9,
Et in minore asserente se maiorem, numer. 10,

11 *Contractus celebratus sine solennitatibus statuti est nullus, & non potest dari de ratificatione minoris ob taciturnitatem per quinquennium.*
Amplia, ut num. 62,
Et est nullus etiamsi minori sit utilis, num. 12,

13 *Statutum requirens solennitates non procedit in minore contrahente extra territorium.*
Neque habet locum in minore se obligante pro dote necessaria, num. 14,
Neque in minore se obligante in modica summa, num. 15,

15 Nul-

16 *Nullitas contractus non potest allegari, nisi à minore.*
Fallit si contractus sit nullus ipso iure, num. 17, & 57,
Et quando nullitas est exclusiva ipso iure iuris agentis, num. 18,
Et quando tertius habet interesse, numer. 19,
20 *Solennitates statuti requiruntur etiam quando minor compromittit voluntariè.*
21 *Statutum requirens consensum proximiorum non habet locum si proximiores non adsint.*
Volens reprobare contractum ob non interventum proximiorem quid debeat probare, num. 22,
Qui verò interfuerunt in contracta præsumuntur proximiores, num. 23,
24 *Proximiores debent esse maiores 25, annorum.*
Fallit si illi habent discretionem, & iudicium, num. 25,
Et quid si dicti proximiores recusent consentire, num. 26,
27 *Statutum requirens solennitates in contractu minoris non tollit requisita de iure communi.*
Et ideò cùm secundum ius commune requiratur causa, pariter requiritur iuxta nostrum statutum, num. 66,
28 *Annus 25, in minore debet esse completus.*
29 *Statutum requirens solennitates non habet locum in contractu necessario, & n. 30,*
Neque quando minor contrahit cum alio minore, num. 30,
Licèt contrarium teneant aliqui, n. 31,
Neque habet locum quando agitur de pia causa, num. 32,
Neque in contractu minori lucroso, num. 33,
Vtilitas tamen debet esse evidens, n. 34,
Licèt contrarium, utilitatem non sufficere tenent alii, num. 35,
36 *Proximiores non possunt consentire in contractu in quo habent interesse.*
Interesse debet esse certum, & considerabile, num. 37,
38 *Statutum si requirit consensum duorum proximiorum, unus non sufficit.*
Licèt contrarium sit in duobus tutoribus. num. 39,
Qui consensus non potest præstari per nuncium, vel epistolam, n. 40,
41 *Statutum de solennitatibus non procedit quando minor se obligat de mandato patris.*
Vt est de solvenda dote filia, num. 42,
Nisi dotatio esset excessiva, n. 43,
44 *Statutum requirens solennitates, non habet locum in contractu pacis.*
Habet tamen locum in donatione causa mortis, num. 45,
Et in aditione hereditatis, n. 46,
Nisi tamen hereditas sit opulenta, num. 47.
Neque habet locum in renunciatione facta per Monialem, n. 48
49 *Procurator minoris an teneatur contrahere cum solennitatibus statuti remissivè.*
51 *Verba universalia comprehendunt casus necessitatis.*
52 *Minores in Cathalonia quomodo contrahere possint.*
53 *Filii in Cathalonia per matrimonium cum voluntate patris contractum liberantur à patris potestate.*
Et ita sui iuris effecti, dissoluto matrimonio, in patris potestate non reinciduns, num. 54,
55 *Minorum contractuum materiam qui tractant.*
56 *Minorum contractus possunt claudicare, & & suspensum statum validitatis habere.*
Benè tamen cogi possunt minores declarare an velint stare contractui, n 58,
Non tamen possunt claudicare iuxta nostrum statutum, num. 59,
60 *Ratificatio contractus minorum est facienda cum solennitatibus statuti.*
61 *Minorum contractus confirmantur per acquiescentiam factam post completam ætatem per quinquennium.*
Intellige, ut num. 62,
63 *Decretum requisitum in contractibus minorum non supplet alios defectus.*
64 *Solennitates requisitè in contractibus minorum omnes intervenire debent, aliter quod una non supplet aliam.*
Et est necesse, quòd ad certum, & determinatum actum præstentur, n. 65,
67 *Causa requiritur in contractibus minorum, & ea non existente sunt nulli.*
69 *Statutum requirens solennitates in contractibus minorum, an liget Clericos activè, & passivè.*
70 *Fructus an veniant in restitutione in integrum, & à qua die.*

ANNOTATIO.

1 STatutum prædictum de contractibus sine certa solennitate non valituris uti conditum ad tollendas fraudes dicitur favorabile, & ideò latè interpretandum, ut tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 151, numer. 2, & sequent. & Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2, Circa stat. Interp. ad dict. cap. 151, numer. 1, & sequent. Rota* apud

apud Capitaq. decis. 215, part. 3, & dixi su-
prà *ad rubr. 45, post princ.*
2 Quòd forma huius statuti requirentis in
contractibus minorum interventum proxi-
miorum, si minor non habeat Curatorem,
vel si illum habeat authoritatem Curatoris,
vel Decretum Iudicis ad unguem sit ser-
vanda, itaut illis non servatis actus corruat,
tradunt *Fenzon. ad stat. Vrb. dict. cap. 151,*
numer. 13, Theod Rub. ad d. cap. 151, stat.
Vrb. numer. 5, ubi quamplures refert Rotæ
decisiones, eadem *Rota decis. 504, num. 1,*
& seqq. part. 5, rec. & in Romana success. de
Comitibus 23, Iunii 1642, coram Reveren-
diss. Dunozetto Decano, §. defectus autem,
3 *&c.* & nequè firmetur iuramento cùm statu-
tum illud annullet præsumendo illud dolo,
& fraude exortum, quod statutum facere
potest, *Gratian. cap. 27, numer. 27, part. 1,*
Andreol. controver. 134, numer. 61, Rota de-
cis. 212, numer. 16, & decis. 293, numer. 8,
part. 4, rec. tom. 2, & apud Posthi. de ma-
nut. decis. 63, numer. 6, & apud Salgad. in
4 *laber. credit. decis. 63, numer. 7.* Maximè
cùm statutum tollat fidem instrumento, quo
casu ex eo non probatur iuramentum, ut
not. *Gratian. discept. foren. cap. 27, numer.*
29, par. 1, Rot. decis. 8, numer. 4, par. 3,
diversor. & decis. 153, numer. 3, part. 1, re-
cen. & decis. 504, num. 7, part. 5, rec. tom. 2.
5 Quod quidem statutum loquens de con-
tractu habet locum etiam in transactione, in
qua dictæ solennitates sunt servandæ, *Ro-*
ta apud Put. decis. 162, numer. 2, lib. 1, &
apud Caputaq. decis. 195, par. 3. & aliàs de-
cisiones refert *Theod. Rub. ad dict. cap.* 151,
6 *stat. Vrb. numer. 9.* Ac etiam in permuta-
tione, *Theod. Rub. ibid. num. 10, Rota Ro-*
mana de S. Cruce 29, Ianuar. & 30, Mar-
7 *tii 1607, coram Card. Sacrato,* Et cùm sit
favorabile, ut dixi suprà habet locum etiam
in quasi contractus, ut tradunt *Boccacc. ad*
Const. March. glos. 8, num. 6, & sequent.
& Carpan. ad stat. Mediol. cap. 328, nu.
141, lib. 1. licèt contrarium supponendo hoc
statutum odiosum tueatur *Fenzon. ad stat.*
8 *Vrb. cap.* 152, *numer.* 14, *& sequent.* Et ha-
bet locum in minore forense contrahente in
loco statuti, qui eodem statuto ligatur, ut
not. *Fenzon. ad stat. Vrb. cap.* 151, *numer.*
8, *& sequent. Theod. Rub. in d. cap.* 151, *nu-*
mer. 28, D. Deluca in Theatr. verit. & in-
sti. tom. 7, in tit. de alien. & contr. prohib.
discur. 37, numer. 12, *Rota apud Bich. decis.*
9 *200, numer.* 11, *par.* 1. Et habet locum in
divisione, *Theod. Rub. in d. cap.* 151, *num.*
40, Rota apud Gregor. XV. decis. 473, nu-
10 *mer. 5.* Et habet locum dictum statutum
etiam in minore iurante se maiorem, qui ob
solennitates statuti non servatas potest dare
de nullitate contractus, *Theod. Rub. ad d.*
cap. 151, *numer. 23, Rota in Romana donat.*
de Cuppis 5, *Iunii 1602, coram Card. Pam-*
11 *phil.* Itaut quando non fuerent servatæ so-
lennitates non possit dari de tacita ratifica-
tione sub prætextu quod factus maior tacue-
rit per quinquennium ob dolum à statuto
præsumptum, *Theod. Rub. ad d. cap.* 151,
numer. 29, Adden. ad Rot. decis. 16, *num.*
26, & 27, part. 8, rec. volentes, id habere
locum etiam in dolo præsumpto, *Rota dec.*
12 81, *numer. 23, par. 6, recentior.* Et dictum
statutum habere locum etiam si contractus
celebratus sine dictis solennitatibus sit mi-
nori utilis volunt Doct. in terminis de mu-
liere relati *suprà rubr.* 45, *n. 14,* videas ibi.
13 Non tamen habet locum dictum statu-
tum in minore contrahente sine dictis solen-
nitatibus extra territorium statuentium, ut
not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 151, *num.*
9, Theod. Rub. ad d. cap. 151, *numer. 47,*
& D. Deluca in Theatr. verit. & insti. tom.
6, de dote, discur. 143, numer. 43, ubi te-
statur de veriori opinione, nisi actus affe-
ctate celebratus sit extra territorium, ut ibi
per eum, quicquid sit quando statutum in-
habilitaret simpliciter personam, & non se-
cundum quid, ut benè declarat *D. Deluca*
in d. discur. 143, *numer.* 43, & latè compro-
bavi Ego *alleg. foren. 38, numer.* 15, *Rota*
14 *decis. 238, numer. 3, part. 6, recen.* Nequè
habet locum in minore se obligante pro do-
te ex causa necessaria, secùs si ex volunta-
ria, *P. Boss. de dote, cap. 8, numer. 70, &*
sequent. D. Deluca in d. tit. de dote, discur.
21, *numer. 9, & discur. 65, numer. 5, Rota*
decis. 262, *numer. 5, part. 9, recent. & apud*
Cardin Ottob. decis. 126, *numer. 9, & apud*
15 *Bich. decis.* 588, *numer.* 17. Nequè quando
minor se obligat pro modica summa, ut
post *Roman. Marsil. Ias. Redoa. Leo.* &
alios per eum relatos probat *Gratian. discep.*
foren. cap. 879, n. 19, p. 5.
16 Nullitas autem contractus minoris ex
dicto statuto proveniens non potest allegari
nisi ab ipso minore, cùm ad eius favorem
contractus possit claudicare, ut not. *Fen-*
zon. ad stat. Vrb. cap. 151, *in fin.* ubi dicit
illam posse allegari etiam ab eius hærede,
Theod. Rub. in d. cap. 151, *numer. 37, & 72,*
plenè *Surd. decis.* 108, *ferè per tot. Rot. dec.*
17 415, *numer. 3, apud Bich.* Nisi tamen actus
sit nullus ipso iure vigore statuti, quia tunc
dicta nullitas potest etiam allegari à tertio,
ut not. *Gratian. discept. forens. cap.* 691, *nu-*
mer. 3, & sequent. part. 4, Salgad. in laber.
credit.

credit. par. 2, cap. 22, numer. 117, & sequent. D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 7, in tit. de alien. & contr. prohib. discur. 37,
18 *numer. 6.* Et quando est exclusiva ipso iure iuris agentis, *Gratian. d. cap. 691, numer. 12, Hodiern. ad Surd. d. decis. 108, numer. 2, Deluca in d. discur. 37, numer. 7, & sequent. & Rota apud Gregor. XV. decis. 415, numer.... & apud Dunozet. decis. 591, nu-*
19 *mer. 2, & sequent.* Et nisi tertiùs habeat interesse *Scapuc. de Salvian. lib. 2, cap. 16, numer. 14, Salgad. d. cap. 22, numer. 117, & sequent.* & sentit *D. Deluca ubi suprà num. 8, & 9,* licèt hoc non placeat *Adden. ad Gregor. XV. decis. 415, in fin.* & dixi etiam suprà *rubr. 45, n. 48, & seq.*

20 Adde quòd solennitates dicti statuti sunt necessariæ etiam quando minor compromittit, ut firmat *Rota decis. 646, num. 7, & sequent. part. 4, recent. tom. 3,* & apud *Torre de pact. futur. success. decis. 154, numer. 10,* quòd non habet locum stante statuto arctante ad compromittendum, *Simoncell. de decret. lib. 2, tit. 6, numer. 84.* ubi de magis communi *Andreol. controver. 133, in fin. Ciriac. controver. 380, numer. 28,* maximè constito illud factum fuisse vigore statuti, *Rota ubi suprà in fin.*

21 Supradictum statutum requirens in contractu minoris consensum proximiorum non habet locum si proximiores haberi non possunt, *Roman. cons. 36, numer. 2, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 151, numer. 19, Cardin. Tusch. pract. conclus. littera H, conclus. 19, numer. 47, & littera S, conclus. 595, num. 14.* qui tamen dicunt, tutius esse adhibere Iudicis decretum, ut ibi per eos.

22 Volens verò reprobare contractum ex eo, quia proximiores non fuerunt adhibiti in Instrumento tenetur probare, proximiores fuisse illa die in illo loco, & potuisse commodè consentire, & alia, de quibus per *Pir. Maur. de fideius. part. 2. sect. 8, cap. 56, numer. 32. & sequent. & Rotam apud Gregor. XV. decis. 406, numer. 6, & per Adden. ibid. num. 19, & decis. 459, & ibi Adden. & decis. 217, in fin. pare. 5, rec. & apud Cutell. de donat. decis. 1, numer. 9, & dixi suprà rubr. 45, nu-*
23 *mer....* Qui autem intervenerunt in contractu præsumuntur esse proximiores, ut tradunt *Pir. Maur. de fideius. d. cap. 56, numer. 12, & Altograd. cons. 28, numer. 51, lib. 2,* & dixi pariter suprà *d. rubr. 45.* Et de-
24 bent esse maiores 25, anno, non autem minores, *Odd. de restit. in integr. part. 1, q. 2. art. 3, numer. 33, Tiraquel. de leg. connub. glos. 8, numer. 43, & sequent. Rota dec.*
25 *81, numer. 9, part. 6, recent.* Nisi tamen minor haberet discretionem, & ingenium, *Rota per Cenc. de cens. decis. 253, numer. 19,* maximè in subsidium *Costa in remed. subsid.*
26 *imperf. col. pen.* Quid si isti proximiores recusent consentire, vide *Menoch. de arbitr. casu 211, num. 6.*

27 Hoc statutum concedens minorem posse obligari cum solennitatibus enúciatis quod non tollat alii requisita de iure communi voluerunt *Adden. ad Gregor. XV. decis. 260, numer. 19, & Rota per Zach. de oblig. Camer. decis. 134, numer. 6, & apud Gregor. XV. decis. 406, numer. 4,* & apud *Torre de pact. futur. success. dec. 30, n. 6.*

28 Annus autem 25, annorum in minore debet esse completus in terminis huius statuti in quo agitur de favore minoris, & favor non est ei annum inceptum haberi pro completo, ut tradunt *Odd. de restit. in integr. part. 1, quæst. 2, art. 3, numer. 52, & Antonell. de temp. legal. lib. 4, cap. 1, num. 2, & 7,* addo *Gratian. discept. foren. cap. 946, numer. 31, part. 5,* contra *Grat. cons. 47, num. 9, & sequent. lib. 1,*

29 Neque dictum statutum habet locum in contractibus necessariis, sed solùm in voluntariis, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 151, numer. 21, Posthi. de subhast. inspec. 21, numer. 6, & inspect. 24, numer. 38, Altograd. cons. 21, numer. 30. lib. 2. Torre de pact. futur success. lib. 1, cap. 25, numer. 10, & Rota decis. 511, numer. 3, part. 2, recent. & decis. 262, numer. 5, part. 9, recent. tom. 1, & apud Merlin. de pignor. decis. 53, n. 6.*

30 Neque quando minor contrahit cum alio minore, quia privilegia conquassantur, *Laderch. cons. 66, numer. 1, & sequent. Adden. ad Gregor. XV. decis. 164. numer. 12, Rota decis. 557, numer. 1, & decis. 558, nu-*
31 *mer. 1, part. 1, diver.* Licèt contrarium quando statutum generaliter loquitur tenent *Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 152, numer. 54, Rot. apud Cardin. Ottob. decis. 215, numer. 4, & sequent.* Maximè quando unus agit de damno, & alius de lucro *Adden. ad Gregor. XV. ubi suprà, Rota apud Gregor. XV. d. decis. 164, numer. 6, & apud Cardin. Ottob. d. decis. 215, numer. 10, & sequent.* & not. etiam *Fenzon. in dict. cap. 152, numer. 54.*

32 Neque habet locum dictum statutum in alienatione bonorum minoris in piam causam, ut post *Bald. Ias. Calca. Anan. Bertach. Caph. & Tiraq.* per eam relatos firmat *Rota decis. 461, numer. 11. part. 1, recent.* Neque quando contrahit cum Ecclesia, *Caball. cons. 180, numer. 51, lib. 1, Caph. cons. 109, numer. 108. lib. 1,* plenè *Rota decis. 190, numer. 27, & sequent. part. 6, recent.*

Licèt in dicto casu esse attendendum quis agat de damno, seu de lucro inter privilegiatos firmet *Rota d. decis.* 190, *num.* 29, *& sequent.*

33 Statutum autem supradictum non habet
locum in contractu minori lucroso, & utili,
Rota decis. 177, *numer.* 3, *part.* 1, *& decis.*
545, *numer.* 4, *d. par.* 1, *& decis.* 678, *num.*
34 6, *d. par.* 1, *rec.* Dicta tamen utilitas debet
esse evidens, seu evidentissima, *Rota d. decis.* 504, *numer.* 16, *part.* 5, *rec. & in Anconit. nullit. concordiæ* 16, *Aprilis*, 1646,
coram R. P. D. Arguell. §. aliàs neque. Li-
35 cèt utilitatem minoris sine solennitatibus
statuti non validare illius contractum voluerint *Giovagnol. conf.* 27, *numer.* 12, *lib.* 2, *Gabr. conf.* 20, *numer.* 67, *lib.* 2, *Gratian. discept. forens. cap.* 27, *numer.* 1, *par.* 1, *& Pascal. de patr. potestat. part.* 1, *cap.* 6, *nu.* 21, *& sequent.*

36 Proximiores verò consanguinei non possunt consentire in contractu minoris si habeant in eo interesse, quando vocantur ad authorizandum actum, secùs si ratione præiudicii, *Addem. ad Rotam apud Greg. XV. decis.* 473, *numer.* 23, *Rota decis.* 380, *sub num.* 3, *part.* 1, *recent. & d. decis.* 473, *apud Gregor. XV. numer.* 10. Vel si habeant in
dicto contractu commodum, ut post *Bald. Ias. Paris. Tiraq. & Clement.* per eam relatos dicit *Rota decis.* 153, *numer.* 7, *part.* 1,
37 *recent.* Quod quidem interesse proximiorum debet esse certum, & considerabile, principale, non autem secundarium, ut declarant *Adden. ad Gregor. XV. d. dec.* 473, *numer.* 22, *& Rota apud Cardin. Seraph. decis.* 1003, *numer.* 7, *& decis.* 710, *numer.* 2, *part.* 1, *recent.*

38 Dum verò statutum requirit consensum, & præsentiam duorum consanguineorum unius consanguinei tantùm præsentia non sufficit *Rota apud Gregor. XV. decis.* 473, *numer.* 10, probato tamen quòd alii adessent consanguineo, ut dicit *Rota ibid.* Li-
39 cèt ex pluribus tutoribus, & curatoribus
datis unius consensus, vel authoritas sufficiat, ut tradunt *Gratian. discep. foren. cap.* 86, *sub numer.* 10, *par.* 1, *& Rot. decis.* 211, *numer.* 2, *part.* 2, *recent. & in Romana fideicom. de Corciar.* 16, *Martii* 1648, *coram Card. Corrado*, §. *quia solennitates, &c.*

40 Advertendum est etiam, quòd consensus ante statuto requisitus non potest præstari per epistolam, vel per procuratorem, *Tiraq. de legib. connub. glos.* 6, *numer.* 21, *& seq. Costa de scien. & ignor. cent.* 2, *dist.* 78, *in fin. Caroc. de locat. & conduct. part.* 2, *in tit. de mundual. ad Velle. numer.* 10, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 328, *numer.* 246, *& sequent. lib.* 1, qui cum *Tiraq.* ubi supra distingunt quinque casus, ut ibi per eum.

41 Solennitates verò dicti statuti non requiruntur quando minor se obligat non ex propria obligatione, sed uti hæres patris, *l.* 1, *in fin. C. quan. decr. opus non est, l. fin. C. de reb. cor. Rota apud Pnt. decis.* 195, *numer.* 2, *part.* 1, *& decis.* 153, *numer.* 2, *par.* 3, *&*
decis. 776, *numer.* 3, *part.* 2, *recent.* Putà per
42 solvenda dote ex obligatione defuncti, vel
vigore statuti, ut latè comprobant *Pacus ad Stat. Urb. lib.* 1, *d. cap.* 151, *glos.* 7, *num.* 257, *& Adden. ad Rot. decis.* 460, *numer.* 56, *sequent. & numer.* 217, *& sequens. part.* 4, *recent. tom.* 2, *Rota decis.* 145, *numer.* 3, *par.* 6, *recent. & in Ravenn. dotis* 11, *Aprilis*
43 1644, *coram Card. Corrado.* Nisi dotatio
esset excessiva, quia tunc uti læsus restitueretur in integrum, ut latè comprobant *Adden. ad Rot. d. decis.* 460, *numer.* 219, *& sequent.* Prout potest minor se obligare ad restitutionem dotis absque alia solennitate, *Gabr. conf.* 29, *numer.* 38, *lib.* 2 *Rota decis.* 511, *numer.* 4, *part.* 2, *recent. & decis.* 261, *numer.* 5, *par.* 9, *rec. tom.* 1.

44 Statutum verò supradictum, quòd minor non possit contrahere sine solennitatibus in eo præscriptis non habet locum in contractu pacis, ut not. *Farinac. de accus. quæst.* 15, *numer.* 15, *& sequent. Guazzin. de pact, part.* 1, *quæst.* 14, *num.* 16, *& sequent.* qui loquuntur maximè stante iuramento, dummodo statutum non præsumat illud dolo extortum, ut facit statutum nostrum, & dixi *Ego in Resolut. Crimin. in verb. Pax, resol.* 22, *n.* 4.

45 Habet tamen locum in donatione causa mortis facta per minorem, cum illa æquiretur contractui, ut docent *Crass. de success. §. donatio causa mortis, quæst.* 2, *numer.* 8. ubi testatur de communi opinione, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 329, *numer.* 5, *& Gratian. discept. forens. cap.* 975, *numer.* 20, *part.* 5, ubi testatur de veriori opinione.

46 Minor vigore dicti statuti non potest adire hæreditatem sine solennitatibus in eo præscriptis, *D. Deluca in Theatr. verit. & iust. tom.* 9, *in tit. de hered. & her dit. discur.* 14, *numer.* 3, *& discur.* 15, *numer.* 2, *Rota apud Rojas decis.* 285, *numer. . . & decis.* 129, *numer.* 4, *apud Card. Celsum.* Nisi
47 tamen hæreditas esset opulenta, quia tunc
non requiruntur solennitates, *Rota apud Merlin. de pignor. decis.* 4, *num r.* 15. ubi dicit, hæreditatem præsumi opulentam, ut ibi per eam.

48 Adde, quòd solennitates huius statuti
non

non requiruntur in renunciatione facta per
Monialem minorem in ingressu Religionis,
Adden. ad Rot. decis. 586, in fin. part. 5, recent. Caren. resol. 166, numer. 10, plenè *Rota apud Cardin. Ottobon. decis. 10, numer. 47, & 48,* & dixi *Ego latè alleg. foren. 50, numer. 50, & seq.* ubi alias retuli Rotæ Romanæ decisiones.
49 Utrùm verò procurator minoris teneatur
contrahere cum solennitatibus statuti dixi
suprà quoad procuratorem mulieris *rubr. 45, numer. 7, & sequent.* videas ibi.

ADDITIO.

50 ADvertè, quod licèt statutum supradictum, prohibens minorem se obligare sine solennitatibus, non habeat locum
regulariter in obligatione necessaria, ut declarant *Fenzon. Posthi. Altograd. Torre & Rota adducti in annot. ad dict. statutum num. 29,* videnda *singularis decisio. 136. par.*
51 *18, tom 1, recen.* dictam tamen limitationem
videtur habere locum in terminis huius
statuti nostri, utentis verbis universalibus
quoquo modo, quæ sunt ita generalia, ut
comprehendant etiam obligationem necessariam, ut post *Glos. Ruin. Rolan. & Card. Tusch. per eum relatos* firmat *Barbos. de diction. dictio. 334, num. 14,* cum quibus pertransit *Angel. Gabr. de diction. dictio. 221, num. 1.* cum dicta verba importent omne
modum, qui excogitare possit, ut tradunt
DD. prædicti, & ultra eos *Rota decis. 351, num. 10, par. 12, recen.*
50 In hac nostra Provincia per nostrum ius
municipale, & statutarium extat provisum
per *Const. 1, & 2, tit. de menors de 25. anys*
circa contractus, seu obligationes factas, &
fiendas per minores 25. annorum, habentes
patrem, sivè sint sub patris potestate, sivè
emancipati, aliter quam per matrimonium
53 (per quod contractum cum patris consensu
in hac nostra Provincia filius liberatur à
patris potestate *Cancer. var. 1, cap. 8, num. 89, & cap. 10, numer. 2. Fontanel. de pact. clau. 4, glos. 2, num. 38,* & latissimè *Giurba. Cutel. & alii citati per Baron. in addit. ad tract. de corpore tit. de manibus numer. 139, & sequent. Bossi. de patr. potest. cap. 1, num. 25, & cap. 2, num. 21, & alii* per me adducti
Rub. sequenti, num. 39, aliique quos novissimè citant *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal tom. 7, ad lib. 1, tit. 87, §. 6, numer. 98, & sequent. Ios. Altograd. tom. 2, controv. 78,*
54 *num. 22.* taliter quod matrimonio dissoluto
per mortem uxoris in patris potestate non
reincidit *Fontanel. dict. clau. 4, glos. 28, numer. 28, Ferrer. in const. los impuberts glos. 1. numer. 147, Bossi. de patr. potest. cap. 1, §. 3, num. 25,* novissimè *Pegas ad ordinatio. Reg. Portugal. tom. 7, tit. 87, glos. 8, ad §. 6, numer. 99.* ubi innumeros citat) quòd cum
patris consensu contrahant, quas constitutiones explanavit, deditque ipsis intellectus
noster Doctissimus Cancer. var. 1, cap. 1, per tot. & ideò ad ipsum recurre, ne scripta
tam celebris viri transcribere tenear.
55 Undè cum per nostrum ius municipale
circa minores 25. annorum, non habentes
patrem, non sit præventum, remaneat circa
ipsorum contractus observandum ius commune, secundum quod varia occurrerent
annotari, nisi tam extensè à *Baron. Gross. & aliis* per integros tractatus fuisset materia ista ventillata, & tractata, signanter à
citati per *Cancer. var. 2, cap. 1, numer. 265, Aylon. ad Gomez lib. 2, cap. 1, numer. 8, & cap. 14, numer. 2, Meli. ad Castill. cap. 63, per tot. Urceol. de transactio. quæst. 22, Fontanel. de pact. claus. 4, glos. 7, part. 3, num. 47, & per alios passim,* ad quos pro casus
occurrentia recurre, cum aliqua tantum
annotare sufficiat.
56 Itaque adest communis assertio inter
DD. quod contractus minorum initorum
absque solennitatibus, etiam statutariis,
possunt claudicare, & quòd habent implicitum statutum validitatis, & invaliditatis
respectu minorum, taliter quòd illi tantùm
volentibus contractus infringantur, secùs
autem nolentibus. *Rota Recen. decis. 531, numer. 3, & 4, part. 14, & in una Bononien. fideicommissi de Pepulis quæ est 169, part. 15, recent. num. 3, & in eadem coram Calataiũ quæ est 128, part. 16, recent. num. 18, & seqq.* quas refert *Eminen. De Luca de fideicommis. discurs. 179, num. 18. Rodoer. ad Marin. obser. ad cap. 6, num. 45, Ios. Altograd. contr. 10, numer. 15, & 20, & Saminiat. consil. 7, num. 40, & sequent. post 2, tom. contr. dict. Altograd. Bonden. Collect. legal. 36, num. 10,* ubi *Cancer. Fontanel. & alios* citat
Carol. Ant. De Luca ad decis. Vincen. de Franch. num. 1, Manfrella ad Capic. Latr. obser. 19, num. 6, Sperel. decis. 155, nu. 10, vers. Et etiam famosus novissimè *Pegas ad ordinat. Regn. Portug. tom. 7, tit. 87. glos. 30, ad §. 28, n. 26, Ciroch. discep. foren. 71, n. 46 Meli. observ. 9, nu. 26, & seq. & observ. 130, num. 3, Marot. discep. foren. cap. 26, à num. 58.* dicunturque voluisse quotiescunque so-
57 clusa contrarium non declaraverint; adeò ut
clausula approbatione contractus, sola taciturnitas minoris non tollit quin ad eorum
hæredes transmittatur ius dicendi de nullitate,

tate, quando nullitas obligationis à statuto inducitur pro iure, citatis *Cancer. Fontanel. Tondut. & alijs Rota Recen. decis.70, num.*
58 *3. & 4. part.* 19. paritérque quod possint cogi per alteram partem, quòd declarent, an velint stare contractui, an verò ipsum retractare malint *Bonden. dict. collect. 36, numer.*20, ubi *Cancer. & alios* citat *Capic. Latr. Merlin. & alij citati per dict. Altograd. dict. controv.* 10, *numer. 59, Capon. discep. foren, tom.3. cap.594. num.23.*
59 Hæc tamen DD. assertio non procedit in terminis nostri statuti continentis clausulas irritantes, resistentisque contractui, obligationi, actioni, & exequutioni, & ita cum ipsum non sit inductum ad favorem solùm minorum, sed æquè principaliter propter publicam utilitatem, ad evitandas fraudes, & captiosas circumventionum deceptiones, quæ contra minores, & eorum bona perversatos homines machinari solent, & non adsit statutum ullum impletum validitatis, non possunt claudicare favore minorum contractus initi absque his statutariis solennitatibus, ut latissimè ad partes, disputato articulo, tradit *dict. Ioseph. Altograd. dict. controv.* 10, *per tot.* sua dicta doctrinis *nostri Fontanel. & aliorum Modernorum* fulciendo, & cum ipso *Altograd.* hæc tenet *Eminen. De Luca de fideicom. discurs.* 179, *num.* 18. *& seqq.* ubi *modernas decis. Rot. Rom. & alios Doctores* citat, viden *Pilota ad Franch. de protestatio. addit. ad consid. 63, num* 1, *& seqq.*
60 Undè fit, quòd etiamsi minor vellet cum omnibus iis statutariis solennitatibus suum contractum ratificare, talis ratificatio solùm illum convalideret ex nunc in vim novi contractus, non autem ex tunc, & per consequens non posset fieri, invito altero contrahente, sed novus eius consensus necessarius esset *Altograd. dict. contro.* 10, *numer.47*, ubi plures citat *Pasqualig. ad Lauret de Franch. contro. inter Episcop. & Regular. part.* 1, *num.* 271, *Eminen. De Luca de dote discur.24, num.9, &* 15. *Quesada & Pilo controv.45, numer.*12, *& seqq. Merlin. contro.21, num. 7, & seqq. tom.*1, *Pilaia ubi supr.n.4, & seq.* ubi plura de hac ratificatione *Capon. discep.86, num.*13. *Mucci. quast. foren. quast.*1, *num.*10, *Hodiern. ad Surd. decis.70, num.* 1, *& seqq. Giurb. obser.* 85, *numer.* 22, *Actolin. resol.* 110, *num. 49, & sequent.*
61 Lapso autem quinquennio post completam minorem ætatem, minore tacente, & non conquærente, est pariter assertio dicens, contractum licèt nullum, venire ratificatum, & amplius de nullitate illius non posse dici *Barbos. Roc. & alii citati per Altimar. ad lib.2, consil. Rovit. observ.*13, *numer.38, Vrceol. consult. foren. cap.44, num.*22, novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.7, tit.87, glos. 30, ad §.* 28, *num* 15, *& seqq.* ubi *per tot. glos. & praceden.* Multa de alienatione bonorum minoris, & de con-
62 tractibus eorum; tamen hæc assertio plures patitur limitationes, nempè ut procedat solùm, ubi contractus est nullus ex defectu decreti, secùs si deficiant etiam aliæ solennitates à statuto requisitæ; pariter non procedit quando adest dolus per statutum præsumptus, & quando non probatur minorem postquam excessit minorem ætatem habuisse scientiam certam, & præcisam nullitatis, & doli, non solum facti, sed iuris, etiam contractus ab ipsomet minore gesti, *Vrceol. consult. foren. cap.44, num.* 23, *& seqq. & cap. 63, numer.* 31, *& sequent. Modern. Castald. consult. foren. cap.59, num.*10 *&* 11, ubi *Vrceol. & alios Modernos* citat pariterque *Modernos decis. Rot. Rom. & consult.* 84, *num.9, Olea & alii,* quos citat *Modernus*, ac *Doctissimus Altimar. de nullitatib. part.7, rub.14, & alter. num.7, Rodoer. consil. 46, num.17, cum sequent. Mels. observ. 85, num.4, & observ.89, num 36, & observ. 31, num.19, & observ.57, num.18, & seqq. Actolin. resol. foren.* 38, *num.* 20, qui hoc declarant *& resol.66, à num 21, & 110, numer.46, Bonden. Collect. legal. 29, numer.38, & 39, Cancer. var.2, cap.6, numer.* 101, *& var. 3, cap.3, num. 27, & 28, Ciarlin. contro. foren. cap* 233, *numer.47, & sequent, Gratian. discep. foren. cap.513, num. 11,* & ita fuit declaratum per Magnificum Iosephum Aleny, R. S. *die 6, Martii 1673.* Not. Cortes & Mercer, in causa Ioannis Vendrell, Agricolæ Sabadelli, contra Paulum Rojas Medecinæ Doctorem, & Paulam Rojas viduã; ad quod conducunt *Fontanel. de pact. clau.* 7, *glos.* 3, *part.* 13, *num.* 48, & 49, *Ciroch. discep. 53, numer.89, & seqq. & discep. 73, num.44, & seqq.* & ita recentet *Rota in una Anconitana Immissionis* 4, Junii 1674 *qua est 306, part.18, recen. tom.1, num.* 28, repetita post *Gallesi. de resti. in integr. Eminen. De Luca de dote discur.*21, *numer.* 7, *Giurb. Merlin. & alii citati à nostro Conciol. allegatio 6, num.*20.
63 Decretum autem adhibitum in contractibus minorum iuxta formam nostri statuti non potest supplere alios defectus; nam impositum ad unum effectum, & unum actum, non extenditur ad alium *Gratian. Menoch. & alii citati à Modern. Sabell. in summa divers. tract. lit. D. §. 8. num.*14.

quà-

64 quàpropter solennitates requisitæ, una non suppletur per aliam, sed omnes effectivè interponi debent *Modern. Castald. consult.*
65 *foren. cap.*3, *num.*2, & illæ necesse est quod ad specificum, & certum actum, & determinatum causam præstentur, & interponantur, taliter quòd Iudex, & proximiores debent in specie intelligere actum cui consentiunt, & ille authoritatem interponit *Bonden. Baron. Groff. & alii citati à dicto Modern. Castald. dict. consult.* 3, *numer.*3, Videndus ad omnia ista *Modern. Ioan. Torre de pact. futur. success. lib.* 2, *cap.* 32, *num.*1, *& sequent. ferè per tot.*

66 Hoc nostrum statutum, licèt in contractibus minorum causarum non desideret;tamen cum iure communi eam requirente se conformet, ex quo licèt de ea mentionem non faciat; tamen eam non tollit, & ita cùm de iure communi exigatur, censetur etiam ab ipso statuto exacta, ut in puncto statuti tenent *Groff. & alii citati per d. Modern. Castald. d. consult.* 59, *numer.* 4, *Tor-*
67 *re d. cap.* 32, *numer.* 255, *& sequent.* Et ita ipsa causa non suppletur per omnes aliàs solennitates, imò ea non existente, & vera, contractus corruunt, *Castald. d. consult.*59, *à numer.* 2, *Vrceol. d. consult.* 63, *à numer.* 11.

68 Quod contractus minorum facti absque iis statutariis solennitatibus non firmentur iuramento, ut tradit hic *noster Conciolus numer.* 3, tradunt *Vrceol. d. consult. foren.* 44, *numer.*4, *& sequent. & de transactionib. quæst.* 22, *numer.* 6, *& sequent.* & in terminis istius statuti Eugubini *Rota Recen. decis.* 3, *numer.* 7, *part.* 19, *Castald. d. consult.* 59, *numer.* 5, videndi *Torre ubi suprà d. cap.*32, *per tot.* ubi latissimè *Altimar. ad consil.*68, *lib.* 2, *Rovit. numer.* 16, *& sequent Carol. Ant. De Luca obser. ad decis.* 71, *Vincen. de Franch. num.* 1.

69 An Clerici ligentur activè, & passivè hoc statuto tradit latissimè suo doctissimo more *d. Vrceol. d. consult. foren.* 44, *num.* 28, *cum sequent.* ubi plures Modernos citat, videndus *Modern. Castald. consult. foren. consult.* 1, *numer.* 4, ubi *decis. Rota Rom. modernas* citat.

70 Hùc explananda veniebat materia restitutionis in integrum minoribus competentibus; tamen ex quo tam amplè à Doctoribus per integros tractatus est explanata, eam tractare prætermitto, dicam solùm, quòd quando hoc beneficium ex iustitia impartitur veniunt fructus percepti, & percipiendi, unàcum bonis, *Fontanell. de pact. clausf.* 4, *glos.* 12, *num.* 92, *& clausf.* 7, *glos.* 3, *par.*2, *numer.* 13, *Peregrin. & alii*, quos citat *Altimar. ad lib.* 1, *consil. Rovit. obser. ad consf.* 3, *numer.* 5. non autem quando impartitur ex gratia, *Modern. Autum. Portugal. de donatio. Reg. part.* 2, *cap.* 29, *numer.* 6, *& sequent. Altimar. ubi supr. numer.*22, ubi latè de his *per tot. obser. ad d. consf.* 3, *Rovit. Cyriac. Negnerol. & alii*, quos citat *Faria ad Covarrub. lib.* 1, *cap.* 3, *numer.* 97, & ita Regius Senatus referente Magnifico Ioanne de Colomer Regio Consf. die 14, Decembris 1677. Actuario Famada, in causa Operariorum, & Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Columbæ de Santelles Viten. Diœces. & Administratores piæ causæ fundatæ per Antonium Rovira, contra Siciliam Simò viduam, & Iacobum Ros Notarium Causidicum cives Barcinonæ, & etiam referente Nobili Christophoro de Potau die 4, Maii 1682. Not. Ferrer, in causa Rectoris, & Operariorum Ecclesiæ Sancti Cypriani de Lledò Gerunden. Diœces. contra coniuges Bernardum, & Mariam Coderch, in quibus fuit dictum in restitutione concessa Ecclesiæ iure speciali, & extraordinario, solùm venire pensiones cessæ à die petitæ restitutionis à cætero decurrendæ; non verò decursæ ante petitam restitutionem, sivè pensiones spectent Beneficiatis, sivè Ecclesiæ, ad quod videndi sunt *Xammar. def.* 103, *& Doctissimus Emanuel. Alvarez, Pegas ad lib.* 14 *ordinatio. Regn. Portugal. tom.*1, *ad proœm. glos.* 55. ubi de his restitutionibus gratiæ, ac iustitiæ latè tractat, & differentias inter unam, ac alteram cum solita sua doctrina adducit, ipsius sanè opera assiduè præmanibus habe, & à non pauco labore liberaris, ac toga Altissimo eum servet incolumen, ut possit ipsum opus perficere, ad totale regimen Reipublicæ, & iustitiæ ministrationem.




DE CONTRACTIBVS FILIORVMFAMILIAS.

Rubrica LVII.

PAri ratione Filiusfamilias Minor XXV. Annis existens in Potestate Patris, vel Avi non possit se obligate, vel aliquem Contractum facere sine præsentia, & consensu sui Patris, vel Avi, & si pro aliquo ipsorum obligari contigerit, sine præsentia, & consensu vnius saltem Consanguinei, proximioris, qui propio Iuramento affirmet, Minorem in bonis Parentum cautum esse. Idquè procedat etiam, si cum alio Filiofamilias contrahat, & liquidò constet bona, & pecunias pro quibus se obligavit ad eum cum effectu pervenisse, sed obligationes quæcunque ab eo, vel eius Fideiussore etiam principaliter obligato factæ, nullius sint roboris, vel momenti, etiam quòd obligatione Camerali, & Iuramento (quòd dolo, & fraude extortum censeatur) fuerint roboratæ: Nisi tamen sui Iuris effectus dictam obligationem confirmaverit, & emologaverit.

Excipimus autem, si Filiusfamilias Maior esset, vel de consensu; aut mandato Patris, vel Avi in cuius potestate sit, contraxerit, vel si acceptam pecuniam in rem Patris, vel Avi, sivè in id, quod oneribus Patris, vel Avi incumbit, verterit, aut si Mercator negocijs præpositus, sivè Institor sit, aut si seorsum à Patre habitet, & publicè pro Patrefamilias habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum conditum ad tollendas fraudes dicitur favorabile.*

Quid quid sit quando probibet aliquē se simpliciter obligare, num, 2.

3 *Statutum quod filius non possit se obligare sine consensu patris non comprehendit filiam.*

4 *Patris consensus in contractu filii requiritur ratione praiudicii, & num. 37,*

Non tamen in Cathalonia, sed ad integrandam personam filii ad contrahendum, num. 34.

5 *Proximior qui debet consentire in contractu debet esse maior 25. anno.*

6 *Pater fideiubens in contractu filii dicitur cōsentire.*

Fallit si statutum requirat consensum expressum, num. 7,

Et quando consensus requiratur pro forma, num. 8,

9 *Filiusfamilias potest obligari sine consensu patris pro exoneratione conscientia.*

Requiritur autem consensus patris etiā si se obliget alteri filiofam. num. 10,

11 *Pater potest consensum præstare ad proprium commodum.*

Intellige inspecto iure communi, n. 37,

Non autem in Cathalonia inspecto iure statutario, num. 35,

Benè tamen in contractibus filiorumfam. maiores 25, anno, num. 38,

Et fallit si statutum requirat patris authoritatem, ut in Cathalonia, num. 12, & dict. 35,

13 *Statutum requirens consensum patris in contractu filii non procedit in iis, in quibus pater non habet usumfructum.*

Benè tamen in quibus pater habet usumfructum; licèt filius circa proprietatem contrahat, num. 36,

Nequè comprehendit obligationem de iure permissam pro patre, num. 14,

15 *Statutum annullans iuramentum procedit in iuramento de solvendo.*

16 *Statutum requirens consensum patris, non habet locum in contractu iurato.*

Fallit si præsumat iuramentum dolo extortum, num. 17,

18 *Filiusfam. an possit contrahere cum patre, matre, & filiis.*

19 *Statutum requirens consensum patris non procedit in donatione facta Clerico pro Ordinibus.*

Ne-

Neque in renunciatione iuri de futuro; num. 20,

Fallit, ut num. 21,

22 *Filius dans de nullitate ob deficientiam consensus patris tenetur probare illius vitam.*

23 *Pater si est absens sufficit interponere in contractu decretum Iudicis.*

Et idem est si pater, & filius non benè conveniunt, num. 24,

Fallit si statutum requirat consensum patris, & decretum, num. 25,

26 *Contractus nomen in statuto extenditur ad omnes contractus.*

27 *Contractus filii sine consensu patris est nullus ipso iure vigore statuti.*

Itaut neque oriatur obligatio naturalis, num. 28,

29 *Statutum permittens filio contrahere quando est mercator intelligitur si contrahat ratione mercaturæ.*

30 *Filiusfam. habitando seorsum à patre quando dicatur haberi pro patrefamilias.*

31 *Filiifam. in Cathalonia, si non sunt uxorati, non possunt contrahere, etiam circa castrensia absque consensu patris.*

Licèt filiusfam. de castrensibus liberè possit disponere, num. 32,

33 *Pater est dominus peculii profectitii filii.*

39 *Filiusfam. uxoratus in Cathalonia liberè potest contrahere, etiam circa adventitia, cùm per matrimonium liberetur à patria potestate.*

40 *Vsusfructus patri in adventitiis filii competens finitur, matrimonio de illius consensu per filium contracto.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum prohibens filium familias minorem se obligare, nec aliquem contractum facere sine consensu patris, uti conditum ad tollendas fraudes dicitur favorabile, & est latè interpretandum, ut ex *Fenzon. Theod. Rub. & Rota* probavi *suprà in rubr. praceden. in prin.* Quic-
2 quid dicendum sit quando statutum simpliciter prohiberet, filium familias contrahere, & se obligare, ut facit *Statutum Romanũ rubr. 152,* quia illud diceretur odiosum, & correctorium iuris communis, cùm filiusfam. excepto mutuo, & voto obligetur ex omni contractu, *l. si filiusfamilias 38, ff. de actio. & oblig. l. tam ex contractibus, ff. de iudic. Ciriac. contro. 387, numer. 3, & 4.* & in his terminis tradit *Fenzon. ad stat. Vrb.*
3 *lib. 1, cap. 152, numer. 20, & 21.* ubi dicit non habere locum in filiafamilias, ut ibi per eum *numer. 6, & sequent.* cum quo concordat *Carpan. ad statut. Mediol. cap. 416, in prin. lib. 1.*

4 Qui quidem consensus patris non requiritur ad integrandam personam, sed ratione præiudicii, ut tradunt *D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 7, in tit, de alienat. & contrar. prohib. discur. 37, num. 27,* ubi testatur hanc esse magis communem opinionem, & receptam in *Curia, & in Rota* ita ut ille etiam ex intervallo accedere valeat, ut ibi per eum, & *Rota apud Dunoz. dec. 584, & dec. 649, num..*.

5 Proximiora autem qui debet consentire in contractu filiifamilias dum ille se obligat ad favorem patris, vel avi debet esse maior annis 25, & minor non admittitur *Odde. de restit. in integr. part. 1. quæst. 2, art. 3, numer. 33, Tiraq. de legib. connub. glos. 6, numer. 41, & sequent. Rota apud Cenc. de cens. decis. 72, numer. 3,* & vide adducta suprà in *rub. praced. num..*

6 Dicto tamen statuto requirenti consensum patris in contractu filii dicitur satisfactum si pro eo pater in dicto contractu fideiubeat, cùm implicita approbatio sufficiat, *Mangil. de evict. quæst. 61, in prin. & quæst. 92, numer. 4, Pir. Maur. de fideius. part. 2, sect. 2, cap. 4, num. 18, D. Deluca in Theat. verit. & iusti. tom. 7, in tit. de alien. & contrar. prohib. discur. 37, numer. 27,* & si in simul se obligent *Ciriac. controver. 292, nu-*
7 *mer. 5.* Nisi tamen statutum requirat consensum expressum, *Mangil. d. quæst. 92, numer. 5, Rota decis. 797, numer. 12, par. 1. diver. & apud Gregor. XV. decis. 384, nu-*
8 *mer. 7, & ibi Adden.* Neque quando consensus requireretur pro forma, quia debet esse expressus, *Mangil. de evict. d. quæst. 92, numer. 9, Adden. ad Gregor. XV. d. decis. 384, numer. 10,* latè *Tiraq. de legib. connub. glos. 6, numer. 5, & seq.*

9 Statutum supradictum non habet locum in obligatione filiifamilias facta pro exoneratione conscientiæ, *Rota in Rom. pecun. 7, Iunii 1641. coram Card. Cerro in fin.* ubi
10 habetur idem fuisse firmatum aliàs per Rotam, licèt illud habeat locum etiam si filius contrahat cum alio filiofamilias, ut habetur in hoc statuto, *Bero. cons. 179, numer. 1, & sequent, vol. 1, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416, numer. 31, Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 152, n. 53, & seq.*

11 Pater verò potest præstare consensum in contractu filii etiam ad proprium commodum, circumscripta contraria dispositione statuti, *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416, numer. 107, lib. 1, Merlin. controver. foren. cap. 99, & 100, cent. 2, Gait. de credit. in addit.*

addit. 3, *ad cap.* 3, *num,* 5, *& sequent. Ro-*
12 *ta decis.* 480, *num.* 3, *part.* 1, *rec.* Si tamen statutum requirat consensum, secùs si authoritatem, quia pater non potest authorare ad proprium commodum, sed requiritur decretum, *Carpan. Merlin. & Gait. ubi suprà*, & tradit etiam *Rota ubi suprà, & decis.* 218, *numer.* 7, *part* .2, *rec.* & comprobat *Cenci. de cens. quæst.* 15, *num.* 13.

13 Dictũ tamen statutum requirens consensum patris in contractu filii non comprehendat contractum filii initum super bonis, in quibus pater non habet usumfructum, ut not. *Gargiar. Inni. cons.* 2, *numer.* 100, *lib.* 1, *D. Delucain Theatr. verit. & insti. tom.* 7, *in tit. de alien. & contract. probib. disc.* 37, *numer.*27, *& sequent. & Rota apud Gregor. XV. decis.* 391, *numer.*2, & 3. Si tamen pater, vel avus recusent consentire quomodo sit agendum videas per *Menoch. de arbitrar. casu* 211, *n.* 6.

14 Quòd verò hoc statutum non comprehendat obligationem filio permissam pro patre tradit *Caravit. in pragm. de Senat. Maced.* §. 11, *numer.* 11, *&* 16, quem referendo sequitur *Rota decis.* 580, *numer.* 2, *in fin. part.* 1. *rec.*

15 Statutum prædictum annullans iuramentum procedit in iuramento de solvendo, de adimplendo, non autem de alio iuramento interposito quo ad renunciationem statuti, ac aliorum privilegiorum, ut *Paris. cons.* 97, *numer.* 18, *lib.* 1, *Gabr. cons.* 127, *numer.* 18, *lib.*1, *& Gratian. discept. forens. cap.*576. *numer.* 19, *part.* 3. Licèt contrarium sentiat *Rota apud Merlin. decis.* 155, *n.* 4.

16 Statutum de quo suprà licèt non comprehendat contractus filiifamilias iuratos, *Gratian. discept. foren. cap.* 27, *numer.* 30, *part.*1, *D. Deluca in Theat. verit. & insti. tom.* 7, *in tit. de alien. & contr. probib. discur.* 26, *numer.* 9, *& discur.* 29, *sub numer.* 13, *Rota* 165, *numer.* 2, *part.* 1, *rec.* Illos ta-
17 men comprehendit dum præsumit iuramentum dolo, & metu extortum, quod statutum facere potest, ut ex *Andreol. & Rota* probavi in *rubr. præced. numer.* 3. Non obstante etiam obligatione Camerali, ut habetur in hoc statuto, quæ opposita in instrumento evidenter nullo est nulla, & non potest exequi, ut not. *Galles. de oblig. camer. quæst.*3, *& ibi Zachi. & Fenzon. ad d. rubr.* 52, *stat. Vrb. n.* 85.

18 Utrum verò filiusfamilias possit contrahere sine dictis solennitatibus cum patre, matre, & filiis dixi *suprà rubr.* 45, *numer.* 9, *& sequent.* videas ibi quibus addo pro parte affirmativa, *Ciriac. contr.* 334, *n.* 24.

19 Statutum autem supradictum non comprehendit donationem factam Clerico pro ordinibus suscipiendis, in qua non requiruntur solennitates, secundum *Tiraq in l. si unquam in verbo Donatione largitus, numer.* 11, *C. de revoc. donat. Surd. decis.*290, *numer.* 20, *& decis.* 214, *numer.*15, *Gratian. discept. forens. cap.* 750, *numer.* 29, *part.* 4.

20 Nequè habet locum in renunciatione iuris de futuro, *Tiraq. in d. verbo Donatione largitus, numer.* 80, *& seq. & de legib. con-*
21 *nub. glos.* 5, *numer.* 31. Quod tamen non habere locum quando in statuto est expressa ratio imbecillitatis sexus, & ætatis in minoribus, cum possit adesse læsio in dicta renunciatione latè comprobat *Rota decis.* 723, *numer.* 12, *par.*2, *rec.* ubi plures dat concordantes, comprehenderet tamen filium se obligantem pro patre uti correo quando constat pecunias ad filium non pervenisse, *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 20, *numer.* 9, *ex Alex. cons.* 48, *lib.* 1, qui id non probat.

22 Addo prædictis, quòd filius qui dat de nullitate contractus celebrati sine consensu patris tenetur probare vitam patris, & non sufficit quòd quilibet præsumitur vivere usque ad centum annos, ut latè comprobat *Pascal. de patr. potest. par.* 1, *cap.* 6, *numer.* 11, *& sequent.* & quòd paternitas præsumatur, cum nemo nascatur sine patre, ut dicit *Fenzon. ad stat. Vrb. in d. cap.* 152, *n.* 91.

23 Si tamen pater est absens sufficit interponere in contractu decretum Iudicis, ut not. *Bald. in l. transactionem,* 35, *sub num,* 5, *& ibi Castr. num.* 5, *C. de transac. Borgn. decis.* 31, *numer.* 39, *par.* 1, *Carpan. ad stat. Mediol. lib.* 1, *cap.* 416, *numer.* 126, *& Rota decis.* 25, *numer.* 3, *part.* 9, *rec. tom.*1,
24 Et idem est si pater, & filius non benè conveniant, quia pariter sufficit decretum Iudicis *Rota ibi*, ubi dicit in fine, illud non esse necessarium super autem dicta mala cõvenientia non est standum assertioni filii, sed illa est probanda, *Rota post Pic. ad stat. Vrb. decis.* 36, *numer.* 8, *& sequent. & d. decis.*25, *numer.* 4, *& sequent.* ubi dat declarationem.
25 Quæ non habent locum quando statutum requirit consensum patris, & decretum, quia tunc patrem esse requirendum, & eo recusante alium Iudicem esse adhibendum dixit. *Rota d. decis.* 25. *numer.* 11, & *sequen.* ubi hoc benè declarat quomodo procedat.

26 Contractus nomen, de quo in hoc statuto generale est ad omnes obligationes, quò variis ex causis contrahuntur, ut comprobat *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.* 152, *nu-*
27 *mer.* 14, *& sequent.* Et stantibus verbis sta-

tuti

tuti *Sint nullius roboris, nec momenti*, contractus filiifamilias sine dictis solemnitatibus est nullus ipso iure, tradunt *Tiraq. in l. si unquam in verbo Revertatur, numer. 97, & seq. C. de revoc. donat. Mand. ad Reg. Cancell. 31, quaest. 11, numer. 6, & Fenzon. ad d. cap. 152, numer. 79, & sequent.* ubi dicit, filiumfamilias non posse huic statuto re-
28 nunciare, ut ibi per eum. Itaut neque oriatur obligatio naturalis, *Fenzon. d. cap. 152, numer. 39*, ubi quamplures dat concordantes, plenè *Adden. ad Rot. decis. 81, numer. 26, & sequent. part. 8, rec.* ubi quamplures refert *Rot. Rom.* decisiones, quas hic transcribere non oportet. &c.

29 Statutum autem supradictum permittens filiumfamilias contrahere quando est mercator habet locum quando ipse contrahit ratione mercaturae tantùm, *Franc. Becci.cons. 5, in fin. lib. 1, Genua de script. privat. lib. 4, in tit. de libr. de mercat. numer. 38*, plenè *Adden. ad Rot. decis. 345, num. 141, par. 9, rec. tom. 2.*

30 Filiusfamilias verò quando dicatur seorsum habitare à patre, & publicè haberi pro patrefamilias tradunt *Adden. ad Paisell. exped. 76, numer. 20, & sequent. Adden. ad Burat. decis. 584, numer. 19, & sequent.* benè *D. Deluca in Theatr. verit. & iustit. tom. 7, in tit. de alien. & contrac. prohib. discur. 37, numer. 11, & Rota apud Gregor. XV. decis. 182, per tot.* ipsos consulas. Quo verò ad alia suppleas ex annotat. in rub. praeceden.

ADDITIO.

31 Filii autem familias minores vigintiquinque annorum in hac nostra Provincia, ut dixi *rubrica praecedenti*, prohibentur per *Constit. 1, & 2. tit. de minors de 25, anys*, absque patris consensu obligati, ac contrahere, si uxorati non sint, & ita indistinctè nequeunt obligari, ac contrahere circa bona castrensia, ac quasi castrensia, profectitia, & adventitia, *Fontanell. de pact. claus. 4, glos. 7, part. 3, numer. 41, & seq.* licèt in castrensibus contrarium teneat *Cancer var. 2, cap. 1, n. 176.*

32 Ratio autem est, quia licèt filiusfamilias quo ad dicta bona castrensia, & quasi castrensia pro patrefamilias habeatur, & liberè de eis possit disponere, *Cancer. d. numer. 176, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 134, numer. 23*, novissimè *Ioann. Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap. 12, numer. 310, & sequent.* praecipuè *numer. 331, Pilaiae decis. canon. tom. 2, decis. 10, part. 4, numer. 113, Marta Medic. decis. Senen. in addit. ad*

33 *exam. 14, numer. 1, & 2.* Et regulariter quo ad quaecunque bona praeter profectitia (de quibus pater est dominus, *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 54, numer 15, & obser. 134, numer. 24,*) possit contrahere, & obligari absque consensu patris, praeterquam in mutuo, & voto, *Modern. Castald. consult. foren. consult. 1, numer. 1*, latissimè *Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. observat. 17, per tot.* praecipuè *numer. 1, & sequent. Fontanell. d. claus. 4, glos. 7, part. 3, numer. 48, Altimar. ad lib. 2, consil. Rovit. obser. 68, numer. 1, Autum. Portugal. de donationib. Reg. lib. 1, praelud. 2, §. 6, numer. 57*, ubi *Salgad. Hermosill. Valent. & alios citat Meli. obstrv.*

34 *foren. 43, numer. 18.* Tamen cùm nostrae Constitutiones iuri communi, sic dictanti, sint contrariae, & ita dictum consensum patrernum requirant ad integrandam personam filii, & non ad praevidendum praeiudicium patris, fit indè, quòd ipse consensus requiratur, tàm si filius contrahat circa bona adventitia, quàm castrensia, ac quasi castrensia; ex quo ipsa solemnitas solùm inspicitur, non autem persona, seu bona filiorum, prout fortiter, & acertimè latè disputato negocio tenet *noster Fontanell. d. claus. 4, glos. 7, par. 3, à d. numer. 41*, & quamplurimis citatis *Doctissimus Altimar. d. obser. 68, numer. 4, & sequent. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. observat. 134, numer. 15, & sequent.* novissimè *Ioan. Torre de pact. futur. success. lib. 3, cap. 12, numer. 375, & sequent.* maximè *numer. 379*, conducunt tradita per *Mastri. obs. foren. q. 2, per tot.*

35 Unde est, quòd pater in contractu cum filio suo acturo, nequit ad sui commodum, seu interesse praebere consensum, ut *innumeris Doctoribus citatis*, tradunt *Manfrell. d. obser. 134, numer. 30, & sequent. Altimar. d. obser. ad d. consil. 68, Rovit. lib. 2, à d. numer. 4, Cancer. var. 2, d. cap. 1, numer. 71, & 75*, & ita veniunt intelligendi *Doctores citati* per *Urceol. consult. foren. cap. 44, numer. 15, Rodoer. ad Marin. cap. 144, numer. 5, & sequent.* conducunt tradita per *Berlich. conclus. legal, part. 2, conclu. 17, numer. 27, & sequent. Actolin. resol. foren. 19, à numer. 6.*

36 Itaque de iure communi non potest filiusfamilias absque consensu patris, circa bona adventitia contrahere, ac ea alienare, hypothecare, aut aliter alicui oneri submittere; ex quo lex ipsi filio vetat omne commercium, tàm super usufructu, quàm proprietate, *Portugal. dict. lib. 1, praelud. 2, §. 6, numer. 58, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. d. 54, numer. 16, & obser. 134, numer. 25,*

Ciroch.

Ciroch. discept. 46, numer. 1, & latiùs *discep.*
37 *47, num. 5, & sequent.* tamen in contractibus circa dicta bona non requiritur dictus consensus pro integratione personæ filii ad contrahendum, sed ad evitandum præiudicium patris, & ob paternam reverentiam; quàpropter potest filius contrahere cum ipso patre absque ullo consensu, ac decreto, seu imò potest pater in ipsis contractibus, licèt ad sui commodum factis, consensum præstare, sicuti ipsi patri per filium mortis causa donare *Ioseph. Altograd. controver. foren. 78, numer. 48, & sequent.* nihil obstante, quod tradunt *Doctores citati* per *Cancer. var. 2, dict. cap. 1, numer. 72, & per Ciroch. dict. discept. 47, numer. 7, ac per Giurb. obser. 86, numer. 8,* ex quo solida videntur fundamenta *Altograd.*

38 Circa autem tradita circa Constitutiones nostras requirentes consensum patris ad integrandam personam filii, ut dixi, non procedunt in filiis maiores 25, annorum; ex quo eùm per *Const. ultim.* solùm provisum fuit circa filios existentes sub patris potestate, visum fuit providere ex solo respectu patriæ potestatis, & sic circa effectus ipsius, ac consequenter solum habitum fuit in consideratione præiudicium patris, quo in casu certum est posse patrem in contractibus inter eum, & filium consensum præstare, ad tradita per *Fontanell. dict. claus. 4, glos. 7, part. 3, numer. 59, & per Merlin. & alios citatos per. dict. Altimar. dict. obser. 68, ad lib. 2, consil. Rovit. numer. 8, & sequent. & per alios,* quos citat *Urceol. consult. foren. cap.* 44, *numer.* 16, conducunt tradita per *d. Torre in d. tractat. de pact. futur. succes. lib. 3, d. cap. 12, numer. 374,* & melius *à numer. 389.*

39 Unum nota, quòd licèt ab initio in dictis bonis adventitiis patri quæratur ususfructus, si tamen filius de consensu patris nubat liberè potest contrahere circa dicta bona, ac usumfructum eorum absque paterno consensu, quia ex quo per dictum matrimonium in hac Provincia liberatur à patris potestate, ut dixi in *rubrica praecedenti numer. 53,* & tradunt *citati per Manfrell. d. obser. 134, numer. 5, Bonden. collect. legal, 50, numer. 48, Maur. & Virgil. citati à Marta Medic. decis. Senen. in addit. ad exam. 14, numer. 12, Torre de pact. futur. succes. lib. 3, cap. 12, num. 309, Crespi. de Valdaur. obser. 108, numer. 3, Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 5, cap. unic. num. 37, & sequent. Giurb. de success. feud. §. 2, glos. 13, numer. 94,* videndus *Camerat. respons.*
40 *29, num. 4, & 6.* pariterque finitur dictus ususfructus, & applicatur proprietati filii, *Bonden. d. collect. legal. 50, numer. 49, & sequent. Merlin. controver. cap. 29, à num. 21, tom. 1.* fit indè, quòd cessante interesse patris, possit filius liberè absque ullo consensu contrahere, quod absque dubio in hac nostra Provincia procedit, attentis dictis Constitutionibus; ad quod consule *Doctissimum Torre in d. tractat. de pact. futur. succ. d. cap. 12, numer. 321, cum sequent.* præcipuè *à d. numer. 389,* ubi latè *Pilaia in decis. canon. lib. 2, decis. 10, peti. 4, num. 115, Ciroch. discept. 46, ferè per tot.*

DE LÆSIONE. *Rubrica LVIII.*

IN omnibus contractibus, & negociis, in quibus aliquis reperiretur læsus ultra tertiam partem eius, quòd agitur, sivè legitimè agendum esset; procedi possit ad rescissionem, & deindè liberum sit Emptori rem ipsam restituere pretio recepto, vel pretium supplere, præterquam in Subhastationibus faciendis, & cæteris casibus, in quibus expressè per præsentia Statuta læsus ultra dimidiam tantùm restituendus esset, & Iuramentum similiter censeatur dolosè extottum, & nihil operetur.

SUMMARIUM.

1 *Læsio ut rescindere valeat venditiones de iure communi debet esse ultra dimidiam.*
Cùm de iure communi liceat partibus se decipere in pretio infra dimidiam, n. 2.
Quod tamen non habet locum in foro conscientia, num. 3.
4 *Statutum circa læsionem in tertia parte non ligat Ecclesiam, nec Ecclesiasticos.*

5 *La-*

5 *Læsio debet considerari de tempore venditionis, & contractus, & numer. 6,*

7 *Rei venditæ in æstimatione est habenda ratio onerum dictæ rei, & n. 17,*

Et an de solo pretio pervento ad manus venditoris, num. 18,

8 *Læsio est plenè, & concludenter probanda.*

Quomodo sit probanda in terminis statuti Eugubini, num. 9,

10 *Statutum annullans iuramentum stante læsione quomodo intelligatur.*

11 *Remedium* l. 2, Cod. resc. vend. *& ex statuto non est exercibile contra tertium.*

Fallit in subsidium, num. 12,

Quod tamen declaratur, nu. 13,

Et procedit in omnibus contractibus ultrò citroque obligatoriis, nu. 15,

16 *Remedium* dict. l. 2, *an procedat in venditione annuorum redituum, & in thesauro in fundo vendito reperto.*

Et competat emptori, num. 19,

Et quomodo tunc læsio computetur, numer. 20,

21 *Fideiussor liberatur, venditione remedio, l. 2, rescissa.*

22 *Fructus sunt restituendi à die initi contractus, data enormissima læsione in venditione.*

23 *Libellus in actione* dict. l. 2, Cod. de resc. vend. *quomodo concipiatur.*

Et quomodo sententia, num. 24,

25 *Fructus in remedio* dict. l. 2, *à qua die sint restituendi.*

26 *Hypotheca extinguntur re vendita remedio* d. l. 2, *recuperata.*

Non tamen si dictum remedium per emptorem fuerit intentatum, n. 27,

28 *Læsio non dicitur probata per venditorem si probatio illius per emptorem obscuretur, ac superetur.*

ANNOTATIO.

MAxima cum ratione conditum fuit hoc
statutum, quòd in quolibet contractu,
& negocio, in quo intervenit læsio intra ter-
tiam partem sit locus rescissioni contractus,
1 quia licèt de iure communi non detur rescis-
sio contractus, nisi adsit læsio ultra dimi-
dium tantum ad tex. in *l. 2, & in l. si volun-
tate 8, C. de rescin. vendit.* & tradunt *Pinel.
de rescin. vendit. in 1, part. l. 2, cap. 1, nu-
mer. 1, & sequent. Fenzon. ad stat. Vrb.
lib. 1, cap. 53, num. 11, & P. Less. de iust. &
2 iur. lib. 2, cap. 21, dubit. 4, numer. 20.* Et de
iure communi liceat partibus invicem se de-
cipere in pretio infra dimidium ad evitan-
das lites, quæ sequerentur, si ex qualibet
læsione daretur rescissio iuxta tex in *d. l. 2,
& in d. l. si voluntate, 8. C. de rescin. ven-
dit.* & tradunt latè *Farinac. in fragm. cri-
min. litera D, numer. 30, & sequent.* ubi
quamplures dat concordantes, *& P. Lessi.
de iusti. & iur. d. dubit. 4, numer. 20.* Licèt
3 id non habeat locum in foro conscientiæ, ita
ut talis lædens teneatur læso ad restitutio-
nem, ut declarant *Farinac. in dict. fragm.
crim. litera D, numer. 43, & sequent.* ubi
testatur de magis communi opinione Legi-
starum, & Canonistarum, *P. Lessi. in d.
dubit. 4, numer. 21, & sequent. & P. Lai-
man. in Theol. Moral. lib. 3, tractat. 4, ca-
pit. 17, num. 5, & sequent.* ubi ponunt cau-
sas à d. restitutione excusantes.
4 Statutum autem supradictum uti laïcale
non ligare Ecclesiam, nequè personas Ec-
clesiasticas tradunt *D. Deluca in Theatr.
verit. & insti. tom. 7, in tit. de emption. &
vendit. discur. 25, numer. 8, & Rota dec. 58,
numer. 32, part. 6, recent. & apud Cardin.
Celsum decis. 391, numer. 5.* Quicquid quo
ad statutum Romanum, quod dici potest
Papale teneat *Fenzon. ad statut. Vrb. lib. 1,
cap. 154, num. 12.*
5 Quæ quidem læsio, de qua in supradicto
statuto considerari debet, & æstimari de
tempore venditionis, ut tradunt *Pinel. in l.
2, par. 3, cap. 4, numer. 5, Cod. de rescind.
vendit. & Rota decis. 532, numer. 14, &
6 decis. 580, numer. 9, par. 5, rec. tom. 2.* Et
de tempore contractus, *Rolan. cons. 59, nu-
mer. 29, lib. 1, Adden. ad Paitell. exped. 65,
numer. 14, & Rota apud Gregor. XV. decis.
553, numer. 3, & decis. 579, numer. 5.* In
7 qua æstimatione facienda pro detegenda læ-
sione est habenda ratio canonis, pacti de
retrovendendo, & simil. *Fenzon. ad stat.
Vrb. d. cap. 154, numer. 7, & sequent. Ad-
den. ad Paitell. exped. 6, numer. 61. D. De-
luca in theatr. verit. & insti. tom. 7, de em-
ptio. & vendit. discur. 44, numer. 19,* Et di-
8 cta læsio est probanda plenè, & concluden-
ter, ut probat *D. Deluca in Theatr. verit.
& insti. tom. 7, in tit. de emptio. & vendit.
discur. 24, numer. 2, & discur. 44, num. 17,
& Rota apud Burat. decis. 538, numer. 1,
9 & ibi latè Adden. numer. 22.* Quomodo ve-
rò sit probanda dicta læsio per agentem vi-
gore dicti statuti declarant *D. Deluca in d.
discur. 24, & discur. 44, ferè per tot. & Ro
ta d. decis. 532, per tot. & d. decis. 580, per
tot. in d. p. 5.*
10 Addo prædictis, quòd dictum statutum
annullans iuramentum stante læsione ultra
tertiam partem est intelligendum, quando
adest sententia, vel evidenter, & notoriè
con-

constat de læsione, itaut antequam de illa constet si objiciatur de periurio, necesse sit docere de absolutione à iuramento, ut declarant *Gabr. conf. 9, num. 5, & 6, lib. 2, Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap.154, numer.11, & Rota apud Gregor. XV. decis. 64, num. 8, & sequent. & ibi Adden. numer. 14*, & aliam declarationem ad dictum statutum affert *D. Deluca in d. tit. de empt. & vendit. discur. 25, num. 7.*

11 Ac etiam, quòd dictum remedium competens ex dispositione *l. 2, Cod. de rescin. vendit.* & seu ex supradicto statuto non est, non est exercibile contra tertium bonæ fidei possessorem, qui ex causa onerosa, & pro iusto pretio rem acquisierat, ut communiter firmant *Doct. in dict. l. 2, C. de rescin. vend.* collecti per *Barbos. ibid. numer. 133, Capic. Latro consult. 124, numer. 1, & 2, Hodiern. controver. 3, numer. 12, & seq. & D. Deluca in Theatr. verit. & insti. tom. 7, in tit. de empt. & vendit. discur. 25, nu-*
12 *mer.* 4. Quod tamen licet non habere locum in subsidium voluerint *Costa de remed. subsid.* 47, *sub numer. 1, & Andreol. controver. 97, numer. 1, & sequent.* qui dant
13 concordantes. Id tamen habet locum quando tertius acquisivit rem titulo lucrativo,& pro eodem minus iusto pretio, & læsivo, itaut dicatur esse in lucro, cuius ratione intrat subsidiaria æquitas, ut declarant *Andreol. d. controver. 97, numer. 3, Hodier. d. controver. 3, num. 17, & seq. & D. Deluca in d. discurs. 25, num. 5.*

ADDITIO.

14 Sanè confiteor, Lector benevole, quòd involutus in magno pelago materiæ læsionis, ob tam illius dilatatas habenas, decreveram nil annotare; cùm cuncta quæ hic dici possint, sint tam extensè à Doctoribus tractata, quod non remanet quid dicendum, quin millies non sit dictum, & tractatum; attamen nè sicco pede hoc mare transcendere effugiam, aliqua, styllo suscepto, adducam.

15 Igitur cùm in hac nostra Provincia Cathaloniæ nil sit super hac materia per ius nostrum statutarium provisum; in ea insequimur ius commune, & cum eo vivimus; undè est, quòd rescissio hæc propter læsionem procedit in cunctis contractibus ultrò citroque obligatoriis, ac in aliis, quos sigillatim referre esset nimis fastidiosum, ipsos, & materiam huius rubricæ, cum cunctis regulis, & limitationibus legere poteris penès *Doctores citatos per Aylon. ad Gom. lib. 2, cap. 14, numer. 21*, & latissimè hanc materiam tractant *Hermosill. ad Gregor. Lopez. in glos. 4, & sequent. leg. 56, part. 5, tit. 5, Faria. ad Covar. lib. 2, cap. 4, per tot. Hunni. Encycloped. iur. part. 3, tit. 17, per tot. Altimar. ad lib. 1, consil. Rovit. obser. 56, & ad lib. 2, obser. 38, Olea de cess. iur. tit. 4, quæst. 3, numer. 2, & sequent. Valeron. de transact. tit. 6, quæst. 2, per tot. & alii*, quos novissimè citat *Manfrell. ad Capic. Latro obser. ad decis. 149, numer. 2, & sequent. & alii innumeri citati per Pegas resol. foren. cap. 7, à numer. 73, Rodoer. consil. 7, per tot.* maximè *numer. 14.* ubi tradit de donatione remuneratoria, & correspectiva, *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 185, numer. 1, & sequent. & ipsemet Carol. Anton. De Luca, Vrceol. Manfrell. Cancer. Fontanell. Barbos. in cap. Cùm dilecti de emptio. & vendit. Quesada & Pilo controver. 18, numer. 16, & sequent. & alii Moderni*, quos citare brevitatis causa omitto; ad hos recurre.

16 Non tamen desinam tibi indicare duas quæstiones celebres in hac materia tractatas, unam scilicet, an læsio ista procedat in venditione annuorum redituum, maximè vitalitiorum, alteram an venditori remediū *leg. 2, Cod. de rescind. vend.* competat reperto thesauro in fundo vendito per emptorem, primam cum copiosa allegatione Doctorum tractat *Doctissimus Altimar. ad Rovit. lib. 2, obser. 38, numer. 10, cum seqq.* alteram cum æquali Doctorum allegatione, & doctrina tractat *Doctissimus Anton. Portugal. de donationib. Regiis part. 3, cap. 13, numer. 75, cum sequent.* quæ duo nostræ Iurisprudentiæ Luminaria sufficiunt ad non ultra quærendum; ipsos lege, & consule.

17 In læsione hac, attendenda venit ratio habenda onerum rei venditæ, ut hic tradit noster *Conciol. numer. 7*, & adducunt *Altimar. ad decis. 73, Rovit. à num. 1, Carol. Anton. De Luca ubi proximè num. 10, Bonden. collect. legal. 31, numer. 40, & sequent.*
18 *Pegas d. cap. 7, numer. 75.* Tamen an sit ratio habenda de solo pretio ad manus venditoris pervento, seu etiam onerum præter pretium per emptorem accollatorum, sivè ea ipsimet venditori præstentur, sivè extraneo, ardua est quæstio, quam extensè tractat *Doctissimus Botiller. dissert. 18, per tot.* ubi multa de laudemio, & gabella adducit, an si de eis habenda ratio ad læsionem detegendam, & certè eam sic examinatam hùcusque non legi; ipsum, & *Modern. Carol. Anton. De Luca ad discep. Gratian. ad c. 343, n. 4, Canc. & alios* citantē, consule.

19 Be-

19 Beneficium autem *dict. l. 2*, circa læsionem est compertum emptori pariter competere, *Hunni. d. par. 3, tit. 17, cap. 1, numer. 7, & sequent. & cap. 2, numer. 2, & sequent. Bonden. colluct. legal.* 31, *numer.* 26, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 18, *numer.* 36, *Vrceol. consult. foren. cap. 3, numer. 1, Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser.* 225, *numer. 3, & obser.* 243, *numer.* 1, *Fontanell. decis.* 67, *numer.* 5. ardua tamen
20 inter Doctores est disceptatio, quomodo pro parte emptoris sit hæc læsio computanda, an sicuti computatur quando venditor dictum remedium *d. l.* 2, intentat, aut aliter, quam quæstionem latè disputant *Doctores suprà citati*, maximè *Vrceol. d. consult. 3, numer.* 34, *& sequent. & in append. prim. ad d. consult. 3, à numer.* 35, *Hunni. d. locis, Fontanell. d. decis. 67, numer. 12, & sequent. & decis. 62, numer. 1, & sequent. Bonden. colluct. legal. 31, numer. 26, & seq. Carol. Anton. De Luca d. obser. 225, & 243, Modern. Pacion. d. cap. 18, à numer. 39*, tamen Ego ut minimus, si meum sensum præbere auderem, non discederem à opinione communiter recepta dicti *Modern. Pacion.* tradita *numer. 48*, nempè quòd venditore valente 10. pro 16. intret dispositio *d. l.* 2, ex parte emptoris, & ipse dicatur læsus ultra dimidiam iusti pretii, ob rationes à dicto *Pacion.* ponderatas, quas æquas, & iustas cen-
21 seo; & ita emptori competere procedit, quod rescisso sic contractu iuxta *d. l.* 2, per emptorem, liberatur fideiussor ab eo datus pro solutione pretii; ex quo dictum beneficium à emptore obtentum fideiussori prodest *Cabalin. Maur. Mangil. Meli. & alii citati per Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 50, num. 5, vers. Ideò si reus, &c.*

22 Dispositio autem *d. l.* 2, non intrat, nec procedit stante enormissima læsione (hoc est in duobus partibus ex tribus iusti pretii rei venditæ, ut communiter tenent *Doctores citati à Valeron. de transact. tit. 6, quæst. 2, numer. 47,*), imò emptori electionem à dicta lege tributam denegatur, ac propterea est talis contractus nullus ipso iure, veniúntque fructus restituendi percepti, & qui percipi potuerunt à die initi contractus, non obstante iuramento in venditione apposito, renunciationéque speciali ad id facta, *Cancer. var. 1, cap. 13, numer. 43, Fontanel. decis. 66, numer. 12, & 20*, & iis citatis, *Rodoer. ad Marin. ad cap. 153, numer. 2, & sequent. Hermosil. glos. 8, leg. 56, tit. 5, par. 5, numer. 10*, ubi *Fontanell. de pact.* citat *Modern. Castald. consult. foren. consult. 19, numer. 9, & sequent.* ubi *Marin. Andreol. Mesa, & alios Modernos* citat *Olea. de cess. iur. tit. 2, quæst. 1, numer. 51, & sequent.* & novissimè *in addit. ad d. tractat. ad tit 3, quæst. 3, numer. 12*, & quamplurimis citatis *Faria ad Covarrub. lib. 2, cap. 4, numer. 33, Modern. Pacion. d. tract. de locat. & conduct. d. cap. 18, numer. 20, & sequent. Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 495, numer. 6, & 496, numer. 2, & 3*, ubi *Cancer. Fontanell. & alios* citat *Noguerol. allegat. 28, numer. 109, Barbos. in cap. Cùm dilecti, 3, de emptio. & vendit. num. 23, Aylon. ad Gomez. lib. 2, cap. 2, numer. 25, Pansut. controver. 22, numer. 30, et sequent. et alii*, quos citat *Pegas d. cap. 7, numer. 77, & 79.*

23 In actione autem *huius l.* alternativè concipitur libellus, ut emptor rem restituat, aut iustum pretium solvat, ut citatis *Gail. Marin. Ciarlin. Ciroch. et aliis* tradit *d. Luca ad Franch. d. obser. 495, numer. 2.* Sententia
24 autem in hac actione quomodo concipi debeat, tradunt *Fontanell. decis. 68, à numer. 13, & 20*, & aliis citatis *d. Carol. Ant. De Luca d. obser. 495, num. 5.*

25 An autem emptor, aut venditor respectivè remedium *huius l. 2*, intentantes, eligentes rem restituere debeant, fructus pariter restituere, saltim à die motæ, seu contestatæ litis tradunt *Cancer. var. 1, cap. 13, numer. 48, Fontanell. de pact. claus. 7, glos. 2, part. 5, numer. 10, et sequent.* & iis, & aliis citatis *Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 496, numer. 1, et seq. Hermosill. glos. 8, leg. 56, tit. 5, part. 5, numer. 1, et sequent.* & latissimè *Aylon. ad Gomez. lib. 2, cap. 2, numer. 25, & alii quamplurimi citati à Barbos. d. cap. Cùm dilecti, 3, de emptio. et vendit. numer. 31, vers. An autem, Hunni. Encycloped. iur. part. 3, tit. 17, cap. 3, numer. 10*, quos consule.

26 Pro coronide præscinde, quòd licèt apud *omnes Doctores* in confesso sit, quòd res restitui electa per emptorem in hoc iudicio *dict. l.* 2, revertatur ad venditorem libera ab omnibus oneribus, & hypothecis contractis per emptorem, *Salgad. in labyr. credit. part. 2, cap. 9, numer. 82, Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. dict. obser. 496, numer. 1, Hermosill. glos. 1, leg. 67, numer. 9, Giurb. Cutel. Ciriac. Noguerol. Merlin. Acosta, et alii citati per Balmaseda de collect. quæst. 84, numer. 12, et alii passim*;
27 Hoc tamen non procedit respectu emptoris intentantis dictum iudicium *d. l.* 2, quia si venditor nolit restituere partem pretii, sed vult quòd res sibi restituatur, restituto pretio per eum recepto, tum pignus non ex-

tinguitur, nec resolvitur, sed emptor qui vult in causa obtinere, debet rem liberam venditori tradere, aliàs ab agendo repellitur; & id ex quo contractus non dicitur ex causa necessaria resolutus, sed ex voluntaria ipsius emptoris, qui de rescissione contractus vult agere, *Hermosill. d. glos. 1, leg. 67, tit. 5, par. 5, num. 8.*

28 Scias tamen, quòd in hoc iudicio rescissionis in vim *d. l. 2, Cod. de rescind. vend.* & si per venditorem læsio tribus testibus sit concludenter probata, si per emptorem reũ, maiori numero testium, qui magis informati deponant, & veriores scientiæ rationes reddant, probatur non adfuisse læsionem, & sic superatur, & obscuratur probatio actoris, tenetur Iudex declarare læsionem non adfuisse, silentiúmque actori imponere, & reum à petitis absolvere, *Hermosill. ad Gregor. Lopez. in l. 56, tit. 5, part. 5, glos. 6, numer. 168, Mascard. de probatio. conclu. 1404, numer. 12, tom. 4, Capic. Latr. consult. 35, numer. 100, Castill. de aliment. cap. 36, §. 2, numer. 83,* & iuxta hæc fuit decisum in nostro Regio Senatu, refutata doctrina *Noguerol. allega. 18, numer. 32,* referente Magnifico Raphaele Nabona Regio Senatore in causa Michaelis Desclapès Villænovæ de Palafolls, contra Franciscum Sala & Alemany domicellum, ad cuius favorem facta fuit declaratio die 22, Octobris 1677. Scriba dictæ causæ Preve.

DE FIDEIUSSORIBUS. Rubrica LIX.

QVi pro alio insolidum, ac uti principalis fideiusserit, etiam si beneficio solidi, sivè Auth. Præsente, C. de fideiuss. tacitè, vel expresse non renunciaverit, ac de tali beneficio certioratum esse non appareat, possit antèquam principalis debitor executiatur, conveniri, & cogi implere promissa, nisi tamen expresse stipulatum sit, se uti simplicem fideiussorem obligari, & in omnem casum, teneatur principalis eum indemnem conservare: Et Creditor habens debitorem, & fideiussorem ex eadem re, vel causa in specie, uel quantitate obligatos, possit contra quem voluerit procedere, & iudicio contra unum cœpto, & pendente contra alium expediti, & utrumque simul, donec sibi de suo credito fuerit integrè satisfactum convenire.

SUMMARIUM.

1 *Fideiussor non potest à creditore conveniri, nisi excusso Principali debitore.*
Etiam si se uti principalis, & insolidum se obligaverit, n. 2.
Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3, & 12.
Etiam si fideiussor offerat suis sumptibus excussionem fieri, num. 13,
Et maximè stante obligatione Camerali, num. 4,
Fallit si fideiussor expresse dicto beneficio renunciavit, n. 5.
Utrum verò sufficiat renunciatio omni legum auxilio remissivè, num. 6,
7 *Fideiussor dicitur obligatus uti principalis, quando se obligat omni meliori modo cum iuramento, & obligatione Camerali.*
8 *Fideiussor debet conservari indemnis, etiam si non sit actum.*
Etiam si de solutione aliter non appareat, quàm per confessionem, n. 19,
Quid verò importet promissio indemnitatis remissivè, num. 9,
10 *Creditor agens contra fideiussorem potest variare.*
Cùm in exequutivis sit licita variatio, numer. 11,
14 *Fideiussoris obligatio se insolidum, & principaliter obligantis, nulla existente obligatione principali est nulla.*
Contrarium tenent alii, num. 16,
Et ut certius stabilitur, num. 17,
15 *Obligatione Universitatis nulla existente, an sit nulla obligatio singularium, nomine proprio, & ut principalium, & insolidum se obligantium.*
18 *Hypotheca fideiussoris contra bona principalis debitoris à qua die incipiat.*

AN-

ANNOTATIO.

1 Fideiussor quod habeat beneficium à iure, quod non possit à creditore conveniri nisi excusso prius principali debitore est text. *in auth. præsente C. de fideius.* & tradunt *Pir. Maur. de fideiuss. part. 2, sect. 6, cap. 3, n. 11, & seq. Fenz. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 155, n. 1*, ubi dicit, ita servari in practica, nisi adsit consuetudo, vel statutum, in contrarium, ut ibi per eum, & *Calvin. de æquitat. lib. 2, cap. 185, num. 26, & sequent.* Quod quidem beneficium fideiussori competens aliquando vocatur beneficium *nova Const. de fideiussoribus*, ut dicit, *Spec. de renunc. §. 1, numer. 10*, aliquando vocatur *beneficium Iustiniani*, ut dicit *Thesaur. decis. 166, in princ.* aliquando *beneficium Ordinis*, *seu de principali prius excutiendo*, ut dicit *Afin. de execut. cap. 2, numer. 13*, & prosequitur *Pir. Maur. de fideiuss. part. 2, dict. sect. 6, cap. 3, numer. 5*, nec non *Calvin. de æquitat. dict. cap. 185, num. 20.*

2 Et dictum beneficium habere locum etiam si fideiussor se principaliter, & insolidum obligaverit, voluerunt *Cenci. de cens. quæst. 74, numer. 15.* ubi quamplures adducit ita sentientes, *Thesaur. in d. decis. 166, numer. 2. vers. Verum, &c.* ubi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem, & secundum illam fuisse in illo Senatu iudicatum, & alii plures relati per *Pir. Maur. de fideiuss. dict. sect. 6, cap. 3, numer. 38.*

3 Licèt contrariam opinionem imò fideiussorem, qui se principaliter, & insolidum obligavit non gaudere beneficio Ordinis, & *d. auth. præsente C. de fideiuss.* tenuerint quamplures Doctores, quos refert *Pir. Maur. in d. sect. 6, cap. 3, numer. 33*, & ultra eos *Paitel. exped. 37, num. 10, Fachi. controv. iur. lib. 8, cap. 54, per tot. & Calvi. de æquit. d. cap. 185, numer. 53, & sequent. &*

4 *numer. 76.* Maximè stante Obligatione Camerali, ut not. *Pir. Maur. d. cap. 3, num. 4, & Zachi. de oblig. camer. quæst. 32, num. 9.* ubi quamplures dat concordantes, & *Rota decisiones* adducit, *Cenc. de cens. d. quæst. 74, sub numer. 20, & Rota coram Card. Ottob. decis. 169, in princ. & apud Merlin. de pign.*

5 *decis. 115. numer. 7.* Et quando dicto beneficio excussionis renunciavit expressè, ut not. *Cenc. de cens. d. quæst. 74, numer. 20, Ant. Gomez. var. resol. tom. 2, cap. 12, numer. 2, Gail. pract. observ. lib. 2, observ. 27, num. 20. & sequent. & Calvi. de æquit. d. cap. 185,*

6 *numer. 66.* Utrum verò ad excludendum dictum excussionis beneficium sufficiat renunciatio omni iuris, & legum auxilio vide *Barbos. de claus. claus. 133, numer. 1, & Theod. Rube. in sing. Rota Romana tom. 2, de claus. claus. 680, numer. 11.* qui tenent

7 quòd sic, Dicitur autem fideiussor se obligare uti principalis quando se obligat omni meliori modo, cum obligatione Camerali, & iuramento, ut declarant *Cenc. de cens. d. quæst. 74, num. 11, &* benè comprobat *Rota in Rom. Salvian. 26, Aprilis* 1641, *coram R. P. D. Dunozetto §. Præsertim, &c.*

8 Quòd autem principalis teneatur conservare indemnem fideiussorem, licèt indemnitas expressè in Instrumento per eum promissa non fuerit, cùm id sit de natura contractus fideiussionis, docent *Cens. de cens. quæst. 52, numer. 6, Gratian. discept. foren. cap. 130, numer. 24, part. 1, & Pir. Maur.*

9 *de fideius. par. 1, sect. 3, cap. 17, num. 7.* Quid verò importet promissio indemnitatis tradunt *Pir. Maur. de fideiuss. d. cap. 17, per tot. Mangil. de evict. quæst. 34, numer. 16, & seq. & Rota apud Card. Celsum decis. 152, in princ. & Posthi. de manut. observ. 12, numer. 132.*

10 Sicuti etiam quod creditori agenti contra fideiussorem liceat variare de principali ad fideiussorem, & de fideiussore ad principalem uti habetur in hoc statuto tradunt *Pir. Maur. de fideiuss. part. 2, sect. 10, cap. 79, numer. 1, & sequent. & Rota decis. 161,*

11 *numer. 4, part. 6, recent.* Cum in executivis electio unius remedii non præcludat etiam aliis quando per primum creditori non est satisfactum *Pir. Maur. d. cap. 79, numer. 2, & seqq. Rota d. decis. 161, numer. 4, & seqq.* Et videtur, quod possit etiam utrumque convenire iuxta not. per *Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 156, num. 1.*

ADDITIO.

12 Fideiussoris autem obligatio, se obligantis tanquam principalis, & insolidum excussionem excludit, ut tradit hic *noster Conciolus num. 3, & sequent.* & latissimè *Andreol. controver. 52, num. 2, & sequent.*

13 etiamsi fideiussor offerat suis sumptibus excussionem fieri, *Andreol. d. controver. 52, numer. 11, vers. Ex quibus, &c.* & eo citato *Carol. Ant. De Luca animadver. ad discep. Gratian. cap. 122, numer. 15, vers. Quidquid tamen, &c. & vers. Advertendum est, &c. Hunni. Encycloped. iur. par. 3, tit. 5, cap. 3, numer. 39, Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 34, numer. 2*, quamvis ipse cum magna copia *DD. num. 3*, contrarium teneat.

14 Intricata sanè est quæstio, an in casu huius fideiussionis principaliter, & insolidum, nullitas obligationis principalis causata non solum propter speciale ius personæ ipsius principalis, sed etiam propter aliud à iure communi proveniens, influat nullitatem in ipsam fideiussionem sic principaliter, & insolidum stipulatam, & ita nulla existente dicta principali obligatione, corruat pariter obligatio fideiussoris principaliter, & insolidum se obligantis; in qua sanè quæstione varii sunt Doctores, maximè in casu quo constat ad dictum principalem pervenisse utilitatem negocii, *Rodoer.* autem *cum innumeris Doctoribus per eum citatis in addit. ad cap. 191, Regent. Marin. num. 1, Hering. Merlin. Reg. Latr. citati à d. Luca d. cap. 122, num. 4, Hodiern. controver. 44. à numer. 10, cum sequent. Bonden. collect. legal. 15, numer. 30, Nogucrol. Scacc. Marin. & alii citati à dict. Rodoer. consil. 13, numer. 22, & sequent.* novissimè *Borgia investigatio. contra Fabr. tom. 2, lib. 11, cap. 1, numer. 1, & sequent. & alii quamplurimi* tenent partem affirmativam; ex quo per istas clausulas non alteratur natura fideiussionis, quam adducit *Cancer. var. 2, cap. 1, numer. 62.* moventúrque ad id diversis textibus, & rationibus ponderatis per *d. Rodoer. d. cap. 191, numer. 3. & sequent. & per d. Hodiern. d. loc. cit.*

15 Undè tenentes hanc affirmativam opinionem inferunt, quòd nulla existente obligatione Universitatis, annuos census, seu introitus vendentis, propter defectum Regii assensus, seu aliter, nulla pariter existit obligatio particularium, & civium accedentium uti fideiussorum, etiam principaliter, & insolidum se obligantium, ac proprio nomine, sicque eos non posse molestari, nec conveniri; tanquam nulla sua obligatio, & ita ex *Cavalc. decis. 31, numer. 23, & seq. Capiblanc. de Baronib. super pragm. 12, cap. 83, Anna. alleg. 17,* tradit *Reg. de Marin. lib. 2, resol. 59,* & faciunt adducta per *Merlin. de pignorib. lib. 4, quæst. 70, numer. 33,* & tradit *Rota Recent. decis. 95, numer. 8, par. 14.*

16 Negativam autem opinionem, quòd non sint liberati dicti fideiussores sic principaliter, & insolidum se obligantes, nulla existente obligatione principalis, ita quod ipsarum obligatio valida remaneat, nec principalis nullitas in fideiussorem sic obligatum influat, tenent, ac defendunt inspecto iure communi, & seclusa aliqua statutaria dispositione, acerrimè *Doctissimus Beriller. dissert. 9, per tot,* maximè *numer. 1, vers. Nihilominus,* ubi plures citat *Bonden. d. collect. legal 15, numer. 32, Carol. Anton. De Luca ad Gratian. d. cap. 122, numer. 7, & sequent. Cancer. var. 2, d. cap. 1, numer. 62, Fontanell. de pact. clausf. 4, glos. 7, part. 1, numer. 42, & decis. 472, numer. 3, & seqq. Marin. allegatio. 147, numer. 9, Rovit. Marescot. & alii citati per d. Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 400, numer. 10, Altimar. ad decis. Rovit. obser. ad numer. 10, decis. 19, vers. Alia quæstio est, &c.* ubi plures citat *Rodoer. d. consil. 13, à numer. 26,* maximè *numer. 41.* ubi expressè tenet se recedere ab opinione quam tenuit *in d. cap. 191, Reg. Marin. Bonden. collect. legal. 2, numer. 7,* ubi plures citat *Merlin. de pignorib. d. quæst. 70, numer. 31, & sequent.* & latissimè *Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 50, numer. 26,* ubi *Fontanell. Petr. Mesa. & alios* citat *Zachia de obligatio. Cameral. quæst. 3, numer. 22, & sequent. Saminiat. post tom. 2, controver. Ioseph. Altograd. consil. 7, numer. 33, & seq. Berlich. conclus. legal. part. 2, concl. 23, numer. 4, Stayban. & Gratian. citati à dict. Borgia in d. cap. 1, num. 13,* qui omnes moventur variis rationibus, una principali; quia licèt quo ad ipsum principalem pro quo fideiusserunt, & ad quem utilitas negocii pervenit, se habeant uti fideiussores; tamen quo ad creditorem se habent uti principaliter obligati, & correi, & sic eorum obligatio se habet tanquam principalis, & per se subsistens, *Altimar. ad lib. 3, cõsil. Rovit. obser. 34, numer. 1, Bonden. collect. legal. 2, numer. 7, Giurb. obser. 74, numer. 22, Eminen. De Luca de credit. & debit. discurs. 7, numer. 6, & de feud. disc. 100, numer. 2, & discur. 101, numer. 8,* ubi *num. 9,* hæc declarat, & per tres casus segregat, *& de dote discurs. 29, numer. 6,* ad quæ videas *Arias de Mesa var. resol. lib. 2, cap. 13, per tot.* latè hanc quæstionem per casus segregantem, ac distingentem, *& cap. 14, numer. 4, & seqq.*

17 Quàpropter est ex iis rationibus magis communis, & certa opinio, iure communi inspecto, quòd isti fideiussores tanquam principales nomine proprio, & insolidum se obligantes favore Universitatis tenentur; & subsistit eorum obligatio, licèt principalis dictæ Universitatis sit nulla ex defectu licentiæ, seu assensus, aut aliæ solemnitatis à iure communi requisitæ, *Eminen. De Luca de regalib. discur. 98, tom. 2, & 3,* ubi *Marin. & diversas decis. Rota Rom. modernas* citat *P. Affict. controver. 12, numer. 4, & sequent. Capic. Latr. consult. 190, nu. 53,*

&

& sequent. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. cap. 122, num. 9, & ferè per tot. cui opinioni me subscribo.

18 Nota unum, quòd hypotheca fideiussoris ortum habet à die, quo se obligavit pro debitore, & indemnitatem stipulatus fuit, non autem à die quo solvere coactus fuit, *Ciriac. controver.* 110, *numer.* 11, *Rot. Rom. in una Boaonien. census coram Albergat. quæ est 34, post Oleam. de cess. iur. sub num.* 7, & iis citatis *Modern. Castald. consult. foren. 40, numer.* 1, novissimè *Borgia investigatio. centr. Fabr. tom.* 2, *part.* 4, *lib.* 16, *cap.* 10, *num.* 10.

19 Dicta autem hic à *nostro Conciolo num.* 8, procedunt, etiamsi de reali numeratione facta per fideiussorem creditori non appareat aliter quàm per confessionē de recepto; quia etiam, aliter non docto de solutione, potest fideiussor repetere à principali debitore quantitatem per creditorem confessatam, *Fragos. de regim. Reip. Christian. part.* 1, *lib.* 5. *disp.* 12, *§.* 12, *numer.* 16, *Cancer. var.* 1, *cap.* 13, *numer.* 71, *& var.* 2, *cap.* 5, *num.* 111, *& var.* 3, *cap.* 1, *numer.* 196, *& cap.* 8, *numer.* 40, *Genci. Hermosill. & alii*, quos citat *Olea de cess. iur. tit.* 6, *quæst.* 10, *num.* 63, *& 64, Giurb. obser.* 58, *n.* 19, novissimè *Carol. Ant. De Luca ad discep. Gratian. animadver. ad cap.* 286, *numer.* 6, ubi *Ciriac. Andreol. & alios* citat *Salgad. Noguerol. Carpzou. & alii*, quos novissimè citat *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 181, *num.* 26, *Meli. obser. foren. obser.* 127, *numer.* 27, ubi *num. sequent.* tradit præfatam confessionem non sufficere, quando agitur adversus tertium possessorem rei hypothecæ, & ad ista vide adducta novissimè per *Borgia investigatio. centra Fabr. tom.* 1, *lib.* 1. *cap.* 17, *n.* 10, *& seq.*

QUOD FIDEIUSSOR PETERE POSSIT A FIDEIUSSIONE EXIMI.

Rubrica LX.

Fideiussor, qui per quinquennium steterit in obligatione, sivè Interim de suo quandoque solvere etiam in Censualibus Præstationibus Iuris remediis fuerit coactus possit Principalem, aut eius hæredes compellere, ut eum à tali expromissione eximat, vel de eius indemnitate idonèe caveat, etiamsi Principalis Debitor non delapidet bona sua, & per eundem Iudicem, per quem ab instantiam Creditoris proceditur contra fideiussorum, eodem modo, & forma, contra Debitorem procedatur ad instantiam fideiussoris.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, quòd fideiussor possit petere liberationem à fideiussione est decisorium.*
Et ideò ligat forensem, num. 2,
3 *Fideiussor licèt non possit petere liberationem à fideiussione antequam solvat.*
Fallit si diu stetit in obligatione, & num. 14,
Quando dicatur fideiussor stetisse diu in obligatione, num. 5,
Maximè in Cathalonia, num. 19,
Fallit secundò quando coactus fuit solvere de proprio, num. 7,
Fallit si fuerit in carcere mancipatus, num. 15,
Et etiam fallit si per debitorem fuerit promissum intra certum tempus eum liberare, num. 16,
Fallit & in aliis casibus, de quibus remissivè, num. 18,
6 *Statuti dispositioni est omninò standum.*
8 *Fideiussor potest petere liberationem etiam in contractu census.*
Non tamen quoad evictionem fundi censualis, n. 9,
Neque quoad sortem, sed quoad fructus, num. 13,
Liberatio autem fit, vel dato alio fideiussore loco illius, num. 10,
Vel dato relevatore ad favorem fideiussoris, num. 11,
12 *Libellus pro eximitione à fideiussione quomodo sit concipiendus, & num.* 17,
20 *Fideiussor potest repetere à principali pensiones per eum solutas unàcum interesse à die litis motæ.*

ANNOTATIO.

1 STatutum hoc, quod fideiussor possit petere se liberari à fideiussione est decisorium, ut tradunt *Fenzon. ad stat. Urb. lib.1, cap.157, num.14, & Rota apud Cenc. de cens. decis.* 195, *numer.* 3. Et ideo non ligat Clericos, & personas Ecclesiasticas *Fenzon. ubi suprà numer. 29, Rota apud Merli. decis. 901, in princ. tom. 2, & in Rom. domus de Scapuccis ad S. Augustinum 19. Ianuar.* 1611, *coram Reverendissimo Coccino Decano*, Licèt Clerici, & Ecclesiastici illo gauderent activè iuxta not. per me in *Præl ud.*
2 *numer.* 178. Et dictum statutum uti decisorium ligare etiam forenses voluit *Rota apud Card. Cavaler. decis. 320, in fin.* ubi alias adducit.

3 Fideiussor licèt non possit agere actione mandati contra principalem debitorem antequam solvat, ut relevetur, & liberetur, à fideiussione, vel quod alius loco sui constituatur ad tex. in *l. lucius 38, ff. mand. & in l. si pro ea, 10, C. eod. tit. & in cap. fin. de mand.* & tradunt *Rota apud Cenc. de cens. decis. 448, numer.2, & Pir. Maur. de fideiuss. part.2, sect.5, cap. 3, numer.1, & sequen.* ubi testatur de communi opinione, & quam plures ad dictam conclusionem accommodat limitationes, quam hic nimis longum
4 esset referre, & præcipuè quando fideiussor diu stetit in obligatione, ut disponitur in hoc statuto ad tex. in *cap. fin. de fideins.* ut
5 ibi per eum *numer. 32.* Et licèt maximè varient scribentes, quandò fideiussor dicatur diu stetisse in obligatione, cum hoc non sit in iure decisum, quorum aliqui tenent sufficere biennium, alii verò decennium. *Rota apud Cenc. de cens. decis. 465, numer. 2, & sequent.* aliqui verò id remitti arbitrio iudicis, ut videre est per *Pir. Maur. de fideiuss. d. cap.3, numer.34, & sequent. per Menoch. de arbitrar. casu 41, num.1, & sequent. per Card. Mant. de tacit. lib.16. tit.20, num. 2, & per Rota apud Cenc. de cens. decis.109, numer.* 4.

Statutum tamen nostrum ad tollendam dictas opiniones Doctorum mediam viam sequutum declaravit, sufficere fideiussorem stetisse in obligatione per quinquennium, iuris dispositioni est omninò standum iuxta theo-
6 ricam *Bald. in l. gallus, 29. §. si eius instit. not. ff. de liber. & posth.* Ac etiam statuit posse idem petere fideiussorem quando aliquam summam de suo solvere fuerit coactus
7 cum qua dispositione concordat *Pir. Maur. de fid. iuss. à cap.3, 25.* seu passus fuerit molestius, *Rota per Cenc. d. decis. 465, num.6, & sequent.*

8 Fideiussor insuper qui se obligavit in contractu census posse petere eximitionem ab obligatione si diù stetit in obligatione, vel coactus fuit aliquid solvere, ut est dispositum in hoc statuto, tradunt *Fontanel. de pact. nupt. claus.4, glos.18, part.3, num.16, Cenc. de cens. quæst.76, numer.7, & sequent.* ubi contrariis respondet, & *Rota apud Cenc. decis.195, numer.11, & sequent. & decis. 199, numer. 3, & decis. 200, num. 2,* & alibi passim. Quicquid contrarium senserint *Rodoer. Boni.* & alii relati per *Cenc. ubi suprà num. 2.*

9 Licèt dictam eximitionem petere non posset quo ad evictionem fundi censualis per eum promissæ tacitè, vel expresè, ut probat *Cenc. d. quæst.76, numer.11, & Rota apud eum decis.448, numer.5,* & generaliter dixit *Pir. Maur. de fideiuss. in d. cap.3, numer.39, & seqq.* ubi alios casus recenset in quibus non est locus dictæ eximitioni.

10 Quæ quidem eximitio, & liberatio à fideiussione præstabitur, vel dato alio fideiussore loco istius, qui petit liberationem, quatenus tamen dominus census consentiat, cum ipso invito id fieri non possit, ut not. *Cenc. in d. quæst.76, num.13, & 14. & Rota*
11 *apud eum decis.200, num. 3.* Vel dato ad favorem fideiussoris, qui instat pro liberatione alio fideiussore, qui ipsum relevet, & à damno servet, ut declarant *Cenc. in d. quæst.76, num.15, Posthi de manut. obser. 12, num.129, & seq. & Rota apud Cenc. d. decis. 200, num.3.*

12 In quo iudicio eximitionis libellus concipi debet, vel absolutè pro eximitione ab obligatione, vel alternativè pro liberatione, vel extinctione census, quia si libellus simpliciter conciperetur pro extinctione census non procederet, nisi adesset pactum de liberando fideiussorem, ut benè declarant *Cenc. in d. quæst. 76, in fin. & Posthi. in d. observ.12, num.129, & seq.*

13 Quibus addo, quod dictum statutum mandans fideiussorem eximi debere à fideiussione, & obligatione etiam in contractu censuali non habet locum quo ad sortem, sed solum quo ad fructus, ut tradit *Rota apud Cenci. de censib. decis. 465, numer.13, & decis. 531, num. 8, & 14, & decis. 460, num.6.*

ADDITIO.

14 FIdeiussores autem, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 3.* antequam solvant age-

agere nequeunt contra debitorem pro quo
fideiusserunt, ut eos a fideiussione relevet,
ac liberet; *Fontanell. de pact. clauf. 4, glos.*
18, part. 3, numer. 13, Cancer. var. 2, cap. 5,
numer. 84, Hunni. Encycloped. iur. part. 3,
tit. 5, cap, 5, numer. 11, Xammar. rer. iudi-
catar. def. 82, num. 1, Marin. ad Rever-
ter. decis. 499, & iis, & aliis citatis *Carol.*
Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. ob-
ser. 414, num. 2, Eminen. De Luca de cre-
dit, & debit. discur. 105, numer. 5, Pilaia
decis. canon. lib. 2, decis. 10, de censib. peti.
9, numer. 16, Gurb. observ. 58, numer. 16,
Meli. obser. foren. obser. 127, numer. 14, &
15 *sequent.* benè tamen si fideiussor fuerit gua-
rentugiè obligatus, & in carcerem pro cen-
sibus debitis à principali debitore manci-
patus, aut de proximo condemnandus; cùm
tunc pro condemnato habeatur, & ita po-
test contra debitorem agere, licèt antea non
solverit, *Cancer. var. d. cap. 5, numer. 86,*
Antonel. de temp. legal. lib. 1, cap. 43, nu-
mer. 10, & pluribus citatis *Pilaia decis. ca-*
non. tom. 2. decis. 10, peti. 9, numer. 16, Va-
leron. de transactionib. tit. 2, quaest. 2, num.
21, Meli. obser. foren. 47, num. 17, & seqq.
& d. obser. 127, numer. 21, & sequent. Emi-
nen. De Luca de credit. & debit. discur. 103,
16 *num. 5.* & pariter si per creditorem fideius-
soribus fuerit promissa indemnitas, seu in-
tra certum tempus eos liberare à fideiussio-
ne, quod potest *Fontanel. dict. part. 3, nu-*
mer. 9, Pilaia decis. canon. tom. 2, lib. 2,
decis. 10, peti. 9, numer. 17, & alii passim,
Rota Recen. decis. 669, numer. 8, part. 18,
17 *tom. 2.* & hoc casu quando debitor cogi-
tur fideiussorem liberare, quomodo sit pra-
cticandum, vel alium idoneum invito cre-
ditori offerendo, vel censum extinguendo,
tradunt *Fontanell. d. part. 3, numer. 24, &*
sequent. Carol. Anton. De Luca ad Vincē.
de Franch. obser. ad decis. 202, Antonel. de
temp. legal. lib. 1, cap. 43, num. 18, & seq.
per tot. ipsos, & ab eis citatos consule.
18 Alii quamplurimi adsunt casus in qui-
bus debitores compelluntur à fideiussoribus
ipsos liberari à fideiussione, quos adducunt
Eminen. De Luca d. discur. 103, per tot.
Fontanell. de pact. d. clauf. 4, glos. 18, par.
3, per tot. Cancer. var. 2, d. cap. 5, à numer.
65, Hunni. Encycloped. iur. d. part. 3, tit.
5, cap. 5, à numer. 12, Xammar. d. def. 82,
num. 3, Antonel. de temp. legal. lib. 1, cap.
43, per tot. maximè à *numer. 13,* tamen in
19 hac nostra Provincia Cathaloniæ rarò pra-
cticantur, sed unus tantum, quando fide-
iussor diù stetit in fideiussione, & molesta-
tus, molestiásque passus fuit, & coactus
solvit, ipsum tempus diù regulando, per
octo, aut decem annos, *Fontanell. d. par. 3,*
numer. 13, & 14, Cancer. d. cap. 5, numer.
88. & 92, Xammar. rer. iudicat. d. def. 82,
numer. 4, Actolin. resol. foren. resol. 79, n. 1,
& seq. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de
Franch. d. obser. 114, numer. 4, & in appen-
dic. ad d. decis. 114, ubi *Eminen. De Luca*
citat *de credito discur. 103, Pilaia d. dec. 10,*
de peti. 9, num. 17, Antonel. de temp. legal.
lib. 1, cap. 43, num. 1, & seq. & ita Regius
Senatus referente Nobili Josepho de Fer-
rer & Vinyals, die 9, Octobris 1676, in
causa Petri Marti agricolæ, contra Petrum
Barrull, quod pariter procedit in reis de-
bendi, quoties reus qui fuit molestatus, &
coactus solvere, offert solvere partem suam,
ex quo inter se fideiussisse censentur. Ita Se-
natus Regius referente dicto Nobili Iose-
pho de Ferrer & Vinyals, die 14, Februarii
1671 in causa Narcissi Ferrer, contra Pe-
trum Conti, & Iosephum Agusti, Actua-
rio Bas, per doctrinam *Noguerol. Felic.*
Olea. Ciriac. Mele. Milan. Mastril. Leo-
tard. & aliorum, quos citat *Modern. Pilaia*
decis. canon. tom. 2, decis. 10, de censib. peti.
9, num. 8, & seqq.
20 Pro coronide scias, quòd fideiussor sol-
vens pensiones censualis in quo fideiussit,
eas recuperat à principali venditore, unà-
cum interesse ad rationem solidi pro libra, à
die litis motæ, *Fontanell. decis. 204, nu. 15,*
& dis. 205, num. 1, & sequent. Tondut quaest.
civil. cap. 21, numer. 10. Leotard. de usur.
quaest. 5, numer. 17, & 18, & quaest. 87, num.
11, & quaest. 98, num. 11, & 12, Olea de cess.
iur. tit. 5, quaest. 6, num. fin Consi. Mastril.
Castill, Bellon. & alii, quos citat *Meli. ob-*
ser. foren. 46, num. 2, novissimè *Carol. Ant.*
De Luca ad decis. 254, Vincen. de Franch.
numer. 2, & 3, & ita fuit decisum per no-
strum Regium Senatū die 23, Ianuarii 1640,
Scriba Agramont, nunc Cervera, referente
Magnifico Michaele Carreras Regio Sena-
tore in favorem Antonii Valls, & aliorum fi-
deiussorum, contra Ferdinandum Fivaller,
& etiam die 26, Octobris 1665. Scriba Al-
munia & Casasses, referente, Magnifico
Francisco Vidal & Roca Regio Senatore in
favorem Damiani Bollò, contra Mariam
Duran Parrochiæ sanctæ Eugeniæ, & tan-
dem 10, Decembris 1674, Scriba Famada,
referente Magnifico Raphaele Nabona Re-
gio Senatore, in causa Hieronymi Porrò
Medicinæ Doctoris, contra Paulum Mas-
bernat Notarium villæ Oloti.

DE

DE POENIS CONVENTIONALIBVS IN CONTRACTV APPOSITIS.

Rubrica LXI.

SI Debitor, sivè Promissor fuerit in mora, vel culpa adimplendi Promissa, & Pœna Conventionalis à Partibus in Contractu sit apposita, eatenus exigatur, quatenus Actor probaverit sua interesse, & Iudex tale interesse taxaverit.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes possunt eorum conventiones munire adiectione pœna.*

Etiam si eorum nihil intersit de iure civili, num. 2,

3 *Pœna in contractibus apposita hodiè non exiguntur, nisi quatenus contrahentium intersit, & num.* 7,

Etiam in contractibus iuratis, si statutum tollit vires iuramento, num. 4,

Et eo magis quo ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos, numer. 5,

Quæ tamen cessare videntur in pœnis appositis, num. 6,

ANNOTATIO.

1 LIcèt contrahentibus liceat eorum conventiones, & pacta, ut sincerius, meliúsque serventur munire stipulatione pœnæ, ut not. *Menoch. de arbitr. casu* 260, *numer.* 1, *Io. Salas de usur. dubit.*21, *numer.* 2, plenè *Leotard. de usur. quæst.* 38, *numer.* 1,

2 Etiam si contrahentium nihil intersit de iure civili, ut post *Ias. Salas. Surd. Alciat. Ciriac. Card. Mant. & alios per eum relatos firmat Leotard. d. quæst.* 38, *numer.* 3.

3 Hodiè tamen pœnæ in conventionibus quantitatis oppositæ exigi non possunt, nisi quatenus creditoris intersit, & non ultra, uti reperitur dispositum in hoc statuto nostro, ut declarant *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 163, *numer.* 1, *& sequent. Leotard. de usur. d. quæst.* 38. *numer.* 14, latè comprobans *& Maffin. de confiscat. bonor. quæst.*

4 22, *numer.*34. qui dant concordantes, Quod habere locum etiam in contractibus iuratis not. *Fenzon. in d. cap.* 163, *numer.*8. quando statutum tollit vires, iuramento, aliàs

5 secùs, ut ibi per eum, & eo magis quò ad Ecclesiam, & personas Ecclesiasticas, qui non debent cum aliena iactura locupletari, & sic non possunt pœnas conventionales exigere, nisi quatenus earum intersit, ut not. *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 14, *tit.* 37, *numer.* 45, *Leotard. d. quæst.*38, *numer.* 15,*& sequent.* ubi not. quando prædicta cóclusio de qua suprà cesset, *Rota apud Cardin. Seraph. decis.* 794, *numer.* 24,

6 Quæ tamen cessare videntur in pœnis appositis in compromissis, ut earum metu à placitis non recedatur, ut tradunt *Fenzon. in d. cap.* 163, *numer.* 10, *& Maffin. de confisc. bonor. d. quæst.* 22, *numer.*76, licèt dicat illas de consuetudine non exigi ex *Monta. controv.* 57, *num.* 5.

ADDITIO.

7 IN supremis Tribunalibus, & ubicunque pro ut tradit hìc *noster Conciol. numer.* 3, servatur, quòd pœnæ conventionales non exiguntur ultra id, quòd interest, seu quatenus cum verò interesse concurrunt, ut citatis *Carleval. Mancin. Gram. Seraph. Fesse. Fab. Bart. & aliis*, quos sequitur *Leotard.* tradunt *Doctissimus Pilaia decis. canon. tom.* 1, *lib.* 2, *decis.* 9, *numer.* 27, *Cancer. var.* 3, *cap.* 11, *numer.* 163, *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 4, *glos.* 18, *part.* 3, *numer.* 61, *Valeron. de transact. tit.* 6, *quæst.* 1, *num.* 18, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.* 1, *lib.* 5, *disp.* 13, §. 8, *num.* 187, *& seq.* novissimè *Borgia investigatio. contra Fabr. tom.* 1, *lib.* 3, *cap.* 7, *numer.* 10, *Sperel. decis.* 131, *à numer.* 32, quàpropter, propter difficultatem liquidationis præfati interesse parum usitantur in hac nostra Provincia, & ita ad earum annotationem ulterius non me extendam, si tamen de hac pœna conventionali alia volueris, recurre ad *Benekendor. in addit. ad Seraph. de privil. iurament. ad privil.* 53, *per tot. Gibelin. de usur. & camb. lib.* 2, *cap.* 7, *per tot. & ad Sperel. d. decis.* 131, *per tot.*

QVOD

QVOD STANTIBVS MASCVLIS, FOEMINÆ NON SVCCEDANT.

Rubrica LXII.

FOeminæ dotatæ ad Avo, Avia, Patre, Matre, vel à Fratre donec, & quousque Masculi superfuerint per lineam directam in infinitum descendentes, ab intestato succedere non possint, nec agere ad legitimam, vel eius supplementum aut congruæ dotis, nec aliquo alio Iure valeant habere regressum ad bona, sivè hæreditatem prædictorum, ita quod ab uno tantum ipsorum, vel ipsarum dotatæ, ab omnium supranominatorum hæreditate exclusæ censeantur, & earum dotibus contentæ nullo modo reclamare valeant, sed in dictis bonis, & hæreditate Masculi tantum iuxtà gradus prærogativam integre, & plenarie succedant. Quòd si dictæ Fœminæ ab Avo, vel Avia, Patre, vel Matre maritatæ, & dotatæ non fuerint, vel per eosdem in ultima Voluntate Dos eis constituta non sit, teneantur Patruum, Fratres, sivè Nepotes cum effectu congrue dotare Amitam, Sororem, sivè Neptem, inspecta qualitate personarum, Patrimonii, & Consuetudinis earum Domus, adhibitis etiam ad hæc, duobus proximioribus consanguineis, qui nullum prorsus in dictis bonis habeant interesse, Alioquin ad dicta bona pro virili admittantur.

Si verò dictæ Fœminæ pervenerint ad Viduitatem, tunc reverti valeant ad Domum Paternam, sivè Fraternam; & ibidem conferendo fructus suarum Dotium, habeant vestes, & congrua Alimenta secundum facultatem Domus. Quòd si dictæ Fœminæ dotatæ, vel non dotatæ, aut earum aliqua sine Filiis ab intestato decedant, vel decedat aliæ Sorores, vel Neptes in eius, vel earum bonis nullatenus admittantur, sed earum Patrui, Fratres, & Nepotes proximiores in gradu admitti debeant.

Addentes etiam, quòd deficientibus Masculis eorum Filiæ fœminæ in bonis, & hæreditate defuncti succedant, exclusis aliis fœminis in gradu superiori: Quòd si illæ etiam sine filiis decesserint, tunc, & eo casu, dictæ fœminæ in gradu superiori, ut suprà exclusæ ad dicta bona omninò reverti, & admitti debeant.

Declarantes quòd liceat dictis Masculis de prædictis bonis tam inter vivos quàm, in ultima voluntate libere disponere, & in casu dispositionis talis reintegratio non admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminam à successione stantibus masculis est correctorium iuris communis.*
Est tamen favorabile, & non odiosum odio irrationabili, num. 2,
Ita ut sufficiat illud fuisse confirmatum in forma communi, num. 3,
Et illud est validum, num. 4,
Et habet locum etiam stante uno masculo, licèt loquatur in plurali, num. 5,
6 *Statutum excludens fœminas stantibus masculis non impedit, quin illa possint capere ex testamento.*
Ratio affertur, num. 7,
Et etiam succedere ab intestato maximè patre volente, num.49,
Debent tamen tunc dotes conferre, & quomodo, num. 50,
8 *Statutum excludens dotatas illas excludit solum ab hæreditate dotantis.*
Fallit si statutum dicat, quòd dotata ab uno sit exclusa ab omnibus, num. 9,
Alii autem distinguunt, numer. 10,
11 *Agens ad exclusionem fœmina dotata tenetur*

tur probare dotationem.

Licèt alii contrarium teneant in muliere maritata, num. 12,

13 Fœmina exclusioni ut sit locus requiritur aditio masculi.

14 Masculus transmittit ius excludendi fœminam, etiam non agnitum.

15 Soror innupta vigere statuti exclusivi fœminarum non excludit nuptam.

16 Masculus potest sororem admittere ad partem, etiam invitis creditoribus.

17 Fœmina exclusa temporaliter deficientibus masculis reintegrantur ad successionem, & numer. 48,

Cùm exclusio earum favore masculorum, & non ob dotationem contingat, num. 47,

Et quid si defunctus decessit testatus instituendo masculum, num. 21,

18 Fœmina ius reintegrationis eis delatum transmittunt ad heredes.

Secùs si illud eis non sit delatum, numer. 19,

Contrarium tenent plures Doctores, num. 20,

22 Filia dotata à patre non potest conqueri de modicitate dotis.

Fallit si adsit magnus excessus, & læsio enormissima, num. 23,

24 Fœmina exclusa propter dotem non perdit suitatem, & non dicitur extranea.

25 Statutum exclusivum fœminarum habet locum, etiam in bonis emphiteoticis.

26 Statutum exclusivum fœminarum ligat etiam Moniales.

Licèt contrarium teneant plures Doctores, num. 27,

28 Fœmina exclusa à statuto an possit petere interim sibi assignari dotem.

29 Dos non succedit loco legitimæ vigore statuti Eugubini.

30 Filia dicitur dotata quando pater in testamento ei aliquid relinquit.

Et sufficit ad illam excludendam dos tradita pro ea Monasterio, num. 31,

32 Filia moriente sine filiis, succedit pater, exclusa sorore defuncti.

33 Filia exclusa à statuto non potest contra tabulare.

34 Neptis non excluditur à patruo stante statuto exclusivo fœminarum.

35 Statuto exclusivo fœminarum, ut sit locus requiritur subiectio personæ, & bonorum.

Licèt contrarium teneant alii, n. 36,

37 Statutum excludens sororem à successione fratris non excludit neptem à successione patrui.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 38,

39 Statutum excludens fœminas à successione procedit etiam in successione Clerici.

Contrarium tenet Rota, num. 40,

41 Monachus potest uti beneficio statuti exclusivi fœminarum.

42 Fœmina exclusa à successione censentur etiã exclusæ venientes ab ea.

43 Statutum exclusivum fœminarum habet locum solùm favore filiorum primi matrimonii.

Declara, ut numer. 44,

45 Soror exclusa à successione fratris an censeatur exclusa à successione sororis.

46 Filii in Cathalonia, tàm masculi, quàm fœmina æqualiter succedũt patri ab intestato, & plura de renunciatione filiarum dote contentarum remissivè.

51 Filius legitimatus an stante statuto exclusivo fœminarum eas excludat.

Et an filii naturales, maximè ab hereditate materna, num. 52,

53 Statutum de quo agitur an procedat, si tempore delatæ successionis filia dotata non reperiatur.

ANNOTATIO.

1 Statutum hoc excludens fœminas à successione stantibus masculis licèt sit correctorium iuris communis, nempè contra *l. maximum vitium 4, C. de libe. præt.* & tradunt *Bald. in l. inter filios 11, C. famil. ercisc. Brun. de stat. Exclus. fami. art. 4, numer. 2, & Illustrissimus D. meus Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 4, in tract. de servit. ad mater. retract. discur. 71, numer. 11,* 2 dicitur tamen favorabile, & rationabile, vel saltem non odiosum odio irrationabili, ut not. *Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 8, sub numer. 127, Surd. cons. 353, numer. 9, vol. 4, Thomat. decis. March. 204, numer. 10, & Rota decis. 51, numer. 7, part. 1, rec. & apud Merlin. decis. 353, numer. 5, & 6.* ubi testatur de magis recepta Doctorum opinione, uti conditum pro conservatione agnationum, & sic in utilitatem publicam, itaut 3 sufficiat, illud fuisse confirmatum in forma communi, ut tradunt *Adden ad Gregor. XV. decis. 267, numer. 17, in fin. Adden. ad Burat. decis. 6, numer. 15, Illustriss. D. Deluca d. discur. 71, num. 11, & Rota apud Merlin. decis. 698, numer. 6, & decis. 640, numer. 3, & decis. 256, numer. 8, & 9, part. 11, recen. & in Eugubina divisio 13, Maii 1658, coram R. P. D. Bevilaqua* ubi dicit, dicta statuta adesse per totam Italiam, & de statutis favorabilibus licèt iuri communi contrariis quod sufficiat confirmatio illo-

illorum in forma communi dixi suprà in
4 prælud. num. 79. Et ideò dictum statutum
esse validum firmat disputato articulo Cam-
peg. de dote, part. 5, quæst. 26, per tot. ubi
testatur de veriori opinione, Carpan. ad
stat. Mediol. lib. 1, cap. 278, numer. 9, &
Michal. de Fratr. p. 3, cap. 11, n. 2.
5 Et dictum statutum habere locum etiam
stante uno masculo, licèt loquatur in plu-
rali stantibus masculis not. Carpan. ad sta-
tut. Mediol. d. cap. 278, numer. 47, Mi-
chal. de Fratr. par. 3, cap. 11, numer. 14,
qui dant concordantes, & ante eos scripsit
Bald. in l. 1, n. 3, C. de condit. inser.
6 Statutum supradictum excludens fœmi-
nas à successione stantibus masculis non im-
pedit, quia filiæ ex testamento patris capere
possint, ut dixit Rota apud Gregor. XV. de-
cis. 358, numer. 1, & ibi Adden. numer. 6,
qui plures dat concordantes, & decis. 565,
numer. 8, & in Romana, seu Vrbevetana
success. 2, Ianuar. 1658, coram R. P. D. Al-
berio, §. non obstante, &c. & in Eugubina
fideicom. 26, Novembris 1649. §. minus ob-
stat. coram R. P. D. Dunozetto. Cùm Pa-
7 ter disponendo ad favorem filiarum videa-
tur recedere à statutaria dispositione, ita ut
successio videatur redacta ad terminos iuris
communis, ut not. Franc. Becc. cons. 107,
numer. 20, qui dat concordantes, & Rota
apud Greg. XV. decis. 556, numer. 6.
8 Advertendum tamen est, quòd licèt sta-
tutum excludens dotatas à successione stan-
tibus masculis censeatur illas excludere tan-
tùm à successione dotantis, non autem à
successione illorum, qui non dotarunt, ut
tradunt Michal. de Fratr. par. 3, cap. 11,
numer. 164, & seq. licèt posteà contrarium
sentiat Illustrissimus D. Deluca in Theatr.
verit. & iusti. tom. 11, in tit. de success. ab in-
testat. discurs. 3, numer. 11; & discur. 14, nu-
mer. 2, & Rota apud Merlin. decis. 390,
numer. 7, & sequent. & decis. 429, numer. 1,
& 13, & decis. 342, numer. 20, part. 12, re-
9 cen. Hoc tamen non habet locum in termi-
nis statuti nostri, quod ulterius progreditur
expressè declarando, quòd fœmina dotata
ab uno sit exclusa ab hæreditate omnium in
eo nominatorum, ut in his terminis, & De-
creti q. Ducis Vrbini super exclusione fœ-
minarum tradunt Thob. Noni. cons. 12, nu-
mer. 1, Michal. d. cap. 11, numer. 167, ubi
alios dat concordantes, & Rota apud Mer-
lin. decis. 390, numer. 10, & decis. 342, nu-
mer. 21, part. 12, recen. licèt in hac materia
10 distingui possit; Quod aut statutum enume-
rat plures personas, & successiones per co-
pulativam, & tunc unica dotatio sufficiat
pro exclusione ab omnibus, aut per alter-
nativam, & idem dicendum sit in capite
dotationis, non autem exclusionis, secùs
autem ubi alternativa sit tàm in dotatione,
quàm in exclusione, ut probant D. Deluca
in d. tom. 11, in tit. de success. ab intestat. di-
scur. 3, numer. 12, & Rota apud Merlin. d.
decis. 390, numer. 11, & sequent. & decis. 429,
numer. 1, & apud Cardin. Celsum decis. 46,
numer. 3, ubi aliæ recensentur, licèt non de-
sint contrarium tenentes, quos refert Rota
d. decis. 390, & videri possit etiam Gratian.
discept. foren. cap. 15, numer. 1, & sequent.
par. 1, & Michal. de Fratr. d. cap. 11, nu-
mer. 167, ver. Verum, &c.
11 Agens verò ad exclusionem fœminæ do-
tatæ exclusæ à statuto stantibus masculis te-
netur probare pro fundamento suæ intentio-
nis, illam fuisse dotatam, cùm illa non præ-
sumatur dotata, ex eo quod fuerit maritata,
ut tradunt Menoch. de præsumpt. lib. 3, præ-
sumpt. 7, per tot. benè comprobans, Mi-
chal. de Fratr. part. 3, cap. 11, numer. 50, &
Rota decis. 213, numer. 3, part. 4, recen. tom.
2, & alii plures relati per me alleg. foren. 70,
numer. 35. & 36, ubi dixi in terminis huius
statuti mandantis fœminas dotari esse offe-
rendam dotem.
12 Licèt contrarium tenuerint Campeg. de
dote par. ultim. quæst. 77, Ciriac. controver.
29, numer. 25, & Rota decis. 195, numer. 2,
part. 2, rec.
13 Et ut sit locus exclusione fœminæ vigore
dicti statuti requiritur aditio masculi, Gabr.
com. concl. de stat. concl. 4, numer. 22, Car-
pan. ad stat. Mediolan. cap. 278, numer. 82,
& sequent. Altograd. cons. 82, numer. 25,
lib. 1, Buttigl. de succes. cap. 1, Theor. 2, nu-
mer. 45, D. Delnoa d. tom. 11, de succes. ad
intest. discur. 15, num. 15. Cùm dictum sta-
tutum excludens fœminas stantibus mascu-
lis non habet locum si masculus statim mo-
riatur, ut not. Michal. de Fratr. part. 3,
cap. 11, numer. 177, & Altograd. cons. 82,
14 numer. 25, & sequent, licèt quod d. ius ex-
cludendi fœminas transmittatur per mascu-
lum etiam non agnitum teneant Carpan. ad
stat. Mediol. cap. 278, numer. 4, Grat. de-
cis. March. 235, in addit. Surd. decis. 138,
numer. 9, & sequent. & ibi plenè Hodier.
numer. 2, & sequent. ubi testatur de veriori
opinione, cum quibus pertransit Altograd.
d. cons. 82, ferè per tot. lib. 1, Michal. de
Fratr. par. 3, cap. 11, numer. 117, D. Delu-
ca in dict. discur. 15, numer. 16, & sequent.
qui distinguit, Quicquid contrarium tenue-
rint Doct. relati per Hodier. ubi supr. & per
Buttigl. de succes. cap. 1, Theor. 2, num. 44.

15 Be-

15 Benè verum est, quòd soror innupta vigore huius statuti non excludit nuptam, ut latè comprobat *Buttigl. de succes. cap. 1, Theor. 11, numer. 6, & sequent.* licèt contrarium voluerint *Surd. cons. 83, numer.* 18, *& cons.* 100, *lib.* 1, *& decis.* 195, *& ibi Hodier.* nec non *Morot. cons. 7, per tot.*

16 Masculus tamen potest sororem admittere ad partem non obstante statuto etiam invitis creditoribus, ut tradunt *Brun. de stat. exclus. fœmin. art.* 10, *numer.* 4, *& art.* 12, *numer.* 117, *Carpan. ad statut. Mediol. dict. cap.* 278, *numer.* 96, *& sequent. Michal. de Fratr. par.* 3, *cap.* 11, *numer.* 173, *Hodiern. ad Surd. decis.* 140, *numer.* 11, *D. Delucain tom.* 11, *tit. de succes. ab intest. disc.* 15, *numer.* 15, *& Rota apud Bich. decis.* 320, *num.* 32, *& apud Cardin. Ottob. decis.* 173, *numer.* 24, & etiam ipsa fœmina invita, *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 14, *in fin.*

17 Stante hoc statuto excludente fœminas à successione donec, & quoúsque extent masculi, & sic temporaliter, masculis deficientibus fœminæ, reintegrantur ad successionem, ut not. *Gabr. cons.* 18, *numer.* 31, *lib.* 2, latè *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 3, *per tot. Michal. de Fratr. par.* 3, *cap,* 10, *numer.* 4, *& sequent. Illustriss. D. Deluca in Theatr. verit. & insti. tom.* 9, *in tit. de dote discur.* 13, *numer.* 9, *Rota apud Michal. de Fratr. decis.* 47, *& decis.* 48, *ferè per tot.* Cùm in dicto casu uti temporaliter exclusæ dicantur fœminæ potiùs suspensæ à successione, quàm exclusæ, ut declarant *Merlin. Michal. & alii Doctores suprà proximè adductis, nec non Redenasc. cons.* 1, *numer.* 164.

18 Quod quidem ius reintegrationis si fœ-
minæ sit delatum illud transmittit ad hære-
des, *Rota apud Michal. de Fratr. d. decis.*
47, numer. 6, *& d. decis.* 48, *numer.* 5, ubi
19 dantur concordantes, secùs verò si non sit
delatum, quia illud non transmittit, ut tra-
dunt *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 4,
per tot. & Michal. de Fratr. d. part. 3,
cap. 10, *numer.* 36. *& sequent.* qui hoc latè
20 comprobant, licèt contrariam opinionem
illud imò transmitti licèt non delatum te-
neant *Brun. de stat exclus. fœmin. art.* 11, *q.*
9, numer. 94, *Mangil. de imput. quæst.* 62,
numer. 16, latè comprobans, *Redenasc. cons.*
9, numer. 37, & sentit *Rota apud Burat. de-*
cis. 796, *num.* 2.

21 Quid verò dicendum sit, si testator in testamento instituat masculum, an mortuo masculo fœmina reintegretur, & ad quam partem tractant *Mangil. de imputatio. quæst.* 61, *per tot. Andreol. controver.* 306, *per tot. & Redenasc. cons.* 1. *numer.* 3, *& sequent.* ipsos consulas.

22 Fœmina autem dotata à patre in testa-
mento quod præsumatur congruè dotata ita
ut non possit conqueri de modicitate dotis
latè comprobant *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.*
1, *quæst.* 12, *numer.* 3, *P. Bossi. de dote cap.* 13,
ferè per tot. & D. Torre de pact. futur. suc-
23 *ces. lib.* 2, *cap.* 26, *ferè per tot.* Quod tamen
non habet locum quando adest magnus ex-
cessus in dotatione, quia tunc filia potest
petere congruam dotem, etiam statuto non
obstante, quod illa stare debeat stare tacita,
& contenta ut probant *Ciriac. controver.*
391, *numer.* 5, *& Giovagno. cons.* 42, *num.*
52, *lib.* 1, & stante læsione enormissima *Mer-*
lin. d. quæst. 12, *numer.* 11, *Fontanel. de pact.*
nupt. claus. 5, *glos.* 8, *par.* 1, *num.* 31, *Capic.*
Latro. decis. 99, *numer.* 21, *& P. Bossi. in d.*
cap. 13, *numer.* 90. *& sequent.* nec non *D.*
Torre d. cap. 26, *numer.* 45.

24 Cùm autem fœmina in hoc statuto non excludatur simpliciter, sed propter dotem non ideò illa dicitur perdere suitatem, & non dicitur extranea, *Ciriac. controver.* 284, *numer.* 57, *Illustriss. Deluca tom.* 6, *de dote, discur.* 13, *numer.* 9, *& discur.* 91, *n.* 6.

25 Et statutum supradictum habet locum etiam in bonis emphiteoticis, in quibus sunt vocati masculi, & fœminæ, itaut fœminæ admittantur masculis solum deficientibus, ut not. *Hond. cons.* 13, *numer.* 30, *lib.* 1, *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 22, *tit.* 18, *numer.* 23, *Fulgin. de iure emphit. in tit. de success. in bon. emphit. numer.* 1, benè *Rota apud Card. Cavaler. decis.* 555, *numer.* 1, ubi concordantes.

26 Statutum verò de quo suprà excludens fœminas stantibus masculis ligat etiam Moniales, ut latissimè comprobat *Illustrissimus D. meus Deluca in Theatr. verit. & insti. tom.* 11, *in tit. de succes. discur.* 5, *ferè per tot.* ubi pro dict. opinione allegat centum & viginti octo Doctores, & illam dicit veriorem, probabiliorem, & in iudicando, & consulendo sequendam, & contrariam opinionem omninò reprobat, dicens illam esse communiter improbatam, & periculosam, cum qua pertransivi etiam *ego allegat. foren.* 50, *numer.* 56, *& sequent.* nec non *D. Hiero. Carbon. apud Massin. de confisc. bonor. quæst.* 45, *numer.* 8, *& sequent.* ubi hanc opinionem dicit veriorem, magis communem, & in iudicando, & consulendo sequendam.

27 Licèt contrarium imò dictum statutum non ligare Moniales tenuerint *Sperell. decis.* 11, *numer.* 17, *& sequent. & Rota coram Bichi. decis.* 625, *numer.* 32, *& decis.* 256,

num.

num. 12, *& sequent. part.* 11, *rec. & apud Censal. ad Peregr. decis.* 34, & alibi passim.

28 Stante dicto statuto excludente fœminas à successione, & mandante illas dotari, si dos non succedat loco legitimæ fœmina non potest petere dotem à fratribus, ut illa augeatur, sed fratres tenentur illam tradere tempore nuptiarum, & non anteà, secùs si illa succedat loco legitimæ, ut docent *Loderch. cons.* 25, *numer.* 7, *Galeo. lib.* 2, *controver.* 15, *& D. Deluca tom.* 6, *de dote, discur.* 13, *numer.* 1, sed solùm in dicto casu eis debentur alimenta *Ciriac. controver.* 480, *numer.* 14, *Surd. de aliment. tit.* 1, *quæst.* 26, *numer.* 1, *& tit.* 4, *quæst.* 20, *numer.* 4. *& Rota decis.* 342, *numer.* 26, *part.* 12, *recen.*

29 In terminis verò huius statuti Eugubini dotem non succedere loco legitimæ firmavit *Rota d. decis.* 342, *per tot. part.* 12, *rec.* quicquid generaliter differat *Rota decis.* 208, *p.* 8, *rec.*

30 Filia verò dicitur dotata quando ei per patrem fuit aliquid simpliciter relictum in testamento, *Bero. cons.* 45, *numer.* 2, *lib.* 2, *Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 11, *tit.* 21, *num.* 3, *Michal. de Fratr. p.* 3, *c.* 11, *n.* 46.

31 Et sufficit ad filiam excludendam in terminis dicti statuti dos tradita pro ea Monasterio, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5, *glos.* 8, *part.* 1, *numer.* 60, *Rota apud Greg. XV. decis* 63, *num.* 18.

32 Quod autem moriente filio sine filiis succedat pater exclusa filia sorore defuncti vigore huius statuti firmat *Ciriac. controver.* 137, *numer.* 7, *& sequent.* contrarium tamen tuetur *Altogr. cons.* 48, *vol.* 2, *per tot.*

33 Addo prædictis, quòd fœmina exclusa à successione vigore huius statuti non potest contra tabulare, ut tradunt *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1. *quæst.* 14, *per tot. Redenas. cons.* 5, *numer.* 18, *& Rota decis.* 37, *numer.* 1, *p.* 11, *rec.*

34 Vigore huius statuti neptis non excludi à patruo voluerunt *Ceph. cons.* 616, *numer.* 45, *vol.* 5, *& Andreol. controver.* 137, *num.* 5, qui allegat *Rota in Viterbien. hæredit. de Chisiis* 26, *Aprilis* 1640, *coram R. P. D. Rojas.*

35 Ut autem sit locus dispositioni huius statuti requiritur utraque subiectio personæ, & bonorum, & ideò illud non comprehendit forenses, quamvis bona sint in territorio, nec personas quamvis subditas si bona sint extra territorium, nec intret combinatio statutorum quamvis consimilium utriusque loci, ut firmat *Illustrissimus D. meus Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom.* 6, *in tit. de dote discur.* 143, *numer.* 39, ubi dicit, hoc esse receptissimam, & *tom.* 11, *in tit. de success. ab intest. discur.* 4, *numer.* 2, ubi dicit hoc esse extra controversiam, quam opinionem pluries firmavit *Rota* & præcipuè apud *Merlin. decis.* 353, *numer.* 2, *& sequent. & decis.* 526, *numer.* 5, *& decis.* 144, *numer.* 9, *& seq. part.* 8, *recen.*

36 Licèt contrarium teneant *Andreol. controver.* 407, *numer.* 39, *& Bellon. Iun. cons.* 74, *numer.* 117, cum quibus quando causa est extra Statutum Ecclesiasticum, in quo authoritas Rotæ videtur aliquantulum frigescere, pertransit idem *D. Deluca in dict. discur.* 4, *num.* 3, *& seq.*

37 Statutum supradictum excludens sororem à successione fratris ob existentiam alterius fratris non cēsetur excludere neptem à successione patrui propter existentiam alterius patrui, ut tradunt *Caphal. cons.* 616, *lib.* 5, *per tot. Eugen. cons.* 83, *lib.* 1, *per tot.* latè *Andreol. controver.* 138, *numer.* 1, *& sequent.* ubi plures dat concordantes, & dicit ita fuisse iudicatum *in Auditorio q. Ducis Urbini*, in quadam causa Pisauriensi, & sensit *Michal. de fratr. par.* 3, *cap.* 11, *numer.* 121, *Rota decis.* 188, *numer.* 5, *& seq. part.* 7, *rec. & in Viterbien. hæredit. de Chisiis*, 26, *Aprilis* 1640, *coram R. P. D. Ro-*

38 *jas*, licèt contrarium tenuerint *Gabr. cons.* 18, *lib.* 2, *per tot. Aldou. cons.* 99, *numer.* 5, *Gratian. discept. foren. cap.* 15, *numer.* 8, *& sequent. par.* 1, *& Rota decis.* 586, *numer.* 3, *par.* 1, *diver. & decis.* 104, *per tot. part.* 1, *recen.*

39 Et fœmina per hoc statutum excluditur etiam à successione Clerici, ut probant *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 19, *numer.* 9, *Hodiern. ad Surd. decis.* 20, *per tot. Buttigl. de success. cap.* 1, *theore.* 12, *per tot.* ubi testatur de veriori opinione, & *Thom. decis. March.* 204, *numer*, 87, ubi testatur

40 de magis communi opinione, licèt contrarium firmet *Rota apud Card. Ottobon. decis.* 149, *numer.* 3, *& sequent. & apud Bich. decis.* 521, *per tot.* & me scribente *in Urbinaten. successión.* 11, *Maii* 1668, *coram R. P. D. meo Thaia*, & in aliis causis, ita ut stante authoritate *Rota in Statu Ecclesiastico*, difficile sit ab illius opinione recedere.

41 Monachus verò Monasterii capacis bonorum in communi uti potest beneficio huius statuti exclusivi fœminarum, *Thesaur. quæst. forens.* 1, *numer.* 3, *& numer.* 10, *lib.* 2, *Rota decis.* 438, *numer.* 3, *par.* 4, *recen. tom.* 2, *& decis.* 367, *num.* 12, *p.* 9, *rec.*

42 Fœmina autem exclusa censentur etiam exclusi venientes ab ea *Surd. cons.* 85, *num.* 11, *lib.* 1. *Illustriss. D. Deluca in d. tom.* 11, *discur.*

Kk

discur. 8, numer. 21, ubi testatur de magis communi opinione, *& discur.* 14, *numer. 7, Rota decis. 405, numer. 3. & sequent. part. 5, recen.*

43 Addo pro coronide, quòd si pater contrahat duo matrimonia, & ex primo unam tantum habeat filiam, & ex secundo masculos, filia primi matrimonii à patre dotata succedit in bonis maternis exclusis filiis secundi matrimonii, ut not. *Corn. conf. 314, numer. 3, & sequent. lib. 4, Brun. de stat. exclus. fœmin. art.* 12, *numer.* 297, qui alios dat concordantes, *Menoch. cons. 8, num. 7, & 19*, ubi testatur de magis communi, *Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quæst. 17, numer. 43. & sequent. & Rota decis. 60, numer. 4, post Michal. de fratr. & decis.* 110, *numer.* 26, *part. 8, recen.* & quod statutum censeatur excludere filiam propter filios primi matrimonii tantùm tradunt *Merlin. Pignatel. controver. foren. cap.* 32, *numer.* 32, *cent.* 1, *& Bello. de iure accresc. cap. 5. quæst. 49,*
44 *num.* 14, licèt prædicta habere locum quando statutum excludit fœminas ad effectum conservandi agnationem, secùs si ob masculinitatem, voluerint *Gabr. conf.* 15. *lib.* 1, *& conf.* 18, *volum.* 2, *Hond. conf.* 1, *lib.* 2, *& Palma conf.* 14, *per tot.*

45 Adde postremo, quòd licet soror exclusa à successione fratris non dicatur exclusa successione sororis, ut latè comprobat *Rota apud Merlin. decis.* 471, *per tot. par.* 1, contrarium quod sorore decedente succedant fratres exclusis sororibus determinat statutum nostrum, ut advertit etiam eadem *Rota decis.* 471, *in fin.*

A D D I T I O.

46 IN hac sanè rubrica, cùm in hac nostra Provincia Gotholana similis statutaria dispositio non extet, imò mortuo patre ab intestato æqualiter filii, & filiæ ipsi succedant, nihil circa eam remanet annotandum; benè tamen circa obligationem dotandi, & renunciationes filiarum dote contentarum possem annotationem fundare; at verò cùm sola hæc materia hunc librum exposceret, & illa à tam celebris viris sit tractata, nihil omisso, & oblito, libenter annotationem omitto; ex quo ipsam obligationem dotandi, renunciationesque filiarum dote contentarum, ipsæ quando sint extinctivæ quando translativæ, quandoque filiæ sic renunciantes faciant partem in computatione legitimæ, reperies diffusè tractatum à *nostris Doctissimis Cancer. Fontanel. & cæteris Regnicolis*, & diffusissimè *à Doctissimis sanè viris Torre in suo aureo tractatu de pact. futur. succes.* maximè *lib. 2, cap. 14, & sequent. Altimar. obser. ad consil.* 42, *Rovit. lib.* 1, ubi latissimè, plures casus præscindendo, quorum sola doctrina satiaris, & nihil ulterius quæres, id circo ad ipsos recurre.

47 Itaque filiæ in hoc statuto non excluduntur ex quo sint dotatæ, sed solùm favore masculorum, & ita urgens occasio exclusionis earum non est dos, sed masculorum favor, & prærogativa, *Manfrell. ad*
48 *capic. Latr. obser.* 128, *numer.* 11, & ita masculis deficientibus, periniquum esset extraneum instituere, & filias exhæredare, aut præterire, imò ipsæ masculis deficientibus, admittuntur, *Merlin. Marant. Staybon. Sen. & Iun. Molphes. Donade. & alii citati per d. Manfrell. d. obser.* 128, *numer.* 12, *Altimar. d. obser. ad d. consil.* 42, *Rovit. numer.* 11, *& ferè per tot.* novissimè *Pansut. controver.* 20, *per tot.* maximè *numer.* 115, *& sequent. Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramen. privil.* 21, *numer.* 27, *Ciroch. discept.* 31, *numer.* 12, *& discept.* 34, *numer.* 13, *Ciarlin. controver.* 146, *num.* 20.

49 Filiæ autem sic dotatæ, per renunciationem, aut per statutum exclusæ, non impediuntur succedere, patre volente, eas instituendo, aut ex tacita voluntate patris aliter resultante *Modern. Torre dict. tractat. de pact. futur. succes. lib. 2, cap. 14, numer.* 12, 27, *& sequent. Botiller. dissert.* 20, *numer.* 54, *& sequent. Cancer. Fontanell. & alii passim, Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 3, numer.* 34, *Benekendor. in addit. ad Seraphin. de*
50 *privil. iur. privil.* 21, *numer.* 23. benè tamen tenentur conferre dotem ab eis receptam, ut inter eas, & cæteros filios, ac cohæredes universaliter institutos æqualitas servetur, novissimè *Ioann. Torre in suo doctissimo tractatu de pact. futur. succes. lib. 3, à numer.* 253, *& alii citati à Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 175, *numer.* 14, *Vrceol. consult. foren. cap.* 40, *numer.* 1, *& sequent.* ubi affert quomodo sit ista collatio facienda, *& in 2, append. ad dict. cap.* 40, adducit, an dotis augmentum factum per patrem filiæ sit pariter conferendum, & pariter *Torre ubi suprà à num.* 276.

51 Legitimatus filius masculus excludit fœminas, etiam extante hoc statuto exclusivo fœminarum *Torre de pact. futur succes. lib.* 2, *cap.* 43, *numer.* 32, licèt *Marin. & Stayban.* contrarium tenentes citet, videndi citati per *Severin. ad decis.* 342, *Sanfelic. pag. mihi* 89, *col. 2, vers. An stante statuto, Botiller. de success. ab intestat. cap. 1, theor. 9, num.* 1, *Ciroch. discep.* 32, *per tot.*

52 Sta-

52 Statutum autem nostrum, an procedat casu quo extent filii naturales tantùm, & quid in hæreditate materna, tractat latissimè *Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis.* 640, *numer.* 1, *& sequent.* quem ad hæc consule.

53 Nota tandem, quòd ut dispositio statuti nostri procedat, requiritur quòd mulier reperiatur dotata tempore mortis illius, de cujus successione tractatur, aliter statutum non procederet, ut tenent *Doctores citati per Ciroch. discept. foren.* 34, *numer.* 4. quod cùm ratio finalis statuti sit favor agnationis, & masculorum, non mihi quadrat (masculis existentibus) tu melius iudica, & vide *d. Ciroch. discept.* 42, *numer.* 39, *& discept.* 58, *à num.* 1, maximè *numer.* 20, *& seqq.*

DE FILIIS IN CONDITIONE POSITIS.

Rubrica LXIII.

AD tollendum dubias Doctorum Opinionis, ac Disputationes Filios positos in conditione Fideicommissi, tacitè ad Fideicommissum vocatos censeri benigniùs interpretamur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod filii positi in conditione dicantur vocati, uti interpretativum habet locum etiam in testamentis conditis ante statutum, num.* 2.

Licèt contrarium teneant alii, num. 3.

4 *Filii positi in conditione non censentur vocati secundum magis communem.*

*Fallit stantibus coniecturis, & remissivè, num.*5, *&* 21.

*Maximè in descendentibus positis in conditione, num.*6.

*Coniecturæ autem recensentur per Doct. num.*7.

*Et quæ in Cathalonia admittantur, num.*22.

8 *Filii positi in conditione censentur vocati si adsit statutum.*

*Tam per vulgarem, quàm per fideicommissariam, num.*9, *&* 21.

Etiam caducato gradu paterno per vulgarem in fideicommisso, numer. 10, *&* 23.

*Et appellatione filiorum in conditione positorum veniunt etiam fœminæ, numer.*11.

12 *Filii positi in conditione censentur vocati ad portionem patris tantum.*

*Fallit ut num.*13.

14 *Statutum vocans filios in conditione positos procedit etiam in transversalibus.*

*Et dictum statutum habet locum etiã in contractibus, num.*15, *&* 16.

*Et habet locum etiam in bonis sitis extra territorium, num.*17.

Consil. Oldrad. 21. *non habet locum quando filii sunt vocati à statuto, num.* 19.

20 *Filii positi in conditione quando sunt vocatis non censentur gravati, nec inter se reciprocè substituti.*

*Et tantum censentur vocati activè, non autem passivè, num.*24.

25 *Filii positi in conditione quando sunt vocati possunt revocare alienata per patrem, aut alium gravatum.*

ANNOTATIO.

1 HOc Statutum nostrum est interpretativum, ut habetur ex illius verbis non autem est dispositivum. *Rota decis.* 355, *numer.*31, *part.* 5, *recent.* benè comprobans,

2 & ideò illud locum habere debet etiam in testamentis conditis ante statutum, ut not. *Rusti. de libe. in condit. posit. lib.*6, *cap.* 8, *num.* 8, *& sequent. Andreol.* qui loquitur in terminis huius statuti *contr.*85, *numer.*11, *& contr.* 284, *num.*1, *Fusar. consil.*157, *num.*2,

3 Licèt contrarium tenuerit, *Ciriac. controv.* 520, *numer.* 19. & duas *Rota decisiones* pro hac parte contraria refert, *Rusti. ubi suprà dict. cap,*8, *numer.* 26. Quorum opinio fortassè admitti potest quando statutum non est interpretativum, sed est dispositivum, ut not. *Rusti. in dict. cap.* 8, *numer.* 8, *& sequent.*

4 Filii positi in conditione an censeantur vo-

vocati in terminis iuris communis est quæ-
stio satis controversa, ut dicit *Fenzon. ad*
4 *stat. Urb. lib.1, cap.142, numer. 1,* & videre
est per *Fusar. de subst. quæst. 437, per tot.*
pars tamen negativa videtur hodiè magis re-
cepta, ut dicit *Fenzon. in d. cap.* 142, *num.*
1, & 2, nec non D. Deluca in Theatr. verit.
& iusti. tom.10, in tract. de fideicom. discur.
21, numer.6, & discur 73, numer.3, ubi dicit
hanc esse receptissimam opinionem in *Rota*
& Curia Romana, & ante eum, *Ciriac,*
contr. 96, per tot. & contr.301, numer. 5, &
Rota apud Bich. decis. 271, *num. 21,* & apud
Card. Celsum decis. 145, *num.2.*

5 Quæ tamen non habet locum stantibus
conіecturis suadentibus illorum vocatio-
nem, ut not. *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.*
142, numer. 2, Fusar. de subst. d. quæst. 437,
numer. 6, D. Deluca in d. tit. de fideicom.
discur. 73, numer. 4, Hodiern. controv. 10,
numer 3, & Rota apud Buratt. decis.385, &
ibi Adden & apud Merlin. decis.559, num.
2, & decis. 449, num. 2, & apud Card. Cel-
sum d. decis. 145, numer. 2. & alibi passim;

6 Quæ quando agitur de descendentibus suf
ficiunt leviores, ut declarant *Adden. ad*
Buratt. d. decis. 385, numer. 10, *Fusar. de*
*subst. d. quæst.*437, *num.*16, *Rota apud Card.*
*Celsum dict. decis.*145, *num.4.*

7 Conіecturas verò plures recensent, *Fu-*
sar. d. quæst. 437, *per tot. Adden. ad Buratt.*
d. dec.585, & dec.387, per tot. Giovagn. cons.
79, 80, 81, & 82, cum cum disc. ibi in fine ap-
posito, D. Deluca in d. tit. de fideic. discur.
37, & discur.73, & Rota apud Gregor.XV.
*decis.*315, *& decis.329, & decis.336, & decis.*
355, part., *rec.* & alibi passim.

8 Quæ tamen omnia cessant stante dicto
statuto, quòd filii in conditione positi cen-
seantur vocati, ut advertunt *Fenzon. ad stat.*
Urb. d. cap. 142, numer.1, & 2, D. Deluca
*in d. tit. de fideicom. discurs.*19, *numer.*7, *&*
discurs.21, numer. 6, & discurs. 74, num. 5,
& Rota decis. 338, *numer.2, part.12, recent.*
& in Romana seu Urbevetana success. 2,
Ianuarij 1658, coram R. P. D. Albergato post prin.

9 Quòd verò stante dicto statuto, quòd
filii positi in conditione censeantur vocati
illi dicuntur vocati, tàm per vulgarem,
quàm per fideicommissariam, ut tradunt
*Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.*142, *numer. 15,*
*& Fusar. d. subst. quæst.*438, *numer.*14, qui
alios dant concordantes.

10 Quid verò dicendum sit si sit caducatus
gradus paternus, an filii in conditione po-
siti consequi debeant relictum patri videas
*Fusar. de subst. quæst.*439, *per tot.*

11 Et filiorum appellatione in conditione
positorum venire etiam fœminas scribit
*Fenzon. in d. cap.*142, *num. 9.* ubi hoc am-
pliat etiam si Testator posuisset in conditio-
ne filios masculos declarando, ut ibi per
eum, in quam opinionem inclinat. *D. De-*
*luca relatis contrariis in d. tom.*10, *in tit. de*
fideicom. discur.147, num.9..

12 Filii in conditione positi quando sunt
vocati à statuto, ut hic solum censentur vo-
cati ad portiones parentum *Andreol. contr,*
138, numer.25, Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.
142, *num.6, Fusar. de subst. quæst. 440, nu-*
*mer.*1. ubi testatur de receptiori opinione *&*
*numer.*23. *Rota apud Gregor.XV. decis.337.*
in prin. & apud Merlin. de pignor. decis.77.
num. 2.

13 Quòd tamen non habet locum quando
portio cohæredis per eius prædecedentiam
pervenit ad patrem, quia tunc dicuntur vo-
cati etiam ad portionem patruorum, ut not.
Fenzon. in d. cap. 142, *numer. 8, Fusar. d.*
quæst.440, numer.16, D. Deluca in d. tit. de
*fideicom. discur.*78, *num.6, & discur.79, nu-*
*mer.3, Rota apud Greg. XV. d. decis.*337, *nu-*
mer. 3, Maximè stantibus conіecturis, ex
quibus censentur vocati etiam ad portionē
patruorum, *Fenzon. d. cap.* 142, *numer. 7.*
D. Deluca in d. tit. de fideicom. discur. 77,
numer. 5, & discur.78, numer.5, Rota apud
Greg. XV. d. decis. 337, *& apud Merlin. de*
*pignor. d. decis.77, num.*2.

14 Statutum supradictum habet locum non
solum in descendentibus, sed etiam in tran-
sversalibus, *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.142,*
numer.11, Adden. ad Gregor.XV. decis 575,
numer. 10. qui plures referunt *Rota Romana*
15 decisiones, & habet locum etiam quando
filii sunt positi in conditione in contracti-
bus, ut not. *Fenzon. ad d. cap.142, num.14.*
Hodiern. ad Surd. decis.162, in fin. & Rota
decis.114, num. 4, *part. 7, rec. D. Deluca in*
16 *d. tit. de fideicom. discur.80, num 7.* ubi de
veriori, secùs cessante statuto quia tunc in
contractibus non dicuntur vocati, ut not.
*Cancer. var. resol. lib.1, cap.1, numer.*101, *&*
sequent. latè *Cancer. resol.* 91, *numer.* 11, *&*
17 *sequent.* plenè *Andreol. contr.* 240, *num. 9.*
qui alios dat concordantes, & dictum statu-
tum habet locum etiam in bonis, quæ sunt
extra territorium statuentium *Adden. ad*
Burat. decis. 385, *in fin. Rota decis.*338, *nu-*
mer. 3, *part.* 12, *rec.* licèt contrarium teneat
*Fenzon. ad d. cap.142, num.*17.

18 Addo pro complemento, quòd dictum
statutum, quòd filii censeantur vocati conti-
net nudam præsumptionem, quæ cessat ex
fortioribus conіecturis, ut probat *D. De-*
luca

luca in d. tit. de fideicom. discur. 80, *num.* 9, *qui num. sequent.* refert coniecturas facientes cessare d. dispositionem statuti.

19 Prout nolui omittere, quod *Conf. Oldr.* 21. non habet locum quando filii positi in conditione sunt vocati, ut in terminis huius statuti, ut post *Deci. & De'ian.* per eum relatos firmat *Sperell. decis.* 151, *numer.* 12, *part.* 2.

ADDITIO.

20 Adde prædictis, quòd filii in conditione positi, licèt censeantur vocati, non tamen censentur gravati, & inter se reciprocè substituti, ut tradunt *innumeri ferè Doctores*, quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quæst.* 441, *numer.* 1, *& seqq.* ubi testatur de magis communi opinione, & quod temerarium esset ab ea in consulendo, & iudicando recedere, cum quibus pertranseunt *Redenasc. cons.* 9, *num.* 134, *& Eminen. De Luca in Theatr. verit. & iust. tom.* 10, *in tit. de fideicom. discur.* 43, *numer.* 17, *& discurs* 76, *num.* 4, *& discur.* 82, *numer.* 6, *& discur.* 85, *numer.* 4. ubi hoc limitat stantibus coniecturis in contrarium ut ibi per eum, & ita fuit decisum in R. S. *die* 19. *Iunii* 1660, facto verbo inter nobilem Carolum de Calders, & de Vila Franca, & coniuges Rojas, & Pantoja; licèt contrarium teneant *DD. relati per Fusar. dict. quæst.* 441, *numer.* 3, vidend. *Ioseph. Rosa. consf.* 42, *numer.* 2, *& sequent. Crespi. observ.* 21, *à num.* 23.

21 Materia sanè ista filiorum in conditione positorum à nullo penè ex *DD.* est omissa, imò ab omnibus fermè tractata, & ita in pelago illius perventus, quasi in eo demersus nihil dicam; sed tantùm tibi demonstrabo aliquos *Doctores Modernos* qui te satiabunt de cunctis materiis eiusdem, paratáque prandia tibi dabunt, præcipuè, ex quibus coniecturis filii in conditione positi censeantur vocati, quibus substitutionibus, per vulgarem autem, an per fideicommissariam, an ita in contractibus, sicuti in ultimis voluntatibus, & omnia ista, & alia non abnegabunt *Doctissimus Altimar. ad consil. Rovit. lib.* 2, *observ. ad consil.* 7, *per tot. & ad lib.* 3, *observ. ad conf.* 52, *pariter per tot. Doctissimus Altograd. Iun. contro.* 36, *per tot. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 1, *&* 110 *per tot. Rodoer, consil.* 28, *per tot. & ad Marin. cap.* 141, *per tot. Modern. Castald. consult. foren.* 34, *&* 52, *per tot. Modern. Palma Nepos allegatio.* 85, *&* 86. *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap.* 254, 299, & latissimè *ad cap.* 352, *Redenasc, consf.* 9, *&* 56, *Passarin problem. legal. problem.* 4, *per tot. Crespi obser.* 19, *&* 20, *Massol. trismegist. legal. ratiocin.* 38, *per tot. Tondut quæst. civil. cap.* 98. ubi de positis in conditione in contractibus loquitur, *& cap.* 120, *per tot. & cap.* 121, *Rota decis.* 690, *per tot. part.* 18, *recent. tom.* 2, *Hodiern. ad Surd. decis.* 162, *per tot. Ciroch. discept.* 61, *à numer.* 46, *Actolin. resol foren. resol.* 73, *à numer.* 1, *Fusar. de substitutio. cap.* 437, *per tot. & alii quamplurimi*, quos relinquo, ne folia allegationibus consumam.

22 Materiam hanc non intactam reliquerunt nostri *Doctores Regnicoli*, imò omnes præcipuè *Fontanell. & Cancer.* variis in locis eam strenuè tractarunt, quos recolligit *Modern. Vilaplana in libro quem intitulavit de brach. Militar. cap.* 4, *à numer.* 228, ubi *numer.* 234, *&* 237, recenset duas coniecturas, ex quibus solis, movetur noster Regius Senatus ad declarandam vocationem filiorum, in conditione positorum; quando nempè sunt tacitè, aut expressè gravati, & quando filii ultimi, & remotioris substituti sunt expressè vocati, quas coniecturas approbatas diversis declarationibus modernis nostri Regii Senatus refert; quæ coniectura ultima procedit etiam quando filii positi in conditione in gradibus intermediis sunt expressè vocati, ut ita fuit in Regio Senatu decisum referente Nobili Hieronymo de Magarola Reg. Conf. die 27, Octobris 1679. in causa Ciciliæ Masdeu viduæ, contra diversos creditores, Scriba causæ Melchior Cortès.

23 Et hoc quoties dictæ duæ coniecturæ adsunt procedit, & veniunt vocati per fideicommissariam imbibitam in vulgari in fideicommisso, licèt filii ultimi substituti sint vocati per vulgarem, aditione primi hæredis extinctam, & aliquis gradus intermedius fuerit caducatus; ut ex decisionibus relatis per *dictum Vilaplana d. cap.* 4, *num.* 239, *&* 240, apparet, & latiùs *Rota Recen. part.* 13, *decis.* 78, *numer.* 5. *& decis.* 135, *numer.* 2, *&* 3, ubi *Fontanell.* citatur *Tondut. quæst. civil. cap.* 110, *numer.* 48, *& seq. Ios. Altograd. controver.* 55, *numer.* 78, *Bonden. collect. legal.* 41, *numer.* 15, *Fontanell. Giovagnon. & alii*, quos citat *Modern. Castald. consult. foren.* 96, *numer.* 2, *& consult.* 47, *numer.* 16, *Redenasc. consf.* 9, *numer.* 5, *Ciriac. controver.* 96, *num.* 73, *Capic. Latro. decis.* 110, *numer.* 20, *Cancer. var.* 1, *cap.* 1, *numer.* 160, *& sequent. Gratian. discept. foren. cap.* 339, *numer.* 75, & ita inconcussè declarat noster Regius Senatus,

tus, signanter referente Magnifico Iosepho Aleny 13. Iunii 1673. in causa Narcissæ Font & Martell, contra Moniales Descalceatas Barcinonæ, Not. Congost, & referente Nobili Iosepho Ferrer & Vinyals inter Nobiles Don Franciscum, & Annam Vergòs ex una, & Nobilem Narcissum de Rocabruna & Samsò ex alia, 17. Novembris dicti anni 1673. Not. Bas, & referente dicto met Magnifico Iosepho Aleny die 22. Ianuarii 1683. in flamigerata causa in Regio Senatu inter Cathalinam Bausili & Pi, & postea Eulaliam Simon uxorem Michaelis Simon villæ de Matarò ex una agendo, & Iacobum Pi agricolam Parochiæ de Mata termini dictæ villæ de Mataro, & Eulaliam Pi viduam partibus ex altera defendendo vertente, Scriba dictæ causæ Cortès Not. in qua sententia stabilita fermè est omnis materia fideicommissaria, doctrina tanti Magistri, ac Senatoris exornata, ac sufficiens ad non ultra quærendum, non ultraque dubitandum; quapropter ad præfatam sententiam assiduè recurre, & liberaris à non paucis vigiliis, quas uti prodigus deperderes, non ad eam recurrendo.

24 Tamen filii sic in conditione positi, & ita propter coniecturas vocati, intelliguntur vocati activè tantùm, non autem passivè, & ita gravati non dicuntur, nec reciprocè inter se, nisi aliter ex coniectura mente testatoris deprehendatur, *Gratian. Merlin. Peregrin. Fusar. Redenasc. Fontanell. Capic. Latr. Rot. Rom. & alii* quos citat *dict. Vilaplana d. loc. numer. 232. Urceol. consult. foren. cap. 79. numer. 2. & cap. 81. numer. 23. Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser. 110. numer. 5. & sequent. Iosf. Altograd. contro. 64. numer. 5. Ioseph. Rosa. dict. consult. 42. numer. 2. Massola. d. ratiocin. 38. num. 5. & seq. Canc. var. 1. cap. 1. num.* 122.

25 Itaque filii in conditione positi, ubi censentur dispositivè vocati, ne dum excludunt substitutum, sed etiam efficiunt ne pater testando possit de illis bonis disponere, imò eis datur alienatorum revocatio, & hoc sivè patri gravato bona sint quæsita, sivè caducato gradu patris ob eius præmorientiam, & sic non acquisitis per eum præcedenter dictis bonis, per antecedenter gravatum sint alienatas *Fontanell. de pact. clauf. 5. glos. 10. part. 2. numer. 29. & sequent. Gabr. Peregrin. Natta. Rustic. Capic. Latr. Prat. & alii citati per dictum Doctissimum Altograd. controver. 37. numer. 1. vidend. dict. decis. 78. & 135. super citat. p. 13. recen.*

DE FILIIS LEGITIMATIS.

Rubrica LXIV.

NOn liceat habenti Filios, legitimatos, in Testamento, vel quavis alia vltima Voluntate eisdem legitimatis, & cuicunque ipsorum relinquere plusquam uni, ex legitimas Filiis, vel Nepotibus, aut Pronepotibus per rectam Masculinam lineam descendentibus, cui minus relictum sit.

Si verò dicto Testatori Filia legitima, & naturalis superesset, seu Frater Carnalis coniunctus ex utroque Parente, vel ex Patre tantùm, sivè Nepotes ex Fratre prædicto, tunc non possit idem Testator eisdem legitimatis, etsi plenissimam legitimationem habuerint, nisi medietatem suorum bonorum relinquere: Sicut etiam ab intestato, modo, & forma prædicta succedere valeant.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio quando dicatur plena, plenior, & plenissima.*
2 *Legitimatio fit per subsequens matrimonium, per oblationem curiæ, & per rescriptum Principis.*
3 *Filius legitimatus quoad successionem non differt à legitimo.*

Ita ut ipse excludat etiam substitutum, num. 4.
Intellige de legitimato per subsequens matrimonium, aut per rescriptum Principis, num. 11.
Secus est in legitimato per oblationem curiæ, nisi tantùm in præiudicium patris, numer. 12.
Fallit regula principalis si testator esset

fit persona Nobilis, & in dignitate constitutus, numer. 5,
Et succedit aequaliter cum filiis legitimis, & naturalibus, num. 6,
7 *Filio legitimato debetur etiam legitima.*
Fallit si legitimatio sit facta cum clausula sine praeiudicio venientium ab intestato, numer. 8.
9 *Statutum loquens de ultima voluntate non comprehendit dispositionem patris factam inter vivos.*
10 *Legitimationis filiorum materiam qui tractant remissivè.*
13 *Pater an plus relinquere possit legitimatis, quàm filiis legitimis, & naturalibus.*

ANNOTATIO.

1 Plenissima legitimatio, de qua fit mentio in hoc statuto dicitur quae fit per subsequens matrimonium, plenior quae est in Pontifice dispensante super radice matrimonii, & plena quae fit per Principem laicum, ut post *Bursat. cons.* 1, *numer.* 29, & *Petr. de fideicom. quaest.* 11, *sub numer* 239, per eum relatos not. *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 144, *numer.* 12,

2 Legitimatio verò fit tripliciter, primò per subsequens matrimonium, secundò per oblationem Curiae, & tertiò per rescriptum Principis, *Fenzon. d. cap.* 144, *numer.*1, ubi dicit, legitimationem per oblatione Curiae ivisse in desuetudinem, & eius loco successisse legitimationem per statutum, ut ibi per eum, concordat *Cardin. Tusc. pract. conclu. litera L, conclu.* 228, *numer.* 1, & *sequent.* ubi ponit alios modos, per quos filii legitimantur, ut ibi per eum.

3 Legitimatus filius quò ad successionem non differt à legitimo, *Paris. cons.* 1, *num.* 52, & *cons.* 8, *numer.* 7, *lib.*2, *Rolan. cons.* 67, *numer.* 17, 18, & *sequent. vol.*3, *Marta de success. legal. part.* 1, *quaest.* 18, *art.* 1, *nu-*
4 *mer.* 2, & *sequent.* Itaut legitimatus per rescriptum Principis, & per subsequens matrimonium excludat substitutum sub illa conditione si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, ut voluerunt *Rolan. cons.*67, *numer.* 1, & *sequent. lib.* 3, *Fusar. de subst. quaest.* 407, *sub numer.*17, ubi dicit hanc opinionem sequendam esse in consulendo, & iudicando, & *quaest.* 408, *numer.* 1, ubi dicit hanc esse receptam omnium sententiam, & *Marta de success. legal. par.* 1, *quaest.* 18, *art.* 9, *numer.* 1, & *sequent.* & *Rota apud Merlin. de pignor. decis.* 77, *numer.* 5, &
5 *sequent.* Nisi testator esset nobilis, & in aliqua dignitate constitutus, *Rolan. d.cons.*67, *numer.* 1, & *sequent. Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 11, *tit.* 10, *numer.*33, & *sequent.* plenè *Fusar. de subst. d. quaest.* 407, *num.* 44. Quod tamen non placet *Rota d. decis.* 77, *numer.* 5. quando legitimatio est facta
6 in forma amplissima, ut ibi per eam, Et succedit aequaliter unà cum filiis legitimis, & naturalibus eius patri *Rolan. d. cons.* 67, *numer.* 21, *lib.*3, *Marta de success. legal.quaest.* 18, *art.* 1, *numer.* 3, & 4, *Bnrigl. de success.*
7 *Theor.* 9, *numer.* 3. Et ei debetur legitima in bonis patri sicuti debetur filio legitimo, & naturali, ut latè firmat *Merlin. de legit. lib.* 1, *tit.* 2, *quaest.* 8, *numer.* 9, *Card.Mantic. de coniect. lib.* 11, *tit.* 10, *numer.* 29, & *Andreol. controver.* 153, *numer.* 1, ubi plures dat concordantes, & contra testamentum Patris habet eadem remedia, quae habent filii legitimi, naturales, ut not. *Rola. dict. cons.* 67, *numer.* 22, *lib.* 3, *Merlin. de legit. d. quaest.* 8, *numer.* 8, & *Rota decis.* 655, *numer.* 2, *par.* 1, *recen.*

8 Nisi tamen fuerit legitimatus cum clausula *sine praeiudicio venientium ab intestato*, quia tunc ei non debetur legitima, nec succedit ab intestato, & cessant supradicta, ut latè comprobat *Merlin. de legit. d. lib.* 1, *tit.* 2, *quaest.* 8, *num.* 15, & *sequent. D. Deluca in d. tom.* 11, *in tit. de success. ab intest. discur.* 28, *numer.* 2, & plenissimè probat *Rota in Romana de Bonellis* 24, *Iannar.* 1635, *coram R. P. D. Ghislerio post princ.* ubi dicit, quòd neque potest contratabulare, & quòd non succedit, nisi in eo quod pater ei relinquit, ut ibi per eam.

De hoc statuto prohibente patri habenti filios legitimatos eis relinquere in testamento, vel in alia ultima voluntate plusquam uni ex filiis legitimis, vel nepotibus, cui minus relictum sit, mentionem facit *Illustrissimus D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom.*9, *in tit. de testam. discur.* 52, *numer.* 3, & *sequent.* qui *numer.* 14, & *sequent.* dicit, di-
9 ctum statutum loquens de ultima voluntate non comprehendere dispositionem patris factam ad favorem filii legitimati inter vivos, maximè stante iuramento, quod non comprehenditur sub dicto statuto, & alia ad materiam dicti statuti, quae vide ibi per eum.

ADDITIO.

10 Celebrem posse hic annotationem facere, ac diffusam circa legitimationem filiorum ad varias quaestiones, tradendo species earundem, per quos fiendae, quibus eitatis, & consentientibus, quando foeminas legitimas, & naturales excludant,

ma-

maximè eas quæ renunciarunt dote contentæ quando conditionem sine filiis faciunt deficere; cæterùm non intendo de materia cuiulvis rubricæ tractatum facere, sed aliqua annotare, ex quibus sicuti ex fonte possis aquam exaurire, pro tot difficultatibus, quæ tibi occurrerint; ideóque eam tibi præstabunt *Cancer. nostr. var.* 3, *cap.* 15, *à numer.* 2, *Urceol. consult. foren.* 57, *&* 93, *per tot. Manfrell. ad Capic. Latro obser. ad decis.* 3, *&* 166, *per tot.* ubi latissimè *Torre de pact. futur. succes. lib.* 2, *cap.* 43, *per tot. Autun. Portugal. de donationib. Reg. lib.* 1, *part.* 2, *cap.* 16, *& part.* 3, *cap.* 18, *per tot. Alvar. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 2, *lib.* 1, *tit.* 3, *§.* 1, *per plura capita, & alii plures*, quos citat *tom.* 1, *addit. libr.* 1, *ordinatio. Regn. Portugal. tit.* 1, *glos.* 55, *numer.* 13, *& sequent. Severin. in addit. ad decis* 342, *Sanfelic. Altimar. ad lib.* 1, *consil. Rovit. obser.* 45, *per tot. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap.* 83, *à numer.* 5, *SolorZan, de iur. Indiar. tom.* 2, *lib.* 2, *cap.* 17, *à numer.* 33, *idem De Luca de linea legal. lib.* 2, *art.* 100. *Ciriac. controver.* 256, *idem Altimar. ad lib.* 3, *consil. Rovit. obser.* 32, *per tot. Bottill. de successi. ab intestat. cap.* 1, *theor.* 8, *&* 9, *Michalor. de fratr. p.* 3, *cap.* 23, *& sequent. Ripoll. de regal. cap.* 22, *per tot. Fulgine. de emphiteu. tit. de success. in bon. emphi. quæst.* 5, *per tot. Ciroch. discep.* 1, *à numer.* 32, *& discept.* 63, *à num.* 7, *& alii quamplures*, quos brevitatis causa omitto, ad istos recurre, & reperies tractata, quæ volueris.

11 Itaque in terminis successionis legitimorum nostræ rubricæ sistendo, & ad alia non divertendo, dico quòd legitimati per subsequens matrimonium, aut per rescriptum

12 Principis (non autem loquor de legitimatis per oblationem Curiæ, cum ea ab aula recessit, & ea filii fiunt legitimi in præiudicium patris tantùm, *Autun. Portugal. d. part.* 2, *d. cap.* 16, *numer.* 12, *Altimar. ad Rovit. lib.* 1, *obser. ad consil.* 45, *numer.* 6, *Cancer. var.* 1, *cap.* 5, *numer.* 43, *vers. Hoc autem*) verè efficiuntur legitimi, & omnia consequuntur, quæ legitimè natis iura concessere, nihilque à legitimis differunt, & sic eis debetur legitima, sunt pariter instituendi, aut prætereundi, præteriti rumpunt testamentum patris, æqualitérque cum legitimis succedunt in hæreditate patris, & tandem omnia eis competunt remedia, & privilegia iuris, quæ ad favorem legitimorum, & naturalium sunt promulgata, novissimè, ac latissimè, *citatisque cunctis Modernioribus Ioann. Torre. d. tractat. de pact. futur. succes. lib.* 2, *dict. cap* 43, *numer.* 22, *& sequent. Urceol. d. consult.* 57, *numer.* 28, *Pegas d. tit.* 3, *§.* 1, *glos.* 4, *cap.* 1, *numer.* 11, *& sequent. Manfrell. ad Capic. Latr. dict. obser.* 3, *numer.* 8, *& obser.* 166, *numer.* 24, *Cancer. var.* 1, *d. cap.* 5, *numer.* 42, *Portugal. d. cap.* 16, *à numer.* 12, *Severin. ad d. decis.* 342, *Sanfelic. pag. mihi* 87, *vers. Praterea, col.* 2, *Modern. Castald. consult. foren.* 101, *numer.* 1, ubi plures modernissimas decisiones Rotæ Romanæ citat *Altimar. ad consilium. Rovit. lib.* 1, *observatio. ad consi.* 63, *per tot. Valenzuel. Velasq. consil.* 7, *numer.* 18, *& sequent. Merlin. controver.* 1, *numer.* 27, *& sequent. Fulgine. de emphiteu. d. quæst.* 5, *numer.* 2, *& sequent. Ciroch. discept.* 32, *numer.* 5, *& sequent. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.* 1, *lib.* 3, *disp.* 6, *numer* 15, *& sequent.* maximè *à numer.* 29, *ad* 101, ubi latè, *Giurb. de successi. feud. §.* 2, *glos.* 8, *numer.* 31, *Capon. controver. foren. controver.* 6, *per tot.* præcipuè *à numer.* 6, *Modern. Agetta in visio. feudal. tom.* 1, *p.* 2, *pag. mihi* 216, *& seq.*

13 Pater autem, an plus relinquere possit filio legitimato per rescriptum Principis quàm legitimo, & naturali, tradunt *Doctores citati per dict. Manfrell. d. obser.* 166, *numer.* 19, *& sequent. Portugal. d. cap.* 16, *à numer.* 21, ad ipsos recurre pro veritate habenda.

DE FILIIS ILLEGITIMIS.

Rubrica LXV.

Si quis Filios legitimos, & naturales, seu Nepotes, & Pronepotes ex eis per rectam lineam Masculinam descendentes non habeat; liceat ut Filiis suis naturalibus, Spuriis, seu quomodolibet illegitimis pro substentatione illorum medietatem bonorum suorum in ultima Voluntate relinquere. Si

verò

verò legitimi, & naturales Filii, Nepotes, vel Pronepotes superſint liceat unciam unam totius hæreditatis unicuique relinquere, dummodo tale relictum propter numerum Filiorum naturalium Quadrantem non excedat.

SVMMARIVM.

1 *Filii naturales ſtantibus legitimis ex teſtamento non poſſunt capere niſi unciam.*
Legitimis verò ceſſantibus totum capere poſſunt, num. 2,
Contra tamen teſtamentum venire non poſſunt, num. 3,
Ab inteſtato verò ſtantibus legitimis, capiunt unciam, vel alimenta, n. 4,
Illis verò deficientibus ſuccedunt in duabus unciis, n. 5,
6 *Filiis naturalibus non debetur legitima, nequè quærela contra teſtamentum.*
7 *Filii naturales qui dicantur.*
8 *Filii patri ſpurii non ſuccedunt, nequè ex teſtamento, nequè ab inteſtato.*
Etiam non extantibus filiis legitimis, num. 9,
Eis tamen pater tenetur præſtare alimenta, & dotem, n. 10,
Ita ut pro dicta quantitate ſuſtineatur legatum eis factum, n. 11,
12 *Filii an præſumantur naturales, vel ſpurii remiſſivè.*
13 *Filiorum illegitimorum materiam qui tractant remiſſivè.*

ANNOTATIO.

1 QVòd ſtantibus filiis legitimis filii naturales ex teſtamento non poſſint ca-
pere niſi unciam de illius hæreditate, ut di-
ſponitur in hoc ſtatuto, itaut ſi ultra unciam
pater eis relinquat totum applicetur cæteris
filiis legitimis tradunt *Pereg. de iure fiſc. lib.*
3, tit. 18, numer. 1, & ſequent. Merlin. de
legit. lib. 1, tit. 2, quæſt. 4, in prin. & Mar-
ta de ſucceſ. legal. part. 1, quæſt 16, art. 1, ſub
2 *numer. 7,* Ceſſantibus verò filiis legitimis
totum de iure communi capere poſſunt, ut
not. *Peregrin in d. tit. 18, numer. 19, Mer-*
lin de legit. in d. quæſt. 4, numer. 9, Mar-
ta dict. art. 1, ſub numer. 7. & Rota in Rom.
legit. 22, Maii 1643, coram R. P. D. Peu-
3 *ting* licèt contra voluntatem patris, & con-
tra illius teſtamentum nihil capere poſſint,
ut poſt *Bart. Bald. Iaſ. Socci. Alexand.*
Paleot. Lud. de Sard. & alios per eum ad-
ductos not. *Mart. d. art. 1, n. 7.*
4 Ab inteſtato verò extantibus filiis legiti-
mis naturales capiunt unciam, vel alimenta,
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 125, numer. 6, Mer-
lin. in dict. quæſt. 4, numer. 1, verſ. Ab in-
teſtato, &c. Marta de ſucceſſ. legal. part. 1,
quæſt. 16, art. 1, numer. 3, & Rota apud
5 *Merlin. de legit. deciſ. 125, numer. 5.* Eis au-
tem deficientibus ſuccedunt in duabus un-
ciis, *Peregr. dict. tit. 18, in prin. Merlin. in*
d. quæſt. 4, num 1, ubi dicit, prædicta pro-
cedere ceſſantibus etiam accendentibus, &
uxore, ut ibi per eum, *Marta in dict. art.*
1, num. 4.
6 Legitima autem eis non debetur, nequè
quærela adverſus patris teſtamentum, *Pereg.*
de iure fiſc. dict. tit. 18, num. 24, & in tract.
de fideicom. art. 36, numer. 40, Craſſ. de ſuc-
ceſ. §. legitima, quæſt. 3, numer. 5, Merlin.
de legit. d. quæſt. 4, numer. 2, ubi plures
dat concordantes,
7 Filii autem naturales, ad declarationem
ſtatuti noſtri, dicuntur qui ex concubina
nati ſunt, cum qua matrimonium contrahi
potuerit; unica, & domi retenta in ſche-
mate concubinæ ad liberos ſuſcipiendos,
itaut deficientibus dictis conditionibus filii
ex ea nati non dicantur naturales, ut decla-
rant *Chover. de publ. concub. in verb. concu-*
binam dimittat, Cardin. Paleot. de not. &
ſpur. cap. 12, numer. 3, & Marta de ſucceſ.
part. 1, quæſt. 16, art. 1, numer. 1, qui au-
tem dicantur ſpurii, vide *Merlin. de legit.*
lib. 1, tit. 2, quæſt. 5, numer. 1, & ſeq.
8 Filii autem ſpurii patri non ſuccedunt,
nequè ex teſtamento, nequè ab inteſtato,
Merlin. de legit. d. quæſt. 5, numer. 8, Mar-
ta de ſucceſ. legal. part. 1, quæſt. 16, art. 1,
9 *numer. 15, & ſequent.* qui dant concordan-
tes, etiam non extante legitima ſobole, ut
poſt *Caccialup Deci. Marſil. Paleot. Ro-*
lan. Capr. Caſtr. Fulgoſ. Grat. Barba. Rub.
Cardin. Tuſc. Craſſ. & alios per eum addu-
ctos firmat. *Merlin. de legit. dict. quæſt. 5,*
ſub num. 8.
10 Tenetur tamen pater dictis filiis ſpuriis
præſtare alimenta, & dotem de æquitate ca-
nonica, ut tradunt *Cardin. Mantic. de con-*
iectur. lib. 8, tit. 5, numer. 12, Surd. de ali-
ment. tit. 1, quæſt. 10, numer. 5, & ſequent.
latè *Merlin. de legit. lib. 1, tit. 2, quæſt. 5,*
numer. 21, & ſequent. & latiùs *Lucid. de il-*
leg. cleric. & regul. cap. 15, numer. 1, &
plu-

plurib. sequent. ubi dicit, nullâ lege dicta alimenta, & dotem filiis spuriis auferri posse, ut ibi per eum, benè *D. Deluca tom.6,*
11 *in tit. de dote discur.* 142, *numer.* 30. Ita ut pro dicta quantitate dotis, & alimentorum subsitncatur legatum eis à patre factũ, *Surd. de aliment. d. tit.*1, *quæst.* 10, *numer.* 10, *Galva. cons.* 46, *numer.* 22, *Merlin. in d.quæst.* 5, *numer.* 23. benè comprobans, & declarans dummodò legatum non sit excessivum, quia in excessu legatum revocatur, ut ibi per eum, & limitat, nisi filius habeat undè vivere possit, & fœmina habeat pro se dotanda, cum quibus pertransit *Marta de succes. legal. part.* 1, *quæst.* 16, *art.*1, *num.*15, *& sequent.* ubi dicit, patrem non posse in testamento spuriis relinquere, ut ibi per eum.

12 Utrum verò filii præsumantur naturales, vel spurii plenè declarat *Merlin. de legit. lib.* 1, *tit.* 2, *quæst.* 5, *numer.* 40, *& sequent.* ipsum consulas.

A D D I T I O.

13 EX *Doctoribus à nostro Conciolo citatis* & inferius citandis habebis, qui dicantur filii naturales, qui spurii, adulterini, sacrilegi, ac incestuosi, differentiásque, quæ existunt inter ipsos, tàm circa successionem ex testamento, quàm ab intestato, tàm circa alimenta, quàm circa successionem cognatorum, & agnatorum, patris, aut matris, etiam ad exclusionem filii, & ita omnia hæc, & alia reperies tractata penès *nostr. Cancer. var.* 1, *d. cap.* 5, *à numer.*45, & diffusè *apud Doctissimos Carol. Ant. De Luca ad decis. Franc. obser.* 720, *per tot. Antun. Portugal. de donationib. Reg. d. par.* 3, *cap.* 18, *per tot. Altimar. ad lib.* 2, *consil. Rovit. obser. ad cons.* 74, *per tot. & ad lib.* 3, *cap.* 21, *& sequent. Cyriac. controv.* 237, *per tot. Solorz. an. de iur. Indiar. tom.* 2, *lib.* 2, *cap.* 17, *à numer.* 2, *Hodiern. ad Surd. decis.* 249, *per tot. Ciroch. discep.* 36, *à numer.*62, & ita ad ipsos recurre, & invenies quomodo ex testamento, aut ab intestato patri, aut matri, nobili, aut plebeio hi omnes respectivè succedant, cum magna copia Doctorum tractatum, & cum individuatione quorumcunque casuum, quos hic transcribere prætermitto; nè librum hunc immortalem efficerem, & vulgata tradendo fastidiosus fierem.

DE SVCCESSONE FRATRVM.

Rubrica LXVI.

AD Successionem Fratris ab intestato prædefuncti, Germani Fratres utrinque coniuncti, illorúmque Filii Masculi in Stirpes simul succedant, exclusa Matre præterquam à legitima; & exclusis etiam Sororibus, & Amitis, dummodo dictæ Sorores, & Amitæ congruè dotatæ existant, vel eas Fratres, & Nepotes congruè dotare parati sint. Si verò supersint Fratres ex Patre tantùm, vel eorum Filii Masculi in Stirpes, ut suprà simul cum Matre, & Sororibus utrinque coniunctis, etiam dotatis, vel dotandis, pro virili portione succedant.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens sorores propter fratres dicitur favorabile.*
Et dictum statutum intelligitur de fratribus utrinque coniunctis, num. 2,
3 *Legitima reservata matri est tertia portionis quam capit ab intestato.*
Contrarium esse trientem hæreditatis quam esset habitura ab intest.ato, num. 4,
5 *Mater excluditur à successione à filio ex uno latere tantùm excepta legitima.*
6 *Statutum excludens matrem à successione filii illam non excludit à successione filiæ.*
7 *Statutum excludens matrem à successione filii ab intestato non comprehendit filium impuberem qui non potuit testari.*
Contrarium tenent alii plures, n. 8,
9 *Statutum excludens matrem à successione, non censetur excludere avum maternum.*
10 *Statutum de successione fratrum non afficit successionem forensium.*

Ne-

Neque iuvat forenses, numer. 11,

12 *Stante dicto statuto Eugubino nepotes dicuntur exclusa ab hæreditate patrui per filios masculos alterum fratrum.*

13 *Statutum excludens sorores à successione fratris non illas excludit à successione sororum.*

14 *Fratrum in successione ius commune insequitur in Cathalonia.*

15 *Fratres utrinque coniuncti succedunt ab intestato per capita fratri defuncto unàcum patribus.*

Non tamen ita fratres uterini, seu consanguinei tantùm, sed à patribus excluduntur, num. 16,

Quid autem in casu tradito, n. 17,

18 *Fratres utrinque coniuncti quomodo succedant fratri defuncto, unàcum patre, & nepotibus ex alio fratre mortuo.*

19 *Nepotes an succedant patruo defuncto ab intestato unà cum avo, aut alio ascendenti.*

20 *Fratres, & filii fratrum utrinque coniuncti excludunt fratres uterinos, aut consanguineos tantùm à successione fratris prædefuncti, & quomodo succedunt.*

21 *Nepotes excludunt patruum à successione avunculi ab intestato defuncti.*

Sicuti fratres ex uno latere coniuncti excludunt patruum à successione fratris defuncti, num. 22,

23 *Fratrum filii succedunt patruo in capita.*

24 *Fratres uterini concurrentes cum consanguineis tantùm omnes fratri præmortuo succedunt, & quomodo.*

ANNOTATIO.

1 Statutum prædictum excludens sorores propter fratres dicitur favorabile, ut dicit *Rot. decis. 388, numer. 29, part. 5, rec.* & illud fuisse conditum pro conservatione agnationis ex verbis eiusdem statuti arguit *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 146, num. 14, & Theod. Rube. ad d. cap. 146, numer. 2.*

2 *in sing. Rota Rom. tom. 2.* Et dictum statutum intelligitur de fratribus utrinque coniunctis, non autem de uterinis tantùm, ut in eo habetur, ut post *Bald. Socci. & Brun.* per eam relatos firmat *Rota decis. 502, num. 3, & 4, part. 4, rec. tom. 2, & decis. 563, numer. 1, par. 1, rec. & decis. 461, numer. 6, & 7, par. 2, rec.*

3 Quod verò legitima matris reservata hìc per statutum sit tertia illius portionis, quam capit ab intestato, non autem totius hæreditatis tradunt *Marescot. var. resol. lib. 1, cap. 10, & Merlin. de legit. lib. 1, tit. 4, q. 7, numer. 24,* qui dant concordantes.

4 Contrarium verò imò legitimam matris esse trientem totius hæreditatis quam habitura esset ab intestato voluerunt *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 146, numer. 12, Theod. Rub. in Sing. Rot. Rom. tom. 2, ad stat. cap. 146, numer. 12, Illustrissimus D. meus Deluca in Theatr. verit. & iustit. tom. 9, in tit. de legit. discur. 10, numer. 27, & Rota in Roman. de Bonellis 24, Ianuar. 1635, post princ. coram. R. P. D. Ghisilerio.*

5 Mater autem quod excludatur à successione à filio coniuncto ex uno latere tantùm excepta legitima, nisi statutum contrarium disponat, ut in casu nostro not. *Menoch. cons. 187, lib. 2, ferè per tot. Surd. cons. 85, 10, lib. 1, Merlin. de legit. lib. 1, tit. 4, q. 7, numer. 20, & Hodiern. ad Surd. decis. 239, numer. 5.*

6 Statum verò supradictum excludens matrem à successione filii non excludit illum à successione filiæ, ut post *Corn. Caph. Decian. Menoch. Honded. & Cardin. Mantic.* per eum relatos firmat *Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quæst. 27, numer. 6, & sequent.* ubi hanc opinionem dicit veram esse, & communem, *Rota decis. 125, numer. 19, & sequent. part. 2, diver.* Licèt contrariam opinionem tueatur *Hodiern. ad Surd. decis. 9, numer. 37, & seq.*

7 Pari modo statutum supradictum excludens matrem à successione filii ab intestato non comprehendit successionem filii impuberis, qui non potuit testari, ut firmat *Eugen. cons. 5, numer. 23, lib. 1, Hond. cons. 5, numer. 50, lib. 1, Mascard. de gener. stat. interp. conclus. 3, numer. 13, & Andreol. controver. 330, per tot.* latè comprobans.

8 Contrariam tamen opinionem imò statutum habere locum etiam in intestabilibus tenuerunt *Caren. resol. 58, numer. 7,* ubi testatur de receptissima opinione *Altograd. cons. 76, num. 18, lib. 1,* qui testatur de communi *Redenasc. cons. 22, cum duobus cons. sequentib. Merlin. controver. foren. cent. 2, cap. 12, numer. 19, & sequent. D. Deluca tom. 11, in tit. de success. ab intest. discur. 7, numer. 5, & sequent.* cum quibus pertransit *Rota decis. 349. numer. 35, part. 6, recent. & apud Cardin. Celsum decis. 125, num. 13, & sequent.*

9 Quod verò dictum statutum excludens matrem à successione, non censeatur excludere Avum maternum post *Bart. Bald. Io. Andr. Ricard. Malombr. Fulgos. Angel. Andr. Sicul. & Capr.* per eum adductos firmat *Marta de success. legal. part. 2, quæst. 5, art. 3, numer. 6, & sequent.* ubi testatur de veriori opinione, licèt contrarium tenue-

rint

rint *Peregr. consf.* 14, *lib. 5.* & alii relati per *Mart. ubi suprà n. 5.*

10 Addo prædictis, quòd dictum statutum de successione fratrum non afficit successionem forensium licèt eorum bona sint in loco statuti, ut docent *Fenzon. ad stat. Vrb. d cap.* 146, *numer.* 13, *& Teod. Rube. in sing. Rot. Rom. tom. 2, ad d. cap.* 146, *n.* 14.

11 ubi dant concordantes, prout. neque iuvat forenses, *Rota apud Merlin. decis.* 471, *nu. 33, & in Ferrarien. de Tasson.* 18, *Martii* 1629, *coram R. P. D. Pirovano.*

12 Sta ite hoc statuto neptes dicuntur exclusæ ab hæreditate patrui per filios masculos aliorum fratrum, & sic nepotibus secundum, *Fenzon. ad dict. cap.* 146, *numer.* 4, *& Teodor. Rube. in sing. Rot. Rom. ad d. ca.* 146, *numer.* 15, & ita fuit sententiatum in Civitate Eugubii per D. Prætorem de anno 1655, 3. Iulii per acta D. Trombetti, licèt contrarium tueatur *Altogr. pro neptibus cons.* 64, *vol.* 1, *per tot.*

13 Quod verò dictum statutum excludens sorores à successione fratris non illas excludat à successione sororum firmavit latè *Rota apud Merlin. decis.* 471, *per tot.* quæ loquitur in terminis *Statuti Vrbis* 146, præservat autem in specie hoc statututum nostrum *numer.* 33. videas ibi, & de *dict. decisione.* mentionem facit *Theod Rub. ad d. cap.* 146, *num.* 6, *in sing. Rota Rom. tom.* 2.

ADDITIO.

14 Circa successionem fratrum nihil per nostrum ius municipale est dispositum, sed ius commune in hac Provincia Cathaloniæ insequimur, quàpropter non plura annotabo, cùm nullus sit qui ignoret differentias ex iure, *ff. Cod. & Auten.* existentes, circa hanc materiam, & ita breviter me expediam.

15 Igitur defuncto fratre, patre, aut matre, fratribúsque utroque latere coniunctis superstitibus, certum est omnes per capita fratri præmortuo succedere, sicuti prædefunctis patre, & matre, avus, & avia cum dictis fratribus ex utroque latere coniunctis concurrerent, *Cancer. var.* 1, *cap.* 5, *num.* 24, *Michalor. de Fratr. par.* 3, *cap.* 14, *numer.* 3, 4, *Roblef. de repræsentatio. lib.* 2, *cap.* 21, *numer.* 4, *Carol. Anton. De Luca ad Franch. obser.* 149, *num.* 12, *Rota decis.* 144, *numer.* 2, *&* 3, *part.* 18, *recen. tom.* 1, *Pansut. controver.* 12, *numer.* 5, *& sequent. Con-*
16 *ciol. noster. allegatio.* 20, *numer.* 2. Si tamen parentes cùm fratribus uterinis, aut consanguineis tantùm in successione filii defuncti concurrerent, ipsos sanè excluderent *Roblef. d. cap.* 21, *numer.* 5, *Cancer. d. cap.* 5, *numer.* 35, *Michalor. d. cap.* 14, *nu-*
17 *mer.* 8. quamvis ardua sit quæstio, quid si ipsi fratres ex uno latere coniuncti concurrant cum ascendente, in casu quo illi coniuncti sint ex illo latere, cum quo coniunctus est ascendens, quam videre poteris penès *Marin. Caren. Michalor. & alios citatos per Carol. Ant. De Luca de linea legal. lib.* 1, *art.* 2, *numer.* 26.

18 Si tamen parentes concurrant ad successionem filii prædefuncti cum fratre ex utroque latere coniuncto, & nepotibus ex altero filio, certum est omnes ad successionem dicti filii fratris, & avunculi respectivè admitti, ipsi tamen nepotes instirpem personam patris sui repræsentando, & ita omnes partem unam efficiunt, *Michalor. d. cap.* 14, *numer.* 5. *Roblef. d. tractat. cap.* 23, *numer.* 21, *& sequent. Cancer. d. cap.* 5, *numer.* 24, *in fin. Luca de linea legal. lib.* 1, *art.* 2, *numer.* 17. *& lib.* 2, *artic.* 2, *numer.* 2, *& ad Vincen. de Franch. observ.* 149, *numer.* 5, *vers. Secundò eadem, Altimar. ad consil.* 23, *Rovit. lib.* 1, *numer.* 6.

19 Si autem filii fratrum concurrant cum parentibus, quoties nulli adsunt fratres, ardua est quæstio si ipsi filii fratrum admittantur cum ipso parente, & cum ad partes disputant *Roblef. & alii citati per dict. Carol. De Luca de linea legal. d. art.* 2, *numer.* 18, *& dict. lib.* 2, *art.* 2, *numer.* 2, *in fin. & in dict. obser.* 149, *numer.* 5, *&* 12, *Altimar. ad dict. consil.* 23, *Rovit. d. num.* 6, *& sequent.* novissimè *Barra. controver. foren.* 69, *num.* 3, *& sequent.* Ego verò à opinione affirmativa non discederem, ex rationibus per *Roblef. & per d. Luca d. numer.* 12, ponderatis; benè tamen ipsi hoc casu instirpes succedunt, nec plus consequuntur quam ipsorum pater habiturus esset, *d. Luca de linea legal. d. art.* 2, *numer,* 17, *vers. Filii fratrum, &c. Altimar. ubi supr. d. numer.* 6, *Barra. ubi supr. d. n.* 3, *& seq.*

20 Concurrentes ad successionem fratris fratres, ac filii fratrum ex utroque latere coniuncti, & fratres consanguinei, aut uterini, certum est istis per eos à dicta successione excludi, pariter in capita inter ipsos succedendo; ipsi verò filii fratris instirpes personam patris sui repræsentando, & illius partem quam caperet si viveret capiendo, *Valenzuel. Velazq. consil.* 17, *numer.* 6, *& sequent. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 126, *numer.* 15, *Pansut. controver.* 10, *num.* 1, *& ferè per tot. Fulgine. ubi proximè num.* 8, *Berlich. conclu. legal. part.* 3, *conclu.* 24, *numer.*

numer. 8, 12, *& 45, Fontanell. de pact. clauf.* 5, *glof.* 3, *numer.* 21, *Michalor. d. cap.* 14, *numer.* 13, *Roblef. de repræfentatio. lib.* 2, *cap.* 21, *numer.* 2, *Caneer. var.* 1, *d. cap.* 5, *num.* 23, *Roxas de incompatibilitat. part.* 1, *cap.*
21 6, *numer.* 264, *& fequent.* Si autem frater defunctus relinquerit patruum, & nepotes ex fratre, non omnes fuccedunt, fed dicti nepotes dictum patruum excludunt, *Carol. Anton. De Luca d. tractat. de linea legal. d. lib.* 1. *art.* 2, *numer.* 20, *&* 21, *Roblef. d. lib.* 2, *cap.* 25, *numer.* 9. *& fequent. Severin. ad decif.* 344, *Sanfelic. pag. mihi* 100, *verf. Hoc etiam, &c. lib.* 3, *Valenzuel. dict. confil.* 17, *numer.* 9, *Berlich. d. conclus.* 24, *num.*
22 33, *&* 34. Pariter fratres ex uno latere coniuncti excludunt patruum defuncti, cùm fint in fecundo, & patruus in tertio, *Luca d. art.* 2, *numer.* 26, *verf. Fratres, &c.*

23 Filii autem fratrum inter fe non fuccedunt inftirpes, fed in capita, *Luca d. tractat. de linea legal. dict. art.* 2, *lib.* 1, *numer.* 22, *Caneer. var.* 1, *d. cap.* 5, *numer.* 16, *Rota Recen. par.* 13. *decif.* 78, *numer.* 6, & ad partes difputato articulo *Io. Dominic. Panfut. controver.* 1, *per tot.* maximè *numer.* 24, 36, *& fequent. Altimar. ubi fuprà numer.* 11, *Fulgin. de emphiteu. tit. de fucceß. in bon. emphit. quæft.* 1, *numer.* 8, *verf. Sed magis dubium eft, &c. Bonden. collect. legal.* 41, *numer* 103, *Mart. Medic. decif. Senen. exam.* 33, *& in addit.* ubi latè *Berlich. conclu. legal. d. conclus.* 24, *num.* 26, licèt non defint Doctores magni nominis, nempè *citati à Doctiffimo Antun. Portugal. de donationib. Reg. part.* 3, *cap.* 19, *numer.* 48, contrarium tenentes, apud quos id poteris examinare, noftra tamen conclufio pro certa ftabilitur à *Modern. Agetta. vifio. feudal. pag. mihi* 57, *in allegatio ad num.* 50.

24 Fratres autem confanguinei concurrentes cum uterinis omnes fratri præmortuo fuccedunt, confanguinei in bonis à patre, uterini in bonis à matre obventis, in cæteris autem æqualiter; *Luca dict. lib.* 2, *art.* 2, *numer.* 6, *&* 8, *Roblef. dict. lib.* 2, *cap.* 22, *numer.* 2, *Canter. var.* 1, *d. cap.* 5, *numer.* 22, *verf. Idémque obfervat, &c.* vidend. *Severin. in addit. ad decif. Sanfelic.* 344, *pag. mihi* 100, *verf. Dum num.* 9, *& pag.* 101, *verf. Sed fi defunctus, &c. Valenzuel. dict. confil.* 17, *numer.* 11, *& fequent. Panfut. d. controv.* 10, *n.* 19, *& feq.*

DE DIVISIONE RERUM COMMUNIUM.

Rubrica LXVII.

QUilibet habens focietatem, fivè bona cum aliquo Communia, poffit illorum divifionem petere, & partem fibi affignari, & Conftito Iudici de Communione, fi res divifionem patiatur; pronunciare debeat Divifioni locum effe, & mandet eligi Peritos Agrimenfores, & Æftimatores fecundum rei quantitatem, & ipfe loco ceffantis eligat, qui portiones facere debeant; Et deinde Iudex Peritorum relatione habita, fi Partes aliter concordes non fint, Sorte immiffa, Portiones ipfas divifas Singulis, diebus feriatis non obftantibus, adiudicet: Quàm divifionem volumus etiam per Minores, & Pupillos, & eorum nomine à legitimis Perfonis fieri poffe, prout meliùs, & utiliùs vifum fuerit. Si verò res communis Commodam divifionem non patiatur, Iudex mandet poni Partitum de Re, & Pretio, & fi Partes deffentiant, Queftio, forte ut fuprà, dirimatur. Si quis autem negaverit rem effe communem, & probetur, incurrat Pœnam xxv. librarum.

SUMMARIUM.

1 *Nemo cogitur ftare in communione.*
Etiamfi per longiffimum tempus communiter bona fint poffeffa, num. 21.
Ita ut divifio per teftatorem perpetuò prohiberi non poffit, num. 2.
Neque valet pactum de ftando in perpetua communione, num. 3.
Neque ius petendi divifionem præfcribatur,

batur, *numer*. 4, & 21.

5 *Divisioni ut sit locus est probandum dominium, & communio bonorum.*

6 *Divisionis faciendæ modus remittitur arbitrio Iudicis.*

7 *Divisio inter fratres an sit facienda per maiorem, data electione minori.*

8 *Minor non potest provocare ad divisionem.*

Fallit si socius esset rixosus, num. 9,

Et si divisio minori esset evidenter utilis, num. 10.

Fallit etiam si minor provocetur à maiori ad divisionem, n. 11,

12 *Communi dividendo iudicium datur, etiam si neuter possideat.*

13 *Divisio rescinditur si adsit læsio ultra dimidiam.*

Si tamen facta per arbitros sufficit læsio in sexta parte, num. 14,

Rescinditur etiam, si facta sit per errorem, numer. 15,

16 *Divisio si commodè fieri non potest, devenitur ad æstimationem.*

Præfertur tamen habens maiorem partem in re communi, num. 17,

Quod verò res commodè dividi non possit non præsumitur num. 18,

19 *Divisio quomodo sit facienda cum eo qui habet rem contiguam rei dividendæ.*

20 *Communio parit discordias.*

22 *Divisionis varii modi recensentur remissivè.*

23 *Divisionis in iudicio nequit quis ad certam quantitatem condemnari, nisi in casu quo aliter divisio expleri non possit.*

ANNOTATIO.

PRudenter quidem dispositum fuit in hoc statuto, quòd quilibet habens rem communem cum alio possit petere illius di-
1 visionem, cùm nemo teneatur stare in communione, dum illa parit discordias, ut tradunt *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 101, lib. 1, in fin. D. Torre de pact. futur. success. lib. 3,*
2 *cap. 10, numer. 4.* Itaut divisio per testatorem in perpetuum non possit prohiberi, sed solum ad tempus, *Michal. de fratr. part. 2, cap. 43, per tot. D. Torre de pact. futur. success. lib. 1, cap. 18, numer. 35, D. Deluca in Theatr. verit. & iusti. tom. 9, in tit. de testam. discur. 71, numer. 7, & Rota decis.*
3 *241, numer. 33, part. 5, rec.* Neque valeat pactum inter fratres de stando in communione in perpetuum *Torre de pact. futur success. lib. 3, cap. 10, numer. 22, Rota apud eum*
4 *decis. 178, numer. 4.* Et ius petendi divisionem neque per longissimum tempus præscribatur inter eos, qui rem possident in communi; ut post *Bart. Bald. Ang. Bertran. Ias. & Curt. Seni.* per eum relatos firmat *Crav. cons. 60, in prin.* nisi tamen divisio fuisset petita, *Rota apud Cardin. Bichiũ decis. 6, num. 26,*

5 Divisio autem faciendæ non est locus, nisi probato dominio, & communione, *l. 1, ff. comm. divid. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 101, in princ. lib. 1, Rota apud Merlin. de pign. dec. 77, num. 1.*

Divisio bonorum in hoc statuto licèt mande-
6 tur fieri per æstimatores, & agrimensores, modus autem illam faciendi de iure remittitur arbitrio Iudicis, qui attenta facti, & personarum qualitate, id arbitrabitur, ut tradunt *Menoch. de arbitr. casu 123, num. 1,* benè *Michal. de fratr. part. 3, cap. 38, numer. 15,* qui *numer. 18,* dicit illam faciendam esse ex bono, & æquo, ut ibi per eum.

7 Utrum verò divisio inter fratres sit facienda per maiorem, & electio sit danda minori in iure est satis controversum, cùm partem affirmativam teneant quamplures Doctores relati per *Tiraq. de iure primog. quæst. 40, numer. 3, per Simoncell. de decret. lib. 2, tit. 4, inspect. 2, numer. 34,* quam opinionem latè tuetur *Geri. Spin. cons. 88, numer. 4, & sequent.* qui testatur, ita servari de consuetudine, Contrarium tamen firmant *Simoncell. in d. tit. 4, numer. 36,* qui plures dat concordantes, *Michal. de fratr. d. part. 3, cap. 39, numer. 19, & sequent.* distinguit *Fachin. controver. iur. lib. 6, cap. 37.* inter forum Cæsaris, & Pontificium.

Dum verò in hoc statuto mandatur, minores posse provocare ad divisionem in hoc conti-
8 gitur ius commune, cùm minor non possit socium ad divisionem provocare sine legitima causa, ut not. *Menoch. de arbitr. casu 171, numer. 34, Simoncell. de decret. lib. 2, tit. 4, numer. 16, vers. Superiori, &c. & Michal. de fratr. part. 3, cap. 38, numer. 1, &*
9 *sequent.* Nisi tamen socius esset rixosus, & dissiparet bona communia *Menoch. d. casu 171, numer. 36, Simoncell. loco proximè citato, & Michal. d. cap.* 38, *numer. 2.* Vel
10 nisi divisio minori esset evidenter utilis, & communio damnosa, ut post *Menoch. Crav. Gabr. & Simoncell.* per eum relatos firmat
11 *Michal. in d. cap. 38, numer. 6.* Si tamen minor provocaretur ad divisionem per maiorem tenetur dividere, ut docent *Simoncel. ubi suprà numer. 23, & sequent. Menoch. d. casu 171, numer. 36, & Michal. de fratr. dict. cap. 38, numer. 9.* ubi alios dat concordantes.

12 Iudicium autem communi dividendo datur etiam si neuter possideat, *l. penul. ff. commu.*

commun. divid. & not. *Penzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap.* 101, *num.* 12.

13 Addo prædictis, quòd divisio rescinditur non solùm quando in ea adest læsio ultra dimidiam, *Bald. conf.* 91, *numer.* 1, *par.* 2, *Gabr. commu. conclus. de empt. & vendit. conclus.* 1, *num.* 25, *Rota apud Gregor. XV.*
14 *decis.* 496, *numer.* 7. Si fit facta inter partes, quia si fit facta per arbitros, vel iudicialiter sufficere læsionem in sexta parte voluit *Ci-*
15 *riac. controver.* 325, *numer.* 28. Sed etiam rescinditur quando est facta per errorem, cùm lex non admittat, quòd uni plusquam alteri tradatur, ut not. *Gargiar. Iun. consf.* 26, *numer.* 6, *& sequent. lib.* 1, *Mangil. de evict. quæst.* 116, *per tot. & Rota decis.* 600, *numer.* 1, *part.* 5, *rec. lib.* 2, *& decis.* 148, *numer.* 3, *part.* 11, *& decis.* 313, *numer.* 11, *p.* 13, *recen.*

16 Si autem divisio commodè fieri non possit est deveniendum ad æstimationem, *Michal. de fratr. par.* 3, *cap.* 38, *numer.* 22, *&*
17 *sequent.* ubi dat concordantes, & si omnes æstimationum præstare velint præfertur habens maiorem partem in re communi *Petr. de Vbal. de duob. fratr. part.* 11, *numer.* 19,
18 *Michal. dict. cap.* 38, *numer.* 24. Quòd verò res commodè dividi non possit non præsumitur, sed est probandum per asserentem, *Posthi. de subhast. inspect.* 28, *numer.* 54. *Rota apud eum decis.* 40, *n.* 2.

19 Si verò dividatur domus, vel fundus iuxta quem habeo aliam domum, vel fundum mihi est assignanda pars adhærens dict. domui, vel fundo, *Capic. decis.* 43, *per tot. Felic. de Societ. art.* 39, *Michal. de fratr. part.* 3, *dict. cap.* 38, *numer.* 25, *Ciriac. controver.* 117, *num.* 7.

ADDITIO.

20 Communio sæpè sæpiùs excitat discordias, etiam inter fratres, *Autum. Portugal. de donationib. Reg. part.* 3, *cap.* 8, *numer.* 1, ubi *Fontanell. de pact. claus.* 4, *glos.* 9, *part.* 1, *numer.* 31, & alios citat *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 26, *numer.* 51, *Modern. Brilla. ad consuetud. Neapol. tit.* 28, *cap.* 2, *numer.* 8. & tradit *noster Conciol. hic numer.* 1, *Ios. Altograd. contro.* 72, *numer.* 28, *Fermosin. allegatio. fiscal.* 5, *numer.* 33. *Benekendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iuramen. ad privil.* 58, *numer.* 3, novissimè *Barra. controver. foren.*
21 40, *numer.* 4, *& sequent.* Ideòque nemo invitus cogitur stare in communione, etiamsi per longissimum tempus bona fuerint communiter possessa; taliter quod non datur præscriptio contra divisionem quo minus fieri debeat, ut tradit *Conciol. hic n.* 4, & tradunt *Fenzon. Felic. Michal. Bonden. collect. legal.* 39. *n.* 10, *& alii citati per Modern. Castald. consult. foren.* 123, *n.* 1, *&* 2, *Brilla. ubi suprà num.* 9, *Benekendor. ubi suprà à n.* 5.

22 Varii sunt modi, quibus pervenitur ad divisionem rerum communium, tàm attento iure canonico, quàm civili, tàm inter fratres, quàm inter extraneos, tàm inter æquales partes habentes, quàm inæquales, & cùm præoculis semper habeam, ne molestus me demonstrem aliena transcribendo, ideò confisus in sola tractatione huius materiæ *nostri Doctissimi, ac in fama immortalis Fontanel. de pact. d. claus.* 4, *glos.* 9, *part.* 2, *per tot.* qui nihil prætermisit me expediam; ex quo si non fueris satisfactus, recurre ad aliquos sanè Modernos eam tractantes, inter alios ad *Manfrell. Capic. Latr. obser. ad decis.* 28, *per tot. Carol. Anton. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 675, *per tot. & ad discept. Gratian cap.* 160, *numer. fin. Amat. Cancer. & alios citatos per Olea de cess. iur. tit.* 3, *quæst.* 2, *numer.* 32, *Capon. discept.* 112. *per tot. Brilla. ad consuetud. Neapol. tit.* 28, *cap.* 1, *numer.* 2, *& sequent. Modern. Calà. de restitutio. in integr. quæst.* 45, *à numer.* 8, penès quos latissimè hæc habebis tractata.

23 In hac tamen materia divisionis rei communis, alter alteri ad certam pecuniam condemnandus non est, nisi quando divisio aliter expleri non potest, ut citatis *Tiraquel. Ciriac. Fontanell. Faber. & Rot. Rom.* tradit ipsamet *Rota decis.* 310, *numer.* 6, *part.* 19, *recent.*

DE VENDITIONE RERUM COMMUNIUM.
Rubrica LXVIII.

SI quis habeat rem aliquam cum altero Communem, si partem suam vendere velit, teneatur Consortem requirere, si velit suam partem emere pro iusto pretio ponendo per duos homines communiter à Partibus eligendos; Et si requisitus cessaverit per dies octo à die Interpellationis numerandos

dos declarare, & se obligare in forma Iuris valida, possit ipse requirens portionem suam cuicunque alteri liberè vendere.

SVMMARIVM.

1 *Consorti competit ius retractus.*
Contrarium tenent alii plures, num.2.
3 *Consors verò quis dicatur remissivè.*
4 *Communem rem possidens habet prælationem si portio socii vendatur.*
Etiam si vendens sit fiscus, num. 5.
Et ita prælatio alteri cedi non potest, numer. 6.
7 *Statutum disponens de venditione rei communis procedit etiam in locatione.*

ANNOTATIO.

Cum magna æquitate statutum fuit, quòd habens rem communem cum alio si velit illum vendere teneatur requirere consortem, an velit illam emere, eum non desint Doctores inhærentes d. æquitati,
1 qui volunt, quòd consorti competat ius retractus, inter quos fuerunt *Surd conf.* 43, *numer.*12, *lib.*1, *Gratian. discept. foren. cap.* 526, *numer.*2, *& sequent. & cap.*546, *num.* 4, *part.*3, *& cap.*842, *numer.* 13, *& sequent. part.*5, *& Rota decis.*2, *numer.*1, *apud Merlin. de pignor.*
2 Licèt contrarium imò ratione communionis, & consortii ius retractus non competere latè tueatur *Rota decis.* 417, *part.*12, *per tot. in recen:* ubi dat concordantes, & contraria refellit.
3 Consors verò in hac materia quis dicatur tradunt *Gratian. discept. foren. d. cap.* 526, *num... & decis.* 378, *num... & decis.* 303, *part.*5, *recen.* ipsos consulas.

ADDITIO.

4 Itaque habens rem communem cum alio, si portio alterius vendatur, habet prælationem, & soluto prætio potest partem venditam retrahere *Fontanel. de pact. claus.* 4, *glos.*9, *part.*2, *num.*15, *Hermosill. glos.*1, *leg.* 55, *tit.*5, *part.*5, *num.*2, *& glos.*8, *num.*1, *&* 3, *Amat. resol.*54, *à numer.* 9, & iis, & aliis citatis *Altimar. ad lib.*3, *consil. Rovit. obser. ad cons.*14, *num.* 22, *Olea. de cess. iur tit.* 3, *quæst.* 2, *num.*27, ubi *num.*28, rationes recitat *Fermosin. allega. fiscal.* 5, *num.*3.
5 Undè licèt fiscus possit rem quam cum aliis habet communem, sociis invitis, alteri vendere; tamen id facere debet consorte requisito, qui si tantundem offerat emptori præfertur, & ita ipsi competit retractus, seu redimendi ius *Mastril. Amat. Tiraquel. Capiblanc. Carpan. Fontanel. & alii plures citati per Modern. Scoppa. ad decis. Gratian. observ.*169, *num.*6, *& sequent.* videndi *Doctores citati per Valeron. de transactionib. tit.*2, *quæst.* 7, *num.*30, *Fermosin. dict. allegatio. fiscal.*5, *numer.* 4, *& sequent.* maximè *num.*9, *&* 31.
6 Ita sanè prælatio, seu retractus alteri per socium, seu compossessorem rei communis cedi non potest; ex quo ei competit ratione qualitatis quod socius sit, & ratione personæ, & ita in alium transire non potest *Fontanel. Leo. Fab. Hermosil. Thor. & alii citati à dicto Olea. dict. tit. quæst.*2, *numer.*27, *&* 35, & eo citato *Altimar. dict. observ.*14, *dict. num.*22, *in fin.*
7 Dicta autem de venditione rei communis procedunt, & applicantur locationi rei communis, & ita difficultates occurrentes circa præfatam locationem tractatas reperies penès *dict. Fontanel. de pact. claus.* 4, *glos.*9, *part.*2, *à numer.* 6, & latissimè penès *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.*55, *à numer.*37, *& cap.*9. *per tot. Cancer. var.* 1, *cap.*14, *num.*102, *& seqq.*





DE

DE REFECTIONE RERUM COMMUNIUM.

Rubrica LXIX.

HAbens parietem, Molendinum, Puteum, aut quid simile cum aliquo Commune, possit Consortem cogere, si res reparatione, aut refectione indigeat; ad contribuendum pro rata, & Iudex summariè cessantem Iuris, & facti remediis compellat: Quòd si facta interpellatione. Socius reparationi contribuere recusaverit, elapso bimestri, omni iure privetur, ac interim, si Res communis moram non patiatur, per Instantem refici, & reaptari possit.

SUMMARIUM.

1 *Socius recusante socio potest reficere rem communem, & acquirit partem socii, nisi illi intra quadrimestre pretium restituat, & num. 8.*

2 *Refectio praesumitur facta per socium nomine communi.*

3 *Domus si habeat plura solaria quomodo sit reficienda per dominum superiorem, & inferiorem, num. 4.*

Reficiens partem inferiorem non potest repetere expensas à Domino partis superioris, num. 5.

Habens verò partem superiorem an possit cogere habentem partem inferiorem ad reficiendum, num. 6.

7 *Refectio muri communis quomodo sit facienda remissivè.*

9 *Expensas factas in lite communi an possit repetere condominus eas faciens.*

ANNOTATIO.

STatutum supradictum quòd habens rem communem indigentem refectione possit cogere consortem ad contribuendum pro rata concordat cum dispositione juris communis, quòd disponitur, quòd socio recusante reficere rem communem potest
1 socius illam reficere propriis expensis, & acquirit dominium partis ipsius socii, si ille intra quatuor menses non satisfacit, ut not. *Capoll. de servit. urb. praed. cap. 59, numer. 8, Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 108, num. 1,* ubi dicit hanc dispositionem habere locum tam in aedificiis rusticis, quàm urbanis, ut ibi per eum, & *Michal. de fratr. part. 3,*
2 *cap. 35, num. 9.* Refectio autem praesumitur facta per socium nomine communi *Capoll. d. cap. 59, numer. 10, Fenzon. in d. cap. 108, numer. 3.* ubi dicit, bonum esse protestare reficientem, quòd expendit animo rehabendi à socio, ut ibi per eum.

3 Habens autem domum cum pluribus solariis, dominus superior tenetur reficere tectum, & dominus inferior partem inferiorem, solarium verò medium refici debet communibus expensis ex stat. Mediol. *Carp. ad stat. Mediol. lib. 2, cap. 347, per tot.* quòd declarat *Andreol. in addit. ad Capol.*
4 *fol. mihi 246.* Licèt contrarium, quòd habens partem domus inferiorem si corruat teneatur illam reficere, ut habens partem superiorem possit reficere partem suam constante servitute post *Corn. Vegg. Carpan. Adden. ad Neapod.* & alios per eum relatos firmat *Andreol. contr. 217, num. 3, & in d. addit. ad Capoll. fol. 246, col. 2.* ubi etiam quaerit an dominus partis superioris possit reficere fundamenta ruinam minantia sine licentia domini partis inferioris, *Michal. de fratr. part. 3, cap. 36, num. 47.*

5 Reficiens verò partem inferiorem non potest repetere expensas à domino partis superioris, licèt sit ei utile, cùm dicatur reficere partem suam, ut tradit *Michal. de fratr. part. 3, cap. 35, n. 10, & cap. 36, n. 49.*

6 Si tamen pluat habens partem superiorem an possit cogi per habentem partem inferiorem ad refectionem, vide *Capoll. de serv. urb. praed. cap. 41, num. 7, & Adden. ad Mazzol. cons. 80, num. 7.* Et quomodo
7 sit facienda refectio in muro communi vide *Carp. ad stat. Mediol. lib. 2, cap. 341, per tot.*

ADDITIO.

8 SOcius autem impendens pro restauratione rei communis, recusante altero socio

cio per quatuor menses reficere partem suá, acquirit partem socii recusantis, & reficienti acquiritur, ut tradit hìc *noster. Conciol. numer.* 1, & tradunt *Michalor. de fratrib. part.* 3, *cap.* 35, *numer.* 9, *Kloc. de contributio. cap.* 9, *à numer.* 101, *ad fin. Felic. de societat. cap.* 27, *à numer.* 21, maximè *à num.* 37, ad quod videndi *Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par.*3, *cap.*39, *numer.* 5. novissimè *Borgia. investigatio. contra Fabr. tom.* 1, *lib.* 2, *cap.*9, *numer.*11, ubi *nu.* 12, tradit ad id priùs socium requisitum priùs esse deberi, *Brilla ad consuetud. Neapol. tit.* 23, *cap. unic. numer.* 12, *& ferè per tot.* ubi tractant hi Doctores materiam istam refectionis rei communis, & pariter eam tractantes recitant, ipsos consulas quando casus tibi evenerint.

9 Impendens autem pro lite, & defensione rei communis absque expresso condomini consensu, non recuperat à dicto condomino aliquid, quando tantùm impendisset pro defensione partis suæ, atque pro tota re communi; secùs si plus erogasset ratione partis tangentis condominum; quia tunc illorum sumptuum habenda esset ratio, in dubio autem plus expendisse pro parte condomini intelligitur, quàpropter ad condominum pertinet probare non plus expendisse, *Cancer. var.* 3, *cap.* 6, *numer.* 23, *& seq. Michalor. d. cap.* 35, *n.* 10.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

Rubrica LXX.

SI quis novum Opus ædificanti nunciaverit, sivè prohibuerit, Nunciatus satisdationem offerat de opere destruendo in eventum in quem constiterit eum iniustè ædificasse. Quòd si nuncians dictam satisdationem recipere noluerit, statuatur à Iudice terminus octo dierum utilium utrique parti ad docendum de iure suo: Et si Actor infra dictum tempus plenè non probaverit, Reus ad cautionem prædictam admittatur, & in causa ad ulteriora procedatur: Et Nuncians in Casum Succumbentiæ ad omnia damna, & expensas in Sententia Absolutoria per Iudicem denunciato condemnetur.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum novi operis pro quo opere detur.*

2 *Nunciatio novi operis potest fieri domino, fabris, & die feriata, & num.*14.

3 *Præceptum novi operis per comparationem nunciati resolvitur in vim citationis.*

4 *Novum opus nunciare quilibet potest, si illud fiat in loco publico.*

5 *Cautio per nunciatum quando sit præsentanda, num.*6. *&* 7.

8 *Cautio præsentanda per nunciatum est danda cum idoneo fideiussore.*

9 *Nunciare novum opus non potest conductor, colonus & inquilinus.*

10 *Ædificium factum post inhibitionem est destrahendum, & num.*15.

*Etiamsi præceptum novi operis sit factum cum clausula iustificativa, & nunciatus comparuerit, num.*18.

*Licèt per comparationem in citationem resolvatur, num.*17.

*Secùs si nuncians de interesse docere non sit paratus, num.*19.

*Limita tamen principalem regulam si constat notoriè nunciantem nullum ius habere, num.*20.

Limita etiam iuxta praxim receptam numer. 21.

*Et pariter de æquitate, num.*22.

11 *Nuncians novum opus si succumbat est condemnandus in expensis.*

12 *Nunciationis novi operis in iudicio quis sit actor, & quis sit reus, & num.*13.

16 *Nunciatus debet desistere à opere incepto per tres menses, si nuncians offerat docere de interesse, aliter præstita cautione potest opus inceptum prosequi.*

23 *Nunciare novum opus an possit reficienti opus dirutum, avo colapsum.*

24 *Appellare non potest suspensivè à sententia demandante demolitionem operis post nunciationem, facti.*

Secùs à sententia quòd liceat ædificare,

re, aut non liceat, num. 25.

26 *Expensa, & damna causata per demolitionem non sunt reficienda ii qui ædificavit post nunciationem novi operis, licèt posteà vincat.*

27 *Operarii operantes post nunciationem novi operis quomodo puniantur.*

28 *Minor non restituitur in integrum adversus non deductum interesse intra tres menses in quibus nunciatus ab opere incepto desistere tenetur.*

29 *Nunciatus novi operis in Episcopatu Gerunde potest opus prosequi facta firma iuris.*

Et in Civitata Gerunda per expressum privilegium id licèt, cùm in ea non servetur spatium trium mensium, num. 30.

ANNOTATIO.

1 Interdictum novi operis datur pro opere non perfecto, si verò opus est perfectum, & opus factum fuit clam, datur interdictũ Quodui, aut clàm, & si est factum palàm datur interdictum uti possidetis, ut opus destruatur, *l. 1, §. 1, ff. de novi. oper. nunci. & ibi Bart. & communiter Doct. l. de pupillo. 5, §. nunciationem ff. eod. tit.* & benè declarant *Ant. Gomez. ad leg. 46, Taur. num. 20, & seq. & Carpan. ad Stat. Medi. cap. 340, num 6. lib. 2.*

2 Nunciatio autem novi operis potest fieri domino, fabris, in die feriata, & not. *Ant. Gomez ad d. l. 46, Taur. num. 28, & sequent. & Carpan. in d cap. 340, num. 1, 2,*

3 *& sequent.* Præceptum autem de novi operis nunciatione per comparitionem nunciati resolvi in vim simplicis citationis post *Ang. Ias. Alex.* per eum adductos firmat *Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1, cap. 148, num. 2.*

4 Si ædificatur in loco publico quilibet de populo admittitur ad nunciandum, secùs si in agro Communitatis, quia tunc denunciat solùm qui habet ab ea mandatum, *l. in provinciali 3, §. fin. cum l. sequent. ff. de novi oper. nunciat. l. nullit. 3, ff. quod cuiusque univ. nom. l. 2, §. hoc interdictum, ff. ne quid in loco public.* & not. *Ant. Gomez ad l. 46, Taur. numer. 30.* Tria verò remedia, per quæ quis potest ædificare statim non obstante nunciatione etiam si nuncians recuset recipere satisdationem docet *Ant. Gomez in d. l. 46, Taur. numer. 36, & sequent.*

5 Cautio verò de qua in hoc statuto præstatur ab eo, qui iam inchoavit ædificium, & vult illud perficere, nam si est ei nunciatum, quòd non ædificet poterit opus iam inchoatum continuare usquè ad finem præstita per eum hanc cautionem de demoliendo opere in casu succumbentiæ, *l. non solùm 8, §. secundum, & l. prætor. ait. 20, §. deinde, & §. si quis paratus, ff. de novo oper. nunc.* cum aliis relatis per *Pir. Maur. de fideiuss. part. 1, sect. 3, cap. 15, numer. 1, & sequent.* ubi dicit, quòd sufficit sola oblatio dictæ cautionis, ut nunciatus possit continuare in ædificando, ut habetur etiam in hoc statuto, & *Paul. Rub. de validit. legal. cap. 12, numer. 117.*

6 Nisi in continenti nuncians offerat se paratum docere de iure suo, quia tunc nunciatus debet desistere, & non est locus dict. cautioni, sed expectandus est de iure communi per tres menses, ut docent *Pir. Maur. d. cap. 15, num. 6. Gratian. discept. foren. cap. 384, per tot. & Sperell. decis. 53, num. 13, & sequent. par. 1.*

7 Quo termino elapso si actor plenè de iure suo non probaverit nunciatus admittitur ad ædificandum cum dict. cautione de demoliendo, ut not. *Caroc. decis. 19, numer. 24, Grat. d. cap. 384, numer. 14, & Sperell. d.*

8 *decis. 53, in fin.* Quæ quidem cautio est præstanda per idoneos fideiussores, *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 148, numer. 4, Paul. Rube. de validit. legal. d. cap. 12, numer. 125.*

9 Addo prædictis, quòd conductor Colonus, & Inquilinus non possunt nunciare novum opus, ut not. *Caroc. de locat. & conduct. part. 6, de nov. oper. nunciat. num. 3,* ubi testatur de communi opinione, & plures dat limitationes, prout facit *Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 340, n. 15, & seq.*

10 Ædificium verò factum post inhibitionem est destruendum, & factum post nunciationem, quòd quando habeat locum, & nunciatio possit sperni, vide latè per *Paul. Rube. de validit. legal. d. cap. 12, ferè per tot.*

11 Quod verò Nuncians succumbens in iudicio condemnati debeat in expensis, ut dispositur in hoc statuto tradit etiam *Carp. ad d. cap. 340, in fin.*

ADDITIO.

12 Nuncians novum opus, an sit actor, aut reus, & sic an sit sequendus forus nunciantis, aut nunciati ardua est quæstio, licèt Doctores magis se inclinent nunciantem esse actorem, & sic forum nunciati sequi debere, ut tradunt *Capon. discept. foren. 172, numer. 1, Severin. ad decis. 379, Sanfelic. in princip. Gutier. Salgad. Mansion. & alii citati per Carol. Ant. De Luca ad decis. Vincen. de Franch. obser. 657, num. 7, & per Altimar. ad decis. 1, Rovit. obser.*

ser. 6, tamen ego non discederem à conciliatione tradita per *d. Severin. ad d. decis. 379, Sanfelic.* & ita dicerem, quòd si dicta
13 nunciatio novi operis fuerit facta extraiudicialiter (ut ita fieri potest *Urceol. consult.*
14 *foren. cap. 30, numer. 1*, in quo sensu est accipiendum, quòd dicunt, nunciationem posse fieri in diebus feriatis in honorem Dei, *Capon. discept. foren. 169, numer. 5, Salgad. de Reg. protect. part. 2, cap. 8, numer. 41.*) & ea sic facta compareret nunciatus, citando nunciantem ad tollendam, & evocandam nunciationem novi operis, tunc ipse nunciatus actor dicetur, & eo casu nuncians citatus, reus, si autem dicta nunciatio fuerit facta iudicialiter Iudicem adeundo, tunc nuncians, actor dicitur, & nunciatus, contra quem mandatum expeditur, reus.

15 Itaque omne id quod post nunciationem ædificatum est, demoliendum ante omnia venit; ex quo ipsa nunciatio novi operis vim habet appellationis, & ea pendente nihil est innovandum, imò omne uti attentatum ante omnia revocandum, *cap. Cum iniuncto*, & ibi *Fagnan. de nov. oper. nunciatio. in 6, Conciol. noster hic numer* 10, *Rota decis. 52, numer.* 1, *& sequent. part.* 11, *recen. Capuci. in prax. tom. 2, cap.* 1, *art.* 4, *numer.* 64, *& sequent. Urceol. d. consult.* 30, *numer. 3. Gomez ad l. 46, Taur. numer.* 33, *Ciarlin. controver. 30, numer. 5, & 6, Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 27, cap.* 1, *numer. 5, & 6, Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 50, numer.* 23, novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 26, ad §.* 23, *numer. 4, Eminen. De Luca de servitut. discurs. 7, numer. 8, & discurs. 89, n.2,*
16 *& sequent.* imò nuncians expectare debet, quòd labantur tres menses, seu alius terminus per Iudicem præfixus, in quibus potest nuncians ius suum, ac præiudicium deducere, & casu quo nuncians satis accipere nolit, quia intendit rem statim discuti, & cognosci de iure suo prohibendi, tunc non fit remissio, sed causa debet cognosci, & interim ab opere est desistendum, quousque transacti sint dicti tres menses, vel illud minus tempus per Iudicem præfixum, intra quod si non potuerit causa terminari debet Iudex nunciationem remittere mediâ satisdatione; quàpropter in electione nunciantis est, aut intra dictum terminum de suo præiudicio docere, & tunc interim cessatur ab opere, aut verò satisdatione recepta de demoliendo ædificare permittere, *Conciol. noster hic numer. 6.* novissimè *Borgia. investigatio. contr. Fabr. tom.1, cap.10, lib.3, numer.* 14, *Carol. Ant. De Luca ad discep. Gratian.* 384, *num. 2, & sequent.* ubi *Ciarlin. Antonel. & alios* citat *Urceol. d. consult.* 30, *cum sequent. Barbos. ad cap.* 3, *&* 4, *de nov. oper. nunc ta. Capon. dict. discept.* 167, *numer.* 10, *& sequent. & discept.* 169, *numer. 9, Gomez ad l. Taur. 46, numer.* 34, *& sequent. Ciarlin. controver.* 30, *numer.* 16, *& sequent.* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, glos. 26, ad §.* 23, *tit.* 68, *numer.* 13, ubi *Gratian. Fragos. Sperel. Thesaur. & alios* citat, *& glos. 46, ad §.* 43, *num.* 2, *Leon. praparator. iudicior. par.* 3, *prapar.* 11, *numer.* 15, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib. 7, disput.* 21, *numer.* 18, *Rota decis. 50, numer.* 3, *& sequent. part.* 19, *recen. & decis.* 113, *numer.* 1, *& sequent. ibid.* ad quos, & ab eis citatos, & ad *nostr. Cancer. var. 3, cap. 6, à numer.* 7. recurre pro habenda praxim huius iudicii, & pro cunctis, quæ circa hanc materiam occurrere possint.

17 Hæc tamen demolitio operis constructi post factam nunciationem procedit, etiamsi præceptum fuerit factum cum clausula iustificativa, & pars nunciata comparuerit rationes deducendo, propter quas nunciatio non procedit; ex quo licet dicta clausula formam citationis contineat, in cuius vim præceptum ipsum per rei comparitionem resolvitur, *Bonden. collect. legal.* 50, *numer.* 104, *& sequent. Fontanel. de pact. claus.* 3, *glos.* 2, *numer.* 53, *& claus.* 6, *glos.* 1, *part.* 4, *numer.* 10, *&* 14. *Cancer. var. cap.* 13, *numer.* 176, *part.* 3, *Gutier. canon. quast. lib.* 1, *cap.* 11, *numer.* 83, *Contri. discep. foren. tom.* 1, *discept.* 43, *numer.* 2, *Valenzuel. Velazq. consil.* 6, *numer.* 52, *& sequent.* & in terminis nunciationis *Conciol. noster hic numer.* 3,
18 Nihilominus tamen prædicta non procedunt, imò cessant in præcepto novi operis nunciationis, quotiescunque nuncians est paratus incontinenti docere de iure suo, & interesse; cùm tunc intret dictum *hodie constat, hodie agatur*; taliterquod nec fideiussio oblata per nunciatum, de demoliendo, venit attendenda, *Bonden. d. collect. legal.* 50, *numer.* 107, *Urceol. consult.* 30, *num.* 6,
19 Secùs autem si nuncians ita docere de interesse non sit paratus; quia tunc per comparitionem resolvitur in vim simplicis citationis, nunciato comparente, *Bonden. ubi suprà numer.* 108, *& sequent.* ubi plures citat.

20 Suprà tradita procedunt quando ius ædificantis est dubium, & incertum; secùs autem si notoriè constat nunciantem nullum ius habere, vel ex aspectu si Iudex videat calumniosam esse nunciationem, quia tunc

ita

ita per Iudicem declarato, ædificium nec
impediri, nec demoliri debet, *Ciarlin. Antonel.* & *alii citati per d. Carol. Ant. De
Luca ad Gratian. cap. 84, numer.* 14, *verſ.
Nunciationi, Vrceol. d.conſult.* 30, *numer.7,
8, 9, & ſequent. Palma Filius conſultatio.*
104, *numer.* 3, *Fragoſ. d. diſput.* 21, *d. num.*
18, *Borgia. d. cap.*10, *numer.* 16, *& ſequent.*
21 *Gomez ad d. l.* 46, *Taur. numer.* 36. Ac in
praxi receptum tradunt, quòd nunciato novo opere præſtetur cautio de demoliendo,
& interim proſequatur ædificium, *Papon.
& Taur. citati à Borgia. investigatio. iur.*
22 *lib.*19, *cap.5, numer. fin.* imò licet malè ædificatum poſt nunciationem de iure veniat
demoliendum; tamen de æquitate ſi conſtat
de bono iure ædificantis tolleratur, *Gratian.
Surd. Eminen. De Luca de præbem. diſc.*26,
*numer. 8, & de ſervitut. d. diſcurſ. 7, num.
9, & d. diſcur. 89, dict. numer. 2, verſ. Attamen, &c. & alii citati à dicto Carol. De
Luca. Gratian. d. cap. 84, d. num.* 14, *Palma d. conſult.* 104, *numer.* 4, ut ita declaratum per S. C. Neapol. tradit *Manfrell. dict.
obſer. 50, numer.* 23, tamen rationi conſona
videntur ponderata per *d. Eminen. De Luca d diſcurſ. 7, numer.* 10, *& ſequent. & d.
diſc. 89, n.*3, *& ſeq.* & ita quando caſus eveniat ſunt ſanè attendenda, & quæ adducit
*Paul. Rube. de valid. legal. cap.*12, *a num.*17.
23 Nunciari opus an poſſit ædificium reficienti, ſivè vetus dirutum, aut colapſum
ædificium reficiat in eadem forma, aut mutata, aut ampliata eum reficiendo, tradunt
Capon. dict. diſcept. 167, *num. 7, & ſequent.
Cancer. var.*3, *cap. 6, numer.* 16, *De Luca
ad Gratian. d. cap. 84, numer.* 1, *& ſequent.
Fontanell. de iur patronat. lib 5, quæſt.* 16,
per tot. Brilla. ubi ſuprà d. tit. 27, *cap.* 1,
n. 33, *Actolin. reſol. foren. reſol. 59, à n.*3.
24 Nota tamen, quòd iuxta receptam in
praxi opinionem à ſententia demolitionis
operis conſtructi poſt factam nunciationem
non appellari, ſaltim ſuſpenſivè, *Salgad.
de Reg. protect. par. 2, cap. 8, à numer.* 43,
Capon. d. diſcept. 169, *numer. 7, &* 10, *Altimar. de nullitatib. rubr.5, quæſt.* 32, *num.*1,
ubi *d. Salgad. Ruginel. Lancellot. Borell.
& alios* citat *Doctiſſimus Pegas reſol. foren.
cap.* 15, *numer.* 137, qui alios dat concordan-
25 tes hoc declarantes; Benè tamen appellatur
à ſententia ſivè affirmativa, ut liceat ædificari, ſivè negativa, ut non liceat, etiam ad
utrumque effectum, *Capon. dict. numer.* 7,
& 10, *Gomez ad dict. leg.* 46, *Taur. n.* 35.
26 Ulteriùs ſcias, quòd ædificanti poſt nunciationem novi operis ei factam, licèt vincat, non ſunt reficienda damna demolitionis, *Paul. Rubi. de validit. legal. cap.* 12,
numer. 46, *& ſequent.* latiſſimè *Fagnan. in
cap. Cùm iniuncto, de oper. nunciatio. in* 6,
numer. 1, *& ſequent. Franch. deciſ.* 331, *numer. fin.* & ibi *Luca numer.* 1, *Brilla. ad
conſuetud. Neapol. tit.* 27, *cap.* 1, *numer.* 10,
Borgia. d. cap. 10, *numer.* 15.
27 Operarii operantes poſt factam nunciationem novi operis, an puniantur tradit
Brilla. d. tit. 27, cap. 1, num. 38, ubi *Molfeſ. Ponte. & alios* citat, & noviſſimè *Pegas
ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, gloſ.
26, ad §. 23, tit. 68, nu.* 9.
28 Dictis à me *ſuprà numer.* 16, adde, quòd
nec beneficio reſtitutionis in integrum minor nuncians admittitur, elapſis tribus
menſibus, ad docendum de iure ſuo ad effectum ſupercedendi in opere incepto, ſed
oblata ſatiſdatione per nunciatum opus proſequitur non obſtante præfato beneficio per
minorem implorato; ex quo tunc maliciosè
petitum cenſetur, quo caſu non conceditur reſtitutio, *Fontanell. deciſ.* 105, *numer.*
5, & in terminis nunciationis novi operis
*Valentia. illuſtr. iur. tractat. lib. 2, tractat.
1, cap. ult. de effect. nunciatio. numer. 6, &
7, Gratian. d. ſcept. foren. tom. 2, cap.* 384,
numer. 1. maximè *numer.* 23, *& alii*, quos
noviſſimè citat *Pegas ad ordinatio. Regn.
Portugal. tom. 6, ad lib. 1, tit. 68, ad §.43,
gloſ. 46, numer. 5, pag.* 145, & ita declaravit Regius noſter Senatus die 23, Februarii
1682. referente Magnifico Ioanne de Colomer Regio Senatore in cauſa Rectoris Collegii S. Ignatii Societatis IESV Civitatis
Minoriſſæ, contra Syndicum Apoſtolicum
Guardiani, & Conventus Fratrum Capucinorũ d. Civitatis, Scriba Melchiore Cortès,
videndus *Fachine.* quem citat *Aylon. ad
Gomez. lib. 2, cap. 14, n.* 49.
29 Ne ignores tamen pro hoc noſtro Epiſcopatu Gerund. in eo de cõſuetudine introductum eſſe poſſe quemlibet ædificare in ſuo,
facta iuris firma, non obſtante quacumque
denunciatione novi operis, ut in *tit. de nov.
oper. nunciatio.* inter ſcriptas noſtri Epiſco-
30 patus; Et etiam quòd iuxta privilegium noſtræ Civit. conceſſum (de cuius obſervantia
teſtantur d. conſuetudines ſcriptæ noſtri Epiſcopatus ſub *d. tit. de nov. oper. nũcia.*) poteſt
opus inceptum proſequi à nunciato, etiam
intra tres menſes, licèt nuncians paratus ſit
docere, de intereſſe, ſi nunciatus iuraverit,
quod putat operari ad ſuum directum, & firmaverit ad notitiam Iudicis de delendo ipſum opus, ſi apparuerit iniuſtũ; quapropter
ſpatium trium menſium ſuper novi operis
nunciatione minimè obſervatur.

DE

DE LOCATIONE DOMORVM, ET DE AFFICTV Prædiorum.

Rubrica LXXI.

IN Locationibus Domorum, & Affictibus prædiorum Ius petentibus summariè, & sola facti veritate inspecta administrandum erit, Cum Assignatione termini trium dierum Reo ad probandum solutionem, compensationem, sivè pactum, aut dilationem aliquam initam inter ipsas Partes, & idem terminus assignetur Actori, si Reus negaverit locationem, sivè affictum, qui tamen prorogari possint per Iudicem, negocii, & personarum qualitate inspecta: Quòd si Reus fraudolenter negaverit, & de eis quoquo modo Iudici constet, pœnam XXV. libr. Fisco, & Parti æqualiter applicandam incurrat.

Et quia in Locationibus Prædiorum sæpè solet dubitari super Remissione Pensionis ob Sterilitatem, vel fortuitam tempestatem, Statuimus ad tollendas varias altercationes, atque Interpretum Opiniones, Quòd si conductor probaverit redditus omnes illius anni iuxta currentem valorem Iudicio duorum Peritorum communiter eligendorum, absque eius culpa non excedere duas tertias Partes Pensionis, Remittatur ei Tertia pars Pensionis annuæ, nullâ habita ratione Compensationis cum ubertate præcedentis, vel subsequentis anni: Nisi tamen inter ipsas Partes alitèr sit conventum.

Declarantes etiam, quòd omnia bona mobilia invecta, & illata in Domum conductam, sicut etiam mobilia, animalia, & fructus existentia, sivè existentes in Prædiis conductis censeantur tacitè, & specialiter obligata Locatori pro pensione sibi debita, in quibus exequutio fieri possit; Pensio autem solvenda erit per Conductorem in fine cuiuslibet semestris, si aliter inter Partes actum non sit: Conductor verò Domus per mensem ante finem Locationis illam Domino renunciare teneatur, aliàs intelligatur facta reconductio, eo modo, & forma, quibus à principio facta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Remissio pensionis fit in contractu locationis ob sterilitatem, vel magnum damnum.*
Damnum verò quale esse debeat est inter Doctores controversum, num. 2,
Et etiam fit remissio in multis aliis casibus, num. 30,
Etiam in emphiteusi si canon correspondet fructibus, num. 31,
Vel licèt in recognitionem directi dominii præstetur tamen in specie, num. 32,
Et quid si canō præstetur in genere, n. 33,
Et quid in pensionibus censualium, num. 34,

3 *Sterilitas in fructibus ut causet remissionem intelligitur deducto semine, & expensis.*
Licèt contrarium teneat Card. Mantic. *numer. 4,*

5 *Remissioni pensionis non est locus stante renunciatione omni legum auxilio.*
Neque si conductor suscepit in se periculum casuum fortuitorum, num. 6,
Licèt non intelligatur de nimis insolito, num. 7,
Neque quando conductor promisit remissionem non petere, num. 8,
Neque stante obligatione Camerali, num. 9,
Et est habenda ratio omnium rerum locatarum unica locatione, num. 10,

11 *Statutum quòd censeatur facta tacita reconductio intelligitur pro prima vice.*

12 *Renunciatio locationis admittitur etiam elapso modico tempore.*

13 *Locator in rebus invectis quando præferatur pro*

pro pensione anterioribus creditoribus.

14 *Redditus qui dicantur, & eorum appellatione quæ veniant.*

15 *Bona invecta, & illata per conductorem sunt hypothecata locatori.*

Et invecta, & illata per subconductorem, num. 16,

Etiam à conductore minore, n. 17,

Et etiam contra tertium possessorem, numer. 18,

Etiam invecta, aut illata per conductorem partiarium, n. 19,

Et ista hypotheca competit etiam locatori super fructibus rei locatæ, n. 20,

Etiam cum prælatione quibuscumque creditoribus anterioribus, n. 21,

Signanter pro pensione illius anni, numer. 22,

Etiam pro semine, non autem pro expensis culturæ, n. 23,

Non tamen pro pensione domus ad habitandum, numer. 24,

Secùs pro pensione domus locatæ ad merces conservandas, nu. 26,

De iure autem Cathaloniæ etiam pro pensione domus ad habitandum competit dicta hypotheca cum prælatione, num. 25,

Quid autem in muliere pro dote, an præferatur creditori pro pensione domus, n. 27,

28 *Prælatio competens locatori in bonis invectis, & illatis est cessibilis.*

29 *Locator habet hypothecata venalia, etiam in locum venditarum subrogata, cum prælatione.*

35 *Locator quando pro proprio usu possit expellere conductionem à re conducta.*

ANNOTATIO.

1 IN contractu locationis, & conductionis præcipuè ob sterilitatem si conductor patiatur magnum damnum certum est, quòd est locus remissioni pensionis uti dispositur in hoc statuto, & est tex. *in l. licèt, 8. C. de locat. & conduct. & in cap. Propter sterilitatem, 3, de locat. & conduct.* & tradunt *Caroc. de locat. & conduct. part.* 4, *in tit. de remiss. merced. quæst. 1, numer. 1, & Rota apud. Coccin. decis. 422, per tot.*

2 Sed cùm maximè controversum sit inter Doctores quātum esse debeat dictum damnum, ut videre est ex ipsis Doctoribus *in d. l. licèt, & in d. cap. propter sterilitatem, & per Caroc. in d. tit. de remiss. merced. q. 1, numer. 1, & sequent.* Ideò providè statuentes declaraverunt, tunc esse locum remissioni mercedis quando redditus illius anni non excedunt duas tertias partes pensionis sol-

3 vendæ non habito respectu ubertatis præcedentis, & subsequentis anni, quòd ego intelligo deducto semine, & expensis, ut not. *Caroc. in d. tit. de remiss. merced. num.* 6. ubi plures dat concordantes, *Costa de scien. & ignor. cent. 2, dist. 3, numer. 8, & de ratio rata quæst. 10, numer. 5, Mascar. de prob. concl. 1340, numer. 4, & 5, vol. 3, Ciriac. controver. 151, numer. 9, & Rota*

4 *apud Cocci. decis. 422, numer. 5.* licèt contrarium, quòd fructus dicantur non deductis expensis secundum communem usum loquendi, qui attenditur in statutis dixerit *Card. Mantic. de tacit. lib. 2, tit. 5, num. 22, & tit. 8, num. 8.*

5 Quæ remissio ob sterilitatem non habet locum quando conductor renunciavit omni legum auxilio, *Barbos. de claus. claus. 13, numer. 10, Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2, de claus. claus. 580, num. 6,* qui alios dant concordantes, *Caroc. de locat. & conduct. in d. tit. de remiss. mercedis quæst.* 8. *numer. 152, Zach. de oblig. Camer. quæst.*

6 *58, numer.* 27. Neque quando conductor suscepit per pactum in se periculum casuum fortuitorum, *Gail. sing. observ. lib.* 2, *obser.* 23, *numer. 26, Barbos. in d. claus. 133, num. 11.* ubi alios adducit ita sentientes, licèt non

7 teneatur de casu nimis insolito, ut post *Sil. Pinel. Ludo. Caroc. Cardin. Mantic. Castill.* & alios per eum relatos scribit *Barbos. in d. claus.* 133, *numer.* 12, *& Gras. discep. forens. cap. 534, numer. 45, p.* 3.

8 Neque quando per pactum fuit promissum remissionem non petere, ut post *Alex. cons. 3, numer. 1, & sequent. lib. 1, & Deci. cons.* 552, *numer 9,* per eam relatos firmat *Rota in Bononien. pecuniaria, seu affictus* 8, *Martii 1660, coram R. P. D. Verospio, post princ.*

9 Neque admittitur stante obligatione Camerali, *Mantic. de iuram. part. 4, effect.* 228, *numer. 16, Zach. de oblig. Camer. quæst. 18, numer. 27, Rota apud eum decis.* 42, *numer.* 2, *& decis. 11, numer. 5.* Maximè si requirat altiorem indaginem, aliàs secùs, ut declarat idem *Zach. ibid. sub num. 27, & Caroc. de locat. in d. tit. de remiss. merced. quæst. 8, numer. 114,* in quibus terminis procedere possunt adducta per *Grat. discept. foren. d. cap. 534, num. 40, & sequens. & per Ciriac. contr. 513, num.* 20, *& seq.*

10 In remissione autem mercedis est habenda ratio omnium rerum locatarum unica locatione, & omnium fructuum, non autem unius partis, aut unius speciei fructuum, ut probant *Rim. Iuni. cons. 40, numer. 11, & cons.* 810, *numer.* 12, *& Surd. cons.* 34, *n.* 21,

&

& sequent. lib. 1, quos unàcum aliis refert,
& sequitur *Rota apud Coccin. decis.* 422,
numer. 17.

11 Statutum supradictum, quòd nisi con-
ductor domum per mensem ante finem lo-
cationis domino renunciaverit censeatur ta-
citè reconduxisse habet locum pro prima vi-
ce tantùm, & non ultra, ut declarant *Caroc.
de locat. par.* 3, *in tit. de renov. locat. decla-
rat.*8,*n.* 1, *& sequent. Cardin. Mantic. de ta-
cit. lib.* 5, *tit. ult. numer.* 29. cum quo per-
transit *Antonell. de temp. legal. lib.* 2, *cap.*
12 35, *numer.* 16. Quod verò renunciatio loca-
tionis admittatur etiam elapso tempore à
statuto præfixo intra modicum tempus de
æquitate dicit *Calvin. de æquitat. lib.*2, *cap.*
176, *numer.*76, referens ita servari per *Sena-
tum Mediolani*, ut ibi per eum.

13 Locator verò in rebus invectis in domum
conductam quod non præferatur pro pen-
sione creditoribus anterioribus conductoris
si locatio est facta ad habitandum, secùs si
ad conservandum bona not. *Grat. discep. fo-
ren. cap.* 713, *numer.* 2, *& sequent. part.* 4,
Gait. de credit. cap. 4, *numer.* 1586, *& An-
tonel. de tempor. legal. lib.* 4, *cap. ult. num.*
114, ubi alios dat concordantes.

ADDITIO.

14 REdditus, de quibus fit mentio in hoc
statuto, dicuntur regulariter qui ex re-
bus immobilibus percipiuntur secundum
Feder. de sen. in cons. 12, *numer.* 5, *Cardin.
Tusc. pract. conclus. litera R, conclus.* 66,
*numer.*1, *& Barbos. de appellat. verb. signif.
appellat.*231, *numer.* 2, & redditum appel-
latione venire omnes species fructuum tra-
dunt *Menoch. de arbitrar. casu.* 66, *nu-
mer.* 10, *& Barbos. de appellat.*231. *sub num.*
2, & venire omnes proventus dixit *Mastrill.
decis. Sicil.* 58, *numer.* 6, *& sequent.* nec non
Barbos. de appellat. 231, *numer.* 2, ubi dicit
redditus esse nomen generale, ita ut plus vè
in redditu, quàm in fructu, ut ibi per eum,
cum quo videtur concordare *Calvin. in Le-
xicon. lit. R, in verbo redditus.*

15 Bona invecta, & illata per conductorem
in prædio urbano quomodocumque in rusti-
co cum scientia locatoris, itaut tempore
conductionis durante in eis permanere de-
beant, sunt tacitè hypothecata locatori pro
mercede, ac deterioratione rei locatæ, *Can-
cer. var.* 3. *cap.* 20, *numer.* 344, & latissi-
mè *Modern. Pacion. de locat. & conduct.
cap.* 40. *per tot. Altimar. ad decis.* 23. *Ro-
vit. per tot. Olea de cess. iur. tit.*4, *quæst.* 4,
numer. 2. *Hunni. Encycloped. iur. part.* 3, *tit.*
13, *cap.* 1, *numer.* 26, *Carol. Ant. De Lu-
ca ad Gratian. cap.* 68, *numer* 7, *Giurb. ob-
ser.* 24, *numer.* 22, *Amat. resol.* 3. *numer.*
5, *Nobilis Senator noster Amigant. in
prax. Peguer. Cur. Vicar. Barcin. rubr.* 21,
numer. 37, *Andreol. controver.*347, *per tot.*
maximè *numer.* 6, *& sequent. Merlin. &
Acosta*, quos citat *Marta Medic. decis.
Senen. in addit. ad decis.*20, *numer.* 2. etiam
16 invecta, & illata per secundum eiusdem
prædii urbani conductorem, qui à primo
conduxit *Olea d. quæst.*4, *numer.*3, *Modern.
Pacion. de locat. & conduct. numer.* 45, *&
cap.* 40, *numer.* 63, *Cancer. var.* 1, *cap.* 14,
17 *numer.* 2, *vers. Cuius, &c.* etiam per mino-
rem absque decreto, *Barbos. Pacific. Surd.
Gratian. Merlin. & alii citati per d. Mo-
dern. Pacion. dict. cap.* 40, *num.* 67, *Mol-
fes. citat. per Altimar. in d. addit. ad dict.
decis.* 23, *Rovit. pag.* 135, *col.* 2. *limit.* 2,
Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap.
68, *numer.* 1, *Scoppa. ad Gratian. obser* 45,
numer. 31, *& seq.*

18 Quæ hypotheca competit locatori, etiam
contra tertium possessorem, seu emptorem
horum bonorum invectorum, *Rocc. Molfes.
Andreol. citati per d. Altimar. d. obser.*23,
d. pag. 135, *ampl.* 6, *Pacion. d. cap.*40, *nu-
mer.* 133, *Carol. Ant. De Luca ad Gratian.*
19 *cap.* 127, *numer.* 10. Omniáque supradicta
procedunt etiam in conductore partiario,
*Gratian. & Andreol. citati per dict. Luca
ad Gratian. d. cap.* 68, *numer.* 9, *Pacion. d.
cap.* 40, *numer.* 61, *Altimar. ad d. dec.* 23,
ampl. 8,

20 Non solùm præfata hypotheca competit
locatori in bonis invectis, & illatis per con-
ductorem, sed etiam in fructibus rei locatæ,
licèt percepti, non tamen consumpti, aut
commixti, *Amat. var. resol.* 3, *numer.* 30,
*Gratian. Surd. Rodrig. Thesaur. Merlin.
Andreol. citati per Modern. Carol. Ant.
De Luca ad Gratian. cap.* 25, *numer.* 3,
Altimar. ad d. decis. 23, *Rovit. ampl.* 2,
Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.
33, *numer.*15, *& sequent. Eminen. De Luca*
21 *de credit. discur.* 16, *numer.* 8. etiam cum
prælatione quibuscumque creditoribus hy-
pothecam anteriorem habentibus, *Modern.
Pacion. d. tractat. de locat. & conduct. d.
cap.* 33, *numer.* 38, *cum sequent.* ubi latè, &
doctè *Gratian. Gait. Acosta. Rot. Rom. ci-
tati per d. Modern. Carol. Ant. De Luca
ad Gratian. cap.* 2, *numer.* 5, *& ad cap.* 117,
numer. 9, *Amat. resol.* 3, *numer.* 31, *Olea de
cess. iur. tit.* 6, *quæst.* 2, *numer.* 16, *& alii*,
quos citat *Bonden. collect. legal.*20, *num.* 52,
22 licet *Cancer. var.* 1, *cap.*14, *numer.*94. con-

trarium

trarium teneat; hoc tamen quòd in fructibus locator præferatur, procedit pro pensione illius anni, secùs pro sequentibus, *Rota, Gratian. Eminen. De Luca citati à dicto Modern. Carol. Anton. De Luca ad Gratian. d. cap. 25, numer. 9, Pacion. d. cap. 33, numer. 39,* ubi pariter *Gratian. & Rot. Rom.* citat.

23 Hæc sanè prælatio etiam competit locatori in concursu creditoris pro semine, *Modern. Pacion. d. cap. 33, numer. 51, & seqq. Giurb. obser. 93, numer. 3, & obser. 103, numer. 6, Amat. resol. 3, numer. 75, Cancer. var. 1, d. cap. 14, numer. 94, & alii,* quos citat *Bonden. ubi proximè numer. 28,* licet contrarium teneant *aliqui citati per Bonden. collect. legal. 20, numer. 34,* qui *numer. seq.* id confirmat rationibus non parum urgentibus; non tamen creditoris pro expensis culturæ, ac recollectionis, ex quo fructus dicuntur illi solùm qui supersunt deductis expensis, *Eminen. De Luca de credit. & debit. discur. 16, numer. 9, & 12, & de dote discur. 81, n. 4.*

24 Quo verò ad hypothecam tributam locatori super invectis, & illatis bonis, non deficiunt Doctores tradentes, etiam ipsi competere cum prælatione quibuscumque creditoribus anteriores hypothecas habentibus, quos citant *Carleval. de iudiciis tit. 3, disput. 29, numer. final. Gait. de credito. cap. 4, quæst. 11, numer. 1585.* tamen certum est pro pensione domus ad habitandum concessæ, & sic pro logeriis, de iure communi nullam competere prælationem, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 40, numer. 127, & sequent. Altimar. ad d. decis. 23, Rovit. ampl. 5, Rota Recen. decis. 91, numer. 20, part. 19, & decis. 726. numer. 4, part. 18, tom. 2, Botiller. disert. 5, numer. 87, Andreol. d. controver. 347. numer. 40.* benè
25 tamen de iure nostro Cathaloniæ, signanter in Civitate Barcinonæ, & nostra Gerundensi habenti communicationem per expressum privilegium omnium usantiarum, consuetudinum, ac privilegiorum dictæ Civitatis Barcinonæ, *Fontanell. decis. 578, numer. 20,* per *privil. 3, tit. de lloguers, in 2, vol. Const.* est stabilitum, locatori pro pensione domus ad habitandum competere præfatam prælationem, ut tradunt *Cancer. var. 1, cap. 14, numer. 94, Meritissimus Senator noster Nobilis de Amigant in admonitionib. servand. in Cur. Vicar. Barcin. post prax. Peguer. rubr. 21, numer. 37, Ripoll.*
26 *var. cap. 12, numer. 8,* Pro logerio autem, seu pensione domus locatæ ad dicta bona invecta, & illata servanda, ab dubio, quòd dicta prælatio locatori competit, *Botiller. d. disert. 5, numer. 87, Amat. Rocc. citati per d. Altimar. in obser. ad d. decis. 23, Rovit. d. ampl. 5, Modern. Pacion. d. cap. 40, numer. 128, Rota. in d. decis. 91, d. numer. 20, part. 19,* & latiùs *in d. decis. 726, d. numer. 4, pat. 18, Andreol. d. controver. 347, numer. 40.*

27 Ex hac sanè distinctione fit, quòd mulier pro dote præferatur locatori pro pensione domus locatæ ad habitandum; non autem locatori domus locatæ ad dicta bona invecta, & illata servanda, ut citatis *Mantic. Costa, Thesaur. Pascal. Fontanell. Felician. Ursill. Gamm. Mart. Medic.* tradit *Botiller. d. disert. 5, numer. 94,* vidend. *Pilaia ad Ivanç. de protest. addit. ad consid. 54, numer. 14, in fin. Rota decis. 15. numer. 1, & seq. p. 19, rec.*

28 Scias autem quòd ista prælatio locatori in casibus suprà traditis competens, etiam competit cessionario locatoris; ex quo ipsa causæ, & actioni tribuitur, non autem personæ, *Olea de cess. iur. tit. 6, quæst. 2, numer. 16,* & eo, & aliis citatis *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 117, num. 9.*

29 Venalia autem etiam sunt locatori apothecæ hypothecata, & pro pensione competit prælatio dicto locatori, etiam in mercibus quousque existunt penès conductorem, & in subrogatis, ac pòstmodum introductis; ex quo semper apotheca remansit tanquam corpus universale, & ita remansit viva, ac existens, *Botiller. d. dissert. 5, num. 3, 88, & sequent. Modern. Pacion. d. cap. 40, numer. 133, & sequent. Rota dict. decis. 15, num. 3.*

30 Remissio autem mercedis multis in casibus conductori impartitur, quos nefas esset omnes hìc tradere, eos videre poteris penes *Doctores* citatos per *Modern. Manfrell. in obser. ad decis. Capic. Latr. observ. 162, & 171, per tot. & per Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 195, per tot. & ad cap. 328, numer. 14.* qui duo te ducent ad *Doctores* tradentes omnes casus circa hanc materiam forsan evenientes, ipsos consulas, & *Hunni. Encycloped. iur. p. 3, tit. 18, cap. 4, numer. 17, & sequent.* signantèrque *d. Modern. Pacion. in d. tractat. de locat. & conduct. cap. 45, & sequent.* ubi latissimè *Hodiern. ad Surd. decis. 326, numer. 1, & Doctores citatos per Pegas resol. foren. cap. 3, à numer. 906, Aloy. Mansi. consult. 26, ferè per tot. Massola. trimegist. legal. ratiocin. 7, per tot.* novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 24, cap 1, numer. 12, & sequent. Tondut. quæst. civil. cap. 31,*

per tot. & alios, quos citat *Valtron. de transact. quæst.* 1, *num.* 21, *& sequent. Gurb. obser.* 24, *per tot. Capon. controver. foren. controv.* 36, *per tot.*

31 Quia tamen in materia remissionis mercedis, ac canonis incidimus, non relinquam demonstrare quæstionem celebrem, quam non facilè sic à celebris viris tractatam invenies, an ista excomputatio, seu remissio fiat pariter emphiteutæ canonis ab eo præstiti, sivè in recognitionem directi dominii, sivè æqualis fructibus ex fundo emphiteutico forçan evenientibus, propter sterilitatem, bellum, seu alios casus fortuitos, ac insolitos; itaque dico, quòd in casu quo emphiteuta correspondet domino pensionem æqualem fructibus, tunc præfata remissio procedit; ex quo talis contractus potiùs locationis, quàm emphiteosis est, *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 18, *numer.* 1, *& sequent.* ubi *Hermosill. Prat. Olea. Thor. Petr. Gizz. & alios* citat *Fontanell. de pact. claus.* 4, *glos.* 18, *part.* 1, *numer.* 115, *Antonel. de tempo. legal. lib.* 1, *cap.* 38, *numer.* 20, *Capon. controver. foren.* 5, *numer. fin. & controver.* 34. *à numer.* 31, *Hodier. ad Surd. decis.* 198, *numer.* 1, *Cenci. Pirr. Maur. & alii*, quos citat *Mart. Medic. decis. Senen. in addit. ad exam.* 12,
32 *numer.* 1. Si tamen pensio fructibus non correspondeat, sed præstetur in recognitionem directi dominii, & in specie, pariter facienda venit præfata remissio, *Fontanell. d. par.* 1, *numer.* 187, *Brilla ad consuetud. Neapol. tit.* 25, *cap.* 1, *numer.* 38,
33 Si verò in genere debeatur pensio, ardua est quæstio, eum sanè negativè resolvunt *Fontanel. d. numer.* 187, *& Doctores*, quos citat *d. Modern. Manfrell. d. obser.* 18, *numer. fin. & alii*, quos citat novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. d. cap.* 1, *numer.* 39, *Hodiern. ad Surd. d. decis.* 198, *numer.* 71. tamen quando ob occupationem factam ab inimicis agri emphiteoticarii, nihil percipitur in eo, imò incultus fuit relictus; ex quo propter guerram impeditus fuit emphiteuta eum colere, cùm tunc reputetur ager, ac si periisset, procedit præfata remissio, *Gail. obser.* 23, *lib.* 2, *numer.* 23, *Gratian. discept. foren. cap.* 195, *numer.* 19, *& cap.* 354, *numer.* 29, *Choell. in bull. bon. regim. cap.* 48, *numer.* 4, *Hodiern. ad Surd. decis.* 198, *numer.* 15, *& sequent.* maximè ex eo quod etiam in vera emphiteusi procedit dicta remissio, quando fructus sufficientes non percipiuntur ad canonem, seu pensionem solvendum, *Andreol. controver.* 119, *numer.* 9, ubi ita declaratum tradit (licèt perpenderem doctrinam, ac rationem *Doctissimi Botller. in dissert.* 13, *n.* 56, quæ valdè urgent ac valdè iuri conformes cenico) & in terminis tenet novissimè *Burger. obser.* 60, *vers. Deinde indubitatum est, &c. pag.* 442, ad quod vide *Doctores citatos per Pegas resol. foren. cap.* 3, *numer.* 971, *& seqq. & alios*, quos citant *Barbos. in Cod. ad leg.* 1, *de iur. emphyteu. numer.* 20, *& Benekendor. ad Seraphin. de privil. iuramen. addit. ad privil.* 84, *numer.* 17, & ab hac opinione non discederem in consulendo, quamvis *Antonel. de tempore legal. lib.* 1, *d. cap.* 38, *numer.* 24, *& sequent.* contrarium te-
34 neat, quod pariter procedit circa pensiones censualium quando nihil percipitur in bonis hypothecatis; quia tunc fit remissio pensionum, aut hæ solvuntur pro rata fructuum perceptorum, & ita fuit decisum in R. C. per Ioannem Baptistam Pastor Reg. Senat. die 24, Ianuarii 1664, inter Mariam Annam Cavaller, & Chivelli viduam, & Nobilem Antonium Ioannem Sentis, & Michaelem eius filium Civitatis Dertusæ.

35 Quomodo autem pro proprio usu possit locator conductorem expellere tradunt latissimè *d. Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 36, *per tot. Cancer. var.* 1, *cap.* 14, *à numer.* 20, *Fontanell. de pact. clauf.* 4, *glos.* 9, *part.* 4, *numer.* 68, *& 69, & decis.* 261, *per tot. & alii quamplurimi citati per Modern. Castald. consult. foren.* 145, *num.* 3, *& sequent. & per Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 194, *numer.* 10, *& seqq. & per Faria, ad Covar. lib.* 2, *cap.* 15, *nu.* 60, *& sequent.* ubi latissimè *Pilaia ad Franç. de protest. d. addit. ad consider.* 54, *numer.* 3, novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit.* 24, *cap.* 2, *numer.* 32, *& sequent. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. animadver. ad cap.* 173, ubi *numer.* 18, doctrinam singularem refert, quando locator ob causam propriæ necessitatis supervenientem conductorem expellit, & illa reperitur falsa, aut simulata, & ad *cap.* 117, *numer.* 11, ubi tradit an ius hoc sit cessibile, & transitorium ad hæredes, *Berlich. conclus. legal. part.* 2, *consil.* 45, *à numer.* 13.

36 Vt dixi *suprà numer.* 15. in bonis invectis, & illatis per conductorem competit tacita hypotheca locatori, cuius virtute præfertur in dictis bonis quibuscumque creditoribus non privilegiatis expressam hypothecam posteriorem habentibus, *Merlin. de pignorib. lib.* 4, *tit.* 1, *quæst.* 2, *numer.* 8, *& quæst.* 7, *tota, Antonel. de tempore legal. lib.* 4, *cap. ult. numer.* 3, *Hunni. Encycloped. iur. tit. de pignorib. & hypoth. cap.* 5, *num.* 3, *Carena*

resol.

resol. 18, *numer.* 5, *vers. Primus casus*, *&c.* & in propriis terminis *Acosta de privil. creditor. regul.* 3, *ampl.* 3, *numer.* 1, ubi plures
37 citat; & id ex quo dicta tacita hypotheca habet eandem naturam, tribuitque eadem privilegia quæ tribuit expressa hypotheca, *Merlin. ubi suprà d. lib.* 4, *tit.* 1, *quæst.* 4, *numer.* 28, *Caren. d. resol.* 18. *d. num.* 5, *vers. Quibus addi potest*, *&c.*

DE DEBITORIBVS COMMVNIS NON AVDIENDIS.

Rubrica LXXII.

Debitores Communis Eugubii summariè, omnique Iuris solennitate omissa, etiam cum personali detentione ad solvendum cogantur, nec audiantur, nisi priùs integrè satisfecerint. Vtq; in posterum Magistratus prædictos Debitores ad solvendum omni curâ, ac debitâ diligentia compellere valeat, Cancellarius Communis singulorum Debitorum Nomina cum quantitate debiti in Tabella descripta palàm in Audientia Palatii tenere debeat: Nec interim ii ad aliquod Officium, sivè Administrationem bonorum deputàri possint, sed authoritate præsentis Statuti omninò repellantur. Quod & in Administratoribus Annonæ, Montis Pietatis ac similium Sancitum esse intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Debitores Communitatis ob Bullam Clementis VIII. conveniuntur summariè, & sola facti veritate inspecta.*

Et debitore excusso potest agi contra tertium possessorem actione personali, numer. 2,

3 *Debitores Communitatis ad officia publica admitti non possunt.*

Etiam si sint debitores ex contractu, numer. 4,

Ac etiam si dederint fideiussorem de solvendo debitum, num. 5,

Et etiam si debitum sit modicum vigore d. Bullæ n. 7,

Licèt contrarium sit de iure communi, num. 6,

Ita ut dicti debitores nequè possint imbussolari pro Officiis, num. 8,

Nequè possint eligi pro Nunciis, & Oratoribus, num. 9,

10 *Authoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 Contra debitores Communitatis vigore *Bulla super bono regimine in §.* 24, datur facultas procedendi summariè, simpliciter, de plano solà facti veritate inspecta, & sine strepitu, & figura iudicii, ut disponitur etiam in hoc statuto, ut not. *Choel. ad Bulla. bon. regim. cap.* 44, *num.* 36, Itaut
2 debitore absente, & excusso, possit Universitas agere contra tertium possessorem bonorum illius actione personali ad tex. *in l. apud eos*, 2, *& ibi Bart. C. de debit. Civit. lib.* 11, & declarat *Choel. in d. cap.* 44, *numer.* 39, licèt non possint capi de nocte, *Choel. ubi suprà numer.* 41, ubi dicit *S. Congreg. bon. regim.* aliquando mandasse contrarium, & remisisse arbitrio Gubernatoris, an illi possint capi in propria domo, in nundinis, & simil. ut ibi per eum.

3 Et quòd debitores Communitatis ad Magistratus, munera, vel officia publica, ut disponitur in hoc statuto, etiam de iure communi admitti non possint, nisi priùs satisfecerint est tex. *in l.* 1, *C. de debit. Civit. lib.* 11, *in l.* 2, *C. de præd. Decur. lib.* 10, & not. *Losa. de iure Vniv. cap.* 6, *numer.* 18, *Choel. ad Bull. bon. regim. cap.* 31, *numer.* 71, *& cap.* 44, *numer.* 1, *& sequent.* qui in fin. ponit limitationes, *& Petr. Ant. Ala. de Decur. Christian. quæst.* 110. *in princ.* Quam
4 Bullam habere locum nòn solùm in debitoribus Reipub. ex reliquatu, & simil. sed etiam in debitoribus ex contractu voluit *Choel. in. d. cap.* 44, *num.* 9. licèt contrarium sentiat *Petr. Ant. Ala. ubi suprà*, Et
5 debitor Vniversitatis rejicitur ab honoribus, & muneribus, ut suprà etiàm si dederit fideiussores de solvendo debitum, vel cedat bona stabilia, ut probat *Choel. in d. cap.* 44,

numer.10, & sequent. ubi refert ita fuisse decisum *in Sac. Congregatione, & numer. 42.* hoc extendit etiam ad fideiussorem debitoris Communitatis in solidum obligati, ut ibi per eum.

6 Et licet, ut debitor Communitatis excludatur ab honoribus non sufficiat modicum debitum de iure secundum *Bart. Tiraq. Franch. & Caput. relatos per Choel. in*
7 *d. cap. 44, numer. 21.* Secus tamen est vigore *d. Bull. de bon. regim.* ut testatur *Choel.*
8 *in loc. cit.* Et dum statutum utitur verbis, *Nec interim ad aliquod Officium deputari possint*, mens statuentium videtur fuisse, quod neque dict. debitores possint imbussolari, ut advertit *Choel. ad d. Bull. bon. regim. cap. 19, numer. 12, & d. cap. 44, num. 27, & sequent.* licet posteà videatur dubitare.
9 Addo prædictis, quòd debitores Communitatis, neque legationis, & Oratoris munere fungi possunt, *l. sciendum, 4, ff. de legation. Io. de Plat. & alii in d. l. 1, C. de debit. Civit. lib. 11,* benè *Choel. in d. cap. 44, num. 34, & seq.*

ADDITIO.

10 Aliqua dixi de materia huius rubricæ in *rubr. 6, lib. 1,* ubi cumulavi plures *Doctores* hanc materiam debitorum Universitatum tractantes, quapropter ad ipsos recurre.

DE CESSIONE BONORVM, ET INDVCIIS Quinquennalibus.

Rubrica LXXIII.

Debitor ad Cessionem bonorum admitti volens, citatis priùs Creditoribus pro die, & hora Cessionis, se personaliter præsentet coram D. Prætore pro Tribunali sedente, & coram eo debita fateatur, ac medio eius iuramento, manifestatis omnibus eius bonis, & plenè ab Actuario annotatis, altâ voce instare debeat in hæc Verba.

QVIA Negocia mea malè peregi, ita quod Creditoribus meis nequeo satisfacere, Ego N, cedo omnibus bonis meis.

Quo peracto publicè, & palàm Biretum viride, & non Pileum, tunc à Creditoribus dandum in eius Capite à Plazzario imponatur; Deindè sono rauco per eundem præcedente, per Birruarios adducatur per Plateam ad Scalas Palatii Iuris, in quibus Nates eius per très vices percuti faciant, & in qualibet percussione affirmet, se cedere bonis, ac statim à Carcere liberetur, & pristinæ libertati restituatur; Nec ulteriùs à Creditoribus vexari possit: Nisi devenerit ad pinguiorem fortunam; quo casu potioribus Creditoribus de bonis satisfacere teneatur, & interim ab omni Officio, & Beneficio omninò excludatur. Biretum autem, ita deferre debeat, quod ab omnibus videri, & cognosci possit, alioquin tali Privilegio privatus censeatur, & Mandata aliàs contra eum relaxata absque novo Decreto, & citatione, si sine tali Bireto repertus fuerit, Executores quicunque exequi possint.

Quinquennales verò, seu breviores Induciæ non concedantur nisi ex iusta, & urgentissima causa, & ad eas quis admitti non possit, nisi de consensu maioris Partis Creditorum, quod ratione Crediti, & non personarum, iudicandum erit, dummodò, si Creditores sex non excedant, duo saltem accedant, & si plures, tres ad minus concurrant; Et ultra legitimas probationes, Iuramento affirmaverint de eorum Creditis satisfactos, seu aliàs concordatos non esse fictionibus, & fraudibus penitùs exclusis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Qualitates requisita à Statuto in cessione bonorum sunt de forma.*

2 *Statutum admittens debitorem ad cessionem bonorum est validum.*

Contrarium tenent aliqui quando admittit ad cessionem cum dedecore, n. 3,

4 *Cessio bonorum denegatur lusoribus dilapidatoribus, & simil.*

Et negatur etiam decoctoribus, & fallitis, num. 5,

Et debitori Cameræ, num. 7,

Quicquid sit quod ad debitorem obligatum in forma Cameræ, num 8,

Neque admittitur ad cessionem negans debitum, num. 6,

9 *Cessionis beneficio non gaudet fideiussor debitoris.*

10 *Debitor qui cessit tenetur solvere debitum si redeat ad pinguiorem fortunam.*

Etiam quod cesserit cum ignominia, numer 11,

12 *Debitor non carceratus non admittitur ad cessionem bonorum.*

13 *Debitor an possit renunciare beneficio cessionis bonorum.*

14 *Inducias quinquennales potest concedere Princeps.*

Et etiam maior pars creditorum, n. 15,

Declara, ut num. 16,

Et an in d. casu sit necessaria cautio de solvendo, num. 17,

18 *Moratoriarum, & induciarum materiam qui tractant remissivè.*

19 *Moratoria in Cathalonia concedi nequeunt.*

20 *Cessionis bonorum materia à quibus tractatur.*

21 *Cessione non liberatur à carcere carceratus in Cathalonia.*

22 *Moratoria, & dilatio concessa debitori an proficiant fideiussoribus.*

ANNOTATIO.

1 Supradictæ qualitates requisitæ per statutum in actu cessionis bonorum faciendæ per debitorem videntur esse de forma, & ideò illæ debent omninò servari, *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 161, num. 35, Brun. de cessio bonor. quæst. 6, princ. num. 6.* Cùm
2 dictum statutum admittens debitorem ad cessionem bonorum modo obprobrioso, ut in hoc statuto sit validum, ne debitores in præiudicium creditorum profundendo eorum bona effugiant solutionem cedendo bonis, ut voluerunt *Iacob. Aurelian. in sua prax. in tit. de cessio. bono. numer. 3, & seq. Brun. de cessio. bonor. 6, quæst. princ. numer. 6, in fin. P. Dian. in sum. in verbo Cessio. bonor. numer. 20,* qui testatur de communi opinione, & sentit etiam *Fenzon. ad stat.*
3 *Vrb. lib. 1, cap. 161, numer. 35.* licèt contrarium imò dictum statutum ita admittens debitorem ad cessionem bonorum non valere tenuerint, *Rolan. cons. 7, numer. 13. & sequent. lib. 2. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 408, numer. 179, lib. 1,* & alii plures relati per *Genua de scrip. priv. lib. 3, quæst. 35, numer. 21,* cum quibus pertransit *Beat. de inope. debit. cap. 2, numer. 7, & 8.*
4 Quod quidem beneficium cessionis bonorum denegatur lusoribus, dilapidatoribus,& simil. quia cùm illud sit miserorum subsidium, non præsidium dolosorum, ideò non datur iis, qui proprio vitio, vel dolo in paupertatem inciderunt, ut not. *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 161, numer. 22, Girrb. decis. 41, numer. 9, & sequent. Graff. de except. excep. 17, numer. 32, & 44, Andreol. contr.*
5 *123, numer. 12.* & ideò decoctores, & falliti ratione doli ad dictum beneficium non admittuntur; *Costa remed. subsid. 27, numer. 13, Girrb. d. decis. 41, numer. 12, & Adden. & ad Rot. decis. 192, in fin. part. 9, recen.* Si-
6 cuti etiam negans debitum, & super eo litigans amittit dictum beneficium cessionis bonorum; si tamen dolosè id neget, secus si per errorem, vel ignorantiam, ut tradunt *Hodier. ad Surd. decis. 262, numer. 21,* ubi dicit idem esse si negationem revocet, ut ibi per eum, *Adden. ad decis. 6, numer. 81, & sequent. part. 3, rec.* licèt contrarium teneat, *P. Dian. in summ. verbo Cessio. nu-*
7 *mer. 11,* Prout neque ad dictum beneficium cessionis admittitur debitor Cameræ, & fisci, *Zachi. de oblig. Camer. quæst. 19, numer. 2,* latè *Massi. de confisc. bonor. quæst.*
8 *40, per tot.* licèt illud suffragetur debitori simpliciter in forma Cameræ obligatio voluerint *Zach. ubi suprà numer. 3, Girrb. decis. 41, per tot. & Massin. in d. quæst. 40, numer. 4,* licèt contrarium teneat, *Altogr. cons. 42, ante fin. lib. 1.*
9 Dictò tamen beneficio cessionis bonorum non gaudet fideiussor debitoris, *Fenzon. in d. cap. 161, numer. 39, Graff. except. 17, numer. 67, Pir. Maur. de fideius. part. 2, sect. 9. cap. 10, per tot. P. Dian. in sum. in verbo Cessio, num. 18.*
10 Si tamen debitor, qui cessit devenerit ad pinguiorem fortunam tenetur ad solutionem debitorum, *Fenzon. ad d. cap. 161, nu. 34, Graff. de excep. 17, numer. 8, P. Diana. in*
11 *d. verbo Cessio, numer. 19.* etiam si cessit bonis cum ignominia uti habetur in hoc statu-

to, ut probat *P. Diana in d. verbo Cessio. numer.* 19, qui testatur de magis communi opinione, licèt contrarium teneant quamplures Doctores, cum quibus pertransit, *Gurb. decis. 41. in fin.*

12 Debitor verò non carceratus non admittitur ad cessionem bonorum, *Gurb. d. decis.* 41, *numer.* 5, latè comprobans, & dicens ita pluries fuisse iudicatum, cùm requiratur, quòd debitor sit molestatus à suis creditoribus, ut probat *Graß de except.*17, *num.* 65, ubi dat concordantes.

13 Utrum verò debitor possit renunciare beneficio cessionis bonorum maximè cum iuramento tradunt *Gurb. d. decis.* 41, *num.* 3, *Altograd. d. consi.* 42, *lib.* 1, plenè *Castag. de benef. dedu. nè egeat, quaest.* 11, *numer.* 18, *& seq. & P. Diana in d. verbo Cessio.n.*15,

14 Inducias verò quinquennales concedere potest Princeps, *l. fin. C. qui bon. ced. possunt Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.* 161, *num.* 21, *Genua. de script. priv. lib.* 3, *in tit. de annal. & quinquen. dilat. numer.* 1, *& seq.* ubi dicit, illum non posse concedere ulteriorem, & illas posse concedere etiam invitis, & ignorantibus creditoribus, ut ibi per cum, *num.* 42, *& seq.*

15 Et dict. inducias potest etiam concedere maior pars creditorum etiam in praeiudicium minoris partis, *l. fin. C. qui bon. ced. poss. Macerat. var. resol. lib.* 2, *resol.* 18, *numer.* 5, *& sequent. Cardin. Tusc. pract. conclu. litera M, conclus.* 383, *numer.* 14, *Genu. in d. tit. de annal. & quinquen. dilat. numer.* 39, praecedente tamen citatione aliorum creditorum, ut post *Bart. Ang. Alex. Brun. Iass. Bursatt. Stracc. & Machel.* per eum adductos firmat *Macerat. d. resol.* 18,

16 *numer.* 4. Et quod omnes creditores in unum convenerint tempore concessionis, cùm concensus separatim praestitus non noceat, *Macerat. ibi. numer.* 5, *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap.* 161, *numer.* 10, *Rot. apud Cocci. decis.* 440, *numer.* 2, *& sequent.* ubi dicit, supradicta non habere locum quando debitum est iuratum, & sic non intrare dictum statutum, & concordat *Fenzon. ad d. cap.* 161, *num.* 11.

17 Utrum verò in dicta dilatione annali, seu quinquennali sit necessaria cautio de solvendo in fine dilationis tradunt *Genua in d. tit. de annal & quinquen. dilat. num.*7.8, *& seq. & Pet. Maur. de fideius. par.* 1, *sect.* 3, *cap.* 2, *numer.* 1, *& sequent.* qui tenent pro affirmativa, ipsos consulas.

ADDITIO.

18 De iis moratoriis, & induciis latissimè tractant *Fontanell. & alii Doctores citati per Ripoll. de Regal. cap.* 24, *per tot. & per Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 2, *§.* 117, *cap.* 2, *pag. mihi* 312, *à num.* 62, *ad* 69, *& per Antun. Portugal. de donationib. Reg. par.* 3, *cap.* 42, *& numer.* 35, *ad fin. & per Boler. de debitorib. decoct. par.* 1, *tit.*1, *quaest.* 13, *per tot. & per Manfrell ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 192, *per tot.* ad quos recurre, & ad *Escalon. Gazophil.cap.* 10, *per tot. Leotard. de usur. quaest.* 85, *Salgad. in labyr. credit. par.* 2, *cap.* 30, *per tot. Contri. discep.* 58, *à num.* 24, *tom.* 1, *Franc. de protest. consid* 49, *per tot.* & ibi *Pilaia, Rovit. ad prag.*1, *de cess.bonor. & super prag.* 3, *d. tit.* & ibi *Laganar. Benekendor.ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil.*

19 114, *per tot.* quapropter cùm per *Const.* 4. *& 5, tit. de diversos referits, y elongam.* in hac nostra Provincia Cathaloniae Rex in Curiis Generalibus se abdicavit potestatem concedendi has moratorias, & rescripta per quae possit impediri executio censualium, & violatiorum, taliterquod si de facto impediretur haberentur pro non factis, & concessis, posséntque, eis non obstantibus, officiales executores procedere ad ulteriora executionis, ideò hac solà annotatione ad alia me vertam, & hanc materiam praetermittam.

20 Paritérque materia cessionis bonorum à ullo penè Doctore est praetermissa, & eam latè pertractavit *d. Boler. de decoct debitor. fiscal. par.* 1, *tit.* 1, *quaest*, 3, *per tot.* paritérque *Cancer. var. cap.* 9, *per tot. Salgad. in labyr. cred. Rovit. ad Rub. & pragmat. de cess. bonorum*, & ibi *Laganar. & alii passim*, & ita in ea neutiquam me detineam, solùm adverte, quòd in Cathalonia per cessionem bonorum factam pet captum vigore instrumenti guarentigii non relaxatur captus à carceribus, *Cancer. var.* 1, *cap.* 17, *num.* 50, *& var.* 2, *dict. cap.* 9, *num.* 9.

21 An autem moratoria concessa debitori proficiat fideiussoribus, paritérque dilatio, sivè à Principe, sivè ex conventione creditorum concessa, si de fideiussoribus in eis nil sit expressum, ardua est quaestio, eam latè tractant *Doctores citatos per Valeron. de transact. tit.* 2, *quaest.* 8, *num.* 26. apud *quos* ipsam examina.

DE

DE LIBRIS MERCATORVM, ET ALIORVM ARTIFICVM.

Rubrica LXXIV.

MErcatores, aliique Artifices habere debeant eorum Libros benè ordinatos, Cartulatos, & Bullatos bulla Communis, In quibus diligenter describant Diem, Mensem, & Annum in qualibet Partita, exprimendo qualitatem, & quantitatem rei venditæ, pretium si quid receperint tempore venditionis, vel posteà, & cætera omnia iuxta solitum dictorum Mercatorum, dictisque libris plena fides adhibeatur in iudicio, & extra, usque ad summam florennorum sex pro qualibet Partita, de Credentiis per eos factis, & de aliis rebus concernentibus eorum Mercaturam, vel artem dumtaxat, & pro dicta quantitate Iudices ad eorum instantiam, cognito priùs de debito; teneantur dictas partitas exequi facere usque ad integram satisfactionem: Vltra verò prædictam summam usque ad florenos decem credatur dictis Libris cum duobus Testibus, vel unico saltem omni exceptione maiore, dictas Partitas comprobantibus, vel etiam si manu debitoris sint subscriptæ, quæ deindè contra Debitores, sivè eorum hæredes exequutioni demandentur: Et prædicta locum habeant in Libris Mercatorum, sivè Artificum bonæ conditionis, & famæ.

Quòd si quis fuerit deprehensus in aliqua fraude in dictis Libris, nulla fides eis adhibeatur, sed cadat à iure sui crediti, in quo fraudem commisit. Declarantes etiam, quòd per dispositionem præsentis Statuti, non intelligatur derogatum Constitutionibus, & Capitulis Mercatorum Artis Lanæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd stetur libris Mercatorum est validum.*

Et quando dictum statutum habeat locum extra territorium, num. 2,

Maximè in modica summa, num. 3,

4 *Statutum quòd stetur libris Mercatorum procedit in concernentibus tantùm ad mercaturam.*

5 *Statutum quòd stetur libris Mercatorum procedit dummodo Mercator sit legalis.*

Et dummodo Mercator scripserit librum propriâ manu, n. 6,

Et ex libris appareat de causa debiti, numer. 7,

Et dummodò liber contineat diem, mẽsem, & annum, num. 8,

9 *Libri Mercatorum cessante statuto non probant pro scribente.*

Licèt probent contra scribentem, n. 10,

11 *Libri Mercatorum non probant pro tertio contra tertium, sine adminiculis.*

12 *Libri Mercatorum ut probent quæ requirantur remissivè.*

In Cathalonia non probant, nisi in casibus à iure communi dispositis, n. 13,

14 *Libri Mercatorum non probant ordinem, seu mandatum tradendi sartori merces.*

15 *Mercatores qui dicantur.*

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum, quòd stetur libris Mercatorum ob utilitatem publicam commerciorum est vallidum, ut docent *Surd. decis. 312, numer. 3, Genua de script. priv. lib. 4, in tit. de lib. Mercat. numer. 14, & Adden. ad Rot. decis. 345, numer. 112,*
2 *par. 9, rec.* qui dant concordantes. Quod habet locum etiam extra territorium, statuentium, licèt in iudicio in quo producitur non adsit tale statutum, ut not. *Vivi. opin. 806, 2, & 30, Genua in d. tit. de libro Mercat. numer. 8, & sequent.* ubi hanc dicit esse verissimam conclusionem dumodò liber sit scriptus in loco statuti, ut ibi per
3 eum *numer.* 22. Et in modica summa, ut cantat statutum nostrum non autem in magna, *Trivis. decis. 16, numer. 3, lib. 1, Genua dict.*

dict. loco numer. 26. Itaut si statutum mandaret, quòd in omni causa liber Mercatoris probaret uti indiscretum non valeret, ut probant *Adden. ad Rot. decis. 345, numer. 118, par. 9, rec.*

4 Statutum supradictum habet locum in pertinentibus tantùm ad mercaturam, non autem quo ad alia negocia, ut declarant *Surd. cons. 326, numer. 18, & cons. 453, numer. 54, lib. 3, Turreti. cons. 47, numer. 4, vol. 2, Franc. Becci. cons. 5, numer. 11, & sequent. vol. 1,* & alii plures, quos refert, & sequitur *Genua in d. tit. de lib. Mercat. n. 30.*

5 Vt autem sit locus dict. statuto, quòd credatur libris Mercatorum requiritur, quòd Mercator sit homo legalis, & pro tali habitus, ut habetur in hoc statuto. *Rolan. cons. 92, numer. 6, lib. 3, Surd. cons. 489, numer. 19, lib. 4, & decis. 199, numer. 15,* & benè declarat *Genua in d. tit. de lib. Mer-*
6 *cat. numer. 48, & sequent.* Secundò, quòd Mercator dictum librum suâ manu conscripserit, ut not. *Rola. d. cons. 92, numer. 6, Ludov. concl. 29, & Genua in term. statuti dantis fidem libro Mercatoris in d. tit. de lib. Mercat. numer. 51, & seq.* licèt alios plures contrarium tenentes referat, & testatur de veriori opinione, cum quo sentiunt *Ad-*
7 *den. ad Rot. d. decis. 445, numer. 82.* Tertiò, quòd ex libro appareat de causa debiti, *Rolan. dict. cons. 92, num. 6, Franc. Becci. dict. cons. 5, numer. 8, Genua in d. tit. de lib. Mercat. numer. 60, & sequent.* benè comprobans *Adden. ad Rot. dict. decis. 445, nu-*
8 *mer. 90, & sequent.* Quartò, quòd in dicto libro sit appositus annus, mensis, & dies, ut disponitur etiam in hoc statuto, ut volunt *Rolan. dict. cons. 92, numer. 14, Scacc. de iudic. lib. 2, cap. 11, numer. 281, & Genua in d. tit. de lib. Mercat. numer. 75, & sequent.* ubi alia subiungit requisita, ut sit locus dispositioni huius statuti, videlicèt, quòd libri non sint mendosi, quòd contineant data, & recepta, & alia de quibus ibi per eum, & per *Adden. ad Rot. d. dec. 445, par. 9, rec. ferè per tot.*

9 Cessante autem Statuto, vel Consuetudine liber Mercatoris non probat pro scribente, ut latè comprobant *Genua in d. tit. de libr. Mercat. numer. 2. & sequent. & Adden. ad Rot. d. decis. 445, numer. 1, & seq.* qui ad dictam conclusionem aliquas apponunt limitationes, de quibus ibi per eos, & præcipuè stantibus adminiculis *Adden. ubi suprà num. 100.* cum quibus pertransit
10 *Rota decis. 125, numer. 9, part. 8, rec.* licèt probet contra eum, ut probat *Genua de script. priv. lib. 4, quæst. 2, numer. 1, & seq.* *& Rota decis. 110. numer. 4, post primum*
11 *vol. consil. Farin. & ibi Adden.* Non probat autem pro tertio contra tertium sine adminiculis, ut tradit *Rota in Rom. censuum 4. Aprilis 1639, coram R. P. D. Verospio, 9. Neque vesa, &c.*

A D D I T I O.

12 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ nulla adest statutaria, seu municipalis dispositio circa materiam hanc tribuendi fidem libris Mercatorum, & Artificum, & ita licèt in Italia passim libris Mercatorum fides tribuatur in concernentibus ad mercaturam, maximè concurrentibus legalitate, & opinione scribentis, & verificatione partitarum aliquarum eorundem, & aliis requisitis iuxta tradita per *Doctores citatos per Boler. de decoct. debitor. fiscal. tit. 3, quæst. 1, numer. 17, & per Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 171, per tot.* maximè *numer. 8,* & tradunt *Hodiern. ad Surd. decis. 199, per tot. Gair. Genu. Scacc. Cartar. & alii citati per Modern. Palma allegatio. 53, numer. 6, & allegatio. 45, numer. 4, & allegatio. 29, numer. 9, Ricc. collect. 2817, p. 7,* & latius *collect. 3314, & 3388, & 3535, par. 8,* & latissimè *Modern. Scoppa ad dec. Gratian. obser. 137, per tot. & observ. 203, Beneckendor. in addit. ad Seraphin. de privil. iurament. ad privil. 33, numer. 81,* ubi plures citat *Fermosin. de probationib. tom. 2, ad rubr. de fide instrum. quæst. 3, num. 11, Hermosill. glos. 1, leg. 9, tit. 5, part. 5, numer. 37,* & latissimè *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4, ad tit. 52, cap. 3, & 15, & resol. foren. resol. 1. numer. 30, & seq.* ubi infinitos Doctores citat *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 3, disput. 13, §. 11, numer. 311, & sequent.* Tamen in
13 hac nostra Provincia solùm probant in casibus à iure communi dispositis, & ita iuxta illius dispositionem, quam prævidere poteris penès *d. Modern. Scoppa in d. obser. 137, per tot.* maximè *n. 18.*

14 Pariterque nec libri Mercatorum probant mandatum consignandi merces sartori; ex quo assertioni sartoris, sic nomine alterius accipientis merces, standum non est, nec ei credendum in tertii absentis præiudicium, quàpropter aliundè probandus est illius ordo, & mandatum, vel præsentia, *Sabell. var. resol. cap. 65, num. 15.*

15 Mercatores qui dicantur, & qui Artifices tradunt *Cancer. & alii citati à Riccio. collect. 3538, & quamplurimi citati à d. Hodiern. ad decis. Surd. 313, per tot. Pegas ad lib. ordinatio Reg. Portugal. tom. 4, tit. 52, glos. 1, cap. 3, & passim.*

DE

DE LIBRIS RATIONUM,

Rubrica LXXV.

QVia sæpè contingit ex Libris Rationum discordias oriri, præsertim inter Dominum, & Colonum, aliásque particulares personas; Ideò in posterum dictis Libris solummodò fides adhibeatur pro summa florenorum octo pro qualibet Partita, quam etiam Dominus, sivè Creditor, Parte petente proprio iuramento comprobare teneatur: Vltra verò prædictam summam non credatur, nisi dictæ partitæ sint subscriptæ manu Debitoris, vel Tertii legitimè recognitæ, & Parte petente, Iuramento etiam Creditoris comprobatæ, vel aliter Iudici videretur, attenta Rei, & Personarum qualitate.

SUMMARIUM.

1 *Liber rationum non probat de iure communi pro scribente.*

Fallit concurrentibus coniecturis, & aliis, num. 2, *&* 5,

Et in libro viri probi scribentis, qui facit semiplenam probationem, n. 3,

*Contrarium tamen tenent plures Doctores, num.*4.

ANNOTATIO.

1 LIber rationum nullam de iure communi fidem facit pro scribente *l. rationes,* 6, *l. instrumenta* 5, *l.exemplo,*7. *C. de prob. Genua de script. priv. lib.* 4, *quæst.* 1, *num.* 7, *& sequent.* ubi quamplures dat limitationes *Mascar. de prob. conclus.*9, *tom.* 6, *numer.* 1, *& sequent. lib.* 2, *Rota apud Gregor. XV. decis.* 159, *numer.* 2, *& decis.* 225, *nu-*
2 *mer.* 1, *par.* 10, *rec.* Quod tamen non habet locum concurrentibus coniecturis, *Genua ubi suprà numer.* 32, *Rota apud Gregor.XV. decis.* 79, ubi coniecturæ recensentur, *& decis.* 537, *numer.* 1, *& ibi Adden. & apud Merlin. de pignor. decis.*107, *nu.* 3. Nequè
3 in libro rationum defuncti, qui fuit habitus pro viro probo, qui facit non solum præsumptionem, *Rota d. decis.* 225, *numer.* 5, sed etiam semipleno probationem si sit magnæ probitatis, ut post *Castr. Paris. Becci. Boer. Vivi. Scacc.* per eum relatos firmat *Genua ubi suprà numer.*16, *& sequent. & numer.*24, *& sequent. Rota in Bonon. pecuniari* 28, *Ianuarii* 1611, *coram R. P. D. Lugdunē.*
4 Licèt alii contrarium teneant de communi opinione testantes, quos refert *Genua ubi suprà numer.* 26, ubi quamplures ad dictam conclusionem, ut dixi, subnectit limitationes, quas videas, ibi per eum.

ADDITIO.

5 DE iis libris rationum aliqua dixi *lib.* 1, *in addit. ad rubr.* 11, quapropter pariter tradam, quòd hi nullam probationem faciunt pro scribente, nisi adsint requisita, præsumptiones, ac coniecturæ à iure communi approbatæ; nempè quòd sint legaliter tenti, rationes distinctim continentes, per singulos dies, menses, & annos, quid receptum, ac datum, cum suis causis, sintque clari, sicuti, & compaginati, nullámque incertitudinem, ac perplexitatem contineant, sicuti hæc, & alia recensent *Doctores citati per Bonden. collect. legal.* 42, *numer.* 66, *& sequent. & per Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 113, *numer.* 8, *& sequent. Pilaia ad Iranç. de protest. addit. ad consid.* 37, *numer.* 12, *& sequent. & alii*, quos citat *Amaya in Cod. de exactorib. tribut. ad leg.* 1, *numer.* 11. & est videnda *Rot. recen. decis.* 347, *per tot. par.* 19, *& alii*, quos citat *Modern. Castald. consult. foren.* 118, *numer.* 6, *& sequent.* ad ipsos recurre.





QVOD

QVOD EMPHYTEOSIS FINITA RENOVETVR SVCCESSORIBVS.

Rubrica LXXVI.

RES Emphyteoticæ, sivè Livellariæ, si per lineam finitam vel defectum Generationis terminentur, eisdem pactis, & Conventionibus relocentur, & concedantur aliis Proximioribus de eadem Agnatione, & Sanguine, extraneis Hæredibus, & Singularibus successoribus exclusis; & ad id directus Dominus, facultate etiam Pontificiâ iuxta eius dispositionem omninò compellatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi finita dominus directus tenetur illam renovare proximioribus.*

Fallit si dominus directus vult illam pro se retinere num. 2,

Dicitur autem nolle illam pro se retinere si de illa alios investivit, num. 5,

Nisi tamen adsit consuetudo immemorabilis renovandi, num. 3,

Fallit secundo stante pacto de non renovando, num. 4,

7 *Renovatio rei emphyteoticæ est facienda stante statuto id mandante.*

Et pluribus existentibus omnes sunt renovandi, num. 6,

Dictum autem statutum non comprehendit emphyteusim Ecclesiasticam, n. 8,

Fallit in Civitate Engubii vigore Bullæ Gregorii XII, num. 9,

10 *Bona emphyteoticaria in Cathalonia regulantur sicuti hæreditaria.*

ANNOTATIO

1 EMphyteusi finita per generationem completam dominus directus de iure communi tenetur illam renovare proximioribus, uti habetur in hoc statuto iuxta theoricam *Bart. in l. 1, §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æsti.* & tradunt latè *Fulgin. de iure emphit. in tit. de renov. quæst. 1, numer. 1, & sequent. & Rota in Engub. renovat. apud Bich. decis. 57, numer. 1, & sequent. & in Callien. bonor. 2, Ianuar. 1648, coram R.P. D. Meltio, §. Primo enim, &c.* ubi aliæ re-
2 censentur, Quod tamen non habet locum si dominus directus velit illam pro se retinere, *Card. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 30, num. 19. Fulgin. in d. quæst. 1, numer. 24,* qui plures dat concordantes *Rota in Forosem pron. bonor. 4, Martii 1641, coram R.P. D. Rojas, & in d. Callien. bonor. post princ.*
3 Nisi probetur consuetudo immemorabilis renovandis, quia tunc non potest pro se retinere, *Pract. Archiep. cap. 82, in fin. Andreol. controver. 145, numer, 49,* & quando dicta consuetudo sit attendenda *Fulgin. in d. quæst. 1, numer. 28,* ubi benè declarat,
4 prout neque tenetur renovare stante pacto in Investitura apposito de non renovando, *Gratian. discept. foren. cap. 88, numer... part. 1, & cap. 758, numer. 12, par. 4, Andreol. controver. 145, numer. 50,* plenè *Rota in Mutinen. emphyt. 28, Maii 1638, coram. R. P. D. Dunoz.* qui dicunt non sufficere simplex pactum, quòd finita emphyteusi bona liberè revertantur ad dominum dire-
5 ctum, & similia, ut ibi per eos. Quod verò Ecclesia noluerit bona ad se reversa pro se retinere probatur ex eo, quod de illis alios investivit, *Rota in d. Callien. bonor. post prin. & apud Bich. d. decis. 57, numer. 2.*
6 Et pluribus existentibus omnes sunt renovandi, & non est locus gratificationi, *Merlin. de legit. lib. 3, tit. quæst. 24, numer. 25,* qui alios dat concordantes *Adden. ad Paitell. exped. 10, in fin. Fulgin. de iure emph. in d. q. 1, de renovat. n. 55.*

7 Renovatio autem omninò est facienda proximioribus stante statuto mandante renovationem fieri per dominum directum, ut disponit statutum hoc nostrum, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. de renov. quæst. 1, num. 28, & 34, Andreol. d. controver. 145, num. 49, & sequent. & Rota apud Bich. d. decis.*
8 *57, numer. 2* Quod tamen uti laicale non habet locum in emphyteusi Ecclesiastica ex defectu potestatis, ut tradunt in his terminis *Pigan. ad stat. Ferrar. rub. 127, numer. 74, tom. 2, & Rota decis. 42, numer. 11, &*
9 *decis. 58, numer. 31, part. 6, rec.* Quod tamen non habet locum in Civitate Eugubii, & eius territorio, in quo vigore *Bullæ Gregor. XII.*

gor. XII. de qua habetur post hoc statutum renovatio est facienda per Ecclesias, & Monasteria etiam quo ad bona emphyteotica Ecclesiastica, ut in puncto tradunt *Andreol. controver.* 145, *num.* 49, *& sequent. & Rota apud Bich. d. decis.* 575, *numer.* 2, *& seq. & decis.* 70, *per tot.* & infra dicetur in annotatione ad *d. Bullam.*

ADDITIO.

10 Ista renovatio successoribus emphyteotarum in hac nostra Provincia non existit, sed in ea bona emphyteoticaria sunt redacta ad instar patrimonialium, & allodialium, suntque hæreditaria, in eis pariter succeditur, tàm ab intestato, quàm ex testamento, & ea sunt transitoria ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, successivéque ad fœminas, *Fontanel. decis.* 474, *numer.* 14, *&* 15, ubi citat *Calic. Oliba. Peguer. Despujol. & alios nostros Regnicolas*, & *numer.* 17, idem tradit de Regno Franciæ, Neapol. & de Ducatu Ferrariæ *Bonden. collect. legal.* 49, *numer.* 136, & tradit *Vrceol. consult. foren. cap.* 45, *numer.* 27, ad quod sunt videndi Doctores, quos citat *Pegas resol. foren. cap.* 9, *numer.* 16, *& sequent.* ideóque ab hac rubrica sola hac annotatione contentus me expediam; ex quo sanè sufficienti annotata per nostrum *Concjol.* ipsum prævide.

BULLA GREGORII XII. SUPER RENOvatione Emphyteusis.



GREGORIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei Memoriam. Iis, quæ pro quiete, & Statu pacifico Ecclesiasticarum, & Sæcularium Personarum concorditer facta, & ordinata, & per quæ dissensiones, & scandala, ac litigiorum iurgia summota sunt, ut illibata subsistant, cùm à Nobis petitur Apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Sanè petitio Dilectorum Filiorum Clerici Civitatis, & Territorii, ac Districtus Eugubini, seu maioris, & Sanioris Partis ipsorum, & Nobilis Viri GUIDIANTONII Comitis Montisferetri, in Civitate prædicta pro Nobis, & Romana Ecclesia in Temporalibus VICARII; Nec non Communis, & Populi dictæ Civitatis Nobis exhibita continebat; Quòd licèt olim inter Clerum ex una, ac Commune, & Populum prædictos, ex alia Partibus, de, & super Bonis Ecclesiasticis Emphyteoticis in Civitate, & Territorio, ac Districtu prædictis consistentibus, certa conventiones, conditiones, & pacta vigere antiquis temporibus noscerentur; Tamen pòstmodum temporum crescente malitia, occasione bonorum huiusmodi, quæ ad Ecclesias, Monasteria, & alia loca Ecclesiastica Civitatis, & Territorii, ac Districtus prædictorum diversorum Ordinum, ex diversis causis devoluta dicebantur, & divolvebantur varia lites, & scandala inter Ecclesiasticas, & Sæculares Personas Cleri, & Populi prædictorum etiam usque ad sanguinis effusionem, intervenerant. Pro bono pacis, & concordiæ partium earumdem, & ad obviandum scandalis, & litibus, quæ impòsterum exoriri poterant, tàm dilecti Filii Vicarii Episcopi Eugubini, qui tunc erat, nec non Syndici, & Procuratores Abbatum, Priorum, ac aliorum Clericorum, & Personarum Ecclesiasticarum Sæcularium, & Regularium, quàm Procuratores, & Syndici Communis, & Populi prædictorum ad infrascripta conventiones, & pacta, multa deliberatione, & maturitate hinc indè digesta, pariter devenerunt, & ea servare perpetuò promiserunt,

miserunt, interpositis Iuramentis, ac factis renunciationibus, & pœnis adiectis, prout in quibusdam Capitulis, super his confectis, & in publicam formam redactis: Quorum quidem Capitulotum tenores de verbo ad verbum, aliquibus dictionibus resecatis, utpotè non honestis pro maiori subsistentia præmissorum præsentibus inseri fecimus, pleniùs continetur. Cùm autem (sicut eadem petitio subiungebat) licèt quidam ex Prælatis, & Clericis Civitatis, & Territorii, ac districtus prædictorum Sæcularibus, & Regularibus, qui, minor pars huiusmodi Prælatorum, & Clericorum existunt, non fuerint requisiti tempore conventionum, & pactorum huiusmodi, nihilominùs tamen Clerus, & Populus prædicti, & ii etiam qui requisiti non fuerunt, conventiones, & pacta huiusmodi, quadraginta Annis, vel circa pacificè servaverunt, & illis ex tunc usi fuerunt, & utuntur similiter pacificè, & quietè etiam de præsenti pro parte Cleri, & Comitis, ac Communis, & Populi prædictorum, NOBIS fuit humiliter supplicatum; Ut ad obviandum scandalis, & litibus verisimiliter proventuris, decernere, & declarare conventiones, & pacta huiusmodi in eisdem Capitulis contenta etiam ad Prælatos, & Clericos, qui tempore huiusmodi conventionum, & pactorum (ut præmittitur) requisiti non fuerunt, extendi, & per eosdem Prælatos, & Clericos observari debere: Et insuper conventiones, & pacta prædicta, & omnia, & singula in dictis Capitulis contenta, & indè secuta rata, & grata habere, ac ea auctoritate Apostolicâ confirmare de benignitate Apostolicâ dignaremur.

NOS Itaque, qui inter cunctos Christi Fideles, libenter quietis, & pacis commoda procuramus cupientes scandalis, & dissensionibus prædictis, quantū cum Deo possumus obviare, & qui hodiè Vos, & Loca Vestra sub certa forma absolvi, & habitari, & in Statum pristinū reponi, & recōciliari, & aliàs fieri concessimus, prout in aliis nostris litteris continetur, quarum tenores hìc haberi volumus pro sufficienter expressis, & quarum non dum executio facta est, huiusmodi Supplicationibus inclinati Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd conventiones, & pacta prædicta, etiam per Prælatos, & Clericos, ut præmittitur, non requisitos, perpetuò, & inviolabiliter observentur, ac rata, & firma maneant, obtineántque plenam Roboris firmitatem; Et insuper pacta, & conventiones huiusmodi, omniáque, & singula in Capitulis supradictis contenta, & indè secuta rata habentes, & grata eâ auctoritate prædicta, tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes defectus, si qui intervenerunt forsitam in eisdem Constitutionibus Apostolicis, nec non Statutis, & Consuetudinibus Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac Ordinum quorumcunque in dictis Capitulis comprehensorum, & dictorum Populi, & Communis, ac quòd huiusmodi alia Nostra Concessio non sit executioni adhuc debitæ demandata, nec absolutio, habilitatio, & in integrum restitutio, ac relaxatio, (vt præmittitur) præcesserint, vt deceret, dummodò, vt congruit, subsequantur, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Tenores verò dictorum Capitulorum tales sunt.

In primis, quòd si aliqua Res, vel possessio fuit, est, vel fuerit in posterum alienata, vel permutata quoquo titulo inter vivos, propter quam alienationem huiusmodi possessio, vel Res devolveretur, vel devoluta esset ad aliquem Locum, dicto casu eveniente solvantur, & solvi debeant Monastrio, sive Loco per Emphyteotam, cui dicta res esset alientata pro reffirmatione dictæ rei fienda sibi, denarii quatuor pro qualibet libra pretii, seù æstimationis dictæ Rei, dummodò

refir-

refirmetur infrà tres Menses à die notificationis legitimè factæ per Proprietarium ipsius Rei, & quòd liceat Emphyteotæ, irrequisito Domino, ipsam rem vendere, donare, in dotem dare, permutare, & quovis alio titulo, inter vivos, quàm in ultima Voluntate alienare, & in alium transferre, prout sibi videbitur, & placebit, & quòd per tales alienationes, vel dispositiones non possit per Dominum Proprietatis dici, vel allegari ipsam rem esse devolutam, sed intelligatur alienata de licentia, & voluntate ipsius Domini Proprietatis, & teneatur ipse Dominus Proprietatis ipsam rem refirmare, & in Emphyteosim concedere illi, cui vendita, tradita, vel alienata esset, seu relicta. Pro qua renovatione, & concessione, non possit vltrà petere, vel exigere, quàm suprà dictum est.

Item, quòd si aliqua res, vel possessio antè huiusmodi permutationem, vel alienationem esset devoluta quoquo iure ad ipsum Monasterium, sivè locum, in dicto casu solvantur, & solvi debeant ipsi Monasterio, sivè loco per Emphyteotam, cui dicta res refirmabitur secundum formam præsentium Capitulorum, denarii quinque pro qualibet libra pretii, seu æstimationis dictæ rei Monetæ currentis, & teneatur Dominus ipsam rem renovare, & in Emphyteosim concedere, ut suprà.

Item, quòd si contigerit aliquam refirmationem alicuius rei Emphyteoticæ finiri per mortem illius, vel illorum, de quibus fieret mentio in refirmatione prædicta, & ex tali persona remanerent, vel starent liberi, & Consanguinei, vel Affines, qui succederent ex testamento, vel alia ultima voluntate, vel ab intestato, in tali casu per Dominum Proprietatis renovetur, & in Emphyteosim concedatur tali, vel talibus super universaliter succedentibus, & solvantur, & solvi debeant per tales Liberos, Consanguineos, vel Affines sic succedentes, quibus ipsa res refirmaretur, denarii quatuor pro qualibet libra valoris, seu æstimationis dictæ rei monetæ currentis, dummodò infrà tres Menses etiam fiat notificatio.

Item, quòd si contigerit, quòd aliquis in Testamento, vel alia ultima voluntate reliquerit quoquo modo rem Emphyteoticam alicui Personæ, nō Agnatæ, vel Cognatæ, quæ non comprehenderetur in refirmatione facta de dicta re, vel de quibus fit mentio in proximo præcedenti Capitulo, in dicto casu solvantur, & solvi debeant per talem personam; cui dicta res esset sic relicta, pro refirmatione ipsius rei, denarii sex pro qualiber libra valoris, seu æstimationis dictæ rei monetæ currentis, dummodò infra tres Menses fiat notificatio, ut suprà. Et teneatur, & debeat quilibet præfatum Capitulum, & conventionem quibuscunque personis, quibus esset relicta, vel relinqueretur in futurum, refirmare pro ea parte pro qua ei relicta fuerit, seu relinqueretur in futurum, & aliter refirmatio non valeat ipso iure, pro ea parte, pro qua relicta non foret, nec sibi accrevisset, & pro quo non succedatur in aliis bonis propriis.

Item, quòd si contingat aliquam refirmationem alicuius rei Emphyteoticæ finire in Persona, vel in Personis alicuius, vel aliquorum, de quo, vel quibus fieret mentio in priori refirmatione, & dictus talis, vel tales, in cuius, vel quorum personis dicta prior refirmatio finiret, voluerit, vel voluerint eam recognoscere in Emphyteosim, dicto casu eveniente, Propietarius dictæ rei debeat ipsam refirmare tali, vel talibus sic petentibus ad eius, vel eorum petitionem, tali casu solvatur pro dicta refirmatione denarius unus pro qualibet libra æstimationis, sivè valoris dictæ rei, & tunc talis refirmatio indè facta plenam obtineat roboris firmitatem.

Item, quòd si contigerit in futurum oriri discordiam aliquam inter aliquem Prælatum, Monasterium, Capitulum, & Conventum alicuius loci, & illum, cui refirmatio fieri deberet secundum modum, sivè modos prædictos de æstimatione, sivè valore ipsius rei, quæ confirmari peteretur, vel deberet, ut suprà dicitur, ponantur, & eligantur ad æstimandam dictam rem duo boni Viri, unus quorum ponatur, & eligatur per Prælatum, Capitulum, & Conventum, seu eorum Syndicum, & alius per illum, cui deberet fieri refirmatio dictæ rei, quorum dicto, & declarationi stetur de valore, seu æstimatione dictæ rei; Et si dicti Æstimatores de valore dictæ rei non essent in Concordia, cogantur dicti Æstimatores ad eligendum Tertium, & stetur Æstimationi ipsorum, vel maioris partis eorum; Et prædicta fiant, & locum habeant ad petitionem cuiuscunque petentis, & dicti Æstimatores sint Laïci, subiecti Potestati Communis Eugubii, ut possint constringi ad æstimationem prædictam.

Item, quòd quælibet persona, cui aliqua res Emphyteotica refirmabitur per aliquem Prælatum, vel Monasterium modis, & ordinibus supradictis teneatur, & debeat solvere dicto Monasterio Canonem, seu Pensionem debitam, & solitam solvi pro dicta re in termino consueto, & apposito in Instrumento refirmationis dictæ rei, & non possit in dicto Instrumento aliquid addi, vel apponi pro Canone, seu pensione solvenda, nisi id quod consuetum est solvi pro dicta re; Nec intelligatur in aliquo prædictorum casuum, vel alio aliquam rem Emphyteoticam esse devolutam, seu devolvi posse in futurum ad dictum Monasterium propter Canonem non solutum: Et quòd nullus Prælatus possit aliquam rem Emphyteoticam sibi appropriare quacunque de causa, sed ipsam rem renovare illi, vel illis personis, cui, vel quibus debet secundum formam dictorum Capitulorum: Et prædicta omnia intelligantur, & locum habeant in Laïcis, & Sæcularibus personis dictæ Civitatis, Comitatus, vel Districtus Eugubii subiectis Iurisdictioni Communis Eugubii tantùm, & pro eis, & eorum favore, & non in aliis, & Potestas, & alii Officiales Communis Eugubii teneantur cogere, & gravare usquè ad integram satisfactionem supradictos non solventes Canonem; ut suprà, & eos multare cum pœna, prout ipsis Officialibus, videbitur, & placebit.

Item, quòd quilibet Prælatus, Capitulum, & Conventus promittat, & legitimè caveat, quòd si in posterum etiam post refirmationem factam eveniret, vel contingeret in futurum aliquam rem esse ad Prælatum, Capitulum, & Conventum alicuius loci sivè Monasterii devolutam, vel devolveretur in posterum, & Possessor, vel Successor dictæ Rei etiam singularem habens titulum, vel causam aliquam de prædictis, seu comprehensis in dictis Capitulis, vel aliquo prædictorum ab Emphyteota, vel Proprietario, vel dictam rem refirmante sibi per dictum Prælatum, Capitulum, & Conventum, quòd Prælatus, Capitulum, & Conventus dicti Monasterii, sivè loci teneantur, & debeant dictam rem tali Possessori, ut suprà præmittitur, titulum, vel causam habenti, vel successori dictæ rei, refirmare, & in Emphyteosim concedere pro dictis quantitatibus in quolibet supradictorum casuum, ac scriptorum, reducendo eas singulariter ad suum casum, ita quòd una sola quantitas ex prædictis, & unica solutio in suo casu, quò acciderit, solvat, & vendicet sibi locum; Nec sufficiat alicui ex prædictis sola possessio, nisi haberet alium titulum, ut suprà dictum est.

Item, quòd Prælatus, Capitulum, & Conventus cuiuscunque Monasterii existentis suprà, & extra Territorium Eugubinum, habens aliquas res Emphyteoticas

teoticas in Civitate, Comitatu, vel Districtu Eugubii, teneantur, & debeant observare in omnibus, & per omnia Capitula suprascripta, vel si secùs facerent, non audiantur per aliquem Officialem Spiritualem, vel Temporalem Communis Eugubii, in aliquo eorum Iure.

Item, quòd si aliquæ Reformationes factæ reperirentur, tempore quo D. Gabriel de Gabrielibus de Eugubio fuit Episcopus Eugubinus, per ipsum, vel eius Vicarium, seu quosvis alios Prælatos, usquè ad confirmationem præsentium Capitulorum de quibuscunque rebus Emphyteoticis in personis quorumcunque contra, vel præter formam Iuris, seu Equitatem, & consuetudinem observatam in dicta Civitate, servari non debeant, sed potiùs retractari, & reduci ad formam, & ordinem prædictorum Capitulorum.

Item, quòd nullus Prælatus, Capitulum, & Conventus alicuius Monasterii, sivè loci possit nequè debeat aliquem Subditum, sivè Subiectum Iurisdictioni Communis Eugubii tradere, vel trahi, seu vocari facere ad aliquam Curiam extra Civitatem Eugubii propter rem Emphyteoticam, sed liceat eis ipsos convenire in dicta Civitate coram eorum Clericorum, seu Laicorum Iudice Ordinario, à quo, si Iniustitiam paterentur possint habere recursum ad Iudicem Appellationum Communis Eugubii, seu Vicarium Domini Comitis.

Item, quòd si appareret aliquas res Emphyteoticas à quinque annis circa vigore, & prætextu Canonis non soluti per aliquem Prælatum, Capitulum, & Conventum alicuius Monasterii, sivè loci esse occupatas, vel in alium translatas per concessionem in Emphyteosim, vel alio modo, ex nunc intelligatur, & sit omnis occupatio, concessio, usurpatio, seu in Emphyteosim concessio dicto prætextu facta, esse nullius valoris, vel efficaciæ, & teneatur Dominus dictam rem renovare, & in Emphyteosim concedere Priori Emphyteotæ, qui prætextu Canonis non soluti fuisset dicta possessione privatus pro pretio, & mercede in dictis Capitulis contentis.

Item, quòd de omnibus, & singulis contractibus renovationum prædictarum sint, & esse debeant rogati Notarii Civitatis Eugubii, qui sint de Matricula Notariorum dictæ Civitatis, aliter per alios Contractus prædicti celebrari non valeant ipso iure.

Item, quòd supradicta pacta, & conventiones, & ipsorum quodlibet sint, & esse censeantur inserta, & annexa cuilibet rei Emphyteoticæ, & sint, & esse debeant realia, & ad quemlibet possessorem cuiuslibet rei Emphyteoticarum perpetuò transeant, & intelligantur esse posita in quolibet Instrumento renovationis fiendæ, ac si posita, & inserta essent specificè in quolibet ipsorum Instrumentorum.

Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam nostræ Voluntatis, Constitutionis, Confirmationis, Communitionis, & Suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Gaietæ VI. Kalend. Augusti. Pontificatus Nostri Anno V.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, & conventiones Bulla Gregor. XII. nti confirmata à Papa ex certa scientia sunt vallida.*

Maximè stantibus clausulis supplentes,

tos, & contrariis non obstantibus, n. 2,

3 Gesta per Papam Schismaticum non sunt valida.

Fallit in gestis per eum, qui in sua obedientia reputatur verus Papa, n. 4,

5 Gesta omnia per Gregor. XII. fuerunt confirmata in Concilio Constantiensi.

Itaut de illius authoritate non sit dubitandum, num. 6,

7 Gregorii XII. Patria, Familia, & Dignitates recensentur.

8 Confirmatio conventionum Civitatis Eugubii cum Clero nti insertur in Bulla Gregor. XII. dicuntur confirmata ex certa scientia.

Itaut perinde sit, ac si illa fuissent facta à Papa, n. 9,

Et ligant etiam successores, num. 10.

11 Bulla Gregor. XII. ligat etiam Clericos.

Maximè stantibus verbis Volumus, & Decernimus, quæ inducunt novam dispositionem, num. 12,

13 Bulla Gregor. XII. uti inserta in statuto Civitatis Eugubii præsumitur publicata.

Itaut illa non indigeat alia productione, num. 14,

15 Ferrariæ adest similis Bulla concessa per Bonifatium Nonum.

Cesenæ adest similis Bulla concessa per Innocentium VIII, n. 16,

Urbaniæ fuerunt bona emphyteotica redacta ad instar allodialium per Martinum V. n. 17,

In Statu Urbini adest similis Bulla concessa per Urbanum VIII. n. 18,

Quæ fuit extensa per Alex. VII. ad Civitates Perusiæ, & Castelli, n. 19,

Et in pluribus Civitatibus adsunt Cōventiones inter Clerum, & Commune, n. 20,

21 Bona emphyteotica in civitate Eugubii, & eius territorio fuerunt redacta per Bullam Gregor. XII. ad instar bonorum allodialium.

Itaut emphyteuta possit illa donare, & alienare etiam in præiudicium vocatorum, num. 22,

Etiam non petita licentia à domino directo, num. 23,

Ac etiam licèt alienans non sit primus acquirens, num. 24,

Et illa possit alienare tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, n. 25,

Et dicta bona continentur in generali bonorum institutione, n. 26,

Et illa veniunt etiam in restitutione fideicommissi, num. 27,

Et ex illis filius possit detrahere legitimam, num. 28,

Et illa imputentur filiæ in legitimam, num. 29,

Ac etiam super illis imponi possit census perpetuus, n. 30,

Et contra d. bona agi possit salviano, & hypothecaria, n. 31,

Et illa revertantur ad dominum directum cum eorum oneribus, n. 32,

Ac etiam possint d. bona transire in Ecclesiam, & manum mortuam, n. 33,

Nisi concurreret duplex prohibitio hominis, & legis, n. 34,

35 Bona emphyteotica per alienationem incidunt in commissum.

Itaut dominus directus tunc non teneatur renovare, n. 36,

Contrarium tamen statuitur in Bulla Gregor. XII. ad favorem Civitatis Eugubii, num. 37,

38 Bulla Gregor. XII. habet locum etiam in locatione ad longum tempus.

39 Dominus directus non tenetur bona ad eum devoluta ob lineam finitam renovare, dum vult illa pro se retinere.

Contrarium statuitur in Bulla Gregor. XII. quòd dominus non possit illa pro se retinere, num. 40,

Et si plures sint proximiores omnes sunt renovandi, n. 41,

42 Bulla Gregor. XII. habet locum tàm quo ad bona non concessa per Ecclesias de bonis propriis, quàm quo ad bona concessa de proprio patrimonio Ecclesiæ.

Cùm d. Bulla uti generaliter loquens generaliter sit intelligenda, n. 43,

Et cùm d. Bulla uti concessa favore publico dicatur favorabilis, n. 44,

Et ideò illa veniat latè interpretanda, numer. 45,

Licèt aliqui teneant, quòd illa sit exorbitans, num. 46,

47 Bulla Gregor. XII. mandat bona renovari hæredibus ex testamento, vel ab intestato.

Hæres autem ut consequatur renovationem debet esse universalis, n. 48,

Sufficit autem esse hæredem in quota, num. 49,

50 Nepos admittitur cum patruo ad consequendam renovationem stante Bulla Greg. XII.

Licèt secùs sit in terminis iuris communis, num. 51,

52 Renovationem petentibus competit actio personalis, seu officium Iudicis.

Quæ competunt etiam contra eum in quem bona fuerunt renovata, n. 53.

54 Renovatio bonorum emphyteuticorum quam speciem renovationis capiat vigore Bullæ Gregorii XII.

55 Li-

55 *Lineam esse finitam probandum est per allegantem.*

Ratio affertur, num. 56,

57 *Bona emphyteotica ob non solutum Canonem in tempore cadunt in commissum.*

Etiam sine interpellatione, num. 58,

Itaut in d. casu dominus directus non teneatur d. bona reinvestire, n. 59,

Teneatur tamen etiam in d. casu reinvestire vigore Bullæ Gregor. XII. n. 60.

Cuius vigore nullus datur casus, quo renovatio possit negari, neque ob deteriorationem, n. 62,

61 *Verbum Alio habet in se quandam generalitatem.*

63 *Pactum quòd emphyteuta non possit expelli, neque ex causa deteriorationis valet.*

Nisi deterioratio facta fuerit dolosè, num. 64,

Maximè stante confirmatione Apostolica, num. 65,

66 *Bulla Gregor. XII. habet locum etiam in bonis concessis in emphyteusim post Bullam.*

Ratio affertur, num. 67,

Maximè stante confirmatione Apostolicâ, num. 68,

Et cùm legis sit futuris negociis non præteritis providere, n. 69,

70 *Bulla Gregor. XII. inita nomine Cleri, & populi dicitur realis.*

Et ideò illa debet favere etiam futuris emphyteusis, n. 71,

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 73,

Quæ opinio declaratur, n. 74,

72 *Lex mandans quòd Civitates subiectæ solvant certum quid ligat etiam Civitatem factam subiectam post legem.*

75 *Renovatio veteris investituræ non dicitur nova concessio, sed continuatio antiqua.*

76 *Bulla Gregor. XII. non potest impugnari ex non usu, nisi probato contrario usu.*

Quod habet locum etiam in Statutis, num. 77,

78 *Observantia concordia præsumitur.*

Maximè stante confirmatione Apostolicâ, num. 79,

Et stante insertione illius in volumine statutorum, num. 80,

81 *Constitutio Apostolica non potest impugnari ex non usu non constito de scientia Papæ.*

82 *Bulla Gregor. XII. fuit concessa ad tollenda scandala, & favore publico.*

Et ideò privati non possunt illi renunciare, num. 83,

Neque cum iuramento, num. 84,

85 *Utilitati publica non potest renunciari, neque cum iuramento.*

Maximè si utilitas privata non potest separari à publica, n. 86,

Cùm non possit renunciari favori mixto, num. 87,

88 *Bulla Gregor. XII. est observanda non obstantibus pactis illi contrariis.*

Ratio affertur, num. 89,

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, num. 90,

91 *Bulla Gregor. XII. mandat, quòd illius pacta censeantur inserta in investitura.*

92 *Interpretatio est facienda ut evitetur contrarietas.*

93 *Favor recipientis magis attenditur quàm concedentis.*

94 *Pactum quòd bona finita linea redeant ad dominum non nocet renovationi.*

Ratio affertur, num. 95,

96 *Bulla Gregor. XII. non habet locum in bonis extra territorium Eugubii.*

Maximè attentis verbis d. bullæ, numer. 97,

98 *Bulla an liget Ecclesias dominas directas alterius territorii habentes bona in territorio est controversum.*

Author tenet opinionem affirmativam, num. 99,

Ratio affert, num. 100,

101 *Papa habet liberam potestatem super bonis Ecclesiarum.*

102 *Papa confirmando conventiones, & mandando illas observari dicitur de novo constituere.*

103 *Bona emphyteotica an possint confiscari est controversum.*

Possunt confiscari stante bulla Gregor. XII. numer. 104,

Licèt contrarium teneant aliqui, numer. 105,

Amplia d. opinionem, quòd possint cōfiscari numer. 106,

Potest tamen Ecclesia à fisco bona repetere infra biennium, n. 107,

Licèt contrarium teneat Farinac. numer. 108,

109 *Canonem esse solitum persolvi est probandum per asserentem.*

Et idem est, quòd canon sit consuetum, numer. 110,

Quòd verbum Consuetum verificatur in pluribus solutionibus, n. 111, & 112.

113 *Consuetum potest probari per famam.*

Et libris domini directi, n. 114,

Dictus tamen liber ad favorem domini probat solum semiplenè, n. 115,

116 *Bulla Gregor. XII. appellatur per eum propria Constitutio.*

Ad hoc ut illa omninò servetur, numer. 117,

Et ne dari posse de non usu illius, numer. 118,

119 *Opponens se Bulla Gregor. XII. incurrit indignationem SS. Apost. Petri, & Pauli.*

Et peccare mortaliter volunt aliqui, num. 120,

Licèt solùm intrare in d. casu pœnam arbitrariam voluerint alii, num. 121,

Quod declaratur, n. 122, & 123.

124 *Lucrum dotale consequi potest vir ex bonis emphyteoticis mulieris.*

125 *Possessio bonorum emphyteoticariorum ob lineam finitam non potest capi à domino directo, nisi citato possessore, & causa cognita.*

Nisi devolutio sit clara quod nullo modo valeat controverti, numer. 126,

Et debet constare nòn solum emphyteosim esse finitam, sed emphitentam esse omni auxilio destitutum, n. 127,

Aliter dicitur commissum spolium, & dè eo potest opponere emphyteuta, n. 128,

Et hac procedunt etiam stante pacto accipiendi possessionem propriâ authoritate, num. 129,

Et in dubio est danda immissio haredi scripto donec discutiatur, n. 130,

Quæ omnia procedunt in quocunque casu in quo dominus directus prætendit emphyteosim esse finitum, n. 131,

Secùs in casu devolutionis ex causa nō soluti canonis, n. 132,

Contrarium tenent Doctores, n. 133,

134 *Emphyteusis materiam qui tractant.*

ANNOTATIO.

PRo declaratione huius Bullæ concessæ per Gregorium XII. Illustrissimæ Civitati Eugubii, quæ cùm sit satis diffusa, & ideò longam requireret adnotationem, cum duobus ab hinc annis integrum, & admodum diffusum in illam composuerim Commentarium, quod adhuc lucem non adspexit, ideò hic paucis contentus ero, & solùm adducam quæ pro illius explanatione magis videntur necessaria.

Præsciendum est igitur, quòd cùm in Civitate Eugubii ab antiquo tempore quamplura adessent bona emphyteotica sub dominio directo quamplurium Ecclesiarum, & Monasteriorum dict. Civitatis, eveniente in dies casu devolutionis illorum, ortæque fuerint quamplures dissensiones, & discordiæ inter Commune, & Populum dictæ Civitatis ex una parte, & inter Ecclesiasticos, & Clerum ex altera, ex quibus etiam ad sanguinis effusionem deventum fuit, uti habetur in narrativa dictæ Bullæ, Ideò Civitas prædicta pro bono pacis, & quietis inter Ecclesiasticos, & laicos devenit ad quandam concordiam, pacta, & transactionem unà cum dict. Ecclesiasticis mutuis intervenientibus promissionibus, & iuramentis, quæ reperiuntur inserta in dicta Bulla.

Verùm crescente hominum malitià successivis temporibus insurrexerunt aliqui Prælati, & Ecclesiastici, qui prætendentes in dict. pactis, & concordià non intervenisse, licèt repræsentarent minorem partem Ecclesiasticorum, & ideò ad illorum observantiam non teneri, Quà propter pro parte d. Communis fuit Domino Papæ supplicatū, quod ad obviandum scandalis, & litibus dicta Capitula, & conventiones confirmare velle de Apostolica authoritate dignaretur, etiam quo ad Prælatos, & Ecclesiasticos, qui in illis vocati non fuerunt, cum etiam ipsi dicta pacta, & conventiones per spatium annorum quadraginta, & ultra pacificè servaverint, ut usi fuerint, Quà propter Dominus Papa dicta pacta, & conventiones super bonis emphyteoticis initas etiam quo ad Prælatos, & Ecclesiasticos, qui illorum stipulationi non intervenerunt plenè confirmavit, approbavit, & illa inviolabiliter observari mandavit, ut latiùs habetur in dicta Bulla *in vers. Nos itaque, &c.*

1 De quorum pactorum, & conventionum validitate cùm fuerint confirmata à Papa in forma specifica, ex certa scientia, & cum insertione eorumdem articulorum, & conventionum nullo modo valet dubitari, ut not. *Abb. in cap. dilecto, 25, numer. 14, de preb. Sperell. decis. 155, numer. 66, par. 2,* in puncto de hac nostra Bulla *Gabriel. cons. 78, in princ. lib. 2, & Rota apud Bich. decis. 57, num. 2, & decis. 70, per tot. & apud Card. Ottob. decis. 46, n. 2.*

2 Maximè stantibus Clausulis *Supplentes, & contrariis quibuscumque non obstantibus,* per quas suppleri omnes, & quoscumque defectus tradunt *Barbos. de claus. claus. 82, & claus. 177, & Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2, de claus. claus. 496, & claus. 407, ferè per tot.*

3 De cuius *Papa Gregor. XII.* authoritate non est ullo modo dubitandum ex eo quod tunc temporis Ecclesia Catholica schismate vexaretur, ut de gestis à Papa schismatico tradit *Rota decis. 352, numer. 1, part. 4, recent.* & quia idem *Gregorius* pro bono pacis, & Ecclesiæ universalis quiete in Concilio Constantiensi Papatui renunciaverit, ut
4 not. *Plati. & Ciacco. in illius vita*, Quia omisso quod facta per eum, qui in sua obe-

dientia

dientia reputatur verus Papa valida sunt, itaut si sint plures Papæ, ut quia Italia Romano consueverit obedire, valere illius dispositiones Italis concessas voluit. *Bal. cons. 477, par 1*, quem referendo sequitur *Card. Tusch. pract. conclus. litt. P, conclus. 72, n. 10.* cum quibus pertransit *Gemin. cons. 8, numer. 2, & seq.*

5 Quia quicquid sit de hoc, certum est tamen quòd omnia acta, gesta, & indulta ipsius *Gregorii XII.* emanata ante illius renunciationem fuerunt ex certa scientia pro bono pacis ratificata, confirmata, & approbata per idem *Concilium Constantiense, sess. 14.* relata inter *Concilia generalia tom. 3, p. 2*, & tradunt *Gemin. d. cons. 8, numer. 7, Card. Tusch. d. conclus. 72, in princ. Ciacco. in vita ipsius Gregorii Illustriss. D. Io. Bapt. Deluca in Theat. verit. & inst. tom. 1, in tit. de feud. discur. 5, numer. 11, & 12, & Rota apud Bich. d. decis. 52, numer. 8*, necnon *D. Io. Bapt. Segni de ordin. & stat. canon.*

6 *lib. 3, cap. 1.* Itaut de illius authoritate, & *dicta Bulla* validitate dubitari non valeat, ut in terminis de validitate actus *Papæ Schismatici* confirmati per verum *Papam* dixit *Rota d. decis. 352, post princip. part. 4, recent.*

Verba autem præcisa Concilii Constantiensi confirmantis acta, & concessa per d. Gregor. XII. referuntur per *D. Io. Bapt. Segni. in d. lib. 3, cap. 1, & in lib. 3, Concil. par. 2, fol. 1594.* quæ sunt satis ampla, & pregnantia, ut ex eis est videre.

7 Qui quidem *Gregorius XII.* huius nostræ Bullæ author fuit natione Italus, Patriæ Venetus, ex nobili familia Coraria Angelus ante Pontificatum vocatus, ab Innocentio VII. Cardinalis creatus, & in eius locum in Palatio Vaticano de anno 1406. Pontifex declaratus, qui post Papatui cessionem Cardinalis Decanus, & Piceni perpetuus Legatus à Concilio declaratus obiit Recineti, & in illius Cathedrali tumulatus fuit, De illius gestis meminerunt *Platina, & Ciacco. in illius vita, & Abraham Bzou. in supple. annal. Ecclesiasticorum anno 1406. & sequent. lib. 15, & Io. Bap. Segni. de stat. Canon. lib. 1, capit. 11, & lib. 3, capit. 1.*

8 Appositio autem Capitulorum, & Conventionum initarum inter Clerum, & Commune Civitatis Eugubii per extensum in hac nostra *bulla Gregor. Papæ XII.* facit, quod dicta confirmatio dicatur facta ex certa scientia *Gabr. cons. 183, numer. 14, lib. 2, Rota decis. 166, numer. 7, & decis. 209, numer. 8. par. 5, & decis. 157, numer. 8, par. 6, recent.* & in puncto de hac nostra *bulla Rota apud Bich. d. decis. 57, n. 4.*

9 Itaut perindè sit, ac si illa fuisset à Papa facta, & de novo concessa, *Rota decis. 101, numer. 12, & decis. 166, numer. 1, part. 5, recent. & d. decis. 157, numer. 9, par. 6, & decis. 222, numer. 12, & 13, par. 7, recent.*

10 Itaut liget etiam Successores, *Adden. ad Gregor. XV. decis. 152, numer. 4, Adden. ad Burat. decis. 152, numer. 6, Rota decis. 159, numer. 5. part. 1, recen.* plenè *Rot. apud Bich. d. decis. 57, n. 5.*

11 Et liget etiam Clericos, & alias personas Ecclesiasticas cùm de illis in dicta Constitutione sit facta expressa mentio, ut tradunt *Illustrissimus Dominus meus Deluca in Theatr. verit. & inst. tom. 6, in tit. de dote discurs. 22, numer. 2, & 10. & Rota decis. 58. numer. 28, & sequent. part. 6, recent. & apud Zuffi. de legit. process. decis. 23, num. 6.*

12 Maximè stantibus verbis in dicta Bulla *Volumus, & decernimus*, quæ non dicuntur stare in puris terminis confirmationis, sed inducunt novam dispositionem, *Rota decis. 438, numer. 55, & sequent. par. 4, recent. tom. 2, & decis. 256, numer. 6, part. 11, rec.*

13 Et cum hæc *bulla* uti inserta in volumine statutorum Civitatis Eugubii nòn solum præsumatur publicata in d. Civitate, sed etiam illam esse usu receptam, ut tradunt *Mascard. de gener. status. interp. concl. 6, numer. 95, & sequent. Herc. Pigan. ad stat. Ferrar. rub. 126, numer. 4, & Rot. decis. 22,*

14 *numer. 2, par. 4, recent.* Itaut illa non indigeat alia productione *Herc. Pigan. d. rubr. 126, in fin. Rota apud Burat. decis. 823, in fine.*

Quæ quidem *bulla Gregor. XII.* nemini videatur singularis, cùm aliæ plures extent Bullæ in materia emphyteotica concessæ per Summos Pontifices Civitatibus Italiæ pro bono pacis, per quas bona emphyteotica reducuntur ferè ad instar bonorum allodialium, uti disponitur in hac Bulla nostra.

15 *Ferrariæ* enim adest similis Bulla concessa dictæ Civitati per *Bonifacium Papam Nonum*, qui rexit Pontificatum longè ante *Gregor. XII.* per quam bona emphyteotica redacta fuerunt ad instar ferè bonorum allodialium, de qua mentionem faciunt *Card. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 27, numer. 9, Ciriac. controver. 12, numer. 67, Fulgin. de iure emphyt. de diver. quæst. quæst. 4, numer. 13, & 14. D. Deluca in Theatr. verit. & inst. tom. 4, in tit. de emphyt. disc. 1, n. 1, & disc. 5, n. 2, & Rota apud Burat. decis. 87, in princ. & dec. 368, n. 1. & dec. 642, num. 2, p. 1, recentiorum*, & alibi passim.

16 Cl-

16 *Cesena*, adest pariter similis Bulla concessa dictæ Civitati per *Innocentium Papam Octavum* per quam bona emphyteotica redacta sunt ad instar ferè bonorum allodialium, de qua meminerunt *Hedier. ad Surd. decis. 95, numer. 6. Fulgin. de iure emphyt. in tit. de laude quæst. 1, numer. 5, & Rota decis. 741. in princ. par. 4, rec. tom. 3, & apud Card. Celsum. dec. 232, n. 3.*

17 *Urbania* olim Castrum Durantis bona emphyteotica redacta fuerunt ad instar bonorum allodialium per *Martinum Papam Quintum*, ut testantur *Ancar. cons. 143, numer. 1, & sequent. & Cardin. Tusc. pract. concl. litter. D, conclu. 814, in fin.*

18 In Statu etiam *Vrbini* adest Bulla *Vrbani Papæ Octavi* concessa Civitatibus dict. Status, per quam bona emphyteotica redacta sunt pariter ad instar ferè bonorum allodialium, dum præcipit, dicta bona ob lineam finitam esse renovanda personis in ea contentis, & illa posse per acquirentem, & alios alienari accedente consensu vocatorum prout in ea, quæ reperitur registrata apud *Paitell. post decis. 7*, & de illa faciunt mentionem *D. Deluca in d. tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 1, in princ. & discur. 8, num. 3, & Rota apud Card. Celsum, decis. 192, numer. 1, & sequent. & decis. 232. num. 1, & egomet allegat. forens. 46, n. 42.*

19 Quæ quidem *Bulla Vrbani Papæ Octavi* fuit posteà extensa per *Alex. Papam Septimum ad Civitates Perusiæ, & Castelli*, ut not. *D. Deluca in d. tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 9, post princ. & discur. 21, n. 2.*

20 Adsunt pariter in quampluribus Civitatibus, & locis Concordiæ, & Conventiones inter Clerum, & Civitates per quas bona emphyteotica redacta sunt ad instar ferè bonorum allodialium, & præcipuè in Civitatibus *Vrbini, Ravennæ Fulginii*, & alibi quas recensui *Ego in d. Commentario super d. bulla, glos. 12.*

21 Bona igitur emphyteotica in *civitate Eugubii*, & in illius Comitatu, & Districtu existentia redacta fuerunt vigore dictæ *bullæ* ad instar ferè bonorum allodialium, ut in terminis *bullæ Bonifacianæ*, & aliarum Bullarum similium tradunt *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 3, numer. 13, & in tit. de alien. quæst. 1, limit. ultim. Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, quæst. 8, numer. 3, Dominus meus Deluca in d. tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 20, numer. 10, & discur. 24. numer. 25, Pigan. ad stat. Ferrar. tom. 2, rubr. 127, numer. 14, & Rota apud Burat. decis. 87, numer. 8, & apud Duran. decis. 254, numer. 5, & in Eugub. emphyt. 6, Iunii 1659, coram R. P. D. Priolo.*

22 Itaut emphyteuta vigore *d. bullæ* possit bona emphyteotica liberè donare, obligare, permutare, vendere, & quocumque alio titulo alienare etiam in præiudicium vocatorum, ut tradunt in terminis dictæ Bullæ *Gabr. cons. 78, per tot. lib. 2.* & in terminis aliarum Bullarum similium *Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, quæst. 8, numer. 3, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1, num. 336, limit. ult. Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubric. 127, numer. 14, D. Deluca in d. tit. de emphyt. discur. 20, numer. 10*, qui respondet d. cis. contrarium sentientibus, *& Rota dec. 398, numer. 1, & sequent. part. 12, recent. & in Ravennaten. bonor. emphyt. 27, Maii 1651, coram Eminentissimo Cerro, §. Præterea, &c. & apud Burat. decis. 87. n. 8.*

23 Etiam non petita licentia, & sic sine consensu Domini directi, ut disponitur in dicta Bulla *in §. Item quod, &c.* ibi, & *intelligatur alienata de licentia domini directi.*

24 Ac etiam quòd alienans non sit primus acquirens, sed alius in Investitura comprehensus, qui pariter potest bona emphyteotica alienare vigore dictæ Bullæ, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de diver. quæst. quæst. 4, numer. 13, & Rota apud Burat. decis. 87, num. 8.*

25 Et emphyteuta possit d. bona alienare tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, ut disponitur in dicta *bulla, in §. In primis,*
26 *&c*, Itaut dicta bona contineantur in generali bonorum Institutione, ut in terminis *bullæ Bonifacianæ* tradunt *Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, quæst. 8, numer. 7, Fulgin. in d. tit. de alienat. quæst. 1, limit. ult. numer. 336, & in tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 7, in fin. Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr. 127, numer. 82, & sequent. & Rota apud Burat. d. decis. 87, numer. 8, & sequent. & decis. 319, in princ. & decis. 571, numer. 25, p. 5, recentiorum.*

27 Et dicta bona veniant etiam in restitutione fideicommissi, ut probant *Fusar. de substit. quæst. 630, numer. 8, Fulgin. in d. tit. de success. in bon. emphyt. quæst 3, numer. 13, Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr. 127, numer. 101, & Rota apud Merlin. decis. 699. numer. 24, & apud. Card. Celsum dec. 295, numer. 8.*

28 Ac etiam stante dispositione dictæ *bullæ* ex dictis bonis filius possit detrahere legitimam, *Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, q. 8, in princ. Michal. de fratr. par. 1, cap. 38, numer. 35, & sequent & Rota apud Merlin. de legit. decis. 57, n. 8.*

29 Et

29 Et dicta bona in legitimam imputentur, in terminis *Mangil. de imput. quæst. 37, numer. 4, Merlin. d. quæst. 8, numer. 2, Fulgin. in d. tit. de success. in bon. emphyt. q. 15, n. 1, & seq.*

30 Et super d. bonis uti redactis ad instar bonorum allodialium emphyteuta possit imponere census perpetuò duraturos, *Genc. de cens. quæst. 21, numer. 15, & quæst. 22, numer. 12, D. Deluca tom. 5, in tit. de cens. discur. 8, n. 8.*

31 Et contra dicta bona, cum vigore dictæ *bullæ* possint hypothecari, agi possit remedio utilis Salviani interdicti, ut not. *Corbol. de emphyt. in tit. de cauf. privat. ob alienat. limit. 19, numer. 2, Scapuc. de Salvian. lib. 2, quæst. 10, numer. 8, vers. Quintò, &c. Fulgin. de iure emphyt. in tit. de diverf. quæst. quæst. 4, numer. 12, Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubric. 127, numer. 17.*

32 Et dicta bona revertantur ad dominum directum cum eorum oneribus, servitutibus, & hypothecis super illis impositis per emphyteutam, ut probant *Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr. 127, numer. 49, vers. Tamen attento, &c.* & sentit *Rota decis. 127, numer. 15, par. 6, recent.* ponderando, ut per *Pigan. ubi supr.* qui *numer. 68,* dicit, quod ideò creditores possunt agere contra dominum directum ad recuperationem bonorum devolutorum pro conservatione eorum hypothecæ, ut ibi per eum.

33 Et etiam possint transire in Ecclesiam licèt illa dicatur manus mortua, itaut illa possit retinere, nec teneatur illa vendere, ut tradunt *Adden. ad Gregor. XV. decis. 520, numer. 14, Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 25, in princip. Andreol. controver. 378, numer. 3, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1, numer. 221, in fin. Dominus Deluca in d. tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 27. sub numer. 5, & discur. 28, numer. 7, & discur. 37, numer. 10, & Rota decis. 261, numer. 7, & decis. 280, numer. 3, par. 1, recentior. & apud Burat. decis. 394, numer. 5, &*
34 *ibi Adden. litt. B,* Nisi tamen concurreret duplex prohibitio legis, & hominis, quòd bona prædicta non transeant ad Ecclesiam, quia tunc Ecclesia non est illorum capax, ut declarant *Andreol. controver. 378, numer. 4, D. Deluca in d. tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 27, per tot. & discur. 28, numer. 6, & sequent. & discur. 37, numer. 10, & discur. 48, numer. 3, & discur. 50, numer. 3, & seq. & Rota decis. 211, numer. 23, part. 6, recent. & in Mediol. præten. devolut. bonor. 20, Aprilis 1654, coram R. P. D. Meltio.*

35 Quibus addo, quòd licet per alienationem factam per emphyteutam de bonis emphyteoticis sine consensu domini illa cadant in commissum, & devolvantur ad dominum directum, *leg. fin. & ibi not. Doct. communiter, C. de iure emphyt.* & tradunt *Clar. in §. emphyt. quæst. 13, in princip. Andreol. controver. 90, numer. 1, & Rota apud Merlin. decis. 871, in princ. tom. 2.*

36 Itaut in dicto casu dominus directus non teneatur d. emphyteutam uti culposum renovare, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1, n. 92, & Corbo. de emphyt. in tit. de cauf. privat. ob alienat. ampliat. 55, per tot. & Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr. 127, numer. 58.*

37 Ex dispositione tamen huius *Bullæ Gregor. XII.* expressè corrigetur utraque dispositio iuris communis, dum in illa statuitur, quòd non solùm bona emphyteotica iam alienata sine consensu domini directi, & si in posterum alienentur nullo modo cadant in commissum, sed quòd alienatio illorum censeatur facta de consensu domini directi, nec non etiam quòd dominus directus teneatur dicta bona alienata renovare illi, in quem alienata fuerunt solutis pro laudemio denariis quatuor pro qualibet libra pretii d. rei alienatæ uti habetur expressè in dict. primo articulo incipiente *In primis quòd si aliqua,* de qua *bulla* mentionem faciunt *Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr. 127, numer. 59,* & ante eum *Gabr. d. cons. 78, in princ. lib. 2, Andreol. d. controver. 145, numer. 49, & Rota apud Bich. d. decis. 57, per tot. & decis. 70, pariter per tot.*

38 Cuius *bullæ* dispositionem habere locum etiam in locatione ad longum tempus latè comprobat *Andreol. d. controver. 145, num. 66, & sequent.*

39 Ulterius *bulla* hæc nostra corrigit ius commune, quo attento licet Monasteria, Ecclesiæ, & domini directi non teneantur de bonis emphyteoticis ad eos devolutis ob lineam finitam investire proximiores, dum volunt illa pro se retinere, ut not. *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 31, n. 19, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de renov. quæst. 1, numer. 24,* qui alios dat concordantes; & *Rota decis. 143, numer. 2, par. 10, recent.* & dixi supra *in rubr. prox. bulla* autem prædi-
40 cta in *§. Item quod si contigerit,* expressè mandat, Monasteria, & Ecclesias dominas directas teneri bona emphyteotica ad eas devoluta per lineam finitam reinvestire liberis, consanguineis, vel affinibus succedentibus ex testamento, vel ex alia ultima voluntate, vel ab intestato ultimo emphyteutæ, & renovare, illa ut non possint illa amen-
fare,

ſare, nec pro ſe retinere coniunctò, §. *Item quòd quilibet, &c.* & ſcribit *Andreol. in terminis huius bullæ, d. controver. 145, num. 49,* Maximè ponderando verba illa, de qua in d. §. *Quacunque de cauſa*, quod eſt generale, & comprehendit omnia, ut poſt *Alber. Bald. Parif.* per eum relatos firmat *Barboſ. de dict. dict. 299, in princ.* Itaut ſi
41 plures adſint liberi, vel conſanguinei omnibus ſit facienda renovatio, & non ſit locus iuſtificationi, ut tradunt *Merlin. Adden. ad Pastell. & Fulgin. in loc. relat. ſupr. in rubr. praced. numer. 6, & Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 27, numer. 4, & Rota dec. 230, num. 9, p. 11. recen.*

42 Quæ adeò vera ſunt, ut diſpoſitio huius *bullæ*, mandantis, quòd bona emphyteotica devoluta ad Eccleſias, & Monaſteria per lineam finitam renoventur filiis, & aliis, de quibus ſuprà habeat locum tam quo ad bona emphyteotica antiquis temporibus non conceſſa per Eccleſias in emphyteuſim laicis de proprio earum patrimonio, ſed quæ per laicos fuerunt propter ſeditiones, & bella ab ipſis Eccleſiis, in emphyteuſim recognita, de quibus fit mentio in *bulla Vrbani Papæ Octavi*, ſed habeat locum etiam quo ad bona laicis conceſſa in emphyteuſim ab ipſis Eccleſiis de eorum proprio patrimonio, cùm Bulla prædicta generaliter loquatur, & ideò generaliter ſit intelligenda, *l. de pretio, 10, ff. de publ. in rem actio. l. 1, §. generaliter, ff. de legat. praſt.* cum aliis relatis per *Barboſ. axiom. 136, numer. 1,* &
43 ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguimus, 37, ff. de recup. arbitr.* & comprobat *Barboſ. d. axiom. 136, num. 4.*

44 Et eo magis cùm *bulla* hæc noſtra uti conceſſa favore publico, & ad removenda ſcandala dicatur favorabilis, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de laude quaſt. 1, num. 5, & Ciriac. controver. 310, numer. 87, & Rota apud Bich. deciſ. 57, numer....* cum
45 aliis adductis infra numer... & ideò illa latè veniat interpretanda, ut comprehendat quæcumque bona etiam per Eccleſias de earum patrimonio conceſſa, ut tradunt *Ancar. conſ. 393, in princ. Alex. conſ. 75, num. 3, lib. 5, Cardin. Tuſch. pract. concluſ. litt. F, concluſ. 88, numer. 8, & concl. 95, num. 32, Rim. Iun. conſ. 558, numer. 39, & ſeq.* latè *Maſcar. de gener. ſtat. interp. concluſ. 4, numer. 141, & ſequent. Cheell. ad bull. bon. regim. cap. 7, numer. 10, Farinac. in fragm. crim. litt. E, num. 90, & Rot. apud Caputaq. dec. 215, n. 3, & 4, p. 3.*

46 Quicquid contrarium generaliter d. Bullas eſſe exorbitantes, & iuris communis correctorias, & ideò reſtringendas dixerint *Ciriac. controver. 23, numer. 22, D. Deluca in d. tit. de emphyt. diſcur. 20, numer. 15, & Rota apud Merlin. de legit. deciſ. 94, numer. 9,* & in terminis *bullæ Vrbani Octavi* dixerim *Ego alleg. foren. 46, num. 43,* cùm dicta Bulla Vrbani careat non ſolum dictis motivis *bullæ Gregorii XII.* imò vitatur diverſis, ut ex ea c.. videre, merito, &c.

47 Dum verò hæc *bulla* noſtra in d. §. *Item quod ſi contigerit*, mandat renovationem fieri per dominum directum liberis, & conſanguineis, ſeu affinibus ſuccedentibus emphyteutæ ultim. morienti ex teſtamento, vel ab inteſtato requirit qualitatem hæreditariam, ut not. *Michal. de fratr. par. 3, cap. 48, numer. 27,* & in terminis *ſtatuti Farfen.* conſiderat *D. Deluca in d. tit. de emphyt. diſcur. 8, num. 4.*

48 Qui autem vult admitti ad renovationem bonorum emphyteuticorum uti hæres, ut in caſu huius *bullæ* debet eſſe hæres univerſalis, quia hæres particularis non dicitur habere qualitatem hæreditariam, & ſic non admittitur ad bona emphyteotica hæreditaria, ut not. *Surd. conſ. 573, numer. 13, & conſ. 595, num. 7, lib. 4, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 372, numer. 12, & ſequent. part. 2,* ubi dicit, ſecùs eſſe ſi adeſſent verba *pro hæredibus quibuſcumque* ut ibi per eum, *& Michal. de fratr. part. 3, cap. 48, numer. 31,* ubi teſtatur de receptiſſima opinione, licet
49 ſufficiat eſſe hæredem in quota, quo caſu dictus ius petendæ renovationis competeret pro portione hæreditaria, ut probat *Michal. in d. cap. 48, numer. 33, & 34,* ubi dicit ſufficere etiam eſſe hæredem mediatum, cùm hæres hæredis defuncti dicatur hæres, ut ibi per eum.

50 Stante autem, quòd hæc noſtra Bulla cōcedat renovationem ſuccedentibus ex teſtamento, vel ab inteſtato, & ſic hæredibus, ſi concurrat nepos cum patruo etiam ipſe nepos iure repræſentationis debet admitti ad renovationem petendam, *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de renovat. quaſt. 1, num. 52, verſ. Sed ego, &c.* & in terminis *Concordiæ Vrbinaten.* concedentis renovationem hæredibus not. *D. Deluca in d. tit. de emphyt. diſcur. 19, numer. 3, & 4, & Rot. apud Cardin. Ottob. deciſ. 148, numer. 5, verſ. Non obſtat, &c. & deciſ. 71, num. 9, par. 10, rec.*

51 Licèt aliàs in materia emphyteotica non admittatur repræſentatio ſi ſimus in emphyteuſi pactionata, & Eccleſiaſtica, ita ut filius non repræſentet perſonam patris, ut

tra-

tradunt *Capic. Latr. decis.* 126, *per tot. D. Deluca in d. tit. de emphyt. discur.* 47, *num.* 2, *& discur.* 52, *numer.* 9, *& Rota d. decis.* 71, *numer.* 1, *& sequent. part.* 10, *rec. & decis.* 230, *numer.* 3, *& sequent. part.* 11, *rec. & apud Card. Ottobon. d. decis.*148, *num.* 5, & alibi passim.

52 Pro qua renovatione obtinenda non competit d. proximioribus hæredibus immissio, seu alia actio realis, vel rei persequutoria, sed solùm actio personalis, seu ius implorandi officium Iudicis pro illa obtinenda, ut not. *D. Deluca in d. tit. de emphyt. discur.* 47, *numer.* 5, *& discur.* 53, *numer.* 13, *& apud Rojas decis.* 321, *& decis.* 111, *numer.* 8, *& decis.* 166, *numer.* 12, *& decis.* 230, *num.* 10, *par.* 11, *rec.*

53 Quam quidem actionem, & officium Iudicis competere etiam contra novum emphyteutam cui bona emphyteotica fuerunt renovata ad illa dimittenda dixit idem *D. Deluca in d discurs.*47, *numer.*5, & formam libelli ad effectum agendi d. de causa possit *Fulg. de iur. emphyt. in tit. de ren. quæst.* 1, *n.* 66.

54 Bona verò emphyteotica cum vigore *bullæ Gregor. XII.* sint redacta ad instar ferè bonorum allodialium, renovatio illorum videtur capere illam speciem renovationis, quæ novo successori etiam investitura durante datur in feudis, itaut subiacere non debeat alterationi, quæ potest provenire per oblationes, quæ fieri possunt ab extraneis, ut benè advertit *D. Deluca in d. tit. de emphyt. discur.* 5, *n.* 12.

Verum cùm hic actum fuerit de renovatione facienda ob lineam finitam adnotandum est, quòd probatio lineam esse finitam spectat ad

55 dominum directum, ut not. *D. Andreol. controver.* 145, *numer.* 43, *Fulgin. de iure emphyt. in d. tit. de variar. caducit. quæst.* 10, *numer.* 6, *Adden. ad Rot. decis.*131, *num.*9. *part.* 8, *rec.* & in terminis nostris *D. Deluca in tit. de emphyt. discur.* 26, *numer.*3, *& discur.* 36, *numer.* 17, *& Rota decis.* 25, *num.*

56 2, *& sequent. par.* 6, *rec.* Cùm quilibet teneatur probare fundamentum suæ intentionis, plenè *Barbos. axiom.* 128, *in prin.*

57 Pro cuius Bullæ ulteriori declaratione præsciendum est etiam, quòd licèt emphyteuta si non solvat canonem domino directo infra triennium si emphyteusis est laicalis, & infra biennium si est Ecclesiastica bona cadant in commissum itaut dominum directum consolidetur cum utili, *l.* 2, *C. de iure emphyt. cap. potuit,* 4, *de locat. & conduct.* & tradunt *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de solut. canon. quæst.* 1, *numer.* 1, *& sequent. Antonell. de tempor. legal. lib.* 2, *cap.* 55, *in princ. & Rota decis.* 719, *numer.* 1, *part.* 4, *recentior. tom.* 3, *& apud Cardin. Celsum*

58 *decis.* 48, *in princ.* Etiam absque alia interpellatione *d. cap. potuit.* 4. *de locat. & conduc.* & not. *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 22, *titul.* 4, *numer.* 15, *& Fulgin. in d. tit. de solut. canon. quæst.* 1, *numer.* 43, ubi dat concordantes.

59 Itaut dominus directus ob culpam emphyteutæ non solventis canonem non teneatur illi bona emphyteotica renovare, nè eius culpa ei prosit, ut tradunt *Hond. cons.* 32, *numer.* 10, *& seq. lib.* 2, *Maresc. var. resol. lib.* 1, *cap.* 2, *numer.* 10, *& Dominus meus Deluca tom.* 4, *in tit. de emphyt. disc.* 12, *num.* 11.

60 Hoc tamen non habet locum in terminis *bullæ Gregor. XII.* in qua disponitur expressè *in §. Item quod qualibet, &c.* quod non intelligantur bona emphyteotica devoluta ad dominum directum ob canonem non solutum, ut etiam disponitur in *bulla Bonifaciana,* ut not. *Cardin. Mantic. d. lib.*22, *tit.* 27, *numer.* 9, *& Fulgin. de emphyt. de solut. canon. quæst.* 1, *numer.* 13, ponderando in *bulla nostra* maximè illa verba ibi: *Nec intelligatur in aliquo prædictorum casuum, vel alio aliquam rem emphyteoticam esse devolutam, vel devolvi posse in futurum,*

61 cùm dictum verbum *Alio* habeat in se quandam generalitatem, ut comprehendat etiam alios casus non expressos, ut not. *Barbos. dict.* 26, *numer.* 15, *& Rota apud Caputaq. dec.* 296, *num.* 6, *par.* 2,

Ac etiam illa verba ibi: *Et quòd nullus Prælatus possit aliquam rem emphyteoticam sibi appropriare quacunque de causa, sed ipsam rem renovare illi, vel illis, &c.* Quæ verba quacumque de causa uti universalia ampliant, & extendunt dispositionem etiam ad terminos improprios, ut not. in terminis *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 22, *tit.* 21, *numer.* 48, *& Fulgin. de iure emphyt. in tit. de var. caduc. quæst.* 1, *numer.* 23, Itaut sub

62 dicta verborum generalitate nullus detur casus, per quem bona emphyteotica cadant in commissum, neque casus deteriorationis bonorum, cùm valeat pactum, quòd

63 emphyteuta non possit expelli, neque ex causa deteriorationis, ut tradunt *Fulgin. de iure emphyt. in d. tit. de var. caduc. quæst.* 2, *numer.* 46, *& Ciriac. controver.* 632, *nu.* 25, & ante eos *Corbol. de emphyt. in tit. de cans.*

64 *priv. ob deteriorat. in fin.* nisi deterioratio facta fuerit ex dolo, sed solùm ex culpa lata, vel levi, ut declarant *Cardin. Mantic. Ful-*

65 *gin. in loc. proximè adductis.* Et maximè stante

ſtante confirmatione Apoſtolica facta cum tot clauſulis prægnantibus, qua ſtante pacta valida approbantur, & invalida recipiunt robur à confirmatione, ut dicit *Rota decis. 157, numer. 9, part. 6. recent. & decis. 145, numer. 4, p. 1, rec.*

66 Cuius quidem *bulla Gregor. XII.* diſpoſitionem ſibi locum vendicare nòn ſolum in bonis conceſſis in emphyteuſim ante ipſius Bullæ conceſſionem, ſed etiam in bonis poſt illam conceſſis latè comprobat *Andreol. d. controver. 345, numer. 51, & seq. & Rota apud Bich. d. decis. 70, numer. 3, & seq.* benè comprobans.

67 Cùm enim d. Bulla generaliter, & indefinitè loquatur, generaliter, & indefinitè debet intelligi, ut comprehendat etiam cõceſſiones in emphyteuſim factas tàm ante Bullam, quàm poſt eam *l. de pretio. 10, ff. de pub. in rem act. l. 1, §. generaliter, ff. de leg. praest.* cum aliis apud *Barbos. axio. 136, in princ.* & tradunt in puncto *Andreol. &*
68 *Rota in loc. prox. adduct.* Maximè cùm dictæ conventiones inter Clerum, & Populum Eugubinum fuerit authoritate Apoſtolica confirmatæ, ut poſt *Valasc. & Barb.* per eum adductos benè ponderat *Rota apud*
69 *Bich. in d. decis. 70, numer. 4, & sequent.* Et cùm legis ſit futuris negociis providere, *l. leges, 3, C. de leg. cap. cognoscentes, 2, cap. ultim. de constit.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 136, num. 22.* ubi dat concordantes.
Nec non quia Bulla, & Concordia prædicta inita ſit nomine Populi, & Communitatis, quæ nunquam moritur, & ſic dicatur realis, ut not. *Bald. in l. 2, num. 6, ff. de const. Princ. Rota decis. 400, numer. 13. & ferè per tot. par. 9, recent. & decis. 199, numer. 2, par. 12, recent.* Et ideò illa favere debet nòn
71 ſolum illis, qui de tempore dictæ Conventionis & *bulla* vivebant, ſed etiam emphyteutis futuris, ut in terminis tradunt *Andreol. d. controver. 145, numer. 50, & sequen.* qui dat concordantes, & *Rota apud Bich. d. decis. 70, num. 4.*

72 Prout videmus, quòd ſi lex mandet, quòd omnes Civitates ſubiectæ ſolvant certum quid, illius diſpoſitio habet locum etiam in Civitate effecta ſubiecta poſt legem conditam, quia lex ſemper loquitur, ut benè comprobant *Adden. ad Rot. decis. 28, numer. 273, & sequent. part. 4, recent. & Rota decis. 81, numer. 25, part. 5, recent.*

73 Licèt contrarium, imò dictam Bullam non habere locum in conceſſionibus factis poſt illam voluerint in terminis *Bulla Bonifaciana Fulgin. de iure emphyt. in tit. de divers. quaest. quaest. 4, numer. 13, in fin.* & in terminis *Concordia Ravennaten. Rota apud Merlin. de legit. decis. 94, numer. 3, & sequent.* & eò quia *Bonifaciana* loquitur per verba præteriti temporis, quod nòn verificatur in terminis *bulla Gregor. XII.* imò ex illa videtur colligi contrarium, & apud *Rojas dec. 402, & dec. 444.*

74 Quæ tamen contraria opinio quatenus alicui fortaſsè placeret, illam tamen admittere debet tantùm in conceſſionibus ab initio factis poſt *bullam*, non autem in Renovationibus factis de conceſſionibus bonorum emphyteuticorum factis ante *bullam*, cùm renovatio veteris Inveſtituræ non dica-
75 tur nova conceſſio, ſed potiùs antiquæ conceſſionis continuatio, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de renovat. quaest. 1, numer. 68, & sequent. & Rota decis. 39, num. 47, part. 8, recent. & decis. 176, numer. 37, & sequent. par. 5. rec.* etiam ſi ſit dictum *de novo concedimus*, ut dicit *Rot. ubi proximè.*

76 Nequè contra dictam concordiam; & confirmationem Apoſtolicam dari poteſt de non uſu illius, niſi ex adverſo probetur contrarius uſus, vel non uſus, qui habeat implicitum contrarium uſum; nempè quod evenerit caſus renovationis faciendæ, illáque petita fuerit ab iis quibus illa vigore dictæ Bullæ debetur, nec tamen conceſſa fuerit, ut in puncto huius *bulla* not. *Gabr. d. cons. 78, numer. 10, & sequent. lib. 2, Rota apud Bich. d. decis. 57, numer. 9, & d. decis. 70, num. 6,*

77 Quod eſt generale in omni Statuto, quòd ut abrogetur non ſufficit, quòd quis etiam per mille annos eo non utatur, quia caſus non venerit ſed neceſſarius eſt contrarius uſus, vel uſus qui habeat implicitum contrarium uſum, ut not. *Morot. cons. 34, numer. 4, & 5, & cons. 89, numer. 14, Honded. cons. 110, numer. 22, lib. 1, & Rota dec. 154, apud Posthi. de manut. & apud Merlin. decis. 838, num 6, & in d. decis. coram Bich. de qua suprà proximè.*

78 Maximè cùm obſervantia concordiæ præſumatur *Vermigl. cons. 207, numer. 19, Rota apud Cardin. Seraph. decis. 738, numer.*
79 *5, & sequent.* Et præſertim ſtante confirmatione Apoſtolica, ex qua præſumitur obſervantia itaut aſſerens contrarium teneatur id probare, *Rota decis. 91, numer. 11, part. 7, recent.* ubi concordantes, & etiam ſtante
80 quòd illa ſit regiſtrata in volumine ſtatutorum, *Mascar. de gener. statu interp. concl. 6, numer. 95, & sequent. Pigan. ad statut. Ferrarien. rubr. 126. num. 4, & Rota decis. 22, numer. 2, par. 4, recentiorum.* Et cùm contra Conſtitutionem Apoſtolicam non

81 poſſit

81 possit dari de non usu, nisi constito de scien-
tia Papæ, & eius consensu, ut benè com-
probat *Rota decis. 159, numer. 9, p. 8, rec.*
82 Addo prædictis pro huius *bulla Gregor.*
XII. maiori declaratione, quòd cùm di-
cta Bulla fuerit concessa ad tollendas lites,
& scandala, & favore publico, ut in ter-
minis *bulla Innocentiana* concessæ Civitati
Cesenæ not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit.*
de laudem. quæst. 1, num. 5, D. Deluca in d.
tom. 4, in tit. de emphyt. discur. 7, numer. 6,
& Rota apud Burat. decis. 831, in princ. &
in puncto de hac *bulla Gregor. XII. Rota*
apud Bich. decis. 57, numer. 15, sequitur,
83 quòd privati non possint illi renunciare, ut
in terminis *bulla Bonifaciana* concessæ Ci-
vitati *Ferrariæ* tradunt *Card. Mantic. de*
tacit. lib. 22, tit. 18, sub numer. 26. Sperell.
decis. 104, numer. 90, & in terminis *bulla*
concessæ Civitati *Cesena, Fulgin. in d. tit.*
de laudem. quæst. 1, numer. 5, & Rota apud
Burat. d. decis. 831, in princip. & in termi-
nis *bulla Urbani VIII.* concessæ Civitati-
bus *Status Urbini, D. Deluca in d. tit. de*
emphyt. discur. 7, numer. 6, & in terminis
huius *Bulla Gregorii XII.* respondit *Rota*
apud Bich. d. decis. 57, n. 15, & decis. 199,
in fin. p. 12, recent.
84 Itaut dictæ *bulla* favore publico conces-
sæ, ut suprà non possint partes renunciare,
neque medio iuramento, ut tradunt *Gra-*
tian. discept. forens. cap. 735, numer. 4, par.
4, Fulgin. in d. tit. de laudem. quæst. 1, num.
5, & Rota apud Burat. d. decis. 831, num. 2,
& dict. decis. 57, apud Bich. num. 15, & 16.
85 Cùm utilitati publicæ non possit renun-
ciari, neque cum iuramento, ut not. *Gra-*
tian. discept. forens. cap. 31, numer. 25, par. 1,
86 *& d. cap. 735, numer. 4, part. 4.* Maximè
quando utilitas privata non potest separari
ab utilitate publica, ut tradunt *Gratian. di-*
scept. forens. cap. 735, numer. 5, part. 4, &
Seraph. de privil. iuram. privil. 73, num. 51,
87 Cùm non possit renunciari favori mixto cō-
cernenti favorem proprium, & alterius, ut
not. *Pigan. ad stat. Ferrar. tom. 1, rubr. 90,*
num. 9, & Rota dec. 456, numer. 7, p. 5, rec.
lib. 2. ubi dat concordantes.
88 Ex quibus sequi videtur, quòd disposi-
tio huius nostræ Bullæ effectum suum sorti-
ri debeat etiam si in investitura adsint pacta
illi contraria, putà prohibitio alienandi bo-
na emphyteotica, quòd finita linea dicta bo-
na reverti debeant ad dominum directum li-
berè, quòd de illis non teneatur ampliùs
investire, & similia, Quia si partes dispos-
tioni dictæ Bullæ uti favore publico conces-
sæ non possunt expressè renunciare, neque
videtur eis permissum posse renunciare ta-
citè faciendo factum contrarium per regu-
89 lam, Quòd una via prohibetur non debet
ex alia concedi, *l. quod una via, 84, de reg.*
iur. in 6, l. quod dictum 33. ff. de pact. &
in terminis tradunt *Menoch. de præsum. lib.*
4, præsump. 109, numer. 45, Fulgin. de iure
emphyt. de laudem. quæst. 1, numer. 5, Spe-
rell. decis. 179, numer. 45, part. 2, & in ter-
minis Bullæ *Urbani VIII. not. D. Deluca*
in d. tit. de emphyt. discur. 7, numer. 4, &
5, & discur. 24, numer. 5. & in terminis *bul-*
la Gregor. XII. Andreol. d. controver. 145,
numer. 30, & sequent. & Rota apud Bich.
d. dec. 57, n. 16, ubi dantur concordantes.
90 Et licèt contrarium teneant *Corbol. de*
emphyt. in tit. de caus. privat. ob non solut.
canon. limit. 2, numer. 11, & Merlin. de
legit. lib. 2, tit. 1, quæst. 8, numer. 13, qui lo-
quuntur in terminis consuetudinis, & quan-
do ex verbis Investituræ apparet, partes vo-
luisse omninò recedere à dicta consuetudi-
ne, aliàs secùs, & in terminis *bulla Boni-*
faciana Pigan. ad stat. Ferrar. tom. 2, rubr.
127, numer. 46, & in terminis *Concordia Ur-*
binaten. dixi ego allegat. forens. 46, numer.
44, & seq.
In terminis tamen *bulla Gregor. XII.* res vi-
detur satis manifesta, quòd pacta contraria
non infringant illius dispositionem nòn so-
lùm ex eo, quòd d. Bulla concessa fuerit fa-
vore publico, & ideò partes non possint,
neque expressè, neque tacitè illi vendicare,
ut tradunt *Cardin. Mantic. Fulgin. Sperel.*
D. Deluca, & Rot. in loc. adduct. suprà
numer. 88, & sequent. ex quo cessant ratio-
nes in contrarium per me adductæ *d. alleg.*
46, & per. Sperell. decis. 99, numer. 26, &
91 *sequent.* Tum clariùs ex verbis eiusdem *Bul-*
la in §. penultimo ubi habetur, quòd pacta,
& conventiones dictæ *bulla*, sint, & cen-
seantur inserta, & annexa cuilibet rei em-
phyteoticæ, & quod dicta pacta sint, & es-
se debeant realia, & perpetuò transitoria ad
quemlibet possessorem dicti rei, & illa cen-
seantur esse apposita in quolibet instrumen-
to, renovationis faciendæ, ac si apposita es-
sent specificè in quolibet instrumento, Itaut
stantibus dictis pactis concedentibus facul-
tatem alienandi, & similia, quæ habentur
pro appositis in Instrumento Investituræ
videatur impossibile, quod argumentum
tacitè resultans ex pactis contrariis prohibi-
tionis alienationis, & simil. destruant ex-
pressam dispositionem dictæ *bulla*, & pacto-
rum in Instrumentis contentorum, ut in
terminis *bulla Bonifaciana*, in qua anul-
latur pacta dictæ *bulla* adversantia consuluit

Rimin. Iun. conf. 165, *numer.* 3, *lib.* 2, *&* *conf.* 664, *numer.* ..... *lib.* 6, cum quo pertransit *Corbol. de emphyt. in tit. de cauf. priv. ob solut. canon. limit.* 2, *numer.* 11, *in addit.* nec non *Bertaz. conf.* 77. *n.* 3.

Itaut cùm dicta Bulla nostra mandet dicta pacta permittentia alienationem bonorum emphyteuticorum, & alia de quibus in ea haberi pro appositis in Instrumento Inuestituræ apertè demonstrat noluisse pacta contraria in ea apponi posse, aliàs admitteret con-
92 trarietatem in eodem Instrumento, pro cuius exclusione omnis interpretatio est facienda, *Surd. decif.* 322, *numer.* 36, *Andreol. controver.* 239, *num.* 35, *& Rota decif.* 104, *numer.* 9, *apud Merlin. de pignor.* Maximè in eadem scriptura *Andreol. d. controver.* 239, *numer.* 35, *Rota apud Cardin. Mantic.*
93 *decif.* 236, *numer.* 4. Et cùm magis attendendus sit fauor accipientis, quàm concedētis, *Alciat. conf.* 34, *num.* 4, *lib.* 1, *Calvin. de aquit. lib.* 2, *cap.* 151, *n.* 54.

Quæ eo magis recipienda sunt quo ad pactum, quod bona emphyteotica finita linea liberè
94 ad dominum revertantur, quia illud non infringere dispositionem dictæ *bullæ* dixit *Rot. in Mutinen. emphyt.* 28, *Maii*, 1638, *coram Dunoz. & apud Bich. d. decif.* 57,
95 *numer.* 14. Cùm ut per pacta contraria censeatur recessum à dispositione dictæ *bullæ* requiratur, quòd appareat de omnimoda mente contrahentium recedendi à dispositione dictæ Bullæ, aliàs sit ei standum, & quòd Inuestitura sit facta in forma insolita, & extraordinaria, ut declarat *Merlin. de legit. lib.* 2, *tit.* 1, *quæst.* 8, *num.* 13, *verf. Putarem tamen, &c.*

96 Cuius *bullæ* nostræ dispositionem non habere locum in bonis emphyteoticis existentibus extra territorium, & districtum Civitatis Eugubii, licèt sint sub directo dominio Ecclesiarum existentium in Ciuitate Eugubii, voluerunt *Rim. Sen. conf.* 631, *numer.* 14, *& sequent. lib.* 4, *& Corb.* qui illum referendo sequitur *de emphyt. in tit. de cauf. privat. ob non solut. canon. limit.* 2, *numer.* 11. *verf. Declara ultra*, *&c. in addit.*
97 Maximè cùm Papa in dicta Bulla faciat mētionem de territorio, & districtu, ut in terminis *Bonifacianæ not. Card. Tusch. pract. conclus. litt. F, conclus.* 95, *numer.* 3, *& ibi Modern. Adden. & Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 22, *titul.* 27, *numer.* 11, & in terminis *Concordiæ Vrbinaten.* aduertit *Dominus meus Deluca in d. tit. de emphyt. discur.* 19, *numer.* 3.
98 Vtrum verò dicta Bulla liget Ecclesias dominas directas existentes in alio territorio, & habentes bona emphyteotica in territorio, & districtu Eugubino adsunt opiniones inter se contrariæ, quas refert *Card. Tusch. pract. conclus. litt. V, conclus.* 295,
99 *numer.* 5. Ego autem sentirem pro affirmatiua stante d. confirmatione *Gregor. XII.* Quia licèt Clerus, & Commune Eugubii non possunt disponere in præiudicium Ecclesiarum existentium extra eorum territo-
100 rium, per regulam Res inter alias acta tertio non præiudicat, *l. fin. ff. de re iudic.* & latè comprobat *Tiraq. in tract. Res inter alios, &c. in princ.* Id tamen cessat stante confirmatione Sedis Apostolicæ facta ex certa scientia, & cum clausula *Non obstantibus quibuscumque, &c.* de quibus in dicta *bulla*,
101 cùm Papa habeat liberam, & plenam potestatem disponendi ad suu libitum de bonis Ecclesiarum, ut dicit *Rota decif.* 357, *numer.* 9, *& numer.* 103, *part.* 11, *rec. & decif.* 413, *numer.* 36, *par.* 12, *recen.* Maximè
102 cùm Papa confirmando conuentiones initas inter Clerum, & Commune Eugubii mandet illas inuiolabiliter obseruari, quo casu dicitur ipse nouam legem condere, & de nouo statuere ut tradit *Rota decif.* 298, *numer.* 17, *par.* 10, *recent. & dif.* 438, *num.* 54, *& sequent. p.* 4, *recen. tom.* 2.

103 Notandum est etiam ad declarationem dictæ *bullæ*, quòd licèt admodum sit controuersa quæstio in bona emphyteotica ex pacto, & prouidentia possint confiscari, maximè quæ sunt sub directo dominio Ecclesiæ, ut videre est apud *Farinac. de delict. & pœn. quæst.* 25, *numer.* 59, *& sequent.* apud *Guazzin. de confisc. bonor. concl.* 13, *limit.* 33, *per tot.* apud *Fulgin. de bon. emphyt. in tit. de success. quæst.* 4, *per tot. & in tit. de laudem. quæst.* 31, *per tot.* & apud *Dominum Deluca in dict. tit. de emphyt. tom.* 4, *disc.* 32, *numer.* 10.

104 In terminis tamen *bullæ* nostræ per quā bona emphyteotica redacta sunt ad instar ferè bonorum allodialium, & sunt transitoria ad extraneos hæredes illa venire in confiscationem bonorum tenuerunt in terminis *bullæ Bonifacianæ Fulgin. de iure emphyt. in d. tit. de success. in bon. emphyt. quæst.* 4, *numer.* 13, *& sequent.* ubi dat concordantes, & testatur de veriori opinione, *Farinac. in d. quæst.* 25, *numer.* 56, *verf. Sed quod imò, &c.* ubi dicit, hanc opinionem veriorem, communiorem, & magis seruatam, *Gratian. discept. forens. cap.* 481, *numer.* 62, *part.* 3, *Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr.* 127, *numer.* 85, *verf. Hac tamen. opinio, &c. & Rota decif.* 261, *numer.* 9, *& sequent. par.* 10, *recent.* ubi testatur de veriori, & magis com-

communi opinione loquendo in terminis *Consuetudinis Abbatiæ Farfensis.*

105 Licèt contrarium d. bona præcipuè Ecclesiastica non posse transire in fiscum in dicto casu tenuerint *Clar. in §. emphyt. quæst. 29, vers. breviter, &c.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione, quam probabilem dicit *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 30, num. 25, & sequent. Guazz. de confisc. bonor. d. concl. 15, limit. 33, num. 19, & sequent.* qui pariter hanc dicit veriorem,& magis communem opinionem, quorum rationibus respondent *Farinac. ubi suprà, Facchin. lib. 9, controver. iur. cap. 53, & P. Sanch. in præcept. Decal. lib. 2, cap. 19, numer. 29.*

106 Quæ opinio procedit fine difficultate quando Bursa Fiscalis est eadem cum Bursa, seu Mensa Ecclesiæ dominæ directæ, ut probat *Pigan. ad stat Ferrar. d. rubr. 127, sub numer. 86, & Rota d. decis.* 261, *num. 10, p.* 10, *recent.*

107 Data autem confiscatione potest Ecclesia infra biennium bona emphyteotica à fisco repetere, ut not. *Card. Mantic. d. tit. 30, numer. 9, Guazzin. d. limit. 33, numer.* 20, *P. Sanch. in d. cap. 19, numer. 31,* qui testatur de veriori opinione, *& Pigan. ad d. rubr.* 127, *numer. 86,* ubi dicit posse Ecclesiam cogere fiscum ut dicta bona vendat, illa reincidant in manus privatorum, & idem not. *Fulgin. in d. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 4, num. 14.*

108 Licèt contrarium non posse Ecclesiam repetere bona confiscata à fisco infra biennium tenuerint *Farinac. in d. quæst. 25, numer. 56,* & alii, quos refert *P. Sanch. in d. cap. 19, n. 30, & seq.*

Advertendum etiam est, quòd dum in hac *bulla in §. Item quod quilibet,* mandatur, per emphyteutam solvi domino directo cano-
109 nem solitum, quòd d. canon sit solitum est probandum, itaut non sit standum assertioni id dicentis, ut probant *Barbos. de potest. Episc. alleg. 95, numer. 33, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de contract. emphyt. q. 9, numer. 10, & Rota decis.* 160, *numer. 4, par. 2, diversor.*

Quod habet locum etiam dum in eodem §. disponitur, nihil addi posse canoni solven-
110 do nisi quod consuetum est, quia dictum consuetum est probandum pariter per asserentem, ita ut non sit standum dicto asserentis, ut not. *Paris. cons. 60, num. 7, lib. 1, Barbos. & Fulgin. in loc. proximè adduct.*

111 Quod verbum *Consuetum* verificatur in pluribus solutionibus ultra duas, ut not. *Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. S, concl.* 334, *numer.* 29, ubi dicit, solitum differre à consueto, quia solitum potest verificari in unico, vel in duobus actibus, & *Gratian. de diction. dict. 253, numer. 1, & 2,* ubi testatur de veriori opinione, secùs tamen est in consueto, quòd requirit plures actus ultra
112 duos, ut ibi per eos, de quo videas etiam *Amonel. de temp. legal. lib. 1, cap. 78, nu. 15.*

113 Poterit autem dictum consuetum probari per famam, *Mascar. de prob. concl.* 432, *numer, 1, & 2, vol. 1, Duen. reg.* 299, *Fallen.* 16, per portiones canonis *Corbol. de emphyt. in tit. de caus. privat. ob non solut. canon. quæst. 4, numer. 6, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de solut. canon. quæst. 4, num. 4,* declarando ut ibi per eos, & per *Farin. de test. quæst 60. numer. 26, & sequent.* Item
114 ex libris domini directi quos ipse tenetur edere ad fundandam intentionem emphyteutæ, *Corbol. in d. tit. de caus. privat. ob non solut canon. d. quæst. 4, in fin. & Fulgin. in d. tit. de solut. canon. quæst. 4, in fin.*
115 licèt aliàs dictum librum ad favorem domini contra emphyteutam semiplenè tantùm probare dixerint *Rimin. Iun. cons.* 432, *numer.* 13, *lib. 4, & Genua de scrip. privat. lib. 4, in tit. de libro dom. contra rustic. in fine.*

Addo pro coronide quamplurimus omissis ad declarationem dict. Bullæ spectantibus, quæ latè habentur in *Commentario per me super*
116 *dicta bulla compilato,* quòd Dominus Papa in fine huius Bullæ illam appellat pluribus nominibus, & præcipuè suam Constitutionem, ibi *Nulli ergo hominem liceat hanc paginam nostræ voluntatis, Constitutionis, &c.* ex quo colligitur Dominum Papam non fuisse contentum simplici nomine *confirmationis,* sed ulterius voluit appellare il-
117 lam propriam *Constitutionem,* ad indicandum enixam eius voluntatem quod illa omninò sit observanda ad notata per *Rot. decis.* 414, *numer. 7, part. 4, recentior. & decis.*
118 408, *numer. 10, p. 4, rec. tom. 2.* Et ad effectum, ut dari non possit de non usu illius, seù de contrario usu sine scientia Papæ, *Rot. dec. 246, n. 1, & dec. 221, n. 5, & 6, par. 1. rec. & apud Cenc. de cens. decis. 365, n. 17.*

119 Advertas secundò, quòd qui sine iusta,& rationabili causa dispositioni huic Apostolicæ non paruerit indignationem *Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli* erit incursus, uti habetur *in §. fin. d. bulla,* & not. *Barbos. de claus. claus. 91, in princ.* Et peccare mortaliter opponens se si-
120 ne iusta causa Pontificiæ Constitutioni tradunt *Barbos. in d. claus. 91. n. 1, in fin. & Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 2, de claus.*

clauf. 504, *numer.* 2, qui dant concordantes.

121 Licèt contravenientem Bullæ Pontificiæ, in qua adest dicta clausula puniendum esse tantùm pœnâ arbitrariâ tradunt *Menoch. de arbitr. casu* 365, *numer.* 5. & alii quos referendo sequitur *Barbos. d. clauf.* 91, *n.* 4.

122 Si tamen de facto infringant, & contraveniant dictæ Constitutioni, secùs si tantùm de iure, quia tunc non comprehenduntur sub dispositione dictæ clausulæ, ut declarant *Marta de clauf. p.*1, *clauf.* 314, *num.* 1, *& Barbos. in d. clauf.* 91, *numer.* 5. Qui *num. sequent.* addit quòd d. verbum *Infringere* in hoc §. *fin.* appositum importat Retractare, vel per malitiosam interpretationem infringere, Et dicta verba *Temerario*
123 *ausu* importare etiam sine dolo, sed ex subtilitate contraire, & dictum verbum *Attentare* verificari etiam si illud ad effectum non perducatur, ut ibi per eum; de puibus videas etiam *Card. Tusch. pract. conclus. littera* 352, *n.*1, *& sequent.*

124 Addo pro complemento materiæ, quòd cùm bona emphyteotica vigore supradictæ Bullæ redacta sint ad instat bonorum allodialium, ut probavi suprà num.... si illa fuerint data in dotem ex eis vir potest consequi lucrum dotale ei debitum vigore statuti, ut post *Dec. Curt. Iun. Rolan.* & alios per eum relatos firmat *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de success. in bon. emphyt. quæst.* 24, *numer.* 6, de quo videas etiam *Illustrissimum Dominum Deluca in Theatr. verit. & iust. tom.* 4, *in tit. de emphyt. discur.* 24, *numer.* 6.

125 Nec non etiam quòd in casu devolutionis bonorum ob lineam finitam Dominus directus non potest accipere possessionem illorum propriâ authoritate, & non citato possessore, & donec fuerit cognitum esse locum devolutioni, cùm emphyteuta, seu eius successor si esset citatus plures exceptiones deducere posset, propter quas fortasse nō esset locus devolutioni, ut tradunt *Thom. decis. March.*16, *ferè per tot. Adden. ad Rot. dec.*131, *n.* 88, *& seq. p.* 8, *rec. & Rota dec.* 409, *n.* 7, *p.*1, *rec. & apud Greg. XV. decis.* 105, *n.* 11, *& ibi Adden. litt. A, coram Andrea. dec.* 36, *n.* 7, *& in Fanen. seu. Senogallien. bonor.* 14, *Martii* 1646, §, *Quia cum magna, &c. coram. R.P.D. Meltio*, & alibi passim, ubi aliæ recensentur quamplures.

126 Cùm ad istum effectum, quòd dominus directus valeat accipere possessionem bonorum emphyteuticorum ob lineam finitam propriâ authoritate requiratur, quòd devolutio sit adeò clara, ut nullo modo valeat controverti, ut declarant *Adden. ad Rot. d. decis.* 88, *& sequent. par.* 8, *rec. & Rota decis.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *rec. & apud Cardin. Celsum decis.* 13, *numer.* 5, *& in d. Fanen. seu Senogallien. bonor. d.* §. *Quia*
127 *cum magna, &c.* & debeat constare nòn solum emphyteusim esse finitam, sed etiam emphyteutam esse destitutum omni auxilio, *Adden. ad Rot. d. decis.* 131, *numer.* 88, *& sequent.* latè comprobantes, *& decis.*143, *numer.* 14, *& sequent. part.* 10, *rec. & in d. Fanen. seu Senogallien. bonorum d.* §. *Sed quia magna, &c.*

128 Itaut si dominus directus accipiat possessionem dictorum bonorum emphyteuticorum de facto, & non citato possessore emphyteuta, seu illius successor dicatur spoliatus, & ei competat spolium, *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de var. caduc. quæst.* 10, *numer.* 6, *Rota apud. Gregor. XV. dec.* 105, *numer.* 11, *& decis.* 312, *numer.* 10, *p.* 5, *rec.*

129 Etiam stante pacto accipiendi possessionem propriâ authoritate finita emphyteusi, quia illud intelligitur quando devolutio est ita clara, ut nullam recipiat dubitationem, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst.*1, *numer.* 8, *& sequent. & in tit. de var. caduc. quæst.* 10, *numer.* 9, *Posthi. de manut. obser.* 16, *n.* 48, *Adden. ad Rot. dict. decis.* 131, *num.* 98, *& Rota apud Greg. XV. decis.* 105, *num.* 12. *& ibi Adden. littera A, & decis.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *rec. & in d. Fanen. seu Senogallien. bonor.* 14, *Martii* 1646, *coram Rever. Meltio.*

130 Itaut stante dubio sit danda immissio hæredi ultimi investiti vigore, *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. tollen.* in bonis emphyteoticis, donec pleniùs discutiatur an ille hæres sit inclusus in Investitura, ut tradunt *Adden. ad Rot. d. decis.* 131, *numer.* 92, *& sequent. & Rota decis.* 26, *par.* 2, *& dec.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *recen. & in d. Fanen. seu Senogal. bonor.* §. *exhibuit, &c.*

131 Quæ habent locum nòn solum quando dominus directus vult accipere possessionem bonorum emphyteuticorum ob lineam finitam, sed etiam quando vult illam accipere ob pacta non servata, ob deteriorationem, & ex alio capite, quia hoc ei facere non licet sine citatione partis, nisi quando devolutio esset, ita clara, ut nullâ tergiversatione controverti possit, aliàs secùs, ut tradunt *Fulgin. in dict. tit. de var. caduc. quæst.* 10, *numer.* 7, *Antonell. de temp. legal. lib.* 3, *cap.* 7, *numer.* 88, *Adden. ad Rot. d. decis.* 131, *numer.* 88, *& sequent. & Rot. apud Greg. XV. d. dec.* 105, *n.* 11, ubi aliæ recēsentur.

132 Quicquid dicendum sit quando agitur de capienda possessione bonorum emphyteuticorum

colum

corum ex causa canonis non soluti, quo casu cùm Ecclesia possit de illa esse magis certa, quàm de aliis causis, tunc videtur quòd faciliùs possit capere possessionem propriâ auctoritate, ut not. *Gabr. conf. 88, in fin. lib. 1, & Rota apud Gregor. XV. d. decis. 105, num. 11.*

133 Contrariam tamen opinionem æquiorem, & tutiorem appellant *Clar. in d. §. emphyt. quæst. 11, in fin. Menoch. de recuperanda possess. remed. 1, numer. 78, & sequent. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 22, numer. 4, Caroc. decis. 9. num. 6,* & hanc opinionem circumscripta opinione Rotæ quæ visa fuit contrarium tenere, licèt illam expressè non firmaverit veriorem dicit *Fulgin. in dict. tit. de var. caduc. quæst. 10, numer. 17, vers. Et præsertim, &c.*

ADDITIO.

134 HAc in rubrica annotanda veniebant quamplurima circa materiam emphyteusis, & feudi, ac circa omnia eorundem incidentia, ac dependentia, uti laudimia, & alia; attamen cùm multa sparsa in hoc opere decisa invenias, & materia trivialis, à ullo Doctore, maximè ex nostris Regnicolis, scilicet *Cancer. Fontanel. Peguer. Solson. & aliis* oblita, hac occasione, nè volumen hoc immensum efficiam, huic secundo libro, prætermissis quamplurimis hùc quæ annotare possem, finem impono.

FINIS LIBRI SECUNDI.



STATUTORUM
CIVITATIS EVGUBII
LIBER TERTIUS.

DE APPELLATIONIBUS INTERPONENDIS à sententiis diffinitivis.

Rubrica Prima.



UIA Judicium recta dicitur Veritate fulciri, quòd Plurimorum Sententiâ comprobatur. IDEò si quis senserit se gravatum ab aliqua diffinitiva Sententia, poterit infra decem dies à die Notificationis Is, sivè eius Procurator vivâ voce, vel in scriptis ab ea appellare ad effectum deducendi gravamen sibi illatum, & debeat coràm Iudice suam Appellationem interponere, & Libellum Appellationis quoquo modo exhibere, narrando tenorem Sententiæ, à qua intendit appellare, & ad quem Iudicem, peteréque appellationem admitti, & Apostolos sivè Litteras dimissorias sibi tradi, & concedi in forma. Quo exhibito, & Actuario tradito, Appellans cum Notario accedere debeat ad D. Iudicem, & duobus Testibus adhibitis, id ab eo petere: Notarius verò teneatur à tergo dicti Libelli, sivè Appellationis adnotare Exhibitam dictæ Appellationis, instantiam dicti Appellantis, Pronunciam ipsius Iudicis, admissionis, vel non admissionis, & Testes ad hoc vocatos. Quibus sic peractis, eóque Libello, sivè appellatione Appellanti per Notarium restituto, teneatur Appellans dicto termino decem dierum appellationem introducere coram Iudice ad quem, & facta illius exhibitione petere Litteras citatorias, & inhibitorias sibi concedi: Quibus per Pronunciam dicti Iudicis concessis,

Nota-

Notarius de mandato, easdem litteras conficiat, inhibendo, & præcipiendo Judici à quo, & Parti adversæ, qualiter in causa Appellationis coram eo indecisa pendente, nil debeat innovari sub pœnis iuris, & revocatione attentatorum, Citando tamen Appellatum, quatenùs prima iuris, post præsentationem dictarum litterarum, compareat ad dicendum contra dictam Appellationem, & contenta in ea: Qui si in termino comparuerit, poterit eas, quas voluerit exceptiones deducere, & nihilominùs Partibus petentibus, seu altera ex eis Iudex terminum statuat utrique Parti quinque dierum ad iustificandum, & impugnandum, in quo termino Appellans teneatur suam appellationem iustificare, & docere de gravamine: Appellatus verò eamdem Appellationem impugnare, prout sibi convenire videbitur. Quòd si in dicto termino Appellans de gravamine non docuerit; Iudex ad quem, debeat parte instante, causam ad primum Iudicem remittere, & ne interim Ius Appellantis de facili pereat, possit Iudex prorogare terminum trium dierum ad exhibendum dictum gravamen, cum comminatione in forma. Docto verò de gravamine, si partes, aut aliqua ex eis, voluerit ea, quæ coram Iudice à quo deducta non fuere, coram Iudice ad quem, etiam quo ad testium exceptiones probare, tunc Iudex ad id terminum statuat utrique parti quinque dierum pro prima dilatione, trium dierum pro secunda, pro tertia verò duorum dierum ad probandum quicquid volunt, & possunt, qui termini censeantur assignati, & currant post terminum datum ad iustificandum, & impugnandum etiam partibus non petentibus: Quas dilationes Iudex ex aliqua legitima causa in Pronuncia exprimenda, ad tres alios dies, vel quinque ad summum, & non ulterius prorogare valeat. Quibus terminis elapsis, absque aliqua Iudicis Pronuncia Processus habeatur pro completo, & publicato, & Iudex assignet utrique parti terminum trium dierum ad concordandum, & opponendum, & Iuramentum Suppletivum cui, & quatenus de iure reservatum esse censeatur.

Et si in prædicto termino ad concordandum, & opponendum aliqua ex partibus petierit terminum sibi dari ad allegandum, Iudex quinque dierum parti petenti assignet, alioquin non audiatur, sed eo elapso Iudex mandet sibi Processum, & Iura à partibus consignari, & exhiberi pro expeditione causæ terminandæ infra tres Menses à die Appellationis, iuxta alia Statuta sub Rub. De Instantiis, & Fatalibus. Si verò à partibus non fuerit petitus terminus ad probandum, Iudex elapso termino, eis dato ad iustificandum, & impugnandum, mandet sibi Processum, & Iura exhiberi pro expeditione Causæ, ut suprà facienda. Qua deinde per Sententiam expedita, quatenus prima fuerit confirmata, Iudex appellationis teneatur causam remittere ad primum Iudicem pro totali executione conformium, & si id non exprimat omninò pro expresso habeatur, victumquè victori in expensis condemnet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est provocatio ad maiorem Iudicem ratione gravaminis illati, vel inferendi. & num. 25.*

2 *Appellatio alia est iudicialis, & alia est extraiudicialis.*

3 *Appellatio est interponenda coram Iudice, à quo, aliàs fit deserta.*

Fallit si appellans fuerit impeditus ad eum accedere, num. 4.

Quo casu potest appellari coram Iudice da

ad quem, num. 5,

Vel coram honestis personis, electione appellanti relicta, num. 42,

6 *Appellatio est interponenda infra decem dies, & num. 34,*

Sivè appelletur à diffinitiva, sivè ab interlocutoria, num. 7.

Aliàs sententia transit in iudicatum, num. 8,

Qui terminus non potest prorogari neque à Iudice, neque à parte, n. 9,

Et an sit interponenda infra decem dies à die sententia, vel scientia, n. 10,

Currunt tamen à die prolationis sententia si pars, aut procurator prasentes fuerint, num. 35,

Et currunt à die intimationis, licèt intima in valvis Curia sit facta, num. 37,

11 *Sententia est intimanda domino, non autem procuratori.*

Et si fiat authoritate Iudicis non est necesse inserere tenorem sententia, n. 12,

13 *Appellatio vivâ voce admittitur si fiat incontinenti, aliàs secùs.*

Aliàs est interponenda in scriptis, numer. 14,

15 *Statutum mandans appellationem introduci intra certum tempus coram Iudice ad quem videtur dare formam.*

16 *Appellans potest non deducta deducere, & non probata probare.*

Non potest tamen excipere contra testes in primo iudicio examinatos, n. 17,

18 *Statutum quod appelletur intra certum tempus est ordinatorium.*

Si verò tollat appellationem in totum est decisorium, num. 19,

20 *Appellatio in dubio est admittenda.*

21 *Sententia quando dicatur habere mixturam, ut pars appellabilis trahat partem non appellabilem.*

22 *Iudex appellationis debet exequi sententiam à se latam.*

Declara ut ibi num. 23,

26 *Appellatio est interponenda gradatim ad immediatum superiorem Iudicis à quo.*

Nisi interponatur ad Tribunal Principis, num. 27,

Maximè in Cathalonia, num. 29,

Vel ad Papam, n. 28,

30 *Appellatio est interponenda ad superiorem Iudicis qui iudicavit, inspectâ qualitate iurisdictionis, non persone.*

31 *Appellationes, prima sunt Baronum, ac dominorum directorum, seu feudalium.*

Tamen non exequuntur sententia, prima dicta appellatione pendente, n. 32,

Nec traditur copia processus, nec imitatur Actuarius, num. 33,

37 *Minores restituuntur in integrum adversus interpositam, aut prosequutam appellationem.*

Et pariter adversus lapsum fatalium, num. 38,

Pariterque restituuntur virgines, & vidua, num. 39,

Non tamen maritata habentes virum habilem, n. 40,

41 *Acta cuius expensis sunt transportanda coram Iudice ad quem, aliter appellatio fit deserta.*

43 *Nullitas in Cathalonia à sententia est opponenda intra decem dies intra quot licet appellari.*

44 *Supplicare solùm licet à sententiis latis in Curia Principis, & an ex gratia, an verò ex iustitia.*

Non tamen à sententiis Ordinariorum, sed est appellandum, n. 45,

46 *Authoris narratio.*

ANNOTATIO.

1 APpellatio est provocatio ad maiorem Iudicem ratione gravaminis illati, vel inferendi, ut not. *Maran. in pract. par. 6, in verbo, Et quandóque appellatur, Scacc. de appell. quast. 2, art. 1, numer. 1, vers. Quinta diffinitio, &c. & Pract. Ridolph. par. 1,*
2 *cap. 13, numer. 109.* Quæ tamen dividitur in duas species, alia enim est appellatio iudicialis; & alia est extraiudicialis, ut declarant *Franch. in rubr. de appel. sub numer. 1, in 6, Petr. Greg. Thol. de appell. lib. 1, cap. 1, numer. 1, & Scacc. de appell. quast. 2, art. 3, numer. 32, & sequent.* ubi declarat differentias, quæ sunt inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, quas videas ibi per eum.
3 Appellatio verò quòd debeat interponi coram Iudice à quo, uti habetur etiam in hoc statuto aliàs fiat deserta ex text. in *cap. Vt debitus, 59, de appell.* & tradunt *Scacc. de appellat. quast. 6, numer. 1, & Rota decis. 595, sub numer. 1, par. 1, & decis. 596, numer. 3, & decis. 594, numer. 2, par. 2, recent. & in Fanen. hareditat. 31, Martii 1642, coram R. P. D. Dunoz. post princip.* Nisi
4 tamen appellans non potuisset habere accessum ad Iudicem in tempore, quia tunc illam interponi posse coram Notario tradunt *Scacc. de appellat. d. quast. 6, num. 22, & sequent. Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, numer. 134, & Rota d. decis. 594, numer. 3, & in d. Fanen. hareditat. coram Dunoz. §. Verum quia, &c.* Ac etiam coram Iudice ad quem,

5 quem, & coram honestis viris, ut tradunt
Scacc. de appellat. d. quæst. 6, numer. 18, & sequent. Pract. Ridolph. d. cap. 13, nu. 134,
qui dant concordantes.

6 Et illa interponi debet infra decem dies,
auth. hodiè, C. de appell. cap. Cùm dilectus, 32, §. Si verò, in fin. de elect. Scacc. de appellat. cap. 2, quæst. 12, numer. 2, Pract. Ridolph. par. 1, cap. 23, numer. 118, ubi alios adducit ita sentientes, & dicit, quòd licet de iure dictus tempus currat de momento ad momentum, secùs tamen est in Statu Ecclesiastico vigore *bulla Innocentiana*, cuius vigore potest appellari à sententia ultimâ die decendii in qualibet diei parte, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Antonel. de temp. legal. lib. 4, cap. 23, numer. 1.* Sivè ap-
7 pelletur à sententia diffinitiva, sivè ab interlocutoria, *Scacc. d. quæst. 12, numer. 2, & sequent. Antonel. d. cap. 23, numer. 1, & se-*
8 *quent.* Aliàs si in dicto tempore non appelletur sententia transit in iudicatum, *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 168, numer. 14, Rota apud Merlin. de pignor. decis. 75, numer. 1.* Qui
9 terminus decem dierum non potest prorogari neque à parte, neque à Iudice, ut probant *Adden. ad Vestr. lib. 7, cap. 11, num. 52,* licèt dicant, illum posse prorogari per Principem, & *Scacc. de appel. quæst. 15, numer. 216,* ubi testatur de communi opinione.

Appellationem verò esse interponendam à die Notificationis de sententia factæ prudenter in hoc statuto ordinatum fuit ad effectum
10 tollendi opiniones contrarias inter Doctores, an appellatio interponi debeat intra decem dies à die sententiæ, vel scientiæ, maximè quando appellans fuit citatus personaliter ad sententiam, & quando est verus contumax, de quibus agunt *Scacc. de appell. d. quæst. 12, numer. 9, & sequent. vers. Primus casus, &c. Pract. Ridolph. in d. par. 1, cap. 15, numer. 123, & Antonel. de tempor. legal. d. cap. 23, num. 6, & seq.*

11 Quæ quidem intimatio est facienda domino causæ, non autem Procuratori, ut not. *Card. in Clem. causam, §. 1, de elect.* quem refert, & sequitur *Cancer. var. resol. par. 2,*
12 *cap. 14, numer. 126.* Et si illa fiat authoritate Iudicis sufficit, quòd contineat, sententiam fuisse latam contra eum, licèt tenor sententiæ non inseratur, ut tenent *Lancell. de atten. par. 2, cap. 12. numer. 177, & seq. Scacc. de appell. d. quæst. 12, numer. 30, & Antonel. de tempo. legal. part. 4, quæst. 23, numer. 13.*

13 Appellatio verò vivâ voce permissa à dicto statuto est valida si fiat in continenti post latam sententiam Iudice adhuc pro Tribunali sedente, aliàs secùs, *Scacc. de appell. quæst. 4, num. 15, & sequent. Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, numer. 137, Rota apud Duran. decis. 297, numer. 1,* ubi concordantes.
14 Aliàs debet interponi in scriptis, uti habetur in hoc statuto, ut not. *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 168, numer. 10,* ubi dicit, idem esse in appellatione à sententia habente vim diffinitivæ, ut ibi per eum, qui dat concordantes.

15 Dum verò statutum mandat, quòd appellans teneatur appellationem introducere intra decem dies coram Iudice ad quem videtur dare formam, itaut appellatio dicatur deserta, dum statutum utitur verbo *Teneatur*, quòd inducit necessitatem, & formam, ut not. *P. Sanch. in precep. Decal. lib. 6, cap. 4, numer. 38, Barbos. de dictio. dict. 406, numer. 1, & Rota dec. 216, nmu. 2. par. 1, rec. & in Eugub. emphyt. 4, Maii 1657, coram Cardin. Celso post princ.* licèt si appellans fuerit impeditus id facere, dari ei restitutionem ipso iure conclusum fuerit in *Cappel. Thol. dec. 320, per tot.*

Advertendum est etiam, quòd dum statutum admittit ad probandum coram Iudice ad quem, quæ non fuerunt probata coram Iu-
16 dice à quo concordat cum dispositione Iuris communis, cuius vigore ad favorem appellantis stat commune illud dictum *Non deducta deducam, & non probata probabo,* de quo *Maran. in pract. par. 6, actu. 2, numer. 159, Lancel. de atten. par. 2, cap. 12, limit. 27. per tot. & Scacc. de appell. quæst. 11,*
17 *numer. 184.* Licèt illud discordet à iure communi, dum admittit appellantem etiam ad dandum exceptiones contra personas testium in primo iudicio examinatorum, quod de iure non est permissum, ut tradunt *Thesaur. decis. 259, numer. 4,* ubi dicit, ita per Senatum fuisse iudicatum, *Mastrill. decis. 97, numer. 2, & sequent.* ubi pariter dicit ita fuisse centențiatum, *Cancer. variar. resol. par. 1, cap. 20, numer. 48, vers. Si verò, &c.* & alii plures per me relati in *resol. crim. in verbo Reus. resol. 2, numer. 1,* ubi alios contrarium tenentes recensui.

18 Addo prædictis, quòd statutum de appellatione admittenda, vel quod sit appellandum intra quinque dies est ordinatorium. *Hond. conf. 29, numer. 9, & sequent. vol. 2, Scacc. de appell. quæst. 18, numer. 3, & seq. Rota decis. 305, numer. 10, par. 6, rec. & de-*
19 *cis. 552, numer. 8, par. 3, rec.* Si verò illud tollat appellationem in totum est decisoriũ, ut dicit *Rota d. dec. 552, n. 8, p. 3, rec.*

20 Nec non etiam, quòd appellatio in dubio debet admitti, *Surd. decis. 27, numer. 2,*

Vinc,

Vinc. de Franch. dec. 351, *num.* 3, latè *Guaz.*
defens. 36, *cap.* 3, *numer.* 2, qui alios dat con-
cordantes, & subiungit illam esse admittendam ad utrumque effectum, ut ibi per eum,
& *Ursell. in examen. apum conclus.* 128, *n.* 5.
21 & quando sententia dicatur habere mixturam, itaut pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem vide *Adden. ad Gregor. XV. decis.* 232, *num.* 6, *Ursell. in exam. apum concl.* 128, *numer.* 1, & *seqq.* & *Rota apud Merlin. de pignor. dec.* 72, *n.* 3,
22 De iure autem communi Iudex appellationis confirmando sententiam debet illarum executionem concedere, cùm actio detur ex sententia confirmante, ut docent *Bart. in l. à Divo Pio* 15, *numer.* 15, *ff. de re iudic.* & *in l. præcipimus* 32, *§. officiis. sub numer.* 1, & 2, *Cod. de appell. Vestr. in pract. lib.* 8, *cap. ult. sub numer.* 9, ubi dicit, quòd *Bart.* ubi suprà omnes sequuntur, & *Scacc. de appell. quæst.* 11, *numer.* 162, & *sequent.*
23 ubi aliquas affert limitationes, & præcipuè quando intentatur officium Iudicis, ut ibi per eum.

ADDITIO.

24 NOn me terret, benevole Lector? propter sterilitatem materiæ huius rubricæ aliqua annotare, benè verò terret me fertilitas, ac abundantia illius, à ullo penè Doctore prætermissa, & certè nescio in tam mare magno quid in publicum demōstrem, quin millies non sit dictum; quà propter si solùm *DD.* in publicum ducerent nòn dicta, ac scripta, præclusa esset via ulteriùs scribendi, & ideò insequendo themam assumptam aliqua dicam.
25 Appellatio autem, ut ex diffinitione tradita hic à *nostro Concilio numer.* 1, est interponenda de minori Iudice ad maiorem, & tradunt *Altimar. de nullitatib. rubr.* 3, *q.* 25, *numer.* 1, & *Passim Salgad. de Reg. protect. part.* 4, *cap.* 3, *numer.* 224, *Solorzan. de iur. Indiar. tom.* 2, *lib.* 3, *cap.* 9, *à numer.* 18, *Pellegrin. in prax. part.* 3, *sect.* 1, *numer.* 4, *Hunni. Encycloped. iur. part.* 2, *tit.* 33, *cap.* 3, *numer.* 1, *Peguer. in prax. rubr.* 27, *num.* 1, & *alii quamplurimi*, quos citat *Mattheu. de regim. Regn. Valen. cap.* 12, *§.* 2, *Scoppa ad Gratian. obser.* 24, *numer.* 1, *Passerin. à Sextula ad tit. de appellatio. in* 6, *articul.* 6, *per tot.* maximè *à numer.* 69, *Pilaia decis. canon. tom.* 2, *lib.* 4, *decis.* 1, *numer.* 65. &
26 ad superiorem immediatum, aliàs sententia, & processus actitati coram Iudice ad quem essent nulli: maximè parte opponente, aut saltim est remittenda appellatio per superiorem ad Iudicem competentem, *Hunn. d. cap.* 3, *numer.* 3, *Matthau. d. §.* 2, *numer.* 7, *Ab Eccles. obser. Pedemont. part.* 2, *obser.* 5, *numer.* 1, *Altimar. de nullitatib. rubr.* 3, *quæst.* 25, *numer.* 2, & *ferè per tot. Fontanel. de pact. clau.* 7, *glos.* 2, *part.* 10, *numer.* 20, *Carleval. de iudic. tit.* 1, *disp.* 2, *num.* 1237, *Giurb. obser.* 56, *numer.* 8, *Berlich. conclus. iur. par.* 1, *concl.* 50, *numer.* 67, & 92, *Passerin. ubi suprà numer.* 70, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 8, *disp.* 24, *numer.* 5, 24, & 35, pro mille amore pro nimia illius scientia, ac meritis à me prosequutus *Emanuel. Alvarez. Pegas var. resol.* 15, *numer.* 4, ubi ita decisum in Supremo Lusitano Senatu tradit, & *quamplurimi*, quos citat *Sabell. in summ. diversi. tractat. §. Appellatio. numer.* 33. licèt aliqui Docto-
27 res teneant, quòd omisso medio, potest ad Tribunal Principis sæcularis appellari, quos recensent *dictus Matthau. d. §.* 2, *numer.* 7, *Sabell. d. numer.* 33, *vers. Et quod dicitur de Papa, &c. refutant Doctores citati à dicto Hunni. d. cap.* 3, *numer.* 5, & *à d. Ab Eccles. d. obser.* 5, *numer.* 2, videndi *citati per Giurb. d. numer.* 8, *circa fin. Berlich. dict. conclus.* 50, *numer.* 68, *Fragos. ubi supr. nu-*
28 *mer.* 27. quod de iure canonico absque difficultate procedit, posse ad Papam omisso medio appellari, *Altimar. d. quæst.* 25, *numer.* 25, *Ab Eccles. dict. obser.* 5, *numer.* 3, *Hunni. d. cap.* 3, *numer.* 6, *Pellegrin. dict. sect.* 1, *numer.* 5. *Sabell. d. numer.* 33, *vers. De iure tamen canonico, &c. Passerin. d. art.* 6, *n.* 72, *Fragos. ubi supr. n.* 26.
29 Itaque in hac nostra Provincia Cathaloniæ cùm per expressam Constitutionem, sequi debeamus ius canonicum, in defectum statutarii, ante ius civile, fit quòd omisso medio, potest appellari ad Regium Concilium, quàpropter raró de hoc à parte opponitur, nec petitur remissio causæ, prout tradit de Ducatu Sabaudiæ *d. Ab Eccles. obser.* 5, *n.* 4.
30 Appellandúmque pariter est, ad superio
rem Iudicis, qui iudicavit, & sententia
tulit, non inspectâ qualitate illius perso
an sit laicus, aut Clericus, sed solâ qual
iurisdictionis, unde est, quòd à Iudic
clesiastico, temporalem iurisdictioner
cente, appellatur ad superiorem sæc
non autem ad Ecclesiasticum, *fr*
mus, ac Nobilis Regens noster C 23.
cis. 9, *numer.* 3, & eo citato *Nob* ct. 2.
Amigant ad prax. Peguer, rubr Giurb.
Mingan. basis. Pontific. iur de Reg.
fundamen. 1, *quæst.* 6, *sect.* 1,
obser. 115, *numer.* 18, *D. Pe* Pa.

Rimin. Iun. conf. 165, *numer.* 3, *lib.* 2, &
conf. 664, *numer.* .... *lib.* 6, cum quo per-
transit *Corbol. de emphyt. in tit. de caus. priv.
ob solut. canon. limit.* 2, *numer.* 11, *in addit.*
nec non *Bertaz. conf.* 77. *n.* 3,

Itaut cùm dicta Bulla nostra mandet dicta pa-
cta permittentia alienationem bonorum em-
phyteuticorum, & alia de quibus in ea ha-
beri pro appositis in Instrumento Investitu-
ræ apertè demonstrat noluisse pacta contra-
ria in ea apponi posse, aliàs admitteret con-
92 trarietatem in eodem Instrumento, pro cu-
ius exclusione omnis interpretatio est facien-
da, *Surd. decis.* 322, *numer.* 36, *Andreol.
controver.* 239, *num.* 35, & *Rota decis.* 104,
numer. 9, *apud Merlin. de pignor.* Maximè
in eadem scriptura *Andreol. d. controver.*
239, *numer.* 35, *Rota apud Cardin. Mantic.*
93 *decis.* 236, *numer.* 4. Et cùm magis atten-
dendus sit favor accipientis, quàm concedē-
tis, *Alciat. conf.* 34, *num.* 4, *lib.* 1, *Calvin.
de æquit. lib.* 2, *cap.* 151, *n.* 54.

Quæ eo magis recipienda sunt quo ad pactum,
quod bona emphyteotica finita linea liberè
94 ad dominum revertantur, quia illud non
infringere dispositionem dictæ *bullæ* dixit
Rot. in Mutinen. emphyt. 28, *Maii*, 1638,
coram Dunoz. & apud Bich. d. decis. 57,
95 *numer.* 14. Cùm ut per pacta contraria cen-
seatur recessum à dispositione dictæ *bullæ* re-
quiratur, quòd appareat de omnimoda men-
te contrahentium recedendi à dispositione
dictæ Bullæ, aliàs sit ei standum, & quòd
Investitura sit facta in forma insolita, & ex-
traordinaria, ut declarat *Merlin. de legit.
lib.* 2, *tit.* 1, *quæst.* 8, *num.* 13, *vers. Putarem
tamen*, &c.

96 Cuius *bullæ* nostræ dispositionem non
habere locum in bonis emphyteoticis exi-
stentibus extra territorium, & districtum
Civitatis Eugubii, licèt sint sub directo do-
minio Ecclesiarum existentium in Civitate
Eugubii, voluerunt *Rim. Sen. conf.* 631, *nu-
mer.* 14, & *sequent. lib.* 4, & *Corb.* qui il-
lum referendo sequitur *de emphyt. in tit. de
caus. privat. ob non solut. canon. limit.* 2, *nu-
mer.* 11. *vers. Dealara ultra*, &c. *in addit.*
97 Maximè cùm Papa in dicta Bulla faciat mē-
tionem de territorio, & districtu, ut in ter-
minis *Bonifacianæ not. Card. Tusch. pract.
conclus. litt. F, conclus.* 95, *numer.* 3, & *ibi
Modern. Adden.* & *Cardin. Mantic. de
tacit. lib.* 22, *titul.* 27, *numer.* 11, & in ter-
minis *Concordiæ Urbinaten.* advertit *Domi-
nus meus Deluca in d. tit. de emphyt. discur.*
19, *numer.* 3.

98 Utrum verò dicta Bulla liget Ecclesias
dominas directas existentes in alio territo-
rio, & habentes bona emphyteotica in ter-
ritorio, & districtu Eugubino adsunt opi-
niones inter se contrariæ, quas refert *Card.
Tusch. pract. conclus. litt. V, conclus.* 295,
99 *numer.* 5. Ego autem sentirem pro affirma-
tiva stante d. confirmatione *Gregor. XII.*
Quia licèt Clerus, & Commune Eugubii
non possunt disponere in præiudicium Ec-
clesiarum existentium extra eorum territo-
100 rium, per regulam Res inter alias acta ter-
tio non præiudicat, *l. fin. ff. de re iudic.* & latè
comprobat *Tiraq. in tract. Res inter alios,
&c. in princ.* Id tamen cessat stante confirma-
tione Sedis Apostolicæ facta ex certa scien-
tia, & cum clausula *Non obstantibus qui-
buscumque, &c.* de quibus in dicta *bulla*,
101 cùm Papa habeat liberam, & plenam po-
testatem disponendi ad sui libitum de bo-
nis Ecclesiarum, ut dicit *Rota decis.* 357,
numer. 9, & *numer.* 103, *part.* 11, *rec.* & *de-
cis.* 413, *numer.* 36, *par.* 12, *recen.* Maximè
102 cùm Papa confirmando conventiones ini-
tas inter Clerum, & Commune Eugubii
mandet illas inviolabiliter observari, quo
casu dicitur ipse novam legem condere, &
de novo statuere ut tradit *Rota decis.* 298,
numer. 17, *par.* 10, *recent.* & *dis.* 438, *num.*
54, & *sequent. p.* 4, *recen. tom.* 2.

103 Notandum est etiam ad declarationem
dictæ *bullæ*, quòd licèt admodum sit con-
troversa quæstio in bona emphyteotica ex
pacto, & providentia possint confiscari, ma-
ximè quæ sunt sub directo dominio Eccle-
siæ, ut videre est apud *Farinac. de delict. &
pœn. quæst.* 25, *numer.* 59, & *sequent.* apud
Guazzin. de confisc. bonor. concl. 13, *limit.*
33, *per tot.* apud *Fulgin. de bon. emphyt. in
tit. de success. quæst.* 4, *per tot.* & *in tit. de
laudem. quæst.* 31, *per tot.* & apud *Dominum
Deluca in dict. tit. de emphyt. tom.* 4, *disc.*
32, *numer.* 10.

104 In terminis tamen *bullæ* nostræ per quā
bona emphyteotica redacta sunt ad instar fe-
rè bonorum allodialium, & sunt transitoria
ad extraneos hæredes illa venire in confi-
scationem bonorum tenuerunt in terminis
*bullæ Bonifacianæ Fulgin. de iure emphyt.
in d. tit. de success. in bon. emphyt. quæst.* 4,
numer. 13, & *sequent.* ubi dat concordantes,
& testatur de veriori opinione, *Farinac. in
d. quæst.* 25, *numer.* 56, *vers. Sed quod imò,
&c.* ubi dicit, hanc opinionem veriorem,
communiorem, & magis servatam, *Gra-
tian. discept. forens. cap.* 481, *numer.* 62,
part. 3, *Pigan. ad stat. Ferrar. d. rubr.* 127,
numer. 85, *vers. Hac tamen. opinio, &c.* &
Rota decis. 261, *numer.* 9, & *sequent. par.* 10,
recent. ubi testatur de veriori, & magis
com-

communi opinione loquendo in terminis *Consuetudinis Abbatiæ Farfensis.*

105 Licèt contrarium d. bona præcipuè Ecclesiastica non posse transire in fiscum in dicto casu tenuerint *Clar. in §. emphyt. quæst. 29, vers. breviter, &c.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione, quam probabilem dicit *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 30, num. 25, & sequent. Guazz. de confisc. bonor. d. concl. 15, limit. 33, num. 19, & sequent.* qui pariter hanc dicit veriorem, & magis communem opinionem, quorum rationibus respondent *Farinac. ubi suprà, Facchin. lib. 9, controver. iur. cap. 53, & P. Sanch. in præcept. Decal. lib. 2, cap. 19, numer. 29.*

106 Quæ opinio procedit sine difficultate quando Bursa Fiscalis est eadem cum Bursa, seu Mensa Ecclesiæ dominæ directæ, ut probat *Pigan. ad stat Ferrar. d. rubr. 127, sub numer. 86, & Rota d. decis. 261, num. 10, p. 10, recent.*

107 Data autem confiscatione potest Ecclesia infra biennium bona emphyteotica à fisco repetere, ut not. *Card. Mantic. d. tit. 30, numer. 9, Guazzin. d. limit. 33, numer. 20, P. Sanch. in d. cap. 19, numer. 31,* qui testatur de veriori opinione, *& Pigan. ad d. rubr. 127, numer. 86,* ubi dicit posse Ecclesiam cogere fiscum ut dicta bona vendat, illa reincidant in manus privatorum, & idem not. *Fulgin. in d. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 4, num. 14.*

108 Licèt contrarium non posse Ecclesiam repetere bona confiscata à fisco infra biennium tenuerint *Farinac. in d. quæst. 25, numer. 56,* & alii, quos refert *P. Sanch. in d. cap. 19, n. 30, & seq.*

Advertendum etiam est, quòd dum in hac *bulla in §. Item quod quilibet,* mandatur, per emphyteutam solvi domino directo cano-
109 nem solitum; quòd d. canon sit solitum est probandum, itaut non sit standum assertioni id dicentis, ut probant *Barbos. de potest. Episc. alleg. 95, numer. 33, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de contract. emphyt. q. 9, numer. 10, & Rota decis. 160, numer. 4, par. 2, diversor.*

Quod habet locum etiam dum in eodem §. disponitur, nihil addi posse canoni solven-
110 do nisi quod consuetum est, quia dictum consuetum est probandum pariter per asserentem, ita ut non sit standum dicto asserentis, ut not. *Parif. cons. 60, num. 7, lib. 1, Barbos. & Fulgin. in loc. proximè adduct.*

111 Quod verbum *Consuetum* verificatur in pluribus solutionibus ultra duas, ut not. *Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. S, concl. 334, numer. 29,* ubi dicit, solitum differre à consueto, quia solitum potest verificari in unico, vel in duobus actibus, & *Gratian. de diction. dict. 253, numer. 1, & 2,* ubi testatur de veriori opinione, secus tamen est in consueto, quod requirit plures actus ultra
112 duos, ut ibi per eos, de quo videas etiam *Antonell. de temp. legal. lib. 1, cap. 78, nu. 15.*

113 Poterit autem dictum consuetum probari per famam, *Mascar. de prob. concl. 432, numer. 1, & 2, vol. 1, Duen. reg. 299, Fallen. 16,* per portiones canonis *Corbol. de emphyt. in tit. de caus. privat. ob non solut. canon. quæst. 4, numer. 6, Fulgin. de iure emphyt. in tit. de solut. canon. quæst. 4, num. 4,* declarando ut ibi per eos, & per *Farin. de test. quæst. 60. numer. 26, & sequent.* Item
114 ex libris domini directi quos ipse tenetur edere ad fundandam intentionem emphyteutæ, *Corbol. in d. tit. de caus. privat. ob non solut canon. d. quæst. 4, in fin. & Fulgin. in d. tit. de solut. canon. quæst. 4, in fin.*
115 licèt aliàs dictum librum ad favorem domini contra emphyteutam semiplenè tantùm probare dixerint *Rimin. Iun. cons. 432, numer. 13, lib. 4, & Genua de scrip. privat. lib. 4, in tit. de libro dom. contra rustic. in fine.*

Addo pro coronide quamplurimis omissis ad declarationem dict. Bullæ spectantibus, quæ latè habentur in *Commentario per me super*
116 *dicta bulla compilato,* quòd Dominus Papa in fine huius Bullæ illam appellat pluribus nominibus, & præcipuè suam Constitutionem, ibi *Nulli ergo hominem liceat hanc paginam nostra voluntatis, Constitutionis, &c.* ex quo colligitur Dominum Papam non fuisse contentum simplici nomine *confirmationis*, sed ulterius voluit appellare il-
117 lam propriam *Constitutionem,* ad indicandum enixam eius voluntatem quod illa omninò sit observanda ad notata per *Rot. decis. 414, numer. 7, part. 4, recentior. & decis.*
118 *408, numer. 10, p. 4, rec. tom. 2.* Et ad effectum, ut dari non possit de non usu illius, seu de contrario usu sine scientia Papæ, *Rot. dec. 246, n. 1, & dec. 221, n. 5, & 6, par. 1. rec. & apud Cenc. de cens. decis. 365, n. 17.*

119 Advertas secundò, quòd qui sine iusta, & rationabili causa dispositioni huic Apostolicæ non paruerit indignationem *Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli* erit incursus, uti habetur *in §. fin. d. bullæ,* & not. *Barbos. de claus. claus. 91, in princ.* Et peccare mortaliter opponens se si-
120 ne iusta causa Pontificiæ Constitutioni tradunt *Barbos. in d. claus. 91. n. 1, in fin. & Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 2, de claus.*

clauſ. 504, *numer.* 2, qui dant concordantes.

121 Licèt contravenientem Bullæ Pontificiæ, in qua adeſt dicta clauſula puniendum eſſe tantùm pœnâ arbitrariâ tradunt *Menoch. de arbitr. caſu* 365, *numer.* 5. & alii quos referendo ſequitur *Barboſ. d. clauſ.* 91, *n.* 4.

122 Si tamen de facto infringant, & contraveniant dictæ Conſtitutioni, ſecùs ſi tantùm de iure, quia tunc non comprehenduntur ſub diſpoſitione dictæ clauſulæ, ut declarant *Marta de clauſ. p.*1, *clauſ.* 314, *num.* 1, *& Barboſ. in d. clauſ.* 91, *numer.* 5. Qui *num. ſequent.* addit quòd d. verbum *Infringere* in hoc *§. fin.* appoſitum importat Retractare, vel per malitioſam interpretationem infringere, Et dicta verba *Temerario*
123 *auſu* importare etiam ſine dolo, ſed ex ſubtilitate contraire, & dictum verbum *Attentare* verificari etiam ſi illud ad effectum non perducatur, ut ibi per eum; de puibus videas etiam *Card. Tuſch. pract. concluſ. littera* 352, *n.*1, *& ſequent.*

124 Addo pro complemento materiæ, quòd cùm bona emphyteotica vigore ſupradictæ Bullæ redacta ſint ad inſtar bonorum allodialium, ut probavi ſuprà num.... ſi illa fuerint data in dotem ex eis vir poteſt conſequi lucrum dotale ei debitum vigore ſtatuti, ut poſt *Dec. Curt. Iun. Rolan.* & alios per eum relatos firmat *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de ſucceſ. in bon. emphyt. quæſt.* 24, *numer.* 6, de quo videas etiam *Illuſtriſſimum Dominum Deluca in Theatr. verit. & inſt. tom.* 4, *in tit. de emphyt. diſcur.* 24, *numer.* 6.

125 Nec non etiam quòd in caſu devolutionis bonorum ob lineam finitam Dominus directus non poteſt accipere poſſeſſionem illorum propriâ authoritate, & non citato poſſeſſore, & donec fuerit cognitum eſſe locum devolutioni, cùm emphyteuta, ſeu eius ſucceſſor ſi eſſet citatus plures exceptiones deducere poſſet, propter quas fortaſsè nõ eſſet locus devolutioni, ut tradunt *Thom. deciſ. March.* 16, *ferè per tot. Adden. ad Rot. dec.* 131, *n.* 88, *& ſeq. p.* 8, *rec. & Rota dec.* 409, *n.* 7. *p.*1, *rec. & apud Greg. XV. deciſ.* 105, *n.* 11, *& ibi Adden. litt. A, coram Andrea. dec.* 36, *n.* 7, *& in Fanen. ſeu. Senogallien. bonor.* 14, *Martii* 1646, *§, Quia cum magna, &c. coram. R.P.D. Meltio*, & alibi paſſim, ubi aliæ recenſentur quampluręs.

126 Cùm ad iſtum effectum, quòd dominus directus valeat accipere poſſeſſionem bonorum emphyteuticorum ob lineam finitam propriâ authoritate requiratur, quòd devolutio ſit adeò clara, ut nullo modo valeat controverti, ut declarant *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 88, *& ſequent. par.* 8, *rec. & Rota deciſ.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *rec. & apud Cardin. Celſum deciſ.* 13, *numer.* 5, *& in d. Fanen. ſeu Senogallien. bonor. d. §. Quia*
127 *cum magna, &c.* & debeat conſtare nòn ſolum emphyteuſim eſſe finitam, ſed etiam emphyteutam eſſe deſtitutum omni auxilio, *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 131, *numer.* 88, *& ſequent.* latè comprobantes, *& deciſ.* 143, *numer.* 14, *& ſequent. part.* 10, *rec. & in d. Fanen. ſeu Senogallien. bonorum d. §. Sed quia magna, &c.*

128 Itaut ſi dominus directus accipiat poſſeſſionem dictorum bonorum emphyteuticorum de facto, & non citato poſſeſſore emphyteuta, ſeu illius ſucceſſor dicatur ſpoliatus, & ei competat ſpolium, *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de var. caduc. quæſt.* 10, *numer.* 6, *Rota apud. Gregor. XV. dec.* 105, *numer.* 11, *& deciſ.* 312, *numer.* 10, *p.* 5, *rec.*

129 Etiam ſtante pacto accipiendi poſſeſſionem propriâ authoritate finita emphyteuſi, quia illud intelligitur quando devolutio eſt ita clara, ut nullam recipiat dubitationem, ut not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæſt.* 1, *numer.* 8, *& ſequent. & in tit. de var. caduc. quæſt.* 10, *numer.* 9, *Poſthi. de manut. obſer.* 16, *n.* 48, *Adden. ad Rot. dict. deciſ.* 131, *num.* 98, *& Rota apud Greg. XV. deciſ.* 105, *num.* 12. *& ibi Adden. littera A, & deciſ.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *rec. & in d. Fanen. ſeu Senogallien. bonor.* 14, *Martii* 1646, *coram Rever. Meltio.*

130 Itaut ſtante dubio ſit danda immiſſio hæredi ultimi inveſtiti vigore, *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. tollen.* in bonis emphyteoticis, donec pleniùs diſcutiatur an ille hæres ſit incluſus in Inveſtitura, ut tradunt *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 131, *numer.* 92, *& ſequent. & Rota deciſ.* 26, *par.* 2, *& dec.* 359, *numer.* 4, *par.* 5, *recen. & in d. Fanen. ſeu Senogal. bonor. §. exhibuit, &c.*

131 Quæ habent locum nòn ſolum quando dominus directus vult accipere poſſeſſionem bonorum emphyteuticorum ob lineam finitam, ſed etiam quando vult illam accipere ob pacta non ſervata, ob deteriorationem, & ex alio capite, quia hoc ei facere non licet ſine citatione partis, niſi quando devolutio eſſet, ita clara, ut nullâ tergiverſatione controverti poſſit, aliàs ſecùs, ut tradunt *Fulgin. in dict. tit. de var. caduc. quæſt.* 10, *numer.* 7, *Antonell. de temp. legal. lib.* 3, *cap.* 7, *numer.* 88, *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 131, *numer.* 88, *& ſequent. & Rot. apud Greg. XV. d. dec.* 105, *n.* 11, ubi aliæ recẽſentur.

132 Quicquid dicendum ſit quando agitur de capienda poſſeſſione bonorum emphyteuticorum

corum ex causa canonis non solui, quo casu cùm Ecclesia possit de illa esse magis certa, quàm de aliis causis, tunc videtur quòd facilius possit capere possessionem propriâ auctoritate, ut not. *Gabr. cons. 88, in fin. lib.* 1, *& Rota apud Gregor. XV. d. decis.* 105, *num.* 11.

133 Contrariam tamen opinionem æquiorem, & tutiorem appellant *Clar. in d. §. emphyt. quæst.* 11, *in fin. Menoch. de recuperanda poss. remed.* 1, *numer.* 78, *& sequent. Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 22, *tit.* 22, *numer.* 4, *Caroc. decis.* 9. *num.* 6, & hanc opinionem circumscripta opinione Rotæ quæ visa fuit contrarium tenere, licèt illam expressè non firmaverit veriorem dicit *Fulgin. in dict. tit. de var. caduc. quæst.* 10, *numer.* 17, *vers. Et præsertim, &c.*

ADDITIO.

134 HAc in rubrica annotanda veniebant quamplurima circa materiam emphyteusis, & feudi, ac circa omnia earundem incidentia, ac dependentia, uti laudimia, & alia; attamen cùm multa sparsa in hoc opere decisa invenias, & materia trivialis, à ullo Doctore, maximè ex nostris Regnicolis, scilicet *Cancer. Fontanel. Peguer. Solson. & aliis* oblita, hac occasione, nè volumen hoc immensum efficiam, huic secundo libro, prætermissis quamplurimis hùc quæ annotare possem, finem impono.

FINIS LIBRI SECUNDI.



STATUTORUM
CIVITATIS EVGUBII
LIBER TERTIUS.

DE APPELLATIONIBUS INTERPONENdis à sententiis diffinitivis.

Rubrica Prima.



UIA Judicium recta dicitur Veritate fulciri, quòd Plurimorum Sententiâ comprobatur. IDEò si quis senserit se gravatum ab aliqua diffinitiva Sententia, poterit infra decem dies à die Notificationis Is, sivè eius Procurator vivâ voce, vel in scriptis ab ea appellare ad effectum deducendi gravamen sibi illatum, & debeat coràm Iudice suam Appellationem interponere, & Libellum Appellationis quoquo modo exhibere, narrando tenorem Sententiæ, à qua intendit appellare, & ad quem Iudicem, peteréque appellationem admitti, & Apostolos sivè Litteras dimissorias sibi tradi, & concedi in forma. Quo exhibito, & Actuario tradito, Appellans cum Notario accedere debeat ad D. Iudicem, & duobus Testibus adhibitis, id ab eo petere: Notarius verò teneatur à tergo dicti Libelli, sivè Appellationis adnotare Exhibitam dictæ Appellationis, instantiam dicti Appellantis, Pronunciam ipsius Iudicis, admissionis, vel non admissionis, & Testes ad hoc vocatos. Quibus sic peractis, eóque Libello, sivè appellatione Appellanti per Notarium restituto, teneatur Appellans dicto termino decem dierum appellationem introducere coram Iudice ad quem, & facta illius exhibitione petere Litteras citatorias, & inhibitorias sibi concedi: Quibus per Pronunciam dicti Iudicis concessis, Nota-

Notarius de mandato, easdem litteras conficiat, inhibendo, & præcipiendo Judici à quo, & Parti adversæ, qualiter in causa Appellationis coram eo indecisa pendente, nil debeat innovari sub pœnis iuris, & revocatione attentatorum, Citando tamen Appellatum, quatenùs prima iuris, post præsentationem dictarum litterarum, compareat ad dicendum contra dictam Appellationem, & contenta in ea: Qui si in termino comparuerit, poterit eas, quas voluerit exceptiones deducere, & nihilominùs Partibus petentibus, seu altera ex eis Iudex terminum statuat utrique Parti quinque dierum ad iustificandum, & impugnandum, in quo termino Appellans teneatur suam appellationem iustificare, & docere de gravamine, Appellatus verò eamdem Appellationem impugnare, prout sibi convenire videbitur. Quòd si in dicto termino Appellans de gravamine non docuerit; Iudex ad quem, debeat parte instante, causam ad primum Iudicem remittere, & nè interim Jus Appellantis de facili pereat, possit Iudex prorogare terminum trium dierum ad exhibendum dictum gravamen, cum comminatione in forma. Docto verò de gravamine, si partes, aut aliqua ex eis, voluerit ea, quæ coram Iudice à quo deducta non fuere, coram Iudice ad quem, etiam quo ad restium exceptiones probare, tunc Iudex ad id terminum statuat utrique parti quinque dierum pro prima dilatione, trium dierum pro secunda, pro tertià verò duorum dierum ad probandum quicquid volunt, & possunt, qui termini censeantur assignati, & currant post terminum datum ad iustificandum, & impugnandum etiam partibus non petentibus: Quas dilationes Iudex ex aliqua legitima causa in Pronuncia exprimenda, ad tres alios dies, vel quinque ad summum, & non ulterius prorogare valeat. Quibus terminis elapsis, absque aliqua Iudicis Pronuncia Processus habeatur pro completo, & publicato, & Iudex assignet utrique parti terminum trium dierum ad concordandum, & opponendum, & Iutamentum Suppletivum cui, & quatenus de iure reservatum esse censeatur.

Et si in prædicto termino ad concordandum, & opponendum aliqua ex partibus petierit terminum sibi dari ad allegandum, Iudex quinque dierum parti petenti assignet, alioquin non audiatur, sed eo elapso Iudex mandet sibi Processum, & Iura à partibus consignari, & exhiberi pro expeditione causæ terminandæ infra tres Menses à die Appellationis, iuxta alia Statuta sub Rub. De Instantiis, & Fatalibus. Si verò à partibus non fuerit petitus terminus ad probandum, Iudex elapso termino, eis dato ad iustificandum, & impugnandum, mandet sibi Processum, & Iura exhiberi pro expeditione Causæ, ut suprà facienda. Qua deinde per Sententiam expedita, quatenus prima fuerit confirmata, Iudex appellationis teneatur causam remittere ad primum Iudicem pro totali executione conformium, & si id non exprimat omninò pro expresso habeatur, victumquè victori in expensis condemnet.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio est provocatio ad maiorem Iudicem ratione gravaminis illati, vel inferendi. & num. 25,*

2 *Appellatio alia est iudicialis, & alia est extraiudicialis,*

3 *Appellatio est interponenda coram Iudice, à quo, aliàs sit deserta.*

Fallit si appellans fuerit impeditus ad eum accedere, num. 4,

Quo casu potest appellari coram Iudice da

ad quem, num. 5,

Vel coram honestis personis, electione appellanti relicta, num. 42,

6 *Appellatio est interponenda infra decem dies, & num. 34,*

Sivè appelletur à diffinitiva, sivè ab interlocutoria, num. 7.

Aliàs sententia transit in iudicatum, num. 8,

Qui terminus non potest prorogari neque à Iudice, neque à parte, n. 9,

Et an sit interponenda infra decem dies à die sententia, vel scientia, n. 10,

Currunt tamen à die prolationis sententia si pars, aut procurator præsentes fuerint, num. 35,

Et currunt à die intimationis, licèt intima in valvis Curiæ sit facta, num. 37,

11 *Sententia est intimanda domino, non autem procuratori.*

Et si fiat autoritate Iudicis non est necesse inserere tenorem sententiæ, n. 12,

13 *Appellatio vivâ voce admittitur si fiat incontinenti, aliàs secùs.*

Aliàs est interponenda in scriptis, numer. 14,

15 *Statutum mandans appellationem introduci intra certum tempus coram Iudice ad quem videtur dare formam.*

16 *Appellans potest non deducta deducere, & non probata probare.*

Non potest tamen excipere contra testes in primo iudicio examinatos, n. 17,

18 *Statutum quod appelletur intra certum tempus est ordinatorium.*

Si verè tollat appellationem in totum est decisorium, num. 19,

20 *Appellatio in dubio est admittenda.*

21 *Sententia quando dicatur habere mixturam, ut pars appellabilis trahat partem non appellabilem.*

22 *Iudex appellationis debet exequi sententiam à se latam.*

Declarant ibi num. 23,

26 *Appellatio est interponenda gradatim ad immediatum superiorem Iudicis à quo.*

Nisi interponatur ad Tribunal Principis, num. 27,

Maximè in Cathalonia, num. 29,

Vel ad Papam, n. 28,

30 *Appellatio est interponenda ad superiorem Iudicis qui iudicavit, inspectâ qualitate iurisdictionis, non personæ.*

31 *Appellationes, primæ sunt Baronum, ac dominorum directorum, seu feudalium.*

Tamen non exequuntur sententiæ, prima dicta appellatione pendente, n. 32,

Nec traditur copia processus, nec imitatur Actuarius, num. 33,

37 *Minores restituuntur in integrum adversus interpositam, aut prosequutam appellationem.*

Et pariter adversus lapsum fatalium, num. 38,

Patiterque restituuntur virgines, & viduæ, num. 39,

Non tamen maritatæ habentes virum habilem, n. 40,

41 *Acta cuius expensis sunt transportanda coram Iudice ad quem, aliter appellatio fit deserta.*

43 *Nullitas in Cathalonia à sententia est opponenda intra decem dies intra quos licet appellari.*

44 *Supplicare solum licet à sententiis latis in Curia Principis, & an ex gratia, an verò ex iustitia.*

Non tamen à sententiis Ordinariorum, sed est appellandum, n. 45,

46 *Authoris narratio.*

ANNOTATIO.

1 APpellatio est provocatio ad maiorem Iudicem ratione gravaminis illati, vel inferendi, ut not. *Maran. in pract. par. 6, in verbo, Et quandóque appellatur, Scacc. de appell. quæst. 2, art. 1, numer. 1, vers. Quinta diffinitio, &c. & Pract. Ridolph. par. 1,*
2 *cap. 13, numer. 109.* Quæ tamen dividitur in duas species, alia enim est appellatio iudicialis; & alia est extraiudicialis, ut declarant *Franch. in rubr. de appel. sub numer. 1, in 6, Petr. Greg. Thol. de appell. lib. 1, cap. 1, numer. 1, & Scacc. de appell. quæst. 2, art. 3, numer. 32, & sequent.* ubi declarat differentias, quæ sunt inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, quas videas ibi per eum.

3 Appellatio verò quòd debeat interponi coram Iudice à quo, uti habetur etiam in hoc statuto aliàs fiat deserta ex text. in *cap. Vt debitus, 59, de appell.* & tradunt *Scacc. de appellat. quæst. 6, numer. 1, & Rota decis. 595, sub numer. 1, par. 1, & decis. 396, numer. 3, & decis. 594, numer. 2, par. 2, recent. & in Fanen. hæredit. 31, Martii 1642, coram R. P. D. Dunoz. post princip.* Nisi
4 tamen appellans non potuisset habere accessum ad Iudicem in tempore, quia tunc illam interponi posse coram Notario tradunt *Scacc. de appellat. d. quæst. 6, num. 22, & sequent. Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, numer. 134, & Rota d. decis. 594, numer. 3, & in d. Fanen. hæredit. coram Dunoz. §. Verum quia, &c.* Ac etiam coram Iudice ad quem,

5 quem, & coram honestis viris, ut tradunt
Scacc. de appellat. d. quæst. 6, numer. 18, & sequent. Pract. Ridolph. d. cap. 13, nu. 134,
qui dant concordantes.

6 Et illa interponi debet infra decem dies, *auth. hodiè, C. de appell. cap. Cùm dilectus, 32, §. Si verò, in fin. de elect. Scacc. de appellat. cap. 2, quæst. 12, numer. 2, Pract. Ridolph. par. 1, cap. 23, numer. 118,* ubi alios adducit ita sentientes, & dicit, quòd licet de iure dictus tempus currat de momento ad momentum, secùs tamen est in Statu Ecclesiastico vigore *bullæ Innocentianæ*, cuius vigore potest appellari à sententia ultimâ die decendii in qualibet diei parte, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Antonel. de temp. legal. lib. 4, cap. 23, numer. 1.* Sivè ap-
7 pelletur à sententia diffinitiva, sivè ab interlocutoria, *Scacc. d. quæst. 12, numer. 2, & sequent. Antonel. d. cap. 23, numer. 1, & se-*
8 *quent.* Aliàs si in dicto tempore non appelletur sententia transit in iudicatum, *Fenzon. ad stat. Urb. cap. 168, numer. 14, Rota apud Merlin. de pignor. decis. 75, numer. 1.* Qui
9 terminus decem dierum non potest prorogari neque à parte, neque à Iudice, ut probant *Adden. ad Vestr. lib. 7, cap. 11, num. 52,* licèt dicant, illum posse prorogari per Principem, & *Scacc. de appel. quæst. 15, numer. 216,* ubi testatur de communi opinione.

Appellationem verò esse interponendam à die Notificationis de sententia factæ prudenter in hoc statuto ordinatum fuit ad effectum
10 tollendi opiniones contrarias inter Doctores, an appellatio interponi debeat intra decem dies à die sententiæ, vel scientiæ, maximè quando appellans fuit citatus personaliter ad sententiam, & quando est verus contumax, de quibus agunt *Scacc. de appell. d. quæst. 12, numer. 9, & sequent. vers. Primus casus, &c. Pract. Ridolph. in d. par. 1, cap. 15, numer. 123, & Antonel. de tempor. legal. d. cap. 23, num. 6, & seq.*

11 Quæ quidem intimatio est facienda domino causæ, non autem Procuratori, ut not. *Card. in Clem. causam, §. 1, de elect.* quem refert, & sequitur *Cancer. var. resol. par. 2,*
12 *cap. 14, numer. 126.* Et si illa fiat authoritate Iudicis sufficit, quòd contineat, sententiam fuisse latam contra eum; licèt tenor sententiæ non inseratur, ut tenent *Lancell. de atten. par. 2, cap. 12. numer. 177, & seq. Scacc. de appell. d. quæst. 12, numer. 30, & Antonel. de tempo. legal. part. 4, quæst. 23, numer. 13.*

13 Appellatio verò vivâ voce permissa à dicto statuto est valida si fiat in continenti post latam sententiam Iudice adhuc pro Tribunali sedente, aliàs secùs, *Scacc. de appell. quæst. 4, num. 15, & sequent. Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, numer. 137, Rota apud Duran. decis. 297, numer. 1,* ubi concordantes.
14 Aliàs debet interponi in scriptis, uti habetur in hoc statuto, ut not. *Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 168, numer. 10,* ubi dicit, idem esse in appellatione à sententia habente vim diffinitivæ, ut ibi per eum, qui dat concordantes.

15 Dum verò statutum mandat, quòd appellans teneatur appellationem introducere intra decem dies coram Iudice ad quem videtur dare formam; itaut appellatio dicatur deserta, dum statutum utitur verbò *Teneatur*, quòd inducit necessitatem, & formam, ut not. *P. Sanch. in precep. Decal. lib. 6, cap. 4, numer. 38, Barbos. de dictio. dict. 406, numer. 1, & Rota dec. 216, num. 2, par. 1, rec. & in Eugub. emphyt. 4, Maii 1657, coram Cardin. Celso post princ.* licèt si appellans fuerit impeditus id facere, dari ei restitutionem ipso iure conclusum fuerit in *Cappel. Thol. dec. 320, per tot.*

Advertendum est etiam, quòd dum statutum admittit ad probandum coram Iudice ad quem, quæ non fuerunt probata coram Iu-
16 dice à quo concordat cum dispositione Iuris communis, cuius vigore ad favorem appellantis stat commune illud dictum *Non deducta deducam, & non probata probabo,* de quo *Maran. in pract. par. 6, actu. 2, numer. 159, Lancel. de atten. par. 2, cap. 12, limit. 27. per tot. & Scacc. de appell. quæst. 11,*
17 *numer. 184.* Licèt illud discordet à iure communi, dum admittit appellantem etiam ad dandum exceptiones contra personas testium in primo iudicio examinatorum, quod de iure non est permissum, ut tradunt *Thesaur. decis. 259, numer. 4,* ubi dicit, ita per Senatum fuisse iudicatum, *Mastrill. decis. 97, numer. 2, & sequent.* ubi pariter dicit ita fuisse sententiatum, *Cancer. variar. resol. par. 1, cap. 20, numer. 48, vers. Si verò, &c.* & alii plures per me relati in *resol. crim. in verbo Reus. resol. 2, numer. 1,* ubi alios contrarium tenentes recensui.

18 Addo prædictis, quòd statutum de appellatione admittenda, vel quod sit appellandum intra quinque dies est ordinatorium. *Hond. cons. 29, numer. 9, & sequent. vol. 2, Scacc. de appell. quæst. 18, numer. 3, & seq. Rota decis. 305, numer. 10, par. 6, rec. & de-*
19 *cis. 552, numer. 8, par. 3, rec.* Si verò illud tollat appellationem in totum est decisoriũ, ut dicit *Rota d. dec. 552, n. 8, p. 3, rec.*

20 Nec non etiam, quòd appellatio in dubio debet admitti, *Surd. decis. 27, numer. 2,*

Vinc.

Vinc. de Franch. dec. 351, *num.* 3, latè *Guaz. z. desens.* 36, *cap.* 3, *numer.* 2, qui alios dat con-
cordantes, & subiungit illam esse admitte n-
dam ad utrumque effectum, ut ibi per eum,
& *Ursell. in examen. apum conclus.* 128, *n.* 5.
21 & quando sententia dicatur habere mixtu-
ram, itaut pars appellabilis trahat ad se par-
tem non appellabilem vide *Adden. ad Gre-
gor. XV. decis.* 232, *num.* 6, *Ursell. in exam.
apum concl.* 128, *numer.* 1, *& seqq.* & *Rota
apud Merlin. de pignor. dec.* 72, *n.* 3,
22 De iure autem communi Iudex appella-
tionis confirmando sententiam debet illa-
rum executionem concedere, cùm actio de-
tur ex sententia confirmante, ut docent
Bart. in l. à Divo Pio 15, *numer.* 15, *ff. de re
iudic. & in l. præcipimus* 32, *§. officiis. sub
numer.* 1, *&* 2, *Cod. de appell. Vestr. in pract.
lib.* 8, *cap. ult. sub numer.* 9, ubi dicit, quòd
Bart. ubi suprà omnes sequuntur, *& Scacc.
de appell. quæst.* 11, *numer.* 162, *& sequent.*
23 ubi aliquas affert limitationes, & præcipuè
quando intentatur officium Iudicis, ut ibi
per eum.

ADDITIO.

24 NOn me terret, benevole Lector? pro-
pter sterilitatem materiæ huius rubri-
cæ aliqua annotare, benè verò terret me fer-
tilitas, ac abundantia illius, à ullo penè
Doctore prætermissa, & certè nescio in tam
mare magno quid in publicum demōstrem,
quin millies non sit dictum; quà propter si
solùm *D D.* in publicum ducerent nòn di-
cta, ac scripta, præclusa esset via ulteriùs
scribendi, & ideò insequendo themam as-
sumptam aliqua dicam.
25 Appellatio autem, ut ex diffinitione tra-
dita hìc à *nostro Concilio numer.* 1, est inter-
ponenda de minori Iudice ad maiorem, &
tradunt *Altimar. de nullitatib. rubr.* 3, *q.* 25,
numer. 1, *& Passim Salgad. de Reg. protect.
part.* 4, *cap.* 3, *numer.* 224, *Solorzan. de iur.
Indiar. tom.* 2, *lib.* 3, *cap.* 9, *à numer.* 18,
Pellegrin. in prax. part. 3, *sect.* 1, *numer.* 4,
Hunni. Encycloped. iur. part. 2, *tit.* 33, *cap.*
3, *numer.* 1, *Peguer. in prax. rubr.* 27, *num.* 1,
& alii quamplurimi, quos citat *Matthau.
de regim. Regn. Valen. cap.* 12, *§.* 2, *Scoppa
ad Gratian. obser.* 24, *numer.* 1, *Paßerin. à
Sextula ad tit. de appellatio. in* 6, *articul.* 6,
per tot. maximè *à numer.* 69, *Pilaia decis.
canon. tom.* 2, *lib.* 4, *decis.* 1, *numer.* 65. &
26 ad superiorem immediatum, aliàs sententia,
& processus actitati coram Iudice ad quem
essent nulli: maximè parte opponente, aut
saltim est remittenda appellatio per superio-
rem ad Iudicem competentem, *Hunn. d.
cap.* 3, *numer.* 3, *Matthau. d. §.* 2, *numer.* 7,
Ab Eccles. obser. Pedemont. part. 2, *obser.* 5,
numer. 1, *Altimar. de nullitatib. rubr.* 3,
quæst. 25, *numer.* 2, *& ferè per tot. Fontanel.
de pact. clau.* 7, *glos.* 2, *part.* 10, *numer.* 20,
Carleval. de iudic. tit. 1, *disp.* 2, *num.* 1237,
Giurb. obser. 56, *numer.* 8, *Berlich. conclus.
iur. par.* 1, *concl.* 50, *numer.* 67, *&* 92, *Pa-
ßerin. ubi suprà numer.* 70, *Fragos. de re-
gim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 8, *disp.*
24, *numer.* 5, 24, *&* 35, pro mille amore pro
nimia illius scientia, ac meritis à me pro-
sequutus *Emanuel. Alvarez. Pegas var. re-
sol.* 15, *numer.* 4, ubi ita decisum in Supre-
mo Lusitano Senatu tradit, *& quamplurimi*,
quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat.
§. Appellatio. numer.* 33. licèt aliqui Docto-
27 res teneant, quòd omisso medio, potest ad
Tribunal Principis sæcularis appellari, quos
recensent *dictus Matthau. d. §.* 2, *numer.* 7,
Sabell. d. numer. 33, *vers. Et quod dicitur de
Papa, &c. refutant Doctores citati à dicto
Hunni. d. cap.* 3, *numer.* 5, *& à d. Ab Ec-
cles. d. obser.* 5, *numer.* 2, videndi *citati per
Giurb. d. numer.* 8, *circa fin. Berlich. dict.
conclus.* 50, *numer.* 68, *Fragos. ubi supr. nu-*
28 *mer.* 27. quod de iure canonico absque dif-
ficultate procedit, posse ad Papam omisso
medio appellari, *Altimar. d. quæst.* 25, *nu-
mer.* 25, *Ab Eccles. dict. obser.* 5, *numer.* 3,
Hunni. d. cap. 3, *numer.* 6, *Pellegrin. dict.
sect.* 1, *numer* 5. *Sabell. d. numer.* 33, *vers. De
iure tamen canonico, &c. Passerin. d. art.* 6,
n. 72, *Fragos. ubi supr. n.* 26.
29 Itaque in hac nostra Provincia Cathalo-
niæ cùm per expressam Constitutionem, se-
qui debeamus ius canonicum, in defectum
statutarii, ante ius civile, fit quòd omisso
medio, potest appellari ad Regium Conci-
lium, quàpropter raró de hoc à parte oppo-
nitur, nec petitur remissio causæ, prout
tradit de Ducatu Sabaudiæ *d. Ab Eccles.
obser.* 5, *n.* 4.
30 Appellandúmque pariter est, ad superio-
rem Iudicis, qui iudicavit, & sententiam
tulit, non inspectâ qualitate illius personæ,
an sit laïcus, aut Clericus, sed solâ qualitate
iurisdictionis, unde est, quòd à Iudice Ec-
clesiastico, temporalem iurisdictionem exer-
cente, appellatur ad superiorem sæcularem,
non autem ad Ecclesiasticum, *Meritissi-
mus, ac Nobilis Regens noster Cortiada de-
cis.* 9, *numer.* 3, & eo citato *Nobilis Senator
Amigant ad prax. Peguer, rubr.* 27, *nu.* 123,
Mingan. basis. Pontific. iurisdict. tract. 2,
fundamen. 1, *quæst.* 6, *sect.* 1, *num.* 48, *Giurb.
obser.* 125, *numer.* 18, *D. Petr. Fraß. de Reg.*

Pa-

Patronat. tom. 2, cap. 61. num. 58, Ab Ec-
clef. d. obfer. 5, numer. 6, Vela difert. 44,
numer. 42, & sequent. Autum. Portugal. de
donationib. Reg. par. 2, cap. 8, numer. 38, &
par. 3, cap. 28, numer. 103, tom. 2, ubi *Can-*
cer. Tondut. SolorZan. & alios citat *Alti-*
mar. de nullitatib. rubr. 5, quaest. 40, num. 20,
ad quæ se conformavit dispositio continua-
ta, inter consuetudines scriptas nostri Epi-
scopatus Gerundensis sub *tit. de appellatio-*
nib. & licet ibi de consuetudine servari di-
cat, quòd in Curiis, in quibus noster Epi-
scopus Gerundensis habet iurisdictionem,
appellatur ad Officialem, & Vicarium Ge-
neralem; video tamen id non servari, sed
inconcusè aliis committuntur primæ appel-
lationes, & ad R. A. posteà interponuntur.
31 Et licèt aliqui Doctores dicant, regulam
supradictam pati limitationes de appellan-
do semper ad maiorem, cum sint casus, in
quibus appellatur ad parem; tamen id rectè
non procedit, quia etiam si deputentur Iu-
dices appellationum ab ipsismet Iudicibus,
qui in prima instantia sententiarunt; tamen
quo ad dictas causas pro maioribus haben-
tur; undè scias, quòd primæ appellationes
sunt Baronum, & in feudis, ac emphyteo-
sis sunt dominorum, *Cancer. variar. 1, cap.*
17, numer. 54, & sequent. var. 3, cap. 13,
numer. 254, Altimar. de nullitatib. rubr. 3,
quaest. 25, numer. 18, & rubr. 9, quaest. 19,
numer. 7, Matthæu. de regim. Regn. Valent.
cap. 6, §. 1, numer. 56, Ripoll. ad Peguer.
32 *rubr. 27, numer. 112, & sequent.* & causis
prædictis appellationum pendentibus coram
Baronibus sententiæ prolatæ in prima in-
stantia non exequuntur pro summis in eis
contentis etiam minoribus 100 ₤. ac præsti-
ta cautione, *Cancer. var. 3, cap. 17, numer.*
222, & eo citato *Ripoll. ad Peguer. rubr. 29,*
numer. 65, qui de communi praxi testatur.
33 Undè nota, quòd quando appellatur pri-
mò coram Barone, seu domino, idem est
notarius primæ, & secundæ instantiæ, &
ita copiæ processus, ac actorum transporta-
tio necessaria non est, *Posth. de manut. ob-*
ser. 69, num. 18.
34 Itaque ut tradit hic *noster Conclol. num.*
6, est interponenda appellatio intra decem
dies, *Matthæu. d. cap. 12, §. 2, numer. 8,*
Paßerin. à Sextula ad tit. de appellat. in 6,
35 *art. 9, à numer. 1, & alii passim;* & currere
incipiunt à die intimationis, nisi pars, aut
procurator in prolatione illius præsentes es-
sent *Fontanel. Cancer. & alii citati per Ri-*
poll. ad prax. Peguer. rubr. 27, numer. 59, &
sequent. Nobilis Senator noster Amigant.
ibid. numer. 61, vers. Unde, &c. Manfrell.
ad Capit. Latr. obser. ad decis. 165, num. 5,
& sequent. Modern. Carol. Ant. De Luca
ad Gratian. cap. 364, numer. 1, Altimar.
ad decis. Rovit. obser. ad decis. 16, vers. Ubi
observa, &c. Hunni. d. tit. 33, cap. 1, num.
6, & sequent. Pellegrin. d. sect. 1, numer. 78,
Rota recen. decis. 139, numer. 1. & sequent.
p. 13, aut à die scientiæ quomodocumque ha-
bitæ, ut ita fuit declaratum in Regio Sena-
tu facto verbo inter dominam Teresiam
Cormellas & Ginebreda viduam ex una, &
Antonium Moxiga Domicellum ex altera,
sub examine Nob. Ioannis de Carbonell die
17, Decemb. 1670. Not. Subirana, ex doctris
Ripoll. var. cap. 3, numer. 284, & in prax.
rubr. 27, numer. 60, Menoch. de arbitrar.
lib. 1, quaest. 66, num. 3, Lancellot. de atten-
tat. par. 2, cap. 12, ampl. 15, numer. 36, &
limit. 50, numer. 162, Scacc. de appell. quaest.
36 *12,* quæ intimatio sat est, quod fiat in val-
vis Curiæ, si præcessit legitima citatio ad
omnes actus, usque ad sententiam diffini-
tivam inclusivè, *d. Nobilis Senator Ami-*
gant. ad prax. Peguer. d. rubr. 27, numer.
61, d. vers. Unde non sufficit, &c. videndus
Paßerin. in d. art. 9, à n. 200.
37 Minores autem non appellantes intra di-
ctum terminum decem dierum restituuntur
in integrum adversus omissam appellatio-
nem etiam aliter non docto de læsione,
Fontanel. & alii citati per d. Matthæu. de
regim. Regn. Valent. d. cap. 12, §. 2, numer.
45, & sequent. Manfrell. ad Capic. Latr.
obser. ad decis. 165, numer. 16, Modern. Ca-
rol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad
decis. 473, numer. 3, Vers. Contrarium, ubi
Fontanel. & alios citat *Calà de restit. in in-*
tegr. cap. 7, numer. 37, & sequent. sicuti pa-
38 riter restituitur adversus lapsum fatalium,
Ripoll. ad Peguer. d. rubr. 27, numer. 136,
Fontanel. decis. 106, numer. 1, & 2, Man-
frell. loc. citat. numer. 17, Luca ubi suprà d.
numer. 3, Matthæu. ubi suprà numer. 46.
attamen si meum liceret proferre sensum,
non discederem ab opinione tenentium,
probationem saltim semiplenam, seu præ-
sumptam læsionis requiri, sicuti eam uti ve-
riorē censet *Luca ad d. obser. 405, Franch.*
num. 3, in princ. & in vers. Veriorem ego,
cum *DD.* ab eo citatis.
39 Viduis autem, & virginibus, sivè paupe-
ribus, sivè divitibus beneficium præstitum
restitutionis in integrum, ob non interposi-
tam, vel prosequutam appellationem com-
petere, tradunt *Carol. Ant. De Luca ad*
Franch. obser. ad decis. 284, num. 1, & se-
quent. Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser.
40 *165, numer. 22, & sequent.* maritatis autem
haben-

habentibus maritum utilem, non competere, tradit *Luca d. obser. 284, n. 2.*

41 Acta autem per quem, an per appellantem, an per appellatum, & cuius expensis sint producenda coram Iudice ad quem, tradunt latissimè *citati per nostrum Meritissimum, ac Doctissimum Regentem Cortiada decis. 38, numer. 71, & sequent. Gratian. Posth. & alii*, quos citat *Meli. obser. foren. obser. 113, numer. 5, Fagnan. in cap. G. Perpetuus, de fide instrum. à num. 9, Ripoll. ad Peguer. rubr. 24, numer. 128, & alii citati per d. Matthau. d. cap. 12, §. 2, numer. 166, Altimar. de nullitatib. rubr. 7, quæst. 7, per tot. Modern Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 121, per tot.* tamen transportatione non facta, in nostra hac Provincia Cathaloniæ intra terminos per Constitutiones præfixos, appellatio efficitur deserta, ut ita fuit declaratum in Regio Senatu die 23. Iunii 1677. inter Narcissum Vilar vicinatus de Folea Parochiæ de Canet de Adri, Gerunden. Diœcesis, & Venerabilem Abbatem Rivipulli sub examine Michaëlis de Calderò R. S. in actis Bas Not.

42 Itaque ut dixi, appellatio est interponenda coram Iudice à quo, qui sententiam protulit, si copia eiusdem haberi potest, aut metus non existat; aliter est interponenda coram Iudice ad quem, vel coram honestis personis, electione appellandi concessâ, intra tamen dictos decem dies, *Pellegrin. in prax. d. sect. 1, numer. 84, Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 10, numer. 3, 7, & ferè per tot. Altimar. de nullitatib. rubr. 3, quæst. 16, per tot. Ripoll. ad Peguer. rubr. 27, numer. 69, Scoppa ad Gratian. obser. 128, numer. 4, Passerin. à Sextula ad cit. de appellatio. in 6, artic. 5, per tot.* & alii citati per *Conciol.* hic.

43 In hac Provincia Cathaloniæ, per *Constit. 1, tit. de appellationib.* exceptio nullitatis, est proponenda contra sententiam intra decem dies, intra quos licet appellare, ut tradunt *Cancer. Fontanell. & alii citati per Ripoll. ad Peguer. rubr. 28, numer. 17, & sequent.* & pariter *DD. citati à Doctissimo Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quæst. 4, numer. 29, & sequene.* apud quos reperies limitationes huius regulæ.

44 A sententiis autem latis per Principem, seu per S. R. C. nomine illius, seu Locumtenentis, non appellatur ob excellentiam iudicantis, sed supplicatur in hac nostra Provincia, non ex gratia, sed ex iustitia, in qua effectum est remedium ordinarium, & ita compilantur de novo processus, extántque novi termini concessi ad non-posita ponendum, & ad probandum, de qua supplicatione latè agunt *Fontanel. Cancer. & alii citati per nostr. Ripoll. ad prax. Peguer. rubr. 26, per tot. Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quæst. 5, à numer. 6.* ubi latissimè *Matthæu. de regim. Regn. Valent. cap. 12, §. 12, num. 99, & §. 3, à numer. 1. Ab Eccles. observ. Pedemont. par. 2. obser. 25, per tot. Marott. discept. forens. cap. 13, à numer. 11, Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 1, lib. 4, num. 54, & 58, Marin. Revit. Galeot. & alii*, quos citat *Modern. Agetta. visio feudal. tom. 1, par. 2, rubr. 4, visio. 5, pag. 221, sub litt. V*, ad ipsos te remitto.

45 Adverte tamen, quòd à diffinitivis, seu vim diffinitivæ habentibus per Ordinarios latis, coram ipsis non supplicatur, sed tantùm appellatur, *Nobilis Senator noster Amigant ad prax. Peguer. rubr. 27, sub n. 72.*

46 Alia quamplurima possent hoc in loco annotari, tàm circa causas appellabiles, ac inappellabiles, fatalia, quàm circa alia in tam extensa materia tractata: ne tamen de rebus à ullo penè prætermissis fasciculum efficiam, à ulteriori annotatione desistam alacri corde; ex quo nihil evenerit quin à innumeris doctissimis viris non sit digestum, & ita hæc pauca collige, & pro occurrentia casuum ad eos recurre.

QVALITER AB INTERLOCVTORIIS appelletur. Rubr. II.

AB interlocutoriis quæ aliàs per diffinitivam reparari possint, nulla recipiatur Appellatio, sed omnia gravamina, & eorum cognitio, disputatio, & diffinitio, ipso iure intelligatur per præsens Statutum absque alia Iudicis Pronuntia in fine Causæ reservata. Si verò per diffinitivam reparari non possit, liceat termino tridui, à die Intimationis, ab ea appellare, exprimendo causas gravaminis, & in dicto termino introduci, & inhiberi facere

Pp mo-

modo, & forma, prout in præcedenti Rubr. Infra verò decem dies subsequentes Appellationem prosequi, & ex eisdem actis, & non aliàs revideri, ac terminari facere. Quòd si in dicto termino Appellans prosequutus non fuerit, vel per Iudicem ad quem non fuerit decisa, dicta prima Pronuntia remaneat in suo robore, & nihilominùs Iudex ad quem teneatur parte petente Appellationis Causam, ad Iudicem à quo, remittere, & appellantem in expensis condemnare; Et si secundus Iudex dictam Appellationem frivolam, & temerariam declaraverit, debeat, etiam in Pronuntia Partem pœna xxv. libr. condemnare, & Procuratorem ab eius Officio suspendere arbitrio Serenissimi, nec à dicta Pronuntia possit Appellari, sed tantummodo ad Eius Audientiam haberi Recursus.

Quòd si contigerit Appellari ab Interlocutoria, quæ habeat vim diffinitivè, & finem controversiæ imponat, in Appellando, & introducendo Appellationem, servetur forma, & tempus prædictum: In prosequendo autem, ac terminando, serventur termini suprà in Diffinitivis appositi.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia interlocutoria est pronunciatum Iudicis, quòd profertur inter principium, & finem causa super aliquo incidenti, aut emergenti seorsum à negecio principali.*

2 *Appellatio de iure communi non datur à sententia interlocutoria.*

Fallit si dicta sententia inferat gravamen non reparabile per diffinitivam, numer. 3,

Etiam si dictum gravamen sit tantùm pro parte reparabile, n. 4,

5 *Appellatio non denegatur à sententia vim diffinitivæ habente, & n. 10,*

Et tali casu in Cathalonia sufficit ut interponatur infra decem, num. 11,

6 *Appellatio ab interloquutoria est interponenda in scriptis.*

Et etiam in illa est exponenda causa gravaminis, num. 7,

8 *Appellatio ab interloquutoria sufficit, quòd fiat intra decem dies.*

Secùs de iure Cathaloniæ, secundum quod tantùm licet infra tres dies supplicare, & quomodo, n. 13,

Et illa potest de iure iustificari ex noviter deductis, n. 9,

Contrarium tenent alii, n. 18,

Benè tamen licet in Cathalonia infra decem dies in supplicationibus contrarii imperii, num. 19,

Et etiam post dictos decem dies, si in ultima die ex eis sit articulatum, & sint ministrati testes, n. 20,

Et etiam potest fieri probatio infra dictos decem dies in causis supplicationum in forma habentium imbibitam supplicationem contrarii imperii, n. 21,

12 *Appellationis ab interlocutoria materiam qui tractant remissivè.*

14 *Supplicare ampliùs non licet à sententiis interlocutoriis confirmatoriis prima.*

15 *Sententia prime, pendente causa supplicationis contrarii imperii, executionem non habent etiam præstita cautione.*

Benè tamen diffinitivè, & habentes vim diffinitiva, num. 16,

17 *Supplicare an liceat à provisionibus factis post denunciationem processus in Cathalonia.*

22 *Sententia interlequutoria quo ad Iudicem nunquam transeunt in iudicatum, & ita possunt ab ipsomet revocari.*

Secùs autem sententia diffinitiva, seu vim diffinitiva habentes, n. 23,

A N N O T A T I O.

1 SEntentia interlocutoria est pronunciatum Iudicis, quòd profertur inter principium, & finem causæ super aliquo incidenti, vel emergenti seorsum à negocio principali, *glos. in clem. 1, de sequest. possess. & fruct. Spec. in tit. de sent. §. 1, in princ. in 2, par.* quos refert, & sequitur *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 173, numer. 1.* Interlocutoria autem vim diffinitivæ habens dicitur illa, quæ terminat negocium, de quo agitur, ut not. *Pract. Ridolph. par. 1, cap. 13, num. 320, & Rota decis. 79, numer. 3, par. 3, rec.*

2 Dum

2 Dum verò hoc statutum mandat non dari appellationem à sententia interlocutoria sc confirmat nòn solum cum iure civili, *ad tex. in l.* 2, *ff. de appell. recip.* & not. *Scacc. de appellat. quaest.* 17, *limit.* 47, *membr.* 1, *in princ.* Sed etiam cum iure Canonico vigore *Sacr. Concil. Trident. sess.* 24, *cap.* 20, *de reform.* & tradit *Scacc. de appell. quaest.* 17, *limit.* 6, *membr.* 3, *numer.* 18, *& limit.* 47, *membr.* 1, *numer.* 79, *&* 83, *& Pract. Ridolph. d. par.* 1, *cap.* 13, *numer.* 298, *&*
3 *sequent.* Quòd tamen non habet locum in interlocutoria inferente gravamen irreparabile per diffinitivam, uti disponitur in hoc statuto, ut tradunt *Addent. ad Vestr. lib.* 3, *cap.* 10, *numer.* 6, *Scacc. de appell. quaest.* 17, *limit.* 6, *membr.* 7, *numer.* 29, *& numer.* 40, ubi dicit, quòd ita omnes tenent, & *limit.* 47, *mebr.* 84. *Pract. Ridolph. d. cap.* 13, *numer.* 301, *& Rota decis.* 79, *numer.* 1, *par.* 3,
4 *recent.* Sed neque habet locum quando gravamen est pro parte reparabile, sed non in totum, vel etiam quando est reparabile, sed cum magna difficultate, ut declarant *Scacc. d. limit.* 6, *membr.* 8, *numer.* 2, *&* 3, *& seq. & d. limit.* 47, *membr.* 1, *numer.* 86, *Pract. Ridolph. par.* 1, *d. cap.* 13, *numer.* 301, *& seq.* ubi recenset interlocutorias inferentes gravamen irreparabile, & *Giurb. decis.* 56, *numer.* 9, *& sequent.* ubi dat concordantes quamplures.

5 Sicuti etiam appellatio non denegatur à sententia vim diffinitivae habente, ut pariter disponit statutum nostrum, ut not. *Scacc. de appell. quaest.* 17, *limit.* 47, *membr.* 1, *numer.* 171, *Fenzon. ad stat. Vrb. lib.* 1, *cap.* 178, *Pract. Ridolph. d. par.* 1, *cap.* 13, *numer.* 308, *& sequent.* ubi recenset pariter interlocutorias vim diffinitivae habentes, & *Rota d. tit. decis.* 79, *num.* 2, *p.* 3, *recent. & apud Bich. dec.* 453, *n.* 11, *p.* 2.

6 Sicuti adnotandum est etiam, quòd appellatio ab interlocutoria non solùm est facienda in scriptis, ut not. *Maran. in pract. par.* 6, *actu* 2, *numer.* 126, *Vestr. in pract. lib.* 7, *cap.* 3, *numer.* 28, *Pract. Ridolph. d. par.* 1, *cap.* 13, *n.* 138, *& Rota apud Duran. de-*
7 *cis.* 217, *numer.* 8. Sed etiam in illa est exprimenda causa in scriptis gravaminis illati, *Maran. in d. part.* 6, *actu* 2, *numer.* 141, *Scacc. de appellat. quaest.* 4, *num.* 30, *& seq. & quaest.* 17, *limit.* 47, *membr.* 1, *numer.* 82, *& sequent. & Pract. Ridolph. d. cap.* 13, *numer.* 313, ubi dicit, quòd causa in appellatione non expressa sententia transit in iudicatum. & *numer. sequent.* aliquas dat limitationes, & praecipuè, quòd non procedit in appellatione à sententia habente vim diffinitivae, ut ibi per eum, & refert quamplura requisita ad validitatem appellationis, ab interlocutoria.

8 Benè verum est quòd appellatio ab interlocutoria de iure communi sufficit quòd fiat intra decem dies, licèt statutum nostrum mandet contrarium, quod appelletur in termino tridui, ut not. *Antonell. de tempor. legal. par.* 4, *cap.* 23, *numer.* 1, *Scacc. de appell. quaest.* 12, *numer.* 2, *& sequent.* licèt
9 concordet cum iure communi, disponit, dictam appellationem ab interlocutoria non posse iustificari, nisi ex eisdem actis, ut not. *Bart. Franch. Card. Alex. Maran. & Henri. Bosc.* quos refert, & sequitur *Scacc. de appell. q.* 11, *n.* 59.

ADDITIO.

10 Appellari potest à interlocutoriis vim diffinitivae habentibus, ut hic tradit *noster Conciol.* & tradunt *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 8, *disput.* 24, *§.* 10, *numer.* 171, *vers. Nihilominus, &c. & numer.* 186, paritérque *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 187, *num* 12, ubi *Fontanel. Giurb. Carol Anton. De Luca* citat *Passerin. à Sextula in cap. exceptionis,* 1, *de litis contesta. in* 6, *num.* 92, *& sequent. & ad tit. de appellatio. in* 6, *art.* 7, *à numer.* 135 *Pegas resol. foren. cap.* 15, *à numer.* 121, *Altimar. rubr.* 5, *quaest.* 11, ubi à *numer.* 57, tradit, quae dicantur interlocutoriae haben-
11 tes vim diffinitivae; Et appellandum est intra decem dies in hac nostra Provincia Cathaloniae, licèt, ut inferius dicemus, solùm liceat intra triduum ab interloquutoriis supplicare, *Ripoll. ad Peguer. rubr* 27, *n.* 75.

12 Itaque quicquid sit de iure civili, ac canonico circa appellationes ab interlocutoriis, de quo videndi *Pellegrin. in prax. Vicar. part.* 3, *sect.* 1, *à numer.* 16, *Altimar. ubi suprà dict. quaest.* 11, *à numer.* 1, *Cancer. Fontanel. & alii,* quos citat *Matthaeu. de regim. Regn. Valent. d. cap.* 12, *§.* 2, *numer.* 122, *& sequent. Hunni. Encycloped. iur. p.* 2, *tit.* 33, *cap.* 9, *numer.* 1, *& sequent. Ab Eccles. obser. Pedemont. part.* 2, *obser.* 9, *per tot. Vrceol. consult. foren. cap.* 46, *numer.* 5, *&* 9, *Manfrell ad Capic. Latr. obser.* 187, *n.* 12, *Severin. in addit. ad decis.* 395. *Sanfelicii lib.* 3, *per tot. Fragos. dict. §.* 10, *per tot. Passerin. dict. numer.* 92, *& sequent.* tamen
13 hoc unum est, quòd in hac nostra Provincia ab ipsis meris interlocutoriis non appellatur ad Regium Senatum, ut ita fuit decisum die 25. Octobris 1675. in causa vertenti in R. C. inter coniuges Artigas villae

Turricellæ de Mongri, & Vniversitatem
loci de Ullà per Michaelem de Caldetò R.
S. in actis Collell, sed supplicatur intra tres
dies iuridicos, in Curiis Ordinariorum co-
ram Ordinario mutato Assessore, & in R.
Concilio potest supplicari in forma, & con-
trario imperio *Fontanel. Cancer. & alii,*
quos citat *Ripoll. ad Peguer. rubr. 16, num.*
6, & sequent. ubi Constitutiones nostri Prin-
cipatus recitant, videndi *Altimar. de nul-*
litatib. rubr. 1, quæst. 5, numer. 30, & Pilaia
decis. canon. tom. 2, lib. 4, decis. 1, n. 62.
14 Pariter (quidquid de supplicationibus
in forma) à provisionibus prolatis in istis
causis suplicationum contrarii imperii con-
firmatoriis primarum non licet amplius sup-
plicare; benè tamen si primæ contrariæ fue-
rint, *Cancer. Fontanel. & alii citati à Ri-*
poll. ad Peguer. d. rubr. 16, numer. 34, Me-
ritissimus Regens noster Cortiada decis. 36,
numer. 28, citatus *à dicto Nobili Senatore*
Amigant ad Peguer. d. numer. 34, in fin.
15 hoc tamen unum adverte, quòd prædictæ
sententiæ, pendente supplicatione contrarii
imperii executionem non habent, etiam
præstita cautione *Cancer. Fontanel. & alii*
citati à dicto nostro Meritissimo, ac Nobi-
li Regente Cortiada decis. 38, numer. 83. &
ita fuit decisum in S. C. per Magnificum
Ioannem de Colomer Regium Senatorem,
23. Novembris 1673. in causa Iosephi Lau-
der Civis honorati Barcinonæ, & contra
Didacum, & Iacobum Navarro, & Bigor-
16 da Cives Barcinonæ, Not. Famada: Licèt
diffinitivæ, seu habentes vim diffinitivæ,
quæ in S. R. proferuntur; sicque quæque
Regiæ provisiones, non obstante quod ab
eis sit supplicatum, pendente causa suppli-
cationis exequutioni demandentur præstita
cautione, *Ripoll. Carleval. Cancer. Fonta-*
nel. & alii citati per d. Reg. Cortiada dict.
decis. 38, numer. 85, Matthæu. de regim.
Regn. Valent. cap. 12, §. 3, numer. 32, Al-
timar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 39, per
17 *tot.* præcipuè *numer. 16, & 20,* à provisioni-
bus autem factis post denunciationem pro-
cessus; quomodo in Cathalonia supplicatur,
tradunt *Cancer. Fontanel. Ripoll. Peguer. ci-*
tati à d. Regent. Cortiada d. decis. 36, nu-
mer. 16, & seq.
18 De iure autem communi in iis causis sup-
plicationum à interloquutoriis novæ pro-
bationes fieri nequeunt, sed ex eisdem
actis causæ primitivæ sunt declarandæ per
Clem. si appellanti, de appellatio. & ita *Bar-*
bos. Ab Eccles. obser. Pedemont. par. 2, ob-
ser. 9, numer. 10, Pellegrin. in prax. par. 3,
sect. 1, numer. 25, Scoppa ad Gratian. obser.
33, num. 1, Matthæu. de regim. Regn. Va-
lent. cap. 12, §. 2, numer. 193, Severin. in
addit. ad decis. 395, Sanfelicii lib. 3, pag.
mihi 293, vers. Appellatio à diffinitiva, &c.
19 de iure autem nostro statutario Cathaloniæ
per *Constit. 11, tit. de suplicaciò de senten.*
dantur decem dies in supplicatione contra-
rii imperii ad probandum, & allegandum
præcisi, & peremptorii, itaque in ipsis com-
putatur ultima dies, licèt feriata, ut ita de-
cisum refert *Nobilis Senator Amigant ad*
20 *prax. Peguer. rubr. 16, numer. 59.* Si tamen
per supplicantem ultima die ex dictis de-
cem diebus fuerint oblati articuli, recepti-
que, seu citati, ac iurati testes, pars adver-
sa admittenda est ad probandum, ex quo
dolus adversarii ei non debet nocere, ut tra-
didi *lib. 1,* & docet *Cancer. citatus à d. Ri-*
poll. ad d. prax. Peguer. d. rubr. 16, n. 60.
21 Quando sanè alter ex litigantibus suppli-
cat à provisione interloquutoria in forma in
qua mutatur ius dicens, alter enim contra-
rio imperio, ista supplicatio imbibitur per
supplicationē in forma, & ita coram Iudice
formę potest fieri nova deductio & probatio,
& intra dictos decem dies contrarii imperii,
Scoppa ad Gratian. d. obser. 33, n. 3, & se-
quent. ubi alias limitationes ad *d. Clement.*
si appellanti, adfert *Ripoll. ad Peguer. rubr.*
16, numer. 50, & 57, ubi *Fontanel. & alios*
citat, & commendat hoc salubre remedium
supplicanti in forma, & contrario imperio.
22 Vnum pro coronide nota, quòd interlo-
cutoriæ quo ad Iudicem nunquam tran-
seunt in rem iudicatam, & ita possunt ab ip-
somet Iudice qui eas tulit revocari, licétque
Iudici, appellantem reponere, ac grava-
men revocare, *Scoppa d. obser. 33, numer. 16.*
& sequent. Urceol. d. consult. 46, numer. 4,
& 42, Fragos. ad regim. Reipub. Christian.
par. 1, lib. 4, disp. 10, numer. 228, & seq.
Posth. de manuten. obser. 106, numer. 63, &
sequent. Modern. Carol. Ant. De Luca ad
Gratian. cap. 155, numer. 1, & ferè per tot.
ubi *Doctissimum Altimar. de nullitatib.*
rubr. 3, quæst. 2, numer. 15, Salgad. & alios
citat *& numer. 8.* quæstionem tradit, an id
facere possit successor in officio, ac Iudicis
qui interloquutoriam tulit, quod non pro-
cedit in diffinitivis, in quibus non licet Iu-
dici, eis prolatis, & sic finito suo officio, eas
23 revocare; An autem declarare tradit latè
dict. Modern. Carol. Anton. De Luca ad
Gratian. cap. 147, per tot. & pariter *Alti-*
mar. de nullitatib. rubr. 3, quæst. 9, num. 2,
& sequent. Fragos. ubi suprà à numer. 214.

QVALITER A LAVDIS, ET ARBITRAmentis appelletur.

Rubrica III.

SI quis senserit se gravatum, à Laudo, vel Arbitramento, poterit intra quintam diem à die Notificationis dicti Laudi, ad Iudicem Ordinarium tamquam ad bonum virum, & ad quem revisio Laudorum spectat, Appellare, & reclamare, & coram eo alium Hominem pro parte sua eligere pro Revisione dicti Laudi, & tunc Iudex eandem Appellationem, reclamationem, & electionem Parti intimari faciat, cum termino ad primam ad eligendum alium Hominem pro revisione prædicta, cum comminatione, quòd in eius contumaciam eligetur ex Officio: Quòd si in dicto termino, Hominem pro parte sua elegerit, in eis sic electis compromissum facere teneantur, cum authoritate, & facultate iuxta aliàs Statuta sub Rubrica De Compromissis. Si verò Reus in eligendo contumax fuerit, Iudex ex Officio eligat cum Auctoritate dictum Laudum revidendi iuxta formam dicti Statuti.

Quòd si Reus contumax post tres dies à die Notificationis electionis prædictæ comparuerit, & voluerit audiri, tunc Actore citato, & refectis expensis audiatur, & ab eo electio hominis fiat pro parte sua, & in illis sic electis fiat Compromissum, ut superiùs diximus, & omnes deindè Causæ intra præstituta tempora terminentur, quibus elapsis, prima Sententia, Arbitrium, sivè Laudum firmum remaneat. Prædicta verò, tàm in Compromisso Voluntario, quàm Necessario, locum habere Volumus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatiò datur à sententia arbitri electi vigore statuti.*

Et etiam à sententiis arbitrorum ex necessitate iuris, num. 14,

Non tamen à sententiis electorum à partibus voluntariè, n. 15,

Quod autem de iure canonico, n. 16,

De iure Cathaloniæ etiam ab istis appelletur, cùm sint redacta arbitramenta ad instar iudicia, num. 17,

Devolutivè tantùm, & non suspensivè, num. 18,

Fallit si sit premissum non reclamare cum iuramento, n. 2,

Et etiam quando est renunciatum appellationi, seu reductioni, boni virique arbitrio, nisi in uno ex tribus casibus traditis, num. 19,

Quod autem appellatio detur etiam stante iuramento, tenent aliqui, n. 4,

Ratio affertur, num. 5,

6 *Appellatio à Laudo stante obligatione camerali datur solùm quo ad effectum devolutivum.*

7 *Laudum si sit nullum non est opus appellatione.*

8 *Laudum est nullum si non constet de compromisso.*

Et si sit latum sine citatione partis, num. 9,

Et si sit mortuus unus ex compromittentibus, vel unus ex arbitris, n. 10,

11 *Terminus ad appellandum à Laudo, ut currat requiritur notificatio illius.*

Notificatio autem est facienda de mãdato Iudicis ordinarii, n. 12,

13 *Reductio ad arbitrium boni viri an sit faciẽda coram Iudice rei, vel arbitris, remissivè.*

20 *Appellatio non interponitur in Cathalonia à sententia arbitrorum confirmatoria prima.*

21 *Appellatio à sententia arbitrorum in Cathalonia est interponenda intra decem dies,*

22 *Appellatio à sententia arbitrorum ad quem Iudicem superiorem est interponenda.*

In Cathalonia est interponenda ad Iudicem partis condemnatæ, n. 23,

Qua propter causa istarum appellationum non tractantur in tertia aula, n. 24,

25 *Sententia arbitrorum à quo sint executioni mandandæ, & quomodo.*

26 *Arbitri, & arbitratores an possint suas sententias revocare, corrigere, aut emendare.*

ANNOTATIO

1 A Sententia arbitri electi vigore statuti datur appellatio, cùm illius laudum dicatur sententia, *cap. Ab arbitris, 11, de offic. Iud. de leg. in 6, Scacc. de appell. quæst. 17, limit. 13, numer. 3, & 4, Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 178, numer. 15.* Et licèt secùs esse à sententia arbitri electi de consensu partium dixerint *Scacc. & Fenzon. ubi suprà.* Contrarium tamen deciditur in hoc statuto nostro in fin. cuius determinationi est standum iuxta theoricam, *Bald. in l. gallus, 29, §. si eius in fec. not. ff. de liber. & post.* & not. etiam *Aldui. conf. 1, num. 27,*
2 *& conf. 82, numer. 5.* Si tamen in compromisso promissum sit non reclamare, nequè reductionem petere cum iuramento non potest appellari, & reductio peti, ut latè firmat *Seraph. de privil. iur. privil. 136, num.*
3 *1, & sequent.* Quod tamen non habet locum stante enormi læsione, ut declarat idemmet *Seraph. ibi. num. 4, & sequent.* ubi dicit hoc habere locum etiamsi ænormi læsioni sit renunciatum, ut ibi per eum, *Vincen. Mancin. de iuram. effect. 244, num. 4, & sequent.* ubi testatur de communi opinione, & eo magis stante enormissima læsione, ut tradunt *Doct.* supradicti, & ultra eos *Adden. ad Paitell. expedit. 43, numer. 85, & seq.*
4 qui dant concordantes, licèt simpliciter reductionem à laudo peti posse, & appellationem dari etiam stante iuramento teneant *Paitell. expedit. 55, num. 21, & Rota apud Duran. decis. 200, num. 19, 20, & sequent. & in Sabinen. stat. Montis libret. 26, Iunii 1652, coram Rever. Dunoz. Dec. in fin.*
5 ubi dantur concordantes, Cùm dict. promissio intelligatur, si laudum sit æquum, &
6 iustum, ut firmavit *Rota ubi suprà*, stante autem obligatione Camerali appellatio est admittenda, quo ad effectum devolutivum non autem suspensivum, ut tradunt *Mancin. de iurament. d. effect. 244, in fin. & Caren. resolut. 15, per totam*, qui dant concordantes.
7 Benè verum est, quòd si laudum esset nullum non est opus appellatione, *l. si constat, 12. ff. de appell. l. 1, §. Si quis, ff. quan. appell. est. l. 1, ff. quæ sent. appel. rescin. Felin. in cap. super literis, 20, numer. 15, de rescrip. Rota apud Duran. decis. 200, numer.*
8 *13.* ut puta si non constet de compromisso, *Franc. Becc. conf. 183, numer. 15, & sequent. lib. 2, Adden. ad Pattel. expedit. 77, numer. 14.* Si fuerit latum sine citatione partis,
9 *Gratian. discept. forens. cap. 162, numer. 6, Post. resolut. 140, numer. 2, Rota apud Card.*
10 *Mantic. decis. 229, numer. 1.* Vel si moriatur unus ex compromittentibus, vel unus ex arbitris, *Adden. ad Paitell. d. expedit. 77, numer. 30, Caren. variar. resol. resol. 87, numer. 12, & simil.*

11 Quòd in casu huius statuti ut currat terminus ad appellandum non sufficiat scientia de prolatione laudi, sed requiratur notificatio illius uti disponitur in hoc statuto scribit *Costa de iur. & fact. scien. cent. 1, inspect. 70, numer. 10, & cent. 2, dist. 36, numer. 19.* Et in terminis iuris communis quòd requiratur Intimatio, & non sufficiat simplex scientia quamplures Doctores ita sentientes refert *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 1, cap. 116, numer. 111, & sequent.* ubi dicit, scientiam non sufficere ex visione scripturarum, & quòd hæc est tutior opinio, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Rota in Romana prælationis 20, Iunii 1644. coram R. P. D. Rojas post princ.*

12 Intimatio autem, de qua in hoc statuto est facienda de mandato Iudicis ordinarii, non autem arbitrorum, qui sententiam tulerunt, ut scribunt *Alex. conf. 91, num. 14, in fin. lib. 2, & Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 116, numer. 120.*

13 Reductio enim ad arbitrium boni viri an sit petenda coram Iudice Rei, vel coram Iudice arbitratoris tradunt *Thesaur. decis. 14 numer. 5. & sequent. Adden. ad Paitell. expedit. 43, numer. 93, & sequent. Cancer. variar. resol. par. 1, cap. 21, numer. 526, & Michal. de fraer. par. 3, cap. 49, numer. 6.* illos consulas, cùm non omnia hic sint recetenda.

ADDITIO.

14 ALiqua de hac materia dixi in præcedentibus rubricis, signanter in *rubr. 27, lib. 2,* & nè à themate sumpta discedam, aliqua in hoc loco de appellatione à sententiis arbitrorum dicam, maximè inspecto nostro iure statutario, dico igitur, quòd hic non loquitur de arbitris necessariis, ac ex necessitate iuris, seu statuti eligendis à partibus, quia

quia ab iis certum est posse appellari, ex
quo veri Iudices sunt à lege, seu statuto
constituti *Nobilis Regens noster Cortiada*
decis. 25, *numer.* 22, *Hunni. Encycloped. iur.*
par. 2, *tit.* 40, *cap.* 8, *numer.* 3, *Salgad. de*
Reg. protect par. 3, *cap.* 13, *numer.* 25, *&*
sequent. Altimar. de nullitatib. rubr. 3, *q.* 9,
numer. 5, *Scoppa ad Gratian. obser.* 82, *nu-*
mer. 5, *Francesf. de competen. cap.* 30, *nu.* 3,
& sequent. Faria. ad Covar. lib. 2, *cap.* 12,
numer. 2, *Carol. Ant. De Luca ad Gratian.*
cap. 66, *numer.* 7, *& sequent. Capon. con-*
trover. foren. contro. 40, *numer.* 9, *Passerin.*
à Sextula. in cap. ab arbitris tt, *de offic. &*
potest. Iud. delegat. numer. 1, *&* 5, *tom.* 1.
15 Sed loquitur de arbitris, & arbitratori-
bus compromissariis, de voluntate partium
electis, voluntariéque in eos compromit-
tendo, à quibus de iure civili non appella-
tur, cùm sententiam non proferant, sed
quoddam arbitramentum, ac iurisdictione
careant, *Capon. d. controver.* 40, *d. num.* 9,
Cortiada d. decis. 25, *numer.* 20, *Scoppa ad*
Gratian. d. obser. 82, *numer.* 8, *& sequent.*
Hunni. d. cap. 8, *numer.* 2, *Altimar. de nul-*
litatib. rubr. 5, *quæst.* 42, *numer.* 1, *Cancer.*
variar. 1, *cap.* 21. *numer.* 5, *& sequent. Fa-*
ria d. cap. 12, *numer:* 3, *&* 4. *Passerin. in d.*
16 *cap. ab arbitris numer.* 7. quid autem de iu-
re canonico *Cancer. d. cap.* 21, *num.* 9, *Mat-*
thau. de regim. Regn. Valent. cap. 12, §. 2,
n. 105, & alii passim.

17 De iure autem municipali Cathaloniæ ex
quo per eum per *Const.* 2, *&* 5, *tit. de ar-*
bitr. y arbitradors, est tributa exequutio
sententiis dictorum arbitrorum, & arbitra-
torum, sunt ipsa arbitramenta redacta ad
instar iudicia, & sic ab eis appellatur, pa-
riúntque sententiæ eorum actionem, & ex-
ceptionem, *Cancer. var.* 1, *d. cap.* 21. *num.*
10, *& sequent. & cap.* 12, *numer.* 38, *& par.*
3, *cap* 17, *numer.* 38, *Fontanel. decis.* 450,
numer. 15, *decis.* 452, *à numer.* 4, *& decis.*
454, *numer.* 1, *Ripoll. ad prax. Peguer. rubr.*
29, *numer.* 45, & eo citato *Nobilis Senator*
noster Amigant ad d. Peguer. rubr. 27, *nu-*
mer. 134. *vers. An & quando, &c. Scoppa.*
ad Gratian. d. obser. 82, *num.* 21, *Altimar.*
d. quæst. 24, *numer.* 3, *Matthau. de regim.*
Reg. Valen. cap. 13, §. 1, *num.* 46, *& sequen.*
18 Solummodo tamen devolutivè, non autem
suspensivè; ex quo præstitâ cautione dictis
sententiis exequutio tribuitur, non obstante
oppellatione, *Cancer. d. cap.* 21, *numer.* 11,
& sequent. Ripoll. d. numer. 45, *Capon. con-*
trover. foren. controv. 40, *à numer.* 7, nisi
19 sit renunciatum appellationi, ac reductioni
arbitrii boni viri; quia tunc solùm licet ap-
pellare in uno ex tribus casibus contentis in
d. Constit. 5, *tit. de arbitr. & arbitrat. Can-*
cer. var. d. cap. 21, *numer.* 12, & eo citato
20 *Altimar. d. quæst.* 42, *num.* 13. non tamen
à sententia confirmatoria sententiæ arbitra-
torum appellatur in hac nostra Provincia per
dict. const. 5, ut tradit *Cancer. var.* 3, *cap.* 18,
numer. 98, *& sequent.* & eo citato *dict. Al-*
21 *timar. d. quæst.* 42, *numer.* 11. & in his ca-
sibus, in quibus in hac nostra Provincia li-
cet à dictis sententiis appellare est interpo-
nenda appellatio intra decem dies (quid-
quid aliter intendatur inspecto iure com-
muni) *Cancer. Hermosil. & alii citati per*
d. Faria. ad Covar. d. cap. 12, *n.* 6.

22 Pariter à iure acertimè est controversum
ad quem sit de iis sententiis arbitrariis ap-
pellandum, & recurrendum, in quo variæ
extant opiniones, quas recensent *Cancer.*
variar. 1, *d. cap.* 21, *numer.* 26, *& sequent.*
Hunni. d. cap. 8, *à numer.* 10, *Faria. ad Co-*
var. d. cap. 12, *à num.* 7, *Thesaur. Gratian.*
Cevall. Hermosill. & alii, quos citat *Va-*
leron. de transact. tit. 5, *quæst.* 1, *numer.* 11,
23 Tamen de iure nostro Cathaloniæ hæc di-
sceptatio non extat; ex quo per *Const.* 7,
tit. de Arbitrat. fuit provisum, ut ab his
sententiis arbitrariis, ac laudo appelletur,
ac recurratur ad Iudicem partis condemna-
tæ, ut tradit *Cancer. var.* 1, *d. cap.* 21, *nu-*
24 *mer.* 27. & ita in Regio Concilio non tra-
ctantur in tertia aula, sed in aliis, *Ripoll.*
ad Peguer. rubr. 27, *numer.* 134, ubi *Fonta-*
nell. citat, & ibi dat rationem in corrobo-
rationem, & ibidem *Nobilis Senator Ami-*
gant. Cancer. pariter citat.

25 Itaque sententiæ præfatorum arbitrorum
(licèt ipsis executio tribuatur) non possunt
ab ipsis arbitris executioni demandari, sed
ad Iudicem ordinarium illius executionem
spectare, *Ripoll. ad d. Peguer. rubr.* 29, *nu-*
mer. 42, ubi *Cancer. Ferrer. & alios citat*
& numer. 43, *& sequent.* citatis *Cancer. &*
Fontanel. tradit praxim executionis dicta-
rum sententiarum, ad quem recurre, & ad
Matthau. de regim. Regn. Valent. cap. 13,
§. 1, *numer.* 47.

26 An autem isti arbitri, & arbitratores pos-
sint suas sententias revocare, emendare, ac
corrigere, in integrúmque restituere, latis-
simè tradit *Doctissimus Altimar. de nulli-*
tatib. rubr. 3, *q.* 9, *per tot.* ipsum consule.

QVOD JVDICES TENEANTVR IN APpellatione cogere Actuarios ad dandum copiam actorum.

Rubrica IV.

VT causæ Appellationum celeriter intra præfinita tempora expediantur; Volumus, quòd tàm primus Iudex, quàm Iudex Appellationis, & qui primò fuerit requisitus, teneatur facere dari Copiam Actorum ad causam spectantium à Notario, qui fuerit rogatus, recepta competenti, mercede, ita quòd Partes possint in termino illa producere, sub pœna xxv. librarum, tàm Iudici, quàm Actuario, qui fuerit negligens in præmissis.

SVMMARIVM.

1 *Actorum appellatione veniunt omnia quæ fiunt in iudicio coram Iudice.*
Et venit etiam sententia, n. 2,
3 *Actorum appellatione quid veniant ad effectum transportationis illorum remissivè.*
4 *Actorum transportationis materiam tractat* Altimar. *latissimè.*

ANNOTATIO.

1 ACtorum appellatione veniunt omnia quæ fiunt in iudicio coram Iudice, *Rolan. consf. 38, num. 10, & sequent. vol. 1, Asin. in pract. §. 14, cap. 3, numer. 1, 2, & sequent. Barbos. de appellat. verb. signif. ap-*
2 *pell. 6. numer. 1.* Itaut actorum appellatione veniat etiam sententia, ut tradunt *Asin. in d. §. 14, cap. 4, numer. 1.* ubi testatur de veriori opinione, *Barbos. in d. appell. 6, nu-*
3 *mer. 3,* qui *num. 4.* latè quærit quidnam veniat appellatione actorum quo ad effectum transportationis illorum, quæ videas ibi per eum. Cætera verò ad materiam huius statuti spectantia, & præcipuè quòd Actuarii tenentur edere acta cuicumque id petenti videas annotata suprà ad *rubr. 23, lib. 2.* & acta edenda esse per Actuarios tradit etiam *Asin. in pract. d. §. 14, c. 23, n. 1. & seq.*

ADDITIO.

4 INcidenter in præcedentibus aliqua diximus de materia huius rubricæ, signanter in *rubr.* 1. *huius 3, libr.* & ideò breviter ab hac annotatione me expediam, remittendo te ad *DD.* ibi citatos, apud quos, & apud *Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubr. 7, quæst. 5. & 6.* reperies omnia conducentia ad materiam huius rubricæ, ipsos consule.

DE TESTIBVS, ET JVRIBVS DE NOVO repertis. In causa Appellationis producendis.

Rubrica V.

VT veritas, quæ mater Justitiæ dicitur; detegatur, Volumus in causis Appellationum testes de novo repertos induci posse, & examinari, tàm super Articulis in prima instantia datis, quàm super aliis de novo dandis in termino probatorio, dummodo pars Iureiurando affirmet eos de novo reperiisse, & Iudex, attenta etiam personarum qualitate, tales esse summariè cognoscat, & arbitretur, Sicut etiam Instrumenta pu-

publica, & privatæ Scripturæ admittendæ erunt, si illæ, brevi termino Iudicis arbitrio assignato ad recognoscendum in forma, ante consignationem Processus deducantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de novis probationibus faciendis in causa appellationis intelligitur de appellatione à diffinitiva.*

2 *Testes post didiscita testificata examinari non possunt super eisdem, vel directo contrariis, neque in causa appellationis.*

Nec etiam in causis nullitatum, n. 10,

Benè tamen in Cathalonia, n. 11,

Et quomodo id intelligatur, n. 12,

Non tamen possunt probationes fieri in causis secundæ appellationis, seu tertia instantia, num. 13,

3 *Testes & instrumenta fuisse noviter reperta, probatur iuramento.*

Debet tamen probari fuisse adhibitam diligentiam, num. 4, & 17.

5 *Instrumenta produci non possunt post conclusionem in causa.*

Fallit stante aliqua iusta causa, n. 6,

Vel si illa sint novo reperta, n. 7,

Probato tamen per iuramentum, illa fuisse de novo reperta, n. 8,

Ac etiam favore publicæ causæ, n. 9,

14 *Testes an possint objici, ac repulsari in causa appellationis, si in prima instantia nihil contra eos est oppositum.*

15 *Minor an in causa appellationis restituatur in integrum ad objiciendum testes ministratos in prima instantia.*

16 *Sententia transacta in rem iudicatam an possit rescindi propter instrumenta de novo reperta.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum de novis probationibus faciendis in causa appellationis, intelligitur de appellatione à sententia diffinitiva, non autem ab interlocutoria, quia illa non potest iustificari ex novis probationibus, sed est iustificanda ex eisdem actis, ut declarat *Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 185, num. 1, & sequent.* ubi refert limitationes, & habetur in eodem *statut. supr. rubr. 2.*

2 Post didiscita testificata testes examinari non possunt super iisdem articulis, seu directo contrariis, nòn solum in prima instantia, sed neque in causa appellationis, uti habetur in *clem. 2, & ibi not. glos. Imol. Zabar. Bonif. & alii Canonistæ de testib.* & latè comprobant *Rolan cons. 45, numer. 8, & sequent. lib. 2, & Farinac. de testib. quæst. 75, numer. 302, & sequent.* ubi alios citat concordantes quamplures, & dicit, ab hac opinione uti veriori, magis communi, & magis servata in practica non esse recedendum, licèt aliquos contrarium tenentes referat, subiungens, dictam opinionem habere locum tàm de iure canonico, quam civili, statutum autem hoc nostrum limitat dictam conclusionem, ut non habet locum in Testibus de novo repertis, quos vult admitti ad examen in causa appellationis etiam post dedicita testificata præcedente tamen iuramento producentis, illos fuisse de novo repertos, & Iudicis arbitrio fortè ex illa ratione, ut veritas magis elucescat, ut habetur in principio dicti statuti, & quia plus licere videtur in secunda Instantia, quàm in prima quo ad probationes faciendas, considerat *Fenzon. ad statut. Urb. d. cap. 185,*

3 Advertendum tamen est, quòd licèt testes, vel instrumenta fuisse noviter reperta probetur iuramento, ut tradunt *Mascar. de probat. conclus. 925, numer. 7, lib. 2, & conclus. 1236, numer. 50, & sequent. lib. 3, Odd. de restit. in integr. part. 2, quæst. 86, art. 5, per tot. Seraph. de privil. iuram. privil. 38, per tot. & Cancer. variar. resolut. par.*
4 *1, cap. 19, numer. 10.* Debet tamen ulterius probari fuisse adhibitam diligentiam de inveniendo dict. testes, & Instrumenta, ut docent *Menoch. de arbitrar. casu 241, post princip. Surd. cons. 286, numer. 5, lib. 2, Mascard. d. conclus. 1236, numer. 50, & sequent.* ad quem se refert *Alderan. Mascard. de gener. stat. interp. concl. 5, n. 136.*

5 Instrumenta verò licèt de iure communi admitti non possint post conclusum in causa, *cap. Cùm dilectus, 9, de fide Instrum. Mascar. de probat. d. conclus. 925, num. 1, & sequent. lib. 2, Cancer. var. resolut. p. 1,*
6 *cap. 19, numer. 9.* fallit tamen stante aliqua iusta causa, ut not. *Maran. in pract. part. 6, in 8, actu, numer. 48, & Cancer. ubi suprà.*
7 Qualis esse potest si illa sint de novo reperta uti disponitur in hoc statuto, & tradunt *Mascard. ubi suprà numer. 13, & Cancer. d. cap. 9, numer. 10.* qui dant concordantes.
8 Probato tamen per iuramentum illa fuisse novi-

noviter reperta, & probata diligentia de illis inveniendis, ut not. *Mascard. Odd. Seraph. & Cancer.* in locis supra proximè adductis, & dixi Ego *allegat. forens. 46, num.*
9 19. Ac etiam favore publicæ causæ purà pupillorum, mulierum, & miserabilium personarum, ut docent *Mascar. d. conclus. 925, numer. 19, Cancer. d. cap. 19, numer. 11,* & ita provisum esse in Regno per Regiam pragmaticam dicit *Hodiern. ad Surd. decis. 59, numer. 6, & sequent.* licèt contrarium esse de iure dicat *ex Gratian. discept. forens. cap. 158, n. 23, & seq. p. 1.*

ADDITIO.

10 Regulariter probationes, maximè in causis appellationum non admittuntur super eisdem articulis, vel de directo contrariis, maximè post didiscita testificata, etiam in causis nullitatum, *Matthau. de regim. Regn. Valent. cap. 12, §. 2, num. 194,* ubi *Fontanel. Cancer. & alios innumeros* citat *Altimar. de nullitatib. in append. ad tractat. de nullitatib. ad rubr. 6, quæst. 1, num. 3, in fin. & in d. tractat. rubr. 13 quæst. 7, à numer. 15,* ubi latissimè tradit ampliationes, & limitationes ad hanc regulam *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 158, numer. 2, & ferè per tot. Cancer. Fontanel. & alii citati per Ripoll. ad Peguer. rubric. 18, numer. 40, & sequent. & rubr. 27, numer. 142, & sequent.* novissimè *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 178, num. 15, & seq.* ubi de his latè agit.

11 Tamen in hac nostra Provincia certum est vigore *Const. 16, & 17, tit. de appellations*, quòd in causis secundæ instantiæ possunt fieri probationes, tàm per testes, quàm per instrumenta, *Fontanel. & alii citati per d. Matthau. de regim. Regn. Valent. dict. cap. 12, §. 2, numer. 194, Giurb. obser. 56, numer. 31, Pilaia decis. canon. tom. 2, decis. 1, lib. 4, numer. 64, in princ. Ripoll. ubi*
12 *supr. d. rubr. 27, numer. 143.* & quomodo hoc compatiatur cum dictis suprà, tradit *d.*
13 *Ripoll. ibidem numer. 144.* in causis autem secundarum appellationum, quæ tertiæ sunt instantiæ, probationes fieri nequeunt, sed ex eisdem actis debent decidi iure communi, & nostro municipali inspectis, *Ripoll. d. rubr. 27, nu. 146.*

14 Objicere autem contra testes an liceat in causa appellationis, quando in prima instantia nihil contra eos fuit obiectum, tradunt, *Cancer. var. 1, cap. 20, numer. 46. & seq. Matthau. de regim. Reg. Valent. cap. 12,*
15 *§. 2, numer. 197, & sequent.* hoc unum est, quòd minori impartitur beneficium restitutionis in integrum ad dictos testes in prima instantia ministratos repulsandos in causa appellationis, *Cancer. d. cap. 20, numer. 48, Matthau. d. §. 2, numer. 20, & seq.*

16 Sententia autem in rem iudicatam transacta, an rescindatur ex instrumentis, aut aliis probationibus de novo repertis, saltim beneficio restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ, aut aliàs, tractant latissimè *Fontanel. de pact. claus. 4, glos. 12, numer. 56, & decis. 174, & sequent. Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 3, numer. 33, cum sequent.* ubi latissimè, *& de nullitatib. rubr. 3, quæst. 8, numer. 5, Nobilis Regens Cortiada decis. 12, numer. 83, Vrceol. de transact. quæst. 93. per tot.* ubi latissimè, *& alii per me citati lib. 2, rubr. 18, numer. 12,* & quos citant *Valeron. de transact. tit. 6, quæst. 3. numer. 15, Carol. Anton. De Luca ad Gratian. animadver. ad cap. 118, numer. 2, & sequent. Marotta discept. foren. cap. 33, per tot. Escobar. à Corro de puritat. & nobilitat. par. 2, artic. 4, §. 1, à n. 1.*

17 Tamen certum est, quòd petens restitutionem in hoc casu debet probare se fecisse omnes diligentias, & non potuisse invenire scripturas, seu probationes posteà repertas, *Vrceol. & Stayban. citati à d. Altimar. d. obser. 3, n. 43.*

QVOD IVDEX APPELLATIONIS SVPPLERE possit ad Veritatem indagandam.

Rubrica VI.

Volumus etiam Iudicem in causa Appellationis omnes defectus supplere posse, corrigere, vel emendare, & Veritatem ipsam indagare, & quod Iuris fuerit terminare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis appellationis est latius officio Iudicis à quo.*

Plures allationes ibi referuntur, n. 2,

3 *Iudex appellationis potest confirmare sententiam in plus, quàm fecerit primus Iudex.*

4 *Index appellationis quæ possit, remissivè.*

ANNOTATIO.

1 OFficium Iudicis appellationis quod sit latius officio Iudicis à quo tradunt *Rugginel. de appell. §. 11, glos. 1. cap. 1, numer. 17, & Scacc. de appell. quæst. 11, num. 17, vers. Contrarium, &c.* ubi ideò infert, quòd Iudex appellationis sententiam latam ex falsa causa potest confirmare ex alia causa
2 vera, item quòd potest pronunciare super articulis omissis à primo Iudice, & alia facere, de quibus per *Scacc. de quæst. 11, num. 18, & sequent.* quæ videas ibi per eum, &
3 quòd Iudex appellationis possit confirmare sententiam in pluri, itaut possit creditori decernere centum, licèt in prima Instantia obtinuerit solum pro quinquaginta, benè probat *Illustrissimus Dominus meus Deluca in Theatr. veris. & iusti. tom. 15, discur. 37, numer. 71, in tit. de iudic.* ubi sub littera N, dat concordantes.

ADDITIO.

4 IN hac sanè rubrica possem non contemnenda annotare circa potestatem Iudicis appellationis, supplendi, corrigendi, mutandi, sententiam Iudicis à quo, cognoscẽdique de meritis causæ principalis, etiam non deductis coram Iudice à quo dummodò veniant ex causa coram eo proposita; tamen esset nunquam hoc opus perficere, ideò si curiosus suprà hanc materiam annotare intenderit, legat *Doctissimum Altimar. in d. tract. de nullitatib. rubr. 3, quæst. 11, & sequent.* & inveniet quæ voluerit, ipsum cõsulat, & pariter *in rubr. 9, quæst. 19,* legat, ubi latissimè.

QVOD NVLLITAS IN QVACVMQVE instantia non attendatur.

Rubrica VII.

IN quacumque Causa ordinaria, sivè delegata, seu quavis illarum instantia, Nullitas aliqua non attendatur, sed omninò rejiciatur, & ad causæ expeditionem per Iudicem procedatur, Nisi nullitas proposita fuerit ex defectu Iurisdictionis, Citationis, & Mandati, quas solas attendi volumus, & mandamus, & de prædictis infra annum duntaxat à die Sententiæ numerandum etiam quòd ex diversis capitibus nullitas prætenderetur, agi posse decernimus, dummodò interim Executio legitima non impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd non possit dari de nullitate post annum à die sententia est favorabile.*

Et dicitur decisorium, num. 2,

3 *Statutum prohibens opponi nullitates non habet locum in nullitatibus ex defectu citationis; mandati, iurisdictionis, & notoria.*

Quæ de iure opponi possunt usque ad triginta annos, n. 4,

5 *Statutum prohibens nullitates opponi post annum, non habet locum, quando illæ opponuntur per viam exceptionis.*

6 *Exceptio nullitatis principaliter deducta non impedit executionem.*

Secus si illa sit deducta incidenter, num. 7,

Et quando nullitas dicatur opposita principaliter, vel incidenter remissivè, numer. 8,

9 *Nullitas in Regio Senatu Cathaloniæ, in quo sola facti veritate inspecta proceditur, non attenditur, nisi iustitia causæ cõcurrat.*

Qua propter declaratur in eo super merita causa, nullitatibus prætermissis, num. 10,

AN-

ANNOTATIO

1 Statutum, de quo suprà, quòd non possit dare de nullitate post annum à die sententiæ numerandum dicitur favorabile, cùm non tollat simpliciter nullitatem, sed illum differat, licet secùs sit si illam tolleret absolutè, ut tradunt *Theod. Rub. in sing. Rota Rom. tom.* 2, *circa interp. stat. cap.*189, *lib.*1, *in princ. & Rota coram Put.*
2 *decis.* 99, *numer.* 4, *par.* 3. Et illud dici decisorium not. idem *Theod. Rube. in d. cap.* 189, *numer.* 2, *& Rota apud Pute. dec.* 416, *numer.*2, *&* 3, *lib.* 2, nec non *Maresc. var. resol. lib.* 2, *cap.* 51, *n.* 1.

Supradictum statutum, prohibens nullitatis opponi, nisi illæ proveniant ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati videtur
3 concordare cum iure communi, quo attento statutum simpliciter prohibens opponi nullitates non habet locum in nullitatibus ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati, & resultantibus ex dispositione alterius statuti, & in nullitate notoria, ut tradunt *Vant. de nullit. in tit. quis poss. dicere de nullitate numer.* 37, *& sequent. Graff. de except. except.* 20, *numer.* 19, *& Ctriac. controver.* 187, *numer.* 7, ubi vult, nullitatem notoriam posse opponi etiam post terminum à statuto determinatum, ut ibi per eum, Dum verò statutum prohibet, d. exceptiones opponi non posse post annum à die Sen-
4 tentiæ videtur corrigere ius commune, quod admittit exceptiones opponi posse usque ad triginta annos, ut not. *Vant. de nullit. in tit. à quo & infra quod tempus, &c. numer.* 8, *Scacc. de appell. quest.* 19, *remed.* 1, *concl.*7, *numer.* 1, *Pract. Rudolph. par.* 1, *cap.* 13, *numer.* 262, *& sequent.* ubi dat limit. & *Rota apud Coccin. decis.* 337, *numer.* 11, *& decis.* 396, *num.* 3.

5 Declara tamen dictum statutum, prohibens exceptiones nullitatis ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati opponi non posse post annum, ut habeat locum quando dictæ exceptiones opponuntur per viam actionis, secus autem si opponantur per viam exceptionis, ut declarant *Osasch. decis. pedem.* 142. *numer.* 31, *Ciriac. contro.* 187, *numer.* 6, *Theod. Rube. in singul. Rota Rom. tom.* 2. *ad stat. Vrb. cap.* 189, *numer.* 16. Et in puncto de hoc statuto, quòd non habeat locum quando quis venit per viam exceptionis *Rota in Eugub. dotis*, 9. *Maii* 1642. *coram R. P. Rojas vers. Minus obstat, &c.* licèt contrarium teneat *Marescot. var. resolut. lib.* 2, *cap.* 51, *numer.* 7, ubi dat concordantes.

6 Nullitatem verò principaliter deductam non impedire executionem uti habetur in hoc statuto tradunt *Vant. de nullit. in tit. Quot, & quib. mod. null. in ind. &c. numer.* 29, *& Lancell. de atten. par.* 2, *cap.* 17. *numer.* 17, *& sequent. & Scacc. de appell. quest.* 19, *remed.* 1, *concl.* 4, *numer.* 1, *& sequent.*
7 Secùs tamen est si illa deducatur incidenter, & per viam exceptionis, ut sit in promptu, ut declarant *Vant. Lancell. & Scacc. in loc.*
8 *suprà proximè adductis.* Quando verò nullitas dicatur proponi principaliter, & quando incidenter declarat *Pract. Rudolph. part.* 1, *cap.* 13, *num.* 270. *& seq.*

ADDITIO.

9 Nec istæ nullitates expressè in hoc statuto attenduntur in supremis Tribunalibus, nisi iustitiam causæ habeant annexam, præcipuè in hoc nostro Regio Senatu, in quo solâ facti veritate inspecta proceditur, pro mille *Altimar. de nullitatib. rubr.* 5, *q.* 45, *numer.* 13, *& quest.* 50, *à numer.*67, ubi *Cancer. & alios innumeros modernos* citat novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 6, *tit.* 65, *§.* 24, *numer.* 112, *& tit.* 78, *§.* 14, *numer.* 448, *pag.* 345, & ita fuit declaratum in Regio Senatu per Magnificum Didacum de Ferrer Regium Senatorem in causa Æconomi Monasterii sancti Francisci de Paula Civitatis Barcinonæ, cõtra Victoriam Tristany Not. Oriol, & per Magnificum Ioannem de Colomer R. Sen. in causa supplicationis coniugum Carbonell cives Barcinonæ, & Administratores Hospitalis sanctæ Crucis eiusdem Civitatis, contra manumissores testamenti Bartholomæi Viver Presbyteri Canonici, & Sacristæ Sedis Vrgellen. die 13. Novembris 1673. Not. Castells; & etiam per dictum de Colomer 16, Septembris 1681. in favorem Administratorum bacini pauperum verecundantium Ecclesiæ parochialis sancti Petri Puellarum Civitatis Barcinonæ, contra Bartholomæũ Costany civem eiusdem Civitatis, non obstante minori ætate per eum allegata, Not. Casas.

10 Ideòque viget stylus in nostro Regio Senatu declarandi super meritis iustitiæ naturalis, licèt in processu adsint nullitates aliquæ per partes allegatæ, *Ripoll. ad prax. Peguer. rubr.* 16, *numer.* 30, quod an facere possint Ordinarii tradit *ibidem num.* 31, *citato Fontanel.*

DE

DE ATTENTATIS, ET INNOVATIS appellatione pendente.

Rubrica VIII.

DVrante termino ad appellandum, siue etiam Causa Appellationis indecisa pendente nihil omninò, nequè per Iudicem à quo, nequè per Partem possit innouari, & innouata tamquam Attentata ipso Iure nulla, & inualida censeantur, & per Iudicem ante omnia, si opus fuerit, reuocentur: Alioquin Iudex attentans pœnam xxv lib. incurrat, sicut etiam Pars eadem pœnâ, & maiori iuxta facti qualitatem ultra interesse Partis, per secundum Iudicem multari possit, & debeat.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur gesta appellatione pendente.*
Et etiam gesta pendente termino ad appellandum, n. 2, & 26,
Etiam si postea non appelletur, n. 27.
Quid si appellatio ex post efficiatur deserta, num. 28,
Et illa veniunt ante omnia reuocanda, num. 3,
Etiam parte non instante, n. 4.
Nisi tamen illa essent dubia, n. 5,
Vel stante clausula sola facti veritate inspecta, *n. 6,*
Aut nisi sint facta in casu non appellabili, vel euidenter constat appellationem esse friuolam, n. 29,
Secus quando hoc est dubium, n. 30,
7 *Possessio capta lite pendente dicitur attentata.*
Etiamsi sit capta pendente termino ad appellandum, n. 8,
Itant illa nequè sit manutenibilis, numer. 9,
Et est attentata, etiam si sit capta post præsentatam inhibitionem, n. 10,
11 *Continuans possessionem non attentat.*
Nisi lis esset super actu continuationis, num. 12,
Et quando quis non uteretur possessione eo modo quo ante litem, n. 13,
Et quando non constat de possessione ante litem motam, num. 14,
15 *Attentati non sunt actus facti pendente lite nulla.*
Et pendente appellatione nulla, n. 16,
Nequè quando appellatio est friuola, num. 17, & 29,
18 *Attentatorum purgatio euitari non potest sub prætextu non iuris.*
Quando verò dicatur constare de non iure, numer. 19,
20 *Attentata non cadunt in casibus in quibus non licet appellare.*
Nisi secuta fuisset inhibitio, n. 21,
Et etiam antequam sit inhibitio præsentata si contineat clausulam irritantem, & ita per solam manus superioris appositionem, numer. 31.
Non tamen ita, si inhibitio clausulam constito prius partem fuisse citatam, *contineret, num. 32,*
Vel nisi per Iudicem à quo fuisset appellationi delatum, n. 22,
Sufficit tamen ad illa excusanda, quòd appellari non possit quo ad effectum suspensiuum tantum, n. 23,
24 *Attentata non cadunt appellatione super possessorio pendente.*
25 *Attentata non dantur sine dolo.*
33 *Attentata an dicatur taxatio expensarum facta appellatione pendente.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum concordat cum iure communi, in quo est dispositum, quod gesta appellatione pendente dicantur attentata, *l. 1, & tot. tit. ff. nil. nouat. appell. pend.* & tradit *Rota apud Card. Caual. decis. 615, numer. 1, & apud Duran. decis. 96, num. 2, & apud Bich. decis. 116, numer. 2, & in Toletan. matrim. 20. Iunii 1645. coram Card. Corrado post princ.* Et etiam gesta pendente termino ad appellandum, *Cesar. de Graff. decis. 5, numer. 5, de appellat.* eadem *Rota* decis.

decis. 235, numer. 7, & decis. 598, numer. 2, part. 1, rec. & apud Gregor. XV. decis. 91, numer. 8, & apud Bich. decis. 274. num. 5.
3 Et veniunt ante omnia revocanda, & in pri-
stinum reducenda, plenè Rota in d. Tolet. matrim. §. Praeterea, &c. & decis. 682, numer. 4, par. 1, recent. & apud Bich. decis.
4 515, numer. 9. Etiam non instante parte, sed
solùm per Iudicem, cuius maiestas laesa fuit. Rota in d. Tolet. matrim. d. §. Praetereà om-
5 nia, &c. in fin. Nisi tamen illa essent dubia,
Ciriac. controver. 481. numer. 15, Rota per
6 Posthi. de manut. decis. 160, num. 7. Et stan-
te clausula solâ facti veritate inspecta, & Manu Regia. quo casu attentata non prius sunt revocanda, Gratian. discep. foren. cap. 206, numer. 2, par. 2, & decis. March. 68, numer. 19, & decis. 197, num. 16, & Ciriac. controv. 481, num. 9.
7 Et possessio capta lite pendente dicitur at-
tentata, Rota decis. 10, vt lite penden. in nov. & apud Gregor. XV. decis. 305, numer. 1, & latè tradit Lancell. de atten. par. 2, cap. 4,
8 in praefat. numer. 711, & sequent. Quod ha-
bet locum etiam si illa fuerit capta pendenti termino ad appellandum, ut dixi suprà, & dixit Rota decis. 45, numer. 11, par. 9, recen.
9 Ita ut illa nequè sit manutenibilis, Lancell.
de attent. par. 3, cap. 31, numer. 185, latè Posthi. de manut observat. 48, numer. 1, & sequens. Rota apud Gregor. XV. decis. 417, in fin. & in Portuen. Stagni. 13, Iunii 1646, coram R. P. D. Verospio, §. nec in-
10 terrupta, &c. & idem est si illa fuerit capta
post ei praesentatam inhibitionem, Rota apud Gregor. XV. d. decis. 305, numer. 2. ubi dicit praedicta non habere locum quando possessio est vacans, ut ibi per eam, & in d. Portuen. Stagni. in d. §. nec interrupta, &c. ubi dantur concordantes.
11 Qui autem possessionem continuat non
attentat, Lancell. de atten. par. 2, cap. 4, limit. 1, numer. 1, & sequent. ubi testatur de communi opinione, Rota apud Merlin. decis. 862, per tot. & apud Cardin. Celsum decis. 14, numer. 13, & decis. 207, num. 4, & 5.
12 ubi declaratur, Nisi tamen lis esset super cõ-
tinuatione, & super illo actu particulari, ut not. Adden. ad Gregor. XV. decis. 203, in fin. ubi idem dicunt procedere stante inhibitioni Rotali, & Rota apud Coccin. decis. 418, numer. 2, & in eadem coram eodem 12. Martii 1618, & apud Bicch. decis. 381. numer. 42. & decis. 438, num. 6. Prout
13 nequè quando quis uteretur possessione non
eo modo, quo ante litem, sed diverso, ut not. Berou. cons. 118, numer. 8, lib. 3, Rimin. Iun. cons. 250, numer. 11, lib. 2, & Lancell.
de atten. par. 2, cap. 4, limit. 1, numer. 92, ubi plures dat concordantes, & declarat quando quis dicatur continuare possessio-
14 nem diverso modo, ut ibi per eum, Nec
quando non constat de possessione ante litem motam, vel possessio est turbida, vel est de recenti, ut declarat Lancell. in d. limit. 1, numer. 100, & seq. Rota apud Buratt. decis. 504. in fin.
15 Actus verò facti lite pendente, quae est
nulla non dicuntur attentati, ut not. Afflict. decis. 366. numer. 12, & sequent. & Lancell. de atten. par. 2, cap. 4, limit. 3, numer. 1, &
16 seq. Et idem est si appellatio pariter sit nul-
la, quia tunc gesta illa pendente non cadunt attentata, ut latè probat Lancell. de atten. par. 2, cap. 12, limit. 50, numer. 1, & sequent. Rota decis. 201, numer. 4. par. 2, recen. & in Tarvis. Feuds. 9, Decembris 1624, in fin.
17 coram R. P. D. Remboldo. Ac etiam quan-
do appellatio est frivola, quia nequè tunc dicitur attentari, Lancell. de atten. part. 2, cap. 12, limit. 6, per tot. ubi declarat, quando appellatio dicatur frivola, Ciriac. contro. 481, num. 8.
18 Attentatorum purgatio non potest evi-
tari sub praetextu non iuris partis, nisi de tali non iure constet per confessionem partis, vel per rem iudicatam, ut tradunt Lancell. de attent par. 3, cap. 24, quaest. 1, num. 64, & sequent. & Rota apud Gregor. XV. dec. 465, numer. 9, & decis. 682, numer. 3, par. 1, recen. & decis. 701, numer. 4, par. 2, recen.
19 Quod verò dicatur constare de non iure ex
sententia subsequuta favorabili docet Ciriac. dict. controv. 481, numer. 11, ubi dat concordantes.
20 Attenta autem non cadunt in casibus, in
quibus non licet appellare, ut tradunt Lancell. de atten. par. 2, cap. 12, limit. 53, ferè per tot. ubi dantur exempla, Rolan. cons. 77. numer. 20, lib. 2, Andreol. controver. 26, numer. 4, & Rota decis. 163, numer. 3,
21 par. 2, rec. ubi alii recensentur, Nisi tamen
per Iudicem ad quem fuisset inhibitũ Lancell. ubi suprà numer. 66, Rota apud Gregor. XV. decis. 435, ferè per tot. Posthi. de manut. obser. 48, numer. 28, Maximè per Rot.
22 Doct. ubi suprà. Et nisi per Iudicem à quo
fuerit appellationi delatum, Lancell. d. limit. 53, numer. 67. Nisi tamen non erat deferendum, & appellatus id nesciat, cùm Iudex non possit praeiudicare parti, Posthi. de manut. obser. 12, numer. 144, Rota decis. 562,
23 numer. 1 & sequent. par. 2, recen. Ad excu-
sanda autem attentata sufficit, quòd appellatio sit prohibita quo ad effectum suspensivum tantùm, non autem quoad utrumquẽ
effe-

effectum, ut declarat *Lancell. in d. limitat. 53, num. 70.*

24 Prout neque cadunt attentata appellatione pendente à Sententia lata super possessorio, ut post *Afflict. Rip. Guid. Pap. Covar. Benint. & alios* per eum relatos tradit *Lancell. de atten. par. 2, cap. 12, limit. 25, n. 1, & seq.* latè comprobans.

25 Et attentata non dantur sine dolo, *Rota decis. 5, aliàs 25, de restit. spol. in novis. & decis. 183, sub. numer. 1, par. 2, rec.* adde *Ursill. in exam. apum conclu. 160, numer. 18*, benè comprobantem.

ADDITIO.

26 Itaque omnia gesta per Iudicem à quo post interpositam appellationem sunt nulla, & veniunt ante omnia revocanda, imò etiam facta intra terminum competentem ad appellandum, ut tradit hic *noster Consiol. numer. 1, & 2.* & tradunt *citati Doctores per Nobilem nostrum Regentem Cortiada decis. 22, numer. 30, & 31*, & latissimè *Altimar. de nullitatib. rubr. 9, quæst. 45. per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 8, §. 10, numer. 182, Passerin. à Sextula ad tit. de appellationib. in 6, art. 16, à numer. 423, Doctissimus Pegas resol. foren.*

27 *resol. 15, num. 35, & 37.* etiam si posteà non appelletur, *Cortiada d. decis. 22, numer. 32.*

28 Quid autem si appellatio remaneat ex post deserta, tradunt *Sperell. Lancellot. & alii citati per Sabell. in summ. divers. tractat. verbo Attentata, n. 12.*

29 Paritérque licet procedimenta facta coram Iudice à quo, post interpositam appellationem non sint nulla, nec attentata quando sunt facta in causa inappellabili, seu evidenter constat appellationem esse frivolam, *Ripoll. ad Peguer. rubr. 27, numer. 182, & sequent.* ubi *Cancer. Fontanel. & alios* citat

30 *Passerin. ubi supr. numer. 427*, secùs autem quando est dubium, *Ripoll. ibid. numer. 185, & ibi Nobilis Senator Amigant*, qui *nostrum Nobilem, ac Meritissimum Regentem Cortiada* citat *Passerin. dict. art. 16, numer. 429*, Tamen hæc non procedunt, quando

31 do ipse Iudex à quo est inhibitus à superiori; quia tunc omnia per eum gesta post inhibitionem sunt nulla, & attentata etiam ante præsentationem inhibitionis per appositionem manus superioris, data illius scientia, & absque ea, si inhibitio expedita fuerit cum clausula irritanti, *Ripoll. ad Peguer. & ibi Senator Amigant rubr. dict. 27, num. 186. & sequent.* ubi *numer. 188, vers. Alia limitatio est, &c.* decisiones nostri Senatus refert; ex quo decretum irritans ligat etiam ignorantes, *Pereyra, & alii*, quos citat *Doctissimus Antunez. Portugal. de donationib. Reg. par. 2, cap. 10, numer. 81*, & decisum fuit in Regio Senatu referente Nobili Iosepho de Rull tunc Regio Conciliario, nunc Meritissimo Regenti supremi Concilii Aragonis Regni die 17, Decembris 1666. in causa Collegii sancti Benedicti Ilerdæ, & Marinæ Martin. viduæ, quæ fuit confirmata in alia aula die 22. Martii 1667. referente Magnifico Alexio Tristany Reg. C. Scriba

32 Cortell; non tamen casu quo est in dicta inhibitione clausula: *constito eis priùs partem aliam fuisse citatam*, licèt in ea adfuerit clausula irritans; quia ex quo per dictam clausulam efficitur inhibitio conditionalis, fit indè, quòd procedimenta facta ante præsentationem dictæ inhibitionis (licèt literæ sint expeditæ) sunt valida, ut ita decisum tradit per nostrum Regium Senatorem. *d. Nobilis Senator Amigant ad Peguer. dict. numer. 188, vers. Et nè in hoc*, ad quod attende nè decipiaris, ut ipse commendat.

33 An autem Iudex à quo attentet, procedendo ad taxationem expensarum per eum condemnatarum pendente causa appellationis tradit latè *Modern. Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap. 349, per tot.*

APPELLATIONUM CAUSÆ INFRA quantum tempus terminari debeant.

Rubrica IX.

Causæ omnes infra tres Menses à die Appellationis interpositæ à Diffinitivis, feriis non obstantibus, terminari debeant, alioquin appellatio deserta remaneat, si per Appellantem steterit, quominùs causa fuerit expedita, & Sententia, quæ transitum fecerit in rem judicatam, debi-

debitæ executioni demandetur, cum Condemnatione Partis in expensis, ut aliàs diximus. Quòd si Iudicis defectu sit deserta, agi possit contra eum, etiam durante Officio ad omnia damna, expensas, & interesse, Sicut etiam agi possit contra Arbitros, & Arbitratores, si eorum culpa Causæ non expediantur: Et ad constituendum Iudicem in mora sufficere debeant duæ instantiæ, & protestationes in Actis faciendæ, nisi propter aliquod iustum, atque evidens impedimentum Infirmitatis, Absentiæ, vel simile Causa expediri, ut suprà, non potuerit, quo casu, nè partis ius propterea pereat, tantumdem tempus per Iudicem restituendum erit, quantum fuerit declaratum impedimentum extitisse.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de desertione appellationis est decisorium.*
Et ideò illud est servandum inter subditos ubique, num.2.
3 *Fatalia de quibus in statuto currunt etiam in diebus feriatis.*
4 *Desertio appellationis est declaranda per Iudicem, etiamsi illa sit inducta ipso iure.*
5 *Appellationem non esse desertam declarat Iudex ad quem, si causa est coram eo introducta, vel si causa appellationis sit ei commissa, num.6.*
Aliàs illam declarat desertam Iudex à quo, num.7.
8 *Desertionem excludit qualibet diligentia.*
9 *Iudex in dubio debet pronunciare pro non desertione.*
11 *Desertione opposita, instantia ampliùs non currit.*
12 *Appellatio non fit deserta, causa in Concistorio Principis pendente.*
Procedit si stat per Principem, secùs stante negligentia partis, num.13.
14 *Tempora probatoria causarum appellationum in Cathalonia quæ sint.*
15 *Minores restituuntur in integrum ob lapsum fatalium.*
Et an maiores, iustâ causa interveniente, num.16.
17 *Appellari an possit à declaratione desertionis.*

ANNOTATIO.

1 HOc statutum loquens de desertione
appellationis dicitur decisorium, &
respicit decisoria, *Bertaz. conf. crim. 469, numer. 9, lib. 2*, quem refert, & sequitur *Mascar. de gener. stat. interp. concl. 6, numer. 197, Gratian. discept. forens. cap. 416,*
2 *numer.29, par. 3.* Vndè illud est servandum
inter subditos statuentium coram quocumquè Iudice: *Hond. conf. 29, numer. 8, & seq. lib. 2, Surd. conf. 204, n.7, lib.2.*
3 Fatalia, de quibus in d. statuto in causa
appellationis currere etiam in diebus feriatis, & solemnibus, ut in eo videtur disponi in terminis huius statuti latè comprobat *Andreol. controver. 131, per tot.*
4 Desertio autem appellationis, quòd sit
declaranda per Iudicem ad quem, licèt statutum velit, ipsam induci ipso iure, cùm plura possint adesse, quæ impedire potuerint dict. desertionem voluerunt *Bald. in l. eos, 6, numer. 5, C. de appell. Felin. in cap. ex parte, 12, numer. 10, de rescrip. Iaffred. decis. 465*, quos refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap. 40, numer. 2, par. 1*, licèt aliquos contrarium tenentes referat *ibi. numer. 1.*
5 Appellationem verò esse desertam de-
clarat Iudex ad quem, si causa coram eo est introducta, & pars illum adivit, *Gratian. discep. forens. d. cap. 40, numer. 24, part. 1, Scacc. de appellat. quæst. 11, numer. 162*, & latè comprobat *Rota in Maioricen. benef. 27, Novembris 1641. coram R. P. D. Dunozetto §. minus obstat, &c. Giurb. obser.*
6 *88, numer. 1.* & etiam quando causa appel-
lationis fuit ei commissa, *Rota decis. 296, numer. 4. & 5, part. 6, rec. & in Bitunt iurispatr. 6, Iunii 1642, coram Eminentissimo*
7 *Certo, §. non obstat, &c.* Si verò causa ap-
pellationis non est coram eo introducta illam declarat desertam Iudex à quo, *Gratian. d. cap. 40, numer. 25, & Rota in dict. Bitunt. iurispatr. d. §. non obstat, &c.* ubi dat concordantes *Giurb. d. n. 1.*
8 Desertionem autem excludit qualibet
diligentia appellantis, *Scacc. de appell. quæst. 14, numer. 33, vers. Limita quarto, &c. Rota apud Merlin. de pignor. decis. 59, numer.*
9 *8, & decis. 73, numer. 6.* Et in dubio Iudex

debet

debet pronunciare pro non desertione, *Lancell. de attent. par. 2, cap. 12, ampliat. 1, numer. 26. Adden. ad Pastell. ex pedit. 91, in princ. Rota apud Merlin. decis. 55, numer.*
10 *6, post tract. de pignor.* A qua sententia lata sup r desertione benè datur appellatio, ut tradunt *Capb. cons. 209, numer. 11, lib. 2, Scacc. de app. quaest. 17, limit. 47, memb. 1, numer. 187, & Rota in d. Maioricen. benef. 5. praedictáque &c.* ubi dantur cōcordantes.
11 Addo praedictis, quòd desertione appellationis opposita instantia amplius non currit, *Deci. in cap. ex ratione, 8. numer. 10, de appell. Gratian. discept. forens. cap. 61, numer. 3, par. 1, Rota decis. 79, numer. 1, de*
12 *appell. in antiq.* Prout neque instantia currit in Auditorio Principis, itaut appellatio in eo non fiat deserta, ut tradunt *Scacc. de appell. quaest. 15, numer. 131* latè comprobans *& numer. 266, Carleval. de iudic. tom. 1, disp. 1. 2 quaest. 7, numer. 943, & Capic Latro dec 68, numer. 10, & ibi Adden. in princ. & decis. 123, numer. 4,* ubi quaerit, an illa currat in S. Cons. quam currere ex *Anich.* per eum relato tradit *Adden. ibi. numer. 2,*
13 *& sequent.* Prout non currit in Concilorio Principis si stat per eum, secùs si appareat de negligentia appellantis, *Lanc. de attent. par. 2, cap. 12. numer. 43, Guazzin. defen. 36, cap. 21, n. 6.*

ADDITIO.

14 IN hac nostra Provincia Cathaloniae per nostrum ius municipale statuta sunt termina, ac dilationes probatoriae in causis appellationum in prima instantia ingressis Regiam Audientiam, quas videre poteris, & reperies continuata penes *Peguer. in prax. rubr. 27, numer. 20, & sequent. & ibi Ripoll.*
15 *numer. 136.* Minores autem restituuntur in integrum ob eorum lapsum, paritérque eorum privilegio gaudentes, *Ripoll. d. numer. 136, Luca ad Franch. obser. ad decis. 473, Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quaest. 4, nu-*
16 *mer. 64.* & an pariter maiores propter aliquam iustam causam *Fontanel.* citatus per *d. Ripoll. d. rubr. 27, numer. 137,* ideò dicta sufficiant ad hanc rubricam; ex quo ista materia desertionis appellationum, ac fatalium trivialis est, & satis sparsa, ac reperiri facilis.
17 Scias tamen in nostra hac Provincia Cathalon ae stabilitum esse, posse appellari à declaratione desertionis quamvis à principali super meritis non potuisset appellari, ut citatis *Ferre. Fontanell. & aliis* tradit *Giurb. obser. 88, numer. 3, Ripoll. ad Peguer. in prax. rubr. 27, n. 90.*

QUOD A SENTENTIIS SYNDICATORUM Officialium non appelletur.

Rubrica X.

A Sententiis latis per Syndicatores electos ad Syndicandum Iudices, & Officiales quoscunque, nulla recipiatur Appellatio; sed unica Sententia faciat Rem iudicatam, Si tamen cum voto D. Consultoris lata sit, & DD. Auditorum Auctoritate comprobata.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio an detur à sententia syndicatorum est controversum.*
2 *Statutum prohibens appellationem à sententia syndicatorum procedit pro commissis in officio.*
3 *Appellatio datur à sententia syndicatorum in pluribus casibus.*
4 *Statutum prohibens appellationem à sententia syndicatorum est validum.*
5 *Autoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 SAtis ventilata est quaestio inter Doctores an à Sententia lata per syndicatores possit appellari, ut videre est per *Lancell. de atten. par. 2. cap. 12, limit. 20, numer. 1, & seq. & apud Scacc. de appell. quaest. 17, limit. 16. numer. 9, & sequent.* nec non apud *Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 177. numer. 12,*

& sequent. & Addent. ad Rot. decis. 27, post 2, vol. consil. Farin. qui alios dant concordantes. statutum autem nostrum clarum est, dum nullam in hoc casu admittit appellationem concurrentibus suis qualitatibus, ut considerat idem Fenzon. in d. cap. 177, nu-
2 mer. 8, vers. Caeterum, &c. Quod tamen venit intelligendum quando agitur de commissis in officio, & non alias, ut declarant Fenzon. in d. cap. 177, numer. 7, & Guazz.
3 defens. 36, cap. 10, in fin. licèt quod non obstante hoc statuto detur appellatio à sententia syndicatorum quando appellatio esset iusta, vel si constaret de manifesta iniquitate sententiae, vel si in appellatione exprimatur causa legitima, per quam sententia diceretur esse iniusta, & quod non prohibeatur recursus saltem quo ad effectum devolutivum voluerunt Pont. de syndic. in verbo Appellatio cap. 2, numer. 1, & sequent. Farinac. de variar. ac divers. quaest. quaest. 101, numer. 95, & Guaz. d. defens. 36, cap. 10, in fin. qui dant alios concordantes.

Supradictum autem statutum prohibens appel-
4 lationem à sententia Syndicatorum esse validum tenent Amod. de syndic. numer. 238, & Guazzin. d. cap. 10, numer. 4. & cum eo concordat Const. Marchiae lib. 6, cap. 2.

ADDITIO.

5 DE hac materia, inspecto nostro iure municipali, & iure communi latè egi in rubr. 19, lib. 1. & ideò hoc in loco amplius non me detineam, metipsa, seu alia ibidem involuta repetendo, illùc recurre.

QUOD NON LICEAT A DUABUS SENtentiis conformibus, sivè ab ea, quae transiverit in rem iudicatam, Appellare.

Rubrica XI.

A Sententia lata per Iudicem Appellationis, sivè Diffinitiva, sivè vim diffinitivae habente, & ab alio quocumque gravamine, tàm in Causa Civili, quàm Criminali, & mixta non liceat ulterius Appellare, nec aliqualiter reclamare, si concordat cum prima, à qua fuerit appellatum, sed illa quamprimùm Executioni demandetur, nec retardari possit sub praetextu Restitutionis in integrum, Compensationis Crediti non liquidi, Retentionis occasione meliotamentorum non liquidatorum, ac similium, sed si occasio requirat, Iudex interim Partium indemnitati idonea cautione provideat; Quòd & in Sententia, quae transitum fecerit in rem iudicatam observandum est, ut nec ab ea liceat ampliùs provocare, sed executioni demandetur. Si verò Sententia Iudicis Appellationis in aliqua parte discordat cum prima, tunc in ea parte difformi liceat appellare, Sententia remanente firma in partibus conformibus, in quibus exequi possit Appellatione, sivè Inhibitione non obstantibus.

SUMMARIUM.

1 Rota meminit de hoc statuto Eugubino de duabus conformibus in decis. hic relatis.
Et etiam Rubeus citatus, numer. 21,
2 Statutum prohibens appellari à duabus conformibus procedit si illae sint iustae, & validae, aliàs secus.
Iniustitia autem an debeat esse notoria, numer. 3,
Stante nullitate, & notoria iniustitia datur appellatio, etiam in casu prohibito, num. 4,
5 Sententiae dicuntur conformes, quando secundus Index dixit benè fuisse iudicatum.
Et quando pronunciat primam sententiam esse exequendam, n. 6,
Et in aliis casibus remissivè, num. 21.

7 Sen-

7 *Sententiæ ut sint conformes sufficit quòd concordent in substantia, & effectu.*

8 *Sententia una si condemnet in centum, & alia in 50. dicuntur conformes, quo ad 50.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores num. 9,

Quæ opiniones concordantur, n. 10,

11 *Sententiæ dicuntur conformes, licèt secunda fuerit confirmata ex novis probationibus.*

Si tamen discordent in qualitate, & substantia non dicantur conformes, n. 12,

13 *Sententiæ duæ ubi vigore statuti faciunt rem iudicatam censentur subrogatæ loco trium.*

Et ideò illarum executio retardari non potest, num. 14,

15 *Statutum de duabus conformibus habet locum etiam si prima sit lata in partibus, & alia in Curia.*

Secùs procedit in Cathalonia, n. 20,

16 *Appellatio non datur à sententia, quæ transivit in rem iudicatam.*

17 *Appellare non licet secundùm ius commune à tribus sententiis conformibus.*

Neque à duabus in Cathalonia, numer. 19,

Imò ex duabus conformibus oritur exceptio rei indicatæ, num. 18,

ANNOTATIO.

1 DE hoc statuto Eugubino, quòd non liceat à duabus sententiis conformibus appellare, meminit *Rota apud Salgad. in laber. credit. decis. 75, numer. 1, & decis. 320, numer. 2, par. 14, recen.* ubi tenet appellationem esse admittendam ratione æqualitatis servandæ inter partes, ut ibi per eam.

2 Statutum supradictum quòd non liceat à duabus sententiis conformibus appellare habet locum si sententiæ sint iustæ, & validæ, aliàs secùs, ut tradunt *Gratian. discep. foren. cap. 691, numer. 17, par. 4, Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 180, num. 52, & sequent. Illustriss. Dominus meus Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 15, in tit. de iudic. discur. 36, numer. 58, & Rota decis. 179, numer. 1, & sequent. par. 7, recen. & in Vrbinat. Salvian. 18, Iunii 1660, coram Cardin. Celso in princip. & decis. 287, numer. 4, par. 15, recent.*

3 Nullitas verò, vel iniustitia an debeat esse notoria, vel sufficiat simplex iniustitia tradunt *Gargiar. Iun. cons. 31, vol. 2, unà cum voto ibi, & D. Deluca in d. discur. 36, numer. 58,* ubi dicit, iniustitiam non requiri notoriam, ut ibi per eum, & stante nullitate;

4 & notoria iniustitia dari appellationem etiã in casu prohibito tradunt *Grat. disc. foren. cap. 236, in fin, par. 2, & Rot. d. decis. 179, num. 2, par. 7, recen. & in Bonon. fideicom. de Bologni. 17, Martii 1642, coram R. P. D. Carillo, & in Ariminen. fideicom. 18, Iunii 1641, coram Card. Cerro, §. nec refragatur, &c.* ubi loquitur in simplici iniustitia.

5 Sententiæ vero dicuntur conformes, quando Iudex appellationis declarat benè fuisse iudicatum à Iudice à quo, & illius sententiam confirmat, ut declarant *Paitell. exped. 59, in fin. Guazzin. defens. 37, cap. 1, numer. 4, & Rota decis. 202, num. 1, par 6, recen. & in Viterbien. census 7, Iunii 1638, coram Card. Verospio post princ. & apud Salgad. in laber. credit. decis. 75, numer. 3.* & quando secundus Iudex pronunciat primam sententiam esse exequendam, ut contra *Corn.* probat *Scaci. de appell. cap. 2, q. 17, lim. 2, numer. 30, vers. Exemplifica secundò, &c.*

7 Et sententiæ ut dicantur conformes sufficit, quòd concordent in substantia, & in effectu, & tendant ad eundem finem; licèt discordent in causa, vel in formalitate verborum, maximè quando proceditur solâ facti veritate inspecta, *Thesaur. decis. pedem. 228, per tot. Gratian. decis. March. 18, numer. 1, & sequent. Guazzin. def. 37, cap. 1, numer. 1, Andreol. controver. 228, numer. 9, Dominus Deluca in d. tit. de iudic. tom. 15, discur. 36, numer. 55, Rota in Anconitana censuum 11, Decembr. 1641. coram Cardin. Cerro post princ.* Licèt in hoc certam regulam unicuique casui applicabilem statui non posse, cum revera dicatur potiùs quæstio facti, quam iuris decidenda ex facti qualitate, & ex singulorum casuum circumstantiis tradat idem *Illustrissimus Dominus meus Deluca in d. tom. 15, d. discur. 36, num. 56 vers. Quod autem, &c.*

8 Sententia verò una si condemnat in centum, & alia in quinquaginta dicuntur conformes quo ad quinquaginta uti habetur in hoc statuto, cùm in maiori summa insit minor, ut tradunt *Surd. cons. 102, numer. 7, lib. 1, Guazzin. defens. 37, cap. 1, numer. 10, & sequent. Gratian. discept. forens. cap. 42, numer. 7, par. 1, Hodiern. ad Surd. decis. 114, numer. 6, Dominus Deluca in d. tom. 15, discurs. 36, numer. 55, & Rota in dict. Anconitana censuum 11, Decembr. 1641, coram Cardin. Cerro, §. & cessat, &c.* ubi testatur de veriori, & receptiori sententia, & in *Romana pecuniaria 17, Iunii 1658, coram Card. Celso, §. nec de conformitate, &c.*

9 Licèt contrarium quòd non sint conformes in minori summa de iure communi cùm sententia sit individua teneant *Gabr. cons. 56, numer. 9, lib. 1, Bursatt. cons. 319, num. 9, lib. 2, Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. S,* con-

10 *conclus.* 172. *numer.* 4. Prima autem opinio procedit si secundus Iudex pronunciavit per capita separata, aliàs secùs, ut in terminis huius *Statuti Eugubini* declaravit *Rota in Eugubina dotis, 9. Maii* 1642. *coram R. P. D. Rojas, §. nec sententia, &c.* ubi dat concordantes.

11 Addo prædictis, quòd sententiæ dicuntur conformes, licèt prima fuerit confirmata ex novis probationibus, ut latè comprobat *Andreol. controver.* 228, *per tot.* Si ta-
12 men illæ sint discordes in qualitate, & substantia non sunt conformes, ut not. *Menoch. cons. 509, numer. 16, lib. 6, & Rota apud Duran. decis. 351, numer. 1, & decis. 365, numer. 3, & apud Merlin. de pignor. decis. 78, numer. 1, & 3,* ubi aliæ recensentur.

13 Sententiæ autem duæ ubi vigore statuti faciunt rem iudicatam, & ab eis non licet appellare dicuntur subrogatæ loco trium, & quod dicitur de tribus de iure communi procedit etiam in duabus, *Cravet. cons. 183, numer. 2, & 3, Scacc. de appellat. quæst. 17, limit. 1, numer. 67, Rota apud Duran. decis. 365, numer. 1, & apud Card. Celsum,*
14 *decis. 264, numer. 3.* Et ideò illarum executio nec agendo, nec excipiendo retardari potest, *Clem. ut calumniis de re iudic. Gabr. comm. conclus. de execut. rei iudic. conclus. 1, numer. 18, Scacc. de appell. quæst. 19, remed. 1, conclus. 5, numer. 3, & Rota decis. 647, numer. 1, par. 1, recen. & apud Salgad. in laber. credit. decis. 75, num. 4.*

15 Statutum de quo suprà de duabus conformibus habet locum etiam si prima sententia sit lata in partibus, & secunda sit lata in Curia, *Rota apud Pacif. de Salvian. decis. 154, numer. 10, & apud Salgad. in laber. credit. dec. 75, n. 5, & 6,* benè comprobans.

16 Et à sententia quæ transivit in iudicatum non potest appellari, uti habetur in hoc statuto tradunt *Alba. cons. 14, numer. 8, Andreol. controvers. 62, numer. 18, & Rota decis. 183, numer. 3, part. 2, recentiorum, & apud Bich. decis. 248, n. 9, p. 1.*

ADDITIO.

17 LIcèt de iure communi à tribus sententiis conformibus non liceat amplius appellari, *Matthau. de regim. Regni Valent. c. 12, §, 2, à n. 154, & §. 3, n. 29,* ubi *Giurb. Salgad. Pereir. Amat. Covarr. & alios* citat *Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quæst. 1, numer. 2. Scoppa. ad Gratian. obser. 18, à nu-*
18 *mer. 1.* immò ex duobus conformibus exceptio rei iudicatæ oriatur, *Marin. Carocc. & alii citati per dict. Scoppa. d. obser. 18, numer. 31, & sequent. Sabell. in summ. divers. tractat. §. Appellatio, num. 35, Massola trismegis. legal. ratiocin. 13, numer. 1, & sequent. Escobar. à Corro. de puritat. & nobilitat. par. 2, quæst. 4, art. 2, num. 1, &*
19 *sequent.* tamen in hac nostra Provincia Cathaloniæ in R.S. à duobus conformibus ampliùs non supplicatur, *Cancer. Fontanell. Gratian. Ramon. Giurb. & alii citati per Ripoll. ad Peguer. rubr. 16, numer. 29, Matthau. d. §. 2, numer. 154, & §. 3, numer. 29.*
20 inter quas non connumerantur sententiæ latæ coram Ordinariis; ex quo ab illis, licet conformibus, licet appellari ad R. S. & ita nec pro una habentur; cum à prima lata in R. S. confirmatoria duarum latarum per ordinarios liceat in Senatu supplicare, *Cancer. var. 3, cap. 18, numer. 33.* ubi *seipsum, & Peguer.* citat.

21 Quando autem sententiæ dicantur conformes, ut ab eis non liceat appellari, & plura de materia huius rubricæ latissimè invenies penès *Doctissimos Altimar. dict. rubr. 5. quæst. 1, per tot. & penès Matthau. de regim. Regn. Valen. cap. 12, §. 2, numer. 156. Carol. Anton. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 356, & 710, Bonden. collect. legal. 6, numer. 80, & sequent.* signanter ad materiam huius statuti conduci *Theodos. Rube. Singular. part. 6, in addit. ad cap. 178, lib. 1,* ipsos consule.

QUOD A PRONUNTIA DE EXEQUENDO non Appelletur.

Rubrica XII.

VOlumus, quòd à Sententia de exequendo conformes, vel aliter in rem iudicatam transacta non liceat Appellare: Et ideò Iudex possit, & debeat ad Executionem in dicta Sententia commissam Parte instante procedere, & cum effectu exequi, & exequi facere Appellatione ab illa inter-

interposita, & Inhibitione; quæ per Iudicem ad quem desuper fieri contigerit, non obstantibus: Nisi tamen excederetur modus in exequendo, quo casu executio non retardetur, sed tàm per primum, quàm secundum Iudicem Appellationis reparari, & Appellantis indemnitati provideri possit, & debeat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à pronuntia de exequendo datur, statuto non obstante, ratione excessus.*

Et quando pronuntia de exequendo cõtinet novum gravamen, n. 2.

Et quando dicatur continere novum gravamen, num. 3.

Excedere Iudex dicitur non admittendo exceptiones aptas impedire executionẽ, numer. 4,

Appellatio tamen in dicto casu datur quoad effectum devolutivum, n. 5,

Requiritur tamen in dicto casu ad appellandum mandatum speciale, n. 6,

7 *Appellatio non datur à pronuntia declarante sententias conformes.*

A pronuntia verò de exequendo datur ad utrumque effectum ratione notoria iniustitia, n. 8,

Secùs aliter de iure communi, n. 9,

Benè tamen de iure Cathalonia, n. 10,

ANNOTATIO

1 APpellatio à pronuntia de exequendo devolvit non obstante statuto id prohibente quando adest excessus, *Lancell. de attent. par. 2, cap. 17, limit. 53, numer. 24, Paitel. exped. 25, numer. 1, & sequent. & ibi Adden. Fenzon. ad statut. Vrb. cap. 171, in princip. Rota apud Gregor. XV. decis. 345,*
2 *in fin.* Et quando sententia de exequendo continet novum gravamen, *Rolan. cons. 43, numer. 7, lib. 1, Rota decis. 340, numer. 3, par. 1, recent. & in Bonon. fideicom. de Bologni. 17, Martii 1642, coram R. P. D. Carillo post princ. & in Anconit. censuum 11, Decembris 1641, coram Cardin. Cerro,*
3 *§. Denique non obstat, &c.* Et dicitur continere novum gravamẽ quando in subsequenti sententia adjicitur, vel detrahitur aliquid substantiale, quod est diversum, & non venit in consequentiam alterius præcedentis, ut not. *Cravet. cons. 103, numer. 4, Rota decis. 100, numer. 1, part. 1, divers. & in d. Bononien. fideicomm. de Bologni. §. Novum*
4 *verò, &c.* Excedere autem Iudex dicitur nõ admittendo exceptiones aptas executionem sententiarum impedire, ut declarant *Paitell. d. expedit. 25, numer. 5,* ubi alios modos recenset, *& ibi Adden. numer. 10, & Lancellot. de atten. d. limit. 53, numer. 24,* qui dant concordantes, *& Fenzon. in d. cap.*
5 *171, numer. 5.* Appellatio tamen in dictis casibus datur quo ad effectum devolutivum tantum, ut declarant *Cavall. in tract. commu. contra commun. quæst. 190, Adden. ad Paitell. d. expedit. 25, numer. 11, & Rot. decis. 100, numer. 13, part. 1, divers. & decis. 620, numer. 2, par. 1, recent.* Mandatum ta-
6 men ad appellandum ratione excessus requiritur speciale; & individuum, ut post *Franc. Becc. Soccin. Iun. Barz. Magon. Aret. & Bero.* per eos adductos declarant *Adden. ad Paitell. d. exped. 25, n. 13.*
7 A pronuntia verò declarante sententias esse conformes non dari appellationem voluit *Scacc. de appellat. quæst. 17, limit. 1, numer. 49.* ubi hanc conclusionem dicit veram, licèt referat contrarium tenentem *Ragginel. de appellat. §. 2, cap. 3, numer. 218,* ipsos consulas.
8 A pronuntia verò de exequendo datur appellatio ad utrumque effectum ratione notoriæ iniustitiæ, ut tradit *Rota in Bononien. fideicomm. de Bologni. 27. Novembris 1641, coram R. P. D. Carillo, §. Quod autem, &c.*

ADDITIO

9 DE iure communi recepta est opinio huic statuto conformis, quòd à pronuntia de exequendo sententiam in rem iudicatam transactam non appelletur, sicque à decreto executionis; ex eò quia cùm iste actus veniat in complementum prioris, non est qui gravat, sed prior, & ita iste, & non secundus est attendendus, & sicuti non potest appellari à primo, pariter nec à isto secundo, *Salgad. de Reg. protect. par. 2, cap. 3, numer. 7, & sequent. & par. 4, cap. 1, numer. 11, & sequent. Carleval. de iudic. tit. 3, disput. 3, numer. 47, Scoppa ad Gratian. obser. ad decis. 74, numer. 1, & sequent. Carol. Anton. De Luca animadver. ad discep. Gratian. cap. 333, numer. 1, & 5,* ubi *Andreol. Surd. & alios* citat *Passerin. à Sextula ad tit. de appellatio. in 6, art. 17, numer. 481, & plures,* quos citat. *Doctissimus Emanuel Alvarez. Pegas resol. foren. resol. 15, num. 63.*

10 In

10 In hac tamen nostra Provincia Cathaloniæ recepta est opinio contraria, quod à provisione decreti executionis sententiæ trāsactæ in rem iudicatam latè ab Ordinariis appellatur ad Regiam Audientiam, & in dicto R. C. ab ea supplicatur, ut de dicta praxi testatur, citatis *Cancer. Fontanel. & aliis Meritissimus, ac Nobilis Senator noster Amigant in prax. Peguer. rubr. 29, numer. 152, & sequent.* maximè *numer. 155,* ubi rationem adfert, & *rubr. 27, numer. 74, in fin.*

DE EXECUTIONE REI IUDICATÆ REAliter, & personaliter facienda.

Rubrica XIII.

IS, qui Mandatum executivum realiter, & personaliter exequendum contra suum debitorem obtinuerit, possit, si velit, debitorem personaliter capi facere, & ad Carceres adduci, inde non relaxandum, donec solverit, vel satisfecerit ipsi Creditori, præterquàm in die, quo fit Mercatum, tempore Nundinarum, Diebus Dominicis, & aliis Festis Maioribus, quæ notantur suprà Libro II. sub Rub. De Suspect. Fugit. Possit etiam Creditor in possessionem bonorum immobilium se immitti facere, bona quoque mobilia capere & super nominibus Debitorum, & Iuribus aliis omnibus exequi, ut suprà diximus sub Rub. De modo procedendi in causis Civilibus, & sub Rub. De Contumace, & Tenutis dandis.

Addentes etiam, quòd si Creditor unam viam elegerit, non censeatur alteri præiudicasse, sed utramque simul intentare, sivè de una ad aliam transire sibi licere, donec ei fuerit integrè satisfactum.

SVMMARIVM.

1 *Variatio est licita in contractibus.*

Prout etiam est licita in executivis, numer. 2,

Maximè stante obligatione Camerali, num. 3,

Et potest creditor variare de principali ad fideiussorem, & è contra, n. 4,

Et de executione reali ad aliam realem, num, 5,

Maximè stante obligatione Camerali, num. 6,

7 *Lite executiva introducta an possit variari ad ordinariam.*

Et an possit variari ab ordinaria ad executivam remissivè, n. 8,

9 *Executio fieri non potest tempore feriato in honorem Dei.*

10 *Nundinarum privilegio potest renunciari.*

Si tamen renuncietur ei expressè, aliàs secùs, num. 11,

12 *Auctoris remissio,*

ANNOTATIO.

1 IN contractibus, quicquid sit in ultimis voluntatibus est licita variatio, ut tradunt *Ias. in l. servi electione, 5. n. 10, ff. de legat. 1, & ibi Alex. Imol Castr. & alii, Ant. Gomez var. resol. tom. 2, c. 10 n. 9, 10, & seq. Hodiern. contr. 40. n. 5, & 6,* licèt contrarium teneat *Merlin. de pign. lib. 5, tit. 2, q. 59, n. 9.*

2 Prout etiam est licita variatio in executivis, uti habetur in hoc statuto, Ita ut creditor si capi fecit debitorem pro debito antèquam solvat potest petere se immitti in tenutam bonorum, & è contra si fuit immissus in tenutam bonorum potest petere debitorem carcerari, ut tradunt *Surd. cons. 98, numer. 5, vol. 1, Scapuc. de Salvian. lib. 2, quæst. 15, numer. 2, & sequent. Graff. de excep. in prælud. numer. 59, & sequent. num. 63, Pir. Maur. de fideius. par. 2, sect. 10, cap. 79, per tot. Post. de subhast. inspect. 27, per tot.* ubi dicit hoc non habere locum si pignus sit sufficiens, ut ibi per eum, & *Rot. decis.*

decis. 161, *numer.* 4, *par.* 6, *recent.* Maximè
3 stante obligatione Camerali, *Zacch. de oblig. Camer. quæst.* 11, *numer.* 9. ubi limitat, nisi per actionem electam creditori non fuerit plenè satisfactum, ut ibi per eum, *Rota d. decis.* 161, *numer.* 25, *par.* 6, *recent.* & dicam infra latiùs.

4 Et creditor in executivis potest variare de principali ad fideiussorem; & è converso de fideiussore, ad principalem, ut tradunt *Graß. de except. in prælud. num.* 63, ubi quamplures dat concordantes *Pir. Maur. de fideius. par.* 2, *sect.* 10, *d.cap.* 79, *num.* 3, *Merlin. de pignor. lib.* 5, *tit.* 2, *quæst.* 79. *numer.* 13, Et
5 potest variare in executione reali ad aliam realem si bona capta in tenutam adhuc non sint subhastata, & adiudicata ipsi creditori, ut tradunt *Thesaur. quæst. forens.* 7, *per tot. lib.* 1, *Posth. de subhast. d. inspect.* 27, *num.* 16, *& sequent. & Rota d. decis.* 161, *numer.* 4, *par.* 6, *recent.* refectis tamen expensis, & dicunt *Thesaur. d. quæst.* 7, *num* 6, *& Pesthi. d. inspect.* 27, *n.* 10.

6 Et eo magis dicta variatio admittitur de una re ad aliam stante obligatione Camerali *Surd. decis.* 44, *num.* 17, *Pesthi. de subhast. inspect.* 14, *numer.* 46, *& d. inspect.* 27, *per tot. Zacch. de oblig. Camer. q.* 11, *n.* 9.

7 Lite autem executiva introducta an possit ea pendĕte creditor agere ordinariè tractans *Lancellot. de attent. par.* 2, *cap.* 4, *limit.* 30, *numer.* 1, *& Andreol. controver.* 94, *numer.*
8 18, qui plures dat concordantes, & pariter an iudicio ordinario cœpto possit variari ad executivum tradunt *Lancellot. in loc. suprà proximè adducto, Zacch. de oblig. Camer. d. quæst.* 11, *ferè per tot. Cenc. de cens. quæst.* 95, *numer.* 28, *& sequent. & Andreol. controvers.* 102, *numer.* 24, nec non *Rota in Eugubina decis*, 14, *Februarii* 1642, *coram R. P. D. Carillo*, §. *Primè mandatum*, *&c.* qui tenent pro negativa, illos consulas, & videas etiã adducta suprà *lib.* 2, *rubr.* 3, *n....*

9 Executio verò quòd fieri non possit tempore feriato in honorem Dei, & quando illa fieri possit dixi suprà ad *rubr.* 28, *numer.* 19, *& sequent. lib.* 2. videas ibi.

10 Privilegio tamen nundinarum, de quo in hoc statuto possunt partes renunciare cùm illæ sint introductæ in commodum privatorum principaliter, & secundario favore publico, ut tradit *Petr. Pecch. de iure sisten.*
11 *cap.* 9, *in princ.* Quæ tamen renunciatio, ut afficiat debet esse specialis, aliàs non afficit, *l.* 1. *& ibi Roma. & alii, ff. de in ius voc. Petr. Pecch. ubi suprà num.* 2, & dixi etiam suprà ad *Rubr. de nund. lib.* 1.

ADDITIO.

12 DE materia huius rubricæ aliqua dixi in *rubr.* 3, *lib.* 2, *numer.* 77, *& sequent.* ideò nè eadem repetam, ad ibi dictatæ remitto, quo in loco aliqua circa variatione adduxi.

DE APPELLATIONIBUS IN CRIMINALIbus causis interponendis.

Rubrica XIV.

A Sententia Diffinitiva Criminali liceat gravato infra quintam diem à die Notificationis cum insertione tenoris Sententiæ suam Appellationem interponere modo superiùs expresso, & in dicto termino illam repræsentare, introducere, & inhiberi facere in forma, & deinde in terminis probatoriis poterit ea, quæ coram Iudice à quo deducta non fuere, coram Iudice Appellationis pro sua defensione deducere, & probare, Feriis quibuscunque non obstantibus, etiam non exhibito gravamine.

Ab interlocutoria verò, sivè ab aliquo gravamine infra triduum appellare, & inhiberi facere teneatur, illámque ex eisdem Actis expediri facere; Nisi tamen Reus pauper, & indefensus esset, quo casu Iudex terminum ad prædicta prorogare posse æquissimum est.

SVMMARIVM.

1 *Appellare an liceat reo condemnato in criminalibus est controversum.*
Posse de iure communi est certum, n. 9,
Non tamen in Cathalania ante annum 1599, benè tamen ex post, n. 10,
Et in quibus casibus de iure communi, numer. 11,
2 *Statutum quòd reo liceat in criminalibus appellare, uti aequum est servandum.*
Ita ut stante dicto statuto appellatione pendente Iudex à quo non possit innovare, num. 3,
4 *Iudex appellationis an teneatur sequi statuta propria, vel Iudicis à quo.*
5 *Reus in causa appellationis potest novas probationes facere.*
6 *Fiscus ab absolutione rei de consuetudine non appellat.*
Declara ut numer. 7.
Quod eo magis procedit si adsit instigator secretus, vel apertus, n. 8,
12 *Recursus interponi potest ad Principem in criminalibus, licèt non possit appellari.*
Et iste recursus quomodo practicetur, numer. 13;
14 *Fiscus an appellet, tàm in criminalibus, quàm in civilibus.*

ANNOTATIO.

1 ADmodum controversa est quaestio inter Doctores, an in criminalibus reo condemnato liceat appellare maximè de generali consuetudine, ut videre est per *Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 97, numer. 62. & pluribus sequent. & de appellat. quaest. 17, limit. 48, numer. 1, & sequent.* per *Guazzin. defen. 36, cap. 3, & 4, per tot. & per Farinac. de variar. ac diver. quaest. quaest. 101, numer. 7, & sequent.* qui aliqs dant concordantes quamplures; statutum tamen nostrum benigniùs procedendo dum agitur praesertim de vita hominis ad tollendam dictam disputationem, ut considerat in his terminis *Scacc. de appellat. d. quaest. 17, limit. 48, numer. 8.* admittit opinionem affirmativam, quòd appellatio rei fieri possit in criminalibus, dummodo illa interponatur in termino quinque dierum à die notificationis modo, & formâ in eo expressis, quod est omninò aequum,
2 & servandum ad notata per *Aldovin. cons. 1, numer. 47, & cons. 82, numer. 5, & per Ciriac. controver. 175, numer. 26,* & ita servari etiam de consuetudine in *Regno Franciae* etiam in criminibus gravissimis, dicit *Scacc. de appell. quaest. 13, sub numer. 109, & d. quaest. 17, limit. 48, numer. 36,* ubi dat
3 concordantes, Ita ut stante dicto statuto Iudex à quo pendente appellatione, vel termino ad appellandum nihil innovare possit, *Lancellot. de attent. cap. 12, in praefat.* ubi aliquas ponit ampliationes, & limitationes, & *Guazzin. defens. 36, cap. 28, numer. 1, & sequent.* qui dant concordantes, & dixi *Ego in Resolut. crimin. vers. Appell. Resol. 1, num. 5, & sequent.*

4 Vtrum verò Iudex appellationis teneatur sequi statuta Iudicis à quo, seu propria statuta, tàm in ordinatoriis, quàm in decisoriis latè tradunt *Scacc. de appellat. quaest. 18, numer. 1, & sequent. & Guazzin. d. defens. 36, cap. 30, numer. 1, & seq.* ipsos consulas.
Addo praedictis, quòd dum statutum nostrum admittit, quòd reus condemnatus appellans possit novas facere probationes, & non deducta deducere ad probandam illius innocentiam concordat cum iure communi,
5 quo omnia praedicta reo facere conceduntur, ut tradunt *Lancell. de attent. cap. 12, limit. 27, numer. 4, Farinac. cons. 16, numer. 3, lib. 1,* & benè declarat *Guazzin. d. defen. 36, cap. 18. numer. 1, & sequent.* ubi dicit, dictam conclusionem habere locum, tàm ex parte appellantis, quàm appellati, ut ibi per eum.

6 Nec non etiam quod fiscus ab absolutione rei de generali consuetudine non valeat appellare, ut probant *Ludo. Clar. Farinac. Gram. Baiar. Vincent. de Franch. Marchesa. Scacc. Mar. Anton.* quos refert, & sequitur *Guazzin. d. defens. 36, cap. 14, numer. 2, & seq.* ubi tamen subiungit, quòd
7 ob Constitutionem super Reformat. Trib. Vrb. permittentem fisco appellare id remittitur arbitrio Signaturae, & Legatorum in Provinciis status Ecclesiastici, ut ibi per eũ, & *Scacc. de appellat. quaest. 17, limit. 49,*
8 *numer. 1, & sequent.* & eo minus licet fisco appellare quando adest instigator secretus, vel apertus, nisi instigator satisfdederit de reficiendis expensis si dicta cautio per reum petatur, ut not. *Farinac. de var. ac divers. quaest. quaest. 101, numer. 32, Scacc. de appell. quaest. 17, limit. 49, numer. 11, Vermig. cons. 324, numer. 5,* & dixi *Ego in Resol. crimin. in verb. Appellatio, Resol. 2, per tot.*

ADDITIO.

9 DE iure autem communi certum est, quòd licebat reis condemnantis in criminalibus appellari, *Salgad. de Reg. protect. part. 3, cap. 14, numer. 1, & sequent. Matthaeu. de regim. Regn. Valent. cap. 8, §. 9,*
num.

num. 35, & de re criminali controver. 2, numer. 2, Cancer. var. 1, cap. 17, numer. 11, Altimar. de nullitatib. rubr. 5, quaest. 26,
10 *numer. 1, & sequent.* De iure autem nostro Cathaloniæ ante annum 1599, in causis criminalibus non licebat reis appellari, sed hi omni remedio destituti erant, solùmque Deum habebant ultorem, si gravamen prætendebant, *Fontanel. decis. 120, numer. 2, & sequent. Cancer. var. 1, d. cap. 17, numer. 12, & var. 3, cap. 18, numer. 19, Peguer. in prax. rubr. 27, numer. 25. Ferrer. citatus à d. Altimar. d. quaest. 26, numer. 6.* ab dicto tamen anno 1599. per *cap. 15, Curiarum dicti anni* fuit dispositum, quòd in criminalibus admitteretur appellatio in omnibus causis præter ibi exceptas, & in quibus à iure communi non admittitur appellatio, *Peguer. Cancer. Fontanel. & alii citati per Ripoll. ad dict. prax. Peguer. d. rubr. 27, num. 154, & sequent. & metipse Peguer. d. rubr. 27, à numer. 25, Altimar. d. quaest. 26, numer. 7, Matthaeu. de re crim. controver. 2, num. 13,*
11 in quibus autem casibus non admittatur à iure communi in criminalibus appellatio, fastidiosum esset tibi recensere, id videre poteris penès dict. *Matthaeu. Salgad. Peguer. Altimar. in locis citatis*, ubi id tradunt latissimè, & penès citatos per *Aylon. ad Gomez. par. 3, cap. 13, n. 32.*

12 Per *cap. 16, dictarum Curiarum anni* 1599. pariter dispositum extat, quòd in curiis Baronum, in casu condemnationis ad mortem naturalem, liceat coram ipso mutato Assessore appellati; hoc tamen non obstante reo condemnato licet ad R. A. recurrere, uti ad Curiam Principis; ex quo prohibitâ appellatione, non venit prohibitus recursus ad Principem, *Cancer. var. dict. cap. 17, numer. 12, Fontanel. Cortiada. Crespi. & alii citati per Matthaeu. de regim. Regn. Valent. d. cap. 12, §. 2, numer. 159. & sequent. Pilaia decis. canon. lib. 2, decis. 10, petitio. 9, numer. 58, & lib. 4, decis. 1, numer. 58, d. tom. 2, Scacc. Censal. Crespi. Fontanel. citati à Modern. Castald. consult. foren. 132, numer. tom. 1, Pasqualig. ad Laurot. de Franch. controver: inter Episcop. & Regular. par. 1, num. 1359, in fin. Scoppa ad Gratian. obser. 51, numer. 1.* ubi plures citat, & tradunt *Moderni citati per Doctissimum Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quaest. 9, numer. 4, & alii citati per Modern. Sabell. in summ. divers. tractat. verbo Appellatio, numer. 9, vers. Quod appellatione, &c.* Et
13 practicam interponendi dictum recursum ad S. R. C. tradit *Fontanel. decis. 386, per tot.* maximè *numer.* 10.

14 Fiscus autem an appellet, tàm in civilibus, quàm in criminalibus tradunt *innumeri Doctores* sufficiet tamen tibi doctrina *Doctissimi Altimar. de nullitatib. rubr. 4, quaest. 23, per tot.* penès quem, & penès citatos per *Scoppa. ad Gratian. d. obser. 51, numer. 11, & sequent.* & per *Massin. de confisc. bonor. quaest. 50*, habebis quæ volueris, ad ipsos recurre.

QVOD IN CRIMINALIBVS NON LICEAT appellationem prosequi, nisi facto deposito.

Rubrica XV.

SI quis ex aliquo Maleficio fuerit diffinitivè Condemnatus in aliqua pœna pecuniaria, debeat infra quinque dies sequentes à die Appellationis interpositæ facere Depositum, seu præstare idoneam Cautionem in forma Depositi penès Notarium Cameræ de integra pœna, in qua fuit condemnatus: Si verò deponere, aut cavere noluerit, vel non potuerit, detineatur, vel reponatur in carceribus, donec causa per Sententiam terminetur: Reservata tamen semper gratia reportanda à Superiore.

SVMMARIVM.

1 *Reus condemnatus in pœnam pecuniariam appellans tenetur facere depositum.*

Fallit si dictus reus velit manere carceratus, num. 2,

Non auditur tamen volens dare pignus, numer. 3,

Rs 4 *Stat*

4 *Statutum de faciendo depositum non habet locum quando pœna non applicatur Cam. Apostolica.*

Neque habet locum quo ad interesse partis, num. 5.

6 *Narratio Auctoris.*

ANNOTATIO.

1 REus condemnatum in pœnam pecuniariam appellantem teneri ad faciendum depositum, seu præstandam cautionem de solvendo quantitatem, in qua fuit condemnatus uti habetur in hoc statuto extat *Bulla Pii IV.* de qua mentionem facit *Guazzin. d. fensf. 36, cap. 5, numer.* 1, *& sequent. & Scacc. de appell. quæst.* 17, *limit.*

2 48, *numer.* 34, *& sequent.* Ita ut si condemnatus appellans nolit facere depositum, nec cavere de solvendo, sed velit manere carceratus non possit ad prædicta adstringi, cùm iniquum sit, velle habere rem, & personam ut benè comprobat *Guazzin. d. cap.* 5, *nu-*

3 *mer.* 7, Et si reus appellans non habeat facultatem præstandi fideiussionem, vel deponendi pecuniam non auditur offerendo pignus, ut docent *Baiar. ad Clar. quæst.* 46, *numer.* 41, & latè comprobat *Guazzin. d. defen.* 36, *cap.* 5, *numer.* 3. licèt quòd appellans ob paupertatem possit prosequi appellationem not. *Fenzon. ad stat. Urb. cap.* 171, *numer.* 17.

4 Dictum autem statutum de faciendo depositum per appellantem habet locum quando pœna applicanda venit Cameræ Apostolicæ, quia si illa veniat applicanda locis Piis, seu Cameræ Baronis, vel Episcopi appellans non tenetur facere d. depositum, si causa agatur coram Barone, vel Episcopo, ut declarant *Farinac. de var. ac diver. quæst. d. quæst.* 101. *numer.* 104, *& Guazzin. d. defen.* 36, *cap.* 5, *numer.* 2. Prout neque d.sta-

5 tutum habet locum quo ad interesse partis, sed solùm quo ad pœnam applicandam Cameræ Apostolicæ, ut tradit *Guazzin. in d. cap.* 5, *in fin.* dicens, ita passim servari in practica, ut ibi per eum.

ADDITIO.

6 IN casibus, in quibus in hac nostra Provincia Cathaloniæ, in criminalibus licet appellare, necesse non est facere depositum aliquod; sed sicuti in civilibus proceditur quando à sententiis interponitur appellatio; ideò in his non me detineam.

FINIS LIBRI TERTII.

STATU-



STATUTORUM CIVITATIS EUGUBII

LIBER QUARTUS.

DE ACCUSATIONIBUS.

Rubrica Prima.



D Accuſandum, vel denunciandum aliquem de crimine, vel maleficio nullus admittatur, niſi primò iuraverit coram Iudice, ſivè Notario Maleficiorum, quòd non animo calumniæ accuſationem porrigit, ſed quia credit illam eſſe veram, & niſi ſuam, vel Suorum uſque ad tertium gradum de Iure canonico computandum, iniuriam proſequatur, Exceptis delictis atrocioribus, in quibus cuilibet accuſare, & denunciare permittatur: Sicut etiam Tutoribus, & Curatoribus pro Pupillis, Minoribus, & ſimilibus Perſonis, & Syndicis Univerſitatum, aliiſque Adminiſtratoribus, & Officialibus publicis pro eorum Officio licere volumus. Teneatur tamen Accuſator ſuam accuſationem claram, & apertam proponere, & inſtituere, in qua locus, tempus, & qualitas perpetrati delicti contineatur, exprimendo nomina Teſtium, quos putat de delicto informatos: Fideiuſſorem tamen præſtare, aut ſe pœnæ Talionis ſubſcribere non teneatur: Niſi tamen Accuſator ſit Forenſis, quem Iudicis arbitrio ſatiſdare debet æquiſſimum eſt.

Ut autem temerarii, ſivè falſi Accuſatores in poſterum ab alienis moleſtiis arceantur, Statuimus, quòd quicumque dolosè accuſaverit, vel denunciaverit aliquem de falſo maleficio, & non probaverit ſaltem per unum Teſtem, vel per aliquod probabile indicium Iudicis arbitrio iudicandum, tale

maleficium per eum fuisse commissum, sivè etiam falso accusasse comperiatur; talis Accusator puniatur dimidiâ pœnâ, qua condemnaretur Accusatus, si accusario probata esset, ultra refectionem omnium damnorum, & interesse, in quibus per Iudicem in Sententia absolutoria Accusatorem condemnari volumus, & mandamus.

SVMMARIVM.

1 *Accusator tenetur iurare accusationem esse veram, & illam porrigere non animo calumniæ.*

Accusare in delictis privatis non potest, nisi qui suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, n. 2,

Tutores, Curatores, & Syndici quo nomine debeant accusare, n. 3,

Accusator an teneatur in accusatione exprimere locum, & tempus commissis delictis, num. 4,

Accusator quando excusetur à pœna calumniæ, n. 5,

Quæ sit iusta causa excusans à calumnia remittitur arbitrio Iudicis, n. 6,

7 *Delicta hodiè puniuntur ex officio, per inquisitionem, neminéque accusante.*

Quod iuri dissonum tradunt aliqui, numer. 8,

In Cathalonia tamen per inquisitionem proceditur, num. 9,

Quod iuri canonico conforme est, numer. 10,

Et ita processus in ea dicuntur fisci licèt pars assistat, n. 12,

Limitatur tamen in causis Nobilium, in quibus instantia partis requiritur in Cathalonia, n. 13,

Nisi in certis casibus, n. 14,

Et an requiratur post sententiam in executione, an verò absque ea possit procedi ad executionem, n. 15,

11 *Accusatoris vicem sustinent denunciatio, notorietas, aut infamia delicti.*

16 *Accusare qua persona possint, & an per Procuratorem, & alia remissivè.*

17 *Iudex quis sit competent in criminalibus.*

ANNOTATIO

1 Accusatorem in porrigendo quærelam teneri iurare parte saltem petente accusationem esse veram, illámque non animo calumniæ porrigere, ut disponitur in hoc statuto tradunt *Adden. ad Ang. de malef. in verbo Hac est vera inquisitio, nu. 61,* ubi testantur de communi opinione, & ita servari de generali consuetudine *Italiæ* testatur *Clar. in pract. §. fin. quæst. 18, vers. Dicit etiam, &c.* licèt apud eum non servetur, *Farinac. de accus. quæst. 16, num. 28,* & generaliter in criminalibus testatur *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2, in tract. de tuto. & curat. tit. 19, numer. 2937.* ubi quàmplures dat concordantes.

2 Sicuti etiam quòd in delictis privatis quis non admittatur in accusandum nisi qui suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, ut habetur in hoc statuto, tradunt *Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3, cap. 1, num. 29, Clar. in pract. §. 1, vers. Privata autem, &c. & Farin.* qui alios dat concordantes *de accus. quæst. 12, numer. 7.* ubi dicit id procedere etiam in delictis privatis, pro quibus pœna venit applicanda fisco, ut ibi per eum, Quæ autem dicantur delicta atrociora, de quibus fit mentio in hoc statuto docet latè *Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18, num. 61, & pluribus sequent.* quod cùm nimis longum esset referre videas ibi per eum.

3 Tutores verò, Curatores, & Syndici, de quibus habetur in hoc statuto an debeant accusare tutorio, vel syndicatorio nomine, vel potiùs nomine proprio ad favorem Minorum, & Vniversitatis dixi *Ego latè in Resol. crim. in verbo Accusatio, resol. 11, per*
4 *tot.* videas ibi si cupis, Et pariter quando Accusator teneatur exprimere in accusatione locum, tempus, & qualitates commissi delicti vide adducta per me in dicto verbo *Accusatio, resol. 7, per tot. cum resolut. sequent.* quæ hic repetere non convenit.

5 Accusator autem qui accusationem probavit per unum testem, per semiplenã probationẽ subministrãdo inditia ad torturam, vel ad inquirendũ, vel aliàs habens iustã causam accusandi quod excusetur à pœna calumniæ non obstante hoc statuto voluerunt *Farinac. de accusat. d. q. 16, n. 33, & seq. Guazz. def. 3, c. 13, n. 44, & 55, Vrsell. in exam. apum. concl. 26, n. 81, Calvin. de aquit. c. 171, n. 7, & seq* & alii per me relati in d. verbo *Accusatio, Re-*
6 *sol. 5, n. 1, & seq.* ubi dixi, quænam dicatur iusta causa remitti arbitrio Iudicis, & alios plures casus retuli, in quibus Accusator excusatur à calumnia, quos videas ibi si placet.

A D-

ADDITIO.

7 AD criminalia pedem figens accedo,
non animo per extensè omnia ad quævis crimina spectantia pertractandi, sed solum aliqua ad facilitatem maioris notionis materiarum in publicum adducendi; ideóque ad materiam huius rubricæ de accusationibus deveniendo dicam, quòd pænè accusationes in puris terminis iuris communi servantur; sed hodie secundum consuetudinem, qua viget, processus in delictis formantur per inquisitionem, & ex officio, neminéque accusante *Urceol. de transact. quæst. 56, num. 3, Conciol. noster resol. crim. verb. Inquisitio num. 1, & sequent. Bonden. Collect. legal. 12, num. 120. Passerin. à Sextula. in Tribunal. regular. quæst. 4, art. 3,*
8 *numer. 26.* Licèt non desint qui asserant, non posse procedi criminaliter absque accusatore *Borrell. Novar. Clar. Menoch. Ciarlin. Crespi. & alij* quos citat *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quæst. 27, numer. 51. & sequent.* vidend. novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5. tit. 65. glos. 34, ad §. 31, per tot.* ubi latè de inquisitione, & pariter *Severin. in addit. ad de-*
9 *cis. 378, Sanfelicij per tot*; tamen in hac nostra Provincia nihil magis certum, & observatum, quàm quòd possit procedi in omnibus regulariter delictis ex officio, & nemine accusante, ut præter citatos de consuetudine attestantes, tradit *Peguer. in prax.*
10 *crim. cap. 12, num. 1.* & hoc præter dispositionem iuris canonici, quòd in ea ante ius civile observatur, secundum quod, potest Iudex in omnibus delictis, sivè publicis, ex officio procedere *Altimar. dict. rubric. 13, quæst. 27, num. 53, Carpzov. in pract. crim. quæst. 104, num. 53, part. 3, Passerin. in dict. art. 3, dict. num. 26. Severin. ubi suprà pag. mihi 237, vers. De iure canonico, &c. Pasqualig. ad Lauret de Franch. part. 1, numer.*
11 *1364.* Vel ex quo denunciatio, notorietas, aut infamia vicem explent accusatoris *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defens. 2, cap. 16, numer. 3. Fragos. de regim. Reip. Christian. part. 1, lib. 5, disp. 12, §. 4, numer. 116, & sequent. Pilaia. decis. canon.*
12 *tom. 2, lib. 4, decis. 2, numer. 3.* aut certius, quia in hac nostra Provincia processus causarum criminalium dicuntur fisci, licèt accusator, seu pars instans in eo adsit, & interveniat *Peguer. in prax. crim. dict. cap. 12, num. 11 & §. 1, num. 1, Cancer. var. 3, cap. 10, num. 108, & var. 1, cap. 20, num. 45.*

13 Sunt tamen aliqui casus, etiam in hac nostra Provincia, in quibus de necessitate requiritur instantia partis, ac accusator, maximè in cognitione delictorum Nobilium, Militariúmque personarum, ac privilegio militari fruentium, contra quos regulariter non potest procedi in hac Provincia absque legitima partis instantia *Fontanel. de pact. clausf. 3, glos. 3, numer. 28, Cancer. Oliba. Bosch. & alij* quos citat *Vilaplana de Brach. Militar. cap. 3, num. 71,* pariterque *Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quæst. 27,*
14 *numer. 62, & seqq.* dixi regulariter, quia contra ipsos proceditur absque partis instantia in omnibus delictis, in quibus iuxta naturam delicti instantia partia adesse nequit, ac in aliis quos recensent suprà *citati DD.* maximè *Fontanel. & Cancer citati ad dict. Altimar. dict. quæst. 27, num. 64. Vilaplana ubi suprà,* maximè *à num. 115.*

15 Hoc in loco certè me extenderem ad tractandum casum eventum anno elapso, in Regio Senatu, an fiscus, non obstantibus præfatis privilegiis, contra Milites, ac privilegio militari gaudentes, possit procedere partis instantia cesset post sententiam; ante si tamen realem executionem; sed quia difficultas hæc in nostro Regio Senatu indecisa pender, ampliùs non progrediar; si tamen antèquam hæc prælodentur declarabitur, hoc in loco per extensè tradam.

16 Hic veniebat tractandum forma quæ sit libelli accusationis, quæ personæ accusare possint, & an per procuratorem accusationes admittantur, & alia quamplurima hanc materiam exornantia, attamen, ut prædixi, non mei est instituti in unaquaque rubrica tractatum conflare, & ita qui ea scire cupiat, recurrat ad *Guazzin. patrem defens. reor. defens. 3, cap. 3, per tot. ad Guazzin. filium ad defens. animar. lib. 2, cap. 16, defens. 2, per tot. ad Autun. Portugal. de donationib. Reg. part. 2, cap. 18, à num. 55, Matthæu. de re crim. controv. 27,* & passim, *Urceol. de transact. dict. quæst. 56, Carpzov. in pract. crim. part. 3, quæst. 104, & sequent. Aylon. ad Gomez. part. 3. cap. 1, & 11, ferè per tot. Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 382, 509, 611, & 715. Giurb. obser. 111, Altimar. de nullitatib. rub.* 11, *quæst. 6, à num.* 1, *ferè per tot Varg. Machuc. consideratio. Aragon. ferè per tot. tractat. Fragos. de Regim. Reipub. Christian. part.* 1. *lib. 5, disp. 12, §. 3, & sequent. Severin. in addit. ad decis. 378. Sanfelicij per tot. & ad decis. 394, pariter per tot. & dec.* 401. *De Bictis. in pract. Regular. tractat. 3, per plures quæst. Passerin. à Sextula. in cap. Postquàm 1, de accusationib. in 6. per tot. Pilaia dict. decis. 2, per tot. Idem Passerin. in Tribunal. Re-*

gular. quæst. 7, per tot. & ad alios quampluximos citatos per *nostrum Conciolum in resol. crim. Sabell. summ. divers. tractat. Castejon. in alphabet. legal. Ursell. conclu. legal. verb. Accusatio*, quos consulat.

17 Si mihi, non fatigando lectorem, liceret hic me extenderem circa co[m]petentiam Iudicis in causis criminalibus; certum nè molestus fiam sufficiat te remittere ad *Doctissimum Altimar. ad lib. 2, consil. Rovit. obser. 22, per tot.* ubi hanc materiam latè tradit, ad ipsum recurre.

INFRA QVANTVM TEMPVS POSSIT accusari, & inquiri.

Rubrica II.

De omnibus Iniuriis, Maleficiis, & Offensis possit accusari, & inquiri infra annum, & non ulteriùs, à die commissi maleficii, Exceptis Homicidiis, Furtis, Fractionibus Domorum, Occupationibus Tenutarum, incendiis, Falsitatibus, & similibus delictis, pro quibus pœna Capitis infligenda esset: De quibus infra decennium, & non ulteriùs, accusari, & inquiri posse mandamus.

SUMMARIUM.

1 *Inquiri, & accusari de iniuriis, & similibus non potest nisi usque ad annum.*

In aliis vero delictis procedi potest usque ad 20, annos, num. 2,

3 *Et statutum, quòd delicta minori tempore præscribantur quam de iure communi, est validum, n. 3,*

4 *Minor non restituitur in integrum adversus lapsum temporis præfixi ad accusandum.*

Nec adversus pacem factum, seu remissionem de delicto, benè tamen ad consequenda damna, & interesse, n. 5.

6 *Remissiones delictorum, aut pacem, an facere possint pupilli absque authoritate tutorum, & decreto Iudicis.*

ANNOTATIO.

1 Statutum prædictum dum disponit, quòd de iniuriis, & similibus accusari, & inquiri quis non possit nisi infra annum, & non ultra concordat cum iure communi quo idem disponitur, ut tradunt *Farinac. de inquis. quæst. 10, numer. 21*, benè *Guazzin. defen. 2, cap. 2, 54, & sequent. Ursell. in exam. apum conclus. 40, numer. 39, & Antonel. de temp. legal. cap. 82, numer. 29, & sequent.* Dum verò mandat, quòd de delictis gravibus, pro quibus intrat pœna ultimi supplicii procedi non posse, nisi infra decem annos discordat à iure communi, quo
2 disponitur pro dictis delictis procedi non posse, nisi infra terminum viginti anniorum, ut not. *Farinac. de inquis. quæst. 1, numer. 68, & quæst. 10, in princ. Guazzin. defen. 2, cap. 2, in princ. Vermigliol. cons. 125, num. 10, Antonel. de temp. legal. cap. 82, in princ.* & dixi latè *Ego in Resol. crim. in verbo Delictum, Resol. 7, num. 1, & sequent.* ubi probavi, dict. conclusionem procedere etiam in delictis occultis, non autem in delictis atrocioribus, & gravissimis, ut ibi, ubi alia apposui ad d. materiam pertinentia.

3 Statutum prædictum mandans, quòd delicta minori tempore præscribantur, quam de iure communi esse validum tradunt *Farin. de inquis. d. quæst. 10, numer. 25, Caball. resolut. crim. casu 5, per tot. cent. 1*, latè *Guazzin. d. defens. 2, cap. 2, numer. 26, & sequent.* benè declarans, & dixi *Ego in d. verbo Delictum, Resol. 7, n. 11.*

ADDITIO.

4 Minor autem non restituitur in integrū adversus lapsum temporis præfixi ad accusandum, seu inquirendum, *Calà de restitutio. in integrum, cap. 33, numer. 56.*
5 sicuti non restituitur in integrum adversus pacem factam, ac remissionem de delicto, etiam de morte patris, rationibus traditis per *d. Calà d. tractat. de restitut. in integr. cap.*

cap. 18, numer. 40. & sequent. Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil. 83, numer. 7, Valeron. de transact. tit. 4, quaest. 7, numer. 100, Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 535, num. 3, vers. Ampliatur; Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 2, cap. 18, numer. 83, & sequent. benè tamen si dictum beneficium imploret ad consequenda damna, & interesse, *Rovit. ad prag. 7, de compositionib. numer. 11, in fin. pag. 179, Valeron. d. quaest. 7, num. 101.*

6 An autem infans, pupillus, ac puberes possint dictam remissionem delicti, ac pacem facere cum authoritate tutorum, & sine decreto Iudicis, tradunt inter caeteros, *citati à d. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. d. obser. 535, per tot.* vidend. *Severin. in addit. ad decis.* 401, *Sanfelic. lib. 3, Valeron. de transact. tit. 4, quaest. 7, à numer. 80, Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 6, disput. 16, §. 2, numer. 89, & sequent. Autun. Portugal. d. cap. 18, à numer. 78.* apud quos omnia haec examina.

QVOD SYNDICI CASTRORVM, ET VILlarum, teneantur denunciare Maleficia.

Rubrica III.

UT faciliùs Maleficia Curiae, innotescant, volumus, quòd quilibet Syndicus Castrorum, & Villarum, Districtus, & Comitatus Eugubii, & ubi non est Syndicus, Gualdarius teneatur denunciare Iudici, vel Notario Maleficiorum omnia, & singula Delicta, Rixas, Incendia, Furta, & similia Maleficia in ipso Castro, vel Villa commissa, nominando Personas, & Testes, qui adsuerint, cum omnibus qualitatibus requisitis, infra tres dies ad summum à die perperrati delicti, vel eius notitiae, ad poenam xxv. librar. quoties contravenerit, Nisi essent turbationes Possessionum, in quibus non per denunciationem, sed per Accusationem, & Partis querelam procedi volumus, & mandamus. Si verò Syndicus delicta occultaverit prece, vel pretio, sive aliâ promissione attenta qualitatem facti, Iudicis arbitrio graviùs puniatur. Quòd si denunciaverit ad protestationem alicuius particularis Personae, quae diceret contra se aliquid indebitè fuisse commissum, teneatur exprimere nominatim talem protestationem in denunciatione, ut deindè Iudex de facti, sivè delicti Veritate inquirere valeat. Reliqua ad Syndicum spectantia habes infrà Libro VI. sub Rubr. de Syndicis, & eorum Officio,

SVMMARIVM.

1 *Syndici, & Gualdarii non puniuntur non referendo ad Curiam delicta de nocte commissa.*

Nisi constet de notorietate delicti, vel de illorum scientia, numer. 2,

Nec quando delictum est omninò occultum, num. 3,

Cùm non teneatur denunciare, nisi delicta notoria, num. 4,

Nequè delicta commissa extra territorium, num. 5,

Nequè quando fuit praeventus in denunciando ab offenso, num. 7,

Nec tenentur denunciare delicta per eosdemmet commissa, n. 9,

6 *Minor non potest constitui Gualdarius, & sic non tenetur ad dictam poenam, & numer. 12,*

Nisi adesset inopia, aut esset peritus, aut prudentia suppleret aetatem, n. 13,

8 *Delatores publici ex necessitate officii tenentur ad denunciandum crimina.*

10 *Syndici, ac Gualdarii si aliquo accepto denunciare omiserint, quomodo puniantur.*

Et si denunciant calumniosè tenentur ad expensas, num. 11.

14 *Syn-*

14 *Syndicorum, seu Gualdariorum deputatio spectat ad Baronem.*
15 *Offensi etiam tenentur denunciare crimina, & delinquentes.*
16 *Delicta in Diœcesi Gerunda cui, & à quo sint denuncianda.*

ANNOTATIO.

1 Syndici, & Gualdarii quòd non incurrant pœnas d. statuti ob omissam relationem ad Curiam pro delictis de nocte commissis tradunt *Bald. in l.* 1, *§. occisorum, numer.* 1, *ff. ad Sillan. Rolan. cons.* 7, *num.* 32, *vol.* 1, *Franc. March. decis.* 764, *num.* 1, *& decis.* 765, *num.* 4, *par.* 2, quos refert, & sequitur *Ripa de noct. temp. cap.* 86, *numer.* 21. & declarat latiùs *cap.* 54, *numer.* 12,
2 *& sequent.* Secùs tamen est si fiscus probet de nororietate delicti, vel de Syndici verisimili scientia, quia tunc illum puniri voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæst.* 7, *num.* 5, *& 6. Farinac. cons.* 206, *numer.* 44, *& sequent. lib.* 3, *& Bonfin. ad Banim. gener.*
3 *cap.* 66, *numer.* 5. Nec quando delictum est adeò occultum, ut non possit illud denunciari, ut not. *Clar. in pract. §. final. quæst.* 7, *vers. Scias etiam, &c. & Menoch. de arbitr. casu* 198, *numer.* 66, *in addit.* Et il-
4 los non teneri denunciare, nisi delicta notoria tenent plures Doctores apud *Menoch. ibi num.* 65. quorum aliqui testantur de communi opinione, licèt *Diaz. Corrad. & Clar.* relati ibi asserant, id non servari
5 in practica, Prout neque tenentur denunciare delicta commissa extra territorium, ut tradunt *Gabr. cons.* 175, *numer.* 9, *lib.* 1, *& Mascar. de gener. stat. interp. conclus.* 6, *numer.* 59. ubi subiungit neque illos teneri ad denunciandum delicta commissa tempore sui prædecessoris, ut ibi per eum, & tradit etiam *Bonfin. d. cap.* 66, *num.* 5, *& seq.*
6 Minor verò non potest constitui Gualdarius, & ideò illum non teneri pœna statuti de quo suprà si non referat delicta iuxta not. *Bald. in l.* 1, *in princ. C. in quib. caus. rstit. integ. non est necess.* quem refert, & sequitur *Gratian. discept. foren. cap.* 163, *num.* 4.
7 benè comprobans. Quòd eo magis procedit si Gualdarius fuerit præventus ab offenso principali, qui ad Curiam detulit maleficium in eius personam commissum, quod facit ut ipse non teneatur ob omissam denunciationem, ut not. *Rolan. de lucr. dot. quæst.* 67, *numer.* 2, *& Peregr. de iure fisc. lib.* 2, *tit.* 5, *num.* 18, quos referendo sequitur *Gratian. d. cap.* 163, *numer.* 8. ubi dicit idem esse quando Iudex inquirendo prævenit, ut ibi per eum, *Bonfin. d. cap.* 66, *numer.* 6. Licèt statutum infra *libr.* 6, *rubr.* 12. admittat ad officium Gualdarii maiorem decimo octavo anno.

ADDITIO.

8 Isti autem sunt publici delatores specialiter ad hoc, ut denuncient crimina deputati, & ita ex necessitate officii ad id sunt adstricti, *Carpzovi. in pract. part.* 3, *quæst.* 104, *numer.* 4, *& sequent. Carol. Ant. De Luca animadversio. ad discep. Gratian. cap.* 163, *numer.* 1. ubi alios citat tractantes de his delatoribus necessariis, & de his latè tractant *De Philip. disert.* 3, *à numer.* 35, & novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 6, *tit.* 73, *glos.* 1, *ad rubr. per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. pur.* 1, *lib.* 5, *disput.* 12, *§.* 3, *à numer.* 73, *Guazzin. Iun. ad defens. animar, lib.* 2, *defens.* 2. *cap.* 17. *numer.* 17, *& cap.* 16, *num.* 25, *& sequent.* ubi multa de his quo ad fo-
9 rum internum; Non tamen virtute statuti tenentur denunciare delicta per eosdem commissa *Ricciul. de reprobis lib.* 12, *cap.* 4, *numer.* 9.
10 Hi autem Syndici, & Gualdarii, si aliquo accepto denunciare omiserint, aut de crimine transegerint, reputandarum crimen absque dubio committerent, & graviter essent puniendi, *Matthæu. de re crim. controver.* 27, *numer.* 13, *& t4.* & graviter peccant *Guazzin. ad defens. animar. lib.* 2, *defens.* 2, *cap.* 16, *n.* 26.
11 Paritérque isti coacti delatores ex præsumpta calumnia non tenentur reficere expensas, benè tamen si fuerit in evidenti calumnia, vel ad instantiam alicuius, aut aggravant qualitatem delicti, *Gratian. Farinac. Guazzin. & alii citati ad d. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. cap.* 163, *n.* 2.
12 Minor, ex quo non potest creari Syndicus, ut tradit hîc *noster Conciol. numer.* 6, à pœna statutaria excusatur ob non denunciatum delictum, *Carol. Ant. De Luca ad*
13 *Gratian. d. cap.* 163, *numer.* 5. benè tamen possunt eligi in Syndicos, & Gualdarios quando maiorum adest inopia, vel minor esset peritus, ac prudentia suppleret ætatem, *Castr. Rovit. Mocc. & alii citati per dict. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. cap.* 163, *num.* 6.
14 Deputatio autem istorum publicorum delatorum ad Barones pertinet, non autem ad Universitates, *Cepiblanch. de Baronib. lib.* 2, *cap.* 70, *num.* 7. nisi consuetudine aliter observetur.

15 Et

15 Et nòn solum isti publici delatores tenentur ad indicandum offendentes, & sic revelare delicta commissa; verùm & etiam ipsimet offensi id facere debent, *Pac. Iordan. Farinac. & alii*, quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat. verb. Delictum, num.12, vers. Et quod, &c.*

16 Nota tandem, quòd in hoc Diœcesi Gerundæ per consuetudinem scriptam collocatam sub *tit. de Castr. & iurib. suis*, quæ incipit: *Observatur de consuetudine, &c.* est dispositum, quòd vulnerati, seu alii damnum passi intra decem dies debeant denunciare delicta Curiæ seculari, infra cuius iurisdictionem fuit perpetratum, nisi aliàs à quocunque præfatæ Curiæ fuerit facta denunciatio, quia tunc denunciare non tenentur, sicuti tunc excusantur publici delatores, seu Irenarchæ quando offensus prævenerit denunciando, aut Iudex inquirendo, *Barbos. Peregrin. & alii*, quos novissimè citat *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 73, §. 2, n. 7, pag. 160.*

UT CHYRURGI, ET BARBERII TENEANtur notificare personas, quas meduerint.

Rubrica IV.

CHyrurgi tàm salariati de Publico, quàm alii existentes in Civitate Eugubii, vel eius Districtu, & etiam Barberii teneantur, & debeant, postquàm vulneratum meduerint reportare, & notificare Domino Potestati, sivè Notario Maleficiorum termino trium horarum si in Civitate, vel Burgis, si verò extra Civitatem termino unius diei ad summum Personam vulnerati, & vulnerum qualitatem, & quantitatem ad pœnam scutorum xxv. quoties contrafecerint.

SUMMARIUM.

1 *Revelare delictum nemo tenetur.*
Fallit si statutum mandat contrarium, num. 2.
Constito tamen de scientia delicti, & non aliàs, num. 3.

4 *Syndicus, Barbitonsor, & Chyrurgus aggravantes, vel minuentes qualitates delicti in eorum relatione tenentur pœnâ falsi.*

5 *Chyrurgi tenentur revelare delicta, & ulcera quæ curant, etiamsi ipsi sint vulnerati.*

6 *Chyrurgi in quibus casibus excusentur à revelatione delictorum.*

ANNOTATIO.

1 REvelare delictum licèt nemo teneatur regulariter ad effectum, ut delinquens puniatur, ut docent *Farinac. de indic. & tortur. quæst. 51, numer. 12, & sequent. Guazzin. defen. 18, capit. 1, numer. 11, Giurb. cons. 22, numer. 23.* latè *Crispol. casu milit. 23, numer. 14, & sequent.* & dixi *Ego in Resolut. crim. in verbo delictum, resol. 6, numer. 1.*

2 Id tamen non habet locum stante statuto, seu bannimentis precipientibus contrarium, ut facit statutum nostrum in hac Rubr. & in *Rubr. 37, lib. 6.* ob bonum publicum nè delicta remaneant impunita, quia tunc non revelantes incidunt in pœnas in eis comminatas, ut scripserunt *Farinac. de indic. & tort. dict. quæst. 51. numer. 19*, ubi testatur de communi practica *Guazzin. defens. 18, cap. 1, numer. 1, & sequent. & Crispol. d. casu milit. 23, num. 1. & sequent.* & alibi per me

3 adducti *d. resol. 6, numer. 7.* Constito tamen de scientia delicti commissi, & non aliter, cùm in dubio præsumatur ignorantia, ut not. in terminis *Caph. cons. 75, numer. 28, & cons. 76, numer. 69, lib. 1, & Farinac. in d. quæst. 51, numer. 61, & sequent.* vidend. de hac materia.

4 Syndicus tamen, Massarius Barbitonsor, vel Chyrurgus agravantes, vel minuentes qualitates delicti, in eorum relatione tenentur pœnâ falsi, ut tradunt *Farinac. de accusat. quæst. 16, numer. 55, in fin. Guazzin.*

defen.

defin.3, cap.13, n. 32, Adden. ad Ambrof. in processf. inform. lib. 1, cap. 1, numer.18, & alii plures per me adducti in *Resolut. crimin. in verbo falsum, resol. 12, per tot.*

ADDITIO.

5 DE materia huius rubricæ aliqua dixi *in rubr. 34, lib. 1*, ideóque ad ibi dicta recurre, & procedunt etiamsi ipsimet Chyrurgi sint vulnerati, *Vivi. Novar. citati à Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 163, numer. 3.*

6 Chyrurgi autem excusantur à revelatione delictorum, si pars iam antea exposuit querelam, vel Iudex accesserit ad offensum, ac in modicis delictis; tamen à denunciatione eos non excusarem cùm pro forma requiratur; ex quo per legem, aut statutum est dispositum, vidend. *Gratian. discep. foren. d. cap. 163, per tot. & d. Carol. Ant. De Luca ad d. cap. num. 4.*

DE MODO PROCEDENDI IN CAUSIS Criminalibus. Rubrica V.

IUdex si Inquisitionem ex Officio, vel ad Querelam, sivè denunciam contra delinquentem, formare voluerit, Teneatur primò recipere sufficientem Informationem de delicto, vel maleficio per Testium receptionem, vel aliàs indiciis legitimè præcedentibus, de quibus apparere debeat per extensum in Actis Notarii maleficiorum; Quibus receptis Inquisitionem ipsam formare poterit, narrando in ea Nomen, & Cognomen Delinquentis, locum, & tempus delicti, omnésque, & singulas eius qualitates, quæ ad eius notitiam pervenerint. Posteà verò mandet Delinquentem citari cum cedula, & cum insertione totius tenoris dictæ Inquisitionis, cum termino quinque dierum ad respondendum dictæ Inquisitioni contra eum formatæ: Plazzarius verò teneatur dictam citationem præsentare Delinquenti personaliter, si inveniri poterit, alioquin ad Domum solitæ habitationis per affixionem cedulæ. Si verò citatio fieret de aliqua Universitate, sufficiat citari Syndicum, Massarium, seu Procuratorem dictæ Universitatis, modo quo suprà: Et si de aliquo Forense, non habitante in Civitate, vel Territorio per affixionem cedulæ ad valvas Palatii, ut faciliùs ad eius notitiam possit citatio devenire.

Quòd si Citatus in dicto termino non comparuerit, tunc Iudex ipsum immitti faciat in bannum per publicum Preconem alta, & intelligibili voce ad valvas Palatii, exprimendo qualitatem delicti cum assignatione alterius termini quinque dierum ad faciendum suas defensiones, & statim per Preconem relatio fiat Notario maleficiorum, & ab eo annotetur.

Quòd si in dicto termino non comparuerit, tunc Iudex absque alia Citatione, & sono Campanæ præmisso, stante contumacia Inquisiti, quàm haberi volumus vigore præsentis Statuti pro plena probatione, & confessione; ipsum condemnet, cum insertione delicti in pœnis contentis in præsenti Statuto, & condemnationem idem Notarius maleficiorum teneatur ex integro scribere in Libro Condemnationum.

Si verò dictus citatus in primo, vel in secundo termino comparuerit Iudex faciat cum medio Iuramento per se ipsum Inquisitioni, seu Querelæ respondere, qua responsione habita, si pro delicto pœna pecuniaria imponenda venit, Iudex Reum præstita idonea Fideiussione de stando iuri, & iudicatum solvendo, relaxet: Ubi verò pœna Corporis afflictiva à Statutis, Decretis, sivè à Iure communi veniret imponenda, tunc nullatenus dimittatur, sed omninò

minò in carceribus custodiatur usque ad finalem Causæ Decisionem: Nisi tamen Iudex ex delicti qualitate Fideiussorem admitti posse arbitraretur: Deinde verò Iudex terminum statuat eidem Citato quinque dierum ad faciendum suas defensiones, & tunc ipse Inquisitus poterit copiam omnium, & quorumcunque indiciorum contra ipsum existentium petere, cum termino competenti ad se iustificandum, & faciendum suas defensiones, consenriendo Testes pro informatione Curiæ haberi pro ritè, & rectè examinatis, salvis suis exceptionibus contra personas, & eorum dicta, & iure repetendi super suis Interrogatoriis: Iudex verò copias petitas decernat, cum termino quinque dierum ad faciendum suas defensiones, & reservato iure Fisci. ulterioris Processus; & si in dicto termino Inquisitus voluerit Testes prædictos super suis Iuterrogatoriis repeti, poterit ea Fisci Procuratore citato, exhibere, & pro eorum repetitione instare, & Iudex omnino eos repeti ex Officio curet, & Testes recusantes cogat, & si repeti non possint propter mortem, absentiam, vel consimilem Causam, eorum depositio comparenti non præiudicet: Quibus sic repetitis, si de eorum repetitionibus copiam haberi voluerit, pariter Fisci Procuratore citato instare poterit pro eorum publicatione, & Iudex copiam petitam decernat, cum termino trium dierum ad excipiendum, & opponendum contra Testes, & eorum dicta, in quo poterit contra personas, & eorum depositiones opponere prout sibi convenire videbitur.

Quòd si etiam per alios Testes suam Innocentiam probare voluerit, aliásque defensiones facere, tunc dicto termino elapso, vel eo durante Fisci Procuratore citato, facta Capitulorum exhibitione, Testiúmque nominatione, instet super eis examinari, quorum Capitulorum copiam, si Procurator prædictus petierit, Iudex cum termino ad primam, vel ad secundam ad summum, ad opponendum decernat, in quo termino poterit quas voluerit exceptiones opponere, & nihilominùs, Parte instante, dicta capitula admittat, Salvo iure impertinentium, & non admittendorum, terminúmque dicto Fisci Procuratori statuat trium dierum ad dandum Interrogatoria, & si illa in dicto termino dari contingat, Testes examinandi super eis interrogentur, aliàs absquè eis examinentur, dictóque examine completo, & Fisci Procuratore citato, Parte instante, Processus à Iudice publicetur, copiáque volentibus decernatur cum termino quinque dierum ad concordandum, & opponendum: Quem terminum Iudex parte instante prorogare valeat iuxta causæ qualitatem ad alios quinque dies, quo etiam elapso Fiscique Procuratore citato, Processus Iudici consignetur pro Expeditione causæ terminandæ infra Mensem à die consignationis. Pendente verò termino defensionum Reus ponatur in Sala ad largam permittendo, quòd pro sua necessaria defensione Procuratorem, & Advocatum alloqui possit.

Declarantes etiam quòd si pro Maleficio veniat imponenda pœna pecuniaria, Iudex procedere debeat contra Reum per viam Inquisitionis: In delictis verò pro quibus pœna corporis afflictiva imponenda veniret, liberum sit Iudici si per viam Inquisitionis procedere velit, vel etiam per viam capturæ, seu præcepti ad informandum Curiam habentis successivè clausulam requisitoriam, transmittendi ipsi Delinquenti personaliter, vel Domi, ut suprà dimissa copia: Quo casu si Delinquens contumax fuerit, Iudex termino dicti præcepti elapso, poterit ipsum mulctare in pœnam spreti præcepti, & eidem mulctato Inquisitionem formare cum termino ad respondendum suprà expresso.

pressò. Quòd si ulterius contumax fuerit, poterit Iudex secundum formam suprà expressam Reum ipsum iuxta delicti qualitatem condemnare.

Si verò dicto præcepto obtemperaverit, vel etiam ante sententiam comparuerit debeat Iudex Delinquentem per se ipsum ad respondendum ut suprà admittere, sivè etiam Delinquentem constituere semel; vel pluries super Maleficio commisso iuxta indicia contra ipsum laborantia: Et si Reus crimen fuerit confessus, vel Testibus superatus, vel aliàs legitimè convictus, Iudex eum condemnet, vel absolvat, si contra eum aliquid relevans probatum non fuerit. Si verò contra Reum indicia viderentur extare, procedatur, ut infra de Indiciis, & Tortura.

Addentes etiam quòd in Maleficiis levioribus inter Coniunctos usque in tertium gradum de Iure canonico, non procedatur. Liberum tamen sit Iudici, si occasio requirat, præceptis, & fideiussionibus providere.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus pro delicto, pro quo imponitur pœna pecuniaria est relaxandus sub cautione de stando iuri, & iudicatum solvendo.*

Aliàs Iudex tenetur in syndicatu, numer. 2,

Secùs est si sit locus pœnæ corporali, numer. 3,

4 *Testis dictum qui non vult se repetere super interrogatoriis partis corruit, lib.4, rub.5,*

5 *Statutum permittens fisco dare interrogatoria dicitur correctorium iuris communis, lib. 4, rubr. 5.*

6 *Confessio rei facta coram solo Notario habet solum vim confessionis extraiudicialis, lib. 4, rubr. 5.*

7 *Notario non creditur de commissione sibi facta à Iudice de reo constituendo, lib. 4, rubric. 5,*

8 *Delicta leviora quæ sint remittitur arbitrio Iudicis, lib. 4, rubr. 5,*

Quædam tamen delicta explicantur, numer. 9,

10 *Praxis iuxta ius Gotholaunum, & commune causarum criminalium à quibus tractatur.*

ANNOTATIO.

AD materiam huius Rubricæ de modo procedendi in causis criminalibus parum duxi adnotandum cùm hodiè habeamus *Constitutionem Barbarinam cum declaratione Eminen. Cardin. Sacchetti*, quæ dat formam, & modum procedendi in causis criminalibus, contumacialibus quę est omninò observanda in Tribunalibus Status Ecclesiastici exceptis locis in ea descriptis, ut habetur in illa, quæ facit silere præsens statutum, & illius observantiam super qua Constitutione Commentarium satis amplum edidit *Ioan. Zuff. de finale* per eum appositum post *tract. de legit. proc. crim.* illud consulas si libet.

1 Quòd verò reus processatus pro delicto pro quo imponitur pœna pecuniaria sit relaxandus per Iudicem sub fideiussione de stando iuri, & iudicatum solvendo, uti disponitur in hoc statuto tradunt etiam *Clar. in pract. §. fin. quæst. 46, verf. In hac autem materia, & in verf. sequent.* latè *Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 33, numer. 1, & Guazzin. defen. 6, cap. 1, numer. 32*, & dixi *Ego in Resol. crim. in verbo Reus, resol. 14.*

2 Aliàs Iudex recusans illum relaxare tenetur in Syndicatu pœna iniuriarum, ut not. *Farinac. in d. quæst. 33, numer. 7.* ubi dat more suo concordantes, *Guazzin. d. defen. 6, cap. 1, numer. 34, & 35,* & ante eos *Clar. in d. quæst. 46, verf. Plerumque verò, &c.* Quod

3 tamen secùs est si sit locus pœnæ corporali, quia tunc reus fideiussoribus non relaxatur, uti habetur in hoc statuto, & tradunt *Clar. in d. quæst. 46, verf. In hac materia, Farinac. in d. quæst. 33, numer. 48, Guazzin. in d. defens. 6, cap. 1, numer. 32, & Pir. Maur. de fideius. par. 1, sect. 2, cap. 3, n. 7.*

4 Dictum verò testis qui fuit examinatus pro fisco si se non repetat super interrogatoriis datis pro parte rei corruit, & nihil valet, ut docent *Caball. resol. crim. casu 269, numer. 19, cent. 3, Guazzin. defen. 25, cap. 1, numer. 11, & 12,* ubi testatur de communi opinione *Vermigl. cons. 90, numer. 5, & cons. 114, numer. 4,* & alii per me relati in *Resol. crim. in verbo testium miscell. resol. 2, numer. 3.*

5 Statutum supradictum permittens fisco dare interrogatoria super articulis datis per reum ad eius defensionem dici potest correctorium

ctorium iuris communis, quo id fisco non permittitur, ut not. *Clar. in pract. §. fin. quæst. 23, verf. Item quæro, &c. Guazzin. defens. 28, cap. 6, numer. 3,* & dixi Ego *in Resolut. crimin. in verbo Interrogatoria, resolut. 4, numer. 2.*

Prudenter verò in hoc statuto dispositum fuit, quòd Iudex per se met ipsum reum constituat ad evitandum inconveniens, quod si reus fateretur delictum coram solo Notario, ex illa confessione non posset condemnari,
6 sed solùm torqueri, cùm illa dicatur habere vim extraiudicialis confessionis, ut post *Bald. Blanc. Boss. Foller. Mascar. Farinac. Guazzin. & Vermigl.* per me relatos scripsi *Ego in Resolut. crim. id verbo Confessio, re-*
7 *sol. 8, numer. 1, & sequent.* Maximè cùm regulariter non sit credendum Notario de commissione sibi facta à Iudice de reo examinando, ut per me habetur in *d. resol. 8, numer. 7.*

8 Delicta verò leviora in quibus inter coniunctos procedi prohibetur quænam dicantur, licet uti in iure non decisum remittatur arbitrio Iudicis, ut not. *Clar. in pract. §. 1. verf. Sunt etiam, &c. Odd. de restit. in integr. quæst. 80, in princ. & Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18, num. 62.* Tamen illa
9 præcipuè dicuntur, pro quibus pœna levis imponitur, videlicet pecuniaria, ut declarant *Farinac. in d. quæst. 18, numer. 83, & 88. & Guazzin. defen. 30, cap. 3, numer. 4,* ubi dicit, delictum leve esse trahere aliquem per capillos, proiicere lapides in aliquem, ire de nocte sine lumine, percutere aliquem pugno, vel pedibus, furtum domesticum, iniuria verbalis, & alia de quibus ibi per eum.

ADDITIO.

10 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ nihil circa modum procedendi in criminalibus est per ius municipale dispositum, sed ut dixi *rubr. 1,* in hac Provincia statuta est praxis derivata à iure communi procedendi per inquisitionem, & sic capitur informatio de delicto, & delinquente, providetur captura, & proceditur reo capto, publicando inquisitionem, terminum ad defendendum concedendo, ut latius traditur à *Peguer. in prax. crim.* & tradit iuxta promissa *Meritissimus, ac Nobilis Senator noster Amigant ad dict. prax. Peguer.* & latissimè tractant *Zuff. de legitima process. Pellegrin. & alii criminalistæ,* signanter *Modern. Maiorana in oppo. prax. crim.* apud quos, & apud *Hunni. encycloped. iur. par. 5, tit. 13, per tot.* reperies praxim, ac modum procedendi in criminalibus, quem ad longum recensere nimis foret fastidiosum, ac immortalitatem operæ huic tribuere.

DE INDICIIS, ET TORTURA.

Rubrica VI.

SI de crimine, ex quo pœna corporis afflictiva imponenda veniret, non fuerit plenè probatum, sed extarent contra Reum legitima Indicia ad Torturam, Iudex Reo, etiam non petenti, sivè eius Procuratori copias Indiciorum quorumcumque contra ipsum laborantium offerat, cum termino trium dierum ad excipiendum, & opponendum. Quòd si Iudex arbitretur exceptis, & oppositis per Reum non obstantibus esse locum Torturæ, præterquam in Atrocioribus, & gravioribus delictis, parte citata omninò interloquatur, Indicia sufficientia contra eum extare ad Torturam, à qua Pronuntia poterit Reus termino trium dierum Appellare ad Iudicem competentem, & in dicto termino introducere, & inhiberi facere: Iudex verò Appellationis debeat ex eisdem Actis, & non aliter, etiam non producto gravamine, eam infra decem dies sequentes terminare, & revidere, aliàs si per Reum steterit, censeatur primam Pronuntiam transiisse in Rem iudicatam, ac si ab ea oppellatum non esset, & Iudex à quo prævia Remissione, poterit eam executioni demandare.

Si verò Reus voluerit dictæ Pronuntiæ acquiescere, seu copiam indicio-

rum non habere, poterit Iudex dictum Reum torqueri facere iuxta qualitatem delicti, ac indiciorum, & Notarius Maleficiorum teneatur scribere in Actis Diem, Tormentorum qualitatem, Modum, & Tempus, Reorúmque Nomina, Interrogationes, & Responsiones: Caveat tamen Iudex nè modum Tormentorum excedat, sed ea moderatè adhibeat: Quare etiam ex eisdem indiciis Torturam repetere non poterit, nisi nova indicia supervenerint, quo casu usque ad tres vices, & non ulterius, in gravioribus solùm delictis Torturam repeti faciat, de quibus indiciis, & probationibus supervenientibus, apparere debeat per Acta Notarii cum Pronuntia Iudicis, quæ pariter Reo, vel Procuratori intimetur, & si ab ea appellare voluerit, poterit termino duorum dierum Appellationem introducere, & inhiberi facere; Qui Iudex Appellationis debeat eam infra quinque dies subsequentes ex eisdem Actis, ut suprà, terminare, alioquin Iudex à quo Reum ipsum secundo, & tertio torqueri facere poterit. Confessio autem facta à Reo in tormentis non servatis prædictis, & sine legitimis indiciis præcedentibus, & Condemnatio fortè inde secuta ipso Iure non valeant, & Reo non præiudicent.

Sicut etiam Reus vigore confessionis factæ in Tormentis, etiam legitimè adhibitis, condemnari non poterit, Nisi saltem post unum diem integrum coram eodem Iudice, & Notario Maleficium ratificaverit, & Ratificatio ab ipso Notario in actis annotetur.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest dari in causis, in quibus imponitur pœna duorum, vel trium funis ictuum.*

2 *Copia sunt tradenda, & offerenda reo antequam deveniatur contra eum ad torturam.*

3 *Iudex debet interloqui, contra reum extare indicia ad torturam, ut possit appellare.*

4 *Delicta graviora quænam dicantur.*

5 *Tortura quando possit repeti ex novis supervenientibus indiciis.*

6 *Ratificatio confessionis facta in tortura quando sit facienda.*

7 *Confessio facta per reum spontè non indiget ratificatione.*

8 *Torturæ ut sit locus constare debet de delicto in genere, & de corpore delicti.*

Et debent esse contra reum coniectura, & indicia urgentes, ac probata, n. 9.

10 *Tortura materiam qui tractant remissivè.*

11 *Reus si vicerit in tortura an sit absolvendus, vel extraordinariè condemnandus.*

12 *Appellare potest reus à condemnatione ad torturam.*

Non tamen appellatur à decreto de non torquendo n. 13.

14 *Appellatio ab uno ex reis condemnatis ad torturam interposita in aliis prodest.*

15 *Corpus delicti in delictis atrocibus, & facti transeuntis probatur per præsumptiones, & coniecturas.*

Secus in delictis facti permanentis, in quibus est plenè, & concludenter probandum, n. 16.

Taliter quod non sufficit confessio rei, nisi in casu difficilis probationis, n. 17.

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum disponens, Iudicem posse devenire contra reum ad torturam in delictis, in quibus imponitur pœna corporis afflictiva non habet locum in causis, in quibus imponitur pœna duorum, vel trium funis ictuum, nè gravius sit medium, per quod pervenitur ad finem, quàm ipse finis, ut docet *Farinac. de variar. ac divers. quæst. quæst. 108. numer. 162.* ubi dicit ita esse tenendum, & dixi etiam *Ego in Resolut. criminal. in verb. Tortura, resolut. 11, numer. 5,*

2 Quod verò reo ante torturam sint tradendæ copiæ indiciorum ad effectum faciendi suas defensiones, & etiam illas esse ei offerendas, uti habetur in hoc statuto, licet illas reus non petierit, sivè reus sit persona Rudis, sivè sagax tradunt *Farinac. de indic. & tort. quæst. 39, numer. 98, & sequent.* ubi dicit, ab hac opinione uti communi, & æquio-

æquiori non esse recedendum, Guazin. defen. 24, cap. 2, numer. 5, Zuffi. de legit. process. crim. quæst. 76, numer. 7, & sequent. Scialo. in pract. torq. reos, cap. 6, numer. 11, & sequent. & declaravi Ego in Resol. crim. in verbo Copia processus, resol. 1, per tot.

3 Et laudabiliter etiam in hoc statuto dispositum fuit, quòd Iudex debeat interloqui contra reum adesse indicia sufficientia ad torturam, itaut à dicta pronuntia reus valeat appellare, cum contraria practica faciendi dictum decretum secretum, itaut non liceat reo ab eo appellare omninò impugnetur à Baiard. ad Clar. quæst. 64, numer. 85, & Scacc. de indic. lib. 1, cap. 97, numer. 59, à Farinac. de indic. & tort. quæst. 38, num. 22, à Guazz. defen. 30, cap. 1, numer. 9, vers. Quæ cautela, &c. à Scialo. in prax. torq. reos, cap. 7, numer. 18, & sequent. & illum impugnavi Ego in Resolut. crimin. in verbo
4 Appellatio, resol. 1, numer. 8. Quæ autem dicantur delicta atrociora, & graviora de quibus in hoc statuto latè declarant Clar. in pract. §. 1, numer. 9, & ibi Adden. Odd. de restit. quæst. 60, artic. 1, per tot. & Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18, numer. 60, & plurib. seq. ipsos consulas.

5 Declara tamen dictum statutum permittens posse repeti torturam novis supervenientibus indiciis, ut habeat locum dummodò illa sint re, & substantia à primis differentia, secùs autem si illa sint eiusdem speciei, itaut prima indicia tantùm confirment, quia tunc non dicuntur supervenire nova indicia, ut declarant Guazzin. Caren. Farinac. Ant. de Ball. & alii per me relati in Resol. crim. in verbo Absolutio, resolut. 1. in addit. & in verbo Tortura, resolut. 12, numer. 4, & 5. ubi probavi, quòd indicia iam per torturam expurgata non sint habenda amplius in consideratione, sed requirantur nova indicia gravia, & ad torturam sufficientia, de qua materia videas dicta resolut. 12, n. 4, 5, 6, & seq.

Dum verò supradictum statutũ mandat, quòd ratificatio confessionis factæ in tortura fieri debeat per reum confessum per unum diem integrum post confessionem tollit contrarias opiniones Doctorum volentium, quòd illa
6 fieri possit die sequenti, licèt non effluxerit spatium 24, horarum, de quibus habetur per Cartar. in pract. inter reo. lib. 4, cap. 1, numer. 140, & sequent. per Ambros. in proc. inform. lib. 4, cap. 5, numer. 5, & per Farinac. de reo confess. & convict. quæst. 84, numer. 76, & per Scialo. in pract. torq. reos,
7 cap. 11, numer. 5. Confessionem verò factam spontè non indigere ratificatione latè probavi Ego in Resolut. crimin. in verbo Confessio, resolut. 14, per tot. videas ibi si placet.

ADDITIO.

8 AD torturam procedi nõ potest, nisi anteà constet de delicto in genere, ac de corpore delicti, cùm ea sit adinventa non ad inveniendum factum, aut illud liquidandum, sed ad inveniendum delinquentem, Capon. discep. 323, numer. 3; Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quæst. 20. numer. 1, & sequent. Maiorana in oppo. prax. crim. lib. 2, cap. 9, numer. 2. ubi Consiol. nostr. & alios citat Carpzovi. in prax. crim. part. 1, quæst. 16, numer. 9, & sequent. Bonden. collect. legal. 12, num. 35, & sequent. Pellegrin. in prax. par. 4, sect. 1. numer. 32, & 33, Passerin. à Sextul. tribunal. regular. quæst. 20, art. unic. numer. 3, Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap. 44, numer. 2, Franc. Mar. Prat. ad prax. crim. Muscatel. in proœm. ad numer. 4, & 5. Leon. præparator. indicior. par. 2, præpar. 28, per tot. Guazzin. ad defens. reor. defen. 14, cap. 1, numer. 15, & cap. 2, numer. 13, Gurb. obser. 33, numer. 10;

9 Itaque ut locus sit torturæ adesse debent contra reum præsumptiones, & indicia patrati delicti, non leves, sed urgentes, ac probatæ iuxta arbitrium Iudicis; ex quo ista materia arbitraria censetur, Maiorana. d. cap. 9, numer. 5, & sequent. Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defens. 4. cap. 31, numer. 10, & sequent. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 132, numer. 13, & sequent. & obser. 161, numer. 17, & sequent. Antonel. ubi suprà dnumer. 6, Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 5, disput. 12, num. 132, §. 4, & §. 13, per tot. De Bictis in prax. regular. quæst. 104, numer. 3, & sequent. Meli. obser. forens. obser. 93, numer. 1, & seqq. ubi plures citat Passerin. ubi proximè à n. 1,

10 Et sanè tibi demonstrare, quæ indicia an unum, an multiplicia, an semiplenè probata, an per testes singulares, ad torturam sufficiant, quomodo tortura exequenda, quæ personæ torqueri possunt, & alia ad hanc materiam tractare, esset tractatus in lucem commonstrare, non autem annotationes efficere; ideò si de eis ad saturitatem notitiam habere volueris lege De Bictis d. quæst. 104, per tot. Maioran. in loc. citat. d. cap. 9, à numer. 1, Guazzin. Iun. d. cap. 31, Capon. d. discept. 323, Guazzin. Paterad. defen. reor. defen. 30, cap. 1, & sequent. Carpzov. in pract. crim. part. 3, quæst. 117, & sequent. Matthæu. de re crim. controver. 25, & alibi

passim *Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser. 132, per tot. Aylon. ad Gomez. par. 3, cap. 13, per tot. Pellegrin, in prax. par. 4, sect. 5, & 14, per tot. Passerin. à Sextula in Tribunal. regular. quæst. 27, art. 1, per tot. Antonel. d. cap. 44, per tot.* & alii passim.

11 Tortus autem si vicerit in tortura, an sit absolvendus, vel an possit in pœnam extraordinariam condemnari dubitant *Doctores*: at verò pro concordia, & intelligentia recurre ad *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 538, per tot.* ubi latissimè.

12 Condemnatus autem ad torturam, ab ipsa condemnatione appelat, ac de nullitate dicit, & interim superceditur in executione, etiamsi principaliter de nullitate sit dictum, *Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quæst. 3, numer. 41, & rubr. 5, quæst. 11, num. 41,* ubi *Salgad. & alios Modernos* citat *Passerin. à Sextula tribunal. regular. cap. 8, num. 170, Guazzin. ad defens. reor. defens. 30, cap. 1, numer. 2, & sequent. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 7, disp. 24, §.*
13 *10, numer 179.* a decreto autem de non torquendo non appellatur, *Altimar. d. quæst. 11, numer. 47,* ubi *numer. 48,* limitationem tradit *Pegas resol. 15, numer. 25, Guazzin.*
14 *d. cap. 1, numer. 7.* atverò, interposita appellatio ab uno ex pluribus reis insimul cōdemnatis ad torquendum non iuvat non appellantibus; imò contra non appellantes decretum de torquendo mandatur exequutioni, *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis. 658, numer. 4.*

15 Dixi supra, quòd ad procedendum ad torturam, necesse est anteà constare de corpore delicti, quàpropter pro omni materia criminali tene menti, quòd in delictis atrocioribus facti transeuntis, & licèt facti permanentis, difficilis tamen probationis, sufficit constare de corpore delicti per præsumptiones, ac coniecturas, *Maiorana in oppo. prax. crim. lib. 1, cap. 1, numer. 8, & sequent. & lib. 2, cap. 9, num. 4, Altimar. de nullitatib. dict. rubr. 13, quæst. 20. numer. 67, & sequent. Bonden. collect. legal. 12, numer. 41, & sequent. Carpzov. in pract. crim. par. 1, cap. 16, numer. 4. Pellegrin. in prax. part. 4, sect. 1, numer. 31, & 40, Guazzin. ad defens. reor. defen. 4, cap. 2, numer. 15, & sequent. De Bictis in prax. regular. quæst. 12, numer. 15, & quæst. 156, numer. 16. Passerin. à Sextul. tribunal. regular. quæst. 20, art. unic. num. 4, & sequent. Sabell. summ. divers. tractat. verb. Corpus delicti, numer.*
16 *1, 5, & ferè per tot.* In delictis autem facti permanentis, & quæ oculis subjici possunt, ac quorum remanere solent vestigia, debet plenè, & concludenter constare de corpore delicti, per inspectionem, aut visitationem, & in subsidium per testes commissum fuisse delictum, *Carpzov. in pract. crim. part. 1, d. cap. 16, numer. 5, & sequent. Altimar. de nullitatib. d. rubr. 13, quæst. 20, numer. 72, Maiorana in oppo. prax. crim. lib. 1, d. cap. 1, numer. 4, & sequent. Pellegrin. ubi suprà numer. 30, & sequent. Gasserin à Sextula ubi suprà numer. 10, & sequent. Anton. Portugal. de donatio. Reg. part. 3, cap. 41, numer. 30,* videndus novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 65, glos. 35, act § 31, numer. 19. & sequent. Guazzin.*
17 *d. cap. 2, numer. 17.* Neque sufficit confessio rei confitentis se delictum commisisse, nisi in casu difficilis inspectionis, aut probationis delicti; ex quo corpus mortui sit proiectum in mari, seu aliter non reperiatur, quia tunc per famam, ac deficientiam talis personæ mortuæ, & per alias coniecturas probatur per præfatam confessionem corpus delicti, ad pœnam ordinariam imponendam, *Guazzin. d. defen. 4, cap. 3, numer. 8, & sequent. De Bictis in prax. regular. quæst. 72, numer. 7, & 11, & quæst. 156, numer. 15, Bonden. d. collect. legal. 12, numer. 38, & sequent. Carpzov. d. quæst. 16, numer. 9, & sequent. Pellegrin. d. sect. 1, numer. 41, & sequent. Altimar. d. quæst. 20, numer. 75, & sequent. Maiorana d. cap. 1, numer. 10, & sequent. Conciol. noster in consil. crim. 3, post tractat. de hered. simpl. & qualific. num. 13, Passerin. d. art. unic. numer. 12, Sabell. summa. divers. tractat. verb. Corpus delicti, numer. 8, Anton. Portugal. d. numer. 30,* ad quos recurre pro oportunitate, & habebis praxim probandi corpus delicti, in omnibus delictis, tàm facti permanentis, quàm facti transeuntis, & alia plura scita non penitenda.





INFRA QUANTUM TEMPUS EX BANNITI, vel condemnati possint se constituere.

Rubrica VII.

Condemnati capitaliter, sivè alia corporis pœna afflictiva, deinceps ad eorum Defensiones faciendas, & ad docendum de prætensa innocentia, non admittantur, nisi infra sex menses à die condemnationis, prævia Supplicatione facta Serenissimo Duci se coram Iudice præsentaverint, & in Carceribus spontè constituerint, Quo casu volumus eos posse audiri Statuto competenti termino ad eorum Innocentiam si (potuerint) probandam, non obstante quòd à sententia contra eos lata, non fuerit appellatum. Si verò pœna fuerit pecuniaria facto Deposito de integra pœna, vel præstita idoneâ cautione super prætensa Innocentia, audiendi erunt.

SUMMARIUM.

1 *Banniti in statu Ecclesiastico vigore Bullarum, habent annum ad se constituendum, & docendum de illorum innocentia.*

Si verò sint capti infra annum, vel si constituant post annum non admittuntur ad defensiones, nisi de mandato Principis, numer. 2.

3 *Condemnatio in delictis in Cathalonia non fit absente reo, sed eo carcerato, secùs in Italia.*

4 *Constitutio rei de qua in Statuto tractatur latè à* Autun. Portugal.

5 *Corpus delicti est probandum, etiam quando proceditur in contumaciam.*

ANNOTATIO.

1 Hodiè in Statu Ecclesiastico banniti in contumacia habent annum ad se constituendum in carceribus, & docendum de illorum innocentia vigore *Bullarum Pii Quarti, & Pii Quinti*, de quibus mentionem facit *Farinac. de inquisit. quæst. 11, numer. 4. & numer. 68*, ubi dicit, quòd si bannitus se constituat infra annum admittitur à Iudice ad novas defensiones absque alio rescripto Principis, *& num. 89*, si verò ille sit captus infra annum, vel se constituat in carceribus post annum, non admittitur ad novas defensiones per Iudicem, nisi de ex-
2 presso mandato Principis, ut ibi per eum, cum quo concordat *Antonell. de tempor. legal. lib. 3, cap. 3, numer. 29, & de loco legal. cap. 21, quæst. 3, per tot.* & ita servari vidi in causis gravissimis in Auditorio Status Vrbini, dum ibi per plures annos Auditoris officio functus fui, quicquid dixerit *Bonfin. ad Bannim. general. cap. 48, n. 2.*

Quò verò ad depositum faciendum per condemnatum pœna pecuniaria se constituentem in carceribus ad faciendum novas defensiones, vide annotata suprà *lib. 3, rubric. ultima.*

ADDITIO.

3 In hac nostra Provincia Cathaloniæ nemo in absentia, ac contumacia exbannitur, aut condemnatur, sed inquiritur, & formatur processus criminalis, & procuratur captura delinquentium, & eis captis proceditur; quod iuri communi conforme est, iuxta quod absens in criminibus non damnatur, *l. absentem, 5, ff. de pœnis, Capiblanc. de Baronib. prag. 5, numer. 83, Bellamer. Boer. & alii*, quos citat *Sabell. in summ. tractat. var. verb. Absentia, num. 15*, (licèt secùs sit de generali consuetudine totius Italiæ, *Marotta discept. foren. cap. 7, numer. 4,*) *Manfrell. ad Capic. Latr. obser.*
4 *161, numer. 12, & sequent.* ideò in is non me detineam, sed si quis alia scire voluerit recurrat ad *Doctores* citatos per *Doctissimum Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3,*

cap. 30, à numer. 25. ubi latè de hac constitutione bannitorum, ac condemnatorum agit, ipsum consulat.

5 Scias tamen, quòd licèt in Italia, ut dixi de generali consuetudine procedatur contra reos absentes pro quocumque gravi crimine inquisitos, & ex contumacia pro confessis habiti banniantur, & condemnentur, etiam ad mortem naturalem; attamen ut condemnatio valeat, opportet quòd ultra contumaciam constet de delicto, de ipsoque convinci debent, aliàs condemnatio corruit *Marotta discep. foren. dict. cap. 7, numer. 8.*

QUALITER ADVOCATI, ET PROCURATORES IN CRIMINALIBUS CAUSIS ADESSE DEBEANT.

Rubrica VIII.

ADvocati, & Procuratores in criminalibus causis, in quibus pœna corporalis infligenda esset, nullatenus admittantur, nisi Reo in Carceribus constituto, ubi verò pecuniaria, vel quota bonorum imponenda esset, ita demum recipiantur, si priùs per ipsummet Reum accusationi, denunciationi, vel inquisitioni fuerit responsum: In aliis verò iudicii actibus admittantur ad omnia, quæ pro defensione Reorum fuerint opportuna.

Quòd si Reus Advocatum, sivè Procuratorem non invenerit, teneatur Iudex ei dare, & interim qualibet coniuncta persona possit pro Reo facto mandato comparere, & Iudex ad Rei defensionem illam admittere debeat.

SUMMARIUM.

1 *Procurator non admittitur in criminalibus quando pœna imponitur à relegatione supra.*

2 *Advocati officium dicitur publicum, & necessarium.*

3 *Advocati, & Procuratores sunt concedendi reis ad suas parandas defensiones.*

Et illi concedere debet Iudex ex officio, cum pro defensione rei laborare debeat, numer. 4.

ANNOTATIO.

1 QUod procurator non admittatur in criminalibus pro reo in causis capitalibus, & in iis, in quibus imponitur pœna à relegatione suprà tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 32, in prin. Farinac. de variar. ac divers. quæst. quæst. 99, num. 1, Scacc. de iudic. lib. 1, quæst. 101, numer. 44, Caren. de Offic. S. Inquis. part. 3, tit. 11, numer. 50.* & alii per me relati in *Resol. crimin. in verbo Procurator, resol. 1, num. 1, & sequent.* latè scripsi quando procurator admittatur pro reo in criminalibus causis, quæ videas ibi, & præcipuè, *numer. 23.* ubi dixi, quòd procurator nunquam admittitur pro reo absente in tribus casibus, nempè ad contestationem litis, ad actum torturæ, & ad sententiam condemnatoriam, ut tradunt *Bald. Roma. Clar. Scacc. & Farinac.* ibi per me adducti.

Dum verò in hoc statuto disponitur, Iudicem debere providere reo de Advocato, vel Procuratore concordat cum dispositione

2 iuris communis, cùm Officium Advocati dicatur publicum, & necessarium, ut not. *Menoch. de arbitr. casu 369. numer. 6, Guazzin. ad defens. in præfat. num. 23, Ursill. in exam. apum concl. 60, numer. 95.* & alii relati per me in *Resol. crimin. in verbo Advocatus, resol. 2, num. 1, & seqq.*

ADDITIO.

3 ALiqua dixi de materia huius rubricæ *lib. 1, rubr. 24,* & ita in practica inconcussè observatur, quòd quando publicantur inquisitiones reis, conceditur ipsis terminum ad se defendendum, & licentiam Advocati, & Procuratoris, de qua praxi testatur noster *Peguer. in prax. crim. cap. 12, §. 6,*

... 616, numer. 2, & pariter Modern. Majorana. in oppo. prax. crim. lib. 1, cap. 3, num. 17, & lib. 2, cap. 9, nu. 39, & testatur Carpzou. in prax. crim. part. 3, quaest. 165, num. 72, & sequent. & quaest. 115, numer. 83, & sequent. ubi aliqua pro istis Advocatis, ad defensam
4 datis, non ignoranda tradit, & nihil mirum ut ita practicetur; ex quo Iudex officio pro defensione rei laborare debet Carpzou. in prax. crim. part. 1, cap. 33, numer. 8, & sequent. & part. 2, cap. 59, numer. 32, & sequent.

QVOD FIDEIVSSOR NON TENEATVR repraesentare, nisi in casum illius delicti, & de securitate Reis danda.

Rubrica IX.

Fideiussor de repraesentando aliquem Inquisitum, vel Accusatum de aliquo delicto, vel maleficio, teneatur eum repraesentare toties, quoties de eodem delicto, vel maleficio, & non de aliis contra dictum Inquisitum, vel Accusatum procedatur: Quòd si talis Reus timeat ad Curiam accedere, eo quod de aliis excessibus, diffamatus, sivè Inquisitus dicatur, detur ei Securitas de aliis excessibus, praeterquam de illis, de quibus inquiritur, vel accusatur: Nec aliter etiam Fideiussorem ad repraesentandum teneri, Iuris, & aequitatis ratio suadere videtur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod fideiussor pro una causa non teneatur repraesentare pro alia habet locum etiam si fideiussio sit simpliciter praestita.*
Etiam stante clausula Toties, & quoties, num. 2.
Fallit si fideiussor promisit repraesentare pro omni, & quacumque causa, num. 3.
4 *Salvus conductus an sit concedendus inquisito de pluribus delictis pro uno sic, & pro alio non.*
5 *Salvum conductum concedere est de Regalibus, & soli Principi spectat.*
Intellige ut num. 6.
7 *Salvus conductus est servandus, licèt de facto sit concessus.*
Non tamen consensus à non habente potestatem concedi, veluti à Advocato fiscali, Birruariis, & aliis, num. 8.
Neque conditionalis, non purificata conditione, num. 9.
10 *Salvus conductus concessus pro uno delicto non iuvat pro delictis postea commissis.*
Imò neque tunc pro antiquis, sed pro omnibus punitur delinquens, num. 11.
12 *Salvus conductus est concedendus delinquenti pro delictis praeteritis ad comparendum, quoties pro novo delicto est citatus.*

ANNOTATIO.

1 Statutum hoc, quod fideiussor, qui promisit reum repraesentare pro una causa non teneatur illum repraesentare pro alia habet locum etiam si fideiussio fuerit simpliciter concepta, quia semper censetur restituta ad causam, pro qua reus detinebatur, ut tradunt *Farinac. de carcer. & carcerat. quaest. 34, num. 31, Guazzin. defen. 6, cap. 4, num. 34, Pir. Maur. de fideiuss. part. 1, sect. 2, cap. 3, num. 77, & alii per me adducti in Resol. crim. in verbo Cautio de repraesentando, resolut. 4, numer. 3,* cum quibus pertransit *Antonel. de temp. legal. lib. 3, cap. 7, nu-*
2 *mer. 8.* Et etiam stante clausula *Toties, & quoties,* uti habetur in hoc statuto, ut docent *Eug. Gabr. Farinac. & Guazzin.* per
3 me relati in *d. resol. 4, num. 4,* Quae tamen non habent locum si fideiussor promisit reum repraesentare pro omni, & quacumque causa, ut probant, *Farinac. de carcer. & carcerat. dict. quaest. 34, numer. 33.* benè comprobans, & *Pir. Maur. de fideiuss. d. part. 1, sect. 2, cap. 3, num. 79, & sequent.* & dixi ego *in resol. 4, num. 8.*
4 Quando verò circumscripto hoc statuto reo inquisito de pluribus delictis sit concedendus salvus conductus pro uno delicto,

&

& pro alio non, maximè quando delicta sunt separata scripsi *Ego in Resol. crim. in verbo Salvus conductus resol.6.* videas ibi si placet.

ADDITIO.

5 AD materiam securitatis delinquentium, ac salvi conducti tractandum me extenderem, nisi tam providè à nostro *Conciol. in suis resol. crim. hoc verbo* fuisset tractata, quàpropter, licèt aliqui teneant, salvum conductum concedere esse de Regalibus Principis, & ita ad solum Principem spectare eum concedere *Matthew. de re crim. controv. 10, num. 11, Majorana. in oppo. prax. crim. lib. 1, cap. 14, numer. 28, Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 258, numer. 1, Maffin. de confisc. bonor. quaest. 5, numer. 23, Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 12, quaest. 33, à numer. 66, Carpzovi. in pract. crim. part. 3, quaest. 112, à numer. 22, Crespi. obser. 85. num. 33, & observ. 113, ferè per tot.* ubi plura de salvo conductu *Meli. obser. foren. 27, num. 1, & sequent. Capiblanc. de Baronib. lib. 2, cap. 31, num. 1, Severin. in addit. ad decis. Sanfelicij 399, lib. 3, pag. mihi 309, vers. Hoc dubium, &c. Guazzin. ad defen. reor. defen. 12, cap. 1,*
6 *num. 58, vers. Sed solus Princeps, &c.* tamen hoc procedit quando conceditur in perpetuum, seu praetextu servitiorum faciendorum; non verò quando conceditur ob aliquam causam, & ad tempus; quia tunc à quovis inferiori Iudice, merum, ac mixtum imperium habente, seu potestatem condemnandi, concedi potest *Majorana. dict. cap. 14, num. 29, & sequent. Carpzou. dict. quaest. 112, numer. 23, & 24, Capiblanc. ubi suprà num. 2, Guazzin. dict. cap. 1, dict. numer. 58,*
7 *vers. Iudex etiam, &c.* Et ita dictum salvum conductum à Principe, seu Iudice, etiam de facto concessum, est servandum; cùm nemo debeat decipi sub fide publica *Altimar. de nullitatib. dict. rubr. 12, quaest. 33, num. 82, & seqq. De Luca ad Franch. dict. obser. 258, num. 2, Carpzou. dict. quaest. 112, num. 71, & sequent. Maffin. dict. quaest. 5, num. 31, Quesada. & Pilo. disert. 7, num. 17, & seqq. Merlin. controv. foren. tom. 1, cap. 53, numer. 1, & sequent. Giurba Rovit. Molfes. & alij* quos citat *Capon. discep. 15, num. 6, Franc. Mar. Prae. respon. crim. 16,*
8 *num. 18, & sequent.* non tamen si à non habente potestatem esset concessum, veluti ab Advocato fiscali, Barruarus, seu aliis, ut dixi *rubr. 15, lib. 1, num. 13,* & tradunt *Capiblanc. de Baronib. lib. 2. super pragmat. 6, cap. 31, num. 13, Quesada. & Pilo. dict. disert. 7, numer. 43. Luca dict. obser. 258, dict. numer. 2, vers. Limitatur Manfrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 105, num. 6, quaest. 3, num. 83,*
9 *& sequent.* Neque est servandus concessus conditionaliter, seu cum ablativo absoluto, non purificata conditione *Manfrell. dict. obser. 105, num. 9, Luca dict. obser. 258, num. 3, vers. Obtinens, Quesada. & Pilo. dict. disert. 7, num. 56, Rovit. ad pragm. 1. de guidaticis, &c, num. 11, cum mult. sequent.* ubi plura de hac materia.
10 Salvus conductus autem concessus pro uno delicto, non iuvat pro delictis posteà commissis, nec pro eis praestat securitatem *Carpzou. dict. quaest. 12, num. 54, Luca dict. obser. 258, num. 3, & obser. ad decis. 717, numer. 1, & sequent. Maffin. dict. quaest. 5, numer. 18, & 19,* ubi *Salgad. & alios* citat *Altimar. ad concil. Rovit lib. 3, observ. 11, numer. 3, & sequent. Rovit. ad pragm. 1, de guidat. seu fide. pub. num. 1, & seq. pag. 340. Regens noster Meritissimus Cortiada decis. 73, numer. 14, tom. 2, Guazzin. ad defen. reor. def. 12, cap. 1, numer. 58, vers. Habens*
11 *tamen, &c.* imò punitur pro delictis antiquis, pro quibus fuit guidatus *Luca dict. obser. 717, num. 1, & sequent. Cancer. Fontanel. Peguer. & alij innumeri* quos citat *Regens Cortiada dict. decis. 73, num. 15 Quesada. & Pilo. disert. 7, numer. 25, & sequent.*
17 tamen delinquens citatus pro novo delicto commisso non tenetur comparere, nisi pro primo ei salvum conductum concedatur *Majorana. dict. cap. 14, num. 26, Altimar. dict. quaest. 33, numer. 86, & sequent.* apud quos, & suprà citatos habebis materiam hanc salvi conducti largè tractatam, ad ipsos recurre.





DE TESTIBVS IN CRIMINALIBUS causis recipiendis.

Rubrica X.

TAm masculi, quàm fœminæ maiores quatuordecim annis ad testificandum admitti possint, exceptis criminibus, pro quibus veniret imponenda pœna sanguinis, in quibus non ad probationem, sed ad indicium dumtaxàt Iudicis arbitrio recipiantur: Maiores verò viginti annis, tàm masculi, quàm fœminæ in omnibus delictis Iudicis arbitrio attenta personarum qualitate admittantur, dummodò sint bonæ famæ, quod præsumatur, nisi contrarium probetur, salvis tamen semper in utroque casu exceptionibus à iure permissis. Coniuncti verò, si Ascendentes, vel Descendentes sint, inviti testificari non compellantur, si autem Transversales sint, usque ad tertium gradum inclusivè de Iure Canonico computandum, etiam si ex crimine pœna pecuniaria veniret imponenda. In occultis autem, & atrocioribus delictis prædictos omnes secundum Iuris dispositionem compelli volumus: Sicut etiam pro innocentia, & defensione Reorum coniuncti omnes prædicti examinari possint, eorùmque depositiones iuxta Iuris Communis regulas ad fidem faciendam à Iudice admittantur.

Testes verò examinandi detineri non possint in carceribus, sive in Palatio ultra triduum, nisi tamen delicti qualitas, sivè Testis depositio Iudicis arbitrio aliud suaderet, quo casu ultra octo dies ad summum detineri non possint, & si Iudex contrafecerit, puniatur in libris centum, ultra interesse Partis: Advertat etiam quòd in delictis levioribus testes capi non faciat.

Addentes, quòd Baiuli, & Executores examinari non valeant, nec eis credatur, nisi in pertinentibus ad eorum Officium, vel etiam quando Veritas aliter Iudicis arbitrio haberi non possit, quo casu iuxta Iuris Communis dispositionem fides eis præstanda erit.

SVMMARIVM.

1 *Minor. 25, annis, & maior 20, admittitur in testem in criminalibus.*
Minor verò 20, anno. non admittitur, numer. 2,
Nisi quando veritas aliter haberi non potest, num. 3,
Non tamen dictus minor est testis omni exceptione maior, n. 4,
Nisi cum dicto minore concurrant coiecturæ, num. 5.
6 *Ascendentes; & transversales quando admittantur in testes contra descendentes, & transversales, & n. 15,*
7 *Testes coguntur ad se examinandum per carcerationem, per mulctam, & simil.*
Si tamen carceratio esset valdè longa testis non probaret, n. 8,
Et quæ dicatur longa carceratio, numer. 17,
9 *Executores, & Baiuli, uti infames non admittuntur ad testificandum.*
Maximè si patiantur aliam exceptionem, num. 10,
Licet probent ad defensam, n. 11,
Et quid si illi sint in magno numero, numer. 12,
13 *Bariscellis, Nunciis, & Birruariis quando credatur.*
14 *Testes in criminalibus tàm ad offensam, quàm ad defensam qui admittantur remissivè.*
16 *Testes domestici, & familiares qui dicantur.*

18 Te-

18 *Testium receptio in criminalibus non committitur, sed per Iudicem sunt examinãdi.*

19 *Testes in criminalibus post didiscita testificata in Cathalonia, tàm ad offensam, quàm ad defensam possunt produci, ac examinari.*

ANNOTATIO.

1 TEstis minor 25. annis, & maior 20, licèt admittatur in testem in criminalibus, ut annotarunt *Farinac. de testib. quæst. 58, numer. 19, & sequent.* latè comprobans, *Caren. de Offic. S. Inquisit. part. 3, tit. 5, numer. 47, & Antonell. de tempor. legal. lib.*

2 *2, cap. 3, numer. 3.* Minor autem 20. annis licèt maior 14. ad testificandum non admittitur, *Farinac. de testib. d. quæst. 58, num. 10,* ubi dat concordantes, *Caren. in d. par. 3, tit. 5, numer. 48, Antonell. de tempor. legal. d. cap. 3, numer. 3,* & alii per me adducti *in Resolut. crimin. in verbo Minor,*

3 *resol. 2, numer. 3.* Quod tamen non habet locum quando veritas aliter haberi non potest, ut in delicto commisso in domo, & similí, quia tunc minor 20. anno. & etiam minor 14. in testem admittitur, secundum *Vulpell. cons. 125, numer. 6, Farinac. de test. d. quæst. 58. numer. 25, & 29,* ubi testatur de communi opinione *Caren. de Offic. S. Inquisit. par. 3, cap. 5, numer. 50. Calvin. de aequit. cap. 158, numer. 38, & sequent.* & alii per me adducti dicta *resol. 2, numer. 6.* licèt

4 minorem in dicto casu non esse testem omni exceptione maiorem, sed solùm illum facere qualem qualem probationem, ad instructionem Iudicis, tradunt *Ant. Gomez, Farinac. Mascar. Mar. Anton. Caren. Guazzin.* & alii, quos ego retuli, & securus

5 sum in *d. resol. 2, numer. 8.* Nisi cùm dicto dicti minoris concurrerent coniecturæ, quia illius dictum faceret etiam indicium ad torturam, ut not. *Farinac. d. quæst. 58, numer. 52, Caren. de Offic. S. Inquisit. part. 3, tit. 5, numer. 55,* & dixi *Ego in d. resol. 2, numer. 10,* ubi *numer. 18,* probavi, minorem admitti ad testificandum favore defensionis, & ad innocentiam probandam, videas ibi si placet.

6 Quando verò ascendentes, & transversales cogi possint ad deponendum contra descendentes, & transversales dixi *Ego latè in Resolut. crimin. in verbo Testes quo ad personas, resol. 3, & resol. 5, & resol. 7.* ubi de uxore, quòd non possit cogi ad testificandum contra virum, & *resol. 19,* ubi de consanguineis, ubi dixi, prædicta non habere locum quando veritas aliter haberi non potest, quæ hic iterum referre nolui, videas ibi si placet.

7 Quod verò testes cogi possint ad se examini subiiciendum per carcerationem, ut habetur in hoc statuto, sed etiam mulcta indicta, capitis pignoribus, & per exilii comminationem tradunt *Ambros. in process. inform. lib. 1, cap. 3, numer. 7, Guazzin. defens. 14, cap. 11, numer. 14, Calvin. de aequit. lib. 2, cap. 179, numer. 34, & sequent.* & alii per me relati in *Resolut. crimin. in verbo Testiũ miscell. resol. 1, numer. 7.* Dummodò carce-

8 ratio non sit admodum longa, hoc est ultra octo dies in circa, ut habetur in hoc statuto, quia si carcerario esset nimis longa testis non probaret uti disponens metu longæ carcerationis, *Farin. cons. 193, numer. 3, Vermigl. cons. 33, numer. 15, & cons. 74, numer. 6, & cons. 143, numer. 19, & dixi Ego in cons. defens. 7, post tractat. de hered. simpl. vel benef. num. 44.*

9 Baiuli verò, & executores uti personæ viles, & infames non admittuntur in criminalibus in testes, uti habetur etiam in hoc statuto, nisi in pertinentibus ad eorum officium, ut not. *Menoch. Mascar. Farinac. Post. & Rota in locis per me relatis in Resol. crim. in verb. Birruarius, resol. 5, num. 1,*

10 *& numer. 4.* & eo magis quando ipsi aliam paterentur exceptionem, *Guerb. cons. 98, numer. 10, in fin. Guazzin. defens. 5, cap. 9, numer. 8, Crispol. casu milit. 14, numer. 24, & dixi Ego alleg. foren. 92, numer. 17.* licet

11 probent ad defensam *Farinac de test. quæst. 56, numer. 388, & cons. 36, numer. 16, lib. 1. & cons. 166, numer. 12, lib. 2, Sperell. decis. 149, in fin. lib. 1, & ante eos Ant. Gomez, var. resol. tom. 3, tit. 12, n. 13,*

12 Quid verò dicendum sit quando Birruarii sunt in magno numero, vide adducta per me *in d. verbo Birruarius, resol. 3, & resol. sequent.* ubi de materia, cùm non omnia sint hic repetenda.

ADDITIO.

13 ALiqua dixi de materia huius rubricæ, maximè de fide danda, tàm circa tangentia officium, quàm non tangentia, Barricellis, Nunciis, seu Birruariis, in *lib. 1, rubr. 15, numer. 15, & rubr. 59. numer. 14, & sequent.* & ita nè eadem ibi dicta repetam, ad ea recurre, & ad *Modern. Sabell. in summ. divers. tractat. verbo Birruarii, Franc. Maria Prat. respon. crimin. 16, à numer. 45, Passerin. à Sextul. in cap. In fidei favorem, 5, de hæretic. in 6, n. 19.*

14 Hoc in loco tractanda veniebat materia te-

testium recipiendorum in criminalibus, tam ad offensam, quàm ad defensam reorum, & ita qui in testes admittantur, & repellantur; tamen cùm latè sit tractata à *Doctoribus* citatis à *nostro Conciolo in suis resol. crim. & à Modern. Maiorana in sua oppo. prax. crim. lib. 2, cap. 6, à numer. 44, & à Carpzon. in sua prati. part. 3, quaest. 14, per tot.* ulterius non me extendam, ad ipsos recurre quando casus occurrerit, & nè praetermittas nostrum *Conciol. in suis consil. crim. positis post tractat. de hered. simpl. & qualifi.* ubi multa sanè iucunda tradita invenies, & penes *Fragos. de regim. Reip. Christian. part. 1, lib. 5, disp. 13, §. 1. à numer. 1, & De Bictis in prax. Regular. quaest. 26, & sequent. Passerin. in d. cap. In fidei favorem, de haeretic. in 6, per tot. & in Tribunal. Regular. in q. 12, & sequent.*

15 Testes autem domestici, consanguinei, ac etiam fratres contra fratres, in delictis atrocibus, ac quando aliter veritas haberi non potest, certum est, quòd possunt cogi ad testificandum, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 6*, & pariter tradit *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch.*

16 *obser. 538, numer. 5.* qui autem dicantur domestici, ac familiares tradunt *Doctores citati à Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 180, numer. 26.*

17 Testes autem deponentes post longam carcerationem certum est, ut tradit hic *noster. Conciol. numer. 8*, non probare, & longa carceratio dicitur viginti dierum ad non fidem tribuendum testi carcerato deponenti, *Conciol. noster consil. crim. 7, post tract. de hered. simpl. & qualific. numer. 44,* ubi *Vermigl. & alios* citat.

18 Scire autem non omittas, quòd in criminalibus testium receptio Notario, ac Actuario non committuntur, ut alibi dixi, sed per Iudicem, aut Officialem sunt recipiendi, ac examinandi, *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 178, numer. 14*, & tradit novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, ad tit 86, glos. 1, numer. 1,* ubi & in *glos. sequent.* plura de materia testium in criminalibus *Passerin. à Sextul. in cap. Mulieres. 2. de indic. in 6, n. 21, & seq.*

19 Paritérque nota, quòd in criminalibus didiscitis testificatis, tàm ad offensam, quàm ad defensam, maximè in hac nostra Provincia (in qua licet adsit instantia partis, ut alibi dixi, processus omnes dicuntur fisci) possunt testes produci, *Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 178, numer. 1, & sequent. Aylon. ad Gomez. lib. 3, cap 13, num 35, Maiorana in oppo. prax. crim. lib. 2, cap. 3, à numer. 63,* & dixi alibi.

QVOD IVDICES EX OFFICIO TESTIVM dicta super innocentia recipi, & describi faciant.

Rubrica XI.

Ut Iustitia aequâ lance subministretur, Iudices sicut ex eorum officio diligenter pro delictis investigandis inquirunt, & Testes examinant, ita etiam aequalitate servata, eosdem Testes, sivè alios, ad defensam examinandos, & de veritate facti informatos pro Innocentia examinare, & diligenter investigare teneantur, eorúmque depositiones in Actis annotare, & describi facere debeant, nec praeterire Testem, sivè Testium dicta pro innocentia deponentium, aliàs tàm Iudices veritatem super Innocentia malitiosè omittentes, quàm Notarius dicta Testium in Actis non describens in Syndicatu ad interesse teneantur, & poena falsi, si appareat de eorum manifesta desidia, plectantur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet recipere dictum testis tàm pro fisco, quàm contra fiscum.*

Aliàs dicitur suspectus de falso, n. 2,

Maximè post praestitum testi iuramentum, numer. 1,

Quando verò possit testem interrogare

ante

ante datum iuramentum, numer. 4,

5 *Et hac procedunt in Cathalonia per expressam Constitutionem.*

ANNOTATIO.

PRudenter quidem statuentes Eugubini mandarunt in hoc statuto, quòd Iudex examinando testes pro Curiæ informatione recipere faciat illorum depositiones, tàm

1 contra reum, quàm pro reo facientes, cùm dictum testis sit indivisibile, & cùm ipse tenetur inquirere veritatem, tàm pro fisco, quàm contra fiscum, aliàs dicatur malè facere, cùm fiscus non sit veritatis hostis, ut docent *Farinac. de test. quæst.74, numer.16, Guazzin. defen. 14, cap. 2, numer. 1, & seq. & numer. 4, Ambros. in processf. informat. lib. 1, cap. 2, numer. 8, & sequent.& ibi Adden. numer. 8,* & novissimè *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 3, quæst. 189, numer. 1, & sequent.* & dixi etiam *Ego in Resolut. crim. in verbo Iudex, resol. 11, numer. 1, & sequent.*

2 Aliàs Iudex non dicitur immunis à falsitate, ut habetur in hoc statuto, cum quo concordant *Guazzin. d. defen. 14, cap. 2, num. 5. Ambros. in processf. inform. lib. 1, cap. 2, n. 11,* & alii per me relati dicta *Resol. 11, num. 3,*

3 Maximè post præstitum testi iuramentum, *Guazzin. d. defens. 14, cap. 2, numer. 3, & Zuff. de legit. processf. criminal. lib. 3, quæst. 186, numer, 7,* & extat *Reform. Pauli V. de Iudic. crim. Urb. §. Nec ullo pacto, &c.*

4 Quando verò ob magnam suspicionem, nè Testis sit subornatus Iudex possit ante præstitum iuramentum testem interrogare super delicto, declaravi *Ego in d. resol. 11, numer. 5, & 6.* videas ibi, cum noluerim hìc id inutiliter ferè repetere.

ADDITIO.

5 UT dixi *lib. 1, rubr. 14, numer. 4,* hoc metipsum contentum in hoc statuto extat dispositum in hac Provincia Gotholana per *cap. 56, Curiarum 1599,* & ita in his amplius non immoror, sed pro his ad *Peguer. & alios ibi citatos,* signanter *ad Pead Ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2, glos. 18, ad §. 14, tit. 5, num. 4, & 5,* recurre,

DE DELICTIS MULIERUM

Rubrica XII.

SI Mulier honesta de levi crimine accusetur, vel contra eam inquiratur, si noluerit ire in Palatium ad respondendum, Notarius Maleficiorum ad eius Domum accedat ad recipiendum responsionem, & idoneam Cautionem de condemnatione solvenda: Si autem corporalis pœna veniret imponenda pro gravi aliquo delicto, tunc in Carceribus ponatur seorsum à Viris, adhibita Socia, si Iudici expedire videatur, aut si Nobilis persona fuerit, in aliquo tuto loco sub idoneis fideiussoribus de tuto Carcere, custodiatur, & in omnibus contra eam procedatur, prout de Viris constitutum est. Si verò inquiratur contra Mulieres super Offensis, vel Brigis, habitis inter eas dicto, vel facto, de quibus pœna pecuniaria venirent puniendæ, pœnæ omnes ad dimidium reducantur.

SUMMARIUM.

1 *Mulier honesta pro delicto levi non est carceranda.*

Aliàs Iudex puniri potest, n. 2,

Secùs est si delictum sit grave, n. 3,

4 *Mulier dicitur delinquere minus quàm masculus,*

5 *Mulieres in eodem genere delicti mitius puniuntur, quàm viri.*

Intellige in casibus à iure expressis, numer. 7.

Secùs in delictis à iure Divino, & naturali prohibitis, num. 6,

8 *Mulier carcerata in aliquo Monasterio non gaudet illius immunitate.*

AN-

ANNOTATIO.

1 QVod mulier honesta pro delicto levi non veniat carceranda, sed quòd illa audienda sit extra carceres præstita fideiussione de iudicio sisti, & si fideiussorem non habeat cum cautione iuratoria, tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 28, vers. Quæro igitur, &c. Menoch. de arbitr. lib. 1, quæst. 88, numer. 18, & Farinac. de carc. & carcerat. q. 27, numer. 44,* ubi dat concordantes quam-
2 plures. Alias Iudex contrarium faciens graviter puniatur, ut post *Bald. Roman. Gram. Duen. Plaz. & Clar.* per eum relatos not. *Farinac. in d. quæst. 27, numer. 45,* licet
3 secus sit si crimen sit admodum grave, quia tunc illa potest carcerari in loco tamen à viris separato, vel in aliquo Monasterio Iudicis arbitrio, ut voluerunt *Menoch. in d. quæst 88, numer. 20, & sequent. Gram. dec. 33, numer. 12, Clar. in d. quæst. 28, vers. Quæro igitur, &c. & Farinac. in d. quæst. 27, numer. 32, & sequent.* ubi docet quomodo prædicta sint practicanda per Iudicem. Quæ autem mulier dicatur honesta remittitur Iudicis arbitrio, ut dixi suprà in *annot. rub. 43, lib. 2,*
4 Et quòd mulier minus dicatur delinquere regulariter, quàm masculus, & quod in illis puniendis sexus ratio habenda sit maximè in delictis levibus, ut disponitur in hoc statuto tradunt etiam *Odd. de restit. in integr. par. 1, quæst. 10, numer. 14, & sequent. Farinac. de pœn. temper. quæst. 98, numer. 1, & sequent.* plenè comprobans, & ante eos *Tiraq. de pœn. temper. causa 9, numer. 1, & sequent.* qui adducit etiam authoritates Theologorum, ut ibi per eum.

ADDITIO.

5 ALiqua cum materia huius rubricæ connexa tradidi *lib. 2, rubr. 43,* ideòque dicam, quod licet vulgò dici soleat, mulieres in eodem delicti genere mitius peccare, minúsque puniendas esse, quàm viros, ob imbecillitatem mentis, & ingenii; *Carpzou. in pract. crim. part. 2, quæst. 53, numer. 18, Passerin. à Sextul. in Tribunal. regular. quæst.*
6 *28, art. numer. 60.* tamen non procedit in delictis iure Divino, & naturali prohibitis, *Carpzou. ibid. numer. 19, & quæst. 54, num. 21, & sequent. Passerin. ubi suprà dict. num. 60, Meritissimus Regens noster Cortiada decis. 106, numer. 61,* ubi tradit mulierem pro furto excedente valorem 100 ℔ ss. laqueo
7 pro collem suspensam fuisse; quàpropter in pœnis infligendis sexus ratio habenda solùm est in casibus à iure expressis, *Carpzou. in d. prax. p. 1, quæst. 12, n. 16.*
8 Mulier autem criminosa quando carceratur in aliquo Monasterio, non gaudet immunitate Ecclesiæ, sed indè invita extrahi potest, quamvis scelus ab ea patratum non sit exceptum, *Cortiada decis. 84, numer. 13,* ubi rationes adducit.

DE DELICTIS MINORVM.

Rubrica XIII.

SI Minor annis decem aliquod Maleficium commiserit aliqua pœna non teneatur, & omnis Processus, sivè Condemnatio indè fortè sequuta, sit ipso Iure nulla: Si verò à dicta ætate usque ad decimumquartum annum inclusivè deliquerit, medietate pœnæ pecuniariæ, quàm alii incurrerent, ipse plectatur. Quod si ex delicto capitalis pœna veniret infligenda, pecuniaria usque ad summam ducentorum scutorum, & minori, facti, & personæ qualitate perpensa impubes puniatur: Si verò quis ante decimumnonum suæ ætatis annum expletum capitaliter deliquerit, citra mortem Iudicis arbitrio omninò puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Minores qua pœnâ sint puniendi inter Doctores est controversum.*
2 *Statutum quòd tollit ambiguitates uti non superfluum est servandum.*
3 *Minoribus propter ætatem an minuatur pœna delicti, remissivè.*

Tt ANNO-

ANNOTATIO.

STatutum de quo suprà maxima cum prudentia conditum fuit, dum in eo à statuentibus determinatur pœna imponenda minoribus decem annorum, minoribus decimoquarto anno, nec non etiam minoribus decimonono anno delinquentibus, cùm per illius dispositionem auferantur alterca-
1 tiones, quæ versantur in dicta materia inter Doctores, qua pœnâ minores puniantur, quæ videri possint apud *Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3, cap. 1, numer. 57, apud Sfort. Odd. de restit. in integr. par.2, quæst. 80, numer. 44, & sequent. apud Farinac. de pœn. temp. quæst. 90, numer. 41, & plurib. sequent. & apud Guazzin. defen.33, cap.17, per tot. & apud Mancin. in pract. visit. infir. in appen. ad pract. 2, dubit.* 23. Statu-
2 tum autem quod tollit ambiguitates non dicitur superfluum, sed est servandum, *Surd. decis.* 195, *numer.* 10. *Morot. cons.* 89, *num.* 18, & *Ciriac. controvers.* 582, *numer.* 38, qui dant concordantes.

ADDITIO.

3 CUm in hac nostra Provincia ulla adsit dispositio statutaria circa hæc delicta minorum, in ea insequitur ius commune, & ita in rubricis delictorum in specie aliqua de materia huius rubricæ adducam; circa autem delicta in genere per minores commissa, an eis sit minuenda pœna tradunt latissimè *Doctissimus Altimar. de nullitatib. rubr. 11, quæst. 6, per tot. Carpzov. in pract. crim. parte. 3, quæst.* 143, *per tot. Modern. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis.* 230, & *ad discept. Gratian. animadver. ad cap.* 146, *numer.* 3, 17, & *sequent. Meritissimus, ac Nobilis Regens noster Cortiada in tom.2, suarum decisionum Mattheu. in controver. crim. Passerin. à Sextul. in Tribunal. regular. quæst.* 18, *art.*2, *per tot. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 163, *numer.* 31, & 32, novissimè *Hieronymus Calà de restitutio. in integr. quæst.* 37, *à numer.* 13, & latissimè *Franc. Mar. Prat. respon. crim. respon.* 25, *à numer.*46, *Revit.ad pragm.* 1, *de minorib. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 5, *disp.* 12, §. 24, *numer.* 92, & *sequent. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controver. inter Episcop. & Regular. par.* 1, *numer.* 1366. ubi de crimine falsæ monetæ, & *alii infra citandi*, ad quos pro totali intelligẽtia huius materiæ recurre.

QUOD IS QUI VIGESIMUM ANNUM attigerit habeatur pro maiori.

Rubrica XIV.

QUi Vigesimum suæ ætatis Annum attigerit, in omnibus delictis etiam capitalibus, sit, & esse intelligatur Maior, & pro Maiore in omnibus, & per omnia habeatur, & perinde, ac si vigesimum quintum annum complevisset, itaut contra eum inquiri, condemnari, & puniri possit, & debeat.

SUMMARIUM.

1 *Minor 25. annorum delinquendo non punitur pœnâ ordinaria, sed extraordinaria.*
Fallit stante statuto mandante contrarium, num. 2,
Et ita in Regno Valentiæ, n. 4,
Et quid in Cathalonia, n. 5,
3 *Bulla mandantes minores puniri pœnâ ordinaria dicuntur facta ad terrorem.*

ANNOTATIO.

1 MInor annorum 25, licèt in delictis ratione ætatis non sit puniendus pœnâ ordinaria, sed extraordinariâ tantùm, & mitiori Iudicis arbitrio, ut tradunt *Clar. Farinac. Caball. Guazzin. Caren. Vermigl. & alii per me relati in Resol. crim. in verbo minor, resol.* 1, *numer.* 1, & *sequent.* Dicta ta-
2 men conclusio non habet locum stante hoc Sta-

Statuto, quod minor, qui 20. annum attigerit habeatur pro maiori, & pœnâ ordinaria delinquendo puniatur, quia dictum statutum est servandum, itaut minor, qui 20. annum attigerit puniri debeat pœnâ ordinaria, ac si ille esset maior 25, annis, ut declarant *Farinac. de pœn. temp. quæst.92, numer.152, & seq. Caball. resol. crim.casu 134, num. 11, cent.2.* ubi refert Statuta quamplurimum Civitatum idem disponentia, *Antonel. de temp. legal. lib.2, cap.15, numer.15, & seq. & aly per me relati d. resol.1, num.6.* & extat in Statu Ecclesiastico *Bulla Inly II. quæ est 11.* in ordine confirmata à *Pio IV. in ordine 68.* quas retuli *Ego in d. resol. 1, numer.5, & sequent.* ubi videas pro declaratione illatum, dum in eis mandatur, quòd maiores 14. anno habeantur pro maioribus,
3 quæ dicuntur facta ad terrorem, quæ hic iterum inutiliter referre non curavi, addo *Bonfin. declarantem dictam Bullam ad Banimenta gener. cap.4, num.4.*

ADDITIO.

4 IN Regno Valentiæ similis huic nostræ statutariæ dispositioni adest municipalis lex, disponens quod minores viginti quinque annorum, maiores autem viginti, in delictis pro maioribus habeantur, & pœnâ ordinaria puniantur, de qua *Crespi. observ. 17, tom.1, num.3.*

5 In nostra hac Provincia Gotholana nulla adest statutaria dispositio circa hæc disponens, sed insequitur ius commune; benè tamen hodiè incomperto est, iuxta observantiam nostri R.S. quòd minores viginti quinque annorum, maiores verò viginti annorum in delictis atrocibus, & atrocissimis pœnâ ordinaria puniuntur, in atrocibus autem, ut in homicidio simplici, furto, falso teste, & aliis similibus puniuntur, non pœnâ mortis ordinaria, sed extraordinaria, Iudicis arbitrio, ut latè hæc adfert *Meritissimus Regens Cortiada decis. 96, tom.2, à num. 56.* & passim, ad quem pro saturitate materiæ recurre, & ad citatos *Rubr. præcedenti.*

DE ABOLITIONIBUS.

Rubrica XV.

NUllus Accusationem à se institutam de aliquo Maleficio destituere, aut aboleri petere possit, sed ad illius effectualem executionem Iudex procedere valeat, & teneatur; Exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de Verbis Iniuriosis, de Damno dato, & de Turbata Possessione, & ubi Uxor de Adulterio accusata fuisset, quoad Uxorem, non quoad Adulterum: In quibus cuicumque liceat Abolitionem petere usque ad Sententiam exclusivè, & Iudex teneatur illam admittere, & super accusatione ulterius non procedere.

Addentes etiam quòd Iudex in Causa turbatæ possessionis, non per viam Constituti, sed iuxta informationem Partis procedere debeat.

SUMMARIUM.

1 *Abolitionum sunt tres species, generalis, privata, & specialis.*
Statutum de quo suprà loquitur de privata, num.2.
Abolitione non obstante Iudex potest prosequi processum ex officio, num.3.
4 *Syndici Villarum an possint petere abolitionem fieri remissivè.*
5 *Abolitionis materiam qui tractant remissivè.*
6 *Abolitio concedi non potest absque remissione partis, signanter in Cathalonia.*
7 *Abolitio obtenta petente parte non comprehendit accusationes non institutas.*
Nec opitulatur surreptitiè obtenta, num.8.
9 *Indulta, & abolitiones licet generales quæ delicta non comprehendant.*

Tt 2 10 *Post*

10 *Possessionis turbatio quando sit delictum.*
11 *Confessio delicti an resultet ex instata remissione illius.*
Benè tamen in Cathalonia, ad hoc ut partis resartiatur damnum, seu iniuria, numer. 12.
13 *Compositiones in Cathalonia de quibus criminibus, & quomodo sint faciendæ.*

ANNOTATIO.

1 ABolitionis species triplex proponitur, prima est generalis, quæ, & publica appellatur, quæ fit à Principe, secunda est quæ privata, & specialis dicitur, quæ impetratur ab accusatore à Principe, vel à Iudice, & tertia appellatur legalis, quæ est quando accusator est mortuus, de quibus latè agit *Decian. tract. crimin. lib.3, cap.35, per tot.*

2 Abolitio verò, de qua loquitur statutum nostrum est secundæ speciei, hoc est quæ est privata, & petitur per accusatorem à Iudice, cui ut sit locus est admodum difficile, cùm requirantur novem requisita, ut illi locus sit, quæ recensentur per *Decian. in tract crim. d. lib.3, tit.35, numer.29, 30, & seq.* Quàm statutum nostrum omninò tollit nisi in casibus in eo expressis, & quidem
3 cum ratione, quia illa non obstante Iudici non est prohibitum prosequi processum ex officio, & causam finire, quàm mediante accusatione incœperat in casibus in quibus ab initio potuisset ex officio procedere, ut declarant *Clar. in pract. §. fin. quæst. 51, vers. Sed quid si accusator, &c. Card. Tusch. pract. concl. littero H, concl 167, num. 6, & Guazzin. defens 3, cap.11, num.9.*

4 Utrum verò denunciatores, & Syndici Villarum qui denunciant maleficia possint petere abolitionem fieri tradit *Decian. in d. lib.3, cap.35, num. 44.* qui stat pro affirmativa ipsum consulas.

ADDITIO.

5 MUlta de abolitione possem hìc consarcinare iam tractata à *DD. repetentibus ad tit. de Abolitionib. in Cod.* ac pariter de indultu, ac remissione delinquentium facta à parte privata, seu accuratore; tamen stilum assumptum insequendo, ea omittam, & ita aliqua annotabo quæ te ducent ad DD. tradentes quæ volueris.

6 Abolitio autem generalis, aut specialis cedi nequit delinquentibus absque partis remissione *Mieres noster ad Const. tom. 2, colla.6, cap.4, pag.37. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 71, num. 4,* latissimè *Vrceol. de transact. quæst.56, à num. 15,* ubi *num. seqq.* limitationes, & intelligentias tradit *Manzon. de contraband. quæst.16, numer.4, Luca ad Franch. obser. ad decis.715, numer.9,* ubi Principi licere tradit *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1, ad proœm. glos. 34, per tot.* ubi latissimè de abolitione *& tom.2, glos.20. num. 22, & sequent. pag. mihi 123, & tom.7. de Regim. Senat. Palatin. cap.27,* latissimè *Severin. in addit. ad decis. 378, & 394, Sanfelicij per tot.* & latiùs *in addit. ad decis. 405. in princ. Crespi. obser. 5. per tot. Rovit. ad pragm.1, & 2, rub. de abolitionib.* & ibi *Laganar.* ubi latissimè *& in pragm. de compositionib.* maximè *super pragmat. 2. numer. 3, Escalona. Gazophil. lib. 1, cap 7, cas. 4, per tot. Modern. Agetta. visio. feudal. tom.1, part.2, rub.4, visio.3, pag.215, & 216.* ubi sub *littera 3.* piures citat de Abolitione tractantes, quod in nostra hac Provincia Cathaloniæ expressè extat provi um per *pragmat. infra numer. fin. citata Autun. Portugal. de donationib. Regn. lib.1, part.2, cap.18, num.13, & sequent.* ubi latissimè tradit qui sint personæ legitimæ ad dictam remissionem, & abolitionem faciendam, & qui in ea facienda sunt præferendi *Valeron. de transact. tit.4, quæst. 7, per tot.* ubi latissimè tradit quibus personis abolitiones, ac re-
7 missiones fieri spectet; & abolitione obtenta, accusatore postulante, non comprehendit accusationes non institutas *Manfrell. dict. obser 71, num.1, & 3, Luca ad Franch.*
8 *obser.509, num.3, & sequent.* nec opitulatur delinquenti obtenta, non facta mentione primi delicti, surreptionis ratione, *Manfrell. dict. obser. 71, num. 10, & sequent.* ubi *dict. Luca Rodoer.* & alios citat *Quesada, & Pilo disert.7, num.53.*

9 Abolitiones, ac indulta, licèt generalia, ac motu proprio concessa, quamplurima delicta non comprehendunt, ut de crimine falsi tradunt *Capon. discep. 37, numer.30, & sequent. Marin. ad decis.6, Rever ter. num.4, & DD. citati à Costejon in suo alphabet. iuridic. verb. Impunitas,* & latissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.2, glos.56. cum seqq. §.18, Autun. Portugal. de donatio. lib.1, part.2, cap.18, num.12, & ferè per tot. Capiblanc. de Baronib. lib.2, super pragmat. 6, cap 31, num. 25, & seq. Quesada & Pilo disert.7, num.34, & seqq. Crespi. obser.5, & 82, per tot. Laganar. ad dict. pragm. 1, Rovit. rub. de abolitionib.*

10 Causa autem turbatæ possessionis, si turbatio cum armis, ac violentià facta fuerit criminalis est, *Cortiada decis. 25, num.68, & sequent.* ubi *Cancer. Fontanel. & alios inume-*

numeros citat, conducunt tradita per *Valeron. de transact. tit 2, quaest. 2, numer. 27*, & de ista turbatione est intelligendum nostrum statutum, & licèt aliqua procedimenta sint facta cum armis defendendo propriam possessionem, aut alio modo, causa est civilis, & tantùm criminale consilium intrare poterit, vel evocari causa criminalis pro illis quando moderamen inculpatae cum armis fuerit excessum per possessorem in se defendendo, Ita Senatus Regius in causa supplicationis interpositae à evocata causae criminalis, per Syndicũ villae de Cadaquès, contra Syndicum de Roses, referente Nobili Narcisso de Anglasell R.C. *die 23. Augusti 1673.* Scriba Famada.

11 An autem resultet confessio de dicti ex instata per reum abolitione, seu remissione, tractant latissimè *DD. citati per Mudern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2, ad §. 20, glos. 73, numer. 5, & Mazzon. de contraban. quaest. 16, numer. 10, Urceol. de transact. quaest. 57, num. 1, & sequent. Rovit. ad pragm. rub. de compositionib. num. 9.* ubi *per tot.* plura de compositionibus *Valeron. de transact. tit. 3, quaest. 5, num. 33, & seqq.* ubi plures citat, & tradunt *alij citati inferius rubr. 18, num. 10, Cancer. var. 2, cap. 11,*
12 *num. 104, & sequent.* quos consule; tamen in nostra hac Provincia Cathaloniae per *pragmat. 9.* continuatam *in 2, volum. Const. sub tit. de remissions de crims, y composicions* incipien. *Expositio nobis.* Ex remissione resultat confessio delicti quantum ad hoc quod incontinenti, sine alia dilatione, criminosus compellatur per captionem personae ad satisfaciendum damnificatis, sivè iniuriatis; quod nota.

13 Alia sanè disposita circa abolitiones, compositiones, ac remissiones delictorum, nempè quae delicta possint componi, aut remitti validè, quibus requisitis, inspecto iure nostro statutario Gotholano, non hic explanem, cùm omnia haec reperies disposita per *varias Pragmaticas* continuatas *in dict. lib. 2, const. sub dicto tit. de remissions de crims, y composicions*; ideò ad eas recurre, nè omnia sint transcribenda.

QUOD IUDICES EX INDICIIS etiam urgentibus non condemnent.

Rubrica XVI.

UT deincèps Iudicum Arbitria Iuris, & Statutorum dispositione arceantur, & regulentur. Volumus eos ex Indiciis etiam urgentibus, vel iis, quae indubitata vocant, aliquem condemnare posse, vel debere, nisi extra ordinem, & consulto Principe. Sed vel ea per Reum ipsum in Tormentis purgari, aut si sufficientia non sint, Reum insontem, & impunitum dimitti.

SUMMARIUM.

1 *Indicia indubitata sunt quae movent omninò animum Iudicis ad credendum, delictum fuisse commissum.*

Licèt in hoc plurimum valeat arbitrium Iudicis, num. 2.

3 *Iudex ex indiciis indubitatis non potest reum condemnare in paenam ordinariam, & numer. 7.*

Licèt aliqui contrarium teneant, numer. 4.

Est tamen in facultate Iudicis reum torquere, vel illum in paenam extraordinariam condemnare, num. 5.

Utrum verò possit illum in paenam corporalem condemnare remissivè, num. 6.

ANNOTATIO.

1 INdicia indubitata sunt quae movent animum Iudicis ad omninò, & necessariò credendum, reum tale delictum commisisse, itaut animus Iudicis necessitetur ad ita credendum, ut non possit in contrarium inclinare; ut declarant *Farinac. de indic. & tort. quaest. 36, num. 37, & sequent. Guazzin. defen. 33, cap. 15, num. 1, & sequent. Caren. de Offic. S. Inquis. part. 3, tit. 10, numer. 5, Cabal. resol. crim. casu 288, num. 10, cent. 3,*

Ciriac. controverſ. 106, num. 5, & 6, plenè *P. Graſſett. de nece proditor. §. 29, num. 202, & ſequent.* & alii per me adducti in *Reſolut. criminal. in verbo Indicium ad torturam, reſol. 2, numer. 2, & ſequent.* quorum aliqua ibi referuntur, licèt alii indicia indubitata aliter deſcribant, quos ego retuli in dict.

2 *reſol. 2, num. 3.* Et in hoc dijudicando plurimum verſari arbitrium prudentis Iudicis tradunt *Farinac. de reo confeſſ. & convict. quaſt. 86, num. 91, & Ciriac. in d. contr. 196, numer. 15.*

3 Quod verò ex indiciis indubitatis Iudex non poſſit reum condemnare in pœnam ordinariam, ſed in extraordinariam tantùm, ut diſponitur in hoc ſtatuto tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 20, verſ. Scias tamen, &c. Farinac. de reo confeſſ. & convict. quaſt. 86, num. 110, & ſequent. Giurb. conſ. 43, num. 23, Guazzin. defen. 33, cap. 14, num. 14, Ciriac. d. controverſ. 196, numer. 7, P. Graſſett. de nece prodit. §. 29, num. 194, verſ. Sed multò melius, &c.* & alii plures per me relati in *Reſolut. crimin. in verbo Indicium ad torturam, reſol. 3. num. 1,*

4 qui teſtantur de veriori, æquiori, & magis communi opinione, licèt non deſint contrarium tenentes in delictis maximè occultis, & difficilis probationis per ſuprema Tribunalia, quos *Ego retuli in d. reſol. 3, num. 2.*

5 Licèt eſſe in facultate Iudicis reum ex indiciis indubitatis condemnare in pœnam extraordinariam, vel illum torquère teneat *Farinac. de reo confeſſ. & convict. d. q. 86, num. 54, & ſequent.* ubi declarat quomodo Iudex, uti debeat dicto arbitrio ipſum conſulas.

6 Utrum verò Iudex in dicto caſu poſſit condemnare reum in pœnam corporalem, ſeu in pœnam pecuniariam tantùm, & alia ad materiam, vide adducta per me in *d. reſol. 3, per tot.* quæ hic nolui iterum referre.

A D D I T I O.

7 QUòd Iudex ex inditiis in dubitatis non poſſit reum condemnare ad pœnam ordinariam, ſed ad extraordinariam præter citatos à noſtro *Conciolo* tradunt *Guazzin. Iun. ad defenſ. animar. lib. 2, defenſ. 4, cap. 36, per tot. & c. 32, n. 19, Carpzov in pract. crim. part. 2, quaſt. 60, num. 36, & 60, Paſſerin. à Sextula in Tribunal. regular. quaſt. 29, art. 1, num. 8, & ſeqq. Luca ad Franch. obſer. 372, num. 1, & ſequent. Manfrell. ad Capic. Latr. obſer. 165, num. 20, & ſequent. Meritiſſimus, ac Nobilis Regens Cortiada deciſ. 93, à num. 34, Maiorana in oppo. prax. crim. lib. cap. 8, à numer. 5, Bonden. collect. legal. collect. 12, num. 17, & ſequent. Fragos de Regim. Reipub. Chriſtian. part. 1, lib. 3, diſp. 12, §. 13. num. 55, Paſqualig. ad Laurti. de Franch. contr. inter Epiſcop. & Regular. part. 1, num. 1255, Verricel. quaſt. moral. & legal. tract. 2, quaſt. 20, per tot Pignatel. conſult. canon. tom. 3, conſult. 44, num. 1.* ubi plures citat qui docent quæ dicantur indicia indubitata, urgentia, ac verò ſimilia, & ad eos pro cunctis circa hanc materiam occurrentibus recurre.

QVOD IVDICES INQVISITIONES, ET accuſationes cœptas proſequantur.

Rubrica XVII.

IVdices Accuſationes, Denunciationes, & Inquiſitiones quaſcumque ex Actis Maleficiorum tempore ſuorum Anteceſſorum inchoatas, & pendentes omninò terminare teneantur, condemnando, vel abſolvendo: Quòd ſi contrafecerint, pœna xxv. librarum de eorum Salario retinendarū incurrant.

S V M M A R I V M.

1 *Officium dicitur idem, licèt Iudex fuerit mutatus, cùm Officium numquam pereat.*

2 *Succeſſor in Officio dicitur idem cum anteceſſore, & ita poteſt continuare negotia à anteceſſore incœpta.*

A N N O T A T I O.

1 IVdex unus licèt ſuccedat in locum alterius, idem tamen dicitur officium, & idem

idem Tribunal, cùm dignitas Officialis nunquam pereat, donec nomen illius Officii durat, ut declarant *Roman. conſ. 210, ſub numer. 2, Rolan. conſ. 58, numer. 13, lib. 1, & Farinac. de carcer. & carcerat. quaſt. 34, numer. 175, & ſequent.* & dixi Ego *in Reſolut. crimin. in verbo Cautio de repræſentando, reſolut. 6, numer. 4.* & ideò nil mirum ſi ſtatuẽtes in hoc ſtatuto mandarunt, Quòd Iudices ſuccedentes in Officio teneantur proſequi Inquiſitiones, & Accuſationes cœptas contra reos per eorum anteceſſores etiã contra eos pœnâ indicta.

ADDITIO.

2 PRovidè fuit ſtatutum in hoc Eugubino ſtatuto rationibus à *noſtro Conciol. ibi* traditis; & etiam quia cùm Iudex, & eius ſucceſſores ſint unus, & idem; nihil mirum quin ſucceſſor poſſit continuare cauſas tempore ſuorum anteceſſorum inchoatas, & cognoſcere de omnibus, de quibus poterant cognoſcère anteceſſores *Altimar. de nullitatib. rubr. 3, quaſt. 7, num. 6, & 7,* ubi *Salgad. & alios* citat.

DE BENEFICIO PACIS, ET CONFESſionis. Rubr. XVIII.

SI de aliquo Delicto, vel maleficio, pro quo pœna pecuniaria veniat imponenda, Pax intra decem dies, à die delicti computandos ipſa die Maleficii excluſa ab Offenſo habeatur, de qua Pace Iudici conſtet per publicum Inſtrumentum, vel per fidem de eo habitam à Notario; Hoc in caſu Delinquẽti etiam in contumaciam condemnato, remittatur Quarta pars pœnæ, quâ veniret puniendus. Si verò non habuerit Pacem, ſed Confeſſus fuerit Delictum, ſeu Delicta, pariter remittatur Quarta pars pœnæ, quæ imponenda eſſet: Et ſi poſt Pacem habitam delictum, vel delicta ſponte fuerit confeſſus, condemnetur ſolùm in quinta parte totius pœnæ, quâ veniret puniendus virtute præſentis Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum minuens pœnam delinquenti ob pacem habitam non ſolum eſt validum.*

Sed etiam conforme communi DD. ſententia, num. 8,

Non tamen habet locum quando pœna eſt impoſita ipſo iure, n. 5,

2 *Negans delictum, & poſteà illud confitens gaudet beneficio ſtatuti de confitente, & numer. 11,*

Licet contrarium teneant aliqui, numer. 3,

4 *Negans homicidium poteſt poſteà confiteri illud feciſſe ad defenſam.*

6 *Statutum loquens de pace non habet locum in concordia.*

Cùm pax differat à concordia, n. 7,

9 *Iudex ex officio poteſt procedere contra delinquentem non obſtante compoſitione cum parte offenſa facta.*

16 *Compoſitio delicti cum parte offenſa facta an indicium faciat contra componentem.*

ANNOTATIO.

1 QVòd dictum ſtatutum minuens pœnam delinquenti ob pacem habitam ab offenſo ſit validum, & ſervandum ſcripſerunt *Anton. Gomez. variar. reſol. tom. 3, cap. 5, numer. 56, & Farinac. de Inquiſ. q. 4, numer. 35,* ubi dat concordantes quamplures, & multipliciter declarat, & *conſ. 2, poſt princip. & ibi Addit. liter. A, lib. 1.*

Vtrum verò beneficio dicti ſtatuti minuentis pœnam confitenti delictum gaudere poſſit qui priùs illud negavit, & poſteà eſt confeſſus videas per *Tiraq. in l. boves, §. hoc ſermone, numer. 97, & ſequent. ff. de verb. ſi-*
2 *gnif.* Partem verò affirmativam tenent *Vilpell. conſ. 69, numer. 2, Baiar. ad Clar. §. fin. quaſt. 82, in verbo ſtatutum, 9, numer. 110, Cavall. in ſuis commun. contra commun. quaſt. 416, in fin.* ubi teſtatur de communi opinione, & *Guazzin. defen. 32, cap. 36, numer. 1, in fin. Caball. reſolut. crim. caſu 56, numer. 5, cent. 1.* & alii plures per me relati

in

in *Resolut. crim. in verbo Pax*, *resol. 12, per*
3 *tot.* licèt contrarium teneant *Bart.* & alii
plures relati per *Caball. casu 56, n. 4.*
4 Et quòd qui negavit homicidium possit
posteà illud confiteri fecisse ad sui defensio-
nem scripserunt *Caball. resol. crim. casu 9,*
per tot. & d. casu 56, n. 83. cent. 1, Farin.
cons. 6. num. 29, & cons. 45, n. 39, lib. 1, &
alii per me relati in *Resol. crim. in verbo Ho-*
micidium, resol. 8, numer. 1, & sequent. ubi
de materia.
5 Dicti tamen statuti beneficio non gaude-
re quò ad remissionem pœnæ per confitentem in casibus, in quibus pœna imponitur
ipso iure post *Bart. Bald. & Florian.* per
eum relatos tradit *Asin. in pract. §. 7, cap.*
5, limit. 83, num. 2.
6 Addo prædictis, quòd dictum statutum
loquens de pace non habet locum in con-
cordia quò ad pœnæ mitigationem, ut vo-
luerunt *Marsil. de bannit. in verbo Pace,*
numer. 4, Novell. in tractat. crimin. cap.
fin. num. 82. quos refert. & sequitur *Guaz-*
zin. de pace, par. 1, quæst. 3, numer. 8. Cùm
7 pax differat à concordia, ut probat *Guaz-*
zin. d. quæst. 3, numer. 7, & ibi Adden. di-
centes ex *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 27,*
tit. 1, numer. 16, quod qui habet pacem ha-
bet concordiam, sed qui habet concordiam
non habet pacem, ut ibi per eos.

A D D I T I O.

8 NOn solùm hoc statutum, minuens pœ-
nam delinquenti ob pacem habitam
ab offenso, est iustum, & validum ut tra-
dit hic *noster Conciol. numer. 1.* sed etiam
communi Doctorum sententiæ conformè
tenentium mitiorem pœnam esse infligen-
dam, & ita dictos delinquentes nòn ordi-
nariâ mortis pœnâ esse puniendos, sed aliâ
extraordinariâ, *Carpzou. in pract. crimin.*
quæst. 80, numer. 80, & sequent. Vrceol. de
transact. quæst. 56, numer. 15, Valeron. de
transactio. tit. 3, quæst. 5, numer. 11, & seq.
Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1,
lib. 7, disput. 19, numer. 15, Autun. Portug.
de donatio. Reg. par. 2, cap. 18, à numer. 130,
9 *tom. 1.* licèt tamen ipsa compositio cum par-
te offensa facta nihil intersit quin fiscus ex
officio possit procedere ad puniendum, ac
instandum ob publicam vindictã, *Carpzou.*
ibid. numer. 86, & novissimè *Altimar. de*
nullitatib. rubr. 13, quæst. 27, numer. 88, &
133, Valeron. de transact. tit. 2, quæst. 7, nu-
mer. 47, & tit. 13, quæst. 5, num. 9, Vrceol.
de transact. quæst. 56, numer. 3, & 4, Guaz-
zin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defen. 2,
cap. 16, numer. 37, Autun. Portugal. ubi su-
pra à numer. 133. tamen suprà tradita opi-
nio mitior, ac benignior reputatur, ut te-
nent *Carpzou. ibid. n. 85, & ab eo citati.*
10 An autem compositiones cum parte of-
fensa factæ, aliquo per delinquentem dato,
aut gratis, indicium faciant contra dictum
delinquentem ad torturam, & quæ cautelæ
requirantur ad id effugiendum, tradunt *Vr-*
ceol. de transact. quæst. 57, per tot. Modern.
Maiorana in oppo. prax. crim. cap. 8, lib. 2,
numer. 148. & sequent. Passerin. à Sextul.
in Tribunal. Regular. quæst. 17, art. 8, num.
118, & ibi citatos consule, & alios, quos
citat *Rovit. ad Pragm. ad rubr. de composi-*
tionib. numer. 9, pag. 176, ubi per tot. latis-
simè de compositionib. & ibi *Laganar.*
11 Ad tradita hic de confessione à *nostro*
Conciolo numer 2, & sequent. adde *Episcop.*
Pac Iordan. de iudiciis lib. 14, tit. 16, num.
91, & sequent. ubi tradit an confessus sit mi-
tius puniendus, quod pariter tractat *Passe-*
rin. à Sextula in Tribunal. Regular. quæst.
23, art. 5, per tot.

DE DVPLICATIONE POENARVM.

Rubrica XIX.

POEnæ Delictorum à Statutis impositæ duplicentur contra eos, qui deli-
querint in Ecclesiis, vel diebus Paschalibus, Resurrectionis, Penteco-
stes, Ascensionis, & Nativitatis Domini, in die Veneris Sancti, As-
sumptionis Beatissimæ Virginis, in Festo Omnium Sanctorum, & in Festo San-
cti Vbaldi Protectoris: Item si deliquerint in Palatio Communis, præsertim
cùm sit Consilium, in Platea Magna, videlicet, in die, quo ibi fit Mercatum,
In Palatio, in quo Ius redditur, & alibi etiam coram Iudicibus: Item si de No-
cte.

ac delictum committatur: Nox verò intelligatur à Solis Occasu, usque ad Ortum Hoc addito, quòd pœna semel duplicata, ulterius ex quacumque causa, duplicari non possit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum duplicans pœnam delictorum procedit tantùm in pœnis pecuniariis.*

Neque habet locum in de ictis verbalibus, *numer.* 2,

Contrarium tenet Caball. *num.* 10,

Quæ pœna de iure communi potest pluries duplicari, num. 7,

Et duplicatio est facienda tantùm in simplo, n. 8,

Statuti declarationi est standum quando dicatur nox quo ad duplicationem pœna num. 2,

Delictum autem potiùs præsumitur commissum de die, quàm de nocte n. 3,

Nox verò in d casu est probanda secundum qualitates statuti, num. 4,

Statutum duplicans pœnam contra delinquentem in Palatio declaratur, n. 6,

Delictum commissum in Palatio, in foro, in domo Principis dicitur gravius, quàm commissum alibi, num. 9,

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum duplicans pœnas in delictis habet locum tantùm quo ad pœnas pecuniarias, non autem quo ad corporales, ut docent *Bart. in l. sanctio*, 41, *numer.* 9, *ff. de pœn. Natt. conf.* 469, *num.* 18, & alii, quos refert, & sequitur *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst.* 82, *stat.* 9, *n.* 1.

2 Statuo duplicanti pœnam pro delicto commisso de nocte, & declaranti quando dicatur nox, ut facit statutum nostrum quod eius declarationi sit standum tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst.* 82, *vers. Statutum novum, numer.* 4, ubi testatur de communi opinione, & *Cardin. Tusch. pract. conclus.*

3 *litera S, conclus.* 617, *numer.* 6. In dubio tamen ad evitandam pœnæ duplicationem delictum præsumitur commissum de die, *Caphal. conf.* 206, *num* 4, *vol.* 2, *Baiard. ad Clar. d. quæst.* 82, *stat.* 9, *num.* 100.

4 Statutum supradictum duplicans pœnam pro delicto commisso de nocte non habet locum, nisi d. qualitas noctis sit probata secundum terminos declaratos à statuto, ut not. *Angel. conf.* 194. *numer.* 2, *vers. Et fatis eorum, &c. & Cardinal. Tusch d. conclus.* 617, *numer.* 2. Neque habet locum in

5 delictis verbalibus putà blasphemiæ, seu alterius verbalis iniuriæ, quia aliud est maleficium, aliud verò maledictum, *Bart. conf.* 32, *in fin. lib.* 2, *& ibi Apostilla in verbo statutum, & conf.* 33, *& conf.* 34, *d. lib.* 2, *Cardin. Tusch. d. concl.* 617, *numer.* 3.

6 Addo quòd dictum statutum, quod pœna duplicetur pro delictis commissis in Palatio non habet locum in illis delictis, quæ non possunt committi, nisi in Palatio, prout est falsitas, & obreptio commissa in iudicio, ut tradunt *Bart. conf.* 199, *numer.* 3, *& seq. lib.* 1, *& Card. Tusch. d. conclus.* 617, *n.* 5. Dictum verò statutum quòd pœna semel duplicata pluries duplicari non possit est satis

7 æquum, cùm contrarium dicendum sit, si statutum id non declaret, ut docent *Clar. in d. §. fin. quæst.*82, *vers. Statutum Novum in princ. numer.* 3, *& Cardinal. Tusch. d.*

8 *conclus.* 617, *numer.* 8. Quod verò pœna in casu duplicationis duplicetur tantùm in simplo tradunt *Bald. conf.* 102, *lib.* 2, *Bart. conf.* 41, *lib.* 1, quos refert, & sequitur *Cardinal. Tusch. pract. conclus. litt. P, concl.*233, *num.* 1, *& sequent.*

9 Adde ulterius quòd delictum commissum in foro, in Palatio, in conspectu Prætoris, in domo Principis, & simil. dicitur gravius, quàm commissum in aliis locis, ut not. *Ant. Gomez variar. resol. tom.*3, *cap.* 6, *sub numer.* 4, *Vulpell. conf.* 3, *numer.* 15, plenè *Farinac. de variar. ac diver. crimin. quæst.* 105, *numer.* 186, *& sequent.* qui loquuntur de iniuriis factis in dictis locis, ut ibi per eos, cum quibus pertransit *Antonel. de loco legal. lib.* 1, *q.*1. *cap.* 10, *n.* 9.

ADDITIO.

10 Quòd statutum nostrum, duplicans pœnas delinquentibus in aliquibus casibus, comprehendat delicta verbalia; veluti blasphemias, seu alterius verbalis iniuriæ, contra *Bart. & Conciol. nostr.* tenet *Caball. resol. crim.* 51, *per tot.* quem multa adducentem in terminis nostri statuti, vide.

DE POENIS BLASPHEMANTIVM.

Rubrica XX.

QVicumque Deum Omnipotentem, D. N. IESVM CHRISTVM, vel Gloriosam Virginem MARIAM eius Genitricem blasphemare, sivè eisdem maledicere ausus fuerit, pro prima vice, pœnam xxv. scutorum incurrat, & duobus funis ictibus publicè plectatur: Pro secunda pœna pecuniaria duplicetur, & publicè fustigetur per Civitatem: Pro tertia verò scuta centum solvere cogatur, & lingua ei perforetur: Et si contemptis dictis pœnis ulterius blasphemare audeat, perpetuâ notatus infamiâ, ad Triremes decennio mittatur.

Qui verò Sanctos & Sanctas Dei blasphemaverit, sive illis maledixerit, pro prima vice, scuta decem solvere cogatur, & flexis genibus, apertoquè Capite, cum Candela in manu accensa state compellatur ante foras Ecclesiæ Cathedralis, dum Divina Officia celebrantur: Pro secunda; pœna pecuniaria, duplicetur, ac duobus funis ictibus plectatur: Pro tertia verò in scutis quinquaginta mulctetur, & publicè fustigetur per Civitatem. Et si ulterius malo habitu de tali blasphemia convincatur, tribus funis ictibus plectatur, & in Exilium ad quinquennium mittatur: Et de prædictis quilibet possit accusare, & ei credatur cum suo Iuramento, & uno Teste idoneo, & fide digno attestante de loco, & tempore.

Quod si Accusatio detegeretur falsa, Volumus hoc casu Accusatorem, & Testes easdem pœnas incurrere, quæ Accusato venirent imponendæ: Et Curia super ijs teneatur inquirere, & quilibet, qui audiverit, denunciare possit, & debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Blasphemia crimen est mixti fori, & n.8,*
Hareticalis verò spectat, ad Inquisitorem privativè, num. 2, & 9,
Deum autem blasphemare gravius est, quàm Sanctos, n. 3,
4 *Priceps non potest generaliter statuere, quòd unico testi credendum sit.*
Potest id tamen facere in aliquo casu particulari ex iusta causa, n. 5,
6 *Testis si requiratur à statuto, quòd sit idoneus, & fidedignus per verba geminata idest probandum.*
7 *Appellare non possunt blasphemi convicti, licet non confessi.*
10 *Blasphemia delicti materiam qui tractant remissivè.*
11 *Blasphemias plures proferens an multiplicatis pœnis pro qualibet puniatur.*

A N N O T A T I O.

1 BLasphemiæ crimen est mixti fori, itaut per utrumque Iudicem laicũ, & Ecclesiasticum puniri possit, & inter eos sit locus præventioni, ut voluerunt *Farinac. de inquis. quæst. 8, numer. 127, in fin. Guazzin. defen. 1, cap. 11, numer. 5, Sperell. decis. 134, numer. 9, par. 2, P. Sanch. in Pracep. Decal. lib. 2, cap. 32, numer. 37,* & alii plures per me relati in *Resol. crimin. in verbo Blasphe-*
2 *mia, Resol. 2, in princ.* Licèt blasphemia hereticalis puniatur per solum Inquisitorem privativè, ut tradunt *Caren. de Offic. sancta Inquisit. par. 2, tit. 7, numer. 13, P. Sanch. in Pracep. Decal. lib. 2, cap. 32, numer. 37, Transmier. de oblig. denunc. part. 2, cap. 4, numer. 15.*

Prudenter verò dispositum fuit in hoc statuto, dum statuentes imposuerunt maiorem pœnam

nam blasphemantibus Deum, quàm Sanctos, quia cùm persona Dei sit longè maior absque comparatione aliqua omnibus aliis
3 Sanctis, ideò maius est delictum Deum blasphemare, quàm Sanctos, & sic maior etiam debet esse pęna contra blasphemantes Deũ, quàm Sanctos, ut docent *Farinac. de delict. & pœn. quæst.* 20, *num.*27, *Paul. Rub. de validit. legal. cap.* 33, *numer.* 41, *& sequent.* licèt utramque blasphemiam esse eiusdem speciei, & dixerit *P. Laiman. in Theol. moral. tract.* 10, *cap.* 6, *numer.* 10, *lib.* 4.

Addo prædictis, quòd dictum statutum mandans esse credendum contra blasphemantem Accusatori cum iuramento, & uno teste
4 idoneò est validum, quia licèt Princeps non possit generaliter statuere, quòd unius testis fit, ut tradunt *Ias. Felic. Giurb. Magdal. Farinac. Leotard. Paul. Rub.* & alii per me relati in *Resolut. crimin. in verbo Princeps, resol.* 2, *numer.* 1, cùm de iure divino in quolibet negocio duo testes requirantur, *cap. in omni negocio,*4, *de testib.cap. novit.* 13, *de iudic.* & habetur *Deutero. cap.*
5 19, *& Matth. cap.* 18. Potest tamen id facere in aliquo casu particulari ex iusta causa, & ob atrocitatem criminis, ut in casu nostro, ut declarant *Farinac. de test. quæst.*63, *numer.* 12, *Leotar. de usur. quæst.* 93, *num.* 30, *Capic. Latr. decis.* 132, *numer.* 7, *lib.* 2, dumodò dict. testis sit idoneus, & probatæ vitæ, ut requirit statutum, & dixi *Ego in d. verbo Princeps, resol.* 2, *n.* 7.

6 Dum autem per statutum requiritur, quòd dicti testis sit idoneus, & fidedignus, & sic per verba geminata per dictam geminationem verborum dicitur requisita dicta qualitas in superlativo gradu, & ideò illa est articulanda, & probanda, ut declarant *Mascar. de probat. conclus.*1248, *numer.* 16, *lib.* 3, *& Farinac. de test. quæst.* 62, *numer.* 11, qui dant concordantes.

ADDITIO.

7 Blasphemi convicti, licèt non confessi, non appellant, sed omni recursu spreto, ac relicto, ad executionem sententiæ contra eos latæ proceditur, *Matthæu. de re crim. controv.* 2, *numer.* 49, ubi *Salgad. & alios* citat.

8 Blasphemiæ non hæreticales mixti fori sunt, ut tradit hic *noster Conciol. numer.* 1, & tradunt *Tondut. Pac.Iordan.& alii,* quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat. verb. Blasphemia, numer.* 6, *Parexa de instrum. edit. tit.* 6, *resol.* 8. *numer.* 37, *Carpzovi. in pract. crim. part.* 1, *quæst.* 45, *numer.* 104, *Aylon. ad Gomez. par.* 3, *cap.* 1, *numer.* 3, *Ricciul. de reprobis lib.* 1, *cap.* 15, *numer.* 7, *& sequent. Antonel. de regim. Ecclesi. Episcopal. lib.* 6, *cap.* 24, *numer.* 1, *& sequent. Baron. de corpore, tit. de lingua, num.*146, *Severin. in addit. ad decis. Sanfelic.* 369, *lib.* 3, *pag. mihi* 214, *vers. Cognitio verò,&c. Laganar. ad prag. seu rubr. de blasphem. Rovit. litter. A, & C. pag.* 108, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 2, *disp.* 4, *numer.* 9, *Passerin. à Sextula ad cap. Ut Inquisitionis, de hæretic. in* 6, *numer.* 225.

9 Hæreticalium autem ad Inquisitores privativè cognitio spectat, *Parexa ibid. num.* 36, ubi *Fragos. & alios* citat *Tondut. Diana, & alii citati per dict. Sabell. dict. verb. Blasphem. n.*6, *vers. Si tamen, Antonel. d c.*24, *n.* 1, *Bordon.tom.* 1, *c.* 26, *n.* 23, *Severin. ubi suprà, vers. Quando blasphemia,&c, Fragos. ubi suprà num.* 6, *Passerin. ubi suprà n.* 224.

10 Blasphemi autem an gaudent immunitate Ecclesiastica, qua pœnâ puniantur, & quamplurima de hoc delicto, præter citatos à nostro *Conciol. hic, & in suis resol. crimin.* tradunt *Doctores citati à nostro Meritissimo, Nobili, ac Doctissimo Regente Corriada decis.* 67, *numer.* 23, *&* 24, *Carpzov. in sua pract. crim. part.* 1, *quæst.* 45, *per tot.* latissimè *Severin. ad decis. Sanfelic.* 369, *per tot. lib.* 3, *Muscatel. in prax. crim. cap. de Blasphemia,* & ibi *Franch. Mar.Prat.* qui tractantes de hoc delicto refert *Crespi.obser.* 4, *numer.* 53, *Altimar. de nullitatib. rubric.* 13, *quæst.* 27, *numer.* 58, *& sequent. Fragos. ubi supr. à numer.* 19, *Passerin. ad d. cap. Ut Inquisitionis,* 18, *de hæretic. in* 6, *à num.*185, *Berlich. conclu. legal. part.* 4, *conclu.* 1, *&* 2, *per tot. Avendan. de exequend. mandat. par.* 2, *cap.* 5, *per tot. Aylon. ad Gomez. d. lib.* 3, *cap.* 1, *numer.* 3, *Ricciul. in d. tractat. de reprob. lib.* 1, *per* 27, *capitula, & alii quamplurimi citati à d. Sabell. d. verb. Blasphem. & à Castejon. eod. verb. Hunni. Encycloped. iur. par.* 5, *tit.* 8, *per tot. & per Pegas ad ordin. Regn. Portugal. tom.* 2, *§.* 18, *glos.* 57, *pag.*162, *Novar. in summ. Bullar. commentar. tom.* 1, *numer.* 24, *&* 25, *pag. mihi* 380, *Pilaia decis. canon. lib.* 2, *decis.*4, *numer.* 52, *Baron. ubi suprà à numer.* 123, *ad* 150, *& in addit. ad d. tit. de lingua numer.* 30, *& sequent. Berdon. tom.* 1, *cap.* 26, *per tot.* ad ipsos recurre, & ad *Rube. de valid. legal. cap.* 37, *per tot.* qui multa non iniucunda de hoc delicto tradit.

11 Proferens autem multas blasphemias successivè unum crimen perpetrat, pro quo pęnam graviorem, non tamen multiplicatâ subibit, *Faria. ad Covar. lib.*2, *c.*10, *n.* 93.

DE

DE POENIS DEVASTANTIUM SACRAS imagines. Rubrica XXI.

QUicumque Dei Omnipotentis, D.N. JESU CHRISTI, sivè eius Genitricis MARIÆ Sacras Imagines fictas, aut pictas in contemptum fregerit, deturpaverit, in terram deiecerit, aut quavis alia iniuria affecerit, ad Triremes per Quinquennium mittatur, & si capi non poterit, ad dictam pœnam exbanniatur & eius bona pro medietate à Fisco publicentur. Si verò aliorum Sanctorum, & Sanctarum Imagines, ut suprà læserit, fustibus publicè cedatur, & si capi non poterit, pecuniaria iuxta personæ qualitatem, & Exilio ad Triennium puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Crimen devastantium Sacras Imagines est mixti fori.*

Contrarium tamen illud spectare ad Inquisitorem tenent plures Doctores, n. 2.

3 *Devastantes, lacerantes, deturpantes, seu calculcantes Divinas Imagines quomodo, & quibus pœnis puniantur remissivè.*

4 *Corpus delicti in hoc crimine blasphemiæ facti, est probandum.*

ANNOTATIO.

1 CRimen de quo habetur in supradicto statuto devastantium, & deturpantium Sacras Imagines, Dei, Iesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum esse mixti fori, & in eo utrumquè Iudicem, tàm laicum, quàm Ecclesiasticum procedere posse, itaut sit locus præventioni tenent *Clar. in pract. §. final. quæst. 68, vers. Imaginem, &c. & ibi Baiar. numer. 49, Farinac. de delict. & pœn. quæst. 20, numer. 68, & sequent. & in addit. ad d. numer. 68, Caball. resol. crim. casu 91, numer. 10, cent. 1,* & alii relati per *Caren. de Offic. Sanctæ Inquis. par. 2 tit. 7, numer. 40,* ubi fatetur hanc esse communissimam opinionem Con-

2 trariam tamen opinionem, imò cognitionem dicti criminis spectare ad Officium S. Inquisitionis privativè quò ad Iudicem laicum tenent *Azned. ad Reg. Constit. lib. 1, tit. 1, leg. 3, numer. 7, & sequent.* ubi testatur ita in Hispania fuisse servatum, *Gennen. in pract. Archiep. Neap. cap. 18, in addit. numer. 17, Lazar. de blasph. quæst. 6, num. 14,* & latè comprobat *Caren. de Offic. Sanctæ Inquisit. par. 2, tit. 7, numer. 41, & sequent.* ubi hanc opinionem contrariam dicit esse de iure veriorem, & ita etiam in fortioribus terminis tenuit *Inquis. Transmic. de oblig. denunc. q. 4, cap. 8, n. 9.*

ADDITIO.

3 HI autem devastatores Sacrarum Imaginarum, incidentèque lacerantes, deturpantes, seu calculcantes, ac blasphemiam facto committentes, quomodo, & quibus pœnis puniantur, tradunt *Doctores citati à Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 504, numer. 4, & sequent. Matthæu. de re crim. contro. 36, numer. 14, & sequent. Hunni. Encyclopæd. iur. part. 5, tit. 8, per tot.* maximè *numer. 11, & sequent. Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap. 25, per tot. Pilaia decis. canon. tom. 1, lib. 2. decis. 3, numer. 27, Baron. de corpore iur. de lingua numer. 141, & sequent. Bordon. tom. 1, cap. 26, numer. 22,* ipsos consule, & quos adduxi *lib. 1, rubr. 2, num. 9, & seq.*

4 Non tamen isti statim possunt damnari, sed priùs est verificandum corpus delicti, *Massin. & Caren. citati à Caponio discep. 40, num. 39.*





DE

DE ADULTERIO.

Rubrica XXII.

Quicumque Adulterium cum Incestu cum Muliere attinente usque ad quartum gradum de Iure Canonico inclusivè computandum, commiserit, ad mortem vnà cum Muliere damnetur, & eadem pœnâ puniatur quicumque Violenter Mulierem maritatam cognoverit: Si verò Violenter solùm attentaverit Iudicis arbitrio facti, & personarum qualitate inspecta, citra mortem plectatur. Committens autem simpliciter Adulterium cum Muliere volente, pœnam centum scutorum incurrat, & in Exilium per triennium mittatur. Si verò Mulier sit vilis conditionis, vel inhonesta, tunc in pœnam librarum centum condemnetur. Mulier autem inhonesta esse intelligatur, si communiter, præsertim in Vicinia, in qua inhabitat, pro inhonesta fuerit reputata. Et sequuta condemnatione de Adulterio, Dos ipsius mulieris ipso Iure applicetur Marito non consentienti, & in prædictis casibus de simplici Adulterio, si Adulter pacem habuerit à Marito ante condemnationem, & delictum confessus fuerit, minuatur pœna pecuniaria, ut diximus, Sub Rub. De Beneficio Pacis, & Confessionis.

Declarantes, quòd in Causa Adulterii, Iudex non possit procedere ex Officio, sed solùm per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, Videlicet à Viro, Patre, Filio, & Germano Fratre Mulieris, & iis deficientibus, per alios Consanguineos proximiores usque in tertium gradum, ut suprà computandum: Ubi verò Violentia intervenerit, etiam per Inquisitionem à Iudice procedatur.

SUMMARIUM.

1 *Mulier propter adulterium per eam commissum perdit dotem.*

Ac etiam donationem propter nuptias, num. 2.

Et ea, & alia bona applicantur marito in Cathalonia, num. 11.

Sicut è contra mariti uxori, num. 12.

3 *Adulterij pœna recessit ab aula, & adulteri puniuntur pœnâ statutaria.*

Et qua pœna in Cathalonia, & alia de adulterio remissivè, num. 20.

4 *Adulterij absolutio prodest etiam adultera.*

Licèt condemnatio adulteri ei non noceat, num. 5,

6 *Adulterii in crimine de iure communi non proceditur nisi ad querelam viri, patris, & simil.*

Nisi tamen adulterium esset notorium num. 7.

Et hoc ne matrimonia deturpentur, numer. 8,

9 *Adulterii crimen spatio quinque annorum præscribitur, & num. 23,*

Non tamen quando de eo opponitur excipiendo, num. 24,

Seu ad petendum divortium, n. 25,

Si tamen illud esset coniunctum cum incestu non præscribitur, nisi per spatium 20. annorum, n. 10,

13 *Adulterium committens gaudet immunitate Ecclesiastica.*

Nisi sit commissum in Ecclesia, n. 14;

15 *Adulterii crimen est mixti fori, & ita datur preventio inter Iudicem Ecclesiasticũ, & secularem.*

Non tamen quando agitur criminaliter ad pœnam, cùm tunc ad Iudicem secularem spectet, num. 16,

Sicuti ad Ecclesiasticum quando agitur de viribus matrimonii, seu de separa-

sione quæ ad thorum, num. 17,

Et hoc casu etiam est competens ad cognoscendum de dote, numer. 18,

19 *Transactio super crimen adulterii non valet.*

21 *Adulteris pœnis punitur etiam coniux putatiuus.*

22 *Appellare an possit condemnatus de adulterio.*

26 *Adulterium quomodo probetur, & d. n.* 20,

ANNOTATIO.

1 MVlier propter adulterium per eam cõmissum quod perdat dotem uti habetur in hoc statuto est tex. *in cap. plerumque, 4. & ibi glos. & Canonistæ de donat. inter vir. & uxor.* & tradunt *Clar. in pract. §. adulterium, numer.*12, *Farinac.* qui innumeros ferè dat concordantes *de delict. carn. quæst.* 142, *numer.* 1, *P. Sanch. de matrim. lib.* 10, *disput.* 8, *numer.* 2, *& Antonell. de tempor. legal. lib.* 2, *cap.* 82, *numer.* 12, Et

2 ultra dotem amittit etiam donationem propter nuptias, ut not. *Farinac. in d. quæst.* 142, *numer.* 2, *&* 3, ubi dicit, quòd amittit etiam bona paraphernalia, ut ibi per eum qui dat concordantes, & *Antonell. in d. cap.* 82, *numer.* 12, *& sequent.*

3 Quod verò pœna adulterii de iure communi recesserit ab aula, & adulterii puniantur solâ pœna statutaria, uti habetur in hoc statuto nostro tradunt *Tiraq. de legib. connub. glos.* 1, *part.* 13, *num.* 23, *Clar. in pract. in d. §. adulterium, numer.* 7, *& Farinac. de delict. carn. quæst.* 141, *numer.* 69, *& seq.* ubi refert quamplura statuta diversarum Civitatum pro adulterio pœnam pecuniariam imponentia, & alia etiam pœnam corporalem, statuentia, ut ibi per eum est videre.

4 Absolutio autem adulterii prodest etiam adulteræ, itaut illa amplius de adulterio accusari non possit, ut tradunt *Baiar. ad Clar. §. adulterium, numer.*94, *Farinac. de delict. carn. quæst.* 141, *numer.* 108, *Ciriac. controvers.* 354, *numer.* 1, *& sequent. & alii per me relati in verbo Absolutio, resol.* 2, *numer.*

5 1, Condemnatio autem adulteri adulteræ non docet, nec ei præiudicat, ut tradunt, *Anton. Gomez, Baiar. Farinac. & Ciriac. per me relati in d. resol.* 2, *numer.* 3, quibus addo *Felic. allegat.* 88, *numer.* 4, *par.* 2,

6 Quod etiam de iure communi non possit procedi in crimine adulterii per Inquisitionem, sed solùm ad quærelam Viri, Patris, Fratrum, & similium, ut habetur etiam in hoc statuto scripserunt *Caball. resol. crim. casu* 114, *numer.* 12, *& sequent. cent.*2, *& Farinac. de delict. carn. quæst.* 141, *numer.* 42,

7 ubi hoc limitat nisi adulterium esset notoriũ, & ita concordat Doctores contrarium tenẽtes, cum quibus pertransit *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2, *cap.* 82, *num.* 13.

8 Statutum nostrum, dum admittit certas personas tantum ad accusandum de adulterio id facere dicendum est, nè similia vituperia detegantur invitis iis, quorum interest in dedecus familiarum, ubi verò ipsimet interessati hoc velint detegere, id statutum non curavit, quasi id sibimet ipsis imputare debeant, ut advertit *Ciriac. controver.* 104, *n.* 41,

9 Adulterii tamen crimen spatio quinque annorum præscribitur, ut docent *Farinac. de inquis. quæst.* 10, *num.* 15, ubi testatur de communi opinione, *Guazzin. defen.*2, *cap.* 2, *numer.* 45, *& sequent. Vermigl. conf.* 393, *numer.* 9, *Antonel. de temp. legal. lib.* 2,

10 *cap.* 82, *numer.* 10, *& sequent.* Nisi tamen adulterium esset coniunctum cum incestu, quia tunc illud præscribitur tantùm spatio 20. annorum, ut declarant *Decian. Farinac. Ursell. Antonel. & alii per me relati in resol. crimin. in verbo Delictum, resol.* 7, *numer.* 15.

ADDITIO.

11 MVlier propter adulterium ab ea commissum, nòn solum amittit dotem, donationem propter nuptias, sponsalitium, ac bona paraphernalia, sed ea omnia, & alia bona sua applicantur marito in hac nostra Provincia Cathaloniæ per expressam dispositionem *usat. Mariti, & uxores de adulter. & stupr. Peguer. decis.* 95, *numer.* 2, *tom.* 1, *Cancer. var.* 1, *cap.*9, *numer.* 133, *& sequent. & var.* 3, *cap.* 11, *numer.* 172, *Fontanel. de pact. claus.* 7, *glos.* 3, *part.* 12, *numer.* 1, *& ferè per tot. Cortiada decis.* 89, *numer.* 51, *Altimar. ad lib.* 3, *consil. Rovit. obser.* 1, *numer.* 24, *& sequent. Severin in addit. ad decis.* 361, *Sanfelici lib.* 3, *pag. mihi* 180, *vers. Stante iustitia sententiæ, &c.* ubi *Ripoll. Valenz. Novar. Galeot. Merlin. Burat. & alios* citat *Berlich. concl. legal. conclus.* 29, *numer.* 9, *par.* 3, *& conclus.* 29, *à numer.* 1, *par.* 4, *Baron. de corpore tit. de virilib. numer.* 423, *& sequent. & in addit. ad*

12 *dict. tit. numer.* 116. Quod pariter procedit in marito ratione tradita *à d. Cancer. d. cap.* 11, *dict. numer.* 172, & penes ipsos habebis hanc materiam cum limitationibus, ac intelligentiis; ideò ad ipsos recurre.

13 Adulter autem ad Ecclesiam confugiens gaudet eius immunitate, *Cortiada d. decis.* 89, *numer.* 48, *Cartar. Guazzin. Sperell. Dian.*

Dian. & alii citati per Sabell. in summ. divers. tractat. hoc verb. Adulterium, num.9,
14 *vers. Contrarium*; Non tamen si adulteriū sit commissum intra Ecclesiam, *Cortiada d. decis. 89, num. 49.*

15 Delictum adulterii (quidquid dicant *Doctores citati à Severin. in addit, ad decis.361, Sanfelic. lib. 3, pag. mihi 180, vers. Iudex Ecclesiasticus, &c.* est mixti fori, & ita in eo datur præventio inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem *Altimar. de nullitatib. rubr. 9. quæst. 17, num. 8, Carpzou. in prax. crim. par. 2, quæst. 63, numer. 1, Sabell. in summ. divers. tractat. hoc verbo numer. 2, Antonel. de regim. Eccles. Episcopal lib. 6, cap. 33, num.1, Abbas. Michael. Iustinian. post Novar. in summ. bullar. ad commentar. 2, par. 1, & commentar. 3, par. 2, per tot. Thesaur. de pœnis Eccles. verb. Adulterium, cap. 1, Carol. Rota pract. conclus. conclus. 2, n.53, Fragos. de regim. Reip. Christian. par. 1, lib. 2, disput. 4, numer.131,* novissimè *Borgia investigatio contra Fabr. lib. 20, cap. 10, numer. 10, Conciol. noster. in resol. crim. verbo delictum, resol. 2, numer. 4.* tamen
16 hoc ita intelligitur quando agitur civiliter; non tamen quando agitur criminaliter ad pœnam sanguinis imponendam propter eū; quia tunc ad Iudicem secularem spectat cognitio, *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defen. 1, cap. 13, numer. 40, & defen. 2, cap. 19, numer. 27, Carpzou. d. quæst.63, numer. 1, Antonel. d. cap. 33, numer.1, vers. E contra, &c. Thesaur. ubi suprà, Fragos. ubi suprà numer. 134, Borgia d. numer. 10, Conciol. noster ubi supr. d. numer. 41,* prout
17 pariter quando agitur de viribus matrimonii dissolvendi, aut de separatione thori cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet, *Guazzin. Iun. d. cap. 13, num.37, Carpzou. d. quæst. 63, numer. 2, Sabell. d. numer. 2, Antonel. ubi supr. numer. 4, Baron. in addit. ad tit. de virilib. numer.106, Abb. Michael. Iustinian. ubi suprà,* & ita veniunt intelligendi *Doctores citati per Severin. ubi suprà*, & adducunt *d. Carol. Rota d. conclu. 2, d. numer.53, Fragos. ubi supr. numer.132, Antun. Portugal. de donationib. Reg. tom. 2, par. 3, cap. 35, numer. 63, & sequent.*
18 *Conciol. d. numer. 4.* & hoc casu Iudex Ecclesiasticus est etiam competens ad cognoscendum de dote, *Guazzin. d. numer. 37, & cap. 12, numer. 17, Cancer. var.3, cap.11, numer.169, & sequent. Fragos. ubi suprà numer. 133.*
19 Transigi autem super hoc crimine adulterii non potest (licèt super criminibus atrocibus liceat) rationibus ponderatis à *Urceol. de transact. quæst. 56, numer. 44, & sequent. Borgia investigatio iur. lib. 2, cap. 20, numer. 3, & sequent.* ubi dat rationes, *Severin. ad decis. 337, Sanfelic. pag. mihi 59, vers. An pro crimine, &c. Valeron. de transact. tit. 3, quæst. 5, numer.13, & sequent. Autun. Portugal. de donationib. Reg. tom. 1, par. 2, cap. 18, numer. 120.*
20 Qui autem accusare adulterum queant, qua pœnâ puniantur adulteri, quid prosit remissio per coniugem coniugi adultero facta, quomodo hoc delictum probetur, quando liceat adulterantem occidere, & alia ad hanc materiam spectantia adducere, nimis esset me protelare, ideò si omnia scire cupis recurre ad *Doctores* citatos per *nostrum Doctissimum, ac Nobilem Regentem Cortiada d. decis. 89, nu. 50, & ad Carpzou.in pract. crim.quæst.52,53, & passim Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.121, per tot. Modern. Carol. Ant. De Luca. ad Franc. obser. ad decis. 94, 184, 240, 678, & de linea legal. art. 30, numer. 23, in fin. & alibi passim, Sabell. in dict. verb. Adulterium, per tot. Matthæu. de re crim. controv. 11, 50, & sequent. Hunni. Encycloped. iur. par.5, tit.9, per tot. Altimar. de nullitatib. ad lib.3, consil. Rovit. d. obser.1, per tot. Bonden. collect. legal. 12, per tot.* omninò videndum *Novar. in summ. bullar par. 2, comment. 3, per tot. Cuenca de sui defensione lib.3, cap.4, per tot. Baron. de corpore, tit. de virilib. à numer. 380, ad 461, & in addit. ad d. tit. numer.79, & sequent. Abbas. Michael. Iustinian. ubi suprà*, & tradunt alii quamplures citati per *Barbos. in collectan. tit. de adulteriis, & stupro, Pegas ad ordinatio Regn. Portugal. glos. 72, ad §. 19, numer. 4, & sequent. Severin. tom. 2, in addit. ad decis. 337, Sanfelicii per tot. ad decis. 361,* ubi latè *Muscatel. in prax. crim. tit. de adulterio, &c.* & ibi *Franch. Mar. Prat. Crespi. obser. 4, à numer. 178, Valenzuel. Velazq. consil. 28, per tot. Valeron. de transact. d. quæst. 5, à numer. 14, De Bictis prax. regular. quæst. 116, numer.1, & sequent. Berlich. conclus. legal. par. 4, concl. 27, per tot. Borgia d. cap. 20, numer. 13, & sequent.* & penès eos reperies omnia quæ hic transcribendo possem adducere.
21 Et pœnis adulterii punitur coniux, ipsum delictum patrantem, etiam si matrimonium esset putativum, & nullum, *Altimar. de nullitatib rubr. 8, quæst. 15, num. 6,* ubi *Pegas, & alios* citat.
22 An autem condemnatus, quia convictus de adulterio, appellet, tradit *d. Doctissimus Altimar. d. tract. de nullitatib. rub. 4,*

quæſt. 12, *numer.* 28, ubi *numer.* 29, declarat procedere ſi confeſſus, & convinctus fuerit coniux.

23 Licet adulterii crimen ſpatio quinque annorum præſcribatur, ut tradit *hic noſter Conciol. numer.* 9, & tradunt *CarpZou. dict. pract. crim. quæſt.* 59, *per tot. Fontanell. de pact. clauſ.* 5, *gloſ.* 5, *par.* 2, *numer.* 83, *&* 84, *Baron. de corpore tit. de virilib. numer.* 393, *& ſequent. & alii, quos citat Sabell. in ſumma diverſ. tractat. verb. Delictum, nu-*
24 *mer.* 7. tamen hoc non procedit quando de eo per maritum opponitur excipiendo, ex quo temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad expiendum, *Fontanel. de pact. clauſ.* 7,
25 *gloſ.* 3, *par.* 12, *numer.* 16, nequè pariter ad divortium petendum, cùm integrum ſit quandocunque illud petere, *Ricciul. de reprobis, lib.* 3, *cap.* 11, *n.* 16.

26 Adulterium autem quomodo probetur, tradit remiſſivè, plures citando *d. Baron. in addit. ad tit. de virilib. in tract. de corpore numer.* 108, *Severin. ad d. deciſ.* 337, *Sanfelicii lib.* 3, *pag. mihi* 58, *verſ. Quibus probetur, &c. Carol. Rota d. concluſ.* 2, *per tot. ValenZuel. d. conſil.* 28, *à num.* 17, *& alii,* quos citavi ſuprà *n.* 20, ipſos conſule.

DE INCESTV. Rubr. XXIII.

SI quis Inceſtum commiſerit cum Matre, Filia, Sorore Carnali, ſivè Nepte ex Filio, vel Filia, tàm Maſculus, quàm Fœmina gladio ultore, capite puniantur: Si verò cum alia Conſanguinea in ſecundo gradu de Iure Canonico computando committatur: Maſculus ad Triremes mittatur; Fœmina verò fuſtigetur per Civitatem, & deindè in exilium mittatur, & ſi fuſtigari noluerit, aut id familia non patiatur in ſcutis tercentum multetur: Quòd ſi in tertio gradu id faciat. Vir in ſcutis tercentum condemnetur, & per triennium in exilium mittatur; Mulier verò in ſcutis ducentum puniatur, & biennio exul fiat; Si verò in quarto gradu pœnam ducentorum ſcutorum ambo incurrant: Declarantes, quòd in tali gradus computatione, ultimus ſemper inter eos attendatur. Committens autem inceſtum cum Affine, mitius inſpecto gradu Affinitatis uterque à Iudice puniatur: Si verò inceſtus committatur cum Commatre, aut levata de Sacro Fonte, aut cum Noverca, uterque pœna ſcutorum tricentorum, & exilii ad triennium incurrat. Et per Iudices contra omnes prædictos ad quærelam Attinentium dumtaxat procedatur, ut ſuprà in Adulterio diximus.

S V M M A R I V M.

1 *Inceſtus dicitur conſanguineorum, ſeu affinium abuſus.*

Circa tamen illius pœnam Doctores non benè inter ſe conveniunt, num. 2,

3 *Pœna ſtatuti tollit pœnam iuris communis.*

Etiam ſi ſtatutum iuri communi expreſſè non deroget, n. 4,

5 *Inceſtus in quibus caſibus comitti dicatur.*

Non tamen propriè committit qui cum duabus ſororibus illicitum coitum habet, num. 8,

Et illius crimen eſt mixti fori, num. 6, *&* 10,

7 *Statutum quòd in cauſa inceſtus non procedatur, niſi ad querelam, non habet locum quando inceſtus eſt notorius.*

9 *Inceſtuoſi immunitate Eccleſiaſtica gaudent, niſi inceſtum ſit commiſſum in Eccleſia.*

11 *Inceſtuoſi qua pœnâ puniantur, & plura de hoc delicto remiſſivè.*

12 *Inceſtum committit cognoſcens carnaliter Monialem, & qua pœnâ puniatur.*

13 *Inceſtus quomodo probetur.*

A N N O T A T I O.

1 INceſtus nihil aliud eſt, quàm conſanguineorum, vel affinium abuſus, ut docent *Diaz. in pract. crimin. canon. cap.* 84, *in verbo Inceſtus, num.* 1, *Caball. reſolut. crim. caſu* 200, *numer.* 2, *cent.* 2, *& Farin. de delict. carn. quæſt.* 149, *numer.* 3. *& ſequent.*

&

& est crimen gravius adulterio, *Hosti. in*
Summ. de adult. num. 12, & 13, Corn. cons.
19, n. 1, lib. 4, Farinac. in d. quæst. 149. n. 1.

2 Pœna autem incestus quænam sit de iure
communi variæ sunt Doctorum opiniones,
quas latè recenset *Farinac. de delict. carn.*
d. quæst. 149, numer. 9, & sequent. Nos au-
tem cùm habeamus statutum apertè dictam
pœnam declarans in quolibet casu illius di-
spositioni est omninò standum cùm pœna
3 imposita à statuto tollat regulariter pœnam
impositam à iure communi, ut not. *Clar in*
pract. §. incestus, numer. 3. ubi dicit ita fuis-
se in facto servatum *& Farinac. in d. quæst.*
149, numer. 30. ubi dicit hoc non habere
dubium, & dixi *Ego in Resol. crim. in ver-*
4 *bo Pœna, resol. 1, numer. 1,* etiam si statu-
tum non deroget expressè iuri communi, ut
post *Gram. cons. 35, num. 56, & sequent. &*
Ludov. decis. Lucen. 61, numer. 17, per eum
relatos firmat *Giurb. cons. 25, n. 5, in fin.*

5 Quando tamen, & in quibus casibus di-
catur committi incestus latè tradit *Farinac.*
de delict. carn. d. quæst. 149, ferè per tot. quæ
videas ibi per eum, cùm nimis longum es-
set prædicta hic recensere.

6 Crimen incestus est mixti fori, in quo
uterque Iudex tàm laicus, quàm Ecclesia-
sticus procedit servata præventione, *Caball.*
resol. crim. casu 200, num. 70, & n. 154, cent.
2, Farinac. de delict. carn. d. quæst. 149, nu-
mer. 117. ubi hoc declarat quando habeat
locum, & dixi *Ego in Resol. crim. in verbo*
Delictum, resol. 2, n. 17.

7 Statutum autem supradictum mandans,
quòd in crimine incestus Iudex non proce-
dat contra illum committentes, nisi ad que-
relam Attinentium non habet locum quan-
do crimen Incestus est notorium, ut in ter-
minis adulterii tradunt Doctores relati su-
prà in *rubr. praceden. n. 6.* Maximè cùm
statutum mandet, quòd in criminalibus pro-
cedatur de similibus ad similia, uti habetur
in *rubr. fin. huius libr. 4.*

ADDITIO.

8 INcestum propriè non committit qui cum
duobus sororibus illicitum coitum ha-
bet *Fontanel. de pact. claus. 5, glos. 5, par. 2,*
n. 5, vide *Carol. Anton. De Luca de linea*
legal. art. 30. n. 23, vers. Faber. &c. ubi citat
Farinac. & Caball. contrarium tenentes.

9 Incestuosus autem qui ad Ecclesiam con-
fugit gaudet eius immunitate, nisi in Ec-
clesia incestum committat, *Cortiada dec. 89,*
n. 43, & 44, ubi *seipsum dec. 112, n. 33.* citat
Baron. de corpore, tit. de virilib. num. 496.

10 Incestus crimen, ut tradit hic *noster Cõ-*
ciol. numer. 6, est mixti fori, & tradunt *An-*
tonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap.
35, numer. 1, Valenzuel. consil. 131, per tot.
maximè *numer. 8, Fragos. de regim. Reipub.*
Christian. par. 1, lib. 2, disput. 4, num. 192,
Antun. Portugal. de donationib. reg. tom. 2,
par. 3, cap. 35, num. 60, & sequent. ubi latè
explicat quomodo hoc procedit, & dicta
eiusdem auctoritate plurium DD. fulsitur,
ipsum sanè Doctissimum virum lege.

11 Incestuosi qua pœnà puniantur, & cum
quibus præfatum delictum perpetretur, &
alia præiocunda de eo tradunt *Carpzou. in*
pract. crim. part. 2, quæst. 72, & sequent.
Cortiada d. decis. 89, num. 45, Antun. Por-
tugal. d. cap. 35, per tot. Matthau. de re
crim. controver. 50, per tot. Modern. Carol.
Ant. De Luca ad Franch. obser. 240, &
378, & de linea legal. d. art. 30, à numer. 22,
Antonel. d. cap. 35, per tot. Novar. in sum.
bullar. lib. 1, commentar. 73, per tot. Baron.
de corpore, tit. de virilib. à numer. 461, &
in addit. ad d. tit. numer. 127, Thesaur. de
pœnis Eccles. verb. Incestus, cap. 1, per tot.
Muscatel. in prax. crim. tit. de Adul-
terio, stupro, incestu, &c. & ibi *Franch.*
Mar. Prat. Crespi. obser. 4, à numer. 212,
Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quæst. 27,
numer. 91, & sequent. ubi tradit an in hoc
delicto possit procedi ex officio *Fragos. de*
regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disp.
4, à numer. 205, De Bictis in prax. Regular.
quæst. 116, numer. 8, & sequent. Berlich. con-
clus. legal. par. 4, concl. 32, & sequent. Do-
ctissimus Pegas ad ordin. Regn. Portugal.
ad lib. 1, tit. 3, glos. 72, num. 15, tom. 2.

12 Cognoscens carnaliter Monialem ince-
stum committit, & iste mortis naturalis pœ-
nâ punitur, immunitatéque Ecclesiastica
non gaudet, *Antun. Portugal. d. cap. 35,*
numer. 66, & sequent. Cortiada d. decis. 89,
numer. 54, & sequent. ubi deflorante, extra-
hente, surripiente, vel subducente Monia-
lem, à Monasterio, ad quod vide *Matthau.*
de re crim. controver. 49, per tot. & DD.
citatos per nostr. Conciol. rubr. sequent. num.
7, & per Pegas ad ordin. Regn. Portugal.
tom. 2, ad §. 18, glos. 69, Francesc. de com-
peten. quæst. 90, numer. 41, & sequent. Pi-
laia decis. canon. lib. 2, decis. 4, numer. 51,
De Bictis d. quæst. 116, numer. 30, & sequent.
Francesc. de Orritigoy. q. 79, n. 33.

13 Incestus autem quomodo probetur, tra-
dunt *Doctores citati per Baron. in tractat.*
de corpore, in addit. ad tit. de virilib. num.
127, & in d. tit. n. 501, & seq.

DE STVPRO. *Rubr. XXIV.*

Quicumque ftuprandi Caufa vim honeftæ Puellæ, fivè Viduæ bonæ conditionis intulerit, vel eas invitis parentibus abduxerit, aut rapi fecerit, ultimo fupplicio plectatur: Si verò quis ex eadem libidinis caufa honeftam mulierem verberaverit, vel clamydem, fivè aliquod veftimentum rapuerit, vel laniaverit amputetur ei manus dextera; & fi id pati noluerit pœnâ pecuniaria, & exilii Iudicis arbitrio puniatur. Quàm pœnam Stuprator evadere poffit fi viduam, vel Puellam ipfam de voluntate Patris, vel Avi, aut illis deficientibus de confenfu aliorum proximiorum Confanguineorum in Uxorem acceperit, & Puellam congruè dotaverit. Præfens verò Statutum habeat locum in Viduis bonæ conditionis, in aliis verò mitior pœna infligatur, & intelligantur Viduæ inhoneftæ vitæ fi publicè per Viciniam fuerint difamatæ: Et in prædictis cafibus Iudex ad querelam partis dumtaxat, ut fuprà in Adulterio diximus, procedere valeat. Si quis verò, fuadente Diabolo vim intulerit alicui Moniali, vel eam carnaliter cognoverit, ultimo fupplicio omninò puniatur. Et in omnibus fupradictis cafibus, Attentans folummodò mitius Iudicis arbitrio, confiderata qualitate facti, & perfonarum condemnetur.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum dicitur virginis illicita defloratio.*
Et dicitur crimen graviffimum, n. 2,
In eo tamen Iudices non folent procedere nifi ad querelam ftuprata, vel contra captum in fragranti, n. 3,
Vt autem intret pœna ftupri requiritur quòd mulier fit honefta, n. 4,
5 *Vidua committens ftuprum infra annum luctus amittit dotem.*
6 *Stupri in crimine abfolutio unius non iuvat alterum.*
7 *Monialem carnaliter cognofcens punitur pœnâ mortis*
8 *Violentia in raptu eft probanda per fifcum.*
9 *Stuprator quando teneatur dotare ftupratam remiffivè.*
In Cathalonia tenetur ftuprator ducere in uxorem ftupratam, aut eam dotare, num. 11,
Et indotatam fi ducere in uxorem elegerit, num. 12,
10 *Corpus delicti in ftupro quomodo probetur.*
13 *Stupratores qua pœnâ puniantur, & plura de ftupro remiffivè.*

ANNOTATIO.

1 Stuprum ftrictè fumptum dicitur virginis illicita defloratio, ut not. *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83, in verbo ftupro, numer. 1, Baiar. ad Clar. in §. ftuprum, in princ. & Farinac. de delict. carn. quaeft. 147, numer. 4.* ubi alios dat concordantes, & dicitur crimen graviffimum, & acri animadverfione dignum, *Iodoc. in pract. crim. cap. 92, in princ. Farinac. d. quaeft. 147, num. 2.*

2 Et eft delictum mixti fori, itaut tàm à Iudice fœculari, quàm ab Ecclefiaftico valeat puniri, fi fiat fine vi, *Menoch. de arbit. cafu 388, numer. 31, & fequent. Farinac. in d. quaeft. 147, numer. 53, Caball. refol. crimin. cafu 200. numer. 72, cent. 2,* & alii per me relati in *Refol. crim. in verbo Delictum, refol. 2, num. 15, & 16,* ubi contrarium tenentes retuli.

Statutum fupradictum quòd in crimine ftupri procedi non poffit, nifi ad querelam partis locum non habere cenferem, fi illud effet notorium, ut dixi fuprà de adulterio, & inceftu in *rubr. praeced.* quæ brevitatis gratiâ non repeto, licèt de confuetudine Iudices in his delictis carnis non folere procedere,
3 nifi ad inftantiam vim paffæ, vel nifi delinquens in fragranti captus fuerit fcribit *Antonell. de tempor. legal. lib. 2, capit. 82, numer. 17.*

4 Stupri autem pœna ut habeat locum requiritur, quòd mulier fit honefta, & poft *Ioan. Faber. Nicaf. Ghirlan. Bermon. & Cirill.* per eum relatos fcribit *Farinac. de delict. carn. q. 147, n. 82.*

5 Addo fupradictis, quòd vidua committens

cens ſtuprum intra annum luctus amittit dotem, ſecùs ſi illud committat poſt annum luctus, ut not. *Alciat. de praeſump. reg. 2, praeſum. 9, numer. 5, Cancer. variar. reſol. par. 1, cap. 9, numer. 139, & Antonell. de temp. legal. d. cap. 82, n. 16.*

6 In crimine ſtupri, & inceſtus abſolutio unius, quicquid ſit in adulterio, favore matrimonii non iuvat ſocium, ut tradunt *Decian. tract. crim. lib. 3, cap. 28, numer. 8, Ciriac. controver. 354, numer. 21, & ſequen.* & dixi *Ego in Reſol. crimin. in verbo Abſolutio, reſol. 2, num. 4.*

7 Quòd verò cognoſcens carnaliter Monialem puniatur pœnâ mortis naturalis, ut diſponitur in hoc ſtatuto tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 502, nu. 41, cent. 6, Decian. tract. crim. lib. 6, cap. 20, numer. 6, Caball. reſol. crim. caſu 200, numer. 72, & Farinac. de delict. carn. quaeſt. 146, numer. 3*, ubi dat concordantes quamplures,

8 Addo iterum, quòd quando agitur de raptu cum violentia, illa probanda eſt à fiſco, vel ab accuſatore, *Farinac. de delict. carn. quaeſt. 145, numer. 108, P. Sanch. de matrim. lib. 7, diſp. 12, num. 6, Vermigl. conſ. 396, n. 6.*

9 Quando verò ſtuprator teneatur dotem dare ſtupratae, ſeu illam in uxorem accipere latè tradit *Farinac. de delict. carn. quaeſt. 147, n. 17, & ſeq.* illum conſulas.

ADDITIO.

10 Corpus autem delicti in hoc delicto ſtupri quomodo probetur, tradunt *Fontanell. de pact. clauſ. 5, gloſ. 5, part. 2, numer. 55, & ſequent. Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quaeſt. 20, numer. 30, & ſequent. Bonden. collect. legal. collect. 12, numer. 27, Hermoſill. gloſ. 6, leg. 56, tit. 5, par. 5, numer. 144, & ſequent. verſ. Quae concurrere debeant, Baron. de corpore tit. de virilib. numer. 512, & ſequent, Guazzin. ad defenſ. reor. defen. 4, cap. 6, per tot. De Bictis prax. regular. quaeſt. 12, numer. 8, Maceraten. lib. 3, reſol. 7, per tot. idem Fontanell. & alii* quos citat *Zacchi. q. medico. legal. lib. 4, tit. 2, quaeſt. 3, n. 13, & ſeq.*

11 In hoc libro rerum criminalium multa remiſſivè adducam, ex quo non congruit inſtituto ſuſcepto ita extenſè omnia pertractare; quia ad id neceſſe foret de quaqua materia tractatum facere; ideóque dicam, quòd in hac noſtra Provincia ſtuprator per *uſat. Si quis virginem, ſub tit. de adulteriis*, tenetur virginem ſtupratam in uxorem ducere, aut dotare, quod iuri communi conforme eſt, ut tradit hic *noſter Conciol. n. 9*, & tradunt *Fontanel. & alii citati à Hermoſill. gloſ. 6, leg. 56, tit. 5, part. 5, numer 143, & ſequent, Antonel. de regim. Eccleſ. Epiſcopal. lib. 6, cap. 30, numer. 2, Baron. de corpore tit. de virilib. numer. 321, & ſequent. Theſaur. de pœnis Eccleſ. verb. ſtuprum cap. 1, per tot.* ubi limitationes adducit, noviſſimè *Carol. Ant. De Luca ad d. ſcept. Gratian. ad cap. 5, numer. 12, & ſequent.* ubi *Fontanel. Eminen. De Luca & alios* citat, vidend. *Creſpi obſer. 25, per tot. De Bictis ubi proximè num. 8.* eſt tamen in electione ſtupratae ducere ſtupratorem in maritum, aut recipere dotem, *Carol. Ant. De Luca ad dict. cap. 5, d. numer. 12*, ubi *Farinac. Fontanel. & Eminen. De Luca* citat *Berlich. concluſ. legal. concl. 38, numer. 7, & ſequent. par. 5.*

12 Itaque ſi eligit in uxorem ducere ſtupratam, tenetur illam ducere indotatam, *Bonden. collect. legal. 42, n. 43.*

13 Itaque qua pœnâ puniantur ſtupratores, ſivè ſint ſoluti, ſivè uxorati, ſivè ſtuprum ſit violentum, ſivè cum raptu, ſivè abſque violentia, ſivè cum promiſſione nubendi, ſivè non, ſivè commiſſum cum virgine non viri potenti, ſivè cum viri potenti, & an pro d. delicto fruatur immunitate Eccleſiaſtica, tradunt *Fontanell. & alii citati per Cortiada dec. 89, n. 7. & ſeq Carpzou. in d. pract. crim. q. 68, & ſequent. Modern. Luca ad Vincen. de Franch. obſer. 333, num. 534, Matthaeu. de re crim. controver. 51, 54, & 57, Antonel. d. cap. 30, numer. 2, Pilaia deciſ. canon. lib. 1, deciſ. 11, numer. 167, & alii citati per Pegas ad ordin. Regn. Portugal tom. 2, ad §. 18, gloſ. 66, numer. 2.* & latiſſimè *Baron. de corpore, tit. de virilib. à numer. 253, ad 380, Barboſ. in cap. 1, de adulteriis, & ſtupro numer. 8, Severin. in addit. ad deciſ. 417, Sanfelicii lib. 3, per tot. Muſcatel. in prax. crim. tit. de adulterio, ſtupro, &c.* & ibi *Franch. Mar. Prat. Modern. Caſtald. conſult. foren. 109, per tot. tom. 1, De Bictis in prax. regular. quaeſt. 115, numer. 7, & ſequent. Berlich. d. concluſ. 38, & ſequent. per tot.* maximè *concluſ. 41*, ubi latè de ſtupro violento, & *concluſ. 42*, ubi de puellam minorem ſtuprante, ideò eos conſule.

DE SODOMIA. *Rubr. XXV.*

NEfandum Sodomiæ Scelus cum Mari, vel Fœmina committens ultimò supplicio Furcæ affectus igne comburatur. Patiens verò voluntariè, si minor sit decem, & septem annis, puniatur citra mortem Iudicis arbitrio: Si verò maior sit, prædicta pœnâ plectatur: Quòd si violenter passus fuerit, aut metu tali, qui cadere possit in constantem Adolescentem immunis à prædictis pœnis evadat: Et de prædictis Iudex, tàm per Accusationem, & denunciationem, quàm ex Officio inquirere, & procedere valeat, & teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia crimen dicitur atrocissimum, & de exceptis, & num. 9,*
Et cùm sit difficilis probationis probatur præsumptionibus, & coniecturis, n. 2,
Et per coniecturas probatur illius corpus delicti, num. 3,
Nisi tamen adesset fractura, n. 4,

5 *Confiscatio bonorum intrat in dicto crimine sodomia.*
Contrarium uti verius tenent plures Doctores, n. 6,

8 *Assertio pueri stuprati non facit indicium ad torturam sine adminiculis.*

10 *Clerici sodomitici sunt degradandi, & Curia Ecclesiastica tradendi.*

11 *Sodomitici an gaudeant immunitate Ecclesiastica.*

12 *Sodomia quomodo probetur, & qua pœna puniantur eam committentes.*

ANNOTATIO.

1 SOdomiæ crimen dicitur atrocissimum,
& de exceptis, ut tradunt *Farinac. de delict. carn. quæst.* 148, *numer. 5, & 6, Caball. resol. crimin. casu* 84, *numer.* 17, *cent.* 1, *Capic. Latro decis.* 163, *numer.* 14, *par.* 2, & alii per me relati in *Resol. criminal. in verbo Sodomia, resol.* 2, *numer.* 1, *&* 3, ubi dixi, dictum crimen esse mixti fori, itaut inter Iudicem Laicum, & Ecclesiasticum sit locus præventioni, & plures adduxi Doctorum auctoritates, & uti delictum diffi-
2 cilis probationis cùm in occulto committi soleat illud nòn solum probatur indiciis, & præsumptionibus, *Farinac. de delict. carn. d. quæst.* 148, *num.* 66, *& sequent.* ubi coniecturas recenset *Massin. de confisc. bonor. quæst.* 9, *numer.* 16, *& sequent. Capic. Latr. d. decis.* 163, *numer.* 14, & alii per me relati
3 in *d. resol.* 2, *numer.* 4. Sed etiam illius corpus delicti cùm sit facti transeuntis probatur per coniecturas, ut docent *Farinac. de Inquis. q.* 2, *n.* 24, *Massin. d. q.* 9, *n.* 18, *Capic. Latr. d. dec* 163, *n.* 8, *par.* 2, & alii per me relati in *d. verbo Sodomia, resol.* 1, *in princ.*
4 Nisi illud esset commissum cum fractura, de qua debet constare, *ibi n.* 3,
Utrum verò bona committentis sodomiam fisco addicantur est admodum controversum
5 inter Doctores, cùm partem affirmativam teneant *Anton. Gomez. Menoch. Peregr. Clar. Barbos. Thes. Iun. Sanfelic. & Massin.* in locis per me relatis in *d. verb. Sodo-*
6 *mia, resol.* 3, *num.* 3, Contrariam verò opinionem, imò non esse locum confiscationi bonorum in dicto casu tenet *Plot. Farinac.* qui dicit ita servari in alma Urbe *Guazzin. & Giglia. ad stat. Perusia in loc.* per me relatis *in d. verbo Sodomia resol.* 3, *numer.* 4, ubi dixi, ita per me fuisse iudicatum in Civitate Urbini, & meam sententiam fuisse approbatam in Auditorio legationis, & latius firmavi Ego in terminis huius statuti in *cons. crim. ad defensam.* 4, *n.* 5. *& seq. post tract. de hæred. simpl. & benef.* Cùm si statutum d. pęnam voluisset imponi id expressisset, ut tradunt *Surd. Mar. Anton. & Barbos.* per me
7 relati *ibi. n.* 11. Et cùm pœna à statuto imposita tollat pœnam iuris communis, sivè expressè deroget iuri communi, sivè nòn, ut not. *Gimb. cons. crim.* 25, *n.* 5, *in fin.* & probavi *Ego in d. cons.* 4. *n.* 13, *&* 14.
8 Assertio autem pueri stuprati, & sodomiam passi non facit indicium ad torturã cõtra stuprantẽ sine adminiculis quicũque sit, ut docent *Farinac. de indic. & tort. q.* 43, *n.* 99, *Cabal. resol. crim. casu* 84, *n.* 9, *cent.* 1, ubi testatur de communi opinione *Capic. Latr. decis.* 163, *n.* 9, *& n.* 13, *& in fin. & alii per me relati alleg. foren.* 98, *in princ. & in d. verbo Sodomia, resol.* 1, *num.* 5.

AD

ADDITIO.

9 PAraxosum, turpissimum, abominabile, nefandum, ac atrocissimum est delictum hoc sodomiæ, *Manfrell. ad Capc. Latr. obser. 163, numer. 1, Novar. in summa bullar. comment. 120, numer. 1, Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2, defen. 6, cap. 44, numer. 16, Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap. 28, num. 1, Massin. Sanfelic. & Adden. ac alii citati per Conciol. nostr. in consil. 4, numer. 3, post tractat. de hared. simpl. & qualifi. Cortiada decis. 89, numer. 64, & 68, Carpzou. in pract. crim. quæst. 76, numer. 2, Baron. de corpore, tit. de virilib. num. 507, Modern. Hieronym. Calà de restitutio. in integr. cap. 27. numer. 29, & sequent. Severin. in addit. ad decis. 354, Sanfelic. in princ. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disp. 4, numer. 227, num. 1, Fermosin. allegatio.*
10 *fiscal. 43, numer. 12.* Et ideò Clerici eum committentes sunt degradandi, ac tradendi Curiæ seculari, *Cortiada d. decis. 89, num. 69, Antonel. dict. cap. 28, numer. 9, & 10, Guazzin. d. numer. 16, & sequent. Baron. ubi suprà numer. 542, & sequent. Thesaur. de pœnis Eccles. verb. Sodomia, cap. 1, Fer-*
11 *mosin. d. allegatio. 43, numer. 31,* & ita pro veriori opinione tradunt non gaudere Sodomiticos immunitate Ecclesiastica, *Cortiada d. decis. 89, d. numer. 68,* licet *citati per d. Cortiada d. numer. 64,* & per *nostr. Conciol. in d. consil 4, numer. 17,* contrarium teneant; tu id examina, & vide *citatos per Baron. de corpore, tit. de virilib. n. 522.*

12 Delictum hoc committentes pœnâ mortis puniuntur, & quomodo in eo constet de corpore delicti, cum quibus committatur, & quomodo probetur, tradunt *Doctores suprà citati*, signanter *Manfrell. Carpzou. Antonel. & alii citati per Sabell. in summ. divers. tractat. §. Assertio, numer. 2, & per d. Nobilem Regentem nostr. Cortiada dict. decis. 89, numer. 76, & sequent. Pilaia d. decis 11, numer. 165,* latissimè *Baron. de corpore, tit. de virilib. à numer. 533, & in addit. d. tit. numer. 128, Severin. in addit. ad dict. decis. 354, Sanfelicis per tot. Rovit ad prag. de Sodomia per tot. Fragos. ubi suprà d. §. 18, à numer. 223, De Bictis dict. quæst. 117, numer. 2, & sequent. Zachi. quæst. medico. legal. lib. 4, tit. 2, quæst. 5, per tot. Fermosin. d. alleg. 43.*

DE CONCUBINIS. Rubr. XXVI.

MAriti, qui in Domo, vel extra Concubinas retinent, pœnam quinquaginta librarum incurrant, & per Iudices à Concubinis separari possint, & debeant, & cogi etiam, si occasio requirat, per idoneos Fideiussores cavere de insimul non conversando: Quòd si contrafecerint pœnam conventam solvere compellantur, & si mulier etiam sit maritata, ambo fustigentur per Civitatem. Solutus autem, qui coniugatam tenuerit, eadem pœna quinquaginta librarum condemnetur, & quocumque casu dos Marito non consentienti applicetur, & super iis Iudex ad cuiuscumque honestæ personæ denunciationem procedere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarii accipiuntur strictè, largè, & largissimè.*
2 *Concubinatus de iure canonico est prohibitus.*
Et eo magis de iure Divino, n. 3,
Et etiam de iure civili, num. 7,
Et ita est delictum mixti fori, n. 8,
Ut autem dicatur concubinatus, quæ de iure requirantur, n. 4,
5 *Concubinaris de iure communi puniuntur pœnâ arbitraria.*
Et quid de iure Cathaloniæ, n. 11.
6 *Concubinæ non sunt capaces relictorum ab Amasio.*
Et an eis possim Amasii donare, n. 10,
9 *Concubinatus in delicto etiam in Cathalonia proceditur absque partis instantia, etiã contra nobiles.*
12 *Concubinatus quomodo probetur.*

ANNOTATIO.

1 COncubinarii triplici modo accipiuntur strictè, largè, & largissimè; strictè concu-

concubinarii dicuntur illi, qui mulierem retinent, & cum ea carnalem habent copulam eodem affectu, ac si illius esset uxor, largè concubinarii dicuntur qui mulierem retinent, cámque carnaliter cognoscunt nòn ex affectu matrimonii, sed pro certo tempore, uti faciunt aliquando scolares, qui puellas in eorum domos inducunt, & posteà fastiditi, illas dimittunt, largissimè autem concubinarii appellari possunt Clerici, & alii qui ultra uxores carnaliter alias mulieres cognoscunt, ut declarant *Belmo. Covero de public. concub. in vers. Pub. concub. numer. 4, & Farinac. de delict. carn. quaest.* 138, *num.* 2.

2 Concubinatus quicquid dicendum sit de iure naturali, vel civili certum est quod de iure canonico est prohibitus, ut testantur *Ant. Gomez in l. Taur. 80, numer. 4, Clar. in pract. §. fornicatio, numer. 6, Cardin. Paleot. de not. & spur. cap. 12, numer. 2, 3, 4, & sequent.* & de hoc non esse dubitandum dicit *Farinac. de delict. carn. d. quaest.* 138,
3 *numer.* 29. & eo magis est prohibitus de iure divino, ut per plures sacrae Scripturae, & Theologorum authoritates probat *Decian. tractat. crim. lib. 6, cap. 21, numer. 5, & per tot. Ant. Gomez ad d. l. Taur. 80, numer. 4,* & latè comprobat *Farinac. de delict. carn.*
4 *d. quaest. 138, numer.* 27. Vt autem dicatur concubinatus, quae de iure requirantur tradit *Farinac. in. d. quaest. 138, num. 8, & seq.* ubi ponit undecim requisita, *& Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. C, conclus. 567. per tot*, ipsos consulas.

5 De iure autem communi concubinarii puniuntur poenâ arbitraria, *Clar. in pract. d. §. fornicatio, numer.* 6. ubi testatur de communi opinione *Menoch. de arbier. casu 289, num. 7, in addit. Farinac. de delict. carn. quaest. 138, numer. 76*, ubi dicit, quòd concubinarii si ter moniti ab Ordinario concubinas non dimiserint excommunicantur, & si non paruerint illi non sunt absolvendi, ut ibi latiùs per eum.

6 Et concubinam non esse capacem relictorum ab eius Amasio voluerunt *Massin. de confiscat. bonor. quaest. 24, numer. 31, & Lucidor. de illegit. Cleric. & regul. quaest. 12, numer. 2, & 3,* qui *numer. sequent.* dat limitationes, quas videas ibi per eum.

ADDITIO.

7 Concubinatus autem hodiè ab omni iure est prohibitus, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 2, & sequent. Carpzov. in pract. crim. quaest. 70, numer. 41, Matthaeu. de re crim. controver. 58, numer. 25, & seq. Sabell. in summ. divers. tractat. §. Concubina, numer. 3, vers. Et quidquid olim, Ricciul. de reprobis lib. 3, cap. 8, per tot.* maximè *numer. 13, Murga disqui. moral. tom. 2, disqui. 12, numer. 5, & sequent. dub. 5, Thesaur. de poenis Eccles. verb. Concubinatus, cap. 1, Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disp. 4, numer. 146,* novissimè *Pilaia sanè Doctissimus decis. canon. tom. 1, lib. 2, decis. 1, numer.* 14, maximè in hac nostra Provincia Cathaloniae per *cap. 40, Regiarum praeconitzationum*, ut tradit *Regens*
8 *noster Cortiada decis. 89, numer. 6*, & ita est delictum mixti fori (quidquid dicat *Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap. 29, numer. 1, vers. Hoc crimen, &c.*) *Azor. & Diana ab eo citati d. num. 1, in fin. Valenzuel. consil. 131, numer. 5, & 6, Fontanel. decis. 138, numer. 6, & 7, Salgad. de Reg. protectio. par. 2, cap. 4. numer. 47, & alii,* quos citat *Sabell. ubi suprà numer. 3, vers. Quod concubinatus, Baron. de corpore, tit. de virilib. numer. 207,* & latissimè *Murga disquisitio. moral. tom. 2, disqui. 12, dub. 5, numer. 1, Fragos. ubi supr. à numer. 144, Pilaia d. num. 14,* ubi plures citat *Fagnan. in cap. Perniciosam, de offic. Ordinar. num. 18, & sequent.*

9 Scias tamen, quòd in hoc delicto procedi potest absque accusatore, ac partis instantia, & ita potest procedi in hac nostra Provincia Cathaloniae absque ea contra privilegio militari gaudentes; ex quo delictum hoc, ex sui natura, instantiam non exposcit, *Fontanel. d. decis. 138, num. 13, & 20, Crespi*, quem citat *Altimar. de nullitatib. rubr. 13, quaest. 27, numer.* 94, & aliis citatis novissimè *noster Vilaplana de brach. Militar. cap. 3, n. 107, & seq.*

10 Concubinae an autem possit donari per Amasium, praeter citatos hic à *nostro Conciolo numer.* 6, tradunt *Doctissimus Autun. Portugal. de donationib. Reg. praelud. 2, §. 7, numer. 1, & sequent.* & pariter *DD. citati per d. Sabell. ubi suprà numer. 6, Baron. de corpore, d. tit. de virilib. numer. 240, Borgia investigatio iur. lib. 3, cap. 14, numer. 8, & sequent. Hermosill. glos. 6, leg. 1, tit. 5, par. 5, numer. 3, & sequent. Ricciul. de reprobis lib. 3, cap. 20, & 21, per tot.*

11 Concubinarii autem qua poenâ puniantur, praecipuè in hac nostra Provincia tradunt *Cortiada d. decis. 89, d. numer. 6, Antonel. d. cap. 29, Carpzov. d. quaest. 70, Novar. in summ. bullar. commentar. 44, par. 2, Tondut. quaest. canon. lib. 1, cap. 97, Pilaia decis. canon. lib. 1, decis. 11, numer. 164,*

Ba-

Baron. ubi suprà numer.191. & sequent. maximè numer. 211, Ricciul. de reprobis lib. 3, cap. 9, per tot. De Bictis in prax. regular. quæst. 115, num. 6,

12 Et quomodo concubinatus probetur, tradunt *Ricc. Ciarlin. Anguis. & Mura. citatis à d. Baron. d. tit. de viribus numer. 206, Ricciul. de reprobis d. lib. 3, cap. 7, per tot.*

DE HOMICIDIO. *Rubr. XXVII.*

QUicumque dolosè, & animo deliberato Homicidium fecerit, aut fieri commiserit in Civitate, vel Districtu Eugubii, capite puniatur, ita quòd moriatur: Si autem captus non fuerit perpetuò ad dictam pœnam Capitis damniatur, & diffidetur, & eius bona à Fisco vendicentur, deducta Legitima Filiorum, & Nepotum, quæ eisdem applicetur, & reservatis semper iuribus Dotium Mulierum, & quorumcumque Creditorum; & nullatenus remitti possit, nisi Pacem ab hæredibus legitimis, proximioribus in gradu interfecti habuerit. Quòd si quis casu fortuito, absque ulla culpa homicidium commiserit, vel ad sui Necessariam defensionem, & suarum rerum nullâ pœnâ puniatur, nisi modum defensionis excesserit, quo casu de Excessu, facti, & personarum qualitate inspecta, pro modo culpæ pœnâ pecuniariâ, & etiam corporali citra mortem Iudicis arbitrio puniendus erit: Sicut etiam si quis ex improviso cum aliquali culpa lata, vel levi homicidium commiserit pœnâ extraordinariâ à Iudice plectendus erit.

Declarantes quòd semper homicidium præsumatur dolosè, & appensatè factum, nisi contrarium per legitimas probationes appareat. Si quis verò crimen Assassinii commiserit, attenta qualitate delicti acrius Iudicis arbitrio puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Statutum imponens pœnam vitæ pro homicidio habet locum etiam in occidente unum volente occidere alium.*

Licèt contrarium teneant alii, n. 2,

Non tamen habet locum dictum statutum in iis qui sibi mortem consciverunt, numer. 3,

Contrarium quòd pœna contra vulnerantes habeat locum etiam in vulnerantes seipsum, n. 4, & 19,

Neque pœna dicti statuti habet locum in occidente ad defensam, n. 5,

Si tamen fuit servatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs secùs, n. 6,

Neque habet locum in occidente fœtum animatum, num. 7.

Contrarium tenent alii, ibidem, & numer. 18,

8 *Patris bonis confiscatis est detrahenda legitima filiorum.*

Necnon dotes filiarum, num. 9,

Et etiam dos uxoris, num. 10,

11 *Assassinium non datur sine promissione pecuniæ, seu alterius rei.*

12 *Pax an habenda sit ab omnibus hæredibus, seu à maiori parte.*

14 *Homicida in Cathalonia quibus pœnis puniantur, & plura remissivè.*

15 *Homicida condemnatus ad mortem an teneatur ad interesse, & damna parti.*

16 *Homicida veneficus punitur pœna mortis naturalis, & privatur immunitate Ecclesiastica.*

17 *Corpus delicti in veneficio quomodo probetur.*

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum imponens pœnam vitæ, & confiscationis bonorum contra occidentem dolosè habet locum etiam in eo, qui occidit unum volens deliberatè occidere alium, ut tradunt ex Neotericis *Clar. in pract. §. homicidium, num. 5, & ibi Baiar. numer. 12, Ciriac. controver. 250, in princ. Andreol. controvers. 371, per tot. Calvin. de æquit. lib. 2, cap. 102, numer. 20, & seq. P. Grassett. de neco prodit. §. 23. num.*

numer. 37, Paul. Rub. de validit. legal. cap. 39, per tot. & alii plures per me relati in *Resol. criminal. in verbo Occisio, resol. 1, in princ.* ubi dixi, hanc esse opinionem veriorem, & magis communem Moderniorum opinionem.

2 Quicquid contrarium imò in dicto casu intrare pœnam extraordinariam voluerint *Menoch. de arbitrar. casu 324, num. 11, & sequent. Thesaur. decis. 243, Farinac. de homicid. quæst. 125, numer. 152, Vermigliol. cons. 54, numer. 8,* & alii per me relati in *d. resol. 1, num. 2,* nec non *Bonfin. ad Bannim. gener. cap. 24, num. 4.*

3 Declara secundò, quòd statutum imponens pœnam pro vulnere, vel pro homicidio intelligitur de illis, qui alios vulnerant, & occidunt, non autem de eis, qui sibi vulnera, vel mortem intulerunt, ut not. *Menoch. de arbitr. casu 284, numer. 126, & sequent. Vulpell. cons. 1, numer. 11,* & alii plures relati per *Farinac. de homicid. quæst. 128,*
4 *numer. 44.* licet contrarium quòd pœna statuti contra vulnerantem intret etiam in vulnerante seipsum teneant *Decian. tractat. crimin. lib. 9, cap. 1, numer. 33. & Peregr. de iure fisci, lib. 4, tit. 4, numer. 7.* cum quibus videtur pertransire *Farinac. in d. quæst. 128, numer. 46.* volens in dicto casu dictum statutum esse strictè interpretandum saltem quò ad confiscationem bonorum, ut ibi per eum, & quod dictum statutum non habeat locum in eo qui tentavit se occidere, sed non perfecit scribit idem *Farinac. in d. q. 128, n. 40.*

5 Prout non habet locum pœna supradicti statuti homicidio commisso ad defensam personæ, ut habetur in eodem statuto, ut docent *Alberic. in l. ut vim, 3. numer. 4, ff. de iust. & iur. Bertaz. cons. 1, numer. 2, Baiard ad Clar. §. homicidium, numer. 75, & Farinac. de homicid. quæst. 125, numer. 15,* Neque bonorum uti pariter habetur in eodem statuto, ut not. *Farinac. de homicid. quæst. 125, numer. 168, & sequent. Guazzin. defens. 29, cap. 4, num. 31, Calvin. de æquit. lib. 2, cap. 192, numer. 35,* & alii per me relati in *Resol. crimin. in verbo Defensio, re-*
6 *sol. 5, numer. 1, & sequent.* Dummodò in defensione fuerit servatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs puniri potest de excessu, ut not. *Farinac. de homicid. quæst. 125, num. 330, Guazzin. defens. 29, cap. 5, in princ. Caball. de omn. gener. homicid. numer. 67, Calvin. de æquit. d. cap. 192, numer. 13,* & alii per me relati in dicto verbo *Defensio, res. 3, numer. 5, & sequent.* ubi declaravi quando hoc habeat locum, videas ibi si cupis cùm noluerim illa hic iterum repetere.

7 Sicuti etiam dictum statutum loquens de homicidio non habet locum in occidente fœtum, & in procurante abortum, etiam animatum, ut voluerunt *Boss. in pract. in tit. de homic. numer. 6, Menoch. de arbitrar. casu 357, numer. 10, & sequent. Thesaur. decis. 12, numer. 9, Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 68, numer. 5.* licèt contrarium in occidente fœtum animatum teneant quamplures Doctores relati per *Farinac. de homicid. quæst. 123, numer. 165 Antonel. de tempor. legal. lib. 4, cap. 31, numer. 1.* cum quibus pertransit *P. Graffett. de nece proditor. §. 21, num. 5, & plur. seq.*

8 Quod verò patre delinquente ex bonis ei confiscatis etiam de iure communi sit detrahenda legitima filiorum, itaut fiscus teneatur eis illam solvere tenuerunt *Peregr. de iure fisci lib. 5, tit. 1, numer. 34, Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24, numer. 15, & sequent. Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quæst. 28, numer. 3, & sequent. Massin. de confisc. bonor. quæst. 28, in princ. Cartar. de pœn. innoc. art. 2, numer. 171.* & alii plures per me relati in *Resol. crimin. in verbo legitima, re-*
9 *sol. 1, numer. 1.* Ac etiam deducendæ sint dotes filiarum, quas pariter fiscus tenetur eis præstare, ut not. *Farinac. in d. quæst. 24, numer. 46, Merlin. de legit. d. quæst. 28, numer. 6, & 7, Cartar. de pœn. innoc. d. art. 2, numer. 187, & sequent. & Lucidor. de illegit. cleric. & regul. quæst. 19, numer. 11, & 12.* Et detrahenda est etiam dos uxoris, etiam
10 si agitur de crimine læsæ Maiestatis, cùm pro delicto viri uxor puniri non debeat, *Farinac. de delict. & pœn. quæst. 25, numer. 111, Peregr. de iure fisc. lib. 5, tit. 1, numer. 82, Massin. de confisc. bonor. quæst. 31, in princ. Cartar. de pœn. innoc. art. 1, numer. 90, & sequent.* & alii per me adducti in *Resolut. crimin. in verbo Confiscatio, resolut. 4, numer. 1, & seq.*

11 Assassinium verò de quo in hoc statuto non datur, nisi homicidium fuerit commissum mediante datione, vel promissione pecuniæ, vel alterius rei, ut tradunt *Farinac. de homic. quæst. 123, numer. 153, Caball. de omn. gener. homic. numer. 472. & sequent. Sperell. decis. 102, numer. 8, & sequent. par. 2, Vermigliol. cons. 97, numer. 6,* & alii per me relati in *Resol. crimin. in verbo Assassinium, resol. 1, numer. 1, & 2,* ubi dixi, requiri etiam acceptationem mandatarii, de qua materia videas ibi si cupis.

12 Pax verò an habenda sit ab omnibus hæredibus occisi, vel sufficiat à maiori parte diversæ sunt Doctorum opiniones, quas recensui

censui ego *resol. crim. in verbo Pax. resol.* 13, *numer.* 3, *&* 4. ubi dixi partem affirmativam esse æquiorem, & magis communem videas ibi, cùm noluerim illa hic denuò recensere.

ADDITIO.

13 QVid autem, mi Lector dicam in materia huius statuti, tam extensè, & à ullo penè Doctore prætermissa? quid tibi specialius demonstrem, quòd ab omnibus non sit dictum? certè nihil, & ita cùm non desiderem punctatim omnia pertractare, sed aliqua pro maiori annotare, ad fontem cuiusvis materiæ lectores ducendum; ideò institutum prosequendo, materiam huius rubricæ remissivè pertractando me expediam.

14 Itaque qua pœnâ, maximè in hac nostra Provincia Gotholana, puniantur simplices homicidæ, proditoriè, & per insidias occidentes, assassini, occidentes Clericos, Religiosos, Ministros Regios, conjugem, & alios, qui hi omnes dicantur, an hi gaudeant immunitate Ecclesiastica, & cuncta alia quæ circa hos delinquentes evenire possint, tractant latissimè præter citatos à *nostro Conciol. hìc & in suis resol. crim. Meritissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada cum fæcunditate solita DD. ac Doctrina decis.* 92, *cum mult. sequent. Modern. ad Doctissimus Altimar. in addit. ad lib.* 3, *consil. Rovit. obser.* 1, 11, *&* 69, *per tot.* omninò videndus *Pignatel. consult. canon. tom.* 1, *consult.* 48, 92, *&* 93, *& tom.* 2, *consult.* 68, *Matthæu. de re crim. controver.* 29, *&* 30, *& passim Conciol. noster consil.* 6, *post tractat. de hæred. simpl. & qualific. per tot. Modern. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. obser.* 380, *numer.* 6, *& sequent. Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib.* 2, *cap.* 8, *Bonden. collect. legal.* 40, *numer.* 46, 51, 52, 66, *& sequent. & collect.* 46, *ferè per tot.* & latissimè *Novar. in summ. bullar. commentar.* 17, *&* 72, *numer.* 59, *& sequent. par.* 1, *& commentar.* 80, *numer.* 45, *& sequent.* in quibus locis *Ciarlin. & alios* citat *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad §.* 18, *glos.* 61, 63, *&* 70, ubi quamplurimos citat, latè *d. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 713, 460, 176, *&* 688. *Maiorana in oppo. prax. crim. passim*, signanter *lib.* 2, *cap.* 4, *Carpzov. in pract. crim. quæst.* 19, *& quæst.* 1, *cum sequent. Pilaia decis. canon. lib.* 2, *decis.* 4, *numer.* 35, *& sequent. Abbas Michael. Iustinian. post Novar. in summ. bullar. ad commentar.* 17, *par.* 1, ubi latè de assassinis *Barbos. in cap.* 1, *& per tot. tit. de homicid. volunt. & casual. Muscatel. in prax. crim. cap. de homicidio*, *& cap. sequent.* & ibi *Franch. Mar. Prat. Guazzin. ad defens. reor. def.* 4, *cap.* 13, *&* 14, *per tot. Rovit. ad pragm. de assassinio per tot.* & ibi *Laganar. De Bictis in prax. Regular. quæst.* 111, *&* 112, *per tot. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controver. inter Episcop. & Regular. par.* 1, *à numer.* 139, ubi plura de assassinio *Passerin. à Sexitul. ad cap. Pro humani* 1, *de homicid in* 6, *à numer.* 3, ubi extensè affert votum *Doctissimi Eusebii de Eusebiis Advocati Romani* materiam hanc de assassinio latissimè tractantis, & *alii innumeri Doctores* quos citant *Sabell. in summ. divers. tractat. §. Assassinium*, *& Homicidium*, *Castejon. in suo alphabet. legal. in dictis verbis.* & alii passim, ad quos recurre, cùm non omnia extensè adferre possim, sed sufficiat te perducere ad *Doctores* qui nihil omiserunt.

15 Homicida autem condemnatur ad mortem, aut aliter, an teneatur ad interesse, & damna parti tradunt *Fontanel. & alii citati per Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 333, *numer.* 5, *& innumeri citati per Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 75, *per tot.* ubi latissimè de materia homicidii.

16 Venefici autem homicidæ, proditorii dicuntur, & sic pœnâ mortis puniuntur, immunitatéque Ecclesiastica privantur, *Meritissimus ac Nobilis Regens noster Cortiada decis.* 96, *n.* 15, *Novar. in summ. bullar. lib.* 1, *commentar.* 72, *n.* 42, *&* 76, *Matthæu. de re crim. contro.* 29, *n.* 104, *& controv.* 32, *per tot.* maximè *num.* 5, *&* 34, *& contro* 64, *num.* 37, *Pignatel. consult.* 173, *per tot. Bonden. collect. legal.* 40, *numer.* 60, *& alii*, quos citat *Pegas ad ordin. Regn. Portugal. tom.* 2, *ad §.* 18, *glos.* 62, *Carpzov. in pract. crim. quæst.* 20, *numer.* 15, *& sequent. Pilaia*
17 *d. decis.* 4, *numer.* 48, *in fin.* & quomodo probetur in hoc delicto corpus delicti tradit *d. Matthæu. controver.* 64, *numer.* 68, *& sequent.* ubi alios citat *Guazzin. ad defens. reor. def.* 4. *cap.* 5, *per tot.*

18 Similiter procurantes abortum puniuntur pœnâ mortis, tanquam homicidæ proditorii, abortu sequuto, si fœtus fuerit animatus; si inanimatus autem extraordinariè puniuntur (quidquid dicant *Doctores*, quos citat hìc *Conciol. numer.* 7.) cùm ita stabilita assertio sit magis communis, & præter citatos à nostro *Conciol. dict. numer.* 7, *in fin.* eam tenent *Cortiada dict. decis.* 96, *numer.* 17, *Bonden. d. collect.* 40, *numer.* 58, *Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib.* 6, *cap.* 32, *per tot.* præcipuè *numer.* 2, *Hunni-*

Encycloped. iur. par. 5, tit. 12, numer. 1, & sequent. Nov. er. in summ. bullar. lib. 2, commentar. 2, per tot. & commentar. 80, numer. 59, Barbos. in cap. Si aliquis, 5, de homicid. volunt. vel casual. numer. 2, & in cap. 20, numer. 1, Sabell. tractat. var. verb. Abortus numer. 3, 6, & sequent. Berlich. conclu. legal. par. 4, conclu. 8, per tot. novissimè *Doctissimus Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib. 1, tom. 6, tit. 73, §. 4, num. 2.* ubi alibi se remittit.

19 Homicida sui ipsius, accusatus de delicto, aut in fragranti repertus, aut nullo præcedente delicto, voluntariè, vel ex impatientia doloris, amoris, aut ex ebrietate, aut alia causa seipsum occidens, aut vulnerans, an puniatur, hæc omnia poteram hic annotare, sed ab hoc labore liberavit me *Doctissimus Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 41, per tot.* omninò videndus, ubi multa de his homicidiis, & de aliis non ignorandis tradit, ipsum consule, & citatos per *Baron. de corpore numer. 50, 67, & sequent. & in addit. ad d. tit. numer. 27, 39, & seq. Faria ad Covarru. lib. 2, cap. 1, numer. 85, & sequent. Murga. disqui. moral. tom. 2, disqui. 8, per tot. Crespi. obser. 83, n. 24.*

DE POENA FACIENTIS VINDICTAM transversalem. Rubrica XVIII.

SI quis Iniuriam, vel offensam ab aliquo habitam, & sibi factam contra alium Consanguineum, vel affinem, aut eius Familiarem vindicaverit, illum offendendo, vel offendi faciendo, siquidem offensa fuerit usque ad mortem inclusivè, Si is in fortiam Curiæ venerit, Furcis suspendatur, ita quòd moriatur, & eius bona publicentur deducta Legitima, & reservatis iuribus Creditorum, ut suprà De Homicidio constitutum est: Et si in fortiam Curiæ non venerit, bonis similiter publicatis, & Infamia notatus perpetuò ad dictam pœnam condemnetur, & banniatur. Si verò talis vindicta, sivè offensio facta fuerit citra mortem, cùm fractura Cranei, amputatione, vel debilitatione Membri, aut Cicatrice, & signo in facie perpetuò remansuro, talis offendens, aut fieri mandans, bonis pro medietate publicatis, & Infamia notatus mittatur quinquennio ad Triremes. Si autem offensio levior sit Iudex delicti, & personarum qualitate pensata, pœnam usque ad summam ducentorum scutorum statuere valeat: Et pro simplici insultu pœnam xxv. scutorum imponat, ultra refectionem damnorum, & interesse, quocumque casu offensis, sivè hæredibus, illicò faciendam, & à Iudice taxandam.

SVMMARIVM.

1 *Crimen vindictæ transversalis non præsumitur, sed est probandum per fiscum.*
Probatur tamen præsumptionibus, & coniecturis, n. 2,
Non dicitur vindicta transversalis si offensio sit facta in rixa, seu ad provocationem offensi, num. 3,
Nec quando offensus fuit coadiutor rixantium, numer. 4,
Bannimenta generalia declarans vindictam transversalem dici quando fuit offensus consanguineus usque ad quartum gradum, n. 5.
6 *Lex una declarat aliam.*
7 *Vindictam facientes pravio rancore, maximè rustici, à pœna ordinaria excusantur.*

ANNOTATIO.

1 CRimen vindictæ transversalis uti unum de gravioribus delictis, quæ committuntur, non præsumitur, sed illud venit probandum per fiscum, *Farinac. cons. 150, numer. 22, lib. 2, Vermigl. cons. 20, numer. 16.* Licèt cum vigore Bullarum faciens vindictam transversalem dicatur incurrere cri-
2 men læsæ Maiestatis, ideò d. ct. crimen probari ex præsumptionibus, & côiecturis dicuntur

runt *Farinac. conf. 55, num. 83, lib. 1, & de crim. lesæ Maiest. quæst.* 118, *numer.* 21, *& sequent.* ubi hoc declarat, & ante eum *Decian. tractat. crim. lib. 7, cap. 35. n. 4,*

3 Statutum supradictum de vindicta transversali non habet locum in offensione facta in consanguineum in rixa, & ad provocationem offensi, & sic ad defensam, etiam si adfuerit excessus, ut declarant *Novell. in tractat. ad defens. numer. 63, Clar. in pract. §. fin. quæst. 60, vers. Nunc quæro*, quos una cum aliis refert, & sequitur *Farinac. cons. 2, numer. 7, lib. 1, & Vermigl. cons. 29, numer. 5, & cons. 68, numer. 14,* adde *Bonfin. ad Bannim. gener. cap. 36, n. 2.*

4 Sicuti etiam vindicta transversalis non dicitur quando offensus qui fuit occisus est coadiutor rixantium, ut probat *Vermigliol. cons. 66, n. 13.*

5 Statutum de quo suprà licèt non explicet infrà quem gradum consanguinitatis, vel affinitatis debeat esse offensus quis, ut dicatur vindicta transversalis, *In bannimentis verò generalib. cap. 29,* id declaratur usque ad quartum gradum inclusivè secundum ius canonicum computandum, & ideò secundum illa statutum supradictum venit intelligendum, ex illa conclusione, quòd una lex

6 declarat aliam, *Burgnt. decis. 6, numer. 4, part , Altograd. cons. 8, numer. 71, lib. 1, Alb. if Mansi. consul. 89, n. 32.*

ADDITIO.

7 HI tamen facientes vindictam, non solum transversalem, sed imò extraneam, maximè si sint rustici, à pœna ordinaria excusantur; cùm ex quo causæ rancoris in quiete animo continere nequeant, sunt excusandi, ut in terminis spolii violenti tradit *Carpzov. in pract. crim. q. 91, num. 43, & sequent.*

DE POENA FRANGENTIS PACEM.

Rubrica XXIX.

QUi Pacem cum Adversario suo factam studiosè fregerit per se, vel per alium, si capi poterit, perpetua notatus Infamiâ ad Triremes per quinquennium mittatur, & Dimidia pars suorum bonorum Fisco applicetur: Si verò capi non potuerit ad dictam pœnam banniatur, eiúsque bona, ut suprà, publicentur: Et si pœna fuerit in instrumento apposita, illa etiam exigatur, & cum Offenso dividatur: Et prædicta locum habeant si de pace constet per publicum instrumentum, & quis eum, cum quo pacem fecerit, sivè eius Coniunctum usque in tertium gradum de iure Canonico computandum, percusserit Alapâ, pugno, baculo, armis, sivè quomodocunque in personam offenderit; Pro verbis verò iniuriosis non intelligatur Pax fracta, sed agi possit civiliter, & criminaliter Æstimatione iniuriarum. Nisi aliter inter partes fuerit conventum.

SUMMARIUM.

1 *Pacis fractæ delictum est mixti fori.*

2 *Pax non dicitur rupta ex offensione sequuta ex nova causa, & n. 17,*

Et qualibet nova causa excusat etiam iniusta, n. 3,

Quæ nova causa in dubio præsumitur, num. 4,

Quod declaratur, num. 5,

6 *Pacis fractæ pœna habet locum etiam si offensio sequuta sit extra territorium.*

7 *Filius non dicitur frangere pacem factam per patrem sine eius consensu.*

8 *Pax probari potest etiam per testes.*

Quod non sufficit, dum agitur de fractura illius, num 9,

Sed est plenè probanda dicta fractura, num. 15,

Licèt contrarium teneat Bonfin. relatus num. 10,

11 *Pax non dicitur rupta ex exoneratione archibusii, si statutum requirat offensionem in personam.*

12 *Pacem non fuisse ruptam in dubio est indicandum.*

13 *Statutum quòd pax non censeatur rupta per verba iniuriosa concordat cũ statuto Vrbis.*

14 *Pacem facere, ac cautionem de non offendendo præstare possunt Iudices ex officio cogere inquisitos, licèt absolutos.*

16 *Pax non dicitur rupta per offensionẽ levem, ac impunibilem.*

18 *Pacem, & treguam frangentes in Cathalonia dicuntur alevosi, & pro prodıtoriis habentur.*

19 *Pax non dicitur rupta per controversias iudiciales.*

ANNOTATIO.

1 PAcis fractæ delictum est mixti fori, &
uterque Iudex potest in eo procedere
servata inter eos præventione, ut tradunt
Decian. tractat. crim. lib. 4, *cap. 26, num.*
14, *Guazzin. defen.* 1, *cap.* 11, *num. 4, Sperell. decis.* 1, *numer.* 16, *par.* 1, & alii per me
relati in *Resol. crim. verbo Pax, resol* 1, *numer.* 1, *&* 2, cum quibus pertransit *Bonsin.
ad Bannim. general. cap. 33, n.* 1.

2 Pax verò non dicitur rupta ex offensione
sequuta, & provenicnte ex nova causa, ut
docent *Thob. Noni. Clar. Mascar. Euge.
Hond. Farin. Cardin. Mantic. Guazzin.
Caball Cancer. Vermigliol* & alii per me
relati in *Resol. crim. in verbo Pax resol.* 2,
3 *numer.* 1, *& sequent.* Et quælibet nova causa
excusat à fractione pacis etiamsi sit levis,
& iniusta, ut tradunt *Farinac. de var. ac
diver. crim. quæst.* 107, *num. 460, Guazzin.
de pace par.* 1, *quæst.* 44, *numer.*1, *& sequent.
Caball. resol. crim. casu* 101, *numer.* 17, *&
sequent. cent. 2,* & alii plures per me relati
in *Resol crim. in d. verbo Pax resol. 3, numer.* 1. *& sequent.* ubi probavi, sufficere
etiam factum provocativum ad iram, videas
ibi num. 4.

4 Quæ nova causa præsumitur in dubio, &
ex illa fuisse sequutam offensionem ad excludendum
delictum fracturæ pacis tradunt
Farinac. de var. ac diver. crim. quæst. 107,
numer. 432, *Guazzin. de pace part.* 1, *quæst.
45, in prin. Caball. resol. crim. casu* 101, *numer. 20, & sequent. cent. 2, P. Grasset. de
nece prodit. §.* 32, *numer.* 41, & alii plures
per me relati in *Resol. crimin. in verbo Pax,*
5 *Resol.* 4, *numer.* 1. Quod procedit quando
constat de aliquo dicto, vel facto subsequuto,
ex quo offendens moveri potuerit
ad offendendum, aliàs secùs, ut in d. *resolut.*
4, *numer.* 8,

6 Pœna autem fractæ pacis habet locum
etiam si offensa sequuta sit extra territorium
Iudicis, ubi facta fuit pax, ut docent *Caball.
resol. crim. casu 35, in princ. cent.* 1, *Farin.
de var. ac diver. crim. quæst.*107, *numer.*259,
*& sequent. & Guazzin. de pace par.*1, *quæst.
50, in princ.* qui alios dant concordantes, &
Bonsin. ad Bannim. gener. cap. 33, *n.* 19.

7 Filius verò non dicitur frangere pacem
factam per patrem sine eius consensu, vel
ratificatione *Farinac. de variar. ac diver.
crimin. quæst.* 107, *numer.* 275, ubi testatur
de magis communi Doctorum opinione,
Guazzin. de pace par. 1 *quæst.* 12, *numer.*36,
& quæst. 81, *numer.* 1, *& sequent.* ubi pariter
testatur de magis communi opinione *Vulpell. de pace quæst. 9, per tot.* & alii per me
relati in *Resolut. crimin. in verbo Pax resol.
7, num.* 1, *& seq.*

8 Pax licet probari possit etiam per testes,
cùm contractus pacis non sit de illis contractibus,
qui requirunt scripturam, ut tradunt
Farinac. cons. 81, *numer.* 1, *& sequent.
lib.* 1, *& cons.*168, *in Addit. litera D. lib.*
...ubi dicit ita fuisse resolutum in Sacr.
Cons. & alii quos retuli *Ego in Resolut. crimin. in verbo Pax, resolut.* 11, *numer.* 1.

9 Quando tamen agitur ad pœnam pro fractura
pacis de pace debet constare ex instrumento,
ut habetur in hoc statuto, ut not.
Vulpell. de pace quæst. 66, numer. 5, ubi dicit
ita servari de consuetudine *Farinac. d.
cons.* 81, *numer.* 1, *lib.* 1, *& cons.* 150, *numer.*
10, *lib.* 2, *Guazzin. de pace par.* 1, *quæst.*32,
numer. 12, *Massin. de confisc. bonor. quæst.*
14, *numer.* 4, & dixi *Ego in d. verbo Pax,*
10 *resol* 11, *numer.*3, *& sequent.* Quicquid contrarium
senserit *Bonsin. ad Bannim. gener.
cap.* 33 *n.* 2.

11 Stante supradicto statuto requirente pro
ruptura pacis offensionem in personam, ideò
illa non dicitur rupta ex exoneratione archibusii
sine offensione, ut tradunt *Vulpell. de
pace quæst.* 101, *numer.* 10, *Farinac. de var.
ac diver. crimin. quæst.* 107, *numer.* 147, *&
numer.* 175, *Caball. resolut. crimin. casu* 152,
per tot. cent. 2, *Guazzin. de pace d. quæst.
50, numer.*16, *& quæst. 55, numer. 5,* & alii
plures per me relati in *d. verbo Pax, resolut.*
14, *numer.* 4, licèt dixerim, secùs esse si tangantur
res corpori inseparabiles, ut capilli,
pili, ungues, & similia, ut habetur *ibidem
numer.* 5.

12 In dubio tamen est iudicandum, pacem
non fuisse ruptam, ut not. *Hond. cons.* 103,
numer. 23, *lib.* 1, *& cons.* 89, *numer.* 63, *&
sequent. lib.* 2, *Farinac. de variar. ac divers.
crimin. d. quæst.* 107, *numer.* 398, *& Guazzin. de pace par.* 1, *quæst.*33, *numer.*14, & alii

per me relati in *d. verbo Pax, resol. 21, numer. 1, & sequent.*

13 Statutum supradictum, quòd per verba iniuriosa non censeatur rupta pax concordat cum statuto Vrbis *lib. 2, cap. 27,* in quo idem disponitur, de quo meminit *Farinac. in d. q. 107, n. 195.*

ADDITIO.

14 IVdices possunt ex officio, & ad instantiam partis compellere inquisitos, licèt absolutos, ad pacem, & treguam firmandam, cautionémque de non offendendo præstandam, *Cancer. var. 2, cap. 11, numer. 50, Valeron. de transactio. in procem. numer. 21, & sequent. De Bictis in prax. regular. quæst. 113, numer. 1, & sequent. Gomez var. tom. 3, cap. 6, numer. 16, & Aylon. ad dict. cap. 6, num. 17, & DD.* quos citat *Sabell. in summ. diversf. tractat. §. Cautio, numer. 16, Conciol. nostr. infra rubr. 36, numer. 5, hoc libr. Scoppa ad Gratian. obser. 133, numer. 3, Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 359, numer. 1.* etiam si sint milites, per certum tamen tempus, *Calic. in virid. Milit. vers. Decimo quæritur, pag. 192.* & ita fuit resolutum in Regio Consilio *die 29, Aprilis 1658,* & apud suprà citatos *Doctores* multa de hac materia tractata reperies.

15 Pax, ac tregua non dicitur rupta, ac in pœna stipulata non dicitur incursum, quando de ipsa fractura non constat plenè, taliter quod non sufficit constare per præsumptiones, ac coniecturas, *Conciol. nostr. consil. 1, post tract. de hæred. simpl. & qualifi. numer. 20, & 54,* ubi præter citatos à seipso *in Resol. crim.* alios citat, & *consil. 2, numer. 10,*

16 *& 28.* neque præfata cautio dicitur rupta per offensionem levem, ac impunibilem, *Conciol. d. consil. 1, num. 21, & 59, & consil. 2, numer. 7, Cancer. var. 2, cap. 11, numer. 60, vers. Illud pro istius, &c. Ferrer. part. 3, obser. cap. 144, Hodiern. ad Surd. decis. 79, numer. 8,* novissimè *Barra. contro.*

17 *50, numer. 5.* neque ex offensione sequuta ex nova causa, ut tradit hic *Conciol. numer. 2, & in d. consil. 1, numer. 4, & 57, & in dict. consil. 2, numer. 16, Cancer. var. 2, cap. 11, numer. 6, & sequent.* ad quem in *d. cap.* recurre pro intelligentia huius materiæ, qui eam latè tractat, & pariter *Franch. Mar. Prat. ad prax. crim. Muscatel. cap. de ictu scoppeti, &c. ad numer. 18, vers. At quæstio, &c. noster Fontanel. de pact. clauf. 4, glos. 15, per tot. Peguer. in prax. crim. cap. 23,* ubi praxis tradit *De Bictis dict. quæst. 113, à numer. 25, Sabell. in summ. diversf. tractat. d. §. Cautio, num. 30,* ubi latè tradit *Doctores* docentes quando cautio de non offendendo non rumpatur.

18 In hac Provincia Cathaloniæ per *usat.* & *Cōstitutiones* collocatas *sub tit. de trevas cōvencionals*, extant multa disposita circa fracturam pacis, & treguæ ibidem pro occurrentia recurre, & ad Doctores eas glosantes, iuxta quas, maximè *Const. 6, d. tit.* pacem, & treguam frangentes habentur pro proditoribus, & alevosis, *Cancer. var. 3, cap. 3, numer. 255, Giurb. cons. 60, num. 15,* & pro praxi vide quos citat noster *Ripol. in prax. Peguer. rub. 27, de appellatio. numer. 105, & seq.*

19 Pro coronide scias, quòd hæc pax, & cautio non dicitur rupta, nec pœna procedit per controversias iudiciales, *Urceol. de transact. quæst. 4, numer. 36,* ubi *in d. quæst.* multa de hac pace invenies, ipsum sanè Doctissimum virum consule, & *Ciarlin.* quem citat *Mart. Medic. decis. Senen. in addit. ad decis. 65, per tot.*

DE PERCUTIENTIBUS AD IGNOMINIAM. Rubrica XXX.

SI quis studiosè, ac animo deliberato ad Ignominiam, & maiorem iniuriam inferendam aliquem ferro, baculo, colapho, aut aliter percusserit, si capi possit publicè tribus funis ictibus plectatur, & in scutis centum Fisco condemnetur, exúlque fiat à toto Agro Eugubii ad triennium. Quæ pœna locum non habeat, si alicui vili personæ iniuria, sivè offensio inferatur, vel si ex improviso in aliqua rixa cum baculo ad manus occurrente, offenderetur; In quibus casibus pœnâ ordinaria à Statutis imposita, puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Offensa facta cum alapa affert ignominiam.*
Et effensa facta cum baculo dicitur gravis iniuria, n. 2,
3 *Percutere quid sit.*
Et quid vulnerare, n. 4,
5 *Percutientes cum alapa, baculo, & simil. attenta atrocitate possunt puniri pœnâ mortis.*
Maximè si Sacerdotem percußerint modo tradito hic, n. 7,
6 *Percußio cum alapa ad evitandam absolutionem Papalem dicitur levis iniuria.*
8 *Percutiens Potestati, seu Iudici sedenti pro tribunali pœnâ mortis punitur.*
Secùs si non sedenti pro tribunali, seu alio inferiori inferatur, n. 9,
Et de ista iniuria potest cognoscere ipsemet Iudex, si intuitu officii est illata, n. 10,

ANNOTATIO.

1 Offensio facta cum alapa, uti habetur
in hoc statuto, quod afferat ignomi-
niam, & dicatur atrox iniuria adnotarunt
*Petri. Bell. de re milit. par. 10, tit. 2, num.
29, & numer. 65, Mascar. de probat. con-
clus. 1131, numer. 4, lib. 3,* & alii quos refert,
& sequitur *Farinac. de variar. ac divers.
crimin. quæst. 105, numer. 207,* ubi testatur
hanc esse veriorem opinionem, licèt aliquos
contrarium tenentes referat, *Crispol. casu
milit. 27, numer. 4, Bonfin. ad Bannim. ge-*
2 *neral. cap. 27, numer. 3.* Prout etiam quod
dicatur gravis iniuria, illa quæ infertur cum
baculo, tradunt *Aret. Nicas. Asin. Petri
Bell. Conrad. & Iaco. de Graff.* quos refert,
& sequitur *Farinac. in d. tit. de variar. ac
diver. crimin. d. quæst. 105, numer. 215, &
sequent.* quibus addo *Ant. de Ball. tract.
crim. lib. 3, cap. ult. numer. 5, & sequent.*
ubi in terminis huius statuti ponit remissivè
quæ personæ dicantur nobiles, & quæ di-
cantur viles, & plebeæ, & *Bonfin. ad Ban-
nim. general. cap. 28, n. 1.*

ADDITIO.

3 Percutere autem est cum violentia car-
nem tangere sine scissura, *Angel. De-
cian. Giurb. & alii citati à nostro Meritis-
simo, ac Nobili Regente Cortiada decis. 101,*
4 *numer. 28.* quia si cùm scissura esset percu-
tio, ac cum sanguinis effusione, vulnerare
esset *Cortiada ibid. num. 27.* vidend. *Mu-
scatel. in prax. crim. cap. de vulnerib. letal.
vel nòn, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat.* ubi
latissimè de vulneribus, & eorum pœnis.

5 Hæc itaque percussiones cum alapa, ba-
culo, pugno, & similibus, iniuriæ tacti di-
cuntur, & attenta qualitate eius cui inferun-
tur, ac inferentis, ac aliis circunstantiis,
atroces dicuntur, & sunt qui tenent quod
attenta ipsius atrocitate potest in puniendo
usque ad mortem naturalem arbitrari, *Ema-
nuel Alvarez Pegas ad lib. 1, ordinatio. Re-
gni Portugal. tom. 1, tit. 1, glos. 53, numer.
7, & 8, Carol. Ant. De Luca ad Francb.
obser. 504, numer. 2,* ubi *Marin. & alios* ci-
tat, *& obser. ad decis. 533, numer. 10, Ba-
ron. de corpore tit. de lingua numer. 84, &
97, & in addit. ad dict. tit. numer. 20, &
sequent. Cortiada decis. 99, numer. 33, cum
sequent.* ubi latè de his percussionibus factis
cum baculo, aut alapa, *Aylon. ad Gomez,
tom. 3, cap. 6, numer. 5, Carpzou. in pract.
crim. quæst. 94, numer. 46, & sequent. &
aliis* quos citat *Matthau. de re crim. contro.
29, numer. 42,* novissimè *Pegas ad ordina-
tio Regni Portugal. tom. 5, tit. 65, §. 25 nu-
mer. 48, & 149, & sequent. Valenzuel. Ve-
lazq. consil. 142, per tot.* maximè *à numer.
44, Franc. Mar. Prat. respon. crim. respon.
17, à numer. 39, De Bellis in prax. quæst.
125, numer. 5, & sequent.* & vide nostros
glosatores antiquos in *usat. Si quis aliquem
percußerit, &c. rubr. de percussione faciei.
Berlich. conclu. legal. par. 5, consil. 59, à nu-*
6 *mer. 86.* licèt istæ ad evitandam necessitatem
absolutionis Papalis (si fuerint Clericis il-
latæ) leves dicantur, *Novar. in summ. bul-
lar. commentar. 100, numer. 13, lib. 1,* hoc
7 unum est, quòd percussio facta Sacerdoti,
ac Clerico cum baculo, seu alapa, dicitur
iniuria atrox, & facta Sacerdoti; seu Cle-
rico in Ecclesia dum Divina celebrantur, ta-
liter quod perturbatio Divinorum Officio-
rum indè sequatur, pœnâ mortis punitur,
Cortiada decis. 100, *à numer.* 10, *ad fin. Ba-
ron. dict. tit. de lingua numer.* 111, *& sequent.
Carpzou. in pract. crim. quæst 44, n. 52.*
8 Percutiens Potestati pro tribunali seden-
ti, alapa, vel atrocem iniuriam ei inferens,
pariter pœnâ mortis punitur, *Ricci. collect.*
1783, *par. 5,* & eo citato *Antonel. de regim.
Eccles. Episcopal. lib. 6, cap.* 13, *numer.* 13,
ad quod videndi *Doctores citati per Cortia-
da decis.* 102, *numer. 36, & sequent.* & per
Carpzou. in pract. crim. quæst. 100, *numer.*
19, *& sequent.* præcipuè *numer. 23, Fragos.
de regim. Respub. Christian. par.* 1, *lib. 4,
disput.* 10, *numer.* 157, *Berlich. conclus. legal.*
9 *conclus. 66, à numer. 2, par. 5.* Non tamen
si Iudici non pro tribunali sedenti, seu alio
inferiori esset illata percussio; quia tunc pœ-
nâ extraordinariâ puniretur percutiens, sta-
cur

cut ita regulariter puniuntur tales iniurias inferentes, *Antonel. dict. numer.* 13, *Cortiada d. decis.* 102, *numer.* 36, *& sequent. & d. decis.* 98, *numer.* 42, *& sequent.* & de ista iniuria illata Iudici, ut Iudici, & non ut privatæ personæ, ipsemet Iudex (licèt in causa propria) cognoscit; taliter quod ex ipsius notorietate, & manifestatione efficitur, quod non teneatur formare processum, aut sententiam ferre, sed iuris ordine prætermisso ad punitionem incontinenti procedere, tanquam in notoriis, *Altimar. de nullitatib. rubr.* 9, *quæst.* 20, *numer.* 74, *& sequent.* ubi innumeros *Doctores Modernos* citat, ad quod consule *Doctores citatos per Manfrell. ad Capic. Latr. obser.* 167, *numer.* 7, *& per Vargas Machuca. consid.* 71, *numer.* 42, 53. *& sequent. Guazzin. ad defens. reor. def.* 5, *cap.* 9, *numer.* 17, *Franc. Mar. Prat. respon. crim.* 17, *num.* 8, *& sequent. Fragos. ubi suprà d. n.* 157, *Berlich. d. conclus.* 66, *à numer.* 38.

DE POENA OFFENDENTIUM CUM armis, vel sine. Rubr. XXXI.

Quicumque alterum quocunque genere Armorum percusserit in facie, ita quòd magna deformitas remanserit, vel etiam si percusserit in capite cum fractura Cranei, puniatur pro quolibet vulnere in libris centum: Si quis autem percusserit in capite aliquem cum sanguinis effusione absque fractura Cranei, vel etiam in gula, vel collo, in quinquaginta libris puniatur, Si verò ex tali percussione sanguis non exierit, in libris viginriquinque puniatur, dum tamen non sit opus incisione pro medendo, quo casu in dictis quinquaginta libris condemnetur. A collo verò infra pro quolibet vulnere in libris xxv. Delinquens plectatur; & si ex tali vulnere Os aliquod fractum fuerit, in libris L. condemnetur. Si verò ex percussione sanguis non exierit in libris xv. mulctetur: Quòd si quis aliquem percusserit colaphis, vel pugnis, & sanguis exierit solvat libras x. Si verò sanguis non exierit in v. libris puniatur. Quicumque verò aliquem urtando impulerit, vel pannos de Dorso notabiliter laniaverit, puniatur in libris x. & si ex tali impulsione in terram ceciderit, & sanguis ex facie, vel aliundè exierit, tunc in xxv. libris condemnetur. Quòd si quis collum effoderit, Manum, Pedem, Nasum, vel aliud Membrum inciserit, vel mutilaverit, vel inutile reddiderit, condemnetur in Libris ducentum, pro qualibet vice, & quolibet Membro, & Mutilato, vel debilitato (si is petierit) ad totale interesse Iudicis præcedente taxatione, in Sententia condemnetur. Pro digito verò separato solvat libras quinquaginta, pro debilitato verò lib. xxv. Si verò plures digitos mutilaverit, pro omnibus in libris centum condemnetur, Pro debilitatione verò in libris quinquaginta, & ad totale interesse, ut suprà in Sententia mulctetur. Si quis autem in Rixa, aliquem per Capillos, aut Barbam apprehensum traxerit, vel depilaverit, sivè in facie eius expuerit, vel aliam turpitudinem proiecerit, in xxv. libris puniatur: Si verò percusserit, aut quid proiecerit in aliis partibus corporis, quàm in facie, in decem libris condemnetur.

SUMMARIUM.

1 *Percussio facta in facie cum cicatrice dicitur atrox delictum, & num.* 4,
Et eo magis si illa facta sit in facie mulieris, num. 2,
Et eam inferens extraordinariè pœnâ arbitraria punitur, n. 5,
3 *Statutum puniens vulnus non habet locum in vulnusculo.*

6 Bar-

6 *Barba, aut capillorum depilatio, seu expuere in faciem iniuria reales sunt.*

Non tamen Clerico illata ad evitandam absolutionem Papalem, atroces indicantur, num. 7.

ANNOTATIO.

1 QVod percussio facta cum armis in facie, ex qua remaneat perpetua cicatrix, cùm ex ea oriatur desiguratio faciei ad similitudinem contestis pulchritudinis delineata, de qua in hoc statuto habetur, dicatur atrox, & grave delictum tradunt *Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3, in tit. de iniur. num. 12, in fin. Eugen. cons. 27, num. 1, vol. 1,* plenè *Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18, num. 97, & Bonfin. ad Bannim. gener. cap. 29, num. 14.* Et multò gravius est delictum 2 si dicta offensa inferatur in faciem mulieris præcipuè non nuptæ, ut advertunt *Ant. Gomez. in dict. tit. de iniur. num. 12, Petr. à Plac. in epit. delict. cap. 6, numer. 32, Farinac. in d. quæst. 18, numer. 99,* benè comprobans, & *Ant. de Ball. tract. criminal. lib. 3, casu 2, num. 3.*

3 Dictum tamen statutum puniens vulnus non habet locum in vulnusculo, ut in levi cutis scissura, ut declarant *Bertaz. consf. criminal. 85, numer. 29, lib. 1, Petr. à Plac. in epit. delict. cap. 13, numer. 2,* latè comprobat *Mascar. de gener. stat. interp. conclus. 5, numer. 47, & sequent.* nec non *Barbos. de appell. verb. signif. appell. 278, in princ.*

ADDITIO.

4 PErcussio facta in facie cum cicatrice est iniuria atrox, ut tradit hìc *noster Conciol. num. 1,* & tradunt *Pacian. Gurb. Crespi. Barbos. & alii,* quos citat *Doctissimus omni ævo laudandus Emanuel Alvarez. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 1, glos. 53, pag. mihi 217, numer. 7, & tom. 5, tit. 65, §. 25, numer. 62, & sequent.* ubi latè *Berlich. conclus. legal. part. 5, conclus. 59, numer. 86, & sequent. Cortiada decis. 99, num. 31, Baron. de corpore tit. de facie numer. 28, & in* 5 *addit. ad dict. tit. numer. 16.* & ita illam inferens extraordinariè punitur, etiam arbitrium ex qualitate facti usque ad mortem extendendo, *Pegas ubi suprà numer. 8, Cortiada d. num. 31,* ubi *num. seqq.* prædicta declarat.

6 Depilatio autem barbæ, ac capillorum, ac expuere in faciem, iniuriæ reales sunt, ut tradit *Carpzou. in pract. crim. quæst. 99, numer. 2, & sequent. Berlich. d. n. 86,* & gravem iniuriam afferunt, graviterque puniuntur *Novar. in summ. bullar. commentar. 100,* 7 *lib. 1, numer. 10.* licèt expuere in faciem Clerici inter leves iniurias connumeretur, & ita non indigere Papali absolutione tradit *Franch. Marc. citatus à d. Novar. dict. commentar. 100, n. 14.*

DE POENA INSULTANTIUM VEL ADMINANTIUM CUM ARMIS.

Rubrica XXXII.

SI quis Armatus solus, vel associatus aliquem in Domo sua cum Armis evaginatis aggressus fuerit, Aggressor, & Associantes, publicè torqueantur, & condemnentur singuli in pœnam scutorum quinquaginta, nec à Carcere relaxentur, donec idoneè caverint de non offendendo, vel aliàs Pax inter eos sequatur. Quòd si post talem insultum Iniuria, vel Offensio sequatur, ex qua maior, vel æqualis pœna veniret imponenda, tunc pœna insultus confundatur in illa maiori, vel coæquali pœnâ. Si verò pœna insultus maior sit, minorem pœnam, quæ pro Iniuria, vel Offensione deberetur, absorbeat. Si autem quis aliquem extra Domum insultaverit cum armis evaginatis in manu, eum fugando, puniatur in libris vigintiquinque ultra pœnam delationis Armorum, nisi illa casu in Rixa acceperit, sed animo deliberato detulerit: Et si quis contra aliquem cum Armis evaginatis admenaverit, eum non insequendo, nec per-

percutiendo, condemnetur in libris quinque. Si quis verò posuerit manus ad Arma tantùm, & non evaginaverit, in quinquaginta solidis puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Insultans cum armis qua pœnâ puniatur.*

Et quid si cum armis proditoriis, n. 2,

ADDITIO.

1 INsultans cum armis, qua pœnâ puniatur tradunt *Doctores citati à nostro Meritissimo, ac Nobili Regente Cortiada decis. 99, numer. 38, Muscatel. in prax. crim. cap.*
2 *de vulnerib. letal. &c. à numer. 40.* Et quid si cum armis prohibitis, proditoriis, ac reprobatis, pariter tradit *dict. Reg. Cortiada numer. 39, d. decis. 99*, cum ipsis materiam examina.

DE POENA INCLINANTIUM ARCHIbusium. Rubr. XXXIII.

QUicumque inclinaverit Archibusium contra aliquem, dummodò non ad suam necessariam defensam, publicè plectatur tribus funis ictibus, & in pœnam scutorum centum Fisco condemnetur, Et si pecuniariam solvere non potuerit, Exul fiat à toto Agro Eugubino ad Triennium.

SUMMARIUM.

1 *Statutum puniens aggredientem in domo habet locum etiam in aggrediente in ostio domus.*

Contrarium tenent aliqui, n. 2,

Affertur concordia, n. 3,

Non tamen habet locum dicta pœna in aggrediente in domo in qua non habitat numer. 4,

Habet tamen locum in projiciente saxa, vel exonerante archibusium ex via contra existentem in domo, n. 5,

6 *Insultus est amotio corporis de loco ad locum cum impetu.*

Pœna autem insultus confunditur cum pœna percussionis subsequuta, n. 7,

ANNOTATIO.

1 SUpradictum statutum puniens aggredientem aliquem in domo habet locum etiam in aggrediente in ostio domus, ut not. *Clar. in pract. § fin. quæst. 82, stat. 10, in princ. Ricc. decis. Curiæ Archiep. 179, par. 3*, plenè *Sperell. d. decis. 60, numer. 36, & decis. 62, num. 3, par. 1.* Et de aggrediente in porta Ecclesiæ, *Genuen. in pract. Eccles.*
2 *quæst. 479, numer. 3, in fin.* Et licèt contrarium teneant *Mastrill decis. 22, numer. 6, & sequent.* latè comprobans *Barbos. de diction. dictiom. 152, numer. 25*, quam opinionem hodiè veriorem, & magis communem dicit *Sperell. d. decis. 60, num. 38. & d. de-*
3 *cis. 62, numer. 25.* Dictæ tamen opiniones concordari possunt, ut prima opinio procedat in aggrediente in ostio domus intra clausuram, secunda verò in aggrediente extra clausuram, ut not. *Farinac. in fragmat. crimin. litt. D, numer. 236, Sperell. d. decis. 62, numer. 25, & decis. sequent. numer. 5*, & vide adducta per me in *Resolut. crimin. in verbo statutum, resol. 6, numer. 1, & sequent.* ubi habetur, an dicta pœna intret contra aggredientem in Statione, Apotheca, vel Taberna, vide *Ant. de Ball. tract. crimin.*
4 *lib. 3, casu 4.* Non tamen dicta pœna habet locum in aggrediente aliquem in domo in qua non habitat, licèt illa sit propria offensi, ut not. *Farinac. in fragmat. criminal. d. lit. D, numer. 234*, ubi dat concordantes, *& Cabal resol. crimin. casu 13, numer. 5, & casu 106, numer. 4. cent. 2.*
5 Addo prædictis quòd pœna dicti statuti haber locum etiam quando quis ex via projicit lapides, seu archibusium exonerat contra existentem in domo, *Baiar. ad Clar. in d. quæst. 82, numer. 112, Farinac. in fragmat. crimin. d. litt. D. numer. 239, & dixi Ego in d. verbo statutum, resol. 6, in fin Bonfin. ad Bannim. gener. cap. 30, n. 3.*
6 Insultus autē est motio corporis de loco ad

ad locum eum impetu, quasi in alium saltus, *Boss. in pract. in tit. de Inquis. num.119, & sequent. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. I, conclus. 263, num. 1, & sequent. & Bonsin. ad Bannim gener. cap. 30, numer. 1, & seq.* ubi dicit insultum dici etiam si arma non evaginentur.

7 Pœna verò insultus confundi cum pœna percussionis subsequuta, cùm maius delictum absorbeat minus, uti habetur in hoc statuto tradit *Card. Tusch. pract. conclus. d. conclus. 263, numer. 15,* & vide *Bonsin. dict. cap. 30, numer. 4. ubi numer. 3,* dicit pœnam insultus esse graviorem si fiat ad domum insultati, ut ibi per eum.

QVOD LICEAT AGGRESSOREM, ET PERcussorem repercutere, & offendere.

Rubrica XXXIV.

Quia vim vi repellere licet, Statuimus, quòd si quis percusserit aliquem manibus vacuis, liceat ipsi percusso statim absque incursu alicuius pœnæ percutientem eodem modo repercutere. Et si quis cum ligno, vel ferro aliquem percusserit, liceat percusso incontinenti absque pœna eumdem cum armis repercutere, & prosequi: Et si se defendendo Percussorem occiderit, vel modum quomodocunque excesserit, puniatur citra mortem pro excessu iuxta formam Statuti sub Rubrica De Homicidio. Aggresso etiam in vitæ periculo constituto, quilibet impunè cum Armis, vel sine auxilium, & favorem præstare possit, dictùmque Aggressorem sine pœna (dummodò modus in aliena defensione non excedatur) repellere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Vim vi repellere omnia iura permittunt, & numer. 12,*

Ita ut occidens ad suam defensionem, nulla pœnâ puniatur, num. 2, & 3,

Si tamen in defensione non excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, n. 3,

Quid si excedit extraordinariè punitur, num. 14,

4 *Defendere se incontinenti quando quis dicatur.*

Indubio tamen defensio præsumitur facta incontinenti, n. 5,

Occidens verò fugientem non dicitur facere ad defensam, sed ad vindictam, n. 6,

Non tamen punitur pœnâ ordinaria, sed extraordinaria tantùm, n. 7,

8 *Offensio est licita etiam pro defensione extranei.*

Et eò magis pro defensione consanguinei, num. 9.

Si tamen illi sint constituti in periculo vitæ, aliàs secus, n. 10.

Occidere autem ad defensionem an præsumatur, vel illud sit probandum, n. 11,

15 *Aggressor, provocans, & simil. qui dicantur.*

ANNOTATIO.

1 Vim vi repellere, uti permittitur in hoc statuto, omnia iura, & omnes leges permittunt, *l. ut vim, 3, ff. de iusti. & iur. l. 1, §. vim vi, ff. de vi. & vi. armat.* & tradunt *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1, cap. 16, numer. 7, P. Grasset. de nece prodit. §. 28, numer. 22, & sequent.* & quod liceat in continenti repercutere not. *Bonsin. ad bannim. gener. cap. . .* & dixi *Ego in Resol. crimin. in*
2 *verbo Defensio, resol. 3, numer. 2.* Itaut si quis occidat hominem ad sui defensionem nullâ pœnâ puniendus sit, *d. l. ut vim, 3, & ibi not. communiter Doct. ff. de inst. & iur.* & tradunt etiam *Farinac. de homicid. quæst. 125, numer. 2, & sequent. Cabal. de omn. gener. homicid. numer. 67, & sequent. & num. 92, & sequent. Calvin. de æquit. lib. 2, cap. 192, numer. 3, & 6, P. Grasset. de nece prodit. §. 28, numer. 24,* & alii per me relati in *Resol crimin. in verbo Defensio, resol. 3, n. 1,* &

& sequent. Si tamen in defensione non fue-
3 rit servatum moderamen inculpatæ tutelæ occidens non punitur pœnâ mortis, sed solùm pœnâ extraordinaria Iudicis arbitrio, uti habetur in hoc statuto, ut declarant *Clar. in pract. §. homicidium, sub n. 47,* ubi dicit hanc esse receptissimam sententiam, *Farin. de homic. d. q.125, n.396,* benè comprobans *Caball. de omn. gener. homic. n.98, & seq. Calvin. de aequit. d.c.192, n.19,* & alii per me relati in dict. verbo *Defensio, resol. 3, n. 10, & seq.* ubi declaravi quando dicatur servatum fuisse moderamen inculpatæ tutelæ, vel fuisse per se defendentem excessum, quæ videas in d. loco.

4 In continenti autem dicitur quis se defendere, ad declarationem dicti statuti, quando in fragranti rixa, & in ipso actu offensionis ipsum percussorem percutit antèquam deveniat ad extraneos actus, ut declarant *Clar. in d. §. homicidium numer. 6, & ibi Baiar. numer. 113, Farinac. de homic. dict. quaest. 125, numer. 339, Guazzin. defen. 29, cap. 5. sub numer. 2,* & alii per me relati in
5 *d. resol. 3, numer. 7.* In dubio autem defensio præsumitur facta in continenti, non autem ex intervallo, ut latè comprobat *Bolognet. in d. l. ut vim. 3, numer. 41, ff. de iust. & iur. Bossi. in pract. in tit. de homic. num. 82, & Farin. de homic. d. quaest. 125, numer. 345,* licèt contrarium teneat *Mascar. de prob. conclus. 1127, n. 44, lib. 3.*

Dum verò statutum permittit offenso prosequi offendentem putà fugientem, cùm tunc non
6 dicatur offendere ad defensam, sed potius ad vindictam, ut not. *Caball. de omn. gener. homic. numer. 232, Farinac. in d. quaest. 125, numer. 80, & numer. 385, & Ciriac. contro. 126, numer. 12,* nec non *Calvin. de aequit.*
7 *lib. 2, cap. 192, numer. 61, & sequent.* Si vulneret, vel occidat aggressorem propter iustam causam præambulæ offensionis non est puniendus pœnâ ordinaria, sed extraordinariâ tantùm, & mitiori, ut tradunt *Farinac. de homic. d. quaest. 125, numer. 393, Caball. de omn. gener. homic. num. 231, Ciriac. d. contro. 126, in fin. Calvin. de aequit. dict. cap. 192, numer. 61, & sequent.* & alii plures per me relati in *Resol. crim. in verbo Defensio, resol. 13, n. 5.*

8 Quod verò defensio sit permissa cuilibet etiam pro defensione extranei, ut habetur in hoc statuto tradunt *Farin. de homic. d. quaest. 125, numer. 267, & sequent. Guazzin. defen. 29, cap. 4, numer. 19, Crispol. casu milit. 20, vers. Istud autem, &c. P. Diana in sum. in verbo Occidere invasorem, num. 17,* & alii per me relati in *d. verbo Defensio, re-*
9 *sol. 7, numer. 1.* Et eo magis pro defensione consanguinei, socii, domini, & simil. ut docent *Doct. communiter in d. l. ut vim. 3, ff. de iust. & iur. & Ant. Gomez Clar. Farin. Guazzin. Pascal. Crispol. & alii plures per me relati in dict. resol. 7, numer. 4, & 5.*

10 Si tamen illi sint in discrimine vitæ constituti, aliàs secùs, ut docent *Ant. Gomez var. resol. tom. 3, cap. 3, num. 21, Adden. ad Farin. cons. 2, littera D, vol 1, & Guazzin. defen 29, cap. 4, numer. 19, vers. Quod intellige, &c.*

11 Utrum verò quod quis occiderit ad defensionem præsumatur, vel id sit probandum, & quomodo videas adducta per me in *Resol. crim. in verbo Defensio, resol. 9, & 10, per tot.* cùm noluerim ibi scripta hic inutiliter referre.

ADDITIO.

12 Cum vim vi repellere liceat, ut tradit *hic noster Conciol. n. 1,* & conducunt *Doctores citati per Modern. Maiorana in oppo. prax. crim. lib.2, cap.4, n. 12. Carpzou. in pract. crim. q.28, n.2, Matthæu. de re crim. contro. 22, n.24. & seqq. Capon. d. discept. 185,*
13 *numer. 3.* ideò occidens ad sui defensionem nullâ pœnâ punitur, ut pariter tradit *hic noster Conciol. numer. 2,* & tradunt *quamplurimi Moderni citati à Doctissimo Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 11, num 14 Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 75, n.9, Capon. ubi supr. Hermosill. glos. 2, prol. par. 5, n. 114, Contr. discep. foren. 74, per tot. tom. 1, Berlich. conclu. legal. p.4, concl. 12, n.1,* benè
14 tamen extraordinariè punitur, si moderamen defensionis excesserit. *Berlich. d. p.4, conclu. 18, n.1, & seq. Baron. de corporc tit. de corpore, numer. 100, cum mult. seqq. & in addit. ad dict. tit. numer. 44, & sequent. Altimar. ad dict. consil. 11, Rovit. lib. 3, numer. 14, & seq. Maiorana d. cap.4, n.13, cum seq Matthæu. d. contro. 22, d. numer. 24, & sequent. Corriada decis. 99, num.29, Manfrell. d. obser. 75, num. 9, & seq. Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib.2, cap.8, numer. 2, Capon. d. discep. 185, numer. 3, & sequent. Bonden. collect. legal. 46, nu. 83, & sequent.* maximè *numer. 102, Carpzou. in dict. pract. crim. q.29, nu.1, & per tot. Severin. in addit. ad decis. 410, Sanfelicii lib.3, per tot. Berlich conclu. 12, & sequent. per tot.* ubi latissimè apud
15 quos reperies quis dicatur aggressor, provocans, & quando moderamen inculpatæ tutelæ excedatur, & ita ad ipsos recurre, & eos consule, cùm non possim iuxta themam sumptam omnia per extensè pertractare.

DE

DE ARMATORUM COLLECTIS.

Rubrica XXXV.

QUi tumultuosas Armatorum Collectas ad iniuriam inferendam, vel vindictam sumendam, vel etiam ad quoscunque illicitos actus facere ausus sit pœnam scutorum centum incurrat, & in exilium ad triennium mittatur: Sequaces verò singuli pœnâ scutorum quinquaginta plectantur. Quòd si aliqua delicta commiserit, vel aliquam illicitam violentiam intulerit, ultra prædictam pœnam Armatæ extra ordinem Iudicis Arbitrio, attenta delicti qualitate puniatur.

Declarantes quòd talis Collecta facta intelligatur, si quinque Homines, & ultra Armati incedant.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens armatorum collectas ad malum finem non habet locum si illa sint facta ad bonum finem.*

Licèt contrarium dicendum sit stante Bulla Sixti V. num. 2,

In dubio tamen præsumuntur facta ad malum finem, n. 3,

4 *Conventicula non dicitur si illa sit facta sine Duce, & casualiter.*

Ut intret pœna statuti requiritur concursus personarum, n. 5,

Non tamen intelliguntur armati deferentes Zappas, fustes, pungettos, secures, & similia instrumenta rusticalia, n. 6,

7 *Armati dicuntur omnes qui deferunt aliquid quod nocere potest in favorabilibus.*

Secùs in odiosis, n. 8,

9 *Armatorum collecta in Cathalonia sunt prohibita.*

ANNOTATIO.

1 DIspositio dicti statuti imponentis pœnam contra procurantem armatorum collectas ad malum finem non habet locum in iis, quæ facta sunt ad bonum finem, quia illæ non sunt punibiles, nec de iure communi, neque vigore statuti, ut tradunt *Decian. tractat. criminal. lib. 7, cap. 7, sub numer. 8, Vulpell. cons. 96, numer. 2, Menoch. cons.* 18, *numer.* 12, *& numer.* 18, *lib.* 1, & alii plures quos refert, & sequitur *Farinac. de crim. læsæ maiest. quæst.* 113, *numer.* 159, *& Bonfin. ad bannim. gener. cap.* 37, *num.* 2,
2 licèt contrarium dicendum sit stante *Bulla Sixti Quinti, Octava*, quæ prohibet dictum armatorum collectas etiam ex qualibet urgentissima causa, & sic etiam ad bonum finem, ut considerat *Farinac. ubi su-*
3 *prà numer.* 160. In dubio tamen dict. coadiunationes præsumuntur factæ in malum finem secundum *Boss. in pract. in tit. de crim. læsæ maiest. numer.* 28, *Rolan. cons.* 17, *numer.* 29, *&* 31, *in fin. lib.* 1, *Decian. tract. crimin. lib.* 7, *cap.* 7, *numer.* 8, *in princ. & cap.* 19, *numer.* 54, *Franc. Becc. cons.* 71, *n.* 2, & alii quos refert, & sequitur *Farinac. de crimin. læsæ maiest. quæst.* 113, *numer.* 166, *& sequent.* ubi testatur de communi opinione, licèt aliquos contrarium tenentes referat.
4 Conventicula autem, & coadunatio hominum armatorum non dicitur, nec illius intrat pœna quando plures sine Duce, & authore putà unus post alium concurrunt armati in aliquo loco, ut tradunt *Corn. cons.* 216, *numer.* 6, *& sequent. lib.* 3, *Boss. in pract. in tit. de crimin. læsæ maiest. numer.* 26, *& Farinac. de crimin. læsæ maiest. quæst.* 113, *numer.* 137, *& cons.* 147, *numer.* 41, *lib.* 2, *& Bonfin. d. cap.* 37, *n.* 3.
5 Ut autem pœna dicti statuti intret contra facientes collectas armatorum requiritur, quòd concurrat numerus personarum à statuto requisitus nempè quinque homines, & ultra, ut advertit *Farinac. de crim. læsæ maiest. d. quæst.* 113, *numer.* 135, & numerum personarum in dicto casu esse Iudici arbitrarium voluit *Bonfin. ubi suprà, cap.* 38, *in fin.*
6 Non autem intelliguntur armati ad supra-

prædictum effectum qui gerunt zappas, fustes, lapides, pungettos, secures, & alia rusticalia instrumenta, quia licet illa veniant appellatione armorum *l. armorum appellatione*, 41, *ff. de verbor. signif.* hoc autem intelligitur largè, & impropriè, non autem strictè, & propriè prout intelligi debet dictum statutum, ut declarant *Corn. consil.* 190, *numer* 2, *&* 4, *lib.* 4, *& Farinac. in d. tit. de crimin. læsæ maiest. d. quæst.* 113, *n.*142.,

ADDITIO.

7 Armati dicuntur, non tantùm qui tela habuerint, seu detulerint, sed & hi qui habent aliquid quod nocere potest per *text. in l. armatos, ff. ad l. Iuliam, de vi pub.* tradit *Carpzou. in pract. crim. quæst.* 22,
8 *numer.* 16, *in fin.* nòn tamen in odiosis; quia tunc offendibilia tantùm comprehenduntur, & don veniunt thorax, scorteus, cultellus ad incidendum panem, arma ruralia, nec vagina, *Barbos. Menoch. Baiard. Tusch. Escaglion. citati à Modern. Sabell. in summ. diversf. tractat.* §. *arma*, *numer.* 1, videndi *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 5, *disput.* 13, *numer.* 346, §. 12, *Rovit. ad prag. de armis numer.* 5, *& sequent. in rubr. Pignatel. consult. canon. tom.* 3, *consult.* 58, *n.* 12, ubi latè.

9 Hæc sanè armatorum collectæ pariter in hac nostra Provincia Cathaloniæ sunt prohibitæ per *pragmat. in ordine* 4, continuata *in* 2, *volum. Constitut. sub titulo de sometent y sacramental*, & de pœnis eorum tractant *Barbos. de offic. & potest. Episcop. allega.* 50, *numer.* 164, *&* 188, *Thesaur. de pœnis Eccles. par.* 2, *verbo Arma, cap.* 10. quem vide.

DE CAUTIONE DE NON OFFENDENDO.

Rubrica XXXVI.

Quoties quis minatus fuerit alterum offendere, vel fecerit aliquem actum, per quem possit verisimiliter præsumi ipsum habere intentionem offendendi in Persona, quòd Iudicis arbitrio iudicandum esse volumus, Vel etiam, si aliqua offensio præcesserit, & de futura Rixa dubitetur, Iudex cùm primum ei de prædictis constiterit, etiam per legitima indicia ad instantiam Partis petentis, vel etiam ex Officio cogat offensum, sivè Minantem, vel talem Actum facientem, ad præstandum idoneam Cautionem, cum Fideiussore de non offendendo per se, vel per alium ex Consanguineis, vel Affinibus usque ad tertium gradum de Iure Canonico computandum ad pœnam, vel summam ipsius Iudicis arbitrio statuendam, inspecta qualitate offensionis, & personarum, cuius pœnæ medietas Auctoritate præsentis Statuti intelligatur stipulata Parti offensæ, vel eius Hæredibus, si habere voluerint, alioquin Fisco integra remaneat, Quòd si Offensus, sivè Minans Securitatem præstare recusaverit, carceretur donec idoneè fideiusserit, alioquin post quindecim dies banniatur à toto Districtu Civitatis Eugubii, nec remittatur donec idoneam securitatem præstiterit: Et parti si petierit, concedatur licentia per D. Locumtenentem per triduum deferendi Arma non prohibita deferri per Civitatem, pro defensione suæ personæ: Et nihilominùs interim Consanguinei proximiores de Agnatione si adsint, alioquin Proximiores de Cognatione, cogantur ad præstandam talem Securitatem pro Consanguineis, & Affinibus usque ad tertium gradum exclusa persona Exbanniti: Quas quidem Fideiussiones, statim præsentato præcepto personaliter, vel Domi per publicum Plazzarium, haberi volumus pro datis, & præstitis, ac si verè, & cum affectu à Partibus per publicum Instrumentum datæ, ac stipulatæ essent. Vtquè omnis dilatio tollatur, mandamus, quod licet is, à quo timetur offensio, primùm ad Securitatem præstandam cogendus sit, id tamen Iu-

dicis arbitrio omninò remitti, dummodo ambas partes cum effectu ad fideiubendum compellat. Et ne securitatum Fractores pœnam conventam eludere possint, sub prætextu novæ causæ, Statuimus huiusmodi Allegationem, exceptionem, seu defensionem nullatenus suffragari, aut admitti debere, nisi Reo in Carceribus constituto, ex legitimis probationibus appareat Novam causam esse veram, & casualem, non affectatam, aut malitiosè procuratam, quo casu de novo delicto tantùm puniri debeat. Quòd si aliquis paupertate oppressus Fideiussorem non invenerit, & pacem offerat, Volumus eum dimitti sub præcepto pœnæ corporis afflictivè, Iudicis arbitrio imponendæ, vel si de levi offensa agatur, Iuratoria cautione cum pœna pecuniaria provideri.

Addentes etiam ad tollendum multas difficultates, & dispendia (ut experientia docet) quòd prædictæ Cautiones per discessum D. Prætoris non expirent, sed censeantur omninò continuare usque ad obitum Partis, vel pacem subsecutam. Possit tamen Cautio evitari, si Partes ad invicem pacem fecerint, & si data fuerit, & de Pace deindè facta constet publico Instrumento, talis fideiussio sit, & intelligatur ipso iure cassa, & irrita à die Pacis factæ; Nec Partes possint, vel debeant amplius quoquomodo etiam subsecuta multa, molestari.

SVMMARIVM.

1 *Minæ non sufficiunt ut quis teneatur cavere de non offendendo, nisi minans sit solitus minas exequi.*

Licet id remittatur arbitrio Iudicis, num 2,

Iudex autem non ex abrupto debet cogere partes ad cavendum de non offendendo, num. 3,

Et citatus ad cavendum interim debet audiri, n. 4,

Iudex autem potest cogere ad cavendum de non offendendo per multam, capturam, & ut num. 5,

Cogi quis non debet ad cavendum de non offendendo pro inimicis, n. 6,

Nequè pro consanguineis discolis, & rixosis, num. 7,

8 *Statutum quod præsentato præcepto de non offendendo cautiones habeantur pro præstitis est validum.*

9 *Bulla prohibentes allegari novam causam quando habeant locum.*

10 *Cautio de non offendendo an subsequente pace dicatur cassa sunt opiniones.*

11 *Auctoris remissio.*

12 *Cautio de non offendendo non rumpitur per vulnus mortuo illatum.*

ANNOTATIO.

1 QVod de iure communi minæ non sufficiant ad hoc, ut quis compellatur præstare cautionem de non offendendo, nisi minans sit solitus minas exequi voluerunt *Herculan. de caut. de non offendendo, cap. 1, numer. 11. verſ. Minæ, Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 47, numer. 14, Menoch. de arbitrar. caſu 140, n. 4,* latè *Guazzin. de caut. de non offend. §. 3, quæſt. 7, par. 2, num. 7,*

2 licet cùm id non reperiatur expressè in iure cautum remittatur prudentis Iudicis arbitrio, uti dicitur in hoc statuto scripserunt *Menoch. in dict. caſu 140, numer 4, & 9, Vulpell. de promiſſ. de non offend. quæſt. 74, numer. 4, Farinac. de variar. ac diverſ. crimin. quæſt. 107, numer. 17, & Guazzin. d. quæſt. 7, num. 8,* qui dant concordantes,

3 Et Iudicem non ex abrupto, sed præcedente aliquali, & probabili iusto timore, vel suspicione cum aliquali causæ cognitione partes ad cavendum de non offendendo cogere debere tradunt *Plac. Ripa. Menoch. Simon. de Prat. Hier. de Monte, & Herculan.* quos refert, & sequitur *Guazzin. d. quæſt. 7, numer. 5, & ſequent.* ubi tamen dicit, quòd Iudex debet esse facilis ad opportuna remedia adhibenda, ut ibi per eum, cum quibus pertransit *Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1, ſect. 2, cap. 4, numer. 5, & ſequent.* Et

4 quod citatus ad præstandam cautionem de non offendendo debeat audiri si aliquid relevans deducat, ut evitetur d. cautio probat *Guazzin. d. quæſt. 7, numer. 21,* ubi alios adducit ita sentientes.

5 Iudex verò potest cogere partes ad præstandam cautionem de non offendendo per mulctam, captionem pignorum, per capturam, per bannum, seu exilium, per carcerationem

rationem, ut habetur etiam in hoc statuto, aliisque pœnis Iudicis arbitrio, ut docent *Clar. in pract. §. fin. quæst. 47, num.3, Andreas Gail. de pace publ. lib.1, cap.3, num.7, & Guazzin. de caut. de non offen. part. 2, cap. 3, quæst. 6, n. 15.*

6 Dictum autem statutum compellens agnatos, & in defectum cognatos ad præstandam cautionem de non offendendo pro agnatis, & consanguineis non habet locum pro agnatis, & consanguineis inimicis, ut tradunt *Guazzin. de caut. de non offend. §. 3, quæst. 10, numer. 17, & quæst 57, numer. 6, Farinac. de variar. ac diver. crimin. quæst. 107, numer. 31, Pir. Maur. de fideiuss. par.1, sect. 2, cap. 4, numer. 29, Pascal. de patr. potest. par. 4, cap. 7, numer. 19,* & dixi *Ego latius in Resol. crimin. in verbo Cautio de non offendendo, resol. 4, numer. 4.* Nequè

7 quis tenetur dictam cautionem præstare pro consanguineis dyscolis, rixosis, & pauperibus, qui non possunt relevare consanguineos, ut tradunt *Herculan. de caut. de non offend. cap. 49, numer. 11, Pir. Maur. de fideiuss. d. cap. 4, numer. 31, & Farinac. de variar. ac divers. crimin. d. quæst. 107, numer. 32.* ubi dicit, quòd dicta limitatio vix in practica reciperetur, nisi consanguineus esset bannitus, cum quo sentit etiam *Guazzin. d. quæst.10, numer. 26.* licèt d. restrictio parum placeat *Vermigl. in cons. 320, num.1, in fin.*

8 Statutum supradictum dum mãdat quod statim præsentato præcepto de fideiubendo de non offendendo cautiones habeantur pro datis eo magis habet locum si in præcepto adsit clausula. *Et quod interim, &c.* quod esse validum, itaut in casu contraventionis pœna incurratur probant *Herculan. Batar. Valpell. Farinac. Caball. Ursell. Guazzin. & Vermigliol.* in locis per me relatis in *Resolut. crimin. in verbo Cautio de non offendendo, resol. 7, numer. 1,* cum quibus pertransit *Felic. allegat. 47, ferè per tot.* licèt aliqui contrarium teneant, ut in *d. resol. 7, numer. 2.*

9 In quibus autem casibus habeant locum Bullæ, & statuta prohibentia allegari novam causam latè declarant *Farinac. de variar. ac divers. crimin. d. quæst. 107, numer. 499, & sequent. & Guazzin. de caut. de non offend. q. 46, per tot.* ipsos consulas.

10 Dum verò dictum statutum mandat, quòd subsequente pace inter partes cautio de non offendendo habeatur pro cassa tollit diversas Doctorum opiniones, quorum aliqui plures tenent pro negativa, & alii pro affirmativa, quos retuli *Ego in Resol. crim. in verbo Pax, resol. 8, num.1, & sequent. & Bonfin. ad bannim. gener. cap.33, n.17.*

ADDITIO.

11 De hac cautione aliqua dixi *in rubr. 29, huius libr. 4.* & ita ad *Doctores* ibi citatos recurre, qui de ea latè tractant, ne eadem repetendo immortale opus hoc facerem, quod sanè detestor.

12 Nota unum tamen, quòd vulnerans mortuum non incidit in pœnam stipulatam de non offendendo personam, per rationes traditas à *Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 418, n. 3.*

DE PROHIBITA DELATIONE ARMORUM.

Rubrica XXXVII.

Quicumque Arma offensiva absque licentia deferre inventus fuerit, Arma amittat, & in libris quinquaginta puniatur: Si quis verò Archibusium infra mensuram deferre comperiatur, ad Triremes quinquennio transmittatur: Sed si quis cum pugione repertus fuerit, pœnam scutorum quinquaginta incurrat, & in exilium ad triennium mittatur. Qui verò cum Armis venenatis repertus fuerit, statim acriter torqueatur, ut delationis causam exprimat, & ultra pœnam delationis Armorum, Iudicis arbitrio puniatur.

Excipimus autem à simplici delatione Armorum eos omnes, qui eundo extra Civitatem, & redeundo arma portarent, nisi per notabile temporis spatium per Civitatem discurrerent, vel morarentur, & illos etiam qui cultellos in-

cilivos nòn tamen acutos, ad mensuram deferrent, sicut etiam Fabros Lignarios, Murarios, & similes, si ii genus aliquod armorum pro eorum exercitio deferant: Et contra prædictos deferentes Arma procedi non possit, nisi per inventionem executorum, vel si delictum aliquod cum eis commiserint. Et quicumque non pateretur se scrutari, & perquiri de armis, præsumatur aliquod genus Armorum deferre, & perindè possit puniri, ac si cum eis esset inventus, dummodo minori delationis pœnâ puniatur.

Addentes etiam quòd si quis occurrat cum armis alicui Rixæ, nec in eius divisione modum excesserit, propterea capi, nec de Armis inquiri possit, sed captus absque ulla solutione relaxari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens inventum cum armis, ut habeat locum requiritur apprehensio, & non potest procedi per inquisitionem.*
Contrariū tenent plures Doctores, n.2,
Prout ita practicatur in Cathalonia, num. 7,
Maximè quando statutum simpliciter prohibet delationem armorum, n. 3,
4 *Armorum delatio momentanea non est punibilis, & n. 9.*
Nequè earum retentio iure pignoris, num. 10,
Benè tamen inspecto iure Cathaloniæ, num. 11,
5 *Arma autem acquiruntur Birruariis, præterquam Archibusetta breviora.*
6 *Armorum delatio in Cathalonia qua pœnâ puniatur.*
8 *Corpus delicti in delatione armorum quomodo probetur.*
12 *Vulnerans cum armis prohibitis an duabus pœnis puniatur.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum puniens inventum cum armis, vel cum eis delictum committentem, ut illius pœna locum habeat requiritur apprehensio, vel commissio delicti, ita ut contra portantem arma Iudex procedere non possit per Inquisitionem, ut tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 82, in princ. Decian. tract. criminal. lib. 8, cap. 4, numer. 5, Farinac. de variar. ac diversi. crimin. quæst. 108, numer. 132, & sequent. Felic. allegat. 50, numer. 2, Massin. de confisc. bonor. quæst.8, num.13, Vrsell. in exam. apum conclus. 143, n. 65,* & alii per me relati in *Resolut. crimin. in verbo Arma, resol. 11, numer. 4,* qui testantur de veriori, magis communi, & practicata opinione.

2 Licèt contrarium etiam in casu d. statuti Iudicem posse procedere per inquisitionem cùm secundum sermonis proprietatem ille dicatur inventus, qui fuit visus, & sic testibus convictus est tenuerunt *Bald. Ang. Imol. Aret. Roman. Marsil. Ripa, Cumia, & Socci. Iun.* quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitrar. casu 394, numer. 49, & in addit. ibi. num.6, & sequent.* latissimè comprobans, & dicens hanc opinionem esse in practica sequendam, & contrariam practicam esse merum abusum, & alii per me relati in dicta *Resol. 11, numer. 5, unà cum additione ibi posita*, & ita reperitur dispositum in bannimentis generalibus Status Vrbini in fine, & observat *Bonfin. ad bannim. gener. cap. 20, n. 5.*

3 Quicquid dicendum sit quando statutum simpliciter prohibet delationem armorum, ut fit in bannimentis generalibus quo casu certum est posse contra illa portantem procedi per Inquisitionem, ut tradunt *Afflict. Plax. Decian. Menoch. Farinac. Vrsell. S. Felic. Peguer.* & alii per me relati *in d. verbo Arma, resolut. 11, numer. 1, & ibi Additio.*

4 Quod verò armorum delatio momentanea nō sit punibilis maximè si illa fuerint capta ad sedandam rixam uti habetur in hoc statuto tradunt etiam *Farinac. de variar. ac diver. crimin. quæst. 108, numer. 43, Guazzin. defens. 29, cap. 2, numer. 17. Andreol. controver. 426, n.21,* & alii per me relati in *d. verbo Arma, resol.16, numer. 1, & seq. adde Bonfin.ad bannim.gener.cap.20,subnum.3.*

5 Captus autem cum armis sine licentia illa amittit, quæ birruariis acquiruntur, ut audaciores fiant ad capturas faciendas, *Farinac. de variar. ac divers. crimin. quæst.108, numer. 11, Guazzin. def. 29, cap. 2, num.21, Bonfin. ad bannim. gener. cap. 20, num 4,* & dixi Ego *Resolut. crimin. in verbo Arma, resol. 23, numer. 2,* præterquam in archibusettis

fertis brevioris mensuræ, quia illa debent devastari, ut probavi *Ego in d. resol. 23, n. 3.*

ADDITIO.

6 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ, cùm per modernas Regias præconitrationes per *cap. 25*, sit prohibitum armas brevioris mensuræ, vulgò *pistoles*, portare, gestare, deferre, retinere, vel domi habere, sub pœna pro personis militaribus deportationis in arcem per suam Maiestatem nominandam in perpetuum; pro plebeis autem remigandi in Regiis triremibus sic perpetuum, vel alia maiori, seu minori arbitrio suæ Excellentiæ, & Regii Concilii evitatur quæstio tractata à *nostro Conciolo hic num. 1, & sequent.* & à *DD.* quos citat *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 78, num. 2, &*
7 *sequent.* & ita in hac Provincia præfatis pœnis puniuntur delatores armorum prohibitorum, licèt cum eis non deprehendantur; si tamen sint convicti illa portasse, gestasse, retinuisse, vel domi habuisse, *Cortiada dec. 71, numer. 26*, ubi exemplaria refert, & per totam decisionem materiam hanc delationis armorum cum solita, ac suprema doctrina tractat; ad ipsam recurre, & ipsum consule, & *DD. citatos* per *Modern. Sabell. in summ. diversf. tractat. §. Arma, numer. 8, & alios citatos per Ricciul. de reprob lib. 12, cap. 2, numer. 22, Fragosf. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 5, dispnt. 13, §. 12, nu. 347, & sequent.* ubi latè, vidend. novissimè *Pegas ad ordin. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 65, glos. 56, ad §. 53, & tom. 6, tit. 75, §. 23*, ubi de hac delatione armorum agit *Muscasel. in prax. crim. cap. de prohibita armorum asportatione*, & ibi *Franch. Mar. Prat.* ubi latè *De Bictis in prax. regular. quæst. 114, per tot.*
8 Corpus autem delicti in hoc delationis armorum quomodo probetur, pariter tradit *dict. Meritissimus, ac Nobilis Regens noster Cortiada d. decis. 71. n. 25.*
9 Delatio autem momentanea non est punibilis, ut tradit *hic. Conciol. numer. 4*, & conducit *Novar. in summ. bullar. lib. 1,*
10 *commentar. 15, numer. 4.* neque ea retinens iure pignoris, *Novar dict. commentar. 15, numer. 3*, & in aliis casibus quos recenset
11 *Fragosf. ubi suprà à num. 350*, tamen non evitaret condemnationem in hac nostra Provincia deferens ea, etiam per momentum, nec quomodocunque ea retinens, propter tradita à *d. Regen. Cortiada d. decis. 71, per tot.*
12 Vulneratus autem cum armis prohibitis, an duabus pœnis plectendus sit, delicti scilicet, & delationis annorum, tradunt *Carol. Ant. De Luca Rovit. & alii*, quos citat *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. d. obser. 78, numer. 6, & sequent. Rovit. ad pragm. 4, de Armis numer. 4, & sequent.* ubi per tot. plura asportatione armorum, & conducunt tradita per *Doctores citatos per Sabell. in summ. diverf. tractat verb. Delictum, numer. 10, De Bictis dict. quæst. 114, numer. 26.*

DE ARMIS INVENTIS IN TERRA.

Rubrica XXXVIII.

SI Executores Curiæ invenerint aliqua Arma in terra, vel in aliquo loco, præsumantur esse propinquioris ad dicta Arma, & ipsum portasse, dummodò non distet ab Armis ultra quatuor passus: Et si essent plures propinquiores, & non constet cuius sint Arma, præsumantur esse omnium, ita quod ex tali præsumptione quilibet possit condemnari pro rata pœnæ pecuniariæ, ac si quis inventus esset portare dicta Arma, Nisi ii manifestaverint delatorem Armorum.

SVMMARIVM.

1 *Arma reperta penes plures præsumuntur esse illorum, ita ut omnes possunt condemnari pœnâ pecuniaria pro rata.*

Contrarium quod omnes sint absolvendi tenent alii, num. 2,

Non tamen ad pœnam corporalem possunt

possunt condemnari, num. 4.
3 *Armorum inventorum in terra materiam tractat* Fragos.
5 *Arma reperta propè unum præsumuntur ab eo delata, nisi d. latorem indicet.*

ANNOTATIO.

1 CUm dispositione huius Statuti, quod si arma reperta sint in terra penès duos, vel plures arma præsumantur esse illorum, itaut omnes possint condemnari pœnâ pecuniaria pro rata concordant *Menoch. de arbitrar. casu 394, numer. 43, & in addit. ibi. numer.* 21, *& Caball. resolut. criminal. casu 230, numer. 54, cent. 3,* & videtur sentire *Farinac. de variat. ac divers. crimin. quæst.* 108, *numer.* 161, *vers. Et quatenus, &c.* licèt
2 contrarium teneat *Calvin. de æquit. lib. 2, cap.* 129, *numer.* 12, *& sequent.* dicens id esse contra æquitatem, & Senatum Mediolani servare, quòd omnes absolvantur, ut ibi per eum, cum quo sensi *Ego in Resol. crimin. in d. verbo Arma, Resol. 22, num. 5, vers. Licèt d. concordiam,* & ita tenet *Bonfin. ad bannim. gener. cap. 25, numer.* 1, post hæc scripta visus, de qua materia videas adducta per me *in d. Resol. 22, per tot.*

ADDITIO.

3 AD materiam huius rubricæ consule *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.1, lib.5, disp.13, §. 12, num. 345, & Giurb.*
4 *obser. 45, per tot.* itaque nunc dico, quòd isti sic condemnati pœnâ pecuniaria, uno solvente cæteri liberantur; nòn tamen pœnâ corporali possunt condemnari, *Sanselic. decis. 256, numer. 2, & ferè per tot. Caball. Menoch. Decian. Bajard. & alii,* quos citat *Modern. Sabell. in summ. divers. tractat. §. Arma, num. 2.*
5 Si tamen arma fuerint reperta propè unū, & ipse nequit indicare delatorem, cùm resultet indicium indubitatum, potest extra ordinem puniri, nisi aliter qualitas talis personæ suadeat, *Sanselic. d. decis. 56, numer. 3, & sequent.* videndus *Giurb. obser. 45, n. 27.*

DE POENA TURBANTIS ALIQUEM in possessione. Rubr. XXXIX.

QUicumque violenter cum Armis ausus fuerit aliquem expellere de possessione cuiuscumque Rei immobilis, pœnam Scutorum quinquaginta incurrat: Si verò sine Armis occupare, vel per minas, aut prohibitiones, aut aliàs indirectè fecerit, quod aliquis Civis, vel Districtualis ex suis bonis immobilibus fructus percipere non possit, aut sua bona colere, sivè locare, aut ipse Turbans ausus fuerit alterius terras colere, pœnâ decem scutorum puniatur. Prædictæ autem pœnæ toties committantur, quoties contravenrum fuisse per legitimas probationes apparuerit: Et quilibet *expulsus*, aut inquietatus possit de prædictis Criminaliter querelare, & prosequi; Et Iudex ad eius querelam dumtaxat procedere valeat, & in singulis casibus teneatur dictum possessorem manutenere in sua possessione, & si quid fuerit ablatum, summariè restitui, seu in pristinum reduci faciat diebus feriatis non obstantibus.

Addentes quòd quotiescumque legitimè appareat ex inspectione terminorum, seu aliorum confinium de erronea possessione, eo casu nullo pacto attendi debeat possessio Arborum, seu alterius rei controversæ, sed iuxta terminos, & confinia reponantur. Volumus etiam quòd pro incisione trium Arborum non possit quis per viam Turbationis molestari, sed Damni dati; Si verò plures inciderit, tunc etiam viâ turbativæ uti possit, ut suprà: Item volumus, quòd si quis ausus fuerit reiterare turbativam, ultra prædictas pœnas, cogi possit præstare idoneam fideiussionem, de ulterius non molestando, pro summa Iudicis arbitrio statuenda, Parti, & Fisco applicanda, & quocumque casu turbans, si succubuerit, condemnetur in expensis, & ad reficiendum integrum interesse Parti.

Si

Si verò Turbans comparuerit, & fateatur se nòn animo turbandi, & rem, de qua fuerit querelatus, spectare ad Querelantem, & in ea nullum Ius habere, non possit condemnari de Turbata possessione, sed ad interesse partis solummodo teneatur.

Declarantes etiam, quòd Operarii conducti molestari non possint, Nisi scienter, & vel de nocte, seu aliàs fraudolenter id commiserint.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens turbantem in possessionem habet locum etiam in turbante in quasi possessione.*

2 *Accusans de turbata possessione tenetur probare possessionem, & turbationem.*

Et quod possederit tempore litis contestata, num. 3,

Et an teneatur probare dolum, vel latam culpam, num. 5,

4 *Modi quibus turbatur possessio recensentur remissivè.*

6 *Operarii laborando in fundo alieno de mandato alterius excusantur.*

Fallit si laborarent de nocte, vel haberent scientiam de possessione alterius, vel essent in dolo, num. 7,

8 *Possessionis turbatio an sit delictum.*

Non tamen est delictum quando spolium fit spoliando possessorem qui antè spoliavit, n. 9,

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum puniens turbantem aliqui in possessione habere locum etiam in turbante in quasi possessione voluit *Menoc. de retin. possess. remed. 3, numer. 113, & Salust. in prac. A. C. lib. 2, cap. 7, numer. 2.*

2 Accusans aliquem de turbata possessione tenetur probare duo, possessionem scilicet ex parte sui, & turbationem ex parte rei, *Bart. in l. 1, §. ait prator, ff. uti possid. Mascard. de probat. conclus. 1197, numer. 1, & sequent. vol. 3, Pastell. expedit. 20, in princ. & Felic. alleg. 102, numer. 2, par. 2.*

3 Et nòn solum tenetur probare possessionem, sed etiam quod ipse possederit tempore litis contestatæ, *Bart. in d. l. 1, §. ait prator, ff. uti possid. Parif. conf. 13, numer. 81, vol. 1, Soccin. Iun. conf. 146, numer. 6, vol. 1.* & alii plures quos refert, & sequitur *Masc. in d. conclus. 1197, numer. 10, & sequent.* ubi declarat, prædicta habere locum si reus probet se medio tempore possedisse, aliàs secus, cum quo pertransit etiam *Menoch. de retin. possess. d. remed. 3, numer. 557,* qui alios dant concordantes quamplures.

4 Modos verò quamplures, quibus quis dicitur turbari in possessione recenset latè, *Menoch. in d. remed. 3, numer. 468, & plurib. sequent. & Pastell. d. expedit. 20, num. 11, & sequent. & ibi Adden. num. 10, & seq. & Felic. alleg. 102, n. 7, par. 2.*

5 Dum verò statutum supradictum punit turbationem personæ factam in re, Actor agens criminaliter tenetur probare dolum, si verò puniat turbationem factam in possessione, & non personæ, & tunc sufficit probare tantùm latam culpam, ut distinxit *Bart. in l. 1, §. non autem, num. 3, ff. si quis test. libe. esse, &c.* & declarant *Menoch. de retin. possess. d. remed. 3, numer. 613, & Mascard. de probat. d. conclus. 1197, numer. 33, & seq.* ubi dicit, ab hac *Bart.* distinctione non esse recedendum, & plures dat concordantes.

6 Quod autem operarii laborando in fundo alieno de mandato alterius excusentur ratione ignorantiæ, cùm ipsi non teneantur inquirere, quis possideat tradunt *Menoch. de retin. possess. d. rem. 3, numer. 314, Farinac. de pœn. temper. quæst. 97, numer. 131, Sperell. decis. 24, numer. 7, par. 1, Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 20, quæst. 3, numer. 28,* & dixi *Ego in Resolut. criminal, in verbo*

7 *Operarii, resol. 1, num. 1, & seq.* Quod tamen non habere locum si operarii laborarent de nocte, vel aliàs fuerint in dolo, ut habetur etiam in hoc statuto, & si ipsi habebant scientiam de possessione alterius latè probavi *Ego in d. verbo Operarii, Resolut. 1, per tot.* videas ibi nec non *Antonel. d. q. 3, num. 29, & sequent.* benè declarans, & *Bonfin. ad bannim. gener. cap. 70, n. 8.*

ADDITIO.

8 Ut dixi *rubr. 15, huius libri 4.* hos turbatores possessionis non esse puniendos criminaliter, nec ita contra eos posse procedi, sed civiliter tantùm, nisi turbatio cum armis fit commissa, & ita ne eadem repetam ad dictam rubricam te remitto.

9 Pœ-

9 Pœnâ huius statuti non punitur turbans, ac spolians possessorem, qui ante eum spoliavit; ex quo iste in terminis defensionis se continet, & pro defensione rerum, ac bonorum iniuriam propellere licet, *Carpzov. in pract. crim. quaest. 91, n. 36, & seq.*

DE OFFENSA, ET VI MERETRICIBUS illata. Rubrica XL.

QVi Rixam verbalem habuerit cum aliqua Meretrice, nulla pœnâ puniatur: Si verò illam quomodocumque percusserit pro modo offensæ pœnâ ordinaria à Statuto imposita plectatur.

Quod si quis Meretricem per Vim rapuerit, invitámque retinuerit, ad Triremes per quinquennium mittatur, vel etiam iuxta facti, & personarum qualitatem Iudicis arbitrio torqueatur, fustibus cædatur, vel aliàs in exilium mittatur. Meretrix autem intelligatur, si communiter præsertim in Vicinia; in qua inhabitat, pro meretrice fuerit reputata. Reliqua de meretricibus, vide infra Lib. V. Rub. XL.

SVMMARIVM.

1 *Rapiens mulierem meretricem non tenetur pœna raptus, & n. 5,*

Secus si rapuerit meretricem quæ desiit meretricari, n. 7,

Non tamen debet evadere impunitus, num. 2,

Imò pœnâ extraordinaria est puniendus, num. 6,

Maximè si mulier rapta desierit meretricari, num. 3,

Et quid si meretrix rapta sit maritata, num. 4,

ANNOTATIO.

1 RApiens meretricem licèt pœna raptus non teneatur, cùm ista punientia raptum loqueretur de mulieribus honestis, ut docent *Masc. de prob. concl. 1253, n. 0, lib 3, Farinac. de delict. carn. quaest. 145, numer. 153,* qui da concordantes, & *Felic. alleg. 165,*
2 *numer. 6.* Non tamen rapiens meretricem debet evadere impunitus, uti habetur in hoc statuto, cùm mulier etiam meretrix non cogatur ad exhibendum corpus suum invita viro, ut declarant *Baiàr. ad Clar. in §. raptus, numer. 24, Decian. tract. crim. lib. 8, cap. 7, numer. 9, & sequent. Caball. resol. crimin. casu 125, numer. 6, & casu 179, per tot. cent. 2,* & latè comprobat *Farinac. de delict. carn. quaest. 145, numer. 188,* ubi testatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & plures dat concordan-
3 tes, Maximè si mulier rapta desierit meretricari, ut probat idem *Farinac. in d. quaest. 145, numer. 179,* ubi quamplures adducit ita sentientes.

4 Quid verò dicendum sit, si mulier meretrix sit maritata, an tunc intret pœna raptus, vide *Farinac. de delict. carn. d. quaest. 145, numer. 172, & sequent.* ubi refert contrarias Doctorum opiniones, & postea illas concordare conatur ipsum consulas, nè illius dicta hic de carta in papirum, ut dici solet transferre videar.

ADDITIO.

5 RApiens meretricem, ut tradit *hic noster Conciol.* non tenetur pœna raptus, nec propriè raptum committit, *Carpzov. in pract. crim. quaest. 40, n. 27, Ricciul. de reprobis lib. 2, cap. 4, num. 15, & quaest. 31, n. 4.*
6 tamen punitur pœnâ extraordinaria *Ricciul.*
7 *d. quaest. 31, numer. 16,* & ubi meretrix desiit meretricari, raptor punitur nòn secùs ac si probam rapuisset mulierem, *Ricciul. d. cap. 4, numer. 15,* conducunt tradita per *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disp. 4, numer. 170,* & de hac vi meretricibus illata vide *Berlich. conclu. legal. par. 5, concl. 41, à n. 54,* ubi latissimè.

DE PRIVATO CARCERE.

Rubrica XLI.

QVicumque ausu temerario ceperit, aut capi fecerit aliquem, & eum propriâ libertate privaverit, in sua Domo, vel alio loco carcerando, per triennium ad Triremes damnetur, Nisi illum spatio trium horarum in Civitate, & unius diei extra Civitatem Curiæ denunciaverit, vel præsentaverit: Si verò minori tempore detinuerit illum Curiæ non denunciando, vel præsentando, pœnam quinquaginta scutorum incurrat: Quòd si interim aliter etiam talem detentum offenderit, sivè iniuriaverit, ultra pœnam carcerationis condemnetur in duplum eius, quo committens contra personam liberam per præsentia Statuta punitetur. Et quodcumque datum, vel promissum ab ipso detento, sive alio eius nomine illicitè datum, promissum, & metu carceris extortum esse censeatur: Excipimus autem quando aliquis caperet, vel detineret Debitorem fugientem suspectum, vel si pro Ræpresaliis, y similibus à Iure permissis, vel etiam si homicidam, latronem, vel bannitum, & alios, qui ex forma Iuris, & Statutorum permittuntur capi, & detineri, dummodo is prædicto tempore huiusmodi captos, & detentos Curiæ notificaverit, vel præsentaverit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna privati carceris non habet locum in detinente aliquem ex causa correctionis.*
Et ita in patre carcerante filium ad dictum effectum, n. 13,
Nequè in viro carcerante uxorem, numer. 14,
Nequè in retinente meretricem libidinis causa, n. 2,
Nequè in creditore retinente debitorem cum licentia Iudicis ab eo rogatus, numer. 3,
Nequè quando secuta captura detinens id statim Iudici denunciavit, n. 4, & 12,
Habet tamen locum dicta pœna in detinente debitorem ligatum, vel aliàs ut non possit abire, num. 5.
6 *Carcerati iniustè obligatio ad favorem carcerantis est nulla.*
Etiam stante iuramento, n. 7,
Ac etiamsi contrahat extra carceres in custodia satellitum, n. 8,
9 *Carcerem privatem exercens committit crimen læsæ Maiestatis.*
Et ita punitur pœnâ ultimi supplicii, num. 10,
Licet in praxi aliter observetur, n. 11,
15 *Pœna privati carceris procedit aliquoties etiam contra officiales, carceratos capuntes, seu detinentes.*
16 *Captura an possit committi à Iudice parti.*

ANNOTATIO.

1 POEna, de qua in dicto statuto contra detinentem aliquem carceratum in domo non habet locum in detinente aliquem in carceribus correctionis causa, putà in patre detinente filium, in viro detinente uxorem, & simil. cùm id non dicatur fieri ad effectum usurpandæ iurisdictionis, ut tradunt *Decian. tract. crim. lib. 7, cap. 10, numer. 4, & sequent. Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 27, num. 25, & sequent. Guazzin. defens. 5, cap. 7, numer. 5, & 12* & alii per me relati in *Resol. crim. in verbo Carcer, resol. 4, numer. 5, Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 17, num. 1, & sequent.* Prout
2 nequè pœna dicti statuti habet locum in retinente meretricem domi clausam libidinis causa, ut tradunt pariter *Decian. Farinac. Baiar. Guazzin. Caball. & Andreol. per me relati in d. resol. 4, numer. 6, & 7,* ubi dixi prædicta habere locum in retinente clausam meretricem, secùs si retineat aliquam

quam mulierem honestam etiam ex causa li-
3 bidinis, Neque habet locum in creditore capiente suum debitorem cum licentia Iudicis rogato à debitore, ne illum ducat ad carceres, ne ibi ab aliis creditoribus recommendaretur, ut voluerunt *Decian. tractat. crim. lib. 7, cap. 10, numer. 8, & 12, Farinac. de carcer. & carcer. d. quaest. 27, num. 30, & Guazzin. d. defen. 5, c. 7, num. 5, & n. 16,*
4 Prout neque pariter habet locum d. pœna quando detinens carceratum sequuta captura illam statim Iudici denunciavit etiam si illum diu retineat, *Clar. in pract. §. fin. q. 68, vers. Privatum carcerem, &c. Maceraten. var. resol. Resol. 43, numer. 7, lib. 3, Guazzin. d. defen. 5, cap. 7, numer. 5, Antonell. de loco legal. dict. cap.* 17, ubi de materia.
5 Pœna verò privati carceris habet locum etiam si quis aliquem retineat extra carcerem putà in Camera inclusam, cum compedibus, vinculis cum custodia hominum, itaut exire non valeat, ut not. *Decian. tract. crim. lib. 7, cap. 10, numer. 18, & sequens. Farinac. de carcer. & carcer. d. quaest. 27, numer. 11, Guazzin. d. defen. 5, cap. 7, num. 1, & numer. 10,* qui alios dant concordantes, & alii per me relati in *d. verbo Carcer, resol. 4, num. 13.*
6 Quod verò obligatio facta per dictum carceratum indebitè ad favorem carcerantis sit nulla uti habetur etiam in hoc statuto est de iure certum, ut docent *Thema. decis. March. 3, in fine, Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 37, numer. 1, & sequent. & Rota decis. 26, numer. 5, par. 6, recen. & apud Merlin. de pignor. decis. 43, numer. 16, & decis. 73, numer. 3, & apud. Card. Ottob. decis. 205, numer. 3, & 4,* ubi concordantes,
7 Etiam stante iuramento, *Themat. d. decis. 3, in fin. Rot. dec. 205, n. 3, post consf. Farin. lib. 2, & in Regien. seu Salernit. bonor. 13. Iunii 1642, corā b.m. Peuting. §. Nec relevat, &c.*
8 Ac etiam licet contrahat extra carcerem cum custodia satellitum cùm adhuc dicatur carceratus, ut not. *Antonell. d. cap. 37, nu. 4, & sequent.* ubi de materia, *& Rot. apud Card. Ottob. d. decis. 205, n. 8.*

ADDITIO.

9 PRopria, ac privata authoritate quemquam capiens, ac detinens dicitur privatam carcerem exercere, & crimen læsæ Maiestatis committi, tanquam usurpans ea, quæ sunt meri imperii, *Carpzou. in pract. crim. quaest. 41, numer. 124, & quaest. 111, nu-*
10 *mer. 79,* & sic pœna ultimi supplicii est puniendus, *Carpzou. dict. quaest. 41, numer. 128, & dict. quaest. 111, numer. 79, Guazzin. & alii,* quos citat *Modern. Sabell. in summ. diverf. tractat. §. Carcer. numer. 3,* videndi *Doctores,* quos citat *Benekendor. ad Seraphin. de privil. iurament. addit. ad privil.*
11 *144. numer. 1, & sequent.* in practica tamen est certum hos privati carceris reos, nòn ultimo supplicio, sed alia mitiori pœnâ arbitrio Iudicis puniri, *Carpzou. d. quaest. 41, numer. 129, & d. quaest. 111, n. 80, & seq.*
12 In pluribus sanè casibus huius delicti privati carceris cessat perpetratio, & in eis est licitum privatæ personæ delinquentem, seu alium capere; officialibus tamen captum tradendo, aut denunciando, quos recensent *Gomez. var. tom. 3, cap. 9, numer. 3, & ibi Aylon. Carpzou. in locis suprà citatis, & alii citati à nostro Concios. hic à numer. 1, & à Modern. Sabell. ubi suprà & à Doctissimo Altimar. in tract. de nullitatib. rubr. 12, quaest. 10, numer. 32, Guazzin. ad defens.*
13 *reor. defen. 5, cap. 7, per tot.* Signanter licet patri, filium in privato carcere, correctionis causâ, detinere, *Boss. de patr. potest. cap. 3, numer. 110, Carpzou. in pract. crim. quaest.*
14 *111, numer. 82.* sicuti marito uxorem, *Carpzou. ubi suprà numer. 83, Guazzin. d. cap. 5, numer. 5,* quos consule.
15 Hoc pariter delictum patratur, nòn solum à privatis personis, verùm etiam ab ipsismet officialibus capientibus in certis casibus, ut *dixi lib. 1, rubr. 15, numer. 8, & seq.* & conducunt *Doctores citati à dict. Carpzou. in d. cap. 41, numer. 124, in fin.* quos vide.
16 Benè tamen est verum, quòd captura potest per Iudicem committi parti offensæ, dummodò resistenti non offendat, sed melius est ut à dicta commissione se abstineat Iudex, imò in mandato de capiendo aliis iniuncto, continuare faciat *dummodo non accedant partes offensæ, Altimar. d. rubr. 12, q. 8, n. 23, & seq.*

DE

DE FAMOSIS LIBELLIS, ET DE projicientibus stercora, cornua, & alia similia ad ostia aliena.

Rubrica XLII.

SI quis ad ignominiam honestarum Personarum famosas Literas, Carmina, scripturas, seu picturas, & similia affixerit, aut confecerit, vel etiam stercora, cornua, & iis similia ad limina, & Ostia domorum proiecerit, aut parietes fœdaverit, Iudex personarum delinquentium, & in quas deliquerint, qualitate diligenter inspecta, usque ad mortem inclusivè punire possit. Si quis verò ad Ostium Meretricis, aut alterius vilis personæ id fecerit, in primis acriter in publico torqueatur, & pecuniaria, vel etiam exilio, Iudicis arbitrio condemnetur.

SUMMARIUM.

1 *Libellum famosum faciens vigore bullarum punitur pœna mortis, & confiscationis bonorum. & n. 6,*

Quod procedit etiam in illum scribente, dictante, divulgante inveniente, & non lacerante, & simil. n. 2, & 8,

Ac etiam in stercorante, & ponente cornua ad ostium domus alicuius, n. 3,

Et in appendente pudenda ad domum alienam, n. 9,

Punitur tamen pœnâ extraordinariâ, nisi aliter atrocitas suadeat, n. 7,

Et etiam si famosum libellum non publicavit, num. 4,

Et idem est si libellus fuerit factus sine d lo, putà per lasciviam, n. 5,

10 *Actio pro famoso libello, an anno prescribatur.*

ANNOTATIO.

1 IN Statu Ecclesiastico contra facientem libellum famosus vigore *Bullæ Pii V.* 147, *tom.* 2, est imposita non solum pœna ultimi supplicii ut habetur in hoc statuto iuxta qualitatem factorum, & personarum arbitrio Pontificis, sed etiam confiscatio bonorum, ut tradunt *Farin. de variar. ac diver. crimin. quæst.* 105, *numer.* 427, *Guazzin. de confisc. bonor. concl.* 13, *ampl.* 91. *numer.* 1, *Massin. de confisc. bonor. quæst.* 7, *in prin.* & dixi *ego in Resol. crim. in verbo Libellus*
2 *famosus resol. unic. numer.* 3. Quæ quidem pœna habet locum præsertim vigore dictæ *Bullæ* non solum in competente libellum famosum, sed etiam in illud scribente, dictante, exemplante, & manifestante scripturas contin. ntes iniuriam, seu infamiam alterius, ut declarant *Guazzin. Farinac. Baiar. ad Clar. Caball. & Massin. in locis per me relatis in d. resolut. unic. numer.* 4, *& B nfin. ad bannim gener. cap.* 31, *num.* 1.
3 Nec non dict. pœna habet locum in stercorante, seu apponente cornua ad ostium alicuius perinde ac si confecisset libellum famosum, ut voluerunt *Decian. tract. crim. lib.* 3, *cap.* 25, *numer.* 53, *Farin. in d. quæst.* 469, *& sequent. Anton. de Ball tract. crim. lib.* 5, *pragmat. uni. tit.* 40, *de famos. libel. numer.* 3, *& Bonfin ubi suprà cap* 32. Si ta-
4 men componens libellum famosum illum non publicavit contra illum non intrat, nisi pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, ut probant *Farinac. de var. ac diver. crim. dict. quæst.* 105, *num.* 485, *& sequent. & Vermigl. consf.* 186, *numer.* 5, *& sequent. & consf.* 193, *numer.* 5, *& consf.* 284, *numer.* 8, & dixi *ego in d. Resol. crim. num.* 15. ubi habetur quod non dicitur manifestatus si uni tantùm sit
5 ostensus, Et eidem est si libellus famosus fuerit compositus, lectus, seu publicatus sine dolo, sed per iocum, per lasciviam, & simil. quia non venit puniendus, ut not. *Farin. d q.* 105, *n.* 481, *& seq.* ubi quærit an dolus in d. casu præsumatur, vel veniat probandus, & *consf* 30 in quo recensentur coniecturæ dolum includentes, & excludentes, & *Vermigl. consf.* 171, *n.* 1. *& consf.* 193, *n.* 3.

AD

ADDITIO.

6 LIbellum famosum conficiens pęnâ mor-
tis punitur, iuxta qualitatem delin-
quentium, & eorum in quos delinquitur,
ut tradit *hic Conciol. numer.* 1. & conducunt
Aylon. ad Gomez. tom. 3, *cap.* 6, *numer.* 2,
*Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib.*6,
cap. 14, *numer,* 2, *Baron. de corpore, tit. de
Lingua num.*91,*& sequent. Novar. in summ.
bullar. lib.* 1, *commentar.* 83, *num.* 2, *Mat-
theu. de re crim. contro.* 74. *numer.*13, *&* 14.
Carpzov. in pract. crim. quæst. 98, *numer.*5,
*& sequent. Modern. Carol. Ant. De Luca.
ad Franch. obser* 533, *numer.* 1, *&* 10, novis-
simè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal.
tom.* 5, *tit.* 65, §. 25, *numer.* 85. ubi plures
citat. *Scialoya citatus à Altimar. de nulli-
tatib. rubr.* 13, *quæst.*27, *numer.* 56, *De Bi-
ctis in prax. quæst.* 126, *per tot.* maximè *n.*3,
*& sequent. Berlich. conclu. legal. par.*5, *con-*
7 *clu.* 67, *& num.* 1 tamen nisi aliter ex at.o-
citate resultet, pœnâ extraordinaria puniun-
tur facientes famosos libellos, *Cortiada de-
cis.* 99, *num.* 44, ubi exemplaria refert *An-
tonel. d. cap.* 14, *numer.* 7, *Aylon. d.cap.*6,
numer. 2, *Luca d. obser.* 533, *numer.* 2, *Mu-
scatel. in prax crim. cap. de iniuriis, & fa-
mosis libellis*, & ibi: *Franch. Mar. Prat.
per tot. Rovit. ad pragm.* 2, *de iniuriis, per
tot. De Bictis. d. quæst.* 126, *numer.* 5, *Ber-
lich. dict. conclu.* 67, *à numer.* 9, *Faria. ad
Covarru. lib.* 1, *cap.* 11, *n.* 52, *& seq.*
8 Hæcque procedunt, ut tradit *noster Con-
ciol. hic num.* 2. in scribentibus famosos li-
bellos, divulgantibus, invenientibus, &
non lacerantibus, servantibus, & aliis legen-
tibus, & pingentibus, & Typis mandanti-
bus, & in aliis quos recenset *Mattheu. d.
controver.* 74, *numer.* 16, *& sequent. Carp-
zov. dict. quæst.* 98, *numer.* 18, *& sequent.
Luca dict. obser.* 533, *numer.* 8, *De Bictis
numer.* 7, *& sequent. Berlich. d. conclu.* 67,
à numer. 22. *Escobar. à Corro de puritat. &
nobilitat. p.* 2, *art.* 5, *num.* 18, *& seq.*
9 Non solùm, ut est dictum, puniuntur
stercorantes, & ponentes cornua ad ostium
al cuius, ut tradit *hic noster Conciol. num.*3,
sed etiam appendentes pudenda, cornua &
similia ad domum alienam, *Rovit. ad prag.*
2, *de iniuriis numer.* 8, *Farinac. Barbos. Ba-
ron. Decian. BerteaZol. Gutier. Caball. &
alii*, quos citat *Doctissimus Pegas ad ordin.
Regn. Portugal. tom.* 5, *ad lib.*1, *tit.* 65, *glos.*
27, *num.* 83. qui de hac iniuria latè tractant
Caball. & alii, quos citat *d. Novar. dict.
commentar.* 83, *numer.* 6, ubi tradit quid de
facientibus matinatas.
10 Actio autem hæc pro famoso libello com-
petens, an præscribatur anno, sicuti præ-
scribitur actio iniuriarum, ardua est quæ-
stio, ipsam sanè tractat *Modern. De Luca
d. obser.* 533, *numer.* 4, *& sequent.* quem
consule, qui multa de loc delicto in *d. obser.*
tradit suo doctissimo more tractata, sicuti
pariter *Thesaur. de pœn. Eccles. verb. Libel-
li famosi, cap.* 1, *per tot.* quem pro foro in-
terno consule.

DE VERBIS INIVRIOSIS.

Rubrica XLIII.

SI quis alicui dixerit verba iniuriosa, videlicèt Falsus, Leno, Latro, Proditor, Beccus, Usurarius, vel his similia, vel etiam iniuriosè improperaverit alicui dicendo, Patrem, Matrem, Fratrem, Sororem, Filium, Neptem, Patruum, & Avunculum ipsius fuisse interfectum, vel contumeliosè defunctum, aut alicui honestæ Mulieri dixerit Meretrix, seu Ruffiana, vel his similia, pœnam x. librarum incurrat, vel etiam graviorem Iudicis arbitrio personarum, & verborum qualitate diligenter inspecta: Si quis autem dixerit alicui verba Iniuriosa leviora, ut putà, Asinus, Guercius, Claudus, Mendax, & his similia, puniatur in libris quinque, & gravius etiam usque ad libras decem, inspecta qualitate verborum, & personarum. Mitigetur tamen quocumque casu pœna eorum, qui provocati, verba iniuriosa responderint, vel si modum non excesserint impuniti dimittantur: Declarantes etiam, quòd si quis unico contextu plura verba iniuriosa protulerit contra aliquē, unica pœnâ, & pro unico verbo puniatur. Ex-

Excipimus autem à dictis pœnis proferentes dicta verba iniuriosa, vel Improperantes contra publicas Meretrices, Lenones, vel alias personas infames. Et de prædictis Iudex non ex Officio, sed ad partis querelam solùm procedere valeat, Nisi talia verba essent prolata coram Iudice, sivè in Consilio Generali, vel Speciali, vel in aliqua alia Adunantia, vel ad Bancum Iuris, sivè etiam contra aliquam Universitatem.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria dicitur inferri quando in aliquem aliquid turpè improperatur.*

Et quando improperatur aliquod delictum, num. 2,

Et dicitur inferri per verba subdola, & indirecta, num. 3,

4 *Statutum si puniat iniuriantem per verba, si quis dixerit, non habet locum in iniuriante absentem.*

5 *Provocatus non punitur, vel mitius si provocantem iniuriaverit.*

Si tamen id fecerit incontinenti, n. 13,

6 *Pater, & maritus agere possunt pro iniuria facta filio, & uxori.*

7 *Iniuria plures dicta unico contextu unica pœnâ puniuntur.*

Acriori tamen, num. 17,

8 *Iniuria dicta in iudicio, in Ecclesia, in consilio, dicuntur graviores.*

9 *Veritas convicii an excuset à pœna iniuriarum, remissivè.*

10 *Iniurias verbales proferentes pœnâ extraordinaria puniuntur.*

Et ad palydoniam decantandam, numer. 11,

Qua pœna ad mortem potest extendi, inspectis circumstantiis iniuria, n. 12,

14 *Actio iniuriarum anno præscribitur.*

Et aliis modis tollitur remissivè, numer. 15,

16 *Iurati, ac Consules remittere non possunt iniurias illatas Universitati, sine consensu consilii.*

ANNOTATIO.

1 INiuria dicitur inferri quando in alterum aliquid turpè improperatur, ut tradunt *Bald. & Doctor. in l. 1, in prin. ff. de liber. & posthum. & in l. turpian. 57, ff. de legat. 1, & ex tex. in l. apud labeonem, 15, §. qui turpibus, ff. de iniur. Farinac. de variar. ac*
2 *divers. crimin. quæst. 105, numer. 10.* Et præcipuè quando alicui improperatur aliquod delictum in specie, ut intret pœna statuti contra iniuriantem, *Baiar. ad Clar. in §. iniuria, numer. 29, & 36, Farinac. in dict.*
3 *quæst. 105, numer. 11, & sequent.* Sicuti iniuriam dici inferri per verba subdolosa, & indirecta, puta si dicatur: *Ego non sum latro*, & similia voluerunt *Iaco. de Belvi, Boer. & pract. Corrad.* quos referendo sequitur *Farinac. in d. q. 105, n. 104.*

4 Statutum supradictum puniens iniuriantem per verba *Si quis dixerit* alicui non habet locum in iniuria illata in absentem, ut not. *Maria. Soci. in cap. 1, numer. 2, & 3, de maledi.* quem referendo sequitur *Farinac. de variar. ac diver. crim. dict. quæst.*
5 *105, numer. 84.* Et provocatum si iniuriantem iniuriaverit, vel non puniri, vel mitius puniri uti habetur in hoc statuto dixerunt *Boer. conf. 4, num. 28.* qui testatur de communi, & practicata opinione, prout facit *Clar. in pract. §. fin. quæst. 60, numer. 14, Decian. tract. crim. lib. 3, cap. 33, numer. 6,* & alii plures, quos refert *Farinac. in dict. quæst. 105, num. 307.* ubi relatis contrarium tenentibus ipse distinguit, *n. 309.* videas ibi per eum.

6 Patrem verò agere posse pro iniuria facta filio, maritum pro iniuria illata uxori, & simil. tradunt *Bonfin. de Vital. in tit. de iniur. numer. 4, & Farinac. in d. quæst. 105, num. 160. & sequent. & numer. 255, & seq.*

7 Si tamen plures sint illatæ iniuriæ unico contextu una tantùm pœna venit imponenda, uti habetur in hoc statuto, ut tradunt etiam *Boer. in d. cons. 4, numer. 6. & seqq. Baiar. ad Clar. in §. iniuria, numer. 8, & sequent. & Farinac. de delict. & pœn. quæst. 22, numer. 28, & sequent. & in d. quæst. 105, num. 174.* ubi alios dat concordantes quamplures.

Statutum autem nostrum cum magna ratione admittit, quòd Iudex possit procedere per Inquisitionem contra iniuriam proferentes coram Iudice, in Consilio generali, vel speciali, ad bamum iuris, in aliqua adunantia, & in Ecclesia, cùm illæ illatæ in dictis locis
8 dicantur iniuriæ graviores, ut probant *Ant. Gomez variar. resol. tom. 3, cap. 6, num. 4, Menoch. de arbitr. casu 263, numer. 23.* & alii plures quos refert, & sequitur *Farinac.*

de variar. ac diverſ. crimin. d. quæſt. 105, numer. 192, & ſequent. cum quibus pertranſit *Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 4, quæſt. 6, num. 6, & numer. 15.*

9 Veritas tamen convicii an excuſet iniuriantem à pœna latè tradit *Farinac. de variar. ac diverſ. crimin. d. quæſt. 105, numer. 219, & ſequent. & in conſ. 30, cum conſ. ſequent. lib. 1, & Bonſin. ad bannim. general. cap. 26, num. 2.* ipſos conſulas, cùm non omnia hîc ſint referenda.

A D D I T I O.

10 VErbales iniurias proferentes pœnâ ex-
traordinaria puniuntur, *Carpzou. in
pract. crim. quæſt. 94, numer. 4, & 69, Ba-
ron. de corpore tit. de lingua, numer. 97, &
ſequent. Antonel. de regim. Eccleſ. Epiſcop.
lib. 6, cap. 13, numer. 7, Cortiada deciſ. 99,
num. 18, & ſequent. Aylon. ad Gomez tom.
3, cap. 6, numer. 3,* videndus noviſſimè *Pe-
gas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit.
65, gloſ. 26, ad §. 25, per tot.* ubi latiſſimè,
& *Muſcatel. in prax. crim. cap. de iniuriis,
& libel. famoſ. numer. 23,* ubi multa de in-
iuriis, & ibi *Franc. Mar. Prat.* maximè in
*reſpon. crim. reſpon. 17, numer. 28, & ſeqq.
De Bictis in prax. Regular. quæſt. 125, nu-
mer. 2, & ſequent. Berlich. conclu. legal. par.
5, conclu. 59, & ſequent. Faria ad Covarr.*
11 *lib. 1, cap. 11, à numer. 1.* & ita ad palydo-
niam decantandam condemnantur, *Cortia-
da d. deciſ. 99, numer. 45, Baron. ubi ſuprà
numer. 99, & ſequent. Carpzou. in d. pract.
crim. quæſt. 94, numer. 15, Aylon. ubi ſupr.
verſ. Quod ille qui, &c. Scoppa ad Gratian.
obſer. ad deciſ. 195, numer. 1, & ſequent.* no-
viſſimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal.*
12 *tom. 5, tit. 65, §. 25, numer. 210.* nihilomi-
nùs tamen per Iudicem pœna hæc extraor-
dinaria poteſt uſque ad mortem extendi, in-
ſpectis qualitatibus, ac circunſtantiis aggra-
vantibus iniuriam, *Carpzou. d. quæſt. 94,
numer. 46, Modern. Carol. Anton. De Lu-
ca ad Franch. obſer. 504, numer. 1, & ſeqq.
Aylon. d. cap. 6, numer. 9, Franc. Mar.
Prat. dict. reſpon. 17, numer. 30, & ſequent.*
ubi tradit quæ qualitates debent concurrere.

13 Actio autem hæc iniuriarum ceſſat, ſi quis propria authoritate vindicaverit iniuriam ſibi illatam, etiam ſi fuerit primò provocatus, cùm iniuriam iniuriâ retorquere liceat; atque is qui provocatus iniuriam repulſat iniuriarum actione non tenetur, niſi ex intervallo id fecerit, *Antonel. d. cap. 13, numer. 3, Carpzou. in pract. crim. quæſt. 97, numer. 22, & ſequent Matthæu. de re crim. contro. 29, numer. 46, & ſequent. De Bictis d. q. 125, n. 17.*

14 Pariter actio iniuriarum criminalis anno
præſcribitur, *Baron. dict. tit. de lingua, nu-
mer. 101, & ſequent. Modern. Scoppa ad
Gratian. obſer. ad deciſ 58, numer. 5.* & aliis
15 modis tollitur, quos videre poteris penès
*d. Scoppa, Carpzou. Aylon. Baron. & ab
eis citatos*, & noviſſimè per *Pilaia ad
Franch. de proteſtatio. addit. ad conſide. 58,
numer. 3, & ſequent. Barra contro. 21, nu. 7,
Berlich. d. par. 5, conclu. 69, à numer. 1, &
ferè per tot.* ubi latè de præſcriptione iniu-
riarum, tàm verbalium, quàm realium;
16 tamen remittere non poſſunt Jurati, ac
Conſules illatas Univerſitati, ſine conſenſu
conſilii, ut cum *Clar. Baiard. Meror.
Guazzin. & aliis* tradit *Sabell. in ſumm. di-
verſ. tractat. §. Abbas numer. 21.* ipſos con-
ſule ſi placet.

17 Nota tamen quòd ex pluribus contumeliis ſimul dictis, unum delictum effici, unâ itidem pœnâ plectẽdum; benè tamen acrius, ob repetitionem, *Faria. ad Covarru. lib. 2, cap. 10, n. 91, & ſeq.*

DE ÆSTIMATIONE INIURIARUM, & intereſſe offenſorum.

Rubrica XLIV.

PRo quibuſcumque Iniuriis, de quibus etiam criminaliter proceſſum fuerit ad condemnationem, poſſit Civiliter agi ad æſtimationem Iniuriarum, & Iudices ſecundum qualitatem iniuriæ, & perſonarum eorum arbitrio taxare debeant: Idem erit in Sumptibus, & Expenſis factis in curandis Vulneribus, & Intereſſe paſſo, & patiendo, de quibus, tàm per ipſos Vulneratos,

neratos, quàm eorum Hæredes Civiliter agi possit contra offensores, & Iudices sola veritate inspecta super iis celerrimè iudicare teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio alia est civilis, quæ datur ad æstimationem iniuriæ, & alia est criminalis quæ datur ad pœnam.*

2 *Vulneratus potest repetere à vulnerante expensas curationis, & interesse, & n. 6,*

Etiam sequuta pace inter eos, n. 3,

Fallit si vulnus fuit illatum ad suam necessariam defensionem, n. 4,

Et expensæ, & damna non censentur remissa per condonationem iniuriæ, n. 8,

5 *Iniuriatus intentata actione civili an possit postea agere criminaliter, vel è contra.*

7 *Iniuriatus potest agere, vel ad recantationem iniuriæ, vel æstimationem petere.*

ANNOTATIO.

1 Iniuriarum actio alia est civilis, alia est criminalis, criminalis datur ad pœnam, & civilis ad æstimationem iniuriæ, ut declarant *Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3, cap. 6, numer. 7, Clar. in pract. §. iniuria, numer. 5, Pegner. decis. 13, numer. 5, & Farinac. de variar. ac divers. crimin. quæst. 105, numer. 26*, ubi dat concordantes, & licet valdè contraversum sit inter Doctores, an si prius intentata sit actio criminalis ad pœnam, possit postea per iniuriatum agi actione civili ad æstimationem, ut videre est apud *Farinac. de variar. ac divers. crimin. quæst. 105, numer. 31, & sequent.* Statutum nostrum dirimendo dictam controversiam æquius determinavit, licere iniuriato proponere actionem civilem ad æstimationem post propositum iudicium criminale, cui esse omninò standum suadet Theorica, *Bald. in l. gallus, 29, §. si eius, in sec. not. ff. de liber. & posth.*

2 Vulneratus licet possit repetere à vulnerante sumptus, & expensas factas in curandis vulneribus, & interesse passum, uti habetur in hoc statuto, & tradunt etiam *Farinac. de homic. quæst. 119, numer. 115, Cabal. resol. crimin. casu 248, ferè per tot. cent. 3, Guazzin. defens. 34, cap. 4, n. 1, & seq.* plenè *Paitell. expedit. 88, n. 1, & seq. & ibi Adden. n. 34*, & alii per me adducti *in Resol. crim. in verbo Vulnus, resol. 2, n. 1, & seq.* Etiã

3 sequuta pace inter vulnerantem, & vulneratum, ut not. *Boss. Clar. Gomez, Farinac. Vulpell. Guazzin. Gratian. Canc. & Balth. Thom.* in loc. relatis per me *in Resol. crimin. in verbo Pax, resol. 23, per tot.* ubi habetur

4 de hac materia, Id tamen non habet locum quando vulnus fuit illatum ad suam necessariam defensionem, quia tunc vulnerans ad damna, & interesse reficiendum non teneri scripserunt *Farinac. de homicid. d. quæst. 119, numer. 12, & sequent. Paitell. d. exped. 88, numer. 4, & ibi Adden. numer. 37*, & dixi *Ego latè in Resolut. criminal. in verbo Occasio, resol. 2, numer. 7, & sequent.* ubi videas de materia.

ADDITIO.

5 Ad quæstionem insinuatam *hic à nostro Conciolo numer. 1.* an intentata, actione iniuriarum civiliter, possit postea agi criminaliter, vel è contra, conducunt *Doctores citati per Aylon. ad Gomez. tom. 3, cap. 6, numer. 8, & 10, & per Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 5, cap. 13, num. 3, Faria ad Covarru. lib. 2, cap. 10, numer. 78, & sequent.* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 65, glos. 27, ad §. 25, numer. 179, & sequent. Berlich. conclu. 61, à num. 1, d. par. 5*, ipsos pro veritate consule.

6 In hoc sanè iniuriarum iudicio, certum est posse agere iniuriatum ad expensas, & damna, *Aylon. dict. cap. 6, numer. 10, Berlich. dict. conclu. 61, à numer. 59.* liberúm-

7 que est in iniuriato ad recantationem agere, aut iniuriam sibi illatam æstimare, & æstimationem petere, *Carpzou. in pract. crim. quæst. 95, numer. 1, & per tot.* ubi latè tradit praxim, vidend. latissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 65, §. 25,*

8 *numer. 180, & sequent.* itaque expensæ, & damna per condonationem iniuriæ remissa non censentur, *Modern. Scoppa ad Gratian. ad decis. 58, numer. 7, & sequent. Aylon. ad Gomez. dict. cap. 6, numer. 14, Faria ad Covarru. lib. 2, cap. 10, numer. 49, & sequent.* ad quem pro materia huius rubricæ recurre, qui latè de ea tractat, & plures *Modernos* citat, pariter *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 65, §. 25, numer. 193, & sequent. & numer. 213, & sequent.* multa de his tradit.

DE FALSA MONETA, ET DE FABRIcantibus Alchimiam.

Rubrica XLV.

FAbricantes colore Alchimiæ, vel aliàs occulrè cudentes falsam monetam, Auream, Argenteam, vel Æneam, nec non mandantes, vel quomodocumque auxilium præstantes, qui lucri participes fuerint, publicatis omnibus bonis, ultimo supplicio puniantur: Si verò aliquis Monetas tondere, seu minuere ausus fuerit, publicè fustigetur per Civitatem: Quòd si quis scienter, & fraudolenter eas expenderit, ultra summam duorum florenorum, pœnam quinquaginta scutorum, vice qualibet incurrat, Si verò ultra summam unius floreni scienter, ut suprà expenderit, mitius etiam Iudicis arbitrio puniatur, & quocumque casu ignoranter recipienti in duplum condemnetur. Si quis autem vendiderit Aurum, vel Argentum Sofisticum, vel Alchimicum, pro vero, & legali, non declarando materiam illam esse Sofisticam, puniatur in quadruplum eius pretii, pro quo illud vendiderit, & damnum Emptori reficiat: Et Iudices tàm ex Officio, quàm ad Querelam, & denunciam procedere possint, & debeant, & Accusarores quartam partem pœnæ lucrentur: Facientes verò Alchimiam, etiam, absque fraude, & præiudicio Tertii puniantur in pœnam centum librarum.

SVMMARIVM.

1 *In crimine falsæ monetæ debet constare de corpore delicti, ita ut rei confessio non sufficiat.*
Et ideò debet constare clarè, manifestè, & per evidentiam, n. 14,
Et idem est si agatur contra tendentem moneta, n. 2,
Et pœna contra fabricantem monetam habet locum etiam si illa sit bona liga, & iusti ponderis, n. 3,
Expendens autem illam ignoranter, & sine dolo non punitur, num. 4,
Quæ ignorantia præsumitur, & scientia est probanda, n. 5,
Nisi tamen ignorantia sit crassa, numer. 6,
Et pœna de qua suprà habet locum contra tingentes monetam, n. 7,
8 *Alchimia quid sit, & liceat illam fabricare remissivè, & n. 16,*
10 *Fabricatio falsæ monetæ atrocissimum est delictum, & pœnâ mortis puniuntur eam committentes in Cathalonia.*
Et etiam monetam fundentes, expendentes, radentes, & diminuentes, n. 11,
12 *Appellare non possunt condemnati de crimine falsæ monetæ.*
13 *Fabricantes falsam monetam an gaudeant immunitate Ecclesiastica.*
15 *Falsæ monetæ crimen multa specialia habet.*

ANNOTATIO.

1 IN hoc crimine falsæ monetæ ut procedi possit contra illam cudentes debet constare evidenter de corpore delicti, quicquid sit quo ad probationem illius delicti, itaut non sufficiat ipsa confessio rei, ut tradunt *Guazzin. defen. 4, cap. 9, numer. 4, Vermigl. conf.* 218, *numer.* 1, *& sequent. & conf.* 220, *numer.* 1, *& sequent. Capic. Latr. dec.* 179, *numer.* 29, *lib.* 2. & alii per me relati in *Resol. crimin. in verbo Moneta falsa, resol.* 1, *numer.* 1. Et idem est quando agitur

2 contra tondentes monetam, ut volunt *Deeian. tract.crim. lib.7, cap. 36, n.7, Vermigl.dict. conf.*218, *n.6.* licèt contrarium dixerit *d conf.* 220, *n.* 3. Quomodo verò probetur corpus delicti in dicto crimine declaravi *ego in dict. resolut.* 1, *n.* 2, videas ibi.

3 Pœ-

3 Pœna verò contra fabricantes falsam monetam habet locum etiam si illa sit bonæ ligæ, & iusti ponderis, cùm id facere spectet ad solum Principem, ut docent *Peguer. decis. 46, numer. 7, & 8, Decian. tract. crim. lib. 7, cap. 23, num. 16, & 26, Baiar. ad Clar. §. falsum, numer. 309*, & latè comprobat *Farinac. de crim. læsæ Maiest. quæst. 115, numer. 18, & sequent.* ubi restatur de magis communi opinione, & alii per me relati in dict. verbo *Moneta falsa, resol. 2, numer. 5, & sequent.* ubi habetur, quid si dict. moneta sit cussa sub nomine alterius Principis.

4 Quod autem expendens monetam falsam ignoranter, & sine dolo nulla pœnâ puniatur voluerunt *Baiard. ad Clar. in d. §. falsum, numer. 329, Farinac. de crim. læsæ Maiest. d. quæst. 115, numer. 153, & sequen.* ubi restatur de communi opinione *Caball. resol. crim. casu 199, numer. 6, & sequent. & numer. 25, cent. 2*, ubi dat concordantes, & alii per me adducti in dicto verbo *Moneta falsa, resol. 4, numer. 6.* Quæ ignorantia in expendente præsumitur itaut scientia sit probanda per fiscum, ut docent *Grat. Decian. Baiar. Vivian. Farinac. Hond. Caball. & Massin.* per me relati in d. *resolut. 4, nu. 7.*

6 Nisi tamen ignorantia sit crassa, ut declaravi Ego *in dict. verbo Moneta falsa, resol. 3, num. 10, & d. resol. 4, numer. 8.* & nisi adessent coniecturæ scientiæ, ut advertit *Felic. allegat. 61, n. 9, & seq.*

7 Et pœna dicti statuti habet locum etiam in tingentem monetam, ut quia illa sit de ære, & tingatur de argento, ut annotarunt *Decian. tract. crimin. lib. 7, cap. 23, num. 31*, plenè *Farinac. de crimin. læsæ Maiest. d. quæst. 115, numer. 54, Caball. resol. criminal. casu 191, numer. 3.* ubi prædicta limitat in tingente monetam ex causa ludi, ad fallendam meretricem, & similia, & alii per me adducti in d. verbo *Moneta falsa, resol. 5, numer. 6.*

8 Quid autem sit Alchimia, & an liceat illam fabricare tàm in foro fori, quàm in foro conscientiæ latè declarat doctissimus *P. Mart. Delrio disquis. magic. lib. 1, sect. 1*, ubi agit de illius nomine, & *d. lib. 1, quæst. 4, per tot.* ipsum consulas si placet.

ADDITIO.

9 QVam perennis sit materia huius rubricæ, nemo ignorat, & ita sanè non licet mihi in ea me protendere, ac ampliare; attamen cùm id non permittat stylus assumptus; ideò deprecor ut patientiam habeas in revidendo *DD.* quos inferius citabo, & dubio procul penès eos habebis quæcumque volueris, ac desiderabis.

10 Fabricario autem falsæ monetæ atrocissimum est delictum, & relictis variis pœnis statutis à iure communi, quas recensent *Doctores* propè citandi in hac nostra Provincia Cathaloniæ, ptout in aliis pœnâ morris puniuntur ipsam fabricantes, *Cortiada decis. 87, numer. 19, Antonel. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 6, cap. 39, numer. 5, Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 179, num. 1, & sequent. Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. 401, numer. 1, & sequent. Matthæu. de re crim. contro. 44, numer. 4, & ferè per tot. Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 2, cap. 25, numer. 51, & sequent. Carpzou. in pract. crim. quæst. 42. num. 1, & ferè per tot. Modern. Agetta de feudis pag. 331, litt. B, in allegatio. litt. Z, & alii Doctores* quos recensent *Castill. de tertiis cap. 41, numer. 103, Pasqualig. ubi proximè par. 1, numer. 1328, cum mult. seqq.* maximè *à n. 1352.*

11 Non solum acerbissimè puniuntur falsam monetam conflantes, ac fabricantes, verum & etiam veram iusti ponderis, & materiæ fundentes, sicuti dictam falsam monetam expendentes, auxilium ad id dantes, & consentientes, tondentes, radentes, seu diminuentes, tingentes, monetam exteri Principis fabricantes, sivè isti delinquentes sint Ecclesiastici, sivè seculares, & variis pœnis quas tibi recensere nimis esset me protrahere; omnia tamen supradicta tractata reperies per suprà *citatos Doctores* latissimè, signanter à *nostro Meritissimo, ac Nobili Regente Cortiada dict. decis. 86, per tot. Autun. Portugal. per tot. dict. cap. 25, par. 2, Matthæu. d. contro. 42, & sequent. Carpzou. d. quæst. 42, & sequent. Manfrell. dict. obser. 179, ad Capic. Latr. per tot. Carol. Ant. De Luca d. obser. 401, ad Vincen. de Franch. Tondut. quæst. civil. cap. 20, per tot. Modern. Agetta ubi suprà, Muscatel. in prax. crim. cap. de falsa moneta*, & ibi *Franc. Mar. Prat. per tot. Merlin. contro. foren. cap. 26, per tot. tom. 2, Rovit. ad pragm. 1, de monetis per tot.* ubi latissimè *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. contro. inter Episcop. & regular. par. 1, numer. 1259, & sequent. De Bictis in prax Regular. quæst. 110, numer. 16, & alii* quos citat perennis nostræ Jurisprudentiæ fons *Emanuel Alvarez Pegas ad ordin. Regn. Portugal. tom. 2, ad lib. 1, tit. 3, glos. 58.* & ita ipsos consule si placet, cùm non possim omnia extensè pertractare, sed sat sit tibi te perducere ad celeberrimos

berrimos Jurisconsultos, qui nihil prætermiserunt, imò omnia cum fœcũditate *D D.* & doctrinæ tractarunt.

12 Fabricantes sanè falsam monetam condemnati, non appellant, benè tamen ipsam expendentes, radentes, tondentes, ac diminuentes, *Cortiada dicta decis. 87, num. 42, & sequent. Modern. Carol. Ant. de Luca ad Franch. obser.* 351, *numer.* 1, *& sequent. Modern. Altimar. de nullitatib. rubr.* 4, *quæst.* 12, *numer.* 26, *& sequent. Manfrell. d. obser.* 179, *numer.* 28, *Carpzou. d. quæst.* 42, *numer.* 14 *Merlin. dict. contro.* 26, *numer.* 7, *& 9, Pasqual g. d. par.* 1, *numer.* 1359,

13 an autem gaudeant immunitate Ecclesiastica, *Cortiada d. decis.* 87, *numer.* 1, *Feria. ad Covarru. lib.* 2, *cap.* 20, *numer.* 197, *vers. Septimum, &c. Franc. Mar. Prat. ad Muscatel in prax. crim tit. de falsa moneta, in fin. Vrrutigoy. de competen. q.* 79, *n.* 29.

14 In hoc sanè delicto constare deb t de eius corpore, & id evidenter, clarè, & manifestè per oculorum inspectionem, & per ipsam inventionem; ex quo est delictum facti permanentis, nec concurrit difficultas probationis (quidquid sit quo ad ipsum delictum) *Conciol. noster consil.* 3, *post tract. de hæred. simpl. & qualifi. numer.* 2, *&* 12, *& alii*, quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat.* 5. *corpus delicti*, *numer.* 12, *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 4, *cap.* 9, *numer.* 3, *& sequent.* licèt aliqui dicant, quòd in eo sufficiunt leviores probationes ad condemnandum, ac torquendum, *Matthæu. de re crim. d. contro.* 47, *numer.* 12, & quod probatur per indicia sufficientia ad torturam *Autun. portug al. d. cap.* 25, *numer.* 95, tu examina.

15 Benè tamen est verum, quòd propter immanitatem, atrocitatem, & præiudicium publicæ utilitati huius delicti, in eo concurrunt, tàm in condemnatione, quàm in processu multa specialia, quæ videre poteris penès dictum *Carpzou. d quæst.* 42, *numer.* 13, *& sequent.* & penès *dictum Doctissimum Autun. Portugal. in d. cap.* 25, *à numer.* 77, quem rogo perlegas, & consulas.

16 Alchimiæ materia quo ad forum internum, ac externum latissimè tractatur à *Vericel. quæst. moral. & legal. tractat.* 7, *per tot. Thesaur. de pœnis Eccl s. verb. Falsum, cap.* 2, *per tot.* ipsos consule, & citatos per *Gryphiandr. in œconom. iur. lib.* 1, *cap.* 22, *numer.* 145, *& sequent.* maximè *numer.* 149, *& per Rovit. ad pragm.* 1, *de monetis num.* 21, *Pasqualig. ubi suprà numer.* 1294, *De Bictis in prax. Regular. q.* 110, *n.* 17.

DE FACIENTIBVS, SIVE PRODVCENTIBVS falsa Instrumenta, & privatas Scripturas.

Rubrica XLVI.

NOtarius, qui dolosè fecerit falsum Instrumentum, vel publicam Scripturam in radendo in locis suspectis, vel aliter veritatem perniciosè immutando falsificaverit, & qui fieri fecerit, sivè scienter eo, vel eâ usus fuerit in Iudicio, Singuli perpetua Notati infamiâ puniantur in scutis tercentum, & ulterius Notario amputetur manus dextera, vel etiam iuxta qualitatem delicti in Exilium ad quinquennium mittatur, & qui fieri fecerit, vel in iudicio scienter usus fuerit, In primis Causam amittat, & fustigetur per Civitatem, vel etiam iuxta qualitatem delicti in exilium mittatur, & quilibet eorum ad omnia damna Parti læsæ reficienda per Iudicem in Sententia condemnetur. Notarius verò postquam de Falso diffidatus, & damnatus fuerit, Tabellionatus Officio ipso iure privatus censeatur, & Instrumentis deindè per eum factis, nulla fides adhibeatur. Quicumque verò privatas Scripturas falsas fabricaverit, falsificaverit, aut fieri mandaverit, vel eas in Iudicio produxerit, sivè eis quomodocumque usus fuerit, pœnam ducentorum scutorum incurrat, & per triennium exilium mittatur, damnúmque Parti læsæ resarcire cogatur.

SVM

SUMMARIUM.

1 *Falsum, ut sit punibile requiruntur tria, dolus quod sit nocibile, partis interesse, & mutatio veritatis, & n.* 22,

Maximè si dolus, & quod noceat requiratur ab statuto, n. 2, *&* 4.

Illud tamen in dubio magis censetur commissum per ignorantiam, quàm per dolum, numer. 3,

5 *Falsitas nō præsumitur, sed illa est probanda.*

Et est probanda plenè, & concludenter in criminalibus, n. 23,

Utrum verò sufficiant ad illam probandam præsumptiones, & coniectura, n. 6,

Benè tamen sufficiunt in civilibus, in quibus suspicio falsitatis pro falsitate habetur, num. 24,

Et ut illa excludatur, omnis alia præsumptio est capienda, n. 7,

Ita ut in dubio iudicandum sit pro non falso, num. 8,

9 *Notarius inquisitus de falso, pendente processu, potest instrumenta conficere.*

Non tamen post condemnationem, numer 10,

11 *Falsi delictum sunt aliqui dicentes atrociorem esse homicidio.*

Et ita quod pœnâ mortis punitur, numer. 12,

Licèt quòd pœnâ extraordinaria puniatur sit certum, & sic arbitrio Iudicis, numer. 13,

Quod arbitrium inspectis circunstantiis ad mortem potest extendi, n. 14,

Et eadem pœnâ puniuntur utentes falsis instrumentis, licèt à se non confectis, numer. 15,

16 *Notarii falsa instrumenta fabricantes pœnâ mortis puniuntur.*

Et qua pœnâ in Cathalonia, n. 17,

Etiamsi nullum instrumentum conficiant, num. 18,

19 *Occultans publicam scripturam, ut falsarius punitur.*

Si tamen falsitas apta est ad nocendum, num. 20,

21 *Falsas literas, & instrumenta præsentantes, & his simil. falsum committunt, & qua pœnâ puniantur, remissivè.*

25 *Falsum instrumentum producens an causam amittat.*

Et an in Cathalonia, n. 26,

Non tamen per hoc obtinebit adversarius, nisi suam intentionem plenè probet, numer. 27.

28 *Arma, seu insignia tollentes, seu corrumpentes extraordinariè puniuntur.*

ANNOTATIO.

1 Falsi crimen, ut sit punibile tria requiruntur, nempè dolus, quod noceat, & veritatis immutatio, ut tradunt *Farinac. consil.* 114, *num.* 12, *&* 36, *lib.* 2, *Capic. Latr. decis.* 172, *numer.* 8, *par.* 2, *Ant. de Ball. tractat. crimin. lib.* 3, *casu* 12, ubi refert concordantes, *Barbos. de potest. Episcop. alleg.* 51, *numer.* 32, *Felic. allegat.* 15, *numer.* 1, *&* 2, & alii per me relati in *Resol. crimin. in verbo falsum, resol.* 2, *in princip.* Itaut stante statuto requirente dolum, ut facit statutum nostrum, falsitas commissa sine dolo nulla pœnâ puniatur, ut not. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 150, *numer.* 285, *Ciriac. controvers.* 131, *numer.* 16, *Felic. allegat.* 18, *numer.* 35, ubi contrariis respondet, & dixi *Ego dict. resol.* 2, *numer.* 5, *& alleg. foren.* 89, *num.* 30. In dubio tamen censetur commissum falsum magis per ignorantiam, quàm per dolum, ut tradunt *Becc. Menoch. Vulpell. Gabriel. Mascar. Eugen. Honded. Farinac. Ciriac. Vermigliol. & Rota* per me relatis in *dicto verbo falsum, resol.* 1, *num.* 6, & idem est si falsitas non sit nocibilis stante statuto id requirente, ut facit statutum nostrum, ibi *perniciosè*, ut docent *Vulpell. consil.* 31, *numer.* 1, *& consil.* 32, *numer.* 5, *& Rota in Senogallien. supplem. legit.* 10, *Iunii* 1641, *coram R. P. D. Merl.* & dixi *Ego allegat. foren.* 89, *n.* 38.

2

3

4

5 Falsitas autem non præsumitur, sed illa est probanda, ut docent *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153, *numer.* 192, *& sequent.* ubi dat concordantes, *Surd. consil.* 132, *num.* 18, *vol.* 1, *Hodiern. controvers. Foren. cap.* 18, *numer.* 1, *Rota decis.* 42, *numer.* 10, *post sec. volum. consil. Farinac.* & alii per me adducti *allegat. Foren.* 88, *numer.* 1, *& in Resolut. crimin. in verbo falsum, resol.* 5, *numer.* 1. Utrum verò ad illam probandam requirantur plenè probationes, vel sufficiant coniecturæ, & præsumptiones dixi *Ego in d. resol.* 5, *numer.* 3, *& sequent.* videas ibi si placet.

6

7 Falsitas verò ut excludatur omnis alia præsumptio, & coniectura est sumenda, ut tradunt *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153, *num.* 193, ubi dat concordantes quamplures *Vermigl. consil.* 236, *numer.* 4, *& consil.* 244, *numer.* 13, *Hodiern. controvers. foren. cap.* 38, *numer.* 20, & alii plures per me adducti *allegat. foren.* 88, *numer.* 2, *& allegat.* 89, *numer.* 25, *& in d. verbo falsum, resol.* 9, *in princ.* ita ut in dubio iudicandum sit pro non falso, *Honded. consil.* 109, *numer.* 57. *lib.* 1, *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153, *num.*

8

num. 192, & ſequent. Ciriac. controverſ. 131, numer. 46.

9 . Quibus addo, quòd Notarius inquiſitus de falſo pendente proceſſu poteſt inſtrumenta conficere, & illa ſunt valida, etiam ſi poſteà condemnetur de falſo, Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 155, numer. 64, & ſequent. ubi dat concordantes, & dictam concluſionem ampliat, & limitat, ut ibi per eum Surd. conſ. 6, numer. 13, lib. 1, Gait. de credit. cap. 3, tit. 1, numer. 774, et ſequent. & ante eos Clar. in pract. §. fin. quæſt. 73, verſ. Notarius condemnatus, &c. & alii per me relati in d. verbo Falſum, reſol. 10, nu-
10 mer. 1, et ſequent. licèt ſecùs ſit quo ad Inſtrumenta rogata poſt condemnationem de falſo, quia illa non valent, uti habetur in hoc ſtatuto, ut not Angel. Clar. Oſaſch. Maſcar. Farinac. Gait. & Surd. per me relati in d. reſol. 10, numer. 6, et ſequent. ubi probavi, quòd tamen dictus Notarius condemnatus de falſo non prohibetur publicare Inſtrumenta confecta per eum ante condemnationem de falſo, ut ibi eſt videre numer. 10, et per tot. ubi de materia.

ADDITIO.

11 FAlſi hoc delictum atrociſſimum eſt, & ſicuti aliqui opinarunt atrocius homicidio, Capon. diſcept. 37, numer. 1, & 33, Matthæu. de re crim. contro. 38, numer. 9, & ſequent. Fontanel. deciſ. 257, numer. 7, & ſequent. Carpzou. in pract. crim. quæſt. 93, numer. 2, Cortiada deciſ. 88, numer. 1, & ſequent. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr.
12 obſer. 172, numer. 3, & pœnâ mortis puniri, Matthæu. d. contro. 38, numer. 10, & ſeqq. Franc. Mar. Prat. ad Muſcatel. in prax. crim. cap. de falſis, in princ. Laganar. ad pragm. 1, Rovit. de falſis lit. A, Marin. ad
13 deciſ. 6, Reverter. numer. 4. tamen regulariter falſitatem per ſe, vel per alium committentes pœnâ extraordinaria puniuntur, Carpzou. d. quæſt. 93, numer. 29, Matthæu. de re crim. controver. 37, numer. 10, Cortiada d. deciſ. 88, num. 19, Antonel. de regim. Eccleſ. Epiſcopal. lib. 6, cap. 26, numer. 2, Muſcatel. in prax. crim. cap. de falſis, nu-
14 mer. 47. quod arbitrium poteſt Iudex extendere uſque ad mortem, ex gravitate criminis, Matthæu. d. controver. 37, numer. 11, & 12, ubi plures citat Carpzou. d. quæſt.
15 93, numer. 95. itaque inſtrumentis à ſe non confectis falſis utentes, pariter pœnâ extraordinaria puniuntur, Faria ad Covarru. lib. 1, cap. 2, num. 15.
16 Notarii ſanè falsò publica inſtrumenta fabricantes, pœnâ capitali plectuntur, Matthæu. dict. contro. 38, numer. 13, Cortiada deciſ. 88, numer. 25, maximè in caſibus enumeratis à dicto Cortiada ibidem numer. 28.
17 In Cathalonia tamen non ita obſervatur juxta declarationes traditas à d. Cortiada d. deciſ. 88, numer. 31, quod ſanè dolendum, in crimine tam atroci ita parcè procedi.
18 Et iſta procedunt in falſificantem inſtrumentum nullum, licèt talis falſitas non ſit apta alicui nocere, quia actus eſt de ſe illicitus, culpa, & dolus corrumpentis, ſeu falſificantis punitur, & nullitas non excuſat, quo minus, ſaltem pœnâ extraordinaria, plectatur, Altimar. de nullitatib. rubr. 1, quæſt. 15, numer. 15, Faria. ubi ſuprà d. numer. 15, Gratian. Ciarlin. Surd. & alii, quos citat Mart. Medic. deciſ. Senen. in addit. ad exam. 16, numer. 2, (quidquid dicant citati à Meli. obſer. foren. obſer. 136, n. 59.)
19 ſicuti occultans ſcripturam publicam, ſecùs autem non authenticam, & nullam, Parexa, & alii, quos citat d. Altimar. d. nu-
20 mer. 15. tamen hæc abſque dubio procedunt, quoties falſitas apta eſt ad nocendum, Cortiada dict. deciſ. 88, numer. 42, & ſeqq.
21 Falſum pariter committunt falſas literas, ac inſtrumenta præſentantes, falſiſque literis à privatis, ſeu publicis perſonis, ſeu locis, recipientes, & alii quamplurimi, qui qua pœnâ puniantur videre poteris penès d. Cortiada d. deciſ. 88. ferè per tot. maximè numer. 6, 18, & ſequent. & penès Carpzou. d. quæſt. 93.
22 Ad crimen hoc falſi patrati puniendum tria copulativè requiri tradunt cum magna Doctorum copia Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. dict. obſer. 172, numer. 14, Meli. obſer. foren. obſer. 136, numer. 25, nempè dolus, partis intereſſe, & mutatio veritatis;
23 tamen uti certum habe quòd plenè, & concludenter ad puniendum criminaliter eſt hoc delictum probandum, Fontanel. dict. deciſ. 257, num. 2, & ſequent. Paſqualig. ad Lauret. de Franch. contro. inter. Epiſcop. & Regular. par. 1, numer. 1252, & ſequent. ubi plures citat Meli. d. obſer. 136, numer. 41, Marin. ad deciſ. 6, Reverter. numer. 5. nòn
24 tamen ſufficit per conjecturas eſſe probatum; quia id procedit in civilibus in quibus ſuſpicio falſitatis pro falſitate habetur, Fontanel. d. deciſ. 257, numer. 5, & ſequent. Capon. d. diſcep. 37, numer. 3, Ripoll. ad Peguer. rubr. 17, numer. 38, Rota poſt diſcept. Contri. tom. 1, deciſ. 162, numer. 12, Pegas reſol. foren. 19, numer. 20, & ſequent. ubi per tot. reſol. hanc materiam tractat cum copia Doctorum ipſum conſule ſi placet, &

alios

alios citatos per Pasqualig. ubi suprà numer. 1251, & 1257, Modern. Castald. consult. forен. 136, numer. 4, & Consult. 137, numer. 2. & sequent. ubi latissimè *Franc. Mar. Prat. respons. 5, per tot.* ubi latè.

25 Falsa instrumenta producens, quando causam omittat, *Capon. d. discept. 37, numer. 9, & ferè per tot. Franc. Mar. Prat. ad Muscatel. in prax. crim. cap. de falsis, vers. Altera fuit quaestio, &c.* latissimè *Rovit. ad pragmat. de falsis per tot.* & ibi *La-*
26 *ganar.* ubi plura de hoc crimine falsi, & quid in Cathalonia, *Ripoll. ad Peguer. rubr. 17, numer. 27, & sequent.* ubi plures citat;
27 attamen licèt causam amittat, non tamen per hoc adversarius obtinebit, nisi suam intentionem plenè probaverit *Barbos. in cap. olim, 25, de rescript. numer. 5,* ad quod vide *Thesaur. de pœnis Eccles. verb. falsum, cap. 1.*
28 His conducunt tradita per *Ciarlin. controver. 234, numer. 1.* nempè quòd tollentes, vel corrumpentes arma, aut insignia puniendi sunt extraordinariè Iudicis arbitrio, quod uti curiosum nota.

DE TESTIBVS FALSVM DEPONENTIBVS.

Rubrica XLVII.

TEstis, qui in Causa Civili, vel Criminali falsum testimonium perhibuerit perpetua notatus infamiâ, ad Triremes quinquennio mittatur, & eius bona, pro medietate à Fisco Serenissimi publicentur, & si Fœmina sit, fustigetur per Civitatem, & ad quinquennium exbanniatur: Qui verò scienter falsum Testem induxerit, Causam amittat, & eandem pœnam, quàm Testis inductus incurrat, & nihilominùs, tàm ipse Testis, quàm scienter illum inducens, Parti ad omnia damna, & expensas in Sententia condemnentur: Sicut etiam, qui Testem subornaverit, sivè instruxerit, ut falsum deponeret, eandem pœnam incurrere volumus: Si verò solum attentaverit, mitius Iudicis arbitrio plectatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui dubitativè deposuit non potest redargui, quod falsum dixerit.*
Etiam si deposuerit per verbum Credo, numer. 2,
3 *Testis deponens falsum contra fiscum ad defensam rei punitur pœnâ extraordinaria.*
Et idem est si testis deponat falsum super interrogatoriis negando se pauperem, consanguineum, & simil. n. 4,
Et si testis deponat falsum sine iuramento, num. 5,
Licèt contrarium teneat Barbos. relatus, numer. 6,
Neque testis falsus punitur pœnâ ordinaria, si illius depositio est nulla, n. 8,
7 *Testis non punitur de periurio negant id quod resultaret in eius infamiam, damnum, & simil.*
9 *Testes non dicuntur subornati ex eo, quod eis fuerint ostensi articuli.*
10 *Authoris narratio.*
11 *Falsos testes ministrans in Cathalonia qua pœnâ puniatur.*
12 *Testes pecunia, aut spontè in criminalibus falsò deponentes qua pœnâ puniantur remissivè.*
13 *Clerici falsò deponentes coram Iudice laico sunt à Iudice Ecclesiastico puniendi.*
14 *Laici coram Iudice Ecclesiastico falsò deponentes possunt ab eo, & à seculari puniri, praeventione inter eos habita.*

ANNOTATIO.

1 TEstis qui dubitativè deposuit in iudicio non potest redargui, quod falsum dixerit, ut tradunt *Farinac. de test. quaest. 67, numer. 69, Guazzin. defen. 28, cap. 13, sub n. 5, Ciriac. controv. 407, n. 184, Caren. de Offic. S. Inquisit. par. 3, tit. 6, numer. 84, & 85,* & alii plures per me relati in *Resol. crimin. in verbo falsum, resol. 14, numer. 1,* &

& allegat foren. 100, *numer.* 1. Etiam si di-
2 ctus testis deponat per verbum *Credo*, ut
probant *Decian. tractat. crimin. lib. 6, cap.*
11, *numer.* 26, *Farinac. de testib. d. quaest.* 67,
numer. 69. ubi dicit, vix credere posse dari
casum in quo testis deponens de credulitate
de falso convinci posse pee rationem ibi per
eum adducta, & declaravi *Ego in d. resol.* 14,
numer. 2, *&* 3.

3 Prout neque testis deponens falsum con-
tra fiscum ad defensam eei inquisiti puniri
posse poenâ ordinaria falsi iuris communis,
vel statuti, sed tantùm poenâ extraordinaria
Iudicis arbitrio tenuerunt *Farinac. de test.*
d. quaest. 67, *numer.* 18, *& sequent. Caball.*
resol. crimin. casu 38, *numer.* 1, *& sequent.*
cent. 1, *& casu* 165, *numer.* 23, *& sequent.*
cent. 2, *Giurb. cons.* 71, *n.* 4, *Capic Latro dec.*
172, *n.* 36, *lib.* 2, & alii plures per me relati
in dicto *verbo falsum. resol.* 12, *num.* 1, *&* 2.

4 Et idem est in teste, qui falsum deposuit
super interrogatoriis negando se consangui-
neum, pauperem, sollicitatorem, affinem,
inimicum, & similia, qui pariter cùm dict.
falsitas non cadat super negocio principali,
sed super accessoriis punitur tantùm poenâ
extraordinaria propter temeritatem, & men-
daeium, nòn autem poenâ ordinaria, ut do-
cent *Magon. decis. Lucen.* 43, *numer.* 24,
& sequent. ubi testatur de communi opi-
nione, *Farinac. de test. quaest.* 67, *numer.*
129, *& sequent. Caball. resol. crimin. casu*
34, *numer.* 5, *&* 6, *cent.* 1, *Caren. de Offic.*
S. Inquis. par. 3, *tit.* 6, *numer.* 70, & alii
per me adducti in *Resol. crimin. in d. verbo*
falsum, *resol.* 15, *numer.* 1, *& sequent.* ubi di-
xi, idem esse in teste deponente falsum su-
per aeeessoriis, de quo videas ibi.

5 Addo prædictis quòd neque punitur poenâ
ordinaria falsi, sed extraordinaria tantùm
testis deponens falsum in iudicio sine iura-
mento, ut tradunt *Plot. Ludou. Gabriel.*
Bertaz. Farinac. Baiard. Guazzin. Ant.
de Ball. & Post. qui testantur de magis
communi, & communissima opinione in
locis per me relatis in dict. verbo *falsum, re-*
6 *solut.* 17, *numer.* 3. Quicquid contrarium
tenuerit *Barbos. de potest. Episc. allegat.* 51,
num. 26, & ab eo adducti.

7 Neque pariter punitur de periurio testis,
qui negat id quod resultaret in eius infa-
miam, vel vituperium, vel in illius dam-
num, *Farinac. cons.* 60, *numer.* 129, *& seq.*
lib. 1, *Guazzin. def n.* 20, *cap.* 3, *numer.* 8,
Scacc. de iudic. lib. 2, *cap.* 8, *numer.* 886, *&*
sequent. ubi dicit contrariam consuetudinem
procedere quando crimen est notorium, ut
ibi per eum.

8 Neque testis punitur de falso poenâ ordi-
naria illud deponens, si illius depositio sit
nulla, ut not. *Clar. in §. falsum, vers. Item*
excusatur, &c. Farinac. de test. quaest. 67,
numer. 187, ubi hane conclusionem dicit ve-
rissimam, & magis communiter receptam,
& alii per me relati in *Resol. crim. in verbo*
Testes quo ad dicta, *resol.* 3, *numer.* 1, *&* 6.

9 Nolo tamen omittere pro ulteriori decla-
ratione dicti statuti, quod testes non præsu-
muntur subornati ex eo, quod articuli fue-
rint eis ostensi, cùm non sit prohibitum te-
stes instruere per modum reminiscentiæ, ut
probant *Farinac. de test. quaest* 67, *num.* 287,
Adden. ad Gregor. XV. decis. 570, *numer* 9,
& Rota in Caesaraugust. d. stribut. 17, *No-*
vembris 1623 *coram Reverendissimo Coccino*
Decano, §. stante hac in fine.

ADDITIO.

10 LEctor benevole! non prætermitto, quod
omnia minutarim tradendo fierem
eulpabilis, & sæpè notá dignus; tamen non
præstat mihi locus thema sumpta ita digie-
di, sed solùm brevitate possibili pro maio-
ri, ad aliqua prænotandum, & ita parce, &
sis contentus his leguleis annotationibus,
quæ saltim servient ad ducendum lectores
ad fontem *DD. Modernorum*, qui mate-
rias extensè tractarunt.

11 Itaque ab hac materia falsitatis testium
remissivè me expediam, solùm tibi demon-
strem quòd in hac Provincia Cathaloniæ in
civilibus falsos testes ministrans, puniuntur
amissione causæ, & aliis poenis, *Ripoll. ad*
Peguer. in prax. rubr. 18, *n.* 61.

12 In criminalibus autem, qua poenâ pu-
niantur testes falsò deponentes pecunia, aut
spontè in causa offensiva, aut defensiva, ac
a ia quamplurima circa hæc tradunt *Cortia-*
da decis. 88, *numer.* 37, *& sequent. Carpzou.*
in pract. crim. quaest. 93, *numer.* 46, *& seq.*
Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser.
172, *per tot. Maiorana in oppo. prax. crim.*
lib. 2, *cap.* 6, *numer.* 91, *& sequent. & quam-*
plurimi DD. citati per Modern. Pegas ad
ordinatio Regn. Portugal. tom. 2, *glos.* 60,
ad §. 18, *numer.* 2, *Delbene de iuram. cap.* 5,
dub. 13, *per tot. Fragos. de regim. Reipub.*
Christian. par. 1, *lib.* 5, *disput.* 13, *§.* 6, *per*
tot. Benekendor. ad Seraphin. de privil. iu-
rament. addit ad privil. 156, *numer.* 1, *& se-*
quent. ubi latè de poenis testium falsò depo-
nentium, tàm in civilibus, quàm in crimi-
nalibus, & latiùs *ad privil.* 174, *à nu.* 89.

13 Clerici autem coram Iudiee seculari falsò
deponentes, à Iudice Ecclesiastico sunt pu-
niendi,

niendi, *Pilaia decis. canon. lib. 1, decis.* 11,
1 *numer.* 64, *Manfrell. dict. obser.* 172, *num.* 26, *& sequent. Benekendor. ad d. Seraphin. addit. ad privil.* 67, *numer.* 14, *Fragos. de Regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 2, *disput.* 4, *numer.* 347, *Rodoer. ad Maren. obser. ad cap.* 50, *numer.* 3, *Caball. Paul. Rube. Addit ad Sanfelic. Ricci. & alii* quos novissimè citat *Sabell. in summ. divers. tractat.* §. *Clericus, numer.* 52, *Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib.* 2, *def.* 1, *cap.* 12, *numer.* 11, *& alii*, quos citat *Capon. discept. foren. cap.* 134, *numer.* 72, *tom.* 3, *Fermosin. in cap.* 4, *de iudic. quest.* 3, *numer.* 1, *& sequent. Cortiada decis.* 35, *numer.* 38, *& sequent.* ubi la-
14 tissimè; Laici autem falsò deponentes coram Iudice Ecclesiastico delictum mixti fori committunt, & ita inter eos datur præventio, & ab uno puniti, ab alio puniri nequeunt, *Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. dict. obser.* 172, *numer.* 31, *&* 32, *Benekendor. in d. privil.* 67, *numer.* 13, *Rodoer. ubi supr. numer.* 6, *Sabell. d. numer.* 52, ubi *Diaz. Ciarlin. Franch. & alios* citat *Guazzin. d. numer.* 11.

DE POENA TESTIS SE ABSENTANTIS.

Rubrica XLVIII.

QUicumque Testis citatus, vel inductus ad probandum aliquod Maleficium, se studiosè absentaverit à Civitate Eugubii, vel si Districtualis sit, ab eius Districtu, si tale Maleficium aliter plenè probatum non fuerit, pœnâ quinquaginta librarum, & gravius Iudicis arbitrio puniri possit, & debeat.

SVMMARIVM.

1 *Testis recusans se examini subjicere punitur pœnâ extraordinaria.*

Fallit in teste, qui non tenetur examini se subjicere ratione reverentiæ, n. 2,

Et quando adest periculum incurrendi inimicitiam cum viro potenti, n. 3,

Et quando alius testis detegeret turpitudinem propriam, numer. 4,

5 *Testimonium ferre quilibet compellitur.*

Et ita torqueri possunt deponere recusantes, num. 6,

Et puniri testes se absentantes, quando pro repetitione sunt vocati, licet in processu informativo deposuerint, n. 7,

ANNOTATIO.

1 TEstis licèt recusando se examini subjicere puniatur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio uti habetur in hoc statuto, & in terminis iuris communis tradunt *Farin. de test. quest.* 78, *an.* 134, *& sequent. Guazzin. defens.* 14, *cap.* 8, *in fin. Cabal. resolut. criminal. casu* 55, *numer.* 1, *& sequent. cent.* 1, *Calvin. de aequit. lib.* 2, *cap.* 179, *num.* 35, & dixi *Ego in Resolut. criminal. in verbo Testium Miscellanea, resolut.* 1, *numer.* 9.
2 Id tamen non habet locum in Testibus, qui non tenentur se examinare ratione reverentiæ, ut puta gener contra socerum, Victricus contra privignum, frater contra fratrem, filii contra parentes, & simil. ut not. *Scacc. de iudic. lib.* 2, *cap.* 10, *numer.* 24, *& sequen. & numer.* 70, *& sequent.* & dixi *Ego in d.*
3 *resolut.* 1, *numer.* 10. ubi videre, Nequè quando adest periculum ne testis deponendo contrahat inimicitiam cum aliquo viro potenti, quia tunc testis non cogitur ad se examinandum, ut tenent *Foller. Menoch. Farinac. & Scacc.* in locis per me relatis in
4 *dict. resol.* 1, *in fin.* Nec quando testis detegeret turpitudinem propriam, ut voluerunt *Dec. Osasch. & Cauter.* quos refert, & sequitur *Zuffi. de legit. process. crimin. quest.* 67, *num.* 4, & ante eum *Guazzin. defen.* 19, *cap.* 1, *num.* 18.

ADDITIO.

5 NOn licet cuique ad veritatem occultandam se absentare, imò cogi possunt omnes regulariter testimonium ferre,

Go-

Gomez variar. tom. 3, cap. 12, numer. 24, Escobar. de purit. & nobilitat. par. 1, quæst.
6 *9, §. 1, numer.* 1. ob id torqueri possunt, quando deponere recusant, *Maiorana in oppo. prax. crim. lib. 1, cap. 5, numer. 1, & ferè per tot.* ubi tradit quando hoc dictum procedat, & ad ista vide *De Bictis in prax. cap. 2, tract. 4, sect. 3, quæst. 58, per tot.* ubi latissimè, & *Passerin. à Sextula in Tribunal. Regular. quæst. 15, art. 3, per tot.* maximè *numer. 55.*

7 Dispositio autem huius statuti procedit, etiam in teste examinato pro informatione Curiæ se absentante, vocato ad repetendum examen, *Caball. resol. crimin. cas. 55,* ubi plura de hac materia.

DE ARTIFICIBVS FALSVM committentibus.

Rubrica XLIX.

NUllus Mercator, sivè Artifex audeat suam Artem, sivè exercitium falsificare, quòd si secùs factum fuerit, & rem pro re fraudolenter vendiderit, sivè aliquid contra ordinem, & naturam Artis dolosè immiscuerit, puniatur in libris quinquaginta, & etiam maiori pœna, Iudicis arbitrio statuenda iuxta qualitatem delicti, pro qualibet vice, & re amissa, ad omne damnum, & interesse Emptoris condemnetur. Iudex verò tàm ad accusationem, & denunciam cuiuslibet personæ, quàm etiam per Inquisitionem procedere valeat, & teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Artifices qui artes suas falsificant, & mercibus aliquid fraudolenter immittunt, qua pœnâ puniantur.*

Et extraordinariè puniuntur hi omnes in sua mercatura aliquid inutile addentes, seu aliud pro alio vendentes, num. 2,

3 *Pharmacopulæ, & Aromatarii pœnâ extraordinaria puniuntur, si falsas medicinas vendunt.*

4 *Ædilis cognoscit de his falsitatibus commissis per artifices, seu alios in mercibus.*

ANNOTATIO.

1 AD materiam huius statuti imponente pœnam artificibus, qui audent eorum artem falsificare, & in mercibus aliquid fraudolenter immittere videas *Menoch. de arbitrar. casu 382, numer. 1, in add. t. Caball. Resol. crimin. casu 80, numer. 1, & sequent. cen. 1, & Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150, numer. 57,* ubi agit de vendente annonam corruptam, de miscente cum cera segum, fabas, & similia, & de immittente calcem in vino, arenam in blado, & de vendente unam rem pro alia, & de Aromatariis corrupta, & falsa aromata vendentibus, & quibus pœnis prædicti veniant puniendi, & an intret contra eos pœna falsi, ipsos consulas.

ADDITIO.

2 HI omnes falsitatem nostri statuti committentes pœnâ extraordinaria puniuntur, & eâ tenentur quicumque qui in sua mercatura addit inutile, ut calcem in vino pulverem, arenam in blado, pomam in cera, aut species aridas detinet in loco humido, & qui aliud pro alio vendunt, & in mercatura sua, cuiusque rei illa sit, falsum committunt, & emptores decipiunt fraudolenter, atque dolosè, *Carpzov. in pract. crim. quæst. 93, numer. 78, 86, & seq. Cortiada decis. 106, numer. 50,* ubi exemplare refert *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4, tit. 52, cap. 11, numer. 6, & sequent. Rovit. ad prag. 1, de Annona. n. 3, pag. 39, Avendan. de exequend. mandat p. 1, cap. 19, n. 30.*

3 Itaque pariter extraordinariè puniuntur Pharmacopulæ, seu Aromatarii falsas medicinas

dicinas vendentes, *Cortiad. decis. 88, numer. 36*, seu quid pro quo ponentes in maximam perniciem ægrotantium, *Severin. in addit. ad decis. 329, Sanfelic. in fin. vers. Huius occasione, &c.*

4 De his sanè delictis ab artificibus commissis, ut alibi dixi, cognoscit Ædilis Civitatis, ut latè Sententia Regia declaratum tradit *Xammar. de privil. Civit. Barch. §. 10, numer. 26*, & latissimè *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 3, ad §. 1, tit. 16, per tot.* ubi de omnibus falsitatibus ab artificibus committendis tractat, quem nè prætermittas prævidere, *& Severin. in addit. ad decis. 329, Sanfelic.* latè de his tractantem, paritérque *Avendan. in d. cap. 19, n. 30.*

DE MVTATIONE NOMINIS.

Rubrica. L.

SI quis dolosè sibi Nomen mutaverit, ita quò alterum fraudolenter aliquo modo circumvenerit, vel aliquid machinatus fuerit in grave præiudicium alterius condemnetur in libris ducentum, sivè alia maiori pœna, etiam corporali arbitrio Iudicis, & damnum Parti læsæ resarciat.

SVMMARIVM.

1 *Mutans sibi nomen non punitur si fiat sine dolo, & praiudicio alterius.*

Cùm liceat sibi nomen mutare in pluribus casibus, ut n. 2, & 4.

Et pracipuè licet sibi mutare nomen turpè, num. 3.

5 *Mutans sibi nomen dolosè, & fraudolenter falsum committit.*

6 *Mutare nomen duobus modis fit, & quomodo in unoquòque puniatur.*

7 *Mendicantes validi, & hi simil. istam falsitatē committunt, & qua pœnâ puniantur.*

ANNOTATIO.

1 POEna imposita à statuto, de quo suprà contra mutantem sibi nomen habet locum quando dicta mutatio nominis fit cum fraude, & in præiudicium alterius, ut habetur in dicto statuto, secùs tamen est si illa fiat sine dolo, vel sine alicuius præiudicio, ut est text. in *l. 1, & ibi not. glo. & Doctores communiter C. de mutat. nom.* & tradunt *Bossi. in pract. crimin. in tit. de mutat. nom. in prin. Menoch. de arbitr. casu 318, numer. 19, & 26, Caball. Resol. crimin. casu 176, numer. 11, cent. 2. Farinac. de simulat. & falsitat. quæst. 150, numer. 144, & Bonfin. ad bannim. gener. cap. 13, in princ.*

2 Cùm liceat in pluribus casibus nomen sibi mutare absque incursu pœnæ, & præcipuè pro defensione personæ, amicorum, & rerum suarum, item adversus hostes, vel la-
3 trones in itinerando, item mutando sibi nomen turpè, & assumendo nomen pulchrum, & similia, ut declarant *Baiard. ad Clar. in §. falsum, numer. 195, Caball. d. casu 176, numer. 10, & sequent. Farinac. de falsitat. & simulat. d. quæst. 150, num. 145, & Bonfin. in d. cap. 13, numer. 1.* Et quem posse sibi mutare nomen de Guelpho in Gebellinum dixit *Decian. tractat. crimin. lib. 7, cap. 7, numer. 11.*

ADDITIO.

4 NOmen sibi mutare licet, ut tradit *hic noster Conciol. num. 2*, & conducunt *Carpzou. in pract. crimin. quæst. 93, numer. 33, Carol. Rota pract. conclus. conclus. 27,*
5 *numer. 4, & sequent.* Non tamen si dolosè, ac fraudolenter fit, quia tunc falsum committitur, *Carpzou. d. numer. 33, Carol. Rota dict. conclu. 27, num. 6.*

6 Non autē mutare duobus modis fit, primò cùm quis, persona dissimulata se aliū esse mētitur, ob maximam similitudinem, secundo quando quis alterius nomen, non dissimulata alterius persona, assumit: undè mutans sibi nomen in celebratione alterius contractus, supponendo se pro alia persona, asserens se creditorem falliti, cùm non sit gerens se pro Nobili, Doctore, Notario, cùm non sit, hac pœna falsi omnes hi tenentur, *Carpzou.*

in d. pract. crimin. d. quaest. 93, numer. 34, & sequent. Cortiada decis. 88, num. 22, 23, 33, & seqq.

7 Hoc delicto efficiuntur mendicantes validi, qui ut maiorem ingerant hominibus miserationem, se ipsos, aut filios debilitant, aut herbis medicaminibus, vel suppositoriis faciunt tibias, seu simulant se infirmos, seu pallidos, fucatis coloribus, cùm verè non sint, hi sanè pœnâ falsi tenentur, & sunt ejiciendi à Civitatibus, & puniendi, *Antun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, tom. 2, cap. 41, numer. 12, & sequent.* ubi alios citat *Carpzou. in pract. crim. quaest. 93. numer. 72, & sequent. Aufrer. Rip. Peguer. Iodoc. Cabal. & alii*, quos citat *Belles. disqui. Cleric. tit. de favor. Cleric. real. §. numer. 97.*

DE INSIDIATORIBVS VIARVM.

Rubrica LI.

INsidiatores Viarum pro primò Latrocinio, si valorem decem librarum excedat, & cum notabili violentia, ac aliquali Personarum offensione factum sit, in loco latrocinii Furcis suspendatur, ita ut moriatur. Si verò res rapta sit citrà valorem decem librarum, licet cum aliquali violentia, fustigari per Civitatem ad Triremes per decennium transmittantur: Illi verò qui bis huiusmodi rapinas fecisse inventi sunt, ultimo Furcarum supplicio damnentur.

SVMMARIVM.

1 *Latro publicus dicitur qui palàm, & publicè furatur.*

Requiritur tamen frequentia depraedandi cum armis n. 2,

Et insidiatores viarum dicuntur qui in via publica, non autem privata depraedantur, n. 3,

Et d. statutum puniens pœnâ vita insidiatores viarum pro latrocinio excedente libras decem declaratur, num. 4,

5 *Insidiatores viarum in Cathalonia puniuntur pœnâ mortis, etiam pro delicto cuiusvis minimae quantitatis.*

Et quomodo puniantur de iure communi remissivè, num. 6,

ANNOTATIO.

1 LAtro publicus licet dicatur qui palàm, & publicè furatur, ut sunt piratae, & qui publicè stant in stratis ad effectum furandi, ut not *Decian. tractat. crimin. lib. 2, cap. 28, numer. 2, Farinac. de immunit. Eccles. numer.* 149, qui dat concordantes quamplures, *& Ant. de Ball. tractat. crimin. lib. 3, cap. 9, in prin.* licèt locus impressoris vi-
2 tio sit corruptus, Ut autem dicatur talis de iure communi requiritur frequentia depraedandi cum armis, quae non verificatur in unica, vel bina depraedatione, ut declarant *Decian. dict. cap. 28, numer. 2, Farinac. de immunitat. Ecclesiast. dict. numer. 154, & numer. 164, P. Dian. in sum. in verbo Immunitas Ecclesiastica quo ad delicta, numer.* 31, & alii per me relati in *Resolut. crim. in verbo Furtum, resol. 14, numer. 3, & 4.* ubi probavi, idem esse in grassatoribus viarum, ut ibi est videre.

Quod quidem statutum puniens pœnâ ultimi supplicii insidiatores viarum si furtum per
3 eos commissum excedat valorem decem librarum intelligendum videtur de eo insidiatore, qui semel, vel bis in via publica, & frequentata homines aggrediendo furatus est, non autem in eo, qui id commisit in via privata, quem non dici latronem publicum, cùm non tam atrox videatur delictum si vias non frequentatas obsederit, ut declarant *Decian. tract. crimin. lib. 6, cap. 28, numer. 2, Farinac. de immun. Eccles. num.* 151, *& num.* 165, *& Giurb. cons. 90, n. 17,* benè comprobans.

4 Adnotandum etiam est, quòd dispositio huius statuti punientis pœnâ vitae insidiatores viarum pro latrocinio excedente valorem decem librarum habet locum etiam in latrocinio commisso à pluribus excedente decem libras, etiam si pars uniuscuiusque con-

contingens non excedat d. decem libras, ut not. *Ioan. Ant. Niger. in cap.10, Incip. Ab hoc numer. 60, sub rubr. de furt. Baiar. ad Clar. in § furtum, num.* 38, quos refert, & sequitur *Calvin. de aequit. lib. 2, cap.* 180, *num.* 41, *& seq.*

ADDITIO.

5 INsidiatores viarum publicarum in hac nostra Provincia Cathaloniae, etiam pro uno delicto cuiusvis rei, ac quantitatis minimae, poenâ mortis, ac furcae suspensionis puniuntur, cum quo ad punitionem habeantur pro publicis latronibus, *Cortiada decis.* 107, *num.* 37, ubi suo doctissimo more plures *Doctores* citat.

6 Non ignoro quin latissima explanatione indigeret materia huius rubricae, circa nempè immunitatem Ecclesiasticam, circa species horum delinquentium, adjuvantium, auxiliantium, ac excubias facientium, & circa qualitates, an cum homicidio, an sine eo, an in viis publicis, an in vicinalibus, & privatis; sed frustraneum esset post amoenitatem, faecunditatem, ac doctrinam *nostri sanè Doctissimi, ac Nobilis Regentis Cortiada in decis.* 107, *per tot.* explanatam, velle in ab eo tractatis, ingustato legalis licore, me intromittere, & ita ad tam nostrae Iurisprudentiae praevidendum virum recurre, & si placet ad *Carpzou. in sua pract. crimin. quaest.* 22, *& sequent. & quaest.* 90, *&* 91, *Matthaeu. de re crim. contro.*43, *ad Doctores citatos per Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. lib.* 2, *§.* 18, *glos.* 71, *numer.* 2, *& per nostr. Conciol. consil.* 7, *numer.* 32, *& sequent. post tractat. de haered. simpl. & qualifi. & Muscatel. in prax. crim. cap. de furtis, rapinis, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat. Berlic. conclu. legal. par.* 4, *conclu.*20, *per tot. & ad alios passim, qui tibi materiam digestam tradent.*

DE INCENDIARIIS.

Rubrica LII.

SI quis dolosè Ignem immiserit in aliqua Domo, in qua habitetur, tàm in Civitate Eugubii, quàm eius Districtu, ita quòd ex eo Domus incensa fuerit, in totum, vel in partem, Furcis suspendatur, ita quod moriatur: Et si Is non venerit in fortiam Curiae, bonis omnibus publicatis, ad praedictam poenam perpetuò exbanniatur: Si quis verò Ignem immiserit in aliqua Domo extra Civitatem, in qua non habitetur, sed Animalia in ea existerent, Videlicet, Boves, Equi, Asini, Pecudes, & similia, vel etiam si in segetibus frumenti, sivè Acervis, aut Metis, Manus ei dextera amputetur, sivè ad Triremes ad quinquennium mittatur: Et si in fortiam Curiae non venerit, bonis pro Medietate publicatis, ad dictam poenam condemnetur. Si verò in dicta Domo Animalia non retineantur, vel incendium fecerit in aliis segetibus, quàm Grani, sivè etiam in eorum Acervis, vel Lini, Fabarum, & aliorum Leguminum, aut in Paleariis, Foeni, & cuiuscumque Straminis, vel Catastis Lignorum, fustibus publicè cedatur per Civitatem, & in exilium per quinquennium mittatur, & si capi non potuerit, bonis pro Quarta parte publicatis, in dictam poenam condemnetur, dummodo ex tali incendio non fuerit sequutum aliud incendium, quo casu poena maioris incendii imponatur: Et praedicta locum habeant, quando Incendium fuerit sequutum in totum, vel in partem. Pro sola verò immissione, seu appositione Ignis causa Incendii ad Domum habitationis alicuius, vel etiam in aliis rebus suprà nominatis, facti, & personarum qualitate attenta Iudicis arbitrio, mitius puniatur: Quibus poenis condemnetur, etiam mandans Incendium fieri, sivè etiam praestans auxilium, aut consilium in omnibus casibus; singula singulis congruè referendo: Et semper ultra poenas praedictas summariè

mariè emendetur damnum in duplum patienti principaliter, vel secundario, & occasionaliter, seu quomodocumque id patiatur. Si quis verò non dolo, sed ex aliqua culpa lata, vel levi Incendium fecerit in prædictis, tunc ultra emendationem damni pro modo culpæ, & negligentiæ, mitius condemnetur arbitrio D. Potestaris inspecta, qualitate facti, & personarum: Si verò casu fortuito prædicta evenerint, pœnam nullo modo imponi Volumus, sed ad dimidium damni damnum Passo teneri, & condemnari Mandamus.

SVMMARIVM.

1 *Incendium dicitur crimen gravissimum.*
Itaut incendiarius ultra pœnas teneatur etiam ad damna, & interesse, n. 2,
Ut autem puniatur requiritur dolus probatus saltem ex coniecturis, n. 3,
Et incendium uti difficilis probationis probatur ex coniecturis, n. 4,
Coniecturæ verò remittuntur arbitrio Iudicis, n. 5,
Commissum tamen sine dolo, sed solùm culpa mitius punitur, n. 6,

7 *Pater quando pro incendio teneatur pro filio, dominus pro famulo, & simil.*

8 *Statutum imponens pœnam vitæ pro incendio non habet locum pro parvo incendio.*

9 *Incendiarii dolosi, culposi, & ex fortuito, quomodo puniantur, remissivè.*

ANNOTATIO.

1 INcendii crimen gravissimum esse, cùm in eo Incendiarius nihil utilitatis, & voluptatis consequatur exclamant *Iodoc. in pract. crim. cap. 103, numer. 1, & Farinac. de variar. ac diver. crimin. quæst. 110, n. 2.*

2 Et ideò ultra graves pœnas à legibus, & statutis contra incendiarios inflictas ipsæ teneatur ad omnia damna, & interesse per incendium illata, ut not. *Farinac. de variar. ac diver. crimin. quæst. 110, numer. 9, & sequent. Rota apud Gregor. XV. decis. 528, numer. 14, & est tex. in cap. Si quis domum, de in-*

3 *iur. & damn. dator.* Ut autem contra incendiarium intret pœna ordinaria statuti, vel iuris communis requiritur dolus, qui regulariter non præsumitur, nisi probetur saltem ex indiciis, & coniecturis, ut puta ex qualitate facti, temporis, & personarum, ut docent *Afflict. in Constit. Regn. Qui dolosè ante, numer. 1, & numer. 6.* quem refert, & sequitur *Farinac. in d. quæst. 110, num. 6,* qui *numer. 41, & sequent.* recenset omnes ferè modos, ex quibus incendium dicitur commissum ex culpa alterius, & præcipuè inhabitantium, & *Rota apud Gregor. XV. d. decis. 528, ferè per tot.*

4 Incendium reputatur delictum difficilis probationis, & ideò illius culpa probatur coniecturis, & præsumptionibus, ut not. *Rimin. Iun. cons. 373, num. 35, Gabr. cons. 150, num. 6, & sequent. lib. 1, Franc. Marc. decis. 521, numer. 3, par. 2,* plenè *Farinac. de variar. ac divers. crimin. quæst. 110, num. 73, & sequent.* ubi ampliat prædicta habere locum etiam ad effectum puniendi crimina-

5 liter, ut ibi per eum *numer. 75.* Quæ quidem coniecturæ remittuntur prudentis iudicii arbitrio, *Menoch. de arbitrar. casu 390, numer. 16, Farinac. in d. quæst. 110, numer. 76, & seq. & Rota apud Gregor. XV. decis. 528, ferè per tot.* qui coniecturas recensent, quas videas ibi per eos.

6 Quod verò incendium factum non dolo, sed lata, vel levi culpâ mitius puniatur, uti est dispositum in hoc statuto scribit etiam *Farinac. de variar. ac diverſ. crimin. dict.*

7 *quæst. 110, numer. 16, & sequent.* Et quando pater teneatur pro filio, uxor pro marito, dominus pro famulo, & simil. pro incendio commisso per filium, per uxorem, & per famulum latè tradit idem *Farinac. in dict. quæst. 110, numer. 111, & plurib. sequent. & Antonel. de loco legal. lib. 3, cap. 20, num. 1, & sequent.* quæ hic esset nimis longum referre.

8 Addo prædictis quod dictum statutum imponens pœnam ultimi supplicii pro incendio non habet locum in parvo incendio, ut si quis incenderit unam capannam, vel unam parvam domum, quia tunc non intrare pœnam mortis voluerunt *Adden. ad Ang. de malef. in verbo Incendiario, num. 7, & 8.* testantes de veriori opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæst. 68, num. 21.* ubi de comburante tugurium cum quibus pertransit *Farin. in d. q. 110, n. 158, & sequent.*

ADDITIO.

9 INcendiarii dolosi acriter puniuntur, culposi culpa lata, levi, ac levissima, casúq; for-

fortuito non ita, quæ omnia hæc cum omni explanatione patefient tibi *Doctores*, quos citat *Cortiada decis.* 105, *per tot.* & conducunt *citati per Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 2. §.* 18, *glos.* 65, *num.* 2, & tradit *Carpzov. in sua prax. crimin. quæst.* 38, *&* 39, cum sua solita doctrina, in materia hac criminali præmanibus semper habendus, & eam tractat *Muscatel. in prax. crim. cap. de incendiis, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat.* quos consule, & pro materia civili vide *Hermosil. glos.* 3, *leg.* 3, *tit.* 2, *par.* 5, *per tot. De Bictis prax. Regular. q.* 124, *per tot. Berlich. conclu. legal. part.* 4, *conclu.* 24, *& seqq. per tot.*

DE FVRIBVS, ET EORVM Receptatoribus.

Rubrica LIII.

PRætor pro primo Furto non excedente Valorem decem librarum, pœnam L. librarum imponat, Si verò dictum valorem excedat, Delinquens, ultra dictam pœnam, fustigetur per Plateam, in die quo fit Mercatum, & si minor sit XIIII. annis ponatur ad Berlinam. Pro secundo verò furto, Delinquens omninò fustigetur per Civitatem, vel si exterus sit, bulletur in fronte, & utroque casu exbanniatur à Civitate, & Territorio, pœna Iudicis arbitrio statuenda. Pro tertio verò furto Furcis suspendatur, ita ut moriatur, si tamen is decimumnonum annum excedat, aliàs fustigatus, bulletur, exbanniatur, sivè etiam ad Triremes ad quinquennium mittatur, Delicti, & Personæ qualitate diligenter perpensa, & in omnem casum in duplum parti damnum resarcire teneatur, & ad id in Sententia ferenda Condemnetur. Quod si quis Rem Sacram furari ausus sit, etiam prima vice gravius Iudicis arbitrio puniri possit.

Declarantes etiam, quòd si quis in Civitate caperet furem in Domo, teneatur illum præsentare Iudici infra quatuor horas, ad pœnam viginti quinque librarum, si verò extra Civitatem spatio unius diei denunciasse, seu præsentasse teneatur. Quòd si percusserit furtum facientem de nocte in Domo sua, vel ex ea insequutus fuerit, nullam pœnam incurrat, & intelligatur hoc casu Fur, qui fuerit inventus occultè noctis tempore in aliqua Domo, vel Loco, qui sic inventus condemnari possit ut Fur. Qui verò scienter receptaverit dictos Latrones, seu Fures, & qui dederit ipsis auxilium, consilium, & favorem, sivè res furatas scienter receptaverit, prædictis pœnis, singula singulis congruè referendo, subjaceat, & condemnetur.

Addentes etiam, quòd si aliquod furtum fuerit commissum inter Patrem, Matrem, & Filium, Avum, Aviam, vel Nepotem Fratres Carnales, vel Consobrinos, quòd non excederet valorem decem librarum, per Iudicem procedi non possit, nisi per viam accusationis, vel querelæ dictarum Personarum: In cæteris verò Iudex ex Officio inquirere possit. Insidiatores autem viarum gravius plectendi sunt, ut suprà suo loco diximus.

SVMMARIVM.

1 *Fures puniuntur pœnâ statutorum loci.*

2 *Fur ut possit inquiri debet constare de corpore delicti.*

Quod cùm furtum sit difficilis probationis

tionis probatur per coniecturas, numer. 3,
Nisi agatur de furto, in quo remanent vestigia, num. 4,
Coniectura autem recensentur, n. 5,
6 *Furtum gravius punitur si sit commissum cum scalis.*
Et si sit commissum cum fractura, numer. 7,
Vel si sit commissum de nocte, n. 8,
9 *Fures quo ad interesse partis tenentur in solidum.*
10 *Furtum non dicitur committere qui rem aufert de voluntate Domini.*
Neque qui accipit alienum putans, dominum esse permissurum, n 11,
Neque qui accipit rem suam dum non potest illam aliter recuperare, n. 12,
13 *Furtum domesticum quomodo sit puniendum remissivè.*
14 *Furem receptans, vel rem furatam punitur eadem pœnâ, qua punitur idem fur.*
15 *Furtorum materia à quibus D D. tractatur remissivè.*
16 *Furtum committunt exigentes gabellam preter taxam.*

ANNOTATIO.

1 QVo ad pœnam furti imponendam furi esse attendenda statuta loci scripserunt *Bart. Bald. Fulgos. Salic. Sicar. & Cepoll. in auth. sed novo iure, C. de servit. fugit. Farin. de furt. quaest.* 167, *numer.* 40. & alii per me relati *in Resol. crimin. in verbo furtum, resol.* 7, *num.* 8.

2 Ut autem possit inquiri de furto debet priùs constare de corpore delicti, *Guazzin. defens.* 4, *cap.* 7, *in princ. Vermigl. cons.* 81, *numer.* 5, *Anto. de Bal. tractat. criminal. lib.* 2, *quaest.* 9, *numer.* 13, & dixi *Ego in d.*
3 *verbo furtum, resolut.* 1, *numer.* 1. Cùm tamen furtum dicatur difficilis probationis delictum, ideò illius corpus probatur per præsumptiones, & coniecturas, *Farinac. de furt. quaest.* 176, *numer.* 1, *Guazzin. defens.* 4, *cap.* 7, *numer.* 2, *Vermigliol. cons.* 271, *n.* 5, *& sequent. & cons.* 281, *numer.* 3, *Ciriac.*
4 *controvers.* 238, *numer.* 11. Nisi tamen agatur de furto, de quo remanent vestigia, ut quia illud fuerit commissum cum fractura ostii, fenestræ, capsæ, & simil. quia de dicta fractura debet constare per ocularem inspectionem, ut declarant *Guazzin. defen.* 4, *cap.* 7, *num.* 1, *Farinac. de Inquis. quaest.* 2, *sub numer.* 14, *& Ambros. in process. inform. lib.* 1, *cap.* 1, *numer.* 4, *&* 28. Conie-
5 cturæ autem per quas probatur corpus delicti in furto sunt quærela pactis, qui sit vir bonæ conditionis, & famæ, conquestiones Domini factæ in continenti, fractio ostii domos, vel Cameræ, ubi aderant bona furata, fuga famuli, publica vox, & fama, de quibus habetur per *Farinac. Honded. Guazzin. Ciriac. & Vermigliol.* per me relatos in *Resolut. criminal. in d. verbo furtum, resol.* 1, *in fin.*

6 Furti tamen crimen gravius venit puniendum si fuerit commissum cum scalis, ut not. *Peguer. decis.* 26, *per tot. Farinac. de furt. quaest.* 165, *numer.* 21, *& Vermigliol.*
7 *cons.* 269, *in princ.* prout etiam furtum commissum cum fractura, *Anton. Gomez. variar. resolut. tom.* 3, *cap.* 5, *numer.* 12, *Farinac. de furt. d. quaest.* 165, *numer.* 23, *& quaest.* 167, *numer.* 27. *& Vermigliol. cons.*
8 269, *in princ.* Et furtum commissum de nocte gravius punitur, quàm cõmissum de die, ut voluerunt *Boer. Petr. Gregor. Farinac. Menoch. Rip.* & alii per me adducti *in Resolut. criminal. in dict. verbo furtum, resol.* 2, *numer.* 3.

9 Quò verò ad interesse partis reficiendum per furem, de quo in hoc statuto fures tenentur in solidum, itaut uno ex eis solvente reliqui liberentur ab emenda damni, cùm creditoris non intersit à quo damnum ei reficiatur, *Thesaur. decis.* 254, *per tot.* ubi declarat quando id habeat locum, *Caball. resolut. crimin. casu* 198, *numer.* 4, *& sequent. cent.* 2, *Guazzin. defen.* 33, *cap.* 23, *numer.* 3, & alii per me relati *in Resolut. criminal. in verbo furtum, resol.* 3, *numer.* 4, *& sequent.* ubi hoc declaravi, & præcipuè quòd solvens potest ab aliis repetere pro rata, ut ibi.

10 Furtum autem non dicitur committere qui rem aufert de voluntate Domini rei subtractæ, nec intrat pœna furti, *Clar. §. furtum, numer.* 22, *Farinac. de furt. quaest.* 174, *numer.* 137, *Ciriac. controvers.* 231, *num.* 42.
11 Neque qui alienum accipit credendo, Dominum esse permissurum, ut not. *Farinac. de furt. d. quaest.* 174. *numer.* 141, *Giurb. decis.* 68, *numer.* 13, *in fin. Vermigliol. cons.* 358, *numer.* 5, & alii per me relati in dicto verbo *furtum, resol.* 5, *numer.* 3, 4, *& seq.* ubi recensui requisita, ut dict. conclusioni
12 sit locus, Prout neque intrat pœna furti contra surripientem rem suam apud alium existentem, quando aliter non potest illam recuperare, ut tradunt *Ludov. Becc. Decian. Farinac. Costa, & Vermigliol.* per me relati in dict. verbo *furtum, resol.* 10. *in fin.*

13 Quomodo verò puniendum sit furtum domesticum commissum, tàm per filium in re patris, quàm per alios putà per uxorem, ser-

ſervum, conſanguineum, & ſimiles, de quo in hoc ſtatuto tradunt *Farinac. de furt. quaſt.*174, *numer 95, & ſequent. Caball. reſolut. criminal. caſu 204, per tot. cent. 3, Vermigliol. conſ.* 261, *per tot. & conſ.* 466, *pariter per tot.* & dixi *Ego in d. verbo furtum, reſol. 9, per tot.*

14 Addo prædictis quòd receptans furem, vel rem furatam ſcienter tenetur eadem pœna, qua tenetur idemmet fur, ut habetur in hoc ſtatuto, ut not. *Farinac. de furt. q.* 168, *numer. 56, & ſequent.* ubi hoc declarat, & quando quis dicatur furi opem præſtare exponit in dict. *quaſt.* 168, *num.* 44, ipſum conſulas.

ADDITIO.

15 SPecies omnes furtorum, ac cum qualitatibus agravantibus recenſere, pœnáſque eorum, receptatorúmq; dinumerare, non iuxta themam ſumptam dijudicares, ſed defectuoſum, immaturum, ac leguleum ſcriptorem me dijudicares; benigne Lector, & in inexcuſabili exculpatione; ex quo de his omnibus latiſſimè, cum innumeris *Doctoribus* tractarunt *noſter Meritiſſimus, ac ſemper laudandus Nobilis Regens Cortiada deciſ.* 106, *per tot. & alii citati per Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom 2, §.* 18, *gloſ.* 71, *numer. 9, Carpzou. quaſt. 77, cum plurib. ſequent. Berlich. conclu. legal. part. 5. conclu. 43, & ſequent. De Bictis in prax Regular. quaſt.* 123, *per tot. Muſcatel. in prax. crim. tit. de receptatorib. delinquentium*, & ibi *Franc. Mar. Prat. Severin. in addit. ad deciſ. 343, Sanfelicii per tot. Muſcatel. in dict. prax. crim. cap. de furtis, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat.* ubi latè *Guazzin. ad defenſ. reor. def. 4, cap. 7, per tot. Matthau. de re crim. contro. 24, numer. 26, & contro. 34, per tot.* & paſſim; quàpropter ipſos conſule, & certò omnia quæ volueris in eos habebis.

16 Non ignores tamen quòd hac pœnâ furti tenentur exigentes gabellam præter taxam, *Queſada & Pilo differt. 22, num. 10,* ubi *Berlich. & Franc. Marc.* citat.

DE CONDEMNATIS CAPITALITER publicandis.

Rubrica LIV.

IUdices termino quinque dierum poſt Condemnationem capitaliter factam de aliquo Contumace, teneantur talem Condemnatum videlicet, Nomen, & Cognomen ſtatim annotari facere per Notarium Maleficiorum in Tabella, ſeu libro, in eius Camera palàm detinendo, ad hoc, ut nullus deindè illum ſic Diffidatum, & condemnatum alloqui, & recipere valeat, ad pœnam in Statuto contentam, utquè ad eorum capturam, & offenſionem impunè procedi poſſit.

DE CONDEMNATIS NON RECIPIENDIS

Rubrica LV.

SI quis Condemnatum capitaliter ad mortem in domo ſtudioſè receptaverit, ſivè retinuerit, aut quomodocumque ei conſilium, auxilium, & favorem præbuerit, vel etiam ſi extra domum cibum, & potum ſpontè ſubminiſtraverit. In primis carceretur ad veritatem Actorum indagandam, & ulterius pœnâ corporali Iudicis arbitrio inſpecta qualitate facti plecti poſſit, & debeat etiam uſque ad mortem: Quòd ſi per vim, aut metu coactus receptaverit,

rit, vel transeunti Victualia dederit, teneatur quamprimùm ei licuerit, nulla morâ interposita id Curiæ notificare, Iudicémque de singulis informare, alioquin pœnam centum Scutorum incurrisse intelligatur: Patri tamen, Matri, & Fratribus carnalibus receptatoribus in aliquo à Iudice in prædictis casibus indulgendum est. Vxor verò Maritum receptans, vel ei cibum, & potum subministrans nullatenus puniri possit, & de prædictis quilibet possit accusare, & Quartam partem pœnæ lucretur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens allocutionem, & conversationem cum bannitis non habet locum quando illa non est dolosa,*

Qui dolus in d. casu non præsumitur, num. 2,

Neque habet locum quando banniti sunt tolerati, num. 3,

Itaut sufficiat publica illorum conversatio, numer. 4,

Prout neque habet locum nisi probata scientia banni, num. 5,

Nisi tamen bannum in loco receptationis esset publicatum, n. 6,

Dummodò fuerit publicatum in loco receptationis, & conversationis, n. 7,

Neque d. statutum habet locum in receptante bannitum per metum, n. 8,

Utrum autem ad d. effectum pœnæ incurrendæ sufficiat unica conversatio, vel requirantur plures, n. 9,

10 *Receptatores condemnatorum capitaliter, iure communi inspecto, eadem pœnâ sunt puniendi, quâ puniendi erant receptati.*

Contrarium quod extraordinariè puniantur tenent alii, n. 11,

Nisi à cognatis, aut coniunctis fuerint receptati, num. 13,

Aut patres à filiis, n. 14,

Et in aliis casibus, num. 12,

15 *Receptatores condemnatorum, aut delinquentium dicuntur, nedum qui eos in domo recipit, sed etiam qui abscondidit, & aliter.*

16 *Receptatores bannitorum, condemnatorum, ac delinquentium, à quo Iudice puniantur.*

17 *Caupones receptando bannitos, & simil. pœna huius statuti non tenentur, & quomodo procedat.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum, & bannimenta prohibentia allocutionem, conversationem, & receptationem bannitorum habent locum quando allocutio, conversatio, & receptatio est dolosa, & fit in damnum fisci, vel Reipublicæ dando eis auxilium, vel favorem ad effectum illos evadendi à Curia illos occultando, arma subministrando, secus autem in associante se simpliciter cum eis in itinere, loquendo cum eis de negociis fisco non præiudicialibus, quia tunc dict. pœna statuti, & bannimentorum non habet locum, ut tradunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 82, numer. 40, Farinac. de consil. & mand. quæst. 133, numer. 57, & sequent. Guazzin. defen. 29, cap. 2, numer. 23, Ciriac. controvers. 345, numer 55, & sequent. Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 21, numer. 2, & sequent.* & alii plures per me relati in *Resolut. criminal. in verbo Bannitus, resol. 1, numer. 1, & allegat. foren. 96, in fin.* ubi dixi, ita obtinuisse in Auditorio Legationis Urbini, & alibi. Do-

2 lus verò in dict. casu non præsumitur, sed est probandus per fiscum, ut voluerunt *Gabriel. Rimin. Iun. Turret. Masc. Ciriac. Giurb.* & alii per me adducti *d. resol. 1, nu. 6.*

3 Prout neque pœna d. statuti, & bannimentorum prohibentium receptationem, allocutionem, & conversationem cum bannitis habet locum quando banniti sunt tolerati, itaut communi æstimatione non habeantur pro bannitis, sed potius pro aggratiatis, ut tradunt *Surd. cons. 170, numer. 24, lib. 2, Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 90, numer. 50, Farinac. de consult. & mand. quæst. 133, numer. 48, Vermigl. cons. 394, numer. 11,* & alii plures per me relati *Resol. crimin. in verbo Bannitus, resol 2, numer. 1.* Itaut

4 ad evadendam pœnam sufficiat publicam conversationem banniti absque scientia Principis, vel Officialis, cùm quælibet causa excuset à pœna, ut docent *Bertaz. Rimi. Iuni. Bursat. Farin. Vermigl.* & alii per me relati in *d. resol. 2, numer. 2.*

5 Addo prædictis, quòd pœnæ prædictæ contra receptantes, & conversantes cum bannitis non habent locum, nisi probata scientia, in receptante, & conversante cum eis, illos esse bannitos, ut docent *Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 90, numer. 36, & sequen.* plenè *Farinac. de consult. & mand. quæst.* Ban-

133, numer. 103, & numer. 113, *Caball. resolut. crimin. casu* 287, *numer.* 4, & *numer.* 21, *cent.* 3, *Calvin. de aquit. lib.* 1, *cap.* 41, *numer.* 30, & alii per me adducti in d. verbo *Bannitus*, *resol.* 3, *numer.* 1, & *numer.* 9, ubi dixi, ignorantiam in dicto casu præsumi, & scientiam esse probandam, *Antonell.*
6 *d. cap.* 21, *quæst.* 2, *numer.* 17. Nisi tamen in loco receptationis, vel conversationis cum bannitis bannum fuerit publicatum, quia tunc de eo non valet allegari ignorantia, ut tradunt *Bossi. Adden. ad Bertaz. Mascar. Baiard. Farinac. Costa*, *Caball.* & alii per me relati in *dict. resolut.* 3, *numer.* 6 Dum-
7 modo bannum fuerit publicatum in loco receptationis, & conversationis, cùm non sufficiat illud fuisse publicatum in Civitate, quod non inducit scientiam in Castris, & Villis, ut not. *Farinac. de consult. & mand. quæst.* 133, *numer.* 116, & *numer.* 127, *Enge. cons.* 87, *per tot. lib.* 2, *Vermigl. conf.* 434, *numer.* 21, & dixi *Ego alleg. foren.* 96, *num.* 16, & *in d. verbo Bannitus d. resol.* 3, *num.* 8, & 9. ubi recensui alios casus, in quibus præsumitur in receptante, & conversante cum bannitis scientia banni, quæ hic non sunt inutiliter replicanda.

8 Sicuti etiam non habent locum pœnæ, de quibus suprà in receptante bannitum per metum, ut habetur etiam in hoc statuto, ut docent *Deci. tractat. crimin. lib.* 5, *cap.* 51, *numer.* 71, *Farinac. de consult. & mand. q.* 133, *numer.* 36, *Caball. resolut. crimin. casu* 287, *numer.* 11, & *sequent.* & *numer.* 79, *cent.* 3, *Giurb. cons.* 28, *numer.* 17, & declaravi *Ego in d. verbo Bannitus, resol.* 7, *numer.* 1, & *sequent.* ubi probavi, metum in dicto casu præsumi, & quod debeat esse talis, qui cadat in constantem virum, ut ibi est videre.

9 Ut autem intret pœna d. statuti an sufficiat unica receptatio, vel conversatio, vel requirantur plures vide *Farinac. de consult. & mandat. quæst.* 133, *numer.* 21, & *sequent.* ubi dicit sufficere unicam receptationem vigore *Bulla Sixti V. Antonell. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 21, *num.* 2.

Addo ulterius, quòd pœnæ supradictæ non habent locum in auxilio præstito bannito per viam iudiciariam putà advocando, & procurando pro illius remissione, & gratia à Principe impetranda, quia prædicta dicuntur licita, & non punibilia, ut probant *Odd. conf.* 27, *numer.* 1, & *sequent. Guazzin. ad defen. in præfat. numer.* 21, *Farinac. de consult. & mand. d. quæst.* 133. *numer.* 73, *Iac. Beni. de privil. Doct. priv.* 46, *per tot.* nec non *Antonell. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 21, *in fin.*

ADDITIO.

10 Receptatores autem condemnatorum capitaliter, iure communi inspecto, sunt qui tenent puniendos esse eadem pœnâ, qua puniendi veniebant condemnati, *Giurb. consil.* 25, *numer.* 1, *Peguer.* & *alii*, quos citat *Carpzou. in pract. crimin. quæst.* 134, *num.* 38, *Modern. Maiorana in oppo.prax. crim. lib.* 1, *cap.* 17, *numer.* 17, & *sequent.* alii autem quod à iure communi ulla adest pœna imposita; ex quo, eo inspecto, non esse prohibitum alloqui, conversari cum condemnato, ac bannito, & etiam eum receptare, maximè extra territorium bannientis, *Ciriac. controver.* 545, *numer.* 14. Ta-
11 men his prætermissis pro indubitato teneo, extraordinariè esse puniendos, sicuti ita puniuntur, receptatores delinquentium, ac facinorosorum hominum, *Carpzon. dict. quæst.* 134, *numer.* 40, & *sequent. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 4, *tit.* 58, *glos.* 9, *ad §.* 7, *n.* 1, *Rovit. ad pragm. rubr. de receptatoribus delinquentiū, n.* 1, & *seq.* & ibi *Laganar. Avendan. de exequend. mandat.*
12 *p.* 2, *cap.* 7, *à num.* 1. à qua pœna excusantur variis in casibus, ut tradit *noster Conciol. hic* & eos recensent *Doctores citati à Sabell. in summ. diverf. tractat. §. Bannitus num.* 36. *Modern. Maiorana in oppo. prax. crim. lib.* 1, *cap.* 12, *numer.* 32, & *sequent.* & *à Rovit. in pragm.* 5, *de receptatorib. delinquen. per tot.* & *à Passerin. à Sextula ubi proximè à*
13 *numer.* 15. præcipuè si à cognatis, vel affinibus fuerit facta præfata receptatio, *Carpzou. dict. quæst.* 134, *numer.* 48, & *sequent.*
14 *Sabell. ubi suprà numer.* 39, & ita impunè à filiis possunt receptari, *Sabell. d. §. Bannitus, numer.* 8, *verf. Immò possunt*, ubi *Menoch. Christin.* & *alios citat Modern. Maiorana ubi suprà numer.* 40, & *sequent. Severin. in addit. ad decis.* 343, *Sanfelic. per tot. Passerin. ubi proximè numer.* 14, ubi tradit, an ita procedat in hæresi, *Avendan. d. cap.* 7, *à n.* 10.

15 Receptari dicuntur banniti, ac condemnati, nedum qui fuerunt in domo, seu agro recepti, & absconditi; sed etiam alii tradię à *Passerin. à Sextula ad cap. Ut officium, tit. de hæretic. in* 6, *à numer.* 11. ubi de receptatoribus hæreticorum, & à *Giurb. consil.* 28, *numer.* 2, & *sequent.* quos ibi prævidere poteris.

16 Receptatores bannitorum, ac condemnatorum à quo cognoscantur. an à suo Judice, seu ab eo qui eos bannivit, aut condemnavit, ardua est quæstio, quam ad partem

tem disputatam tradunt *Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 470, per tot. Laganar. ad pragm. 1, de receptatoribus delinquentium lit. A, & alii*, quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat. §. Bannitus, num. 36, vers. Quod receptatores*; ideóque pro examinatione ad ipsos recurre.

17 Caupones autem bannitos receptantes ignorando tales esse (prout præsumitur non constito de scientia) non tenentur pœnâ huius statuti, imò possunt illis ministrare potum, ac esum absque pœna, *Caball. Menoch. & alii*, quos citat *Sabell. tractat. var. §. Caupones, n. 3.*

DE CONDEMNATIS CAPITALITER impunè offendendis

Rubrica LVI.

Diffidati, sivè exbanniti capitaliter ad Mortem ex delicto, pro quo de Iure Communi, sive Municipali pœna mortis imponenda sit, possint à quocumque impunè offendi, & occidi: Et Iudices habita fide, de banno nullatenus procedere possint contra offensores, sivè occisores, Sed eos de carcere eximere, & ab omni molestia liberare teneantur: Qui verò fuerint condemnati citra pœnam mortis, nec etiam leviter offendi possint, sed illos Offendentes pœnâ ordinaria à Statutis imposita plectantur.

SUMMARIUM.

1 *Statutum quod banniti possint impunè occidi est validum.*

Habet tamen tãtum locum in bannito ex veris probationibus, n. 2.

Contrarium tenent alii plures, n. 3.

Non habet locum d. statutum in bannito tollerato, n. 4.

Quicquid aliqui contrarium teneant, num. 5.

Quando verò bannitus dicatur toleratus, num. 6.

Et occidens bannitum non dicitur frangere pacem, num. 7.

Et bannitus potest occidi proditoriè, per insidias, & cum veneno, n. 8.

9 *Banniti, & capitaliter condemnati cùm pro mortuis habeantur.*

Possunt ut constituti in articulo mortis à quolibet Sacerdote etiam non approbato absolvi, num. 10.

Et etiam impunè offendi, ac occidi, numer. 11.

Non tamen à filiis, aut uxore, nu. 12.

Nequè in Ecclesia, n. 13.

Nequè possunt occidi non condemnati capitaliter, licèt cum confiscatione bonorum, num. 15.

14 *Banniti, ac capitaliter condemnati an gaudeant immunitate Ecclesiastica.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum, quòd banniti capitaliter possint impunè occidi uti fundatum ex iusta causa ad publicam scilicet utilitatem, ut homines metu pœnæ territi à delinquendo se abstineant scientes se posteà occidi posse quod sit validum, & servandum etiam in foro consciẽtiæ post *Graff. cons. 7, numer. 6, & Vivi. com. opin. 770, numer. 3*, per eum adductos firmat *P. Graffett. de nece prod. t. §. 12, nu. 14*, & latè comprobat *Farinac. de variar. ac diver. quæst. q. 103, numer. 1, & sequent.*

2 Statutum de quo suprà permittens occidi bannitum habet locum in bannito ex veris probationibus, non autem in bannito ex contumacia, nisi dicatur expresè, ut tradunt *Rolan. cons. 45, numer. 66, lib. 1, Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 93, sub numer. 1, & cap. 197, sub numer. 126*, ubi testatur de communi opinione, *Giurb. cons. 3, numer. 15, & cons.*

conf. 27, numer. 12, & sequent. & Altograd.
conf. 98, numer. 8, lib. 1.
3 Contrarium tamen tenent *Cartar. de*
execut. sent. capt. bann. cap. 1, numer. 37, &
sequent. qui testatur de vera, & communi
opinione, & *Farinac. de variar. ac divers.*
quæst. quæst. 103, numer. 197, ubi dicit, quòd
contraria opinio in practica non recipitur, &
plures dat concordantes, cum quibus con-
cordat etiam *Constit. March. lib. 4, cap. 30,*
& dixi *Ego in Resol. crim. in verbo Banni-*
tus, resol. 4, num. 2,
4 Neque habet locum dispositio d. statuti
in bannito tolerato in Civitate, quem non
posse impunè offendi, cùm habeatur pro
non bannito, voluerunt *Farinac. in d. quæst.*
103, *numer. 298,* ubi testatur de magis com-
muni Doctorum opinione, *Choel. in Bull.*
bon. regim. cap. 31, numer. 53, & P. Graßett.
5 *de nece prodit. §. 12, numer.* 16. Quicquid
malè tenuerint contrarium, *Decian. Ruin.*
& alii relati per me *in d. resol. 4, numer. 5.*
6 Quando verò bannitus dicatur toleratus,
itaut non possit impunè offendi latè declarat
Farin. in d. quæst. 103, *numer.* 291, ipsum
consulas.
7 Addo prædictis, quòd stante d. statuto
permittente bannitum occidi posse, illum
occidens non dicitur frangere pacem factam
cum eo ante bannum, ut not. *Farin. de var.*
ac divers. crimin. quæst. 103, *numer. 46,*
Guazzin. de pace par. 1, quæst. 23, numer.
8, & sequent. & quæst. 61, numer. 3, & seq.
P. Graffett. latè comprobans *de nece prodit.*
§. 12, numer. 20, & alii per me adducti in
d. verbo Bonnitus, resol. 5, numer. 1. ubi
numer. 4. dixi, idem esse in cautione de non
offendendo, & prædicta non habere locum
in bannito habente salvum conductum, in
tolerato, & simil. ut *ibi num. 7.* & not. etiam
P. Graffett. d. §. 12, n. 16.
8 Amplia ut stante d. statuto permittente
bannitum occidi, ut id fieri possit proditoriè,
& per insidias, cum armis prohibitis,
& mediante veneno, ut contra *Menoch.*
de arbitrar. lib. 1, quæst. 90, numer. 49, te-
nent *P. Molin. de iust. & iur. tom. 4, tract.*
3, disput. 7, numer. 1, P. Diana in summ. in
verbo Occidere bannitum, numer. 6, & latè
comprobat *P. Graßett. de nece prodit. d. §.*
12, n. 12, 13, & seq.

ADDITIO.

9 Condemnati capitaliter, & banniti in
miserrimo statu constituuntur, pro
mortuis habentur, *Antun. Portugal. de do-*
nationib. Reg. par. 3, cap. 30, numer. 58, &
10 uti constituti in articulo mortis possunt à
quolibet Sacerdote non approbato absolvi,
P. Manar. in noct. Melanco. citatus à Sa-
bell. in summ. divers. tractat. §. Bannitus,
11 *numer. 1.* ideò iuxta statuta possunt impunè
offendi, ac occidi, ut tradit *hic noster Con-*
ciol. & tradunt *Doctores citati per dict. Sa-*
bell. dict. §. Bannitus, num. 1, & sequent.
12 non tamen per filios, aut uxorem, *Carol.*
Ant. De Luca ad Franch. obser. 276, num. 2,
& sequent. Sabell. ubi suprà numer. 8. neque
13 in Ecclesia, quia non obstante præfata statu-
taria dispositione severiter punirentur, ut
Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis vio-
latores, *Cortiada decis. 85, n. 7, Diana, &*
alii, quos citat *Sabell. ubi suprà n. 9.*
14 Condemnati autem capitaliter, ac ban-
niti an gaudeant immunitate Ecclesiastica,
tradit latissimè *Cortiada d. decis. 85, num. 1,*
& sequent. ubi exemplaria refert, & tradunt
citati per Sabell. d. §. Banniti, numer. 9, ip-
sos consule.
15 Dispositio nostri statuti iuri communi
conformatur, loquendo prout loquitur de
capitaliter condemnatis; ex quo non con-
demnati capitaliter, sed in alia mitiori pœ-
na non possunt occidi, nec offendi, etiam
si condemnati, ac banniti sint cum confi-
scatione bonorum, *Portugal. d. cap. 30, nu-*
mer. 61, ubi alios citat.





QVOD PATER TENEATVR PRO DElicto filii usque ad legitimam.

Rubrica LVII.

UT delicta Juventutis reprimantur, Statuimus, quòd si Filius familias ex aliquo delicto condemnetur, pro quo pœna Confiscationis omnium bonorum à Jure Communi, sivè Municipali, etiam in contumaciam fuerit imposita, Pater teneatur de bonis suis, usque ad legitimam portionem, quam etiam contra Juris Communis Regulas ad prædictum effectum in Vita Patris constitui Volumus: Sicut etiam ob delictum Parentum Legitimam reservari debere Filiis, seu Nepotibus iuxta Iuris dispositionem à Iudice declarandam.

Addentes, quòd omne id, quod Pater solverit semel, vel pluries pro aliqua condemnatione Filii, possit, & debeat in talem legitimam imputari: Sicut etiam Pater in suo Testamento ea omnia in legitimam Filii computare poterit: Declarantes tamen, quòd si Fliusfamilias seorsùm à Patre habitet, fieri debeat executio in bonis, quæ Filius possidet, vel alius pro eo, vel quæ ad ipsum iure Castrensis Peculii, vel quasi, vel Adventitii pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Statutum compellens patrem ad solvendam legitimam fisco pro filio est validum.*

Non tamen habet locum in filio spurio, neque in filia, n. 2, & 3.

Neque quando filius delinquens habet filios, n. 4,

Neque comprehendit avum, nec patrem forensem, n. 5, & 7,

Neque quando pater habet tres filios, vel ultra, n. 6,

Et dictum statutum non habet locum nisi pro unica vice, n. 8,

Potest tamen pater solvens condemnationem pro filio illam imputare legitimam, numer. 9,

Non tenetur tamen de iure solvere condemnationem pro filio, n. 10,

Neque quatenus est in legitima, n. 11,

Nec tenetur illam solvere nec de peculio adventitio, nec de profectitio, numer. 12, & 13,

Licèt si filius sit carceratus pro delicto possit cogere patrem ad assignandam legitimam, n. 14,

Si tamen filius habitet seorsum à patre executio pro condemnatione est facienda in eius peculio, n. 15,

16 *Statutum quòd pater teneatur pro filio non procedit in pœnis corporalibus.*

Sed tantùm in pœnis pecuniariis, numer. 17,

18 *Statutum disponens, quòd pater teneatur pro filio in pluribus casibus non habet locum, remissivè.*

19 *Pater in civilibus quando teneatur pro filio.*

20 *Pater in Cathalonia non tenetur pro delicto filii, etiam intra legitimam.*

ANNOTATIO.

1 STatutum prædictum compellens patrem ad solvendam legitimam fisco pro filio delinquente licet sit contra ius, est tamen validum, & servandum uti conditum ratione publicæ utilitatis, ut filii arceantur à commissione delictorum, ut declarant *Clar. in pract. §. fin. quæst. 86. vers. valebit. igitur, Ludov. decis. Perus.* 11. *numer.* 26, ubi testatur de magis communi Doctorum opinione, plenè *Cartar. de pœn. innoc. art.* 3, *numer.* 45, *Maffin. de confiscat. bonor. quæst.* 21, *numer.* 16, & in Statu Ecclesiastico adest *constitut. March. lib.* 4, *cap.* 18, & *Bulla Sixti Quarti in ordine* . . .

2 Dictum tamen statutum non habet locum in filio spurio, neque in naturali, ut not.

not. Farinac. de delict. & pœn. quaſt. 24,
numer. 188, verſ. Limita ſeptimò, &c. Mer-
lin. de legit. lib. 3, tit. 1, quaſt. 34, numer. 3,
latè Cartar. de pœn. innoc. art. 3, num. 500,
& ſequent. ubi teſtatur de veriori, & magis
communi opinione, Caball. reſolut. crimi-
nal. caſu 250, numer. 17, & ſequen. cent. 3,
& alii per me relati in Reſolut. crimin. in
3 verbo legitima, reſol. 3, numer. 7. Nequè
comprehendit filiam, cùm maſculinum non
concipiat fœmininum in ſtatuto continente
odium irrationabile, Baiard. ad Clar. §. fin.
quaſt. 68, numer. 17, benè Cartar. de pœn.
innoc. dict. art. 3, numer. 844, qui dant con-
4 cordantes. Nequè quando filius, qui deli-
ctum commiſit habet filios, Peregr. de iure
fiſc. lib. 5, tit. 1, numer. 133, Farinac de de-
lict. & pœn. d. quaſt. 24, numer. 172, Caball.
reſolut. criminal. caſu 250, numer. 23, cent. 3,
Cartar. in d. art. 3, numer. 471, & ſequent.
& alii plures per me relati in d. reſolut. 3,
5 numer. 13. Nequè comprehendit patrem fo-
renſem, ut not. Farinac. Baiar. Merlin.
Guazzin. Cartar. & Caball. per me relati
in dicta reſolut. 3, numer. 15, Antonell. de
loco legal. lib. 3, cap. ultim. quaſt. 5, numer. 1,
6 Nequè habet locum quando pater habet
tres filios vel ultra, quia uno ex eis delin-
quente, pater non tenetur pro eo ſolvere le-
gitimam, ut docent Farinac. de delict. &
pœn. in d. quaſt. 24, numer. 170, ſecundum
primam impreſſionem, Merlin. de legit.
lib. 3, tit. 1, quaſt. 29, numer. 19, in addit.
Vermigliol. conſ. 47, numer. 4, & conſ. 49,
numer. 3. & alibi Maſſin. de confiſcat. bonor.
quaſt. 28, numer. 22, & declaravi Ego in dict.
reſolut. 3, numer. 19, cum addit. ibi poſita, &
in verbo Confiſcatio, reſolut. 7, cum addit.
7 ibi. Nequè dictum ſtatutum loquens de pa-
tre comprehendit avum, ut tenent Bald. Car-
pan. Merlin. Eugen. Guazzin. Caball. &
Cartar. in locis per me relatis in d. reſolut.
3, numer. 25, & ſequent. ubi probavi dictum
ſtatutum non comprehendere Matrem, ne-
què filium delinquentem extra territorium,
& alios quamplures caſus, quos nimis lon-
gum eſſet hic recenſere.

8 Statutum ſupradictum, quòd pater ſolvat
legitimam fiſco pro filio delinquente non
habet locum niſi pro prima vice, qui ſi ſe-
mel legitimam ſolvit non tenetur iterum il-
lam ſolvere, ut docent Guazzin. de confi-
ſcat. bonor. concluſ. 13, limit. 19, numer. 48,
Cartar. de pœn. innoc. art. 6, numer. 20, &
ita diſponitur in Conſtit. March. & in
Bulla Sixti Quarti per me relatis in dict.
reſolut. 3, in fin.

9 Statutum verò ſupradictum, quòd pater
ſolvens condemnationem fiſco pro filio poſ-
ſit, & debeat illam imputare ei in legiti-
mam concordat cum iure communi, quod
idem diſponit, ut tradunt Mangil. de im-
put. quaſt. 40, numer. 26, & Merlin. de le-
git. lib. 2, tit. 2, quaſt. 25, num. 1, & ſequent.
qui dant concordantes.

10 Pater verò circumſcripto dicto ſtatuto
cogente eum ad ſolvendum legitimam pro
filio delinquente, non tenetur ſolvere con-
demnationem fiſco pro filio, ut tradunt
Clar. in pract. §. fin. quaſt. 86, verſ. Secun-
dò infertur, &c. Farinac. de delict. & pœn.
quaſt. 24, numer. 15, & ſequent. Carpan. ad
ſtat. Mediol. cap. 416, numer. 237, lib. 1,
Hond. conſ. 95, numer. 34, vol. 1, & conſ.
74, numer. 13, vol. 2, & Balth. Thom. in ſuis
tractat. variar. tom. 1, in tract. de legit. tit.
9, numer. 36. Cùm pater non teneatur pro
delicto filii, ut ultra Doctores ſupra addu-
ctos not. Gabr. conſ. 182, numer. 1, vol. 1,
Covar. variar. reſolut. lib. 2, cap. 8, in prin-
cip. & Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quaſt.
33, in princ.

11 Itaut pater ad id non teneatur nequè qua-
tenus eſt in legitima, ut docent Farinac. in
d. quaſt. 24, numer. 15, & ſequent. latè com-
probans Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, quaſt.
33, numer. 1, & ſequent. Peregr. de iure fiſc.
lib. 5, tit. 1, numer. 133, verſ. Et idem, &c.
Baiar. ad Clar. §. fin. quaſt. 78, numer. 48,
& Carpan. ad ſtat. Mediol. d. cap. 416, nu-
mer. 237, & ſeq.

12 Nequè teneatur ſolvere condemnatio-
nem pro filio de bonis adventitiis illius, quo-
rum pater habet uſumfructum tantùm, ut
voluerunt Vulp. conſ. crim. 15, per tot. Fa-
rin. in d. quaſt. 24, numer. 5, ubi teſtatur de
veriori, & magis communi Doctorum opi-
nione Peregr. de iur. fiſc. lib. 5, tit. 1, num.
128, quam opinionem uti magis commu-
nem latè tuetur Facchin. controv. iur. lib. 9,
cap. 46, per tot. & Carpan. ad Nov. Conſt.
Mediol. cap. Omnium, numer. 228, & ſeq.
Quicquid contrarium teneant Doctores re-
lati per Farinac. in d. quaſt. 24, numer. 5,
verſ. Et licet, &c.

13 Prout nec tenetur illam ſolvere de pecu-
lio profectitio, in quo pater habet uſum-
fructum, & proprietatem, Carpan. in dict.
cap. Omnium, numer. 239, Clar. in d. quaſt.
78, verſ. Prastereà quaro, &c. Farin. in d.
quaſt. 24, numer. 3, Hond. d. conſ. 95, num.
36, Vulpell. d. conſ. 15, ferè per tot. & Pere-
grin. in d. tit. 1, numer. 125, qui dant con-
cordantes.

14 Licèt ſi filius detineatur in carcere pro
delicto, ex quo aliter evadere non valeat,

posse cogere patrem Iudicis officio, ut ei legitimum assignet, ut se ex carceribus redimere valeat, scripserunt, *Farinac. in d. quaest. 24 numer. 21, & seq. & Merlin. de legit. lib. 2, titul. 2, q. 25, n. 3, in fin.*

15 Quod verò stante hoc statuto si filius habitans seorsum à patre condemnatus sit in poenam confiscationis bonorum executio facienda sit in eius peculio Castrensi, vel quasi videas adducta per me *in Resolut. criminal. in verbo Confiscatio, resol. 8, & 9, per tot.*

ADDITIO.

16 HOc statutum non loquitur de poenis corporalibus, cùm in eis non aliis, quàm suos teneant penè Auctores, *Carpzou. in pract. crim. quaest. 131, numer. 2, Faria ad Covarru. var. lib. 2, cap. 8, numer. 6. cum*

17 *plurib. sequentibus*, benè tamen procedit in poenis pecuniariis, & corporis non afflictivis, quia in his procedit nostra statutaria dispositio, & ita tenet, cavendo quòd pater intra legitimam pro filio delinquente solvat poenam, ut tradit *hic noster Conciol. numer. 1*, & tradunt *citati à dict. Faria d. cap. 8, n. 81, & sequent.* ad quod vide *Doctores citatos per Olea decis. iur. tit. 2, quaest. 6, numer. 19*, ubi de materia huius statuti latè tractat *Marotta discept. foren. cap. 7, numer. 6*, ubi tradit non procedere hoc statutum quando filius condemnatur in contumaciam.

18 Non tamen habet locum dispositio nostri statuti, si filius qui deliquit solvendo sit, & in aliis casibus recensitis à *nostr. Conciol. hic* & à *dict. Faria d. cap. 8, numer. 84, & sequent. & ferè per tot.* ad quem recurre, & habebis materiam huius statuti latissimè tractatam, vide *Antun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 23, per tot.* latè hanc materiam, inspecto iure communi tractantem.

19 In civilibus autem, quando pater teneatur pro filio, non huius est loci, idcóque pro hac quaestione recurre ad *Doctissimum Altimar. in obser. 24, ad lib. 3, Rovit. per tot.* ubi latissimè.

20 In hac tamen nostra Provincia Cathaloniae per *Const. 1, tit. Quant lo pare es obligat per lo fill*, est dispositum quod pro delicto commisso per filium viventibus parentibus ille nequè teneatur pro concurrente quantitate legitimae, quia ipsis viventibus legitima filiis non est debita, ut est vulgare, & triviale.

DE FILIIS IN PARENTES DELINquentibus. Rubrica LVIII.

SI Filius in Patrem, vel Matrem, Avum, vel Aviam citra sanguinis effusionem deliquerit, ut puta si manus iniecerit violentas, aut aliàs malè se in eorum Personas, & res gesserit, Iudex ad eorum instantiam illum carcerari faciat, nec relaxari mandet absque eorum Consensu, & si convenire videbitur, corporaliter etiam puniat. Quòd si Parentes pro dicta poena non institerint; Iudex contra eum inquirere, ipsumque carcerare, & delicti qualitate inspecta punire valeat.

SUMMARIUM.

1 *Delictum filii manus injicientis in patrem est gravissimum.*

Quae autem percussio veniat sub nomine manus iniectionis, n. 2,

Statuti poena non habet locum in percutiente patrem sine dolo, & ad defensam, & simil. num. 3,

4 *Pater potest facere carcerare filiū per Iudicē.*

Id tamen non licet Matri, & consanguineis, num. 5,

6 *Filius manus in patrem injiciens in Cathalonia extraordinariè punitur.*

7 *Parricidii materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 MEritò statuentes in hoc statuto auxerunt poenam in filios, qui in patrem, ma-

ftè, & indebitè captum, & condemnatum;
cum non peccet qui defendit eum, qui in-
iuriam patitur; ut not. Clar. in pract. §. fin.
quæst. 29, vers. Sed quid si ille, &c. ubi te-
statur de communi opinione Farinac. de
carcer. & carcer. d. quæst. 32, numer. 66, &
sequent. benè comprobans Odd. conf. 72, nu-
mer. 3, & Guazzin. d. defen. 5, cap. 5, nu-
5 mer. 22. Quod tamen locum habere potest
quando de iniustitia capturæ, seu condem-
nationis notoriè, & evidenter constat, aliàs
secus, ut not. Cagnol. Decian Farinac.
Scacc. & Guazzin. per me relati in d. resol. 5,
6 numer. 10. Quorum aliqui prædicta admit-
tunt, quando non adest recursus ad Princi-
pem, & cum aliqua pœna extraordinaria, ut
ibi per eos.
7 Ut autem intret dicta pœna contra exi-
mentes debet de eximitione constare plenè,
& concludenter aliter, quàm ex depositio-
ne birruariorum, ut probat Farinac. de car-
cer. & carcer. dict. quæst. 32, numer. 80, &
& sequent. ubi dat concordantes, & vide
adducta per me in Resolut. criminal. in ver-
bo Birruarius, resolut. 4, per tot. & Bonfin.
ad Bannimen. gener. cap. 41, n. 1, & 2.
8 Quod verò eximens debitorem de mani-
bus Curiæ teneatur creditori ad damna, &
interesse, & ad solvendum debitum, ut di-
sponitur in hoc statuto tradunt Farinac. de
carcer. & carcer. dict. quæst. 32, numer. 9,
Caball. resolut. crimin. casu 8, numer. 22,
cent. 1, Guazzin. d. defen. 5, cap. 5, numer.
16, & 17. Rota decis. 76, in fin. post sec. vo-
lum. cons. Farinac. & alii per me relati in
d. verbo eximitio à Curia, resol. 3, num. 3,
& 4, ubi dixi, idem esse in eo qui debito-
ri manifestat capturam de eo faciendum.
9 Utrum verò dicta pœna contra eximen-
tem de manibus Curiæ habeat locum in eo,
qui cum effectu non eximit, sed solùm exi-
mere tentavit maximè stante Bulla Sixti V.
videas adducta per me in d. resol. 5, in fin.
10 Pœnæ contra negantem pignus ut si lo-
cus de illa non sufficit constare per deposi-
tionem birruariorum, & Plazzarii, sed aliis
indiget adminiculis, ut tradunt Mascard.
de probat. conclus. 189, numer. 5, & 6, vol 1,
Gabr. commun. conclus. de citat. conclus. 4,
numer. 1, & sequent. Guazzin. defen. 10, cap.
5, per tot. & Bonfin. ad bannim. gener. cap.
41, numer. 2.

ADDITIO.

11 De hoc delicto aliqua diximus suprà
hoc lib. 4, rubr. 60, & lib. 1, rubr. 17.
ubi loquuti fuimus de effractoribus carce-
rum, quæ hic pariter procedunt, cum exi-
mentium à carceribus, & à manibus Curiæ
eadem pœna sit, Altimar. ad consil. Rovit.
lib. 3, obser. ad consil. 5, n. 2.
12 Itaque eximens à carcere, seu a manibus
Curiæ delinquentem capitaliter convictum,
& condemnatum pœna legis Iuliæ Maiesta-
tis, & sic ultimi supplicii tenetur, Matthau.
de re crim. contro. 17, à numer. 15, ad 29,
Altimar. dict. obser. ad consil. 5, Rovit. lib.
3, numer. 3, Rodoer. ad Marin. cap. 115,
numer. 1, Severin. ad decis. 335, Sanfelic.
pag. mihi 34, Guazzin. ad defens. reor. def.
5, cap. 5, numer. 6, & sequent. videndi quos
citat Berlich. conclu. legal. par. 5, concl. 66,
13 numer. 37. & iste iuxta magis communem
opinionem non gaudet immunitate Eccle-
siastica, Cortiada decis. 102, numer. 19, &
14 sequent, sic autem captus exemptus non erat
condemnatus, convictus, nec confessus, exi-
mens tenetur ad pœnam ad quam exem-
ptus tenebatur, Altimar. dict. obser. 5, nu-
mer. 4, Carpzov. in pract. crim. quæst. 35,
numer, 40, & quæst. 111, numer. 84, Rodoer.
ad Marin. d. cap. 115, num. 2, Guazzin. d.
cap. 5, n. 9.
15 Eximens autem illum qui ducebatur ad
supplicium debet puniri pœnâ ultimi sup-
plicii, Baron. Conciol. noster Laynez. &
alii, quos citat Altimar. dict. obser. 5, nu-
16 mer. 23, Si tamen fuerit uxor quæ eximit vi-
rum, vel pater filium, vel filius patrem, vel
frater fratrem, non tenetur pœnâ ordinaria
exemptionis, sed mitiori, & extraordinaria,
Altimar. dict. obser. 5, numer. 27, Guazzin.
d. cap. 5, numer. 20, & 21.
17 Pro causa civili, puta debito, aut alia,
carceratos, seu captos à manibus Curiæ, seu
à carcere eximens tenetur ad duas pœnas,
nempè ad solvendum id ad quod carceratus,
ac captus tenebatur, unà cum damnis, ex-
pensis, ac interesse, & ad pœnam extraor-
dinariam arbitrariè, etiam usque ad mor-
tem, iuxta qualitatem delicti, Altimar. d.
obser. 5, numer. 31, 37, & sequent. Modern.
Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 76, num.
9, & sequent. & alii, quos citat Cortiada
d. decis. 102, num. 40, quibus adde Rodoer.
ad Marin. d. cap. 115, numer. 21, & sequent.
Severin. ad dict. decis. 335, Sanfelic. pag. mi-
hi 35, Carol. Ant. De Luca ad Franch. ob-
ser. ad decis. 442, numer. 1, & seq. Guazzin.
ad defens. reor. defen. 5, cap. 5, numer. 12,
& sequent. ad quos recurre, qui extensè
hanc materiam tractant.

DE

tianis probatur per coniecturas, numer. 3,

Nisi agatur de furto, in quo remanent vestigia, num. 4,

Coniectura autem recensentur, n. 5,

6 *Furtum gravius punitur si sit commissum cum scalis.*

Et si sit commissum cum fractura, numer. 7,

Vel si sit commissum de nocte, n. 8,

9 *Fures quo ad interesse partis tenentur in solidum.*

10 *Furtum non dicitur committere qui rem aufert de voluntate Domini.*

Neque qui accipit alienum putans, dominum esse permissurum, n 11,

Neque qui accipit rem suam dum non potest illam aliter recuperare, n. 12,

13 *Furtum domesticum quomodo sit puniendum remissivè.*

14 *Furem receptans, vel rem furatam punitur eadem pœnâ, qua punitur idem fur.*

15 *Furtorum materia à quibus D D. tractatur remissivè.*

16 *Furtum committunt exigentes gabellam prater taxam.*

ANNOTATIO.

1 Quo ad pœnam furti imponendam furi esse attendenda statuta loci scripserunt *Bart. Bald. Fulgos. Salic. Sicar. & Cepoll. in auth. sed novo iure, C. de servis. fugit. Farin. de furt. quæst.* 167, *numer.* 40. & alii per me relati *in Resol. crimin. in verbo furtum, resol.* 7, *num.* 8.

2 Ut autem possit inquiri de furto debet priùs constare de corpore delicti, *Guazzin. defens.* 4, *cap.* 7, *in princ. Vermigl. cons.* 81, *numer.* 5, *Anto. de Bal. tractat. criminal. lib.* 2, *quæst.* 9, *numer.* 13, & dixi *Ego in d.*

3 *verbo furtum, resolut.* 1, *numer.* 1. Cùm tamen furtum dicatur difficilis probationis delictum, ideò illius corpus probatur per præsumptiones, & coniecturas, *Farinac. de furt. quæst.* 176, *numer.* 1, *Guazzin. defens.* 4, *cap.* 7, *numer.* 2, *Vermigliol. cons.* 271, *n.* 8, *& sequent. & cons.* 281, *numer.* 3, *Ciriac.*

4 *controvers.* 238, *numer.* 11. Nisi tamen agatur de furto, de quo remanent vestigia, ut quia illud fuerit commissum cum fractura ostii, fenestræ, capsæ, & simil. quia tunc de dicta fractura debet constare per ocularem inspectionem, ut declarant *Guazzin. defen.* 4, *cap.* 7, *num.* 1, *Farinac. de Inquis. quæst.* 2, *sub numer.* 14, *& Ambros. in process. inform. lib.* 1, *cap.* 1, *numer.* 4, *&* 28. Conie-

5 cturæ autem per quas probatur corpus delicti in furto sunt querela pactis, qui sit vir bonæ conditionis, & famæ, conquestiones Domini factæ in continenti, fractio ostii domos, vel Cameræ, ubi adetant bona furata, fuga famuli, publica vox, & fama, de quibus habetur per *Farinac. Honded. Guazzin. Ciriac. & Vermigliol.* per me relatos in *Resolut. criminal. in d. verbo furtum, resol.* 1, *in fin.*

6 Furti tamen crimen gravius venit puniendum si fuerit commissum cum scalis, ut not. *Peguer. decis.* 26, *per tot. Farinac. de furt. quæst.* 165, *numer.* 21, *& Vermigliol.*

7 *cons.* 269, *in princ.* prout etiam furtum commissum cum fractura, *Anton. Gomez. variar. resolut. tom.* 3, *cap.* 5, *numer.* 12, *Farinac. de furt. d. quæst.* 165, *numer.* 23, *& quæst.* 167, *numer.* 27. *& Vermigliol. cons.*

8 269, *in princ.* Et furtum commissum de nocte gravius punitur, quàm cōmissum de die, ut voluerunt *Boer. Petr. Gregor. Farinac. Menoch. Rip.* & alii per me adducti *in Resolut. criminal. in dict. verbo furtum, resol.* 2, *numer.* 3.

9 Quò verò ad interesse partis reficiendum per furem, de quo in hoc statuto fures tenentur in solidum, itaut uno ex eis solvente reliqui liberentur ab emenda damni, cùm creditoris non intersit à quo damnum ei reficiatur, *Thesaur. decis.* 254, *per tot.* ubi declarat quando id habeat locum, *Caball. resolut. crimin. casu* 198, *numer.* 4, *& sequent. cent.* 2, *Guazzin. defen.* 33, *cap.* 23, *numer.* 3, & alii per me relati in *Resolut. criminal. in verbo furtum, resol.* 3, *numer.* 4, *& sequent.* ubi hoc declaravi, & præcipuè quòd solvens potest ab aliis repetere pro rata, ut ibi.

10 Furtum autem non dicitur committere qui rem aufert de voluntate Domini rei subtractæ, nec intrat pœna furti, *Clar. §. furtum, numer.* 22, *Farinac. de furt. quæst.* 174, *numer.* 137, *Ciriac. controvers.* 231, *num.* 42.

11 Neque qui alienum accipit credendo, Dominum esse permissurum, ut not. *Farinac. de furt. d. quæst.* 174. *numer.* 141, *Giurb. decis.* 68, *numer.* 33, *in fin. Vermigliol. cons.* 358, *numer.* 5, & alii per me relati in dicto verbo *furtum, resol.* 5, *numer.* 3, 4, *& seq.* ubi recensui requisita, ut dict. conclusioni

12 sit locus, Prout neque intrat pœna furti contra surripientem rem suam apud alium existentem, quando aliter non potest illam recuperare, ut tradunt *Ludov. Becc. Decian. Farinac. Costa, & Vermigliol.* per me relati in dict. verbo *furtum. resol.* 10. *in fin.*

13 Quomodo verò puniendum sit furtum domesticum commissum, tàm per filium in se patris, quàm per alios putà per uxorem, fer-

servum, consanguineum, & similes, de quo in hoc statuto tradunt *Farinac. de furt. quaest.*174, *numer* 95, *& sequent. Caball. resolut. criminal. casu* 204, *per tot. cent.* 3, *Vermigliol. cons.* 261, *per tot. & cons.* 466, *pariter per tot.*& dixi *Ego in d.verbo furtum, resol.* 9, *per tot.*

14 Addo praedictis quòd receptans furem, vel rem furatam scienter tenetur eadem poena, qua tenetur idemmet fur, ut habetur in hoc statuto, ut not. *Farinac. de furt. q.* 168, *numer.* 56, *& sequent.* ubi hoc declarat, & quando quis dicatur furi opem praestare exponit in dict. *quaest.* 168, *num.* 44, ipsum consulas.

ADDITIO.

15 SPecies omnes furtorum, ac cum qualitatibus agravantibus recensere, poenásque eorum, receptatorúmq; dinumerare, non iuxta themam sumptam dijudicares, sed defectuosum, immaturum, ac leguleum scriptorem me dijudicares; benigne Lector, & in inexcusabili exculpatione; ex quo de his omnibus latissimè, cum innumeris *Doctoribus* tractarunt *noster Meritissimus, ac semper laudandus Nobilis Regens Cortiada decis.* 106, *per tot. & alii citati per Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom* 2, *§.* 18, *glos.* 71, *numer.* 9, *Carpzou. quaest.* 77, *cum plurib. sequent. Berlich. conclu. legal. part.* 5. *conclu.* 43, *& sequent. De Bictis in prax Regular. quaest.* 123, *per tot. Muscatel. in prax. crim. tit. de receptatorib. delinquentium*, & ibi *Franc. Mar. Prat. Severin. in addit. ad decis.* 343, *Sanfelicii per tot. Muscatel. in dict. prax. crim. cap. de furtis, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat.* ubi latè *Guazzin. ad defens. reor. def.* 4, *cap.* 7, *per tot. Matthau. de re crim. contro.* 24, *numer.* 26, *& contro.* 34, *per tot.* & passim; quàpropter ipsos consule, & certò omnia quae volueris in eos habebis.

16 Non ignores tamen quòd hac poenâ furti tenentur exigentes gabellam praeter taxam, *Quesada & Pilo dissert.* 22, *num.* 10, ubi *Berlich. & Franc. Marc.* citat.

DE CONDEMNATIS CAPITALITER publicandis.

Rubrica LIV.

IVdices termino quinque dierum post Condemnationem capitaliter factam de aliquo Contumace, teneantur talem Condemnatum videlicet, Nomen, & Cognomen statim annotari facere per Notarium Maleficiorum in Tabella, seu libro, in eius Camera palàm detinendo, ad hoc, ut nullus deindè illum sic Diffidatum, & condemnatum alloqui, & recipere valeat, ad poenam in Statuto contentam, utquè ad eorum capturam, & offensionem impunè procedi possit.

DE CONDEMNATIS NON RECIPIENDIS

Rubrica LV.

SI quis Condemnatum capitaliter ad mortem in domo studiosè receptaverit, sivè retinuerit, aut quomodocumque ei consilium, auxilium, & favorem praebuerit, vel etiam si extra domum cibum, & potum sponte subministraverit. In primis carceretur ad veritatem Actorum indagandam, & ulterius poenâ corporali Iudicis arbitrio inspecta qualitate facti plecti possit, & debeat etiam usque ad mortem: Quòd si per vim, aut metu coactus receptaverit, 1

rit,

rit, vel transeunti Victualia dederit, teneatur quamprimùm ei licuerit, nulla morâ interposita id Curiæ notificare, Iudicémque de singulis informare, alioquin pœnam centum Scutorum incurrisse intelligatur: Patri tamen, Matri, & Fratribus carnalibus receptatoribus in aliquo à Iudice in prædictis casibus indulgendum est. Vxor verò Maritum receptans, vel ei cibum, & potum subministrans nullatenus puniri possit, & de prædictis quilibet possit accusare, & Quartam partem pœnæ lucretur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum prohibens allocutionem, & conversationem cum bannitis non habet locum quando illa non est dolosa,*

Qui dolus in d. casu non præsumitur, num. 2,

Nequè habet locum quando banniti sunt tolerati, num. 3,

Itaut sufficiat publica illorum conversatio, numer. 4,

Prout nequè habet locum nisi probata scientia banni, num. 5,

Nisi tamen bannum in loco receptationis esset publicatum, n. 6,

Dummodò fuerit publicatum in loco receptationis, & conversationis, n. 7,

Nequè d. statutum habet locum in receptante bannitum per metum, n. 8,

Vtrum autem ad d. effectum pœna incurrenda sufficiat unica conversatio, vel requirantur plures, n. 9,

10 *Receptatores condemnatorum capitaliter, iure communi inspecto, eadem pœnâ sunt puniendi, quâ puniendi erant receptati.*

Contrarium quòd extraordinariè puniantur tenent alii, n. 11,

Nisi à cognatis, aut coniunctis fuerint receptati, num. 13,

Aut patres à filiis, n. 14,

Et in aliis casibus, num. 12,

15 *Receptatores condemnatorum, aut delinquentium dicuntur, nedum qui eos in domo recipit, sed etiam qui abscondidit, & aliter.*

16 *Receptatores bannitorum, condemnatorum, ac delinquentium, à quo Iudice puniantur.*

17 *Caupones receptando bannitos, & simil. pœna huius statuti non tenentur, & quomodo procedat.*

A N N O T A T I O.

1 STatutum supradictum, & bannimenta prohibentia allocutionem, conversationem, & receptationem bannitorum habent locum quando allocutio, conversatio, & receptatio est dolosa, & fit in damnum
fisci, vel Reipublicæ dando eis auxilium, vel favorem ad effectum illos evadendi à Curia illos occultando, arma subministrando, secus autem in associante se simpliciter cum eis in itinere, loquendo cum eis de negociis fisco non præiudicialibus, quia tunc dict. pœna statuti, & bannimentorum non habet locum, ut tradunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 82, numer. 40, Farinac. de consul. & mand. quæst. 133, numer. 57, & sequent. Guazzin. defen. 29, cap. 2, numer. 23, Ciriac. controvers. 345, numer 55, & sequent. Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 21, numer. 2, & sequent.* & alii plures per me relati in *Resolut. criminal. in verbo Bannitus, resol. 1, numer. 1, & allegat. foren. 96, in fin.* ubi dixi, ita obtinuisse in Auditorio legationis Urbini, & alibi. Do-
2 lus verò in dict. casu non præsumitur, sed est probandus per fiscum, ut voluerunt *Gabriel. Rimin. Iun. Turret. Masc. Ciriac. Giurb.* & alii per me adducti *d. resol. 1, nu. 6.*

3 Prout nequè pœna d. statuti, & bannimentorum prohibentium receptationem, allocutionem, & conversationem cum bannitis habet locum quando banniti sunt tolerati, itaut communi æstimatione non habeantur pro bannitis, sed potius pro aggratiatis, ut tradunt *Surd. cons. 170, numer. 24, lib. 2, Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 90, numer. 50, Farinac. de consult. & mand. quæst.* 133, *numer. 48, Vermigl. cons. 394, numer.* 11, & alii plures per me relati *Resol. crimin. in verbo Bannitus, resol. 2, numer. 1.* Itaut
4 ad evadendam pœnam sufficiat publicam conversationem banniti absque scientia Principis, vel Officialis, cùm quælibet causa excuset à pœna, ut docent *Bertaz. Rimi. Iuni. Bursat. Farin. Vermigl* & alii per me relati in *d. resol. 2, numer. 2.*

5 Addo prædictis, quòd pœnæ prædictæ contra receptantes, & conversantes cum bannitis non habent locum, nisi probata scientia, in receptante, & conversante cum eis, illos esse bannitos, ut docent *Baiar ad Clar. §. fin. quæst. 90, numer. 36, & sequen.* plenè *Farinac. de consult. & mand. quæst.*

Ban-

133, *numer.* 103, *& numer.* 113, *Caball. resolut. crimin. casu* 287, *numer.* 4, *& numer.* 21, *cent.* 3, *Calvin. de æquit. lib.* 1, *cap.* 41, *numer.* 30, & alii per me adducti in d. verbo *Bannitus*, *resol.* 3. *numer.* 1, *& numer.* 9, ubi dixi, ignorantiam in dicto casu præsumi, & scientiam esse probandam, ***Antonell.***
6 *d. cap.* 21, *quæst.* 2, *numer.* 17. Nisi tamen in loco receptationis, vel conversationis cum bannitis bannum fuerit publicatum, quia tunc de eo non valet allegari ignorantia, ut tradunt *Bossi. Adden. ad Bertaz. Mascar. Baiard. Farinac. Costa*, *Caball.* & alii per me relati in *dict. resolut.* 3, *numer.* 6 Dum-
7 modo bannum fuerit publicatum in loco receptationis, & conversationis, cùm non sufficiat illud fuisse publicatum in Civitate, quod non inducit scientiam in Castris, & Villis, ut not. *Farinac. de consult. & mand. quæst.* 133, *numer.* 116, *& numer.* 127, *Euge. cons.* 87, *per tot. lib.* 2, *Vermigl. cons.* 434, *numer.* 21, & dixi *Ego alleg. foren.* 96, *num.* 16, *& in d. verbo Bannitus d. resol.* 3, *num.* 8, *&* 9. ubi recensui alios casus, in quibus præsumitur in receptante, & conversante cum bannitis scientia banni, quæ hic non sunt inutiliter replicanda.
8 Sicuti etiam non habent locum pœnæ, de quibus suprà in receptante bannitum per metum, ut habetur etiam in hoc statuto, ut docent *Deci. tractat. crimin. lib.* 5, *cap.* 51, *numer.* 71, *Farinac. de consult. & mand. q.* 133, *numer.* 36, *Caball. resolut. crimin. casu* 287, *numer.* 11, *& sequent. & numer.* 79, *cent.* 3, *Giurb. cons.* 28, *numer.* 17, & declaravi *Ego in d. verbo Bannitus, resol.* 7, *numer.* 1, *& sequent.* ubi probavi, metum in dicto casu præsumi, & quod debeat esse talis, qui cadat in constantem virum, ut ibi est videre.
9 Ut autem intret pœna d. statuti an sufficiat unica receptatio, vel conversatio, vel requirantur plures vide *Farinac. de consult. & mandat. quæst.* 133, *numer.* 21, *& sequent.* ubi dicit sufficere unicam receptationem vigore *Bullæ Sixti V. Antonell. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 21, *num.* 2.

Addo ulterius, quòd pœnæ supradictæ non habent locum in auxilio præstito bannito per viam iudiciariam putà advocando, & procurando pro illius remissione, & gratia à Principe impetranda, quia prædicta dicuntur licita, & non punibilia, ut probant *Odd. cons.* 27, *numer.* 1, *& sequent. Guazzin. ad defen. in præfat. numer.* 21, *Farinac. de consult. & mand. d. quæst.* 133, *numer.* 73, *Iac. Beni. de privil. Doct. priv.* 46, *per tot.* nec non ***Antonell. de loco legal. lib.*** 3, *cap.* 21, *in fin.*

ADDITIO.

10 Receptatores autem condemnatorum capitaliter, iure communi inspecto, sunt qui tenent puniendos esse eadem pœnâ, qua puniendi veniebant condemnati, *Giurb. consil.* 25, *numer.* 1, *Peguer. & alii*, quos citat *Carpzou. in pract. crimin. quæst.* 134, *num.* 38, *Modern. Maiorana in oppo prax. crim. lib.* 1, *cap.* 17, *numer.* 17, *& sequent.* alii autem quod à iure communi ulla adest pœna imposita; ex quo, eo inspecto, non esse prohibitum alloqui, conversari cum condemnato, ac bannito, & etiam eum receptare, maximè extra territorium bannientis, *Ciriac. controver.* 345, *numer.* 14. Ta-
11 men his prætermissis pro indubitato teneo, extraordinariè esse puniendos, sicuti ita puniuntur, receptatores delinquentium, ac facinorosorum hominum, *Carpzou. dict. quæst.* 134, *numer.* 40, *& sequent. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 4, *tit.* 58, *glos.* 9, *ad §.* 7, *n.* 1, *Rovit. ad pragm. rubr. de receptatoribus delinquentiū, n.* 1, *& seq.* & ibi *Laganar. Avendan. de exequend. mandat.*
12 *p.* 2, *cap.* 7, *à num.* 1. à qua pœna excusantur variis in casibus, ut tradit *noster Conciol. hic* & eos recensent *Doctores citati à Sabell. in summ. diversf. tractat. §. Bannitus num.* 36, *Modern. Maiorana in oppo. prax. crim. lib.* 1, *cap.* 12, *numer.* 32, *& sequent. & à Rovit. in pragm.* 5, *de receptatorib. delinquen. per tot. & à Passerin. à Sextula ubi proximè à*
13 *numer.* 15. præcipuè si à cognatis, vel affinibus fuerit facta præfata receptatio, *Carpzou. dict. quæst.* 134, *numer.* 48, *& sequent.*
14 *Sabell. ubi suprà numer.* 39, & ita impunè à filiis possunt receptari, *Sabell. d. §. Bannitus, numer.* 8, *verf. Immò possunt*, ubi *Menoch. Christin. & alios citat Modern. Maiorana ubi suprà numer.* 40, *& sequent. Severin. in addit. ad decis.* 343, *Sanfelic. per tot. Passerin. ubi proximè numer.* 14, ubi tradit, an ita procedat in hæresi, *Avendan. d. cap.* 7, *à n.* 10.
15 Receptati dicuntur banniti, ac condemnati, nedum qui fuerunt in domo, seu agro recepti, & absconditi; sed etiam alii tradiṭ à *Passerin. à Sextula ad cap. Ut officium, II. de hæretic. in* 6, *à numer.* 11. ubi de receptatoribus hæreticorum, & à *Giurb. consil.* 28, *numer.* 2, *& sequent.* quos ibi prævidere poteris.
16 Receptatores bannitorum, ac condemnatorum à quo cognoscantur. an à suo Judice, seu ab eo qui eos bannivit, aut condemnavit, ardua est quæstio, quam ad partem

tem disputatam tradunt *Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 470, per tot. Laganar. ad pragm. 1, de receptatoribus delinquentium lit. A, & alii*, quos citat *Sabell. in summ. divers. tractat. §. Bannitus, num. 36, vers. Quod receptatores*; ideóque pro examinatione ad ipsos recurre.

17 Caupones autem bannitos receptantes ignorando tales esse (prout præsumitur non constito de scientia) non tenentur pœnâ huius statuti, imò possunt illis ministrare potum, ac esum absque pœna, *Caball. Menoch. & alii*, quos citat *Sabell. tractat. var. §. Caupones, n. 3.*

DE CONDEMNATIS CAPITALITER impunè offendendis

Rubrica LVI.

DIffidati, sivè exbanniti capitaliter ad Mortem ex delicto, pro quo de Iure Communi, sive Municipali pœna mortis imponenda sit, possint à quocumque impunè offendi, & occidi: Et Iudices habita fide, de banno nullatenus procedere possint contra offensores, sivè occisores, Sed eos de carcere eximere, & ab omni molestia liberare teneantur: Qui verò fuerint condemnati citra pœnam mortis, nec etiam leviter offendi possint, sed illos Offendentes pœnâ ordinaria à Statutis imposita plectantur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quod banniti possint impunè occidi est validum.*

Habet tamen tãtum locum in bannito ex veris probationibus, n. 2.

Contrarium tenent alii plures, n. 3,

Non habet locum d. Statutum in bannito tollerato, n 4,

Quicquid aliqui contrarium teneant, num. 5,

Quando verò bannitus dicatur tolleratus, num. 6,

Et occidens bannitum non dicitur frangere pacem, num. 7,

Et bannitus potest occidi proditoriè, per insidias, & cum veneno, n. 8,

9 *Banniti, & capitaliter condemnati cùm pro mortuis habeantur.*

Possunt ut constituti in articulo mortis à quolibet Sacerdote etiam non approbato absolvi, num. 10,

Et etiam impunè offendi, ac occidi, numer. 11,

Non tamen à filiis, aut uxore, nu. 12,

Neque in Ecclesia, n. 13,

Neque possunt occidi non condemnati capitaliter, licèt cum confiscatione bonorum, num. 15.

14 *Banniti, ac capitaliter condemnati an gaudeant immunitate Ecclesiastica.*

A N N O T A T I O.

1 STatutum supradictum, quòd banniti capitaliter possint impunè occidi uti fundatum ex iusta causa ad publicam scilicet utilitatem, ut homines metu pœnæ territi à delinquendo se abstineant scientes se posteà occidi posse quod sit validum, & servandum etiam in foro consciẽtiæ post *Graff. cons. 7, numer. 6, & Vivi. com. opin. 770, numer. 3*, per eum adductos firmat *P. Grassett. de nece prod. 1. §. 12, nu. 14*, & latè comprobat *Farinac. de variar. ac diver. quæst. q. 103, numer. 1, & sequent.*

2 Statutum de quo suprà permittens occidi bannitum habet locum in bannito ex veris probationibus, non autem in bannito ex contumacia, nisi dicatur expresse, ut tradunt *Rolan. cons. 45, numer. 66, lib. 1, Scacc. de iudic. lib. 1, cap. 93, sub numer. 1, & cap. 197, sub numer. 126*, ubi testatur de communi opinione, *Giurb. cons. 3, numer. 15, &*

cons.

conf. 27, numer. 12, & sequent. & Altograd. cons. 98, numer. 8, lib. 1.

3 Contrarium tamen tenent *Cartar. de execut. sent. capt. bann. cap. 1, numer. 37, & sequent.* qui testatur de vera, & communi opinione, & *Farinac. de variar. ac diversi. quæst. quæst. 103, numer. 197*, ubi dicit, quòd contraria opinio in practica non recipitur, & plures dat concordantes, cum quibus concordat etiam *Constit. March. lib. 4, cap. 30*, & dixi *Ego in Resol. crim. in verbo Bannitus, resol. 4, num. 2*,

4 Nequè habet locum dispositio d. statuti in bannito tolerato in Civitate, quem non posse impunè offendi, cùm habeatur pro non bannito, voluerunt *Farinac. in d. quæst. 103, numer. 298*, ubi testatur de magis communi Doctorum opinione, *Choel. in Bull. bon. regim. cap. 31, numer. 53, & P. Grassett. de nece prodit. §. 12, numer. 16*. Quicquid

5 malè tenuerint contrarium, *Dectan. Ruin. & alii* relati per me *in d. resol. 4, numer. 5*.

6 Quando verò bannitus dicatur toleratus, itaut non possit impunè offendi latè declarat *Farin. in d. quæst. 103, numer. 291*, ipsum consulas.

7 Addo prædictis, quòd stante d. statuto permittente bannitum occidi posse, illum occidens non dicitur frangere pacem factam cum eo ante bannum, ut not. *Farin. de var. ac diversi. crimin. quæst. 103, numer. 46, Guazzin. de pace par. 1, quæst. 23, numer. 8, & sequent. & quæst. 61, numer. 3, & seq. P. Grassett.* latè comprobans *de nece prodit. §. 12, numer. 20*, & alii per me adducti in *d. verbo Bannitus, resol. 5, numer. 1. ubi numer. 4.* dixi, idem esse in cautione de non offendendo, & prædicta non habere locum in bannito habente salvum conductum, in tolerato, & simil. ut *ibi num. 7.* & not. etiam *P. Grassett. d. §. 12, n. 16.*

8 Amplia ut stante d. statuto permittente bannitum occidi, ut id fieri possit proditoriè, & per insidias, cum armis prohibitis, & mediante veneno, ut contra *Menoch. de arbitrar. lib. 1, quæst. 90, numer. 49*, tenent *P. Moltn. de iust. & iur. tom. 4, tract. 3, disput. 7, numer. 1, P. Diana in summ. in verbo Occidere bannitum, numer. 6*, & latè comprobat *P. Grassett. de nece prodit. d. §. 12, n. 12, 13, & seq.*

ADDITIO.

9 Condemnati capitaliter, & banniti in miserrimo statu constituuntur, pro mortuis habentur, *Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 30, numer. 58*, &

10 uti constituti in articulo mortis possunt à quolibet Sacerdote non approbato absolvi, *P. Manar. in noct. Melanco. citatus à Sabell. in summ. diversi. tractat. §. Bannitus,*

11 *numer. 1.* ideò iuxta statuta possunt impunè offendi, ac occidi, ut tradit *hic noster Conciol.* & tradunt *Doctores citati per dict. Sabell. dict. §. Bannitus, num. 1, & sequent.*

12 non tamen per filios, aut uxorem, *Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. 276, num. 2, & sequent. Sabell. ubi suprà numer. 8.* nequè

13 in Ecclesia, quia non obstante præfata statutaria dispositione severiter punirentur, ut Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis violatores, *Cortiada decis. 85, n. 7, Diana, & alii*, quos citat *Sabell. ubi suprà n. 9.*

14 Condemnati autem capitaliter, ac banniti an gaudeant immunitate Ecclesiastica, tradit latissimè *Cortiada d. decis. 85, num. 1, & sequent.* ubi exemplaria refert, & tradunt *citati per Sabell. d. §. Banniti, numer. 9*, ipsos consule.

15 Dispositio nostri statuti iuri communi conformatur, loquendo prout loquitur de capitaliter condemnatis; ex quo non condemnati capitaliter, sed in alia mitiori pœna non possunt occidi, nec offendi, etiam si condemnati, ac banniti sint cum confiscatione bonorum, *Portugal. d. cap. 30, numer. 61*, ubi alios citat.





QUOD

QVOD PATER TENEATVR PRO DElicto filii usque ad legitimam.

Rubrica LVII.

UT delicta Juventutis reprimantur, Statuimus, quòd si Filius familias ex aliquo delicto condemnetur, pro quo pœna Confiscationis omnium bonorum à Jure Communi, sivè Municipali, etiam in contumaciam fuerit imposita, Pater teneatur de bonis suis, usque ad legitimam portionem, quam etiam contra Juris Communis Regulas ad prædictum effectum in Vita Patris constitui Volumus: Sicut etiam ob delictum Parentum Legitimam reservari debere Filiis, seu Nepotibus iuxta Iuris dispositionem à Iudice declarandam.

Addentes, quòd omne id, quod Pater solverit semel, vel pluries pro aliqua condemnatione Filii, possit, & debeat in talem legitimam imputari: Sicut etiam Pater in suo Testamento ea omnia in legitimam Filii computare poterit: Declarantes tamen, quòd si Fliusfamilias seorsùm à Patre habitet, fieri debeat executio in bonis, quæ Filius possidet, vel alius pro eo, vel quæ ad ipsum iure Castrensis Peculii, vel quasi, vel Adventitii pertinent.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum compellens patrem ad solvendam legitimam fisco pro filio est validum.*

Non tamen habet locum in filio spurio, nequè in filia, n. 2, & 3.

Nequè quando filius delinquens habet filios, n. 4,

Nequè comprehendit avum, nec patrem forensem. n. 5, & 7,

Nequè quando pater habet tres filios, vel ultra, n. 6,

Et dictum statutum non habet locum nisi pro unica vice, n. 8,

Potest tamen pater solvens condemnationem pro filio illam imputare legitimam, numer. 9,

Non tenetur tamen de iure solvere condemnationem pro filio, n. 10,

Nequè quatenus est in legitima, n. 11,

Nec tenetur illam solvere nec de peculio adventitio, nec de profectitio, numer. 12, & 13,

Licèt si filius sit carceratus pro delicto possit cogere patrem ad assignandam legitimam, n. 14,

Si tamen filius habitet seorsùm à patre executio pro condemnatione est facienda in eius peculio, n. 15,

16 *Statutum quòd pater teneatur pro filio non procedit in pœnis corporalibus.*

Sed tantùm in pœnis pecuniariis, numer. 17,

18 *Statutum disponens, quòd pater teneatur pro filio in pluribus casibus non habet locum, remissivè.*

19 *Pater in civilibus quando teneatur pro filio.*

20 *Pater in Cathalonia non tenetur pro delicto filii, etiam intra legitimam.*

A N N O T A T I O.

1 STatutum prædictum compellens patrem ad solvendam legitimam fisco pro filio delinquente licet sit contra ius, est tamen validum, & servandum uti conditum ratione publicæ utilitatis, ut filii arceantur à commissione delictorum, ut declarant *Clar. in pract. §. fin. quæst. 86. vers. valebit. igitur*, *Ludov. decis. Perus.* 11. *numer.* 26, ubi testatur de magis communi Doctorum opinione, plenè *Cartar. de pœn. innoc. art.* 2, *numer.* 45, *Massin. de confiscat. bonor. quæst.* 28, *numer.* 16, & in Statu Ecclesiastico adest *constitut. March. lib.* 4, *cap.* 18, *& Bulla Sixti Quarti in ordine* . . .

2 Dictum tamen statutum non habet locum in filio spurio, nequè in naturali, ut

not.

not. *Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24, numer.* 188, *verf. Limita septimò, &c. Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 34, *numer.* 3, latè *Cartar. de pœn. innoc. art.* 3, *num.* 500, *& sequent.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione, *Caball. resolut. criminal. casu* 250, *numer.* 17, *& sequen. cent.* 3, & alii per me relati in *Resolut. crimin. in*
3 *verbo legitima, resol.* 3, *numer.* 7. Neque comprehendit filiam, cùm masculinum non concipiat fœmininum in statuto continente odium irrationabile, *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst.* 68, *numer.* 17, benè *Cartar. de pœn. innoc. dict. art.* 3, *numer.* 844, qui dant con-
4 cordantes. Neque quando filius, qui delictum commisit habet filios, *Peregr. de iure fisc. lib.* 5, *tit.* 1, *numer.* 133, *Farinac. de delict. & pœn. d. quæst.* 24, *numer.* 172, *Caball. resolut. criminal. casu* 250, *numer.* 23, *cent.* 3, *Cartar. in d. art.* 3, *numer.* 471, *& sequent.* & alii plures per me relati in *d. resolut.* 3,
5 *numer.* 13. Neque comprehendit patrem forensem, ut not. *Farinac. Baiar. Merlin. Guazzin. Cartar. & Caball.* per me relati in dicta *resolut.* 3, *numer.* 15, *Antonell. de loco legal. lib.* 3, *cap. ultim. quæst.* 5, *numer.* 1,
6 Neque habet locum quando pater habet tres filios vel ultra, quia uno ex eis delinquente, pater non tenetur pro eo solvere legitimam, ut docent *Farinac. de delict. & pœn. in d. quæst.* 24, *numer.* 170, secundum primam impressionem, *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 29, *numer.* 19, *in addit. Vermigliol. conf.* 47, *numer.* 4, *& conf.* 49, *numer.* 3. & alibi *Massin. de confiscat. bonor. quæst.* 28, *numer.* 22, & declaravi *Ego in dict. resolut.* 3, *numer.* 19, *cum addit. ibi posita, & in verbo Confiscatio, resolut.* 7, *cum addit.*
7 *ibi.* Neque dictum statutum loquens de patre comprehendit avum, ut tenent *Bald. Carpan. Merlin. Eugen. Guazzin. Caball. & Cartar.* in locis per me relatis in *d. resolut.* 3, *numer.* 25, *& sequent.* ubi probavi dictum statutum non comprehendere Matrem, neque filium delinquentem extra territorium, & alios quamplures casus, quos nimis longum esset hic recensere.

8 Statutum supradictum, quòd pater solvat legitimam fisco pro filio delinquente non habet locum nisi pro prima vice, qui si semel legitimam solvit non tenetur iterum illam solvere, ut docent *Guazzin. de confiscat. bonor. conclus.* 13, *limit.* 19, *numer.* 48, *Cartar. de pœn. innoc. art.* 6, *numer.* 20, & ita disponitur in *Constit. March. & in Bulla Sixti Quarti* per me relatis in *dict. resolut.* 3, *in fin.*

9 Statutum verò supradictum, quòd pater solvens condemnationem fisco pro filio possit, & debeat illam imputare ei in legitimam concordat cum iure communi, quod idem disponit, ut tradunt *Mangil. de imput. quæst.* 40, *numer.* 26, *& Merlin. de legit. lib.* 2, *tit.* 2, *quæst.* 25, *num.* 1, *& sequent.* qui dant concordantes.

10 Pater verò circumscripto dicto statuto cogente eum ad solvendum legitimam pro filio delinquente, non tenetur solvere condemnationem fisco pro filio, ut tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst.* 56, *verf. Secundò infertur, &c. Farinac. de delict. & pœn. quæst.* 24, *numer.* 15, *& sequent. Carpan. ad stat. Mediol. cap.* 416, *numer.* 237, *lib.* 1, *Hond. conf.* 95, *numer.* 34, *vol.* 1, *& conf.* 74, *numer.* 13, *vol.* 2, *& Balth. Thom. in suis tractat. variar. tom.* 1, *in tract. de legit. tit.* 9, *numer.* 36. Cùm pater non teneatur pro delicto filii, ut ultra Doctores supra adductos not. *Gabr. conf.* 182, *numer.* 1, *vol.* 1, *Covar. variar. resolut. lib.* 2, *cap.* 8, *in princip. & Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 33, *in princ.*

11 Itaut pater ad id non teneatur neque quatenus est in legitima, ut docent *Farinac. in d. quæst.* 24, *numer.* 15, *& sequent.* latè comprobans *Merlin. de legit. lib.* 3, *tit.* 1, *quæst.* 33, *numer.* 1, *& sequent. Peregr. de iure fisc. lib.* 5, *tit.* 1, *numer.* 133, *verf. Et idem, &c. Baiar. ad Clar. §. fin. quæst.* 78, *numer.* 48, *& Carpan. ad stat. Mediol. d. cap.* 416, *numer.* 237, *& seq.*

12 Neque teneatur solvere condemnationem pro filio de bonis adventitiis illius, quorum pater habet usumfructum tantùm, ut voluerunt *Vulp. conf. crim.* 15, *per tot. Farin. in d. quæst.* 24, *numer.* 5, ubi testatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione *Peregr. de iur. fisc. lib.* 5, *tit.* 1, *num.* 128, quam opinionem uti magis communem latè tuetur *Facchin. controv. iur. lib.* 9, *cap.* 46, *per tot. & Carpan. ad Nov. Const. Mediol. cap. Omnium, numer.* 228, *& seq.* Quicquid contrarium teneant Doctores relati per *Farinac. in d. quæst.* 24, *numer.* 5, *verf. Et licet, &c.*

13 Prout nec tenetur illam solvere de peculio profectitio, in quo pater habet usumfructum, & proprietatem, *Carpan. in dict. cap. Omnium, numer.* 239, *Clar. in d. quæst.* 78, *verf. Prætereà quæro, &c. Farin. in d. quæst.* 24, *numer.* 3, *Hond. d. conf.* 95, *num.* 36, *Vulpell. d. conf.* 15, *ferè per tot. & Peregrin. in. d. tit.* 1, *numer.* 125, qui dant concordantes.

14 Licèt si filius detineatur in carcere pro delicto, ex quo aliter evadere non valeat,

ſtè, & indebitè captum, & condemnatum; cum non præcet qui defendit eum, qui iniuriam patitur; ut not. *Clar. in pract. §. fin. quaest. 29, vers. Sed quid si ille, &c.* ubi testatur de communi opinione *Farinac. de carcer. & carcer. d. quaest. 32, numer. 66, & sequent.* benè comprobans *Odd. cons. 72, numer. 3, & Guazzin. d. defen. 5, cap. 5, nu-*
5 *mer. 22.* Quod tamen locum habere potest quando de iniustitia capturæ, seu condemnationis notoriè, & evidenter constat, aliàs secus, ut not. *Cagnol. Decian Farinac. Scacc. & Guazzin. per me relati in d. resol. 5,*
6 *numer. 10.* Quorum aliqui prædicta admittunt, quando non adest recursus ad Principem, & cum aliqua pœna extraordinaria, ut ibi per eos.

7 Ut autem intret dicta pœna contra eximentes debet de eximitione constare plenè, & concludenter aliter, quàm ex depositione birruariorum, ut probat *Farinac. de carcer. & carcer. dict. quaest. 32, numer. 80, & sequent.* ubi dat concordantes, & vide adducta per me *in Resolut. criminal. in verbo Birruarius, resolut. 4, per tot. & Bonfin. ad Bannimen. gener. cap. 41, n. 1, & 2.*

8 Quod verò eximens debitorem de manibus Curiæ teneatur creditori ad damna, & interesse, & ad solvendum debitum, ut disponitur in hoc statuto tradunt *Farinac. de carcer. & carcer. dict. quaest. 32, numer. 9, Caball. resolut. crimin. casu 8, numer. 22, cent. 1, Guazzin. d. defen. 5, cap. 5, numer. 16, & 17. Rota decis. 76, in fin. post sec. volum. cons. Farinac. & alii per me relati in d. verbo eximitio à Curia, resol. 3, num. 3, & 4,* ubi dixi, idem esse in eo qui debitori manifestat capturam de eo faciendum.

9 Utrum verò dicta pœna contra eximentem de manibus Curiæ habeat locum in eo, qui eum effectu non eximit, sed solùm eximere tentavit maximè stante *Bulla Sixti V.* videas adducta per me in *d. resol. 5, in fin.*

10 Pœnæ contra negantem pignus ut si locus de illa non sufficit constare per depositionem birruariorum, & Plazzarii, sed aliis indiget adminiculis, ut tradunt *Mascard. de probat. conclus. 189, numer. 5, & 6, vol 1, Gabr. commun. conclus. de citat. conclus. 4, numer. 1, & sequent. Guazzin. defen. 10, cap. 5, per tot. & Bonfin. ad bannim. gener. cap. 41, numer. 2.*

ADDITIO.

11 DE hoc delicto aliqua diximus suprà *hoc lib. 4, rubr. 60, & lib. 1, rubr. 17.* ubi loquuti fuimus de effractoribus carcerum, quæ hic pariter procedunt, cum eximentium à carceribus, & à manibus Curiæ eadem pœna sit, *Altimar. ad consil. Rovit. lib. 3, obser. ad consil. 5, n. 2.*

12 Itaque eximens à carcere, seu a manibus Curiæ delinquentem capitaliter convictum, & condemnatum pœna legis Iuliæ Maiestatis, & sic ultimi supplicii tenetur, *Matthaeu. de re crim. contro. 17, à numer. 25, ad 29, Altimar. dict. obser. ad consil. 5, Rovit. lib. 3, numer. 3, Rodoer. ad Marin. cap. 115, numer. 1, Severin. ad decis. 335, Sanfelic. pag. mihi 34, Guazzin. ad defens. reor. def. 5, cap. 5, numer. 6, & sequent.* videndi quos citat *Berlich. conclu. legal. par. 5, concl. 66,*
13 *numer. 37.* & iste iuxta magis communem opinionem non gaudet immunitate Ecclesiastica, *Cortiada decis. 102, numer. 19, &*
14 *sequent.* sic autem captus exemptus non erat condemnatus, convictus, nec confessus, eximens tenetur ad pœnam ad quam exemptus tenebatur, *Altimar. dict. obser. 5, numer. 4, Carpzou. in pract. crim. quaest. 95, numer, 40, & quaest. 111, numer. 84, Rodoer. ad Marin. d. cap. 115, num. 2, Guazzin. d. cap. 5, n. 9.*

15 Eximens autem illum qui ducebatur ad supplicium debet puniri pœnâ ultimi supplicii, *Baron. Conciol. noster Laynez. & alii*, quos citat *Altimar. dict. obser. 5, nu-*
16 *mer. 23,* Si tamen fuerit uxor quæ eximit virum, vel pater filium, vel filius patrem, vel frater fratrem, non tenetur pœnâ ordinaria exemptionis, sed mitiori, & extraordinaria, *Altimar. dict. obser. 5, numer. 27, Guazzin. d. cap. 5, numer. 20, & 21.*

17 Pro causa civili, puta debito, aut alia, carceratos, seu captos à manibus Curiæ, seu à carcere eximens tenetur ad duas pœnas, nempè ad solvendum id ad quod carceratus, ac captus tenebatur, unà cum damnis, expensis, ac interesse, & ad pœnam extraordinariam arbitrariè, etiam usque ad mortem, iuxta qualitatem delicti, *Altimar. d. obser. 5, numer. 31, 37, & sequent. Modern. Manfredi. ad Capic. Latr. obser. 76, num. 9, & sequent. & alii*, quos citat *Cortiada d. decis. 102, num. 40,* quibus adde *Rodoer. ad Marin. d. cap. 115, numer. 21, & sequent. Severin. ad dict. decis. 335, Sanfelic. pag. mihi 35, Carol. Ant. De Luca ad Franch. obser. ad decis. 442, numer. 1, & seq. Guazzin. ad defens. reor. defen. 5, cap. 5, numer. 11, & sequent.* ad quos recurre, qui extensè hanc materiam tractant.

DE POENA OFFENDENTIVM PLAZZArios, & Exequutores.

Rubrica LXIV.

QVi Plazzarios deferentes Præcepta, Citationes, & similia occasione officii, quod semper præsumatur, nisi contrarium probetur, offendere ausus sit, Si quidē Iniuria fuerit personalis, & gravis cum sanguinis effusione, sivè etiam baculo graviter læsus, ex quo Ius Gentium violare, & Principis Maiestatem lædere videtur ad Capitalem pœnam ultimo supplicio procedatur: Si verò iniuria fuerit personalis, sed levior, tunc ad Triremes per triennium mittatur, vel alia Corporali pœnâ Iudicis arbitrio iniuriæ qualitate inspecta, plectatur. Quod si iniuria fuerit tantùm Verbalis, pœnam centum librarum incurrat: Et si verborum qualitas id requirat, vel minæ intercesserint, etiam graviori pœnâ Iudicis arbitrio condemnari possit, Et credatur Iuramento ipsius Plazzarii cum uno Teste idoneo de visu. Et idem observari Volumus contra Offendentes Executores.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, seu Princeps non potest mandare quòd standum sit unius dicto.*
Fallit in aliquo casu particulari ex legitima causa, num. 2,
Et etiam quando adest omnium consensus, numer. 5,
3 *Statutum si requirat testem idoneum, id est probandum.*
Procedit si requirit testem idoneum in superlativo gradu, num. 4,
6 *Offendentes Ministros Regios, aut alios quomodo puniantur.*

ANNOTATIO.

1 LIcet nequè statutum, nequè Princeps possit generaliter mandare, quòd standum sit unius testis dicto, cùm sit de iure Divino illud Pronunciatum, *In ore duorum, vel trium stat omne verbum*, ut tradunt *Farinac. de testi. quæst. 63, numer. 8, Leotar. de usur. quæst. 93, numer. 30, Paul. Rube. de validit. legal. cap. 18, numer. 108, & sequent. Ciriac. controver. 444, num. 50,*
2 *& sequent.* ubi declarat, Id ei tamen facere licet in aliquo casu particulari, & ex iusta causa, & ob publicam utilitatem ut in casu præsentis statuti, ut Ministri iustitiæ liberè exercere possint eorum officium, ut declarant *Farinac. in d. quæst. 63, numer. 12, Ant. de Ball. tractat. crimin. lib. 5, pragm. 3, tit. 32, numer. 1. Leotar. de usur. d. quæst. 93, numer. 30, Capic. Latr. decis. 132, num. 7, par. 2, & alii per me adducti Resol. crim. in verbo Princeps, resol. 2, n. 7.*

3 Quod verò dum statutum requirit dict. Testem unicum esse idoneum videatur, quòd sit probandum, ut tradunt *Deci. cons. 322, numer. 11, & Thob. Noni. cons. 21, numer. 6,* ex regula, Quòd quotiescumque opinio testis est causa plenæ probationis, quæ aliàs plena non erat, tunc de optima opinione est articulandum, & probandum, ut firmant *Ang. in l. negare, ff. quem ad testa. aper. Mascar. de prob. concl. 1254, numer. 13, lib. 3, Houd. cons. 33, numer. 100, lib. 2,* & alii quos refert, & sequitur *Hodiern. ad Surd. decis. 277, numer. 8.* Contrarium ta-
4 men imò quod prædicta procedant quando statutum requirit idoneitatem in Teste in superlativo gradu, quia tunc id est probandum, secus tamen est si illam requirat in gradu positivo idoneitatis, cùm quilibet testis in dubio præsumatur idoneus, & legalis, ut probant *Farinac. de testib. quæst. 62, numer. 15, Laderch. consil. 183, numer. 9. Paul. Rube. de testament. cap. 35, numer. 180, & sequent. Theod. Rube. in Sing. Rota Rom. tom. 2, circa stylum, & observantiam Rotæ in verbo Testis, §. 15,* & alii per me adducti in

cere sine fractura, & conspirátione, n. 2,

Nequè contra illum qui carcerem fregit, sed non aufugit, n. 3,

Nequè pœna frangentis carceres habet locum in iniustè carcerato, n. 4,

Nequè contra eum qui aufugit animo revertendi, n. 5,

6 *Auxiliatores, & consultores ad frangendum carcerem qua pœnâ puniantur remissivè.*

Et qua pœnâ puniatur Custos carceris, cuius dolo, vel negligentiâ carcerati aufugerunt, n. 7.

8 *Fractor carceris qua pœnâ puniatur, & plura de hoc delicto.*

9 *Carceratis auxiliantes, instrumenta praebentes, & accommodantes ad fracturam carceris, & fugam extraordinariè puniuntur.*

ANNOTATIO.

1 DIspositio supradicti statuti imponentis pœnam frangenti carceres, seu ex illis discedenti sine licentia Iudicis confessati criminis non habet locum quando carceratus non habuit scientiam causæ suæ carcerationis, ut quia adhuc non fuerit examinatus per Iudicem, vel ei non fuerit transmissa Inquisitio, quia tunc frangendo carceres, vel fugiendo ex eis non potest haberi pro confesso, quia ignorans sicut non potest confiteri verè, nequè id potest facere fictè, cùm confessio cadere debeat super certo, ut tradunt *Foller. in pract. in 4, part. 3, part. in vers. Et si confitebuntur, n. 56,* quem refert, & sequitur *Farinac. de carc. & carc. quæst. 30, numer. 191, & sequent. & numer. 201,* & dixi Ego *alleg. foren. 99, n. 32.*

2 Et idem venit statuendum in fugiente ex carcere ianuis apertis sine conspiratione, vel fractura carcerum, quia ex tali fuga non potest desumi præsumptio confessati criminis, ut not. *Clar. in pract. §. fin. quæst. 21, vers. Quinimò, &c. & ibi Baiar. numer. 95.* ubi testatur de verissima opinione *Farinac. in d. quæst. 30, numer. 162, Ant. de Bal. tract. crimin. lib. 3, casu 14, numer. 4, & Massin. de confisc. bonor. q. 10, in fin.*

3 Prout nequè intrat d. pena confessati criminis in carcerato, qui carceres quidem fregit, sed ex illis non evasit quem puniri tantùm pœnâ arbitraria voluerunt *Pract. Arch. Neap. cap. 50, secundum noviss. impress.* & testatur de veriori opinione *Far. de carc. & carc. d. quæst. 30, numer. 25, Guaz. defen. 8, cap. 1, sub numer. 80,* & alii per me relati in *Resolut. criminal. in verbo Carcer. resol. 1, num. 10.*

4 Pœna autem imposita per statutum contra frangentes carceres non habet locum in iniustè carcerato, qui frangendo carceres, & discedendo ab eis nulla pœnâ tenetur, nequè dicta de causa contra eum ullum resultat indicium, ut advertunt *Farinac. de carc. & carc. d. quæst. 30, numer. 86, & numer. 170, Pir. Maur. de fideiuss. par. 1, sect. 2, cap. 1, numer. 82, Guazzin. defen. 5, cap. 4, numer. 11, & sequent.* ubi testatur de magis communi opinione, *Giurb. cons. 30, num. 32,* & alii per me adducti dict. *resol. 1, nu-*
5 *mer. 11.* Nequè illa habet locum contra eum, sed longè mitior, qui ex carceribus aufugit animo revertendi, & reversus est, ut probant *Farin. in d. quæst. 30, numer. 148, & sequent. & Giurb. cons. 34, numer. 9,* & dixi *Ego in d. resol. 1, numer. 15, & sequent.* ubi alia plura ad hanc materiam recensui, quæ videas ibi si cupis.

6 Qua verò pœnâ puniendi sint fautores, consultores, & auxiliatores ad frangendum carceres, vide in d. *verb. Carcer, resolut. 2, numer. 4, & num. 14.* ubi dixi intrare contra eos crimen læsæ Maiestatis vigore *Bullæ Sixti V.*

7 De pœna autem imponenda contra Custodem Carceris, cuius dolo, vel negligentiâ carcerati aufugerunt adnotavi suprà remissivè, *lib. 1, rubr. 16.* videas ibi.

ADDITIO.

8 DE hoc crimine, maximè commisso ab eisdem carceratis aliqua dixi *lib. 1, rubric. 16, numer. 9,* quibus adde *Carpzov. in prax. crim. quæst. 111, numer. 90, & sequent. Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 76, numer. 3, & ferè per tot. Ricciul. de reprob. lib. 12, cap. 3, numer. 1, & sequent. & cap. 4, per tot. Severin. ad decis. 335, Sanfelic. per tot. Franc. Mar. Prat. Respon. crim. 33, per tot. Passerin. à Sextula in Tribunal. Regular. quæst. 21, art. 3, à numer. 33,* & ita ad ibi dicta recurre, nè in eadem repetendo tempus consumam.

9 Instrumenta carceratis accommodantes ad fracturam faciendam, & à vinculis se eximendum, consultores, & fautores, extraordinariè puniuntur, *Mascard. Menoch. Farinac. & alii,* quos citat *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, tit. 33, pag. mihi 588, num. 2, glos. 7.*

DE POENA INTRANTIS, VEL EXEUNTIS aliundè quàm per Portas Civitatis, seu Rumpentis Muros.

Rubrica LXI.

NUllus audeat ingredi Civitatem Eugubii, vel de illa exire, sivè aliquid transmittere, nisi per Portas ipsius Civitatis, ad pœnam centum librarum, & trium funis ictuum, pro quolibet, & qualibet vice; Quod si de nocte contrafecerit, pœna pecuniaria duplicetur. Si quis verò ausû temerario ruperit Muros Communis, tribus funis ictibus plectatur, & pœnam scutorum centum incurrat, murorum Refectioni applicandam.

SUMMARIUM.

1 *Muri Civitatis dicuntur sancti.*

Et illos transcendens punitur pœnâ arbitraria, n. 2,

Imò pœnâ mortis si id hostili animo faciunt, num. 4,

Et pariter si eos transcendunt tempore belli, num. 5,

Et contra illos perforantes indicta est pœna mortis, num. 3,

Cùm non liceat eos perforare, nec lapides ab eis auferre, nec aliquid in eis immittere, num. 6,

Benè tamen id licet Universitati, pro suo servitio, ac utilitate absque licentia, numer. 7,

ANNOTATIO.

1 MUros Civitatis Sanctos appellarunt *Cicero lib. 2, de natu. Deor. & Caius I.C. in leg. 1, ff. de rerum divis.* Et ideò non
2 mirum si providi statuentes contra illos transcendentes pœnam imposuerunt, quæ quicquid sit quo ad muros Urbis Romæ, quoad muros aliarum Civitatum pœna est arbitraria, ut not. *Boer. decis. 232, numer. 1, & Menoch. de arbitr. casu* 483, *numer. 5,* ubi dicit, ita esse magis receptum, & alios dat concordantes, *& Bonfin. ad Bannim.*
3 *gener. cap. 59, per tot.* & de iure communi contra perforantes muros Civitatis est indicta pœna mortis, *l. 1, & 2, ff. ne quid in loc. sacr. Guid. Pap. decis. 232, in fin. Decian. tractat. crimin. lib. 7, cap. 36, numer. 10, Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. M, conclus. 431, numer. 5.*

ADDITIO.

4 DE muris aliqua dixi *lib. 1, rubric. 57,* nunc autem breviter dicam, quód transcendentes muros scalis, aut alia ratione, hostili animo, pœnâ capitali puniuntur; si tamen absque hostili animo, nequaquam pœnâ capitali affici poterunt, sed extraordinariè condemnantur, *Carpzov. in pract. crim. quæst. 40 à numer. 20, ad 26, & alii quamplures citati per Pacichell. de distant. cap. 5, numer. 4,* ad quod vide *Bovad. l. Politic. lib. 4, cap. 1, numer. 23, & Caball. cas.* 100, *Cohell. in bull. bon regim. cap. 8, num. 44, & seq.*
5 Unde ex dictis emanat, quod eos transcendentes tempore belli pœnâ capitali, tempore autem pacis extraordinaria, puniuntur,
6 *Pacichel. de distant. cap. 5, numer. 4,* atque illos, nec perforare, nec lapides ab eis auferre licet, vel in eis aliquid immittere, *Pacichel. d. numer. 4,* ubi *Bal. Alberich. Roman. Clar. Menoch. Knipschild. & alios* citat *Ripoll. de Regal. cap. 33, numer. 43,*
7 *Cancer. var. 3. cap. 13, numer. 57.* benè tamen Universitas pro suo servitio, ac utilitate potest muros absolutè perforare, *Ripoll. d. cap. 33, numer. 45, Cancer. d. cap. 13, numer. 57.*

DE POENA EVNTIVM DE NOCTE sine lumine post sonum Campanæ.

Rubrica LXII.

QVicumque reperiatur ire per Civitatem Eugubii, vel eius Burgos de nocte post sonum Campanæ magnæ Communis, & in defectu Campanæ post sonum trium Horarum sine lumine evidenti, vel tizzone ignito, pœnam xxv. librarum incurrat: Volumus autem, quòd unum Lumen sufficiat, & sufficere debeat quatuor Personis simul euntibus, lignum verò ignitum duobus prosit, & non aliis: Quam pœnam non intelligatur incurrisse, qui fuerit inventus prope domum suæ habitationis per quinque passus; Sicut etiam Medici, Pharmacopulæ, Obstetrices, Furnarii, & similes personæ, si occasione eorum Artis quocumque ire sine lumine de nocte reperiantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum hoc contra euntem de nocte sine lumine loquens per verbum* Inveniatur, *requirit apprehensionem.*

Et illud ligat etiam mulieres, n. 2,

Et habet locum quando sonus campanæ est finitus, num. 3,

Et quid dicendum in die Iovis, & Veneris Sancti, in quibus campanæ non pulsantur, num. 4.

5 *Delictum de quo in statuto qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum imponens pœnam eunti de nocte sine lumine post sonum Campanæ cùm loquatur per verbum *Inveniatur*, ut sit locus pœnæ requirit apprehensionem, itaut non possit procedi per Inquisitionem, ut not. *Clar. Decian. Farinac. Felic. Massin. Ursell.* relati suprà in hoc *lib. 4. rubr. 37, numer. 1.* licet non desint quamplures contrarium tenentes relati pariter ibi *num. 2.*

2 Statutum prædictum comprehendit etiam mulieres euntes de nocte sine lumine post sonum campanæ, ut tradunt *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 82, numer. 55, Guazzin. defen. 29, cap. 2, num. 20, & Farinac. de variar. ac diversi. crimin. quæst. 108, numer. 15,* qui alios dat concordantes.

3 Et dicti statuti pœna habet locum quando sonus campanæ est finitus, secùs si sit tantùm inceptus, *Ripa de noct. temp. cap. 63, numer. 46, & sequent. & numer. 52, & sequent. & cap 5, numer. 45, & sequent.* maximè quando statutū dicit *Post sonum campanæ*, ut facit statutum nostrum.

4 Utrum verò sit locus pœnæ dicti statuti in diebus Iovis, & Veneris Sancti, in quibus non pulsantur campanæ, vide *Rip. de noct. temp. cap. 1, numer. 22, & seq.* ubi refert contrarias Doctorum opiniones.

ADDITIO.

5 DE hoc delicto euntium de nocte post sonum campanæ tractat *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, tit. 34, ad §. 2, glos. 4,* qui se remittit ad *lib. 5, tit. 79,* quem pro intelligentia consule, & lege in *tom. 5, tit. 65, §. 14, num. 1,* ubi citat Doctores de hoc delicto tractantes, pariter nè prætermittas *Rovit. ad pragm. 1, de Armis, numer. 4,* qui de eo iuxta ius commune agit, & *Bart. Cepol. Borrel. Bovadill. & alios* citat.

DE

DE POENA IMPEDIENTIVM *executiones Reales, & Personales.*

Rubrica LXIII.

UT Executores possint liberè suum Officium exercere, Nullus audeat quomodolibet se opponere, aut impedire quominus dicti Officiales valeant Executionem facere Realem, & Personalem: Quòd si aliquis se opposuerit, adeò quod captum de manibus Officialium eripuerit, seu eius facto aufugerit, si quidem Captus ipse, seu qui capi debeat, erat pro Delicto civili, in tercentum libris vice qualibet puniatur, & damnum Parti emendet, ad cuius instantiam capiebatur, quatenus ille captus non sit sufficiens ad satisfaciendum: Si verò pro Crimine captus, sivè capi debeat, eadem pœnâ puniatur, qua Reus ipse veniebat puniendus. Quòd si quis Executionem Realem impediat, ut suprà se opponendo, vel denegando tenutam, vel pignus dare cum aliquali resistentia, in libris L. puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Eximentes captum de manibus Curiæ licet de iure puniantur pœnâ extraordinaria.*
In statu tamen Ecclesiastico vigore Bullarum puniantur pœnâ mortis, n. 2,
Maximè si exemptus esset confessus, vel convictus, n. 3,
Non tamen habet locum dicta pœna in eximente iniustè captum, n. 4,
Si tamen de iniustitia capturæ evidenter constet, aliàs secus, n. 5,
Et si non adest recursus ad Principem, numer. 6,
De eximitione debet constare ultra depositionem birruariorum, n. 7,
Et an dict. pœna habeat locum in tentante eximere, num. 8,
9 *Eximens debitorem de manibus Curiæ tenetur creditori ad solvendum debitum, & ad interesse.*
10 *Pœna contra negantem pignus ut sit locus non sufficit constare de negatione ex depositionibus birruariorum, & plazzarii.*
11 *Eximentes captum à manibus Curiæ, & effractores carcerum pari passu ambulant.*
12 *Eximentes carceratum capitaliter condemnatum pœnâ ultimi supplicii condemnantur.*
Non ita si captus adhuc non erat condemnatus, convictus, aut confessus, sed pœna qua puniendus erat captus, & afficiendus, num. 14.
13 *Eximentes à carcere, seu à manibus Curiæ delinquentem capitaliter condemnatum, non gaudent immunitate Ecclesiastica.*
15 *Eximentes illum qui ducebatur ad suppliciũ, pœnâ ultimi supplicii est puniendus.*
Non ita si fuerit filius, frater, pater, aut simil. num. 16,
17 *Eximentes debitorem à carceribus, seu à manibus Curiæ, præter damna, & interesse condemnatur extraordinariè.*

ANNOTATIO.

1 EXimentes captum de manibus Curiæ licet de iure communi puniantur pœnâ extraordinaria ut habetur in hoc statuto, & tradunt etiam *Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 32, numer. 64, Caball. resolut. crimin. casu 8, sub num. 11, cent. 1, & Guaz-*
2 *zin. defens. 5, cap. 5, numer. 11.* In statu tamen Ecclesiastico vigore *Bullæ Sixti V.* edita contra bannitos, facinorosos, &c. puniuntur pœnâ mortis, & læsæ Maiestatis, ut not. *Farinac. in dict. quæst. 32, numer. 65, & Guazzin. d. defen. 5, cap. 5, numer. 11.* Quæ
3 pœna læsæ Maiestatis eo magis habet locum si exemptus è manibus Curiæ sit confessus, vel convictus de crimine, ut voluerunt *Ant. Gomez, Clar. Baiar. Farinac. Caball. & Guazzin. per me relati in Resol. crimin. in verbo Eximitio à Curia, resol. 5, numer. 5.*
4 Licèt pœna dicti statuti sivè alia non intret contra eximentem de manibus familiæ iniustè,

matrem, & avum, vel aviam manus iniece-rint, cùm istud crimen uti contra ius naturale, & divinum dicatur gravissimum, & adeò detestabile, ut propter illud filius exhæredari possit ad text. in *Auth. ut cùm de appell. cogno. §. causas, collat. 8*, & tradunt *Canonistæ*, & præcipuè *Covar. in cap. Raynutius, 16, de testam.* & dictum crimen latissimè detestatur *Barbos. de potest. Episc. al-*
2 *legat. 51, numer. 106, & sequent.* & manus iniicere de qua in statuto intelligitur si lapide, ligno, vel alia re patrem, & alios, de quibus supra iniuriosè etiam attingat, ut not. *P. Molin. de inst. & iur. tractat. 2, disput. 176, vers. Prima est, &c. & Barbos. in d. alleg. 51, numer. 107.* Quicquid fortè dicendum sit in filio simpliciter manum elevante sine percussione, ut post *Gamb. de casib. reser. fol 211, numer. 2, & 3,* per eum relatum not. *Barbos. in d. alleg. 51, num. 113,*
3 *& sequent.* ubi limitat supradicta non habere locum in filio percutiente patrem sine dolo, ad sui defensionem, ignoranter, & in aliis casibus, quos videas ibi per eum.
4 Quod verò Iudex possit capi facere, & carcerare filium ad instantiam Patris, ut disponitur etiam in hoc statuto tradunt etiam si pater sit persona honesta, *Clem. de patr. potest. cap. 6, effect. 1, numer. 19, Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 28, numer. 18, Guazzin. defen. 5, cap. 1, numer. 20, & Pascal. de patr. potest. par. 3, cap. 4, numer. 2. & sequent.*
5 Licèt secus sit de iure ad instantiam Matris, & aliorum propinquorum, ut post *Pinell. & Pasca.* per me relatis declaravi *Ego in Resol. crimin. in verbo Captura, resol. 3, in fin.*

ADDITIO.

6 IN hac nostra Provincia Cathaloniæ hi manus in parentes violenter iniicientes, extraordinariè puniuntur, *Cortiadà decis. 96, num. 51,*
7 Hac sanè in rubrica explanandum veniebat crimen parricidii, & ita quando, & cum quibus personis committatur, & qua pœna plectantur, cæterum hæc prætermitto, remittendo te ad *Doctores citatos per nostrum Meritissimum, ac Nobilem Regentem Cortiada dict. decis. 96, numer. 50, Carpzou. in pract. crim. quæst. 8, per tot. & quæst. 12, & sequent. Mattheu. de re crim. contro. 9. 13, per tot. & contro. 64, num. 36, & alios*, quos citant *Faria ad Covarru. lib. 2, cap. 10, numer. 113, Murgà disqui. Moral. tom. 2, disqui. per tot. Berlich. conclu. legal. par. 4, conclu. 6, per tot. Solorzan. in oper. posthum. de parricidio per tot.* qui omnes petextensè materiam tractant.

DE CORRIGENTIBVS FAMILIAM SVAM.

Rubrica LIX.

CVilibet familiam suam corrigere, & verberare liceat, scilicet Patri Filium, & ex Filio Nepotem, Fratri Maiori Fratrem, Patruo, vel Avunculo Nepotem, & alios familiares, quos retinuerint ad suas expensas; Dummodò temperatè, & modestè id fiat: Nec super his Iudices querelas recipere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Propinquis licitum est corrigere moderatè eorum propinquos.*
Statutum verò declarat id tantùm licere Patri, Avo, Fratri natu maiori, & Patruo, num. 2,
3 *Pater filium occidere poterat, iure antiquo.*
Hodiè tamen moderatè verberare, eum corrigendo, num. 4,

ANNOTATIO.

1 PRopinquis licet iura permittant corrigere moderatè suos propinquos, ut tradunt *Pinell. in rubr. C. de bon. mater. par. 2, numer 31, & Pascal de patr. potest. par. 3,*
2 *cap. 4, numer. 4.* statuentes tamen ad tollendam omnem dubitationem, quæ oriri possit ex dicto verbo *familiam*, de quo in dicta Rubr. providè declaraverunt, id licere tan-

in *Resol. crimin. in verbo Testium Miscellanea resol.* 10, *numer.* 3, *&* 4,

ADDITIO.

5 Licet Princeps, aut statutum facere non possint; ut dicto unius testis credatur, ut tradit *hic ConcIol. numer.* 1, *&* 2. benè tamen id efficere potest partium consensus, *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 2, *cap.* 3, *§.* 39, *num.* 4,

6 Offendentes Ministros Regios, seu alios inferiores, extraordinariè puniuntur; si tamen homicidium sequatur ad pœnam mortis damnantur, *Cortiada decis.* 94, *numer.* 52, *& decis.* 102, *per tot.* maximè *numer.* 31, qui cum copia *Doctorum* latè tractat, quomodo puniantur occidentes, vulnerantes, iniuriantes, seu offendẽtes Ministros Regios, ac alios, tàm superiores, quàm inferiores, ipsum consule.

DE POENA OFFICIALIVM, ET FORENsium offendentium Civem, vel Districtualem.

Rubrica LXV.

SI Judices, vel eorum Officiales, & Executores percusserint aliquem Civem, Incolam, sivè Districtualem, condemnetur in duplum illius pœnæ, qua pro simili delicto Civis offendens alium Civẽ, ex forma Statutorũ veniret condemnandus, & maiori, si facti, & personarum qualitate inspecta Iudici videatur: Exceptis casibus, in quibus Officialibus, sivè Executoribus ratione eorum Officii de iure licitum est percutere, Et teneatur Potestas contrafacientes punire, & condemnare infra Mensem à die commissi Maleficii computandum, Alioquin ipsum ad easdem pœnas in Syndicatu teneri volumus. Forenses etiam si Civem, vel Districtualem offenderint, duplicata pœnâ, ut suprà diximus puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna si sit duplicanda contra forensem offendentem Civem non habet locum si offensa sit facta extra territorium.*

2 *Forensis dicitur qui est de alio loco utente diversis legibus.*

Et qui in loco non habet originem, domicilium, nec incolatum, n. 3,

4 *Officialibus quando liceat offendere, delinquentibus resistentiam facientibus.*

5 *Resistentiam facientes Ædili, aut alio Officiali quomodo puniantur.*

Non tamen est punibilis si sit Officiali non gestanti virgam, n. 7,

6 *Auxilium nõ prebentes Officiali acclamanti assistentiam, propter resistentiam delinquẽtis, extraordinariè puniuntur.*

ANNOTATIO.

1 Dispositio d. statuti quòd pœna duplicetur contra forensem offendentem Civem, vel districtualem non habet locum si illum offenderit extra Territorium statuentium, ut docent *Bart. Bald. & alii in l. cunctos populos*, 1, *C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Caball. var. resol. casu* 3, *in fin. cent.* 1, *Mascar. de gener. stat. interp. conclus.* 6, *num.* 61, *& seq.* benè comprobans.

2 Forensis autem dicitur ille qui est de alio loco, & Civitate utente diversis legibus, & statutis, licet sit de eodem dominio, ut not. *Corn. cons.* 106, *col.* 1, *&* 2, *vol.* 3, *Decian. cons.* 33, *numer.* 37, *vol.* 1, *Mascar. de gener.*

3 *stat. interp. dict. conclus.* 6, *numer.* 212. Et qui in loco non habet originem, nec domicilium, nec incolatum, ut post *Deci. Menoc. Rimin. Iun. Peregr.* & alios per eum adductos firmat *Altograd. cons.* 28, *num.* 41, *volum.* 2.

ADDITIO.

4 SVnt tamen casus in quibus, ut insinuatur in nostro statuto, à iure licet Officialibus,

ſtitia diſtrahatur, vel cum pecunia officium Iudicis permutetur, ut tradunt *Decian. tractat. crimin. lib. 8, cap. 33, numer. 9, Farin. de var. ac diver. crimin. quæſt.* 111, *in princ. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.* 11, *numer.* 3, *& Paul. Rube. de teſtam. in præfat. n.* 196.

2 Barattaria autem eſt plenè probanda, ut poſſit puniri criminaliter, cùm lex ſemper præſumat pro Iudice, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 73, numer. 16, Decian. tractat. crim. lib. 8, cap. 38, numer. 1, & ſequent.* plenè *Farinac. de variar. ac diver. crimin. d. quæſt.* 111, *numer.* 264, *Maſſin. in d. quæſt.* 11, *nu-*

3 *mer.* 16. Itaut teſtes de illa deponentes debeant eſſe idonei, & omni exceptione maiores, & ſic non admittantur ad illam probandam Teſtes à Iudice carcerati, & ſimil. ut probant *Baiar. Maſcar. Decia. Farin. Vermig. Maſſi. Giacar. & Rot. per me addicti in reſol. crimin. in verbo Syndicatus,*

4 *reſol.* 2, *numer.* 3, *&* 4. Nec admittantur teſtes, qui dederunt contra Iudicem petitiones in ſyndicatu, ut not. *Decian. tractat. crimin. d. lib.* 8, *cap.* 38, *numer.* 6, *Farinac. in d. quæſt.* 111, *numer.* 273, ubi teſtatur de communi opinione, *& Maſſin. de confiſc. bonor. dict. quæſt.* 11, *numer.* 18, & alii per

5 me relati in *d. reſolut.* 2, *num.* 5. Neque ad illam probandam admittuntur Mediatores ſi agatur criminaliter, *Farinac. in d. quæſt.* 111, *numer.* 271, *& ſequent. Maſſin. d. quæſt.* 11, *numer.* 15, *Vermigl. conſ.* 179, *numer.* 9, *& alii relati per me in d. reſol.* 2, *numer.* 7, *&* 8. ubi probavi illam probari per teſtes domeſticos, & familiares.

ADDITIO.

6 BArattariam committit Iudex, non ſolùm modo prolato hîc à *noſtro Concio-lo numer.* 1, ſed etiam cùm pecunias accipit pro iuſta, vel celeri iuſtitia miniſtranda; etiamſi accipiat à ſponte dantibus, *Menoch. Capiblanc. Tuſch. & alii*, quos citat *Altimar. obſer.* 57, *ad lib.* 3, *conſil. Rovit. num.* 2. noviſſimè, ac latiſſimè *Sabell. in ſumm. tractat. variar. tom.* 1, *in diſcurſ. de prohibit. muner. & præc. datio. per tot.* quando

7 autem per metum, ac indebitas vexationes, & non ſponte à Iudice recipitur pecunia, extorſio, & concuſſio dicitur commiſſa, non autem barattaria, *Altimar. ubi ſupr. n.* 3.

8 Pœna autem qua Iudices extorſionem, ſeu barattariam committentes puniuntur, ultra infamiam, eſt condemnatio in quadruplum, *Altimar. d. obſer.* 57, *numer.* 4, *&*

9 *ſequent.* & tranſit ad hæredes. *Capic. Latr. Capiblanc. Larrea, & alii citati à Altim.*

10 *d. obſer.* 57, *numer.* 8. hæres tamen non tenebitur niſi uſque ad vires hæreditatis, & non ultrà, quamvis inventarium non confecerit, *Altimar. ibid. numer.* 9, *Farinac. Guazzin. Caball. & Amaya citati à Creſpi. obſer.* 83, *numer.* 8, *&* 11.

11 Hæc tamen procedunt in civilibus; ſi tamen iudicaverit corruptus in criminalibus, & per eius ſententiam aliquis fuerit factus reus criminis, pœnâ capitis punitur; ſi autem condemnaverit præter mortem innocentem, vel nocentem abſolverit de iure, *ff. & Cod.* condemnatur pœnâ exilii, & publicationis bonorum, *Altimar. ubi ſuprà nu.* 10,

12 *&* 11. præter privationem officii, quæ ipſo iure procedit, *Altimar. ibid. n.* 12,

13 Hoc ſanè delictum habet varia privilegia, tàm circa probationē eius exiſtentiæ, quàm circa accuſationem, quæ uti in delictis publicis, cuique de populo competit, quæ latè videre poteris penes *d. Altimar. d. obſer.* 57, *numer.* 13, *& ſequent.* ubi lariſſimè de hoc delicto, ne prætermittas, *Solorzan. in politic. Indiar. lib.* 5, *cap.* 11, *fol.* 853, *verſ. La ſeptima, & ſequent. Velazq. de Iudic. perfect. rubr.* 9, *annot.* 11, *&* 13, *per tot. & Vargaſ. Machuca part.* 8, *conſid.* 1, *& ſequent.* ubi latiſſimè *Muſcatel. in prax crim. tit. de Iudicis corruptela, &c.* & ibi *Franc. Mar. Prat.*

QVOD IVDICES CORRIGANT IGNAVIAM inertis iuventutis.
Rubrica LXVII.

QVia plerumquè multa facinora committuntur ab iis, qui ſine ulla induſtria, & labore, nullámque Artem exercentes cum Ignavia vitam ducunt, Quique ut plurimum in Aleis, & illicitis ludis, & nonnunquam etiam in Crapulis, & Meretricationibus infamem vitam agentes, verſantur; Iudices, cum primùm de his notitiam quomodocumque habuerint, Eos

ad se venire compellant, & diligenter ab eis exquirant de Vita, Moribus, Artibus, & facultatibus, undè vestes, & pecuniam ad ludos, & alios immoderatos sumptus effundant: Et si postquam tales inertes deprændantur, & à Iudice in Actis moniri, ad meliorem vitæ frugem se non redegerint, & ad aliquod laudabile Exercitium se non accommodaverint, Carcere, Exilio, & aliis Multis plectantur, prout Iudici magis visum fuerit expedire.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundi, & similes, vel cogendi sunt ad laborandum, vel in exilium mittendi.*

2 *Vagabundi qui dicantur.*

Hi arbitrariè pœnis extraordinariis puniuntur, n. 3,

Possunt cogi ad laborandum in operibus publicis, & Reipublica, n. 4.

5 *Vagabundi nullum habent domicilium.*

Et ita pro delictis possint puniri ubique, num. 6,

Nec sunt alibi remittendi, nisi Iudices subsint sub eodem Principe, & pro delicto enormi, n. 7,

8 *Vagabundi debent à Civitatibus ejici, & puniri.*

ANNOTATIO.

1 QVod mendicantes validi, Vagabundi, Biantes, & similes propellendi sint, vel ad laborandum, vel in exilium sint mittendi per Iudicem, uti habetur in hoc statuto tradunt *Petr. Gregor. Tholo. in Syntag. iur. uni. lib. 39, cap. 6, numer. 12, & sequent. & Choel. ad Bull. ben. regim. cap. 41, numer. 19, & sequent. & cap. 50, n. 111.*

ADDITIO.

2 VAgabundi qui dicantur tradit *Altim. de nullitatib. rubr. 12, quæst. 15, numer. 11,* ubi plures citat, & tradunt *Rovit. ad rubr. pragm. de vagabundis per tot. Boss. Carleval. Farinac. & alii,* quos citat *Passerin. à Sextul. in cap. Romana, 1. §. Contrahentes, de for. competent. in 6, num. 127, Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegatio. 32, numer. 75,* ubi plures citat, *& de offic. & potest. Paroch cap. 21, num. 89, vers. Va-*
3 *gus, &c.* & isti Mendicantes validi, Vagabundi, biantes, & hi similes arbitrariè, & extraordinariè puniuntur, ut alibi dixi, & tradunt *Modern. Autun. Portugal. de Reg. donationib. par. 3, cap. 41, numer. 12, & sequent. Peguer. & alii,* quos citat *Ricciul. ubi proximè num. 11, & ferè per tot.* vidend. *Crespi. obser. 4, numer. 33, Caball. cas. 178,*
4 *numer. 1, & sequent.* ubi pœnam à iure nostro statutario præfixam vagabundis recitat; possúntque cogi ad laborandum in operibus publicis, & aliis Reipublicæ muniis, pariterque sub iusta mercede serviendum, *Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2, cap. lib. 1, cap. 14, numer. 128, & sequent. Ricciul. de reprobis lib. 9, cap. 2, numer. 5, Novar. de gravam. vassall. tom. 1, gravam. 326. num. 3, & sequent. Antonell. de regim. Eccles. Episcopal. lib. 8, cap. 10, numer. 7.*

5 Isti sanè, cùm nullum habeant domicilium, *Altimar. d. quæst. 15, numer. 11, & quæst. 12, numer. 85, & sequent. Barbos. d. numer. 73, & de Paroch. d. numer. 89, vers.*
6 *Vagus, &c.* pro delictis commissis possunt puniri ubique locorum, *Altimar. d. quæst. 15, numer. 26, Ricciul. de reprob. d. lib. 9, cap. 3, numer. 1. Capiblanc. de Baronib. lib. 2, cap. 33, numer. 9, Carleval. & alii,* quos citat *Parexa de instrum. edit. tit. 2, resol. 9, numer. 68, & sequent. Carpzou. in pract. crim. quæst. 54, numer. 48, Rovit. ubi suprà numer. 2, Oliva de for. Eccles. par. 3, cap. 20, numer. 57, Passerin. à Sextula in cap. Romana, 1, §. Contrahentes, de foro competen. in 6, numer. 127, Avendan. de exequend. mandat. par. 2, cap. 7, numer. 7, Pac. Iordan. tom 2, lib. 8, tit. 1, numer. 36, Diana in coordinat. tom. 6, tract. 1, resol. 46, §. 1, Capucinus in prax. tom. 1, par. 1, cap. 2, num 282, & sequent. Castr. Palau. par. 1, tract. 3, disput. 1, punct. 24, §. 4, numer. 3, & 4, Fagnan. in cap. Licet. de for. competen. nu. 27,*
7 *Antonell. dict. numer. 7.* nequè à Iudice sunt remittendi ad locum delicti, nisi Iudices sint sub eodem Principe, & delictum sit enorme, *Altimar. dict. quæst. 15, numer. 22, & sequent. Ricciul. ubi suprà cap. 4, nu. 13, Avendan. d. n. 7.* ad quos omnes suprà citatos recurre tractantes latè de his personis.

8 Itaque isti vagabundi, ociosi, & inertes ejici debent à Civitatibus, & puniri per *l. unic.* & ibi *Bart. numer. 8, & Angel. Cod. de mendic. lib. 11,* & cum *Aufrer. Rip. Peguer. Iodoc. Cabal. & aliis* tradit *Bellet. disqui. Cleric. tit. de favor. Cleric. real §. 5, numer. 97.*

QVOD

QUOD NON LICEAT PISCANDO UTI ALIquo genere Veneni, & quo casu piscari liberum sit.

Rubrica LXVIII.

NVlli liceat piscando uti aliquo genere Veneni pro capiendis Piscibus, ex quo Aqua Fluminum contaminetur in perniciem Piscium, & non modicum praeiudicium volentibus in fluminibus recreationis causa piscari, ad poenam quinquaginta librarum cuilibet contrafacienti, & credatur Accusatori, seu denunciatori cum uno Teste idoneo, & Accusaror Quartam partem poenae lucretur.

Liceat autem cuilibet Civi, sivè Districtuali in Fluminibus piscari, dum tamen ab Ædificiis propè flumen existentibus se abstineant, & à Locis prohibitis, sivè Piscariis, quae proprios Dominos habeant. Qui autem Piscanres in Locis permissis prohibuerit, qui vè in locis prohibitis piscari ausus fuerit, poenam xxv. librarũ vice qualibet incurrat, Et si in Piscariis privatis, ultra damni emendationem, poena duplicetur.

SUMMARIUM.

1 *Piscari cuilibet est permissum in fluminibus publicis.*
Et etiam in mari, num. 4,
Dummodo se abstineant à malorum succuum commixtione, num. 2,
Potest tamen id ob bonum publicum, & in certis casibus prohiberi, ac privilegio acquiri, num. 5,
Etiam privativè praescriptione, aut consuetudine, num. 6,
3 *Furti actio datur pro piscibus captis in stagno privato, & num.* 9,
7 *Piscari in Cathalonia quo tempore prohibeatur.*
8 *Piscatio in fluminibus, seu locis privatis non potest prohiberi à Principe, nisi iusta ex causa, veluti si sit Reipublica damnosum, ut ibi.*
10 *Pisces ad capiendum non licet in Cathalonia uti calce, aut aliquo alio veneno, nequè de iure communi.*
11 *Piscandi ius non pertinet ad Regalias, sed tantum redditus piscationum.*

ANNOTATIO.

1 PIscari quòd omnibus permissum sit in fluminibus publicis tradunt *Petr. Greg. Tholos. in Syntag. iur. uni. lib.* 3, *cap.* 14, *numer.* 7, *Capoll. de servit. iusti. praed. cap.* 42, *numer.* 3, & *Rosental. de feud. cap.* 5,
2 *conclus.* 24, *numer.* 1. Dummodo malorum suorum non utantur commixtione, ut disponitur in hoc statuto iuxta legem *Plato.* quem referendo sequitur *Petr. Greg. Tholos. in Syntag. iur. uni. lib.* 1, *cap.* 4, *sub nu-*
3 *mer.* 1. Et pro piscibus captis in stagno privato alicuius dari actionem furti uti pariter disponitur in hoc statuto scribit *Petr. Greg. Tholos. in d. Syntag. iur. uni. lib.* 37, *cap.* 5, *numer.* 14, cum quo eum referendo pertransire videtur *Farinac. de furt. quaest.* 174, *numer.* 91.

ADDITIO.

4 LIcet piscatio in mari, ac fluminibus publicis omnibus sit permissa, iure Divino, & gentium inspectis, *Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par.* 3, *cap.* 9, *numer.* 8, & 32, *Cancer. var.* 2, *cap.* 2, *numer.* 81, & 89. *Capiblanc. de Baronib. lib.* 2, *cap.* 86, *numer.* 1, *Carpzou. in pract. crim. quaest.* 84, *numer.* 80, *Eminen. De Luca de feud. discur.* 2, *numer.* 7, *Bonden. Collect. legal.* 20, *numer.* 18, & *sequent. Avendan. in tractat. de venatio. post. tractat. de exequend.*
5 *mandat. numer.* 2, & *ferè per tot.* tamen in eis propter bonum publicum certis casibus prohiberi potest, similiterquè pacto, aut pri-

privilegio Principis posse prohibitionem piscandi induci, *Solorzan. de iur. Indiar. tom.* 1, *lib.* 3, *cap.* 3, *numer.* 69, *Autun. Portugal. d. cap.* 9, *numer.* 33, *& sequent. Cancer. var.* 2, *cap.* 2, *numer.* 81, *& sequent. Capiblanc. ubi suprà numer.* 2, *& sequent. Avedan. ubi suprà numer.* 3, *& sequent. Pignatel. consult. canon. tom.* 3, *consult.* 58, *nu-*
6 *mer.* 15, *& sequent.* & à privato privativè ad alios potest jus piscandi acquiri præscriptione, aut consuetudine, *Solorzan. dict. cap.* 3, *numer.* 63, *& 68*, *Eminen. De Luca d. discur.* 2, *numer.* 6, *Autun. Portugal. dict. cap.* 9, *num.* 37, conducunt tradita per *Doctores* quos citat novissimè *Vilaplana de Brach. Militar. cap.* 3, *numer.* 339, *& seq. Berlich. conclus. legal. par.* 5, *conclus.* 51, *numer.* 5.

7 In locis autem publicis procedit præfata prohibitio, prout ita per *Const.* 3, *& 4, tit. de Pescar, y caçar*, extat provisum, quòd in tempore procreationis, hoc est à die prima Decembris ad diem Carnis privii, non liceat piscare in fluminibus, ac torrentibus pisces, vulgò dictos *Truytas*, ac in aliis temporibus, nisi cum certis retibus, quod iuri conforme est, taliter quòd venari, aut piscari temporibus, ac instrumentis vetitis peccatum mortale esse tradit *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 3, *disp.* 7,
8 *§.* 1, *numer.* 29, non tamen procedit in locis privatis, quia in his non competit Principi ius prohibendi piscationem, nisi iusta causa interveniente, veluti quando prohiberetur ad certum tempus, generationis scilicet, nè animalium copia minuatur, & nè ob publicam utilitatem sequatur esculentorum animalium totalis ferè consumptio, & destructio, *Antonel. de loc. legal. lib.* 2, *cap.* 23, *numer.* 52, *Autun Portugal. d. cap.* 9, *numer.* 38, *& sequent.* omninò vidend. *Cancer. d. numer.* 81, *& sequent. Capiblanc. ubi suprà numer.* 5, *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.* 158, *numer. fin. Tondut. quæst. civil. cap.* 105, *nu.* 8, conducunt tradita per *Fragos. de Regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 3, *dispute.* 7, *numer.* 21, *vers. Sequitur controvertia*, *&c. & sequent.* ubi plura de piscatione, & venatione; & his rationibus, ac aliis ponderatis per *Thor. in supplem. decis. verb. Piscari, fol.* 469, *Novar. de gravam. vassall. tom. gravam.* 422, *per tot. Cancer. var.* 2, *cap* 2, *à numer.* 81, præcipuè *numer.* 82, *Despuiol. verbo Sententia Regia, fol.* 192, resultat non esse licitum piscari in mari retibus tendentibus usque ad solum maris, ex quibus piscium nidi infringuntur, & dirimuntur, quos nos vulgò *Ganguil*, appellamus, ut ita fuit decisum in Regio Consilio facto verbo per Magnificum Ioannem de Colomer Regio Senatore *die* 5. *Martii* 1678, in causa possessorii summarissimi intentati per Iosephum Miquel in favorem confratriæ Piscatorum Civitatis Barcinonæ, quæ fuit confirmata in causa supplicationis, referente Magnifico Ioanne Baptista Roca & Iulià, die 7 Februarii 1679, Scriba Melchior Cortès.

9 Et de his piscibus inclusis in locis privatis loquitur *noster Conciol. hic numer.* 3, pro quibus tradit dari actionem furti, & id ex quo isti desinunt esse communes, & possidentur à dominis dictorum locorum, ut tradunt *CarpZou. in pract. crim. d. quæst.* 84. *numer.* 78, *Autun. Portugal. d. cap.* 9, *numer.* 82, *Fragos. ubi suprà numer.* 30, *Berlich. dict. conclus.* 51, *numer.* 16, *& seqq. Avendan. dub.* 3, *in fin.*

10 Similis adest statutaria prohibitio in hac Provincia contenta in *Const.* 3, *dict. tit. de Pescar, y caçar*, huic nostræ statutariæ dispositioni, qua prohibetur in omni tempore anni uti calce, aut aliquo veneno pro piscibus capiendis quod rationi, ac iuri conforme est, & contrafacientes graviter, ac mortaliter peccant, *Fragos. d. disput.* 7, *§.* 1, *numer.* 29, possùntque puniri, *Avendan. de exequend. mandat. par.* 1, *cap.* 19, *numer.* 30, *vers. Octavo*, *&c.* quæ ab Officialibus non servari, nòn ne summè est dolendum?

11 Vltimè scias ius piscandi non pertinere ad Regalia, sed tantùm redditus piscariorum, *Autun. Portugal. d cap.* 9, *numer.* 32, *& 73*, *Fragos. de regim. Reipub. Cristian. par.* 1, *lib.* 3, *disput.* 5, *numer.* 13, *vers. Ex cuius verbis*, *&c. cum sequent. Eminen. De Luca d. discur.* 2, *numer* 3, qui innumeros *Doctores* citant, quos, & *Gripiand. in esconomic. iur. lib.* 1, *cap.* 18, *per tot.* ad hanc materiam nostri statuti vide, & consule.





DE

DE MALEFICIS.

Rubrica LXIX.

QVicumque fœdiſſimo Sceleri Sortilegii operam dare auſus ſit, & Dæmonum invocatione adhibita humana Corpora inſidiis, vel præſtigiis irretire, aut Infantium membra languentia facere, vel quomodocumque alterum maleficiatum reddere, furcis ſuſpenſus flammis ultricibus exuratur: Si quis verò Amatoria pocula conficere, aliiſque bibenda, ſivè comedenda præſtare auſus ſit, graviter Iudicis arbitrio facti, & perſonarum qualitate inſpecta puniatur: Quòd ſi prædicta facere ſolùm attentaverit, & effectus prædictus quovis modo ſecutus non fuerit, fuſtigetur per Civitatem, ab ea perpetuò exbanniatur, ſivè aliter Iudicis arbitrio plectatur.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium eſt quadam ſuperſtitio illuſoria, qua homines utuntur Dæmonis miniſterio.*

Quod dividitur in duas ſpecies, in qualificatum, & hæreticale, & in non qualificatum, & non hæreticale, num. 2,

3 *Poculum amatorium, ſecluſo pacto cum Dæmone abuſu Sacramentorum, & Sacramentalium, verborum ſacra Scriptura, & Dæmonis invocatione, non eſt ſortilegium qualificatum, & hæreticale.*

Eum tamen prabens ſi mors ſequatur extraordinariè punitur, n. 11,

4 *Crimina ſortilegii qualificati, & hæreticalis pertinet ad Inquiſitores, & n. 6,*

Et quid dicendum ſit quando ſortilegium non eſt qualificatum, ſed ſimplex, numer. 5,

7 *Corpus delicti in ſortilegio probatur per conjecturas, & per confeſſionem delinquentis.*

Et qua ſint conjectura ſufficientes ad torturam, num. 8,

Non tamen ſi probatur per confeſſionem ſolam poteſt confitens condemnari ad pœnam ordinariam.

10 *Sortilegi, & malefici qua pœnâ puniantur remiſſivè.*

ANNOTATIO.

1 SOrtilegium dicitur ut ſit quædam ſuperſtitio illuſoria, & ſummè noxia, qua homines utuntur Dæmonis miniſterio, ut tradunt *Ghirlan. de ſortileg. quaſt. 1, num. 1, Farinac. de delict. & pœn. quaſt. 20, numer. 73, & Caren. de Offic. Sanct. Inquiſit. par. 2, tit. 12, numer. 1.* ubi dicit, quod ſortilegium dicitur id, quo quis utitur ad aliquod conſequendum diabolicis Inſtrumentis,

2 Quod dividitur in duas ſpecies videlicet in qualificatum, & hæreticale, & in non qualificatum, & non hæreticale, ut ſcribit *Caren. in d. tit. 12. numer. 23, & plurib. ſequ:nt.* ubi latè declarat, quænam ſint ſortilegia hæreticalia, & non hæreticalia, quæ cùm nimis longum eſſet referre, ideò ſufficiat id ſimpliciter indicaſſe.

3 Præbere autem alicui poculum amatorium ſecluſo pacto expreſſo cum dæmone, abuſu Sacramentorum, & Sacramentalium, & verborum Sacræ Scripturæ, ac ſecluſa invocatione ipſius dæmonis per verba deprecativa ad effectum tentandi mulieris pudicitiam non eſt ſortilegium qualificatum, & hæreticale, ut docent *Scacc. de indic. tom. 1, cap. 12, numer. 39, Farinac. de delict. & pœn. quaſt. 20, numer. 80, Alox. Ricc. in prax. fori Epiſc. in tit. de hæreſis crim. Reſol. 424, ſub numer. 11,* & alii plures, quos refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſit. par. 2, tit. 12, numer. 48,* benè comprobans.

4 In hoc verò crimine, ſortilegii, & maleficii qualificati, & hæreticalis illius cognitio ſpectat omninò ad Inquiſitorem hæreticæ pravitatis ſivè de iure antiquo, ſeu de iure noviſſimo, ut tradunt *Clar. in pract. §. hæreſis, verſ. Succeſſivè quæro, &c. Farinac. de hæreſi quaſt. 181, numer. 93, Caball. reſol. crim. caſu 223, numer. 71, cent. 3, & Caren. de Offic. S. Inquiſit. d. tit. 12, num. 146,* ubi alios dat concordantes, ubi poſt *Freit. Dian. Leo. Reg. de Ponte, Caball. & Martam*, per eum relatos dicit, idem

esse quando sumus in dubio, ut ibi per eum,
5 Quid verò tenendum sit quando sortilegiũ non est qualificatum, sed simplex, an Iudex laicus possit in eo procedere videas *Clar. in §. hæresis in fin. Caball. in d. casu 223, numer. 71, Sesse decis. Aragon. tom. 4, decis. 454, numer. 18, & sequent. & decis. 466, numer. 17, & sequent. & Caren. in d. tit. 12, numer. 147, & sequent.* ubi latè tuetur opinionem negativam per Inquisitore, ut ibi per eum, Cuius Sacri Tribunalis iura Religio si statuentes violare in causis ad illud spectantibus nullo modo velle expresse sunt protestati in *rub. seq. in fin.*

A D D I T I O.

6 ADdicta hic à *nostro Conciol. numer. 4,* adde *Matthau. de re crim. controv. 60, numer 2, & sequent.* ubi latissimè hanc quæstionem tractat, & ibi *Doctores Modernos* citat *Capon. discep. 96, numer. 6, & sequent. Passerin. à Sextula ad cap. Accusatus, 8. §. sanè, 4, de heretic. in 6, à numer. 351,* maximè *numer. 356, & sequent,* ubi latè hanc quæstionem tractat.

7 Corpus autem delicti in hoc delicto sortilegii, ac maleficii probatur per coniecturas, præsumptiones, & indicia, uti difficilis probationis, & speciei delictorum, quæ occultè committuntur, & ita confessione delinquentis probatur, quæ omnia tradunt *Carpzou. in pract. crim. quæst. 49, num. 59, & sequent.* & quæ sint sufficientia ad torturam tradit *quæst. 122, numer. 60, & sequent.* latissimè *Passerin. à Sextula ubi suprà à numer. 362,* si tamen sortilegi, ac malefici damnantur ex sola confessione, non ad pœnam ordinariam, sed ad extraordinariam damnari possunt, *Capon. discep. 40, nu. 24,* ubi *per tot.* latè de hac materia.

9

10 Sortilegi, ac malefici qua pœnâ puniantur, tradunt *suprà citati Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegatio. 50, numer. 249, & allegatio. 51, à num. 120, Carpzou. in dict. pract. crim. quæst. 48, 49, & 50, Matthau. d. contro. 60, per tot. Capon. d. discep. 40, & 96, Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disp. 4, numer. 31, & sequent. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controv. inter Episcop. & Regular. par. 1, à numer. 893,* ubi plura de sortilegiis, ac maleficiis, & latissimè *Passerin. à Sextula ad cap. Accusatus, 8, §. sanè, 4, de hæreticis à numer. 113,* maximè *numer. 406, cum sequent. Berlich. conclus. legal. part. 4, conclus. 3, & seq. per tot. Thesaur. de pœnis Eccles. par. 2, verbo Superstitio, cap. 1,* quos consule.

11 Poculum amatorium propinans, secluso dolo, sed solùm ad amorem conciliandum, licet mors indè sequatur, non pœnâ mortis, ut opinarunt aliqui, sed extraordinaria venit puniendus, *Carpzou. in d. pract. crim. q. 21, num. 15, & seq.*

DE INQVIRENTIBVS THESAVROS.

Rubrica L X X.

1 AD reprimendam nonnullorum Avaritiam, sivè potius Insaniam, qui suadente Diabolo Nolentes in sudore vultus sui sibi Victum parare, Incantationibus, ac Maleficiis Thesauros inquirere audent, Statuimus hosce Thesaurizantes, Incantationibus, Sortilegiis, & Superstitionibus, quomodocumque utentes pœnam scutorum centum, pro quolibet, & qualibet vice incurrere, & in Exilium ad quinquennium mitti debere.

Declarantes, In omnibus Casibus spectantibus ad S. Inquisitionem ratione Criminis Sortilegii, seu Invocationis Dæmonum, Blasphemiæ, & Devastationis Sacrarum Imaginum, De quibus suprà hoc eodem Libro IV. Non censeri per hæc Statuta aliquo modo dispositum, seu derogatum, Sed illius Iura omninò illæsa servari.

SUMMARIUM.

1 *Thesaurus dicitur aurum, argentum, vel pecunia, eius dominus est incertus, & de ea non extat memoria.*

Thesaurus inventus arte magica spectat ad Principem, n. 2,

Inventus autem in fundo proprio spectat ad invententem, n. 3,

De consuetudine verò generali spectat ad Principem, n. 4,

Cui autem spectet thesaurus inventus in re empta remissivè, n. 5,

6 *Thesaurus inventus in fundo alieno dividitur inter dominum fundi, & inventorem.*

Retinens tamen partem domini furtum non committit, potest tamen extraordinariè puniri, n. 7,

Et in conscientia tenetur partem domino, licèt ignaro restituere, n. 8,

ANNOTATIO.

1 Thesaurus dicitur aurum, argentum, vel pecunia, cuius dominus est incertus, & quæ fuit abscondita antiquitùs, & tanto tempore, ut non extet memoria in contrarium, ut docent *Peregr. de iure fisci lib. 4, tit. 2, in prin. Farin. de var. ac diver. quæst. 104, numer. 19,* licet posteà *num. 21,* dicat, thesaurum impropriè dici consistentem in pecunia etiam non antiquo tempore recondita, *Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 30, in prin.*

2 Thesaurus verò inventus arte magica, ut in hoc statuto spectat ad Principem, non autem ad illum invenientem in quocumque loco illum inveniat, *l. 1, Cod. de Thesa. lib. 10, & ibi hoc not. glo. Bart. Bald. Ang. & alii Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 2, num. 2, Farinac. de var. ac diver. quæst. dict. quæst. 104, num. 18,* ubi dat concordantes, & *Antonell. de loco legal. lib. 2, d. cap. 30, n. 5.*

3 Addo prædictis, quòd Thesaurus in fundo proprio quis perquirere potest, & ei acquiritur, non autem Principi, *Covar. in reg. peccatum, par. 3, §. 2, numer. 1.* ubi testatur de receptissima opinione *de reg. iur. in 6, Peregr. de iure fisc. lib. 4, tit. 2, numer. 3, Farinac. de var. ac diver. quæst. dict. quæst. 104, numer. 1.* latè comprobans, qui num. sequent. quærit, quid si Thesaurus inveniatur in fundo alieno, in fundo publico, & in aliis locis, ut ibi per eum, *Antonell. de*

4 *loco legal. lib. 2, cap. 30, numer. 3.* Licet de consuetudine illum acquiri Principi tradant *Farin. in d. quæst. 104, num. 32, Massin. de confisc. bonor. quæst. 23, numer. 2, & Antonell. de loco legal. d. cap. 30, num. 21,* ubi excipit si inveniatur in fundo Ecclesiæ, ut ibi per eum, ubi plura habentur de materia.

5 Cui autem acquiratur thesaurus inventus in re empta, an emptori, vel venditori videas *Farinac. in d. quæst. 104, numer. 20, vers. Adde, &c. & Antonell. in d. cap. 30, numer. 11, & seq.*

ADDITIO.

6 Thesauri casu inventi in fundo alieno privato dividunrur æqualiter inter inventorem, & dominum fundi, *Modern. Antun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 13, numer. 11. & sequent. Castill. de tertiis cap. 41, numer. 108, Carpzou. in pract. crim. quæst. 86, numer. 21. Modern. Agetta de feud. cap. 270, vers. Circa autem, in allegat. lit. Q, Diana resol. moral. tom. 6, tractat. 6, resol. 3, & 4, Gripinad. econom. iur. lib. 1, cap. 20, numer. 24, Severin. in addit. ad decis. 394, Sanfelicii lib. 3, pag. mihi 289,* ubi plura de thesauris *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 3, disp. 5, numer. 19, vers. Ut verò summa, &c. & sequent. Calvin. de æquitat. lib. 2, cap. 196, num. 24, Pegas de competen. inter. Archiep. &c. par. 2, cap. 98, §. 4, numer. 69,* ubi *numer. sequent.* tradit plura de thesauris inventis *Berlich. conclus. legal. par. 2, conclus. 66, numer. 9, Bonacin. tom. 2, disput. 1, de restitutio. in genere quæst. 3, punct. 6, numer. 3.*

7 quapropter si inventor partem domini dolosè penes se retinuerit, pœnam meretur, & extraordinariè punitur, licèt furtum non committat, *Carpzou. d. quæst. 86, num. 22,*

8 *& sequent.* & in foro conscientiæ ipsam partem domino fundi, licèt ignaro, tenetur restituere, *Antun. Portugal. d. cap. 13, nu. 14,* ad quem, & ad *suprà citatos*, & ad *Doctores*, quos citat *Eminen. De Luca de regalib. discur. 147, numer. 9, & sequent.* recurre, qui hanc materiam latissimè tractant, præcipuè *Calvin. dict. cap. 196, & Berlich. d. conclus. 66, per tot.*

QUOD

QVOD REVS POENAM NON SOLVENS *luat in corpore.*

Rubrica LXXI.

QVotiescunque Reus non potest pœnam Pecuniariam pro Maleficio impositam solvere; Iudex, ne Delicta impunita remaneant, Reum, Malefícii, & personæ qualitate inspecta, in Corpus luere iubeat, & exequi faciat.

SVMMARIVM.

1 *Reus non habens in ære luat in corpore, & numer. 6,*

Procedit in personis vilibus, non autem in honestis, n. 3,

Et habet locum in pœnis descendentibus ex delicto, vel quasi, non ex contractu, num. 4,

Etiamsi reus ad expensas, & damna fuerit condemnatus, n. 7.

Et ista commutatio per quem Iudicem sit facienda, n. 8,

Qualis debeat esse dicta pœna arbitrio Iudicis remittitur, n. 5,

Si tamen in pecuniariam fuerit commutata, ipsa ad dominum iurisdictionis civilis pertinet, n. 9,

2 *Debitor fisci ex delicto non admittitur ad cessionem bonorum.*

10 *Regula non habens in ære luat in corpore quando procedit, ad quam pœnam sit facienda commutatio, remissivè.*

ANNOTATIO.

1 VUlgatum licet sit axioma, *quòd reus non habens in ære debeat luere in corpore*, ut habetur in hoc statuto, & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 95, vers. Sed quid si reus, &c. Peguer. decis. crim. 6, numer. 6.* plenè *Farinac. de delict. & pœn. q.*
2 *26, in princ.* Itaut debitor fisci ex delicto non admittatur ad cessionem bonorum, sed luere debeat in corpore, *Clar. in d. quæst. 95, vers. Sed pone, &c. Farinac. in d. quæst. 26, numer. 3.* plenè *Gasp. Beat. de inop. de-*
3 *bit. quæst. 11, numer. 1, & sequent.* dictum tamen axioma habet locum in servis, & aliis vilibus personis, non autem in nobilibus, & aliàs honestis, quos non posse puniri corporaliter licèt solvendo non sint voluerunt *Covar. variar. resolut. lib. 2, cap. 9, numer. 4, in fin. Farin. de delict. & pœn. d. quæst. 26, numer. 21*, ubi dicit, ab hac opinione non esse recedendum in iudicando uti communiter recepta, & *Gasp. Beat. de inope. debit.*
4 *d. cap. 11, numer. 10.* ubi illam declarat, Et habet locum in pœnis descendentibus ex delicto, vel quasi, non autem ex contractu, vel quasi qui admittuntur ad cessionem bonorum, ut declarant *Brun. de cessio. bonor. quæst. 17, 4, quæst. princ. in fin. Peguer. d. decis. crimin. 6, numer. 6, Farin. in d. quæst. 26, num. 26*, ubi plura affert ad dictam materiam spectantia.

5 Qualis verò debeat esse d. poena remittitur arbitrio Iudicis, *l. 1, §. ult. ff. de pœn.* & tradunt *Menoch. de arbitrar. casu* 447, *numer. 3, & 4, & Farinac. de delict. & pœn. dict. quæst. 26, numer. 17*, ubi dat concordantes.

ADDITIO.

6 HÆc axioma, quòd non habens in ære luat in corpore, latissimè cum omnibus ampliationibus, & limitationibus tractatur à *nostro Nobili, & omni ævo laudando Regente Corsiada decis. 26, à numer. 94*, ubi latissimè *Faria. ad Covarru. lib. 2, cap. 1, numer. 56, & sequent. & lib. 2, cap. 9, numer. 61, & sequent. Matthæu. de re crim. contro. 51, numer. 10, 30, & sequent. & controver. 57, numer. 20, Caball. & alii*, quos citant *Sabell. in summ. divers. tractat. verb. Debitor, numer. 71, & Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controv. inter Episcop. & Regular. numer. 788*, ubi tradit non admitti ad cessionem bonorum, ad quos pro totali intelligentia recurre cùm prolixitatem abhorream, & brevitati, stylo suscepto, studeam.

7 Scias tamen quòd si quis fuerit condemnatus propter delictum ad expensas, damna,

& interesse parti, procederet pariter suprà
tradita regula, *Capiblanc. de Baronib. lib. 2,*
8 *cap. 30, numer. 9.* talis tamen commutatio
fieri nequiret per Iudicem civilem, sed per
criminalem, nisi civilis ad dictam pœnam
imponendam haberet iurisdictionem, *Can-
cer. var. 2, cap. 2, numer. 56, Modern. Ca-
ro'. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch.*
9 *obser. ad decis. 358, numer. 4.* è contrario si
quis esset condemnatus ad aliquam pœnam,
quæ esset meri imperii, & posteà commuta-
ta fuisset in pœnam pecuniariam, pœna hæc
spectaret ad dominum iurisdictionis civilis,
Luca dict. obser. 358, d. numer. 4, ubi *Can-
cer. & alios* citat; contrarium tamen tenet
novissimè, *Calà de restituto. in integr. post
tractat. respon. 1, numer. 18,* cuius opinio
mihi magis æqua videtur, & ipsam seque-
rer propter rationes ibidem ponderatas.
10 Ad quam pœnam sit facienda commuta-
tio quando est locus regulæ huius statuti,
tradunt *Cancer. & alii*, quos citant *Luca,
dict. obser. 358, in fin. numer. 4, Capiblanc.
de Baronib. lib. 2, d. cap. 30, d. numer. 9,
& sequent.*

QUOD MASCULINUM CONCIPIAT fœmininum.

Rubrica LXXII.

Quia solet in dubium revocari, An in pœnis Masculinum concipiat Fœmininum: Statuimus, quòd ubicunque in præsenti Volumine Statutorum reperiantur hæc Verba, vel Pronomina. Si quis, quicunque, nullus, nemo, & similia verba continentia genus Masculinum, quòd sub eo Masculino genere comprehendatur, & intelligatur etiam Fœmininum, ubi eadem Ratio id suadeat, & æquè in Fœminis verificari possit.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti, & congruēti utrique sexui.*
Si tamen sit eadem ratio, n.2, & 6,
Non tamen illud concipit in statutis correctoriis, & pœnalibus, num. 3,
Et quid si statutum loquatur per verba Quicunque, Quilibet, si Quis vide, n.4,
Masculinum concipit fœmininum etiā in odiosis ubi odium est rationabile, n. 5,
Et id non ex interpretatione extensiva quando militat eadem ratio, n.7,
Sed ex interpretatione comprehensiva, & quando secùs, n. 8,

ANNOTATIO.

Cum dispositione huius statuti quòd
masculinum comprehendat fœmininū
concordat *Statutum Mediolani cap. 126,*
1 *lib. 1.* Et quod de iure communi, & in ma-
teria indifferenti, & congruenti utrique se-
xui masculinum concipiat fœmininum latè
comprobat *Carpan. ad stat. Mediol. d. cap.
126, numer. 2, lib. 1, Card. Mantic. de tacit.
lib. 2, tit. 15, numer. 16, Honded. cons. 92,
n. 48, lib. 1, & cons. 12, n. 17, & Rota apud
Gregor. XV. decis. 293, n. 8. & ibi Adden.
num. 21,* ubi concordantes, Si tamen militet
2 eadem ratio, uti habetur in hoc statuto, ut
not. *Carpan. in d. cap. 126, nu 11, & Gabr.
comm. concl. de verb. signif. concl. 6, n. 1, &
seq.* ubi ponit quamplures casus, in quibus
masculinum non concipit fœmininū, quos
3 videas ibi per eum, Et licet masculinum
non concipere fœmininum in statutis cor-
rectoriis, & pœnalibus voluerint *Felic. alt.
leg. 10, numer. 11, par. 3, Menoch. cons. 73,
in prin. & cons. 130, numer. 22, & Carpan.
illum referens d. cap. 126, numer. 7,* contra-
rium tamen quando adest eadem ratio, ut in
hoc statuto tenet *Choel. ad Bull. bon. regim.
cap. 10, num. 25.*
4 Et quod statutum quando loquitur per
verba *Quicunque, Quis quis, Quilibet*, &
simil. ut loquitur statutum nostrum conci-
piat fœmininum probat *Hond. d. cons. 92,*

num.

num.8, vol.1, ubi dat concordantes, licet secus si statutum loquatur per verbum Si quis not. *Felic.d. alleg.* 10, *n.*10, *p. 3.*

5 Et masculinum concipere fœmininum
etiam in odiosis, ubi odium est rationabile,
aliàs secùs, tradunt *Menoch. cons.* 95, *nu.*14,
lib. 1, *& Carpan. d. cap.* 126, *n.* 4.

ADDITIO.

6 DIctis à *nostro Conciolo hic n.*1, *&* 2, adde
Altimar.ad Rovit. obser.ad consil. 1, lib. num.31, Vela disert. 49, *n.* 579, *& seq. Lara compend. vit. hom. cap.* 17, *n.*2, *& seq. Barbos. in cap.* 36, *de rescript. nu.* 5, *Ricci. collectan.*2949, *p.*7, ubi tradit quando dicatur materia indifferens, *Bonden.collect.legal.* 34, *num.*19, *& seq. Molinas, Gonzalez, & alii*, quos scienter omitto, quibus conduenut *Solorzan. de iur. Indiar.lib.*3, *cap.* 23, *n.*48. *tom.* 2, *& Doctores citati per Modern. Antun. Portugal. de donationib. Reg.p.3,cap.*28,
7 *num.*17, *tom.* 2. & quando militat eadem ratio, non ex interpretatione extensiva, ut opinarunt *Baez.* citatus à *d.Lara d. n.3, cap.*17, *& alii*, quos citat *Bonden. d.collect. legal.*34,
8 *num.* 14. sed ex interpretatione comprehensiva masculinum concipit fœmininum, etiam in materia exorbitanti, *Font.dec.*481, *n.6, Capon.tom.1, discep. foren. cap.*57, *n.*24, *Bonden. d.collect.*34, *nu.*22, *& seqq. Cancer.var.*1, *cap.* 8, *n.* 14, *Fagnan. in cap. Cùm non ab homine, de iudic. n.* 81, *& in cap. Quod nonnullis, n.*22, *de privil. & in cap. Nobis, n.*43, *&* 44, *de Bigamis, Surd. decis.*276, *nu.*8, *Gutierez. pract.lib.*3, *q.*17, *n.*84, *& seq.* ad quod videas *Altimar.& DD.ab eo citatos in addit. post dec. Rovit. addit. ad dec.* 15, ubi latè de hac extensione, aut comprehensione agit, & *in obser. ad cons.*1, *Rovit.lib.*1, *n.*38, *Palma Filius consultatio.*69, *n.*3, *Rota dec.*74, *num.*2, *par.*19, *recent.Ciriac.contro.*478 *per tot.* maximè *n.*79, *& seq.Giurb. de success. feud.* §.2, *glos.*2, *à n.* 21, *& ad consuet. Messanen. cap.* 6, *glos.*1, *p.*1, *n.*13, *& obser.*70, *n.* 21, *Franc. Mar.Prat.discep.foren. c.*13, *à n.*64, *Capon. discep.*57, *n.*24. Secùs autem quando militat diversa ratio, quia tunc masculinum non comprehendit fœmininum, *Manfrell. ad Capic. Latr. obser.ad dec.*192, *n.* 24.

QVOD DE SIMILIBVS AD SIMILIA procedatur. Rubrica LXXIII.

IN omnibus Casibus, in quibus per præsentia Statuta non esset expressa certa pœna, Volumus, de Similibus ad Similia ex identitate Rationis Personarum, & delicti qualitate diligenter inspecta, procedi posse; Et Judicem in prolatione Sententiæ mentionem facere debere de tali Similitudine, seu extensione, ad pœnam xxv. libr. quoties contrafecerit, de suo salario retinendarũ.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à simili habet locum, etiam in statutis, & n.*5,
*Si tamen eadẽ sit ratio, aliàs secùs, n.*2,
Taliter quod qui similitudinem non adesse dicit, tenetur ad probare, n. 6,
Licet non procedat in pœnalibus, n. 3,
Stante d.statuto quòd procedatur de similibus ad similia, illud non intelligitur strictè.sed lagè, n. 4,

ANNOTATIO.

1 ARgumentum de similibus ad similia habere locũ etiam in statutis tradunt *Alex.Rauden.dec.Pisan.*47, *n.*11 *p.*1, *& Barbos.qui illum refert in locis comm.loco* 101, *n.*1, Cùm in habentibus simbolũ facilior sit transitus, ut scribit *Card.Tusc pract.concl. lit.S,*
2 *concl.*248, *in prin.* Quod procedit quando in utroque simili adest eadem ratio, ut dicetur etiam in statuto, & declarant *Osasch.dec.Pedem.*63, *n.*9, *Menoch.de arbitr.casu* 84, *n.*8, *&* 9, & alii quos refert, & sequitur *Barb. in d.loc.*101, *n.*3, *& seq.* ubi declarat, an requiratur omnimoda similitudo, ut ibi per eum.

3 Licèt in pœnalibus non valere argumentum de similibus ad similia voluerint *Perez. de Lara de anniver.& capell.lib.*1, *c.*5, *n.*21, *& Barb.in d.loco* 101, *n.*11, *Guazzin. ad defen.reor. def.*5, *c.*5, *n.*14.

4 Addo pro coronide, quòd stante statuto, quod procedatur de similibus ad similia, tunc statutum non intelligitur strictè, sed largè est interpretandum, ut post *Bald. Rimi. Butr. Imol.& Everar.* per eum adductos firmat *Mascar.de gener.stat.interp.cõcl* 4, *n.*88.

ADDITIO.

5 PRout tradit hic *noster Conciol. n.*1, argumentum à simili est validum ex concursu identitatis rationis conduenut *DD. citati à Bonden. collect. legal.* 43, *nu.* 48, & alii
6 passim; taliter quod qui vult dicere similitudinẽ non procedere tenetur probare, *Surd. & alii*, quos citat *Thedos.Rube. in singular. p.*4, *de pracedent. n.*70, *pag. mihi* 475.

STA-



STATUTORUM CIVITATIS EUGUBII

LIBER QUINTUS.

DE MERCATORIBUS ARTIS LANÆ.

Rubrica Prima.



UMMOPERE Artis Lanæ Mercatores curare debent, Quod illorum Ars, quæ Nutrix, & præcipua est in Civitate, diligenter, ac bona fide, iuxta eorum Constitutiones, tàm per ipsos, quàm per Singulos eorum Artifices exerceatur, Ut eorum Panni, Rasciæ, Sagulæ, & similia, tàm in Civitate, quàm extra in Credito habeantur. Quamobrem eligere debeant Peritiores in Capitaneos dictæ Artis, qui cæteris præesse valeant in proponendis, & pertractandis eorum Negociis, & quoties opportuerit, Adunantiam convocare debeant.

Ut Igitur pro maiori Civium commoditate prædicta omnia ad vendendum exponantur, & reperiantur, Statuimus, quòd etiam Drapperii, & Merciarii, tàm illa, quàm extranea, in suis Apothecis detinere, & vendere valeant: Nec non Exteri propria conducere, & ad vendendum admittantur, & nullo modo prohiberi possint: Nec amplius mensurare debeant ad Banderam, prout hactenus contra Communem aliorum usum, non sine Emptorum querela, ab iis factum est; Sed illis positis, & extensis super Tabula, vel Banca, ducendo Cannam, sivè Passettum, de brachio in brachium, mensurare debeant super Panno, vel Sagula directò per unum Quartum intra pannum: Et qui contrafecerit puniatur in Libris Quinquaginta, Cuius pœnæ Quarta pars sit Accusatoris, alia Executoris, Residuum verò Fisco Serenissimi applicetur.

In

In Iure verò Reddendo Notarium habeant expertum, qui bis saltem in Hebdomada de mane assistat in eorum Tribunali, Petitiones, & Querelas recipiat, Acta, & Processus instituat, ut deinde ab eis Lites, & Causæ terminentur: Consultorem etiam eligant Iurisperitum, cuius consilio cùm opus fuerit, in Civilibus utantur. In Criminalibus autem Causis, in quibus agitur de pœna Corporali, vel Pecuniaria, sivè Quæstionibus, & Tortura Reis inferenda, adhibito eorum Notario, cum Voto Prætoris Causæ ab eis terminandæ erunt: Et Iudices requisiti auxilium, & Brachium illis pro Iustitia præstare teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Mercatura uti utilis Civitati laudatur, & num.* 8,

2 *Mercatura omnis permissa est si non reperiatur prohibita.*

3 *Mercator dicitur qui rem emit, & non mutata illius forma lucrandi gratia alteri revendit.*

Artifex verò dicitur qui rem emit, & mutata illius forma alteri revendit, nu. 4,

5 *Mercatorum privilegiis, ut quis gaudere possit quinque requiruntur.*

6 *Curia Mercatorum dicitur Curia æquitatis, & n.* 14,

Et ita in ea non attenduntur apices iuris, sed summariè proceditur, n. 15,

7 *Statutum quod causa mercatorum cognoscantur per Notarium habent locum in iis quæ spectant ad mercaturam, aliàs secus.*

9 *Mercatorum in curia præsunt Consules.*

Et isti habent iurisdictionem in causis mercantilibus, n. 10,

Et in Cathalonia habent iurisdictionem ordinariam, n. 11,

Privativè autem, an cumulativè, n. 12,

Non tamen habent iurisdictionem criminalem, nisi in levibus delictis, ex mercatura ortis n. 13,

16 *Signo ab alio præoccupato mercator utens dolosè, arbitrariè punitur.*

17 *Mercaturam exercere an liceat Militibus, & Officialibus.*

ANNOTATIO.

1 NOn sine ratione in hoc statuto laudatur Mercatura artis Lanæ, cùm ex Instituto boni gubernii Civitatum in primis negociatores, & negociatio dicatur in eis non parum necessaria, ut apud *Græcos* olim dixerat *Plato* relatus *in l.* 2, *ff. de nundin.* & tradunt etiam *Ancar. conf.* 157, *in princ. Cardin. Tusch. pract. concl. litera M, conclus.* 205, *numer.* 6, *& Stracc. de mercat. p.* 1,

2 *sub num.* 19. Et ideo omnis mercatura permissa est in quolibet loco, nisi illa sit illicita, ut not. *Bald. conf.* 338, *par.* 3, quem refert, & sequitur *Cardin. Tusch. in d. conclus.* 205, *n.* 5.

Mercatoris nomen in hoc statuto ponitur attentò communi usu loquendi, non autem secundum proprietatem vocabuli, ut obser-

3 xa, *Stracc. de mercat. quæst.* 1, *num.* 13. Quia Mercator propriè dicitur, qui rem emit puta lanam, ceram, vel simile, & non mutata illius forma lucrandi gratia alteri revendit, ut tradunt *Pract. Archiep. Neap. cap.* 63, *numer.* 2, *& sequent. Farinac. in fragm. crimin. lit. C, numer.* 167, *Surd. decis.* 313, *numer.* 1, *Gait. de credit. cap.* 2, *tit.* 7, *quæst.* 5, *num.* 1067, & alii per me relati *alleg. foren.*

4 58, *numer.* 5. Qui verò rem emit, & mutata illius forma illam revendit puta emendo lanam ut faciat sagulas, ceram ut faciat libros, lignamina ut faciat scamna, tabulas, & similia, non dicitur propriè Mercator, sed Artifex, ut declarant *Pract. Archiep. Neap. d. cap.* 63, *numer.* 2, *& sequent. Farinac. in fragm. crimin. d. lit. C, numer.* 167, *Surd. d. decis.* 313, *per tot. & ibi Hodiern. num.* 2, *Rota decis.* 194, *numer.* 7, *par.* 4, *rec. tom.* 2, & alii per me relati *d. alleg. foren.* 58, *numer.* 4.

5 Vt autem quis gaudere possit privilegiis Mercatorum quinque requiruntur, nempè quòd sit matriculatus, quòd exerceat artem, quòd maiorem partem fortunarum habeat in mercantiis, quòd exerceat per seipsum, & quòd non unicum actum exercuerit secundum *Maran. in pract. par.* 4, *dist.* 9, *numer.* 50, *& sequent. Card. Tusch. pract. conclus. lit. M, conclus.* 209, *num.* 3, *& Stracc. de mercat. q.* 1, *n.* 6, *& seq.*

6 Curia verò Mercatorum dicitur Curia æquitatis, & illorum Iudex iudicare debet secundum æquitatem, *Cardin. Tusch. pract. conclus. d. lit. M, conclus.* 208, *num* 1, *Barz. decis.*

decis. 107, numer 31, & sequent. Costa remed. subsid. 12, num. 4. benè *Calvin. de aquit. lib. 1, cap. 6, n. 11,*

7 Statutum autem supradictum, quòd causæ mercatorum cognoscantur per Notarium expertum habet locum in iis quæ spectant ad ipsam mercaturam, secùs verò quò ad alia, puta si agatur de aliqua hæreditate, seu simil. ut not. *Fulgos. consil. 105 per tot. & Card. Tusch. d. concl. 109, n. 7,* & faciunt notata per *Strac. de Mercatu. cap. ult. n. 1, & seq.*

ADDITIO.

8 NOn solum mercatura est utilis Reipublicæ, ut tradit hic *Conciol. numer. 1,* & referunt *Modern. Scoppa ad Gratian. obser. 137, numer. 4. & 20, & D D. citati per Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. glos. 55, ad §. 60, tom. 3,* & latissimè *De Philip. dissert. fiscal. 30, per tot. Leotard. de usur. quæst. 24, numer. 1. & alii,* quos citant *Valeron. de transact. tit. 4, quæst. 8, numer. 19, Mundi. de muneribus. & honorib. cap. 6, à numer. 39,* omninò in hac materia
9 videndi, Curiæque Mercatorum in hac nostra Provincia Cathaloniæ, signanter in Civitate Barchinonæ, & hac nostra Gerundensi non solùm licitæ sunt, sed etiam variis Regiis Privilegiis approbatæ, & in eis præsunt Consules tanquam caput Collegii, ut olim præcedebat Comes commerciorum, *Gripiand. in aconom. legal. cap. 24, nu. 95.*
10 & iste unus, aut plures sic electi habent iurisdictionē in causis Mercatorum, *Gripiand. d. cap. 24, numer. 94, & sequent. Calvin. de aquitat. lib. 3, cap. 286, ferè per tot. Gibalin. Giurb. Gait. Mager.* quos citat *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4, tit. 52, cap. 16, numer. 1, Hevia Bolaño in commer. terrestr. lib. 2, cap. 15, per tot. Fagnan. in cap. Quinto, de offic. Ordinar. num. 28,*
11 suntque in hac nostra Provincia Iudices Ordinarii, ac ordinariam iurisdictionem habent circa causas mercantiles, *Cortiada de-*
12 *cis. 10, numer. 229, & sequent.* an autem privativè, an verò cumulativè tradunt latè *Doctores citati per d. Cortiada d. decis. 10, numer. 139, & sequent. Munoz. de ratiocin. & alii,* quos citat *Gripiand. d. cap. 24, numer. 96, Modern. Palma Nepos allegatio. 52, numer. 1, & sequent,* & conducunt *Doctores citati per Modern. Mansrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 180, numer. 20, & sequent. & citati per Meli. obser. forens. 32, numer. 1, & sequent.* & novissimè *per Pegas d. tom. 4, tit. 52. glos. 5, ad princ. numer. 4, pag. 514, Fagnan. d. numer. 28, & sequent.*
13 non tamen habent iurisdictionem criminalem, nisi in delictis levioribus ex mercatura ortis, & ita habent ius mulctandi, *Gripiand. d. n. 96, Ripoll. ubi proximè n. 10, & seq.*
14 Hi sanè iudicant non inspecto iuris rigore, sed ex bono, & æquo, ut tradit hic *no-*
15 *ster Conciol. numer. 6,* solumque attenduntur in Curia Mercatorum bona fides, & æquitas, in eáque de apicibus iuris non curatur; proceditúrque summariè, & de plano, velo levato, sine strepitu, ac figura iudicii, ut latè tradunt *Gripiand. dict. cap. 24, numer. 97, & sequent. Eminen. De Luca de tutorib. discur. 16, numer. 7, & de credito discur. 89, numer. 7, & 8, & discur. 78, numer. 9, Calvin. de aquit. lib. 1, cap. 6, numer. 11, & lib. 3, cap. 280, numer. 33, Modern. Scoppa ad Gratian. obser. 78, numer. 15. Beneckendor. ad Seraphin. de privil. iuram. addit. ad privil. 88, numer. 9, & sequent.* ubi plures citat *Mansi. consult. Foren. 11, numer. 19 & consult. 53, numer. 49, Berlich. concl. legal. par. 2, conclus. 24, numer. 45, Ripoll. de magistrat. log. mar. cap. 9, numer. 42, & sequent.* qui omnia circa hanc Curiam Mercatorum per totum tractatum tractat, ad quem, & ad *Doctores citatos per nostrum Doctissimum Regentem Cortiada* recurre.
16 Mercatori non licet uti signo ab alio præoccupato, eóque dolosè extenso arbitrariè punitur tanquam falsum committens, *Pignatel. consult. canon. lib. 3, cap. 52, num. 7, Gratian. discep. 658, numer. 2, Baron. de corpore tit. de pedib. num. 124, Cevall. commu. contr. commu. quæst. 745, Farinac. de falsitat. quæst. 150, par. 5, numer. 142, Menoch. de arbitrar. lib. 2, cas. 318, numer. 23, Carpzov. in pract. crim. quæst. 93, num. 70, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal tom. 4, tit. 52, cap. 9, numer. 4, & 8, & tom. 7, lib. 1, tit. 87, ad §. 16, numer. 12, & tom. 5, pag. 272, numer. 4, Avendan. de exequend. mandat. par. 1, cap. 19, numer. 32, Machad. de perfect. Confessor. tom. 2, lib. 6, part. 8, tractat. 3, docum. 10, num. 2, & alii* quos citat *D. P. Frass. de Regio patronat. cap. 85, n. 54, tom. 2, Crespi. obser. 1, n. 231.*
17 Mercaturam exercere an liceat Militibus, & Officialibus tractant latissimè *Altimar. ad Rovit. consil. lib. 2, obser. 112, per tot.* ubi plura de hac materia *Hermosill. glos. 4, leg. 5, tit. 5, p. 5, n. 1, & seq. De Philip. d. dissert. 30, n. 35, 60, & seq. & alii,* quos novissimè citat *Modern. Mansrell. ad Capic. Latr. obser. ad decis. 93, n. 13, Rovit. ad pragm. de mercatura Official. prohibit. per tot.* novissimè *Pegas ad ordin. Regn. Portug. tom. 4, ad tit. 52, glos. 1, cap. 2, & seq.* ubi multa de hac materia, & de Mercatoribus.

DE AROMATARIIS.

Rubrica II.

NUllus in posterum admittatur ad Aromatariæ Artem exercendum, nisi priùs diligenter examinatus, & approbatus fuerit à Prothomedico Civitatis Eugubii; & deinde describatur in Matricula, prævio tamen Iuramento, de bene, & legaliter dictam Artem exercendo; & debeat, omni diligentia adhibita, & fraude remota Simplicia componere, & Medicinas facere. Nemo etiam audeat alicui dare Medicinam purgativam, Pillulas, & similia sine licentia, & absque ordinatione alicuius Medici Doctorati, & experti, sub pœna librarum xxv. & pluris etiam arbitrio Iudicis considerata qualitate casus: Nec etiam audeat facere Torceas, Faculas, & Candelas, nisi ex pura Cera, & Papiro ex puro Bombice, absque aliqua mixtura, & non dare unam Speciem pro altera, sed illa omnia vendere iusto pretio, cum iustis mensuris, & ponderibus, sub pœna librarum decem, & cætera omnia observere iuxta eorum Constitutiones, Illósque Iudices in exigendis Creditis summariè expediant.

SVMMARIVM.

1 *Aromatariis non licet aliquid misceri in torceis, & candelis, sed illas ex pura cera facere debent.*

2 *Aromatariorum libris in statu Ecclesiæ plena fides adhibetur, & qua ratione.*

Etiam non exhibitis receptis per Medicum ordinatis, num 3.

4 *Regulares possunt pro sua necessitate aromatariam tenere, & medicinalia superflua, ac renovandi causa vendere.*

5 *Aromatariis pro medicinis datur hypotheca cum pralatione.*

6 *Aromatariorum etymologiam, & materiam tractat* Griphiandr.

7 *Aromatariæ ususfructus quomodo practicandus.*

8 *Prothomedici officium in quo consistat.*

Prothomedicus potest medicamenta corrupta projicere de facto, & concremare.

Appellatur ab eo à denegatione approbationis examinati, num.10.

Et ut suspectus potest recusari, num.11.

12 *Prothomedicus gratis deberet prabere licentia, Aromatariis, ac Chirurgis ad sua officia exercenda.*

Et hac utilitas ita faciendi fuit provisa in Cathalonia, & Regno Portugalis, numer.13.

14 *Prothomedicus quolibet anno debet visitare, & quomodo sit ipsa visitatio practicanda.*

ANNOTATIO.

1 AD materiam huius statuti prohibentis Aromatariis in conficiendis Torceis, & candelis aliquid admisceri, sed illas confici ex pura cera, & papiro sub pœna in eo contenta videas annotata per me suprà *lib.4, rubr. 46.* quæ hic non sunt inu iiter replicanda.

ADDITIO.

2 DE iis aliqua dixi *lib. 4, rubr. 49, numer.3,* quibus adde *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal tom.3. glos.45. ad §.49, per tot. Severin.in addit. ad decis.329, Sanfelic. circa fin.* & ita breviter me expediam dicendo, quod ex quo isti examinantur in manu Prothomedici, & iurant, est statutum in statu Ecclesiastico quod eorum libris plena fides adhibeatur ex motu proprio Julii III. & Clemen VIII. confirmatis ab eodem cum sua bulla ut tradit *Nov. in summ. bullar. lib.1, commentar.16, num. 1, & 2, Gait. & alis* quos citat *Fermosin. ad cap.2, & 3, de offic. Ordinar. quæst.1, nu.45.* etiam

3 etiam nō exhibitis receptis per medicos ordinatis *Ricci. decis.106, numer.2,* & cum eo *Novar. dict. commentar.16, dict. n.2, in fin.* videndi *quos citat Giurb. observ. 81, n. 16.*

4 Regulares autem tenere possunt aromatariam pro suis necessitatibus, & hoc casu visitari nequeunt à Prothomedico possúntque vendere medicinalia, sivè aromatariæ renovandi gratia, pretio tamen moderato *Abbas Mucha. Iustin. post Novar. in summ. bullar. in addit. ad dict. commentar. 16, Eminen. De Luca de Regularib. disc.60, per tot.*

5 Aromatariis pro medicinis, & eorum salariis datur hypotheca cum privilegio prælationis *Eminen. De Luca de credito disc.28, num.4, Modern. Manfrell. ad Capic. Latr. obser. 47, numer. 10, & 16, Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser.51, Iranç. de protestatio. in apparat. numer.123,* & ibi *Pilaia num.8,* & aliis passim.

6 Aromatariorum etymologiam, ac alia quamplurima non contemnenda tractat *Gripiand. in œconom. legal. lib.1, cap.22, de specific. num. 131, & sequent.* maximè à *numer. 207,* quem prævideas si placet.

7 Pro coronide nota casum traditum à *Eminen. De Luca de servit. discur. 53, per tot.* in hac materia contingentem, an & quomodo debeat cavere usufructuarius alicuius aromatariæ, quem uti singularem hùc prænotare volui, ex quo eum non ita tractatum facilè invenies, præmaximè ita magistraliter prout à dicto Doctissimo Viro tractatur.

8 Et quia supra loquutus fui de Prothomedico aliqua de officio auctoritate, ac iurisdictione illius huc apponere decrevi; itaque Prothomedici officium consistit in visitandis apothecis aromatariorum, & in dandis licentiis, etiam graduatis, ac etiam Obstetricibus Tonsoribus, Thimedicis vulgò dictis *Zarlatani* seu *Saltimbanchi* vendendi eorum medicamenta, vel quæ ore capiuntur, aut ea quæ exterius applicantur, ut latè tradit *Franc. Baron. de effect. immicitia effect. 37, num.74, pag. mihi 101.*

9 Potéstque Prothomedicus medicamenta corrupta de facto projicere, perdere, & publicè concremare ex *nostro Berart, & aliis pluribus* quos allegat *dict. Baron. dict. effect. 37, numer. 75, pag. mihi 102, Avendan. de exequen. mandat. part.1, cap. 19, numer. 30, vers. Secundo, &c.* Si tamen examinando
10 aliquem eum gravaverit illum non approbando potest ab eo appellari *Baron. dict. effect. 37, num.80.* potest etiam ut suspectus
11 recusari *Baron. ibid. effect. 116, num.77, pag. mihi 216, & in addit. ad dict. effect.37,* qui, & *Caravalh. de una, & alter. quart. part. 1, num.303, pag.49.* Multa de nobilitate Prothomedici, & Medicorum tradunt, ad quod videas Doctores quos novissimè citat *Doctissimus, ac Modernus Emanuel. Alvarez Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom.4, tit. 58, §.33, num.1, & 2, pag.563.*

12 Laudanda est sanè dispositio Urbis Panormitanæ, qua statuitur quòd Prothomedicus pro examine, & licentia medendi nullatenus exigat aliquod emolumentum; sivè ius directè, aut indirectè, sed omnia fiat gratis, ut eam recitat *dict. Baron. dict. effect. 37, dict. numer. 74.* quod sanè in hac Provincia si statutum esset, & irremissibiliter observaretur non adesset multitudo quæ adest Chirurgorum, & Aromatariorum ignorantium, in notabili detrimento Reipu-
13 blicæ, ac hominum salutis; Verum est quod in hac Provincia adest *Constitutio,* nempè *2. tit. de examen de Advocats, Metges, &c.* disponens, quomodo in examine Medicorum, & Chirurgorum sit procedendum; attamen hodiè parum de illius observantia curatur, sed solùm faciles Prothomedici se præbent licentiandi præfatos Chirurgos, & alios (nescio si ita facerent, si gratis licentias prædictas dare deberent) de quò summè dolendum est in hac nostra Provincia & ita de prædicta tollerantia, ac corruptela dictæ Constitutionis præfatæ, quæ materia sic utilis prævisa fuit à nostris Maioribus sic lege statutaria statuendo, ut ita fecerunt cætera Regna maximè Portugalis iuxta tradita novissimè per *Pegas ad dict. lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom.4, tit. 58, §. 33, num.1, & tom.6, tit. 68, §.7, numer.1,* & discurrit *noster Mier. super dict. Const. 2.* ubi multa de hac utilitate Reipublicæ tradit, Unde caveant Prothomedici, & difficiles ad id se reddant, si cupiunt hoc lucrum cessans ab Altissimo compensari, & utilitati publicæ providere.

14 Visitatio prædicti Prothomedici, ut sit proficua, debet esse annua, & quomodo sit practicanda semel in anno, & quæ distantia adesse debeat inter unam, & alteram visitationem tradit *Avilés in cap.6, Prætor in glos. una vez, &c.*

DE MERCIARIIS.

Rubrica III.

Merciarii eorum Artem iuxta proprias Constitutiones fideliter exercere curent, vendendo Merces ad iustum pondus, sivè Mensuram, sub pœna librarum X. & refectionis damni Parti læsæ, quoties contrafecerint. Exteros venientes ad vendendum in Civitate Eugubii admittant, faciendo eis statim Bullettam iuxta eorum Capitula. In Nundinis Sancti Vbaldi omnes teneantur ire in Plateam Magnam cum eorum mercibus, ad vendendum, ibique, facta antea sorte per dies octo præcedentes, distributione Apocarum per Capitaneos Artis, cum assistentia Magistratus, eorum Merces iusto pretio venundari faciant.

SVMMARIVM.

1 *Merciariorum de quibus in statuto materiam qui tractent.*

ADDITIO.

1 Aliqua pariter dixi de materia huius rubricæ in *rubr. 49, lib. 4.* ideò ne eadem repetam ibi recurre, & ad *Caren. resol. 164, Hering. de molendin. quæst. 4, num. 30, Gripiand. in œconom. legal. lib. 1, cap. 22, num. 207, & sequent.* qui aliqua de hac arte tractant, quos rogo consulas, & ne omittas videre *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 48, ad §. 52, per tot.*

DE CALCEOLARIIS.

Rubrica IV.

Calceolarii, in primis curare debent, ut in Capitaneos Artis Peritiores, & aptiores eligant, qui facultates, & reditus dictæ Vniversitatis, benè, diligenter, ac fideliter administrent. Pauperibus dictæ Artis subveniant Peregrinos, & Infirmos in eorum Domo, sivè Hospitio recipiant, illisque pro viribus piè subveniant: Vtque in dies prædictæ facultates augeantur curent, pro maiori credito, & commoditate, habere locum amplum, & magis aptum ad prædicta omnia facienda, & exercenda: Teneantur etiam eorum Artem omni fraude remota exercere, bonis Coraminibus uti, & iusto pretio vendere: Exteros ad vendendum admittant, non solùm in die Mercati, sed etiam quocunque alio tempore, facta eis statim Bulletta iuxta eorum Constitutiones, & Capitula.

SVMMARIVM.

1 *Calceolariorum, seu sutorum materiam, ac etymologiam tractat* Griphiand.

2 *Sutores nequeunt calceamenta mulierum serico ornata facere, sed id ad chirotecarios pertinet.*

Pariterque ex corruptis pellibus calcea-

ceamenta facientes incidunt in pœnam stellionatus, num.3.

ADDITIO.

1 DE hoc officio tractat *Griphiand. in œconom. legal. lib.1, cap.4, num.80, & cap.23, num. 27,* ubi etymologiam nominis huius officii tradit, & *Martial.* versus non iniocundos recitat.

2 Hi sanè nequeunt calceamenta mulierum, auro, & serico ornata facere, sed id ad chirothecarios pertinet, & ita differens est opus ab exercitio horum calceolariorum, *Carena resol. 164, nu. 4,* ubi *Thor. & alios* citat.

3 Et hi ex corruptis pellibus calceamenta facientes incidunt in pœnam stellionatus *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 7, disput. 19, §.1, numer. 30, Avendan. de exequend. mandat. par.1, cap.19, num.30, vers. Septimò, &c.*

DE SVTORIBVS.

Rubrica V.

SVtores solita mercede contenti propriam Artem iuxta eorum Constitutiones fideliter, & sine fraude exerceant, & vestes integrè conficiant absque detractione alicuius partis, ad pœnam v. librarum, & Restitutionis rei subtractæ, quoties contrafecerint: Nec possint dictas vestes pignorare, commodare, vel deponere penes aliquem, ad pœnam decem librarum, Sed teneantur eas restituere illi personæ, à qua habuerint, vel in defectum illarum pretium, sivè æstimationem, de qua stetur Iuramento Domini: Si verò vestes malè inciderint, sivè tractaverint, cogi possint, & debeant à Iudice ad reficiendum earum æstimationem Parti arbitrio Peritorum.

SVMMARIVM.

1 *Sartor qui non benè incidit vestem, tenetur de imperitia, & ad restitutionem pretii damnorum, & interesse, & num.4.*

2 *Sartor potest retinere vestem pro sua mercede.*

An autem retinere fragmenta quæ ex vestibus supersunt, & ea vendere, numer.5.

3 *Sartorum etymologia, & materia traditur à* Griphiand.

ANNOTATIO.

1 QUod Sutor qui non benè incidit vestem teneatur de imperitia, & ad restitutionem pretii damnorum, & interesse domino vestis, ut disponitur in hoc statuto, latè comprobat *Borgn. decis. 26, num. 1, & sequent. par.1.* ubi hoc extendit ad quemcumque alium artificem, ut ibi per eum quem sequitur *Caroc. de locat. & conduct. part.4, quæst.2, de imper. capra. numer. 55, vers. Ampliatur sexto, & num. sequent.* ubi dicit etiam quod Sutor tenetur de vestimentis corrosis à muribus in sua apotheca, ut ibi per eum.

2 Addo pro coronide, quod Sutor potest retinere vestem pro sua mercede, ut not. *Bart. in l. si non inducta, 5, num.4, C. quib. caus. pign. tac. contrahi. & Bald. in l. fin. in sec. not. C. commod.* ad similitudinem scriptoris, qui potest retinere quinternos pro sua mercede, ut dicit *Bart. in d. leg. si non inducta in fin. glos. & Bart. in l. si non sortem, 26, §. si centum, ff. de condit. indeb.*

ADDITIO.

3 EThymologia huius officii refertur à *Griphiand. in œconom. legal. lib.1, cap. 4, num. 70, & cap. 23, num. 30.* & pariter aliqua de hoc officio tractat.

4 Hi sanè officiales facientes vestes defectuosas condemnantur ad refectionem damnorum dominis, nempè restituere earum valorem, ut tradit hìc *noster Conciol. nu. 1,* & præter ab eo citatos id stabiliunt *Benniten. decis. 9, Borgnin. decis. 26, part .1. & Giurb.*

Giurb. obser. 9, per tot. quos refert *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap 31, num. 26.*
5 An autem isti possint retinere fragmenta, quæ ex vestibus supersunt, & licitè eas alteri vendere tradit *Diana resol. moral. tom. 2, tract. 3, resol. 177, per tot.*

DE FABRIS FERRARIIS. sivè Marescalchis.

Rubrica VI.

QVilibet Faber, sivè Marescalchus volens facere Focinam iuxta parietem communem, teneatur propriis expensis facere murum latitudinis unius lateris, & altitudinis trium pedum suprà Focinam, & faciat caminum in loco, nè lædat vicinos, ad pœnam v. librarum, & demolitionis, sivè restiturionis in pristinum: Exteros etiam ad vendendum admittant facta bulletta iuxta eorum Constitutiones: Et qui Marescalchi fuerint, eorum etiam Artem diligenter exerceant, debita mercede contenti Equos, & alia animalia bona fide medeantur: Quòd si in ferrando Equum, vel aliud animal inclodaverint, teneantur Domino ad medelam, & si infra decem dies non liberetur, teneantur etiam ad omne damnum à Iudice summariè taxandum, cæteráque omnia iuxta eorum Capitula fideliter exerceant.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum quod Faber volens facere focinam iuxta murum communem teneatur facere murum talis latitudinis qualiter intelligatur.*

2 *Marescalchus inclodans Asinum, vel Equum tenetur Domino ad damna, & interesse.*

Potest tamen retinere equum curatum pro sua mercede, num. 3.

4 *Fabrorum ferrariorum etymologiam, & materiam tractat* Griphiand.

A N N O T A T I O.

1 STatutum mandans quod Faber, seu Marescalchus volens facere focinam iuxtam murum communem teneatur, propriis expensis facere murum latitudinis unius lateris, & altitudinis trium pedum super focinam an intelligendum sit quod dict. murus possit adhærere muro communi, vel ab eo debeat aliquantulum distare vide differentem *Capoll. de servit. verba. prad. cap. 64, num. 9.* ubi benè declarat.

2 Quod verò Marescalchus inclodans Asinum, vel Equum teneatur ad reficiendum damnum domino asini, vel equi, ut dicitur in hoc statuto tradit latè *Borgn. decis. 26, per tot. par. 1,* & videas etiam *Franc. Marc. decis. 523, par. 1,* ad quem se refert *Bonacos. de equo. quæst. 445.*

3 Addo prædictis, quod Marescalchus potest retinere equum per eum curatum pro mercede ei debita pro cura adhibita, ut tradunt *Bald. in l. fin C. commod. & Bonacos. de equo. quæst. 21, per tot.*

A D D I T I O.

4 NOn prætermisit punctationem huius officio *Griphiand. in œconom. legal, cap. 1, num. 77, & cap. 22, num. 173.* ideò ipsum sanè Doctorem lege. & alios quos citat *Franc. de Magistr. in silu. Eccles. lib. 1, cap. 9, num. 6,* ubi de Marescalchis aliqua tradit.

DE

DE FABRIS LIGNARIIS.

Rubrica VII.

FAbri lignarii teneantur, & debeant eorum Artem diligenter, & bona fide iuxta eorum Constitutiones exercere, & Laboreria conventu aptis, & convenienribus lignis, sivè tabulis conficiant, & Dominis, sivè Emptoribus solita mercede contenti quàm primùm restituant: Quòd si discordent de pretio, revideri, & extimari faciant per alios peritos eiusdem Artis, qui eorum Iuramento pretium declarare debeant.

SUMMARIUM.

1 *Fabrorum lignariorum etymologiam, & materiam tradit* Griphiand.

ADDITIO.

1 DE his aliqua tradit *Griphiand. in oeconom. legal. lib. 1, cap. 2. à num. 98*, ubi *Petr. Gregor. Menoch. & alios* citat; attamen ardua causa fuit ventillata in nostro Regio Senatu Gotholano inter confratriam Fabrorum lignariorum operantium ligna vulgò dictorum *Fusters*, & confratriam Imaginariorum vulgò dictorum *Asculptors* in qua variæ allegationes iuridicæ fuerunt consarcinatæ pro una, & altera parte, & eæ impresſè, in quibus multa doctissima adducta fuere ad has artes tangentia, quas hic repetere foret inutile, ipsas lege, cum iustitia, ac pertinentia his officiis sæpè resultent ex his quæ in facto iustificantur, & per peritos, seu testes probatur ad alterum ex dictis officiis opus de quo disceptatur pertinere.

DE VASARIIS.

Rubrica VIII.

FIguli, sivè Vasarii in primis àdverrant ne Fornacem construant intra domos, unde possit aliquod periculum propter ignem sibi, vel vicinis imminere, sed illam faciant in hortis, vel aliis locis vacuis, Nisi idoneè caveant de conservando indemnem eum, vel eos, qui passi fuerint damnum Iudicis arbitrio iudicandum, & reficiendum, & fornacem statim removere teneantur: Vasa de bona terra, seu luto cum aliis ad Artem necessariis, conficiant, nec exteros vasa portantes in Civitatem ad vendendum, impediant, aut ullo modo prohibeant: Fœces etiam tàm ipsi, quàm alii comburere non audeant in Civitate, vel Burgis, sed seorsum ab habitantibus, ut earum fœtore alios non offendant, ad pœnam decem librarum, qualibet vice incurrendam.

SUMMARIUM.

1 *Fornax an possit constrni per Vasarium in muro proprio, vel communi.*

Et an volens facere fornacem possit prohiberi à vicinis, n. 2,

3 *Statutum loqnens de fornace habet locum etiam in fornello.*

4 *Fæ-*

4 *Fœtores possunt aërem corrumpere, & pestem generare.*
5 *Figulini, seu vasarii ars tractatur à* Griphiand.
6 *Fornax prope vicini murum quomodo est construenda.*
Et quando construi nequeat, etiam dim sso legitimo spatio, n. 7,
Maximè construitur ad usum publicum, num. 8,

ANNOTATIO.

1 FOrnax an possit construi de iure communi per Vasarium in muro proprio, vel communi seclusa dispositione huius statuti tractat latè *Capoll. de serv. urb. præd.*
2 *cap. 51, numer. 1, & sequent.* Et an volens facere fornacem possit prohiberi à vicinis propter periculum ignis, tradunt *Marcabr. cons. 57 per tot. & Rimin. Iun. cons. 828*, videas per eos.
3 Dispositio huius statuti de fornace loquentis habeat locum etiam in fornello, qui fit occasione cineris coquendæ, *Capoll. d. cap. 51, numer. 5, Adden. ad Deci. in l.nullus videtur, 55 ff. de reg. iur. Andreol.* qui illos refert in *Addit ad Capoll. de servit. verba. præd. in verbo fornacis causa, &c.*
4 Providè etiam in hoc statuto prohibetur, quòd Vasarii non possint comburere fœces in Civitate, vel burgis propter fœtorem, qui ex dicta combustione causatur, cum ille de facili possit corrumpere aërem maximè tempore æstivo, & pestem generare, ut probat *Ripa de peste in tit. de remed. præser. contra pestem, n. 64.*

ADDITIO.

5 GRiphiand. *autem in suis œconom. legal. lib. 1, cap. 22, numer.* 191, *& sequent.* de hac officina figulina tractat, & inventore rotæ, qua ad polienda vasa utuntur loquitur, ipsum l. ge si placet, qui multa scitu digna de hoc officio tractat.
6 Itaque fornax admoveri nequit in vicini muro, sed alius est ædificandus murus, seu paries, ad combustionis, & ruinæ periculũ vitandum, *Pacichel. de distant, cap. 5, numer.* 17, *in fin.* qui id tenet *arg. text. in l. ades, ff. commu. divid. & l. cum. duobus, §. Item Mela, ff. pro socio*, & *Tolosan.* citat.
7 Nec etiam dimisso legitimo spatio fornax advore potest in solo aperto, & prope vicinum, quando vicinis nociturus est fornellus, propter damnum, quod ex flamma, & igne inferri potest, & propter fumum obscurantem lumen quod recipiunt per fenestras apertas tendentes supra præfatum solum apertum, & aliter vicinis molestantem, ut latè hæc omnia tradit *Giurb. obser. 47, per tot.* maximè à *numer. 9.* Nec etiam for-
8 nax, ac furnus construi possunt ad usum publicum prope vicinum, ut latè tenet *Marotta discep. foren. cap. 22, per tot.*

DE MVRATORIBVS.

Rubrica IX.

MVratores omnes Civitatis teneantur locare eorum operas cuicumque requirenti, in dicta Civitate, vel Comitatu ad fabricandum, & summo mane, quando fuerit finita prima Missa, quæ dici solet in Ecclesiis Sanctæ Mariæ Servorum, vel Sancti Dominici, debeant adesse in loco Ædificii conducti cum omnibus ferramentis, & instrumentis ad fabricandum necessariis, & ibidem operari tota die usque ad Solis Occasum, sivè ad sonum Ave Maria, & donec non compleverint laborerium conductum, non possint sine licentia Conductoris recedere, & operari cum alio, dummodo primus Conductor subministret necessaria ad fabricandum sub pœna V. librarum pro quolibet, & qualibet vice, & nihilominùs teneantur complere Fabricas ceptas Conductore volente, Nisi ex aliqua iusta, & rationabili causa infirmitatis, rixæ, subsequutæ, vel simili, Iudicis arbitrio excusandi essent.

Quòd si conduxerint aliquam Fabricam ad Coptimum, sivè ad Mensuram, tunc,

tunc, & eo casu teneantur bona fide, & sine aliqua fraude operari, mensurando, & extimando Fabricam ad solitam mensuram Communis pro mercede, quæ inter ipsas Partes fuerit conventa, aliàs solita, & consueta merces assignetur. Quòd si ii sint Operarii diurni, nec laboretium conduxerint, recepra mercede ulterius operati non teneantur: Merces autem à Cal. Aprilis, usque ad Cal. Octobris aliquantulum iuxta solitum augeatur, & si Partes dissentiant Magistratus illam raxare, & declarare debeat. Cætera ad Artem spectantia iuxta eorum Constitutiones observari curent.

SUMMARIUM.

1 *Magistri domorum, seu murarii artem refert* Griphiand.
2 *Magistri domorum quando teneantur de fortuito casu eventu in opere constructo.*
3 *Magistri domorum, & locantes operas tenentur portare omnia instrumenta necessaria ad operas quas locarunt præstandas, & de suo reficere.*
4 *Magistri domorum, & murarii habent hypothecam cum prælatione pro operibus, & laboribus super domo refecta factis.*

ADDITIO.

1 Materiam huius officii non prætermisit *Griphiand. in suis œconom. legal. lib.1. cap.21, numer. 98, 109, & sequent.* ubi
2 multa de his muratoribus tradit; isti sanè vel locant operas, vel conducunt opus; quādo locant operas vitium, & periculum fortuitò evenientia cædit periculo domini operis; ex quo tunc operarii nullam de eo curam suscipiunt: quando autem conducunt opus, tunc vitia, & pericula cædunt ipsis, maximè quandò conventum est in locatione operis quod approbari, vel mensurari debeat; quia tunc ante mensurationem, & approbationem operis omnia cædunt damno operariorum, excepto casu fortuito, nisi in casu quo opus esser qualitatis quæ approbari non posset, tunc periculum quandocunque, & quomodocunque accidens semper ad conductorem operarium spectaret; ut latè hæc omnia tradit *Doctissimus ac Modern. Pacion. in tractat. de locat. & conduct. cap. 31, per tot.* quem lege, cùm certò ita tractatam materiam hanc facilè non invenies.

3 Isti autem, & alii operas locantes tenentur portare omnia instrumenta necessaria ad operas quas locarunt præstandas, taliter quod si non habuerint, coguntur ad emendum, & ita tenentur suis sumptibus ea reficere, non autem conductor *Pacion. dict. tract. de loc. & conduct. cap.34, §.1, num.10, & seqq.*

4 Muratores autem, & fabri quorum opera, & industria domus refecta est, omnibus creditoribus præferuntur super illa domo pro operibus laboribus, & expensis per *tex in L. interdum, & seqq. ff. qui potiores in pignor. habean. §. Certè Inst. de rer. divis. Meyrer. Amat. Gait. & alii* quos citat *Rodoer. consil. 42, n. 15, & 16.* ubi citat *addit ad Christin.* tradentem hos præferendos esse creditori anteriori ex causa census existentis super domo refecta, quod notandum tradit.

DE MACELLARIIS.

Rubrica. X.

QUi Carnes legitimas vendunt, debeant in primis eorum Apothecas tenere mundas, præsertim à quibuscumque fœtidis, & assistere in illis summo mane, usque ad unam horam noctis, ad vendendum Carnes iusto pretio, & pondere omnibus volentibus emere, illásque debeant habere pararas ad sufficientiam, & bullatas quæ sint bullandæ, cum Cera iuxta solitum, & reliqua omnia conventa, & per eos obligata, sine fraude exequantur,

tur, sub pœna, quæ sigillatim continetur in eorum Capitulis: Extra verò eorum Apothecas Carnes vendere non audeant, ad pœnam quadraginta solidorum, qualibet vice incurrendam,

S V M M A R I V M.

1 *Macellarii officium est vile, & fraudibus involutum.*
2 *Carnes vendi debent in locis destinatis à Civitate.*
3 *Macellarii carnes morbosas vendentes puniuntur.*

A D D I T I O.

1 Vile sanè est officium istud, & eum exercentes vari. s raudes committunt, de quibus *Bovadill. & alii* quos citat *Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.3, tit. 18, glos. 25, ad §.29, & glos. 40, ad §. 44*, ad quem Doctissimum virum recurre, & ad *Avendan. de exequend. mandat. part. 1, cap. 19, numer. 30, vers. Decimo, &c.*

2 Carnes autem non possunt vendi, nisi in locis destinatis à Civitatibus, ac Villis, ut latissimè tradit *dict. Modern. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.2, glos. 171. ad §. 111*, ubi *ad tit. 66, §. 8*, Se refert, & isti

3 si carnes morbosas vendant possunt puniri *Fragos. de regim. Respub. Christian. part.1, lib.7, disp.19, §.1, num.30.*

DE QVARTEGIANTIBVS BESTIAS.

Rubrica XI.

QVartegiantes non possint emere nisi duas Bestias pro quolibet in die qua sit Mercatum, & nisi in Mercatali Magno, & non alibi, & excoriata Bestia, factâque divisione illius in quatuor partes, debeant ponere sortem super quartis, & cuicumque quartum, quem sors dederit, assignare, & pro eorum labore habeant solùm ventrem, & sanguinem, pretiúmque ab emptoribus exigant iuxta illud, quòd fuerit solutum ab eis pro pretio Bestiæ, detracto valore pellis, quam ad dictum effectum vendere teneantur, & si petatur, super pretio iurare debeant, ad pœnam contrafacienti decem librarum qualibet vice incurrendam.

Addentes etiam, quòd Magistratus ex iusta, & rationabili causa possit ad certum tempus id Banno prohibere.

DE HOSPITIBVS, ET TABERNARIIS.

Rubrica XII.

NVllus Hospes, sivè Tabernarius per se, vel per interpositam personam audeat emere in die Sabbati, vel alia, in qua sit mercatum in Platea, vel extra, donéc steterit Banderola in Scalis, vel pulsaverit Campana Palatii ad meridiem, aliquas res comestibiles, vel dicere quòd teneat dictas res pro se, quòd posteà dabit ei pretium, ad pœnam librarum quinque pro qualibet vice, & Amissionis rei emptæ, vel conventæ, & quilibet possit accusare, & denunciare,

nunciare, & lucretur Quartam partem pœnæ, & rei amissæ, & credatur eius Iuramento cum uno teste.

Volumus etiam, quòd omnes Hospites teneantur diligenter custodire Valisias, & quascumque alias res sibi consignatas ab Advenis, & si eorum culpa, vel negligentia deperdantur, illos teneri ad totale interesse damnum passi eius iuramento comprobandum, ac Iudicis taxatione confirmandum. Equos ad vecturam locari solitos cuilibet instanti dare teneantur, solita mercede recepta, Sicut etiam omnes in eorum Hospitiis commorantes benè tractare, nec liceat eis postquam aliquis intraverit aliquod Hospitium, eum vocare, seu derivare à dicto Hospitio, ad pœnam solidorum quadraginta, pro qualibet vice: Possint tamen retinere res, & si illæ non sufficiant, personas ipsas Arrestati facere, donec eis de eorum mercede fuerit integrè satisfactum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum supradictum quod hospites non possint emere in Platea res comestibiles, nisi post certam horam est validum.*

2 *Hospes cui fuit consignata valisia, si illa amittatur vel reddatur aperta tenetur ad interesse.*

Qui non possunt aliquem expellere ab eorum Caupona, num. 3.

Sed tenentur omnes advenientes hospitari, num. 4.

5 *Revenditores, Dardanarii, & Propola in Civitate Gerunde non possunt emere res comestibiles, nisi post certam horam.*

6 *Statutum nostrum loquens de hospitatione intelligitur de necessaria.*

7 *Caupones, & hospites postquam i: c perunt dictum officium exercere cogi possunt ad hospitandum.*

Non tamen incolas, ac Cives, imò eas hospitando, ipsi, & incola possunt puniri, num 8.

Cùm ipsis non liceat tabernas frequentare, & per hosp tia vacare, num.9.

10 *Caupones, beccarii, & similes per taleas credita sua probant, & pignora unius pro omnibus ebibentibus possunt retinere.*

11 *Caupones, hospites, & stabularii quando de immissis, & commendatis per viatores teneantur, remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum, quod hospites, & Tabernarii in die Sabbati, & in qua fit Mercatum non possint emere in Platea donec steterit banderola in scalis, vel pulsaverit Campana ad meridiem res commestabiles, ut interim Cives possit emere illas, cum cessantibus emptoribus prætium rerum vilescat, sit validum, tenent *Io. de Platea in l. septem diebus, 12, num.1, C. de erog. milit. anno. lib.12, Avendan. de exequen. mandat. part. 1, cap. 19, numer. 35.* quos refert, & sequitur *Choel. ad Bull. bon. Regim. cap.21, num. 38.*

2 Quando verò caupones, seu Hospites, quibus per advenas fuerunt consignatæ valisia, fardellum, & similia, si illæ amittantur, vel reddantur apertæ teneantur ad interesse advenis, & contra eos possit iurari in litem, uti habetur in hoc statuto, videas latè per *Plot. de in litem iuram.* §. 10, *numer. 6, & sequent.* per *Bonfin. ad bannim. general. cap.54, numer.* 15, *&* 16, per *Paitel. exped.* 71, *& ibi Adden. per tot.* ubi habetur de animalibus dimissis in Stabulo Cauponis, & per *Phanuc. de in litem iuram. in sec. membr. sec. par. num 62,* & per *Ciriac. controv. 505, num.42, & seq.* ubi qui de alus personis, & *contr.494, num.36.*

3 Et quod Hospes, seu Caupo non possit sine iusta causa aliquem expellere ab eius hospitio scribit *Choel. ad Bull. bon. Regim. cap.33. num. 84.* ubi post *Lauden. de legat. concl. 2.* limitat non habere locum si ei superveniant Ambasciatores, quia tunc expelli possunt personæ viles, ut ibi per eum.

4 Imò illum teneri ad hospitandum omnes qui ad illius hospitium perveniunt dicit *Post. de subhast. inspect. 34, num.54.*

ADDITIO.

5 Non solùm est validum statutum nostrum disponens, non posse hospites emere in platea res comestibiles, nisi post certam horam, sed etiam valida est ordinatio facta à nostra Civitate Gerundensi, Ædili

li commissa, ac ab aliis Civitatibus ordinata, disponens quod Dardanarii Propolæ, seu Revenditores non possint emere in plateis res comestibiles, nisi post certam horam ut Cives, & habitatores ipsas res opportuno tempore, ac hora, congruóque pretio ad quotidianum usum possint emere ut citatis innumeris DD. tradit *Doctissimus Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, tit. 18, glos. 2, ad prin. num. 5, & seq. & §. 43, & tom. 7, tit. 87. §. 16, num. 1.* ubi multa de his personis recitat, quem sanè virum semper præmanibus habe qui doctiora, & excogitata fermè tractat, ac pariter *Machad. in perfect. confessor. lib. 6. par. 8, tract. 5. docum. 1, & sequent. Avendan. de exequend. mandat. part. 1, cap. 19, numer. 35, vers. Et ob ubertatem.*

6 Statutum nostrum loquitur de hospitatione necessaria, pro ut de ea loquitur *Griphiand. in œconom. legal. lib. 1, cap. 28, per*

7 *tot.* maximè *num.* 10. & ita isti hospites, caupones, ac tabernarii postquam inceperunt tenere apertas cauponas, & tabernas ad hospitandum viatores, & semel id officium susceperunt possunt cogi hospites recipere, nisi locus esset iam præoccupatus, & alios non caperet *Cabal. Carol. Rendel. & alii* quos citat *Sabell. in summ. tractat. var. §. Caupones num. 2. Fragos. ubi proximè numer. 29. Avendan. de exequen. mandat. par. 2, cap. 8,*

8 *per tot.* maximè *num. 2.* non tamen possunt recipere Cives, ac oppidanos ipsiusmet Civitatis, qui voluptatis causa tabernas frequentare solent, imò ipsi, & dicti incolæ tabernas frequentantes præter necessitatem puniuntur *Peguer. Menoch. Petr. Gregor. & alii* quos citat *dict. Sabell. dict. numer. 2,*

9 *vers. Non tamen, &c.* Ex quo detestabile est vitium tabernas frequentantium bonoq; publico damnosum *Pegas ad ordinat. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 9, ad §. 7, tit. 21, num. 1. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 7, disp. 19, §. 1, num. 25.*

10 Caupones, beccarii, & similes possunt de consuetudine illorum credita probare per taleas, quas facere, & tenere solent cum debitis recontris, retinere pignora, & personas propria auctoritate quando recusatur pretium vini ebibiti, vel cibi solvere, ultimum epulantium qui remansit in taberna pro omnibus retinere. *Rendel.* citatus *à Sabell. dict. §. Caupones num 5, Mauson. de caus. execut. ampl. 26, num. 28,* ad hæc videas *Giurb. observ.* 81, *num.* 12, & 13. *Berlich. concl. iur. par. 1, concl. 74, num. 33. Peckius de iur. sistend. cap. 3, num. 2.* quæ cùm non facilè reperiantur hùc annotare decrevi.

11 Hospites, caupones, tabernarii, nautæ, ac stabularii qualiter, & quomodo teneantur de immissis in hospitio, navi, Caupona, vel stabulo tractant latissimè *Doctores citati per dict. Sabell. dict. §. Caupones numer.* 1, qui *metipsum* se citat *in resol.* 37, ubi latè de his contendit, & præter eos *Griphiand. dict. cap. 28, à numer. 99, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4, cap. 35, & seqq. ad tit. 51, per tot. & tom. 5, tit. 65. §. 20, glos. 22, num. 1, & seqq. Crespi obser. 67, per tot. tom. 2, Aylon. ad Gom. lib. 2, var. cap. 7, num. 3, vers. Nauta Caupo, &c. Diana resol. moral. tom. 6, tract. 3, resol. 141. vers. 2, & resol. 142, per tot. Machad. in perfect. confes. lib. 6, part. 8, tract. 5, docum. 3, per tot. Modern. Maiorana in oppo. prax. crim. part. 2, cap. 8. num. 51, & seq. Franc. de protest. concid. 70, in prim. edit.* & latissimè *Benekendor. ad Seraphin. de privil. iuram. addit. ad privil. 31, à num. 84, Avendan. de exequend. mandat. par. 2, cap. 8, num. 4.*

DE TRICOLIS, ET VENDITORIBUS OLEI.

Rubrica XIII.

TRicoli etiam prohibentur emere in die Mercati, eo modo, & forma, ut suprà de Hospitibus diximus. Caveant etiam, ne quid ultra taxatum pretium, aut rem pro re mentiendo, venderint, ad pœnam librarum decem, plus, & minus Indicum, & Magistratus arbitrio, attenta facti, & personarum qualitate, Mensuras omnes, & Scutellas tenere debeant iustatas, & Bullatas Bulla Communis, sicut etiam in venditione Olei, ut diximus suprà Libro I. De Officio Præfectorum Olei, & eius Venditoribus.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Olei venditio, & materia à quibus tractensur remissivè.*
2 *Venditores olei cum eo aliud miscentes falsum committunt.*
3 *Ædilis potest frangere mensuras iniquas.*
4 *Pretia rerum comestibilium à Republica taxantur, & Ædili incumbit ut pretio taxato vendantur.*

ADDITIO.

1 DE materia huius statuti aliqua dixi *lib. 1, rub.42,* & si aliqua alia de oleo scire cupis consule *Griphiand. in suis æconom. legal. lib 1, cap. 22, à num. 78.* ubi de variis speciebus olei tractat.

2 Isti sanè venditores olei, qui aliud minoris valoris cum eo miscent falsum committunt *Pegas ad ordinat. Regn. Portugal. tom.3, glos.3, ad §.1, tit.18, numer.5,* & ita, ut alibi
3 dixi, cognitio huius falsitatis ad Ædilem pertinet; quapropter potest frangere mensuras iniquas *Griphiand dict. lib.1, cap. 28, numer. 89, & sequent. Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.3, tit.18, glos.24, ad §. 28, num.6.*

4 Itaque, ut etiam alibi dixi, taxatio pretii, rerum comestibilium Iudici seculari pertinet, & ita Magistratibus regiminis Civitatum, qui Ædili committunt curam, ut pretio taxato, ac iusta mensura venalia vendantur, ut citatis *Gibalin. Larrea & aliis* tradit *dict. Modern. Pegas ubi suprà dict. glos. 3, ad §,21, tit.18, num.6, & seq.* vidend. *Rovit. ad pragm.1, de Annona, num.8, pag.40,* & ibi *Laganar. lit. B.*

DE FURNARIIS.

Rubrica XIV.

PIstores, sivè Furnarii teneantur eorum Artem benè, & sollicitè facere, Panem convenienter coquere ad petitionem cuiuslibet, illùmque mundum tenere in domibus suis, & deindè restituere per Numerum, sicut acceperint, cum solita, & convenienti mercede: Quòd si Panem eorum incuria minus coctum, seu nimis assum reddiderint, teneri volumus ad emendationem damni, Magistratus arbitrio statim faciendam. Possint tamen dicti Furnarii, & illorum familiares ire per Civitatem noctis tempore sine lumine pro eorum arte exercenda, cùm opus fuerit, sine pœna, ut aliàs diximus.

SUMMARIUM.

1 *Artifex tenetur officium suum fideliter exercere, aliàs tenetur ad interesse.*
Ratio affertur, num.2.
3 *Furnariorum talleola dicuntur probationes extraordinariæ, & probant concurrentibus requisitis.*
4 *Furnarius qui promisit coquere panem pro tota familia, si illa admodum augeatur an teneatur stare promissis.*
5 *Furnos construere cuique liberum est.*
Et ita nequeunt Barones prohibere vassallis furnos construere pro suo pane coquendo, n. 6,
Nec eis prohiberi potest, ne vadant ad alios furnos, seu molendina, licet ad suos semper accesserint, num.7.
Nisi privilegio, aut præscriptione cum acquiescentia prohibitioni sit acquisitum ius prohibendi, num.8.
9 *Prohibitio ne vassalli vadant ad alia molendina, seu furnos, ne vè molendina, nova, seu furnos construant, est de Regalibus.*
10 *Districtus in Cathalonia sunt prohibiti.*

ANNOTATIO.

1 DIspositio huius statuti, quod si furnarii panem eorum incuria minus coctū, seu nimis assum dominis reddiderint teneantur ad emendationem damni est con-

 forme

forme iuri communi, quo disponitur, quod quilibet artifex teneatur Officium suum rectè, & fideliter exercere, aliàs si id omittat dicatur esse in negligentia, & dolo, & ideo teneatur ad interesse, & ad damnum reficiendum, ut tradunt *Ancar. Socc. Sen. & Crau.* quos refert, & sequitur *Borgn. decis. 26, num.1, part.1, Gomez ad l.46, Taur. numer.18.* Cùm negligentia, & dolus commissus in eius arte per artificem ei non debeat patrocinari, & alteri damnum afferre *Mantu.sing.17, num. 3, & singul. 642, numer. 25 Borgn. d. decis.26, num.4*

3 Nota ad materiam fornariorum quod talleolæ fornariorum dicuntur probationes extraordinariæ, & probant si liqueat de identitate, sint integræ, & simul conveniant, ut docent *Put. de syndic. in verbo lis sua, cap. Iudex qui admisit Instrumentum, Costa remed. subsid.70, illat.3, in fin. & Gratian. decis. March. 68, numer.23,* qui dant concordantes.

4 Vtrum verò si furnarius qui promisit coquere panem pro tota familia alicuius pro tali mercede, si familia postea sit maximè adaucta teneatur stare promissis, vel possit petere reductionem tradunt *Capoll. de servit. urb. præd. cap. 50, num. 5, & seq. Costa de scien. & ignor. inspect. 26, num.7, Ovid. de Amic. de Iure emphit. quæst. 89, per tot. & Gatt. de credit. cap. 4, quæst.7, num. 566.* ipsos consulas cùm materia sit controversa.

ADDITIO.

5 FUrnos construere cuique licitum, ac liberum est *Modern. Autun. Portugal. de donatio. Reg. part.3, cap.5, num.2, & 3, Capon. discep. 230, num. 3, & 17, Novar. de gravam. vassal. lib.1, gravam. 60, nu. 31,*
6 & ita nequeunt prohibere Barones vassallis nè furnos construant pro pane coquendo *Modern. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis.380, nu.6, Capon. dict. discep. 230, numer. 17, Capic. Borrel. Eminen. De Luca & alii* quos citat *dict. Modern. Carol. Ant. De Luca ad discep.*
7 *Gratian. obser. ad cap. 89, numer. 13.* & ita Barones,ac Vniversitates,quæ dominum superiorem recognoscunt, non possunt prohibere vassallis, seu incolis ne novos furnos, seu molendina ædificent, ne ve ad alia vadant etiam si ad suum furnum, aut molendinum semper accesserunt; ex quo in his actibus meræ facultatis nulla inducitur coactio, nec oritur præscriptio *Modern. Portugal. dict. cap. 5, numer.8, & sequen. Capon. dict. discep.230, num.111, & sequent. Amaya in Cod. tit. de aur. coronat. ad leg. unic. numer.35, Larrea allegatio. fiscal. 69, num.23. & sequent. Carol. Ant. De Luca dict. observ. 380, numer.4, & 6, & ad dict. disceptat. Gratian. 89, numer. 13, Griphiand. in œconom. legal. lib.1, cap. 22, numer.50, Fontanell. de pact. nupt. clau 4, glos. 17, num. 8, & sequent. Eminen. De Luca de regalib. discurs. 144, numer.5, & ferè per tot. Cobell. in bull. bon. regim. cap.31, numer. 218, & sequent. Mastril. de Magistrat. lib.4, cap.18, numer.26. Fragos. de regim. Reipub. Christian. part.1, lib.3, disp 7, numer. 61, & sequent. & alii* quos citat novissimè *noster Vilaplana de Brach. militar. cap. 3, numer. 193, & sequent. Giurb. obser.60, numer. 7, & obser.71, numer. 6,* & in terminis *observ. 82, numer.* 10, & pluribus citatis in *tractat. de success. feud. §. 2, glos.* 13, *numer. 69, Rodoer. ad Marin. observ. ad cap. 32, numer.* 1, *& ad cap. 63, numer. 7, Passerin. à Sextula in cap. Consuetudinem,* 1. *de consuetud.*
8 *in 6. numer.87, & sequent.* nisi facultas prohibendi ex privilegio, aut præscriptione post prohibitionem completa ipsis Baronibus, seu Universitatibus esset acquisita *Portugal. dict. cap. 5, numer.* 11, *& sequent.* ubi *Cancer. Capic. Latr. Larrea Franch. Gratian. Sixtin. Thesaur. & alios* citat *Capon. dict. discep.* 230, *numer.4. & sequent. Carol. Ant. De Luca ad dict. decis. Vincen. de Franch. 380, numer. 6, vers. Nonnulli, &c. Fontanel. de pact. dict. clau. 4, glos.* 17, *numer.* 52, *Cobell. d.cap.31, numer.* 221, *Fragos. ubi supr. d. numer.* 61, *Vilaplana d. cap.* 3, *numer.*195, 339, *& sequent. Giurb. d. obser. 60, numer.7, & obser.* 71, *num.* 9, & pariter in terminis *d. obser.* 82, *numer.* 10, *& de success. feud. d.§.2, glos.* 13, *numer. 69, in fin.Rodoer. ad Marin. d. cap.*32, *num.* 11. *& ad d. cap.*63, *num. 9, Passerin.ubi supr. numer.89, & sequent. Mastril. d.cap.* 18, *numer.* 25, *Amaya in d. leg.*
9 *unic. numer.*36. & ita dicta prohibitio nè nova molendina,aut furni construantur, seu ne ad alia accedant vassalli est de Regalibus, *Autun.Portug. d.c.5, n.5, Emin.De Luca de regalib.discur.61, n.4, & discur.* 144, *num.* 3, *Larrea d.alleg.69, n* 19, *& seq. & alii passim.*

10 Itaque in hac nostra Provincia Cathaloniæ inspecto iure nostro statutario, ac municipali districtus sunt prohibiti,sicuti iure cõmuni inspecto, *Fontanel.ubi supr. n.7, & dec. 512, n.14, Xammar.rer.iudicat. diff.* 33, *nu 5, Cancer. var.3, cap.3, n.78, Socarrat. Mier. & alii à his citati, & à Vilaplana de brach. milit. cap. 3, nu.*322, *& seq.* & ita solo pacto, aut præscriptione quæruntur modo ab his DD. tradito.

DE

DE MOLENDINARIIS.

Rubrica XV.

MOlendinarii teneantur Salmas frumenti custodire, quàm primum molere, & bonam farinam facere, & priùs illi molere, qui primò frumentum, vel bladum portaverit, & si malam farinam fecerint, permutaverint, vel aliquo modo deteriorem reddiderint, teneantur emendare damnum Passo, & pœnam x. librar. vice qualibet incurrant: Pro multura verò habere debeant libras quatuor pro quolibet centinario, & non ultra, & si contigerit eos repercutere Molam, debeant priùs tantùm molere de suo frumento, quod sufficiat, ne alterius farina de lapide sentiat: Crivellos ad expurgandum granum habeant, nec salmas farinæ prostratas, sivè distentas in terra, vel alibi tenere debeant sub eadem pœna; Teneantur etiam frumentum, & farinam ad Pensam destinatam afferre, & bullettam macinatus ab Officiali deputato recipere, & alia iuxta eorum Capitula observare.

SVMMARIVM.

1 *Molendinarii malam farinam facientes, permutantes, vel deteriorem reddentes, tenentur damnum emendare.*

2 *Molendinarii sæpè fures dicuntur, & ab officiis honestis arcentur.*

3 *Molendina non possunt construi in fluminibus navigabilibus absque Principis licẽtia.*

Secùs in non navigabilibus, n. 4.

Et etiam in parte superiori in præiudicium inferioris, dummodò aqua primi molendini non diminuatur, n. 5.

ANNOTATIO.

1 QVòd molendinarius si malam farinam fecerit, permutaverit, vel aliquo modo deteriorem illam reddiderit teneatur emendare damnum passo dixi suprà de artifice damnificante tertium ex sua incuria, vel dolo ad rubr. 5, *rubr. 6. & rubr.* 14, *hoc lib. 5.* videas ibi, cùm noluerim eadem hic inutiliter replicare.

ADDITIO.

2 MOlendinarii negligentiùs, ac malitiosè se gerunt, & ita fures sæpè vocantur, & ob id ab honestis officiis esse arcendos docet *Hering. de molendin. quæst.* 1, *numer. 66, quæst. 44, numer.* 12, & 14, & *quæst. 45, numer.*37, ideò recurre ad dictum *D.* qui latè de his tractat, & ad *alios*, quos citat *Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom.* 3, *tit*, 18, *glos. 49, ad §.* 53.

3 Dicta autem à nobis *rubr. preceden. de*
furnis, huic materiæ de molendinis fermè
applicari possunt, & promiscuè ea proce-
dunt, dicam igitur quòd molendina regula-
riter non possunt extrui in flumine naviga-
bili absque Principis licentia; ex quo ista
sunt de regalibus, *Modern. Autm. Por-*
tugal. de donatio. Reg. par. 3, *cap.* 4, *num.6*,
ubi *Castil. Mesa Ripoll. & alios* citat *He-*
ring. de molendin. quæst 15, *num.* 15, 23, &
sequent. Altimar. à me citat. rubr. 49, *lib.*1,
ad consil. Rovit. lib. 3, *obser.* 25, *numer.* 26,
Eminen. De Luca de regalib. in supplem.
par. 1, *disc.* 167. *numer.* 4, & 13, *Donde.*
consult. 20, *numer.* 5, & 7, *Meli. obser. fo-*
4 *ren. obser. 97, num. 7.* in aliis autem publi-
cis non navigabilibus, ac in privatis id fa-
cere licet absque Principis licentia, *Portu-*
gal. d. cap. 4, *numer.* 11, *Altimar. d. obser.*
25, *numer.* 25, *Eminen. De Luca d. discur.*
167, *sub numer.*4, *Donde. d. consult.* 20, *nu-*
5 *mer. 8, Meli ubi supr. numer. 8.* etiam in
parte superiori in præiudicium habentium
molendina in parte inferiori, quando non
fit in iniuriam, ac æmulationem vicini, li-
cet tamen concursus molentium diminua-
tur, & minus sit lucrum respectu frequen-
tioris concursus; dummodo tamen aqua
primi molendini non diminuatur, & ita
præiudicium reale, ac primarium non sequa-

tur, *Altimar. d. absec.* 25, *numer.* 28, *& seq. Eminen. De Luca de servitut. discur.* 30, *numer.* 3, *&* 4, *Sperel. Latr. & alii*, quos citat *Modern. Carol. Ant. De Luca ad discep. Gratian. ad cap.* 89, *numer.* 1, *& sequent. Antun. Portugal, d.cap.* 4, *numer.*12, *& sequent. Antonel. de loco legal. lib.* 1, *cap.* 3, *numer.* 177, *& sequent. Modern. Agetta visio feudal. rubr.* 4, *visio* 5, *pag.* 251, *vers. Fluminum, &c. lit. D, & alii*, quos citat *Modern. Pegas in loco ad quem se remittit. in tom.* 3, *ad ordinatio. Regn. Portugal glos.* 49, *ad* §. 53, *tit.* 18. qui omnes hanc materiam tractant, ac alios casus speciales de ea tradunt, quos recensere omitto, ut transcriptionem effugiam, ad ipsos recurre, & reperies quæ volueris, cum omni extensione, limitatione, ac doctrina.

DE FORNACIARIIS.

Rubrica XVI.

FOrnaciarii teneantur facere Lateres, Cuppos, & reliqua ad eorum Artem spectantia ad instam mensuram, secundum modum, & formam respectivè existentem in Palatio Communis, & ideò priùs omnes eorum formas teneantur bullare Bulla Communis, & debeant laboreria omnia benè cocta, & conditionata, cuilibet requirenti vendere pro pretio solito, & consueto à Magistratu declarando ad pœnam xxv. librarum, & amissionis laborerii, quoties in prædictis contravenerint: Quòd si contigerit dictum laborerium esse malæ conditionis, licet auctoritate Magistratus minui de pretio arbitrio peritorum

SUMMARIUM.

1 *Fornaciariorum materiam, & etymologiam tractat.* Griphiand.

ADDITIO.

1 DE his opificibus aliqua tradit *Griphiand. in œconom. legal. lib.* 1, *cap.* 22, *à numer.* 193, ubi de huiusmodi emissaria vaporis, ac furnorum, ipsum prævide qui notabilia huius officii refert.

DE ARTIFICIBUS DENEGANTIBUS Vendere.

Rubrica XVII.

QVilibet Artifex habens rem venalem publicè expositam, teneatur cuilibet petenti eam vendere pro pretio imposito, seu consueto: Quòd si is negaret habere, vel vendere, incidat in pœnam quadraginta solidorum pro qualibet vice, & nihilominus rem expositam vendere cogatur.

SUMMARIUM.

1 *Exponens rem venalem non tenetur illam vendere, sed potest pœnitere.*

2 *Artis signum habens, & exercens officium publicum tenetur illud exercere.*

Ar-

Artifex, Mercator, & similes non dicuntur tales ex unico actu, n. 3.

4 *Vendere coguntur quecumque cibaria in casu necessitatis, personis missis à Civitate.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum locum habere debet in terminis, in quibus loquitur, videlicet in mero artifice, non autem in alio, qui exposuit rem aliquam venalem, cui licet pœnitere, & mutare propositum, ut tradunt *Petr. Cin. & Bald. in l. 1, C. de Episc. aud. Ias. in l. rogasti, 11, & ibi Purpu. & Alcia. ff. si cert. petat. Surd. cons. 205, numer. 27, lib. 2, & Paitell. expedit. 74, numer. 7.*

2 Habens verò signum artis, vel exercens officium publicum utilitate, & authoritate cogitur illud exercere *l. munerum, 18, §. iudicandi. ff. de muner. & honor. Caroc. de locat. par. 3, in tit. de libertate, quæst. 8, nu. 17.* ubi quamplures facit illationes de meretrice, de hospite, de procuratore, & aliis, ut ibi per eum.

3 Ex unico autem actu quis non dicitur artifex, Mercator, Hospes, & cetera, sed assiduitas requiritur, & solitum in hoc casu non verificatur in unico actu, nec fortitur effectum suum, ut post *glos. Bart. Bald. Signorol. Castr. Corn. Aret. Alex. Felin. Dec. Alciat. Capoll. Strac.* & alios per eum relatos firmat *Caroc. de locat. & conduct. in d. 111. de libert. quæst. 9, num. 31.* ubi testatur de communi opinione.

ADDITIO.

4 Pariterque in casu necessitatis coguntur alii vendere cibaria personis missis à Civitate pro ipsius incolarum sustentatione, ac alimentis, *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 9, ad §. 7, tit. 17, num. 2, Barbos. in leg. Invitum, 11, Cod. de contrahend. emptio. n. 20.*

DE VENDITIONE PISCIUM.

Rubrica XVIII.

Magistratus Singulis Annis in principio Mensis Ianuarii, teneatur proponere, & tractare in Consilio Generali de modo servando in venditione Piscium tempore Quadragesimæ, & quod in illo firmatum fuerit, diligenter exequi, & observari faciat: Et qui Pisces recentes cuiuscumque generis ad vendendum portaverint, debeant in primis assignasse Superstitibus Communis, illósque apponere in utraque Platea, videlicet Sancti Antonii, & Sancti Martini, & ibidem vendi facere secundum Taxam ab ipsis Superstitibus habitam, seu Conventionem Appalratorum, nec liceat Pisces deindè seligere ad vendendum extra Plateas. Quòd si pretium, ut suprà, taxatum, sivè conventum non sit, sed cuiliber vendere liceat, ut venditores ab excessivo pretio attenantur, Volumus pretium semel ab ipsis venditoribus impositum, nec minui, nec augeri posse, sed donec Pisces superfint, eodem pretio vendi. Quòd si Pisces quocumque casu putrefiant, liceat Superstitibus ad flumen projici facere: Et si in prædictis casibus vendentes contrafecerint, pœnam decem librarum incurrant, & amissionis Piscium. Prædicta tamen non procedant in venditione Piscium fluminis, qui liberè à quocumque absque solutione alicuius Gabellæ vendi valeant.

SUMMARIUM.

1 *Pretium rerum venalium, & ad victum necessarium potest à Deputatis à Communitate taxari.*

2 *Cibaria vendenda sunt in platea, & loco pu-*

publicè, & ita res vendendas abscondentes puniuntur.

3 *Piscium bilancia sunt à Ædili signanda, & bullanda.*

ANNOTATIO.

1 QUòd pretium rerum venalium, & ad quotidianum hominum usum, & victum necessariarum in foro expositarum possit à Deputatis à Communitate taxari, & moderari, uti habetur etiam in hoc statuto tradunt *Strac. de Mercat. par. 4, num. 51.* Bene comprobans, & *Chorl. ad Bull. bon. Regim. cap. 31, num. 238.* & ante eos *Abb. in cap. 1, num. 6, de empt. & vend.*

ADDITIO.

2 UT alibi, nempè *lib. 1, rubr. 44, numer. 1, & sequent.* dixi, nostra hæc Civitas sicut cæteræ pretia piscium statuit, executionémque Ædili tribuit, ut pretio taxato, & iusto pondere, ac mensura vendantur, & in loco destinato, piscataria scilicet; ex quo cibaria vendenda sunt in platea, ac loco publico, ut omnibus sint obvia, taliter quod res vendendas abscondentes puniri possunt ex *AZ v. l.* tradit *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 11, ad §. 9 tit. 18, num. 4.*

3 Optimè sanè per expressam ordinationem est statutum in Regno Portugali, quòd pisces vendentes teneantur singulis bimestribus pondera signare, ac bullare, nè aliter vendendo iniquitatem contrahant, ut tradit *Pegas d. tom. 3 glos. 25, ad §. 29, per tot. tit. 18.*

DE PONDERIBUS, ET MENSURIS.

Rubrica XIX.

OMnes Mercatores, Artifices, & quævis aliæ personæ, quæ ad pondus vendunt, una eadémque Libra, nempè unciarium XII. uti debeant, & omnia, & singula Pondera, ac Mensuræ sint, & esse debeant adæquata, iustata, & bullata per Officialem deputatum Bulla Communis Eugubii, quæ Bulla singulis annis renovari debeat; Et omnes, qui ad pondus vendunt, habere debeant pensiles Stateras, seu Bilancias, cum sustinente Annulo in eorum Apothecis; sive Apothecarum scamnis cum ponderibus distinctè iustatis: Quòd si quis venditor repertus fuerit habere Bilancias, Stateram, Passum, Mediam Eminam, Barile, Boccale, vel alias Mensuras, sivè pondera non iustata, vel adæquata, ac Bullata, ut suprà dictum est, pœnam XXV. librarum incurrat, & plus etiam arbitrio Iudicis fraudis, & personæ qualitate inspecta, & damnum quocumque casu Emptori emendare cogatur: Mensura verò iustetur, & adæquetur, & si iustari non possit, rumpatur, sivè igne comburatur. Si verò aliquis inventus fuerit habere dicta Pondera, vel Mensuras iustas, & adæquatas, non tamen bullatas, puniatur in libris decem, pro qualibet vice, & quilibet possit accusare, & denunciare, & Quartam partem pœnæ lucretur.

Declarantes, quòd Salma vini sit, & esse debeat duorum Barilium: Barile verò capacitatis XXIV. Boccalium. Boccale capacitatis librarum sex, Medium, librarum trium, & Foliera unius libræ cum dimidia, iuxta Mensuras, quæ in Palatio Communis asservantur: Emina verò Grani est regulariter ponderis librarum CL. & in mensuratione Grani adhibenda est Rasoria, secùs autem in aliis Bladis, & Leguminibus, quæ ad culmam mensurari debent, Sicut etiam Castaneæ, Glandes, Remola, & similia: Sextarium verò Calcis sit, & esse debeat capacitatis Eminarum duarum ad Culmam.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Mensuras, & pondera falsa retinens in apotheca punitur pœnâ falsi.*
Quod non habet locum si illa sunt bullata Bulla Communis, num.2,
Neque quando illa retinet domi, & etiam eis non vendit, num.3.
4 *Mensuras falsas accommodans scienter tenetur ad restitutionem.*
5 *Civitates curare debent nè in ponderibus, & mensuris fiat fraus, & abutentes puniantur.*
6 *Mensura, & pondera signo publico sunt signanda.*
7 *Pœna ut locum habeat contra vendentes falsis mensuris an requiratur realis apprehensio.*

ANNOTATIO.

1 QVod retinens in apotheca mensuras, pondera,& similia falsa de iure veniat puniendus pœnâ falsi, vel alia pœnâ extraordinaria, ut habetur in hoc statuto, tradunt etiam *Iodoc. in pract. crim. cap.123, num. 1, & sequent. Petr. Greg. Tholos. in Sintag. iur. univ. lib.36, cap.1, num.8,* latè *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150, numer. 76, &*
2 *Felic. allegat. 49, num.1, & seqq.* Si tamen dictâ mensuræ, pondera, & similia sint Bullatæ Bulla Communis, licet non sint iustæ, illas retinens non videtur puniendus, cùm cesset dolus, ut probant *Adden. ad Bertaz. cons. 290, lib.2.* quos refert, & sequitur *Felic. d. alleg.49. num.5, 6, & sequent.* & cùm nemo decipi debeat sub fide publici Officialis, ut not. *Deci. cons.9, num.4, Felic. in d. allegat. 49, num.7,* & dixi ego in *Resolut. crimin. in verbo Gratia resol.1, num.2.*
3 Sicuti etiam retinentem domi mensuras non iustas non puniri, si non vendidit cum eis in terminis præcipuè bannimentorum generalium probat *Bonfin. ad Bannim. general. cap.17, num.3.* doctè comprobans.

4 Commodans verò scienter iniquam mensuram, vel pondera adulterina ad aliquê fraudandum, ad restitutionem damnorum tenetur personæ fraudatæ indè sequutorum, ut probat *Iodoc. in pract. crim. d. cap. 123, numer. 8. & 9.* ubi dicit idem esse in fabricante, & conficiente falsas mensuras, & pondera, & illas locante, subiungens in d. casibus etiam puniri pœnâ, de qua suprà ut ibi per eum.

ADDITIO.

5 REgimini Civitatum incumbit providere statutis, aut aliter, ne in ponderibus, ac mensuris fiat fraus, imò quòd puniantur utentes falsis, ac diminutis ponderibus, & mensuris, *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 2, ad §. 5, tit. 17, num. 2, pag. 431, & tom. 6, tit. 68, glos. 12, ad §.10, numer. 4, & sequent. & glos 34, ad §.31, per tot.* ubi latè *Rovit. ad pragmat. 8, de ponderib. & mensur. per tot. Hevia Bolanyo de commerc. cap. 9, num.2, Fontanel. decis.515, num. 1, & seq.*
6 Pondera autem, & mensuræ signo publico sunt signandæ, *Pegas d. tom. 3, glos. 24, ad §. 28, numer 9, pag.441, Fontanel. d.decis. 515, numer. 1, Hevia Bolanyo d. cap. 9, numer. 3, Gibalin. & alii,* quos citat *idem Pegas d. glos. 24,* qui *in d. glos. & in glos.32, ad §. 36, & glos. 20, ad §.18, & tom. 6 glos. 18, ad §. 16, tit. 68, numer.2, & ferè per tot.* plura de ponderibus, & mensuris tradit maximè *tom.4, ad lib.1, tit. 52, glos. 1, cap. 10, per tot.* ad quem, & ad *Gibalin. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 7, disp. 19, §. 2, num. 72, & alios ab his citatos* recurre.
7 Ad hoc autem, ut pœna locum habeat in ponderibus, & mensuris an requiratur realis apprehensio tradunt *D D.citati per d. Pegas ad ordinatio. Reg. Portugal. ad lib.1, tom. 3, glos.28, ad §, 32, tit. 18, per tot.*

DE STATVTIS ARTIFICVM.

Rubrica XX.

ARtifices non possint aliquas Constitutiones, sivè Statuta facere, quæ licita, & honesta non sint, & Detrimentum aliquod publicum, sivè privatum contineant, sivè etiam præsentibus Statutis adversentur: Sed illa præsententur Consilio Generali, in quo eligi debeant duo Viri periti super

super eorum Admissione, & demum pro illorum Observatione à Serenissimo Duce Nostro fuerint confirmata.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta condita à Collegiis licitis sunt valida, & servanda, & num. 9,*

Etiam sine confirmatione superioris, num. 2,

Contrarium tenent alii, num. 10,

Nisi adesset lex superioris prohibens fieri dicta statuta, n. 3,

Valent tamen quo ad illos de Collegio tantùm, & circa respicientia artem, n. 4,

5 *Collegia, & Confratriæ Artificum erecta auctoritate superioris sunt licita.*

Aliter tamen erecta censentur illicita, num. 6,

Et sine dicta licentia Collegium illicitum usurpantes puniuntur extraordinariè, numer. 7,

8 *Collegia, & Confratriæ Artificum Civitatis Gerundæ reperiuntur creata auctoritate ipsius Civitatis regaliam expressè cõmunicatam habentis.*

11 *Collegia, & Confratriæ Artificum validæ, ac licitæ habent iurisdictionem in omnes de Collegio cumulativè circa spectantia ad artem.*

12 *Priores Collegiorum, & Confratriarum Artificum curare debent, ut statuta serventur, & convocare eas possunt.*

Cum licentia tamen Ordinarii in Cathalonia, num. 13,

Neque cum dicta licentia in Cathalonia plures Confratriæ, & Collegia convocari possunt, ac se congregare, n. 14,

15 *Artes duas exercens ambarum statutis ligatur, & ad onera utriusque tenetur.*

16 *Artifices ob malum óderem, seu strepitum possunt à viciniis expelli.*

Et à sententia mandante talem expulsionem nequeunt suspensivè appellare, numer. 17.

A N N O T A T I O.

1 QVòd statuta Collegiorum artium, quando sunt Collegia licita, valeant de iure quo ad ipsos de Collegio, & quò ad respicientia artem quando statuta sunt licita, & honesta, & illa sint servanda tradunt *Roma. cons. 277, in fin. Card. Tusc. pract. concl. litera S, concl. 431. num. 19, Gratian. discep. foren. cap. 469, numer. 14, p. 3,* plenè *Ciriac. controv. 504, numer. 37, & seq. & controv. 506, numer. 4, & Losa de iure Univer. par. 3, cap. 15, numer. 3.*

2 Etiam sine confirmatione superioris, *Gratian. discep. foren. cap. 721, numer. 22, & 23, par. 4, Ciriac. d. contro. 504, numer. 39.*

3 Nisi tamen adesset statutum superioris prohibens Collegio statuere sine eius licentia, *Gratian. d. cap. 460, numer. 17, Ciriac. d. controv. 506, numer. 13.* Prout facit statutum nostrum quod prohibet d. Collegiis facere statuta continentia detrimentum publicum, vel privatum, vel contraria statutis eiusdem, ut habetur in supradicto statuto.

4 Supradicta autem statuta Collegiorum non valent, nisi inter illos de arte, & de rebus ad d. artem spectantibus, & circa administrationem rerum suarum tantùm, *Roma. cons. 300 in prin. & ibi adden. Cardin. Tusc. d. conclus. 431, numer. 25, & conclus. 593, numer. 1, & sequent.* benè *Ciriac. dict. controv. 504, numer. 37, & 42, & d. contro. 506, numer. 4, & sequent. & Losa de iure univer. par. 1, cap. 2, numer. 66, & sequent. & par. 3, cap. 15, num. 3.*

A D D I T I O.

5 COllegia, & Confratriæ Artificum erectæ auctoritate Principis, seu alii regaliam communicatam habentis sunt licita *Marquil. in usat. si contradixerint, quæst. 11, & 12, Cancer. var. 3, cap. 3, numer. 137, & cap. 13, numer. 167, & sequent. Xammar. de privil Civitat. Barcin. §. 17, numer. 4, Capon. discept. foren. cap. 262, numer. 14, &*

6 *sequent.* alitèr autem si reperiantur erecta absque tali licentia, ac confirmatione illicita censentur; *Capon. d. discep. 262, numer. 16, Xammar. de offic. Iud. & Advocat. part. 1, quæst. 20, nu. 78, & sequent. Vermigl. cons. 397, num. 1, & 2, Modern. Manfrel. ad Capic. Latr. observ. 169, num. 17, & sequent. Modern. ac Doctiss. Io. Torre de*

7 *pact. futur. succes. lib. 3 cap. 1. nu. 146.* & tunc qui sine prælata concessione, seu confirmatione illicitum Collegium usurpaverint extraordinariè puniuntur, non solùm congregantes, sed etiam domus in qua congregantur dirrui debet *Capon. dict. discep. 262, dict. num. 16.*

8 Undè omnia Collegia, ac Confratriæ Artificum,

tificum, & Fabrorum nostræ Civitatis Ge-
rundensis reperiuntur fundatæ, ac erectæ ab
ipsa nostra Civitate, uti habenti variis Re-
giis Privilegiis præfatam regaliam commu-
nicatam, cum facultate creandi, revocandi,
ac separandi eas, statuendi, ac revocandi
etiam ordinationes auctoritate Regia con-
firmatas, quam potestatem saltem expres-
sam non ita habet Civitas Barcino iuxta tra-
dita per *Xammar. de offic. Iudic. & Advoc.*
par. 1, quæst. 10, numer. 85, & de privil. Ci-
vitat. Barcin §. 13, num. 7, 19, 23, & seq.
vidend. novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio.*
Regn. Portugal. tom. 7, tit. 87, glos. 18, ad
§. 16, per tot. ubi plura de Artificibus.
9 Itaque ut tradit hic noster *Conciol. nu-*
mer. 1, Confratriæ Artificum, & Fabro-
rum licitæ, & honestæ possunt facere statu-
ta, & ordinationes quo ad ipsos, & in perti-
nentibus ad suam artem, vel officium, *Xam-*
mar. d. §. 13, numer. 40, Capon. d. discept.
262, concl. 2, numer. 1, & conclus. 3, num.
15, Marta de iurisdict. part. 4, cent. 1, cas.
87, numer. 10, Oliva de for. Eccles. par. 3,
quæst. 6, numer. 8, & sequent. Avendan. de
exequend. mandat. par. 1, cap. 19, numer. 11,
Capiblanch. de Baronib. lib. 2, cap. 71, nu-
10 *mer. 4.* Ipsæ tamen ordinationes debent à
superiori confirmari, *Capon. d. discept. 262,*
conclu. 2, num. 2, & conclu. 3, numer. 18,
Bero. Mant. & alii, quos citat *Amyden.*
de stil. datar. lib. 1, cap. 15, §. 3, numer. 15,
saltim ad hoc ut obligent uti leges, & statu-
ta, *Oliva d. quæst. 6, num. 7, & seq.*
11 Collegia autem licita habent iurisdictio-
nem in omnes de Collegio circa spectantia
ad Collegium, nòn autem privativè, sed cu-
mulativè, & ita præventivè inter Judices
Ordinarios, & ipsa Collegia, volentibus
partibus, *Capon. d. discep. 262, concl. 1, nu-*
mer. 11, & 21, Cortiada decis. 10, numer. 239,
& sequent. Bonden. collect. legal. 20, nu-
12 *mer. 93.* quàpropter Priores Collegii debent
attendere, ut eorum statuta serventur, &
ita ipsi Collegium convocare possunt, *Ca-*
13 *pon. d. concl. 1, numer. 20.* habita tamen li-
centia ab Ordinario in Cathalonia, nempè
à Vicario, seu Baiulo, *Xammar. d. §. 13, n.*
6, & de offic. Iud. & Advocat. d. quæst. 10,
14 *numer. 81, & sequent.* Nisi ad id habeant
privilegium, etsi cum habeant, nòn tamen
licet se congregare plures Confraternitates,
ac Collegia ad aliqua tractanda in hac Pro-
vincia per expressam *Const. 9, sub tit. de di-*
versos, y extraordinaris crims.
15 Vltimè scias, quòd exercentes geminas
artes, utriusque artis statutis subiiciuntur,
cùm in earum qualibet personæ diversæ, &
distinctæ reputentur, *Bart. Marcard. Kloch.*
& alii, quos citat *Pacichel. de distant. cap.*
6, membr. 3, numer. 24, Lara compend. vit.
hom. cap. 11, numer. 9, ad quod vide *Bal-*
mased. de collect. quæst. 98, numer. 8, & Ro-
jas de incompatibil. par. 6, cap. 4, numer.
42, & sequent. & ad onera utriusque Con-
fratriæ tenentur *Capon. discep. foren. d. cap.*
262, concl. 2, n. 18, tom. 4.
16 Et antequam finem dem materiæ Fabro-
rum dicam, quòd si vis scire quando ob ma-
lum odorem, seu strepitum possint expelli à
vicinio, consule *Modern. Brilla ad consue-*
tud. Neapol. tit. 22, cap. unic. numer. 4. &
sequent. ubi *Fontanel. & alios* citat, & no-
vissimè *Carol. Ant. De Luca ad discep Gra-*
tian. ad cap. 186, numer. 8, & sequent. ubi
17 latè, Pariterque observa, quòd à sententia
talem expulsionem demandante non appel-
latur suspensivè, *Fontanel. decis. 503, num.*
5, Salgad. Sanfelic. & alii, quos citat *Bri-*
lla d. cap. unic. numer. 37, & sequent. Giurb.
obser. 65, numer. 13, Pheb. Mend. Cancer. &
alii, quos citat *Doctissimus Pegas resol. fo-*
ren. cap. 15, numer. 115, & sequent. ubi *num.*
117, secus esse in prædiis rusticis dicit, &
declaratum in Supremo Senatu Lusitano
refert.

DE MONOPOLIIS.

Rubrica XXI.

VT rerum omnium venalium Copia quantum fieri potest in Civitate ma-
nuteneatur, Monopolia omnia in singulis Artibus omnino prohiberi
volumus, & qui ea fecerint per Judices repellantur, & facti qualitate
inspecta eorum arbitrio puniantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monopoliū committitur quando apud unum, vel pancos tota vendindi potestas redigitur.*
Et in aliis casibus, de quibus remissivè, num. 2,
Et illud exercentes puniuntur pœnâ exilii, & confiscationis bonorum, n. 3,
Iudices autem illud non punientes puniuntur in 50, libris auri, n. 4,
Non tamen punitur si illud exerceatur in re parvi momenti, n. 5,
Vel si exerceatur authoritate publica, num. 6,
7 *Monopolii materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 Monopolium dicitur committi quando penes unum, vel paucos tota rei vendendæ potestas redigitur, ut declarant *Decian. tract. crimin. lib. 7, cap. 21, num. 1, & sequent. Farin. in fragm. crim. par. 2, litera M, numer. 289, Cabal. resolut. crimin. casu 215, numer. 16, cent. 3, Maffin. de confisc. bonor. quæst. 17, num. 10, & alii per me relati in Resol. crim. in verbo Monopolium Resol. 1, numer. 1.* cum quibus pertransit *Bonfin. post hac scripta visus ad Bannum.*
2 *general. cap. 16, num. 2.* Et dicitur monopolium etiam committi in aliis quampluribus casibus, quos recensui *ego in d. resolut. 1, per tot.* quos cùm nimis longum esset hic recensere, ideò sufficiat pro illorum cognitione locum indicasse.
3 Monopolium autem exercentes puniuntur pœna exilii, & confiscationis bonorum, ut tradunt *Caball. resol. crim. casu 215, num. 28, 29, & sequent. cent. 3, Gatt. de credit. cap. 2, quæst. 9, numer. 2321, Maffin. de confisc. bonor. quæst. 17, numer. 3,* & alii per me relati in *d. verbo Monopolium. resol. 2,*
4 *in prin.* Quod delictum Indices dissimulantes, & non punientes muléantur in quinquaginta libris auri, fisco inferendis, *Decian. tractat. crimin. lib. 7, cap. 21, numer. 33, Menoch. de arbitr. casu 569, numer. 24, & Maffin. de confisc. d. quæst. 17, numer. 6,*
5 Quæ tamen non habent locum, quando monopolium exercetur super re parvi momenti, ut voluerunt *Menoch. d. casu 569, numer. 23, Caball. d. casu 215, numer. 29, & sequent.* volens, pœnam esse Iudici arbitrariam, & *Maffin. d. quæst. 17, numer. 4.* Nec
6 quando illud exercetur authoritate publica, ut not. *Scacc. de commer. & camb. §. 1, quæst. 7, par. 3, lim. 10. numer. 15, & sequent. Farinac. in fragm. crim. d. litera M, numer. 306, & Gait. de credit. d. cap. 2, quæst. 9, num. 2307, & sequent.* & declaravi *ego in d. verbo Monopolium resol. 2, n. 5.*

ADDITIO.

7 TAm amplè de monopoliis tractat *noster Conciol.* hic, & in *Resol. crimin.* quod nihil reliquit tractandum; quàpropter ad ipsum, & ad per eum citatos recurre quibus conducunt *citati per Eminen. De Luca de regalibus, discur. 117, numer. 9, de servitut. discur. 100, numer. 13, & de emptio. & vendit, discur. 12, numer. 2, & sequent. & per Altimar. ad decis. 17, Rovit. per tot. Capon. discept. 262, tom. 4, concl. 4, & 5, Cobell. in bull. bon. regim. cap. 31, numer. 220, & alii*, quos citat *Severin. in addit. ad decis. 329, Sanfelic. pag. mihi 13, vers. Quantum sit detestabile, &c.* qui signanter *Capon.* multa adducit circa monopolia quæ committuntur à Artificum, & Fabrorum Collegiis cum suis statutis, quem consule.

DE MERCATO FACIENDO.

Rubrica XXII.

QValibet die Sabbati, si de ea die Festum Solemne non sit, alioquin die præcedenti Mercatum fieri volumus in Platea Magna, ibique res omnes venales exponi ad vendendum: Nulla etiam Executio, tàm realis, quàm personalis, ea die fieri possit pro debito Civili publico, vel Privato, sed cuilibet liberum accessum concedi volumus, & quicquid contra præmissa factum fuerit, sit penitus nullum, & Officialis, qui contrafecerit, pœnam librarum decem qualibet vice incurrat.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Mercatus an fieri possit in diebus feriatis in honorem Dei.*

Et Mercatus differunt à nundinis, & quomodo, num. 2,

3 *Decuriones possunt compellere rusticos, ut conducant victualia ad vendendū in Mercatis.*

4 *Statutum quod in die Mercatus exequutio fieri non possit non habet locum si ille partes d. privilegio renunciaverint.*

Renunciatio autem debet esse specialis, num. 5,

Cùm renunciatio sit odiosa, & strictè interpretanda, n. 6,

7 *Auctoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 MErcatus an fieri possint in diebus feriatis in honorem Dei, uti habetur in hoc statuto stante præsertim consuetudine latè tractat *Choel. ad Bull. bon. regim. cap.* 31, *numer.* 241, *& sequent.* ubi aliquas refert Sacræ Congregationis Resolutiones, quas videas ibi per eum.

2 Mercatus differunt à Nundinis, quia mercatus dicitur locus, & dies destinatus vendendis rebus forum venale certis diebus deserviens cum modico privilegio, Nundinæ verò dicuntur stati dies in locis, & Civitatibus certis mercandi causâ liberè concessi cum immunitate data à Principe vectigalium, gabellarum, & pedagiorum, ut tradunt, & declarant *Petr. Gregor. Tholos. in Sintag. iur. univ. lib.* 25, *cap.* 3, *numer.* 5, *& Choel. ad Bull. bon regim. d. cap.* 31, *numer.* 234.

3 Nota tamen quòd Decuriones, & Officiales possunt compellere rusticos, ut conducant victualia ad vendendum in mercatis intra Civitatem, ad tex. in *l.* 2, *ff. de nundin.* & post *Thesa. Burgos. & Avendan.* per eum relatos firmat *Choel. in dict. cap.* 31, *numer.* 255.

4 Dispositio autem dicti statuti, quòd in die mercati nulla exequutio fieri possit non videtur habere locum quando partes d. privilegio renunciarunt quod fieri potest, cùm illud principaliter fuerit concessum in commodum privatorum, & secundario favore publico, ut not. *Doct. in l. ius publicum,* 39, *ff. de pact. & in l. pen. C. de pact. Bare. in l. univers.* 4, *numer.* 2, *C. de legat. lib.* 10, in terminis *Petr. Pecch. de iure sisten. & man. iniect. cap.* 9, *numer.* 1, *&* 2.

5 Quæ tamen renunciatio debet esse specialis, aliàs non relevat, ad tex. *in l.* 1, *& ibi Roma. & alii, ff. si quis in ius voc.* & tradit *Petr. Pecch. d. cap.* 9, *sub num.* 2, & vide adducta suprà *lib.* 1, *rubr.* 66.

6 Cùm renunciatio sit odiosa, & ideò sit strictissimè interpretanda, *Hond. cons.* 29, *numer.* 107, *lib.* 1, *Gargi. Iuni. cons.* 21, *numer.* 13, *vol.* 1, *Rota apud Gregor. XV. dec.* 15, *numer.* 3, *& apud Torre de pact. futur. success. decis.* 116, *numer.* 13. ubi aliæ adducuntur.

ADDITIO.

7 LAtè de mercato dixi *libr.* 1, *rubric.* 66, ideò ne eadem transcribere teneas ad *DD.* ibi citatos recurre, & habebis apud eos cuncta quæ volueris, illos lege si placet.

DE EMENTIBVS RES FVRTIVAS.

Rubrica. XXIII.

QVi scienter emerit Animalia, vel alias quascumque Res furto substractas, cogatur summariè dictas Res Domino restituere, absque aliqua refectione pretii, & pœnam L. librarum incurrat, sivè etiam graviorem, Iudicis arbitrio facti qualitate inspecta. Quòd si Emptor probaverit se emisse publicè in Foro, vel venalia, aut venales fuisse alibi publicè expositas, aut bannitas ad Sonum Tubæ per publicum Præconem in locis publicis, non cogatur Domino restituere absque pretii refectione, & Venditorem idem Domino indicare debeat, Nisi appareret Emptorem de furto informatum esse, quòd tamen in dubio in publicis Emptionibus præsumendum non erit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emens rem furtivam tenetur illam restituere domino non restituto ei pretio.*

Etiamsi fit protestatum illam emere pro vero Domino, n. 2,

Imò si illa sit empta scienter emens incurrit etiam pœnam, n. 3,

Fallit stante statuto, quod emens rem furtivam in mercatis non teneatur restituere sine pretio, n. 4,

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, numer. 5,

Quæ contraria opinio ampliatur, n. 6,

Et quid quando res furtiva empta fuit à latronibus remissivè, n. 7,

8 *Authoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 EMens rem furtivam etiam bona fide de iure communi tenetur illam domino restituere nullo sibi restituto pretio, cùm bona fides excuset à pœnis quibus aliàs mala fide ementes res furtivas subjacere deberent, non autem ut de pretii consequutione excipere valeant, ut tradunt post *text. in l. incivilem, 2, C. de furt. Menoch. de præsumpt. lib. 5, præsumpt. 29, numer. 9, Farinac. de furt. quæst. 177, numer. 15, & seqq. Spada conf. 149, num. .... volum. 1, Ludou. decis. Perus. 42, per tot. Caball. resol. crim. casu 292, numer. 1, & sequent. cent. 3,* benè *D. Deluca in Theat. verit. & iustit. tom. 2, in tit. de regal. discur. 129, numer. 3, & com. 7, in tit. de empt. & vendit. discur. 13, numer. 2, & 3,* nec non *Bonfin. ad bannum gener. cap. 54, n. 14.*

2 Etiamsi emptor emat rem furtivam cum protestatione, quòd intendit illam emere quando esset vitiosa, vel furtiva pro vero domino, quia adhuc illam tenetur restituere non recepto pretio, ut docent *Clar. in §. furtum, numer. 27, & ibi Baiar. numer. 104, Menoch.* latè comprobans *de præsumpt. lib. 5, d. præsump. 29, numer. 13, & sequent. Ludou. d. decis. 42, numer. 2, Farinac. de furt. d. quæst. 177, numer. 43,* plenè *Guazzin. defens. 17, cap. 6, numer. 3, & sequent.* ubi declarat, & contrarium tenentes refert, ut ibi per eum, addo *D. Deluca in d. discur. 13, numer. 6,* ubi dicit dict. cautelam esse reprobatam.

3 Amplia dict. conclusionem, ut emens rem furtivam scienter non solùm tenetur illam restituere absque refusione pretii, sed etiam plectatur ad pœnam tanquam hoc modo subministrans commoditatem furibus, & incitamentum ad furandum, ut voluerunt *Baiar. in d. §. furtum, numer. 117, Rolan. cons. 45, numer. 25, lib. 1, Vrsell. ad afflict. decis. 369, numer. 5.* ubi dicit ita fuisse servatum in Magna Curia Vicariæ, & *Guazzini* alios dat concordantes *in d. defen. 17, cap. 6, num. 11.*

4 Quod verò dict. statutum quòd emens rem furtivam in nundinis, vel Mercato non teneatur illam domino restituere nisi restituto per dominum sibi pretio sit de iure validum scripserunt *Alcia. de præsump. reg. 3, præsumpt. 29, numer. 7, Guazzin. d. defen. 17, cap. 6, numer. 27, & Farinac. de furt. d. quæst. 177, numer. 33.* ubi testatur de veriori

5 opinione, & in pract. servata, Licèt contrarium teneat *Baiard. ad Clar. d. §. furtum, numer. 126, Benint. decis. 34, numer. 2,* & sentit *Menoch. de præsump. 29, numer. 25.*

6 Quæ contraria opinio eo magis habet locum cessante statuto, ut benè comprobat *Farinac. in d. quæst. 177, numer. 31, & Illustriss. D. meus De Luca in d. com. 2, in cit. de regal. discur. 129, numer. 3, in fin. Bonfin. ad in d. cap. 54, n. 14.*

7 Vtrum verò supradicta habeant locum quando res furtiva empta fuit à latronibus, vel prædonibus tradit *Farinac. de furt. dict. quæst. 177, n. 40,* ipsum consulas.

ADDITIO.

8 DE his ementibus res furtivas dixi aliqua *lib. 1, rubr. 50, numer. 3.* ibi sanè aliquos *DD.* citavi qui materiam hanc tractant, ipsi docent te eam præcipuè statutariam dispositionem huius Provinciæ circa ita ementes; eos consule.





QVOD

QVOD VIÆ CIVITATIS SINGVLIS mensibus mundentur.

Rubrica XXIV.

QVolibet mense Viæ omnes, tàm principales, quàm aliæ Civitatis Eugubii mundari debeant per Cives ante eorum Domos, habitationes, & Apothecas, & propterea omnes teneantur immunditias, sivè alia quæcumque impedimenta amovere, & ad flumen asportari facere, ad pœnam quadraginta solidorum cuilibet inobedienti, statim defacto exigendam: Vtque talis Dispositio executioni demandetur, Magistratus in principio cuiuscumque Mensis id banniri faciat cum pœna prædicta termino trium dierum, ad hoc ut Executores dictam pœnam exigere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Via publica purgari debent ab immunditiis à vicinis.*
2 *Verbum purgare quid importet, n. 2.*
3 *Antiquitùs spectabat ad Ædiles cogere vicinos ad vias purgandas, num. 3.*
4 *Platea, fora, & vici Civitatis quòd sint mundi Decuriones curare debent.*
5 *Imò hodiè cura hac Ædilibus tribuitur.*

ANNOTATIO.

1 QVod viæ publicæ purgari debeant ab immunditiis, & aliis in eis existentibus à vicinis habentibus domus iuxta eas etiam adductas uti habetur in hoc statuto est tex. in *l.2, & ibi not. Bart. & Doctores,* 2 *ff. de via publ.* Quæ purgari dicitur quando in totum ex ea tollitur lutum, non autem quando illud ponitur iuxta viam, *l. 3, §. purgari, ff. de via public.* & not. *Alex. in d. l. 2, ff. de via public. & Capoll. de serv. rust. prædio. cap. 3, num. 61.*

3 Florente autem Republica Romana ad Ædiles Curules spectabat onus cogendi vicinos ad vias reparandas, ad illas purgandas ab immunditiis, & nè aliquis stercora, neque morticina, seu coria, in illis immitteret, ut refert *Petr. Gregor. Tholosan. in Sintag. iur. univer. lib. 3, cap. 13, n. 4.*

ADDITIO.

4 QVòd fora, vici, plateæ, cæteræque viæ publicæ mundæ sint ad ornatum respicit, & Maiestatem Principis, Reipublicæque & ad salubritatem convenit; undè Decuriones curare debent, ut in Vrbe omnia munda sint, *Pegas ad ordinatio. Reg. Portugal. tom. 3, glos. 15, & 16, ad §. 13, & 14, tit. 18,* ad quos pariter vide *Autun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 3, à numer. 54,* præcipuè *numer. 60, cum sequent.* 5 Imò cura harum rerum hodiè Ædili tribuitur, *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portug. tom. 6, tit. 68, §. 18, à n. 1.*

DE CLOACIS PVBLICIS ET PRIVATIS.

Rubrica. XXV.

VT Aqua in Viis publicis sine damno Civium adiacenti decurrat Magistratus diligenter curet Publicas Cloacas manuteneri, & cùm opus fuerit mundari, & sumptibus Vicinorum reaptari mandet. Quilibet etiam habens Cloacas, Aquarolos, vel Necessaria debeat ita tenere, quòd non decurrant

in Vias publicas, eàque ab omni fœtore claudere, & liberare, ad pœnam x. librarum quoties moniti contrafecerint, & reaptari omninò cogantur.

SVMMARIVM.

1 *Cloaca dicitur locus concavus, per quem colluvies quadam fluit.*
Quam cuilibet licet facere in proprio fundo, num. 2,
Vicinus autem cogi potest ad expurgandam Cloacam, n. 3,
Nè malus odor noceat Civitati, n. 4,
5 *Cloacarum materiam qui tractant remissivè.*
6 *Cloacas purgare cuique licitum est, etiam ad vicini ædes transeundo, & pavimenta scindendo.*
7 *Cloacæ sunt expurgandæ de nocte, & non in æstate.*
Ad materiam huius statuti videas scripta suprà lib. 1, rubr. 45, per tot.

ANNOTATIO.

1 Cloaca autem dicitur locus concavus, per quem colluvies quædam fluit, *l. 1, §. cloaca autem, & ibi not. Bar. & Doctores ff. de locis.* ubi habetur, quòd Cloacæ appellatione, & Tubus, & fistula continentur, & tradunt etiam *Roffred. de libell. par. 2, in rubr. de Cloaca in prin. Capoll. de servit. urban. prad. cap. 48, numer. 1, & seq.* ubi plura apponit ad dictam materiam spectantia, & *Ripa de peste in tit. de remed. praserv. contra pestem, num. 48, & seq.*

2 Cuilibet verò licet facere Cloacam in fundo, vel domo sua, & ex ea immittere aquam in viam publicam, nisi ex illa aqua via fieret deterior, *l. 2, §. si quis cloacam, ff. nè quid in loco public.* & scribit *Capoll. de servit. urb. prad. cap. 48, numer. 7.* ubi declarat quando via dicatur fieri deterior, & minus habilis, ut ibi per eum.

3 Quod verò vicinus cogi possit ad expurgandam latrinam, & cloacam, nè malus odor noceat vicino est tex. in *l. si quando. 17, §. fin. ff. si serv. vend. & in l. servitutes la grande*, & ibi not. Doctores, *ff. de serv. urban. prad. & not. Choel. ad Bull bon. regimin. cap. 42, numer. 83.* Et nè malus odor

4 aërem corrumpat in damnum Civitatis, ut observat *Capoll. de servit. urban. prad. d. cap. 48, num. 2,* & ante eum *Roffred. in d. rubr. de Cloaca.*

ADDITIO.

5 AD istam materiam cloacarum conducunt tradita per *Valentia. lib. 2, illustr. tract. 1, cap. 12, à numer. 14, Pacichel. de distant. cap. 8, à numer. 23, Doctores citati per Sabell. in summ. tractat. variar. §. Aqua, numer. 13, & 14, & per Novar. de gravam. vassall. tom. 1. gravam. 269, per tot.* & ita apud ipsos aliqua invenies non ignoranda.

6 Purgare, & reficere cloacas licet cuique etiam si vi, vel clàm, aut præcario illius habeat usum; adeò ut possit ad vicini ædes transire, & pavimenta scindere, sivè proxima ii sint, sivè ulteriota, si per eorum ædes cloaca currat; dummodò tamen quidquid purgandæ, reficiendævè cloacæ, gratia est recisum, reficiatur; ne damni infecti cocasu stipulationem committat, *Pacichel. dict. cap. 8, numer. 25, Antonel. de loco legal. lib. 2, cap. 25, numer. 14.*

7 Cloacarum expurgatio non diurno, sed nocturno tempore facienda est, nec in æstate, cùm aër tunc faciliùs corrumpatur, *Pacichel. d. numer. 25,* ubi *Carpan. & alios* citat *Novar. de gravam. vassal. tom. 1, gravam. 269, n. 4.*





DE

DE VIIS, ET ALIIS LOCIS PVBLICIS NON alienandis, vel permutandis.

Rubrica XXVI.

VIæ, & alia loca publica alienari, sivè concedi non possint à Magistratu, nisi Re maturè discussa in Concilio generali, & illius accedente consensu. Quòd si quis velit extra Civitatem aliquam Viam publicam de uno loco ad alium immutare, Volumus à Magistratu cum assensu DD. Deputatorum concedi posse, si Viæ melioratio Syndici relatione habita, intersit, & habeatur Consensus adiacentium loco, ubi dicta Via mutanda sit, illáque priùs per dictum Syndicum fuerit terminata, & extructa: Alioquin immutantes pœnam xxv. librarum incurrant, & in pristinum restituere cogantur.

SVMMARIVM.

1 *Via, & loca publica quando possint alienari per Communitatem remissivè.*
2 *Communitas quando possit alienaro illius bona stabilia remissivè, & num. 4,*
3 *Auctoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 VIæ, & alia loca publica quando possint alienari per Magistratum, vel Communitatem recognoscentem, vel non recognoscentem superiorem tractant *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. & Capoll. de serv. urb. prad. cap. 3, numer. 22, & sequent.*
2 *& Surd. decis. 42, numer. 5, & sequent.* Et quando Vniversitas possit alienare illius bona stabilia cum licentia superioris, vel sine, & quæ solemnitates in dict. alienatione requirantur latè tractat *Choel. ad Bull. bon. regim. cap. 32, per tot. & Losa. de iure Vniver. par. 3, cap. 5, numer. 1, & sequent.* ipsos consulas, cùm minus longum esset omnia requisita hìc recensere.

ADDITIO.

3 CVm in *rubr. 54, libr. 1,* multa farinæ huius rubricæ dixerim, nihil mirum si ita absque annotatione hanc transcendam, ibi Lector benevole si placet recurre.
4 Dictis autem hìc à nostro *Conciol. num. 2,* quando Communitas, seu Vniversitas possit alienare sua bona stabilia, adde *Modern. Autun. Portugal. de donatienib. Reg. par. 3, cap. 3, à numer. 30,* ubi latissimè de hac materia tractat, & solemnitates quæ requirantur tradit, paritérque *Vrceol. consult. foren. cap. 76, per tot. Meli. obser. foren. 48, per tot.* quos consule, & *Modern. Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, glos. 14, ad §. 12, num. 45, Capon. discept. 68, num. 15, & seq. tom. 2.*

DE VIIS PVBLICIS, ET VICINALIBVS extra Civitatem, Et de earum latitudine.

Rubrica XXVII.

NVllus ædificet, aut impedimentum aliquod apponat in Viis Publicis, seu Vicinalibus existentibus extra Civitatem, per quod usus earum, impediatur, & qui contrafecerit pœnam x. librarum incurrat, & viam suis sumptibus liberare, & in pristinum restituere teneatur.

Viæ autem principales, quæ Reales appellantur, existentes propè Civitatem per unum milliarium sint, & esse debeant latitudinis pedum xxv. ultra verò unum milliarium pedum xx. Viæ autem, quæ Communes, seu Publicæ dicuntur, sint latitudinis pedum xii. Sicut etiam Viæ Vicinales esse debeant pedum vi. Semitæ verò pedum i i i. & ita per Magistratum, & Viarum Superstites manuteneri debeant.

S V M M A R I V M.

1 *Publico in loco nihil immitti debet per quod illius usus impediatur.*
Itaut si quid immissum sit, illud sit removendum, num. 2,
3 *Via alia dicuntur Regia, alia Consulares, alia publica, alia vicinales.*
Latitudo via publica quanam esse debeat, num. 4, & 7.
5 *Pes est mensura quindecim digitorum, n. 5,*
6 *Via à quibus sint reparanda remissivè.*
8 *Platea quam latitudinem, & intercapedinem habere debeant.*

A N N O T A T I O.

COncordat cum hoc statuto non solùm *Statutum Romanum lib. 1, cap. 105.*
1 sed etiam dispositio iuris communis, quo prohibetur, nè quid fiat, neque immittatur in loco publico, per quod illius usus impediatur uti habetur in *l. 2, per tot. & ibi not. Doctores omnes, ff. nè quid in loco public.* & tradunt *Roffred. de libell. par. 2, rubr. Nè quid in loco publ. &c. & Fenzon. ad stat. Urb. d. cap. 107, numer. 1, & seq.*
2 *Surd. d. decis. 42, numer.* 10. Ita ut si quid immissum, seu appositum sit locus in pristinum sit reponendus, uti habetur in hoc statuto, & in *d. l. 2, §. idem labeo, & ibi glos. ff. nè quid in loco pub.* & not. etiam *Tholos. in Sintag. iur. univ. lib. 1, cap. 2, numer. 5, & Fenzon. in d. cap. 107, n. 6, in fin.*
3 Viarum licet plures afferantur distinctiones per Doctores, cùm aliæ dicantur viæ Regiæ, prætoriæ, consulares, militares, & basilicæ, ut videre est apud *Petr. Greg. Tholos. in Sintag. iur. univ. lib. 1, cap. 2, sub numer. 5,* communiter tamen distinguuntur quod aliquæ sunt publicæ, aliquæ privatæ, & aliquæ vicinales, ut declarant *Capoll. de servit. rustic. præd. cap. 3, numer. 16, Petr. Greg. Tholos. in Sintag. iur univ. lib. 3, cap. 13, numer. 2, Fenzon. ad stat. Urbis d. cap. 107, numer. 4, Surd. decis. 42, numer. 2, & Antonel. de loco legal. lib. 2, cap. 23, num. 6,*
4 *& sequent.* Quarum latitudo intelligitur de iure communi in via publica in porrecto octo pedum, in anfracto verò sexdecim pedum, *l. via latitudo, 8, ff. de serv. rust. præd. Petr. Gregor. Tholos. d. lib. 3, cap. 13, num. 3, & Capoll. in d cap. 3, numer. 5, & seq.* ubi dicit, viam designari secundum statuta, loci, ut sit in statuto nostro.
5 Pes verò de quo fit mentio in hoc statuto est mensura quindecim digitorum secundum *glos. in cap. sicut antiquitùs, 17, quæst. 4, Bald. Alex. & alii in l. 1, ff. si quis cautio. & in l. 3, ff. de verb. signif. Ias. in §. rursus, num. 67, Instit. de actio, Antonel. de loco legal. cap. 23, n. 33.*

A D D I T I O.

6 ALibi, nempè *lib. 1, rubr. 56, numer. 2, & sequent.* iam dixi à quibus viæ sint reparandæ, quibus adde *Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 3, à numer.* 51, qui suo doctissimo more, ac fœcunditate solitæ doctrinæ materiam hanc tractat, quem consule, & *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 2, lib. 1, disp. 3, §. 28, numer.* 310, *Avendan. de exequend. mandat. par. 2, cap. 3, numer. 8, vers. Ad fabricam, &c. & alios*, quos citat *Fermosin. de legib. Eccles. ad cap. 10, Ecclesia Sanctæ Maria de constitutio. quæst. 9, numer. 39, & sequent.* ubi de Clericis agit.
7 Viæ autem publicæ quam latitudinem habere debeant traditur hic à *nostro Conciol. numer. 4,* cui adde *d. Modern. Autun. Portugal. d. cap. 3, à numer. 7, Pacichel. de distant. cap. 6, membr. 9, numer. 8.*
8 *stant. cap. 6, membr. 9, numer. 8.* plateis autem nulla intercapedo est constituta, hæ etenim ampliantur ad libitum, seu habita Civitatum proportione, seu respectu considerato ad magnificentiam Palatiorum, aut Sacrarum Ædium, quibus sunt ornamento, vel populi concursu, atque conventu ad negocia publicè absolvenda, aut emendas res venales, *Pacichel. d. membr. 9, n. 9.*

DE

DE IMMVNDITIIS IN VIIS NON *projiciendis.*

Rubrica XXVIII.

NEmo audeat in aliqua Via, vel Platea Civitatis letamen, ſpazzaturam domus, Animalia mortua, & ſimiles immunditias projicere, vel projectas habere, ſivè aquam immundam, & ſimilia in vias dejicere, ad pœnam quadraginta ſolidorum pro qualibet vice, & qui monitus prædicta non abſtulerit, pœna duplicetur, & nihilominus ea ſuis ſumptibus tollere, & locum omninò mundare cogatur: Excipimus autem eos, qui aliquid in via haberent occaſione fabricæ, donec fabricam compleverint, & non ulterius, dummodò non occupent maiorem partem Viæ, taliter quòd per eam quis etiam cum Beſtiis tranſire non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd nemo projiciat immunditias in vias publicas eſt validum.*

Et aliàs id ſpectabat ad officium Ædilium, num. 2,

Et hodiè ad dictum officium ſpectat, numer. 6,

Si tamen id non noceat uſui publico licere notat Cæpoll. *relatus, n.* 3,

4 *Famul*[a] *ſi projiciat aquam putridam è feneſtra ſuper aliquem dominus tenetur ad duplum.*

Licet dominus non poſſit condemnari ex facto famuli, quando ille non eſt ſolvendo, num. 5,

7 *Vias in publicas non licet injicere ſtercora, morticinia, coria, aut alia putrida.*

Nequè in ſolum vicini, n. 8,

ANNOTATIO.

1 STatutum ſupradictum, quòd nemo projiciat ſtercora, & immunditias in plateam, & vias publicas quod ſit validum, & ſervandum dicit *Cepoll. de ſervit. urb. prædio. cap.* 68, *numer.* 3, *D. Deluca tom.* 4. *in tit. de ſervit. diſcur.* 24, *numer.* 2, *&* 3.

2 Et olim ad officium Ædilium Curuleum ſpectabat curare, ne in loca publica projicerentur ſtercora, coria, morticinia, & ſimil. uti habetur in *l.* 3, *in fin. ff. de via publ.* & ſcribit *Petr. Greg. Tholoſ. in Sintag. iur. univ. lib.* 3, *cap.* 13, *numer.* 4. Licet id licere

3 dumodo non noceatur uſui publico, & tranſeuntibus voluerit *Capoll. in d. cap.* 68, *numer.* 2. ceſſante tamen ſtatuto, ut ibi per eum.

4 Inferri videtur ex prædictis, quòd ſi famula alicuius projiciat ex feneſtra aquam putridam ex qua deturpetur veſtis per viam tranſeuntis Dominus tenetur ad damni pœnam in duplum ad tex. *in l.* 1, *& ibi not. Floria ff. de his qui dejici. vel effud.* & tradunt *Capoll. de ſervit. urb. præd. d. cap.* 68, *numer.* 3, *& ibi Adden.* ubi declarat, hoc habere locum ſi aqua putrida projiciatur in loco, in quo vulgo iter fieri ſolet, aliàs ſecùs, ut ibi per eum, latéque proſequitur *Iodoc. in pract. crim. cap.* 144, *numer.* 1, *& ſequent.* ubi quamplura ſubjicit ad hanc materiam ſatis curioſa quæ videas ibi per eum.

5 Licet dominum non poſſe condemnari ex facto famuli, quando ille non eſt ſolvendo, ſed quod tunc dominus reſtituatur in integrum ex clauſula generali voluerint *Rol. conſ.* 42, *ſub numer.* 30, *vol.* 3, *Theſa. quæſt. foren.* 52, *ſub numer.* 2, *lib.* 1, *Gomez Leo deciſ.* 30, *numer.* 10, *tom.* 2, *Ciriac. contro.* 356, *numer.* 40, *& ſeq.*

ADDITIO.

6 ITaque ut omnia hæc contenta in ſtatuto adimpleantur Ædilis curæ tribuitur, & ipſi incumbit hæc executioni demandare, ut latè tradit *Modern. Pegas ad lib.* 1, *ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 3, *gloſ.* 13, *ad* §. 11, *tit.* 18, *n.* 19, ubi ad *tit.* 68, ſe remittit.

7 Vndè, ut certum resultat, quòd in vias publicas non debent injici stercora, morticinia, coria, seu aliquid fœtidum, aut turpe, vel utres, in quibus erat vinum fœtidum per *text. in l. Ædiles, in fin. ff. de via publ. gloss. in l. penult. ff. quod vi, aut clam. Borrell. Hermosill. & alii*, quos citat *Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 3, numer. 63, Sperel. & alii*, quos citat *Modern. Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 19, numer. 21, vers. Et vicinus, &c. Novar. de gravam. vassall. tom. 1, gravam. 216, numer. 4, & sequent. & gravam. 269, numer. 5, & sequent. Fragos. de regim. Reipub. Christ an. par. 1, lib. 7, disp. 21, numer. 12, in fin. Rovit. ad rubr. & pragmat. 1, de lapidibus, &c. per tot.* maximè *num. 3*, ubi tradit multa periucunda, *Avendan. de exequend. mandat. par. 1, cap. 19, numer. 38, Fermosin. de legib. Eccles. ad cap. Ecclesia Sancta Maria de constitutio. cap. 9, numer. 39*, & novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 20, ad §. 18, numer. 1, & glos. 21, & 22, per tot.* ubi
8 latè; Et non solùm in vias publicas supradicta non licet injicere, sed neque in solum vicini, *Sperel. decis. 57, num. 5*, quem citat *Altimar. d. obser. 19, numer. 21, eod. vers. Et vicinus, &c.* novissimè *Pegas ad dict. lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 5, tit. 68, glos. 25, ad §. 22, num. 13*, ubi *Eminen. De Luca, Fragos. & alios* citat.

DE PANNIS, ET ALIIS NON LAvandis in publicis fontibus.

Rubrica XXIX.

NVllus audeat lavare Pannos, Coria, aut quæcumque alia in publicis Fontibus, sivè eorum Pantanis Civitatis Eugubii, & qui contrafecerit, puniatur vice qualibet in libris v. & quilibet possit denunciare, vel accusare, eiúsque Iuramento credatur cum uno teste, & lucretur tertiam partem pœnæ, aliam verò tertiam habeant Executores, & Residuum instaurationi Fontis applicetur.

SVMMARIVM.

1 *Aqua usus humano victui est necessarius, utilis, & salubris.*

Et ideò illa in publicis fontibus conspurcanda non est, num. 2,

Et aquam conspurcare gravis dicitur iniuria, n. 3,

4 *Spurcare aquas fontium, & rivulorum non licet, & plura de aqua remissivè.*

ANNOTATIO.

1 AQuæ usum necessarium humano victui utilem, & salubrem probant *Ripa de peste in tit. de remed. praser. contra pestem, numer. 6. & Petr. Greg. Tholosan. in Sintag. iur. univ. lib. 3, cap. 22, in princ.* cùm illam pertinere etiam ad alimenta scripserit *Surd. de alimen. tit. 4, quæst. 3, num. 3.*
2 Et ideò nec mirum si illa in publicis fontibus putridæ, & fœtidæ rei immissione, ut disponitur in hoc statuto, corrumpenda non sit, itaut qui illam ita fœdare ausus fuerit veniat pœnâ statuti puniendus, *l. 1, §. 1. ff. de extraord. crim.* & tradunt *Paris. consil. 110, numer. 13, & 14, vol. 4, & Ripa in d. tit. de*
3 *remed. praserv. contra pest. n. 31, & 32.* Cùm aquam conspurcare gravis dicatur iniuria, *Petr. Greg. Tholos. in Sintag. iur. univ. lib. 38, cap. 3, num. 30.*

Vtrum verò statutum possit mandare quòd credatur unico testi dixi suprà *lib. 4, rubr. 64*, quod hic repetendum non est, videas ibi si placet.

ADDITIO.

4 DE necessitate aquæ, bonitate, & excellentia multa tradunt *DD. citati à Modern. Pegas ad lib. 1. ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 13, ad §. 11, tit. 18, numer. 3*, ubi pariter tradit prohibitum esse spurcare aquas fontium, & rivulorum, quem si placet lege, maximè in *tit. 68, §. 24, & sequent.* ubi se remittit, conducúntque *Doctores citati per Sabell. in summ. diver. tractat. §. Aqua, n. 7.*

QVOD

QVOD NON MACERETVR PROPE CIVItatem , nec Inciglietur in ea.

Rubrica XXX.

NVllus in posterum Linum , vel Canepam audeat macerare prope Civitatem per spatium quarti unius Milliaris : Sicut etiam incigliare non possit in Civitate , & Viis publicis ad pœnam utroque casu decem librarum , Communi , & executoribus pro parte applicandam.

SVMMARIVM.

1 *Fœtor corrumpit aer , ex quo generatur pestis maximè tempore æstivo, & num. 3,*

Pestis verò est flagellum maius quocumque alio, n. 2,

4 *Lina, canepa , & similia non licet curare, seu macerare intra Civitates,vel prope eas.*

ANNOTATIO.

SAtis prudenter dispositum fuit in hoc statuto , quòd nemo audeat macerare canepam , seu linum iuxta Civitatem per unum milliare , nec quod inciglietur in ea , quia supradictotum maceratio generat fœtorem, ut dicit *Capoll. de servit. rust. præd. cap. 43,*
1 *numer. 2.* ex quo de facili corrumpi potest aër , maximè tempore æstivo , & generari pestis uti habetur in *l. 1, ff. de cloac.* & tradit *Ripa de peste in princ. numer. 12, & 13,* ubi de aqua corrupta , præcipuè ob macerationem lini , & canepæ , ut in hoc statuto, & *in tit. de remed. præserv. contra pest. nu-*
2 *mer. 64.* Pestis verò est flagellum maius , & horribilius quocumque alio , cùm dicatur Bellum divinum, cui humanæ vires non possunt resistere , ut not. *Bart. & Doct. in l. naturaliter, 5, ff. de usucap. Abb. Butr. Felin. & alii Canon. in cap. transmissa 10, de præscript. & Ripa de peste in princ. n. 8.*

ADDITIO.

4 CErtum est ut tradit hìc *noster Conciol. numer. 1,* quòd aër corrumpitur per fœtorem , præcipuè æstivo tempore habilius quàm hyberno ; quia à frigiditate omnis pravus odor restringitur , à calore autem relaxatur , *Pacichel. de distant. cap. 8, num. fin.* quàpropter licet prohibere nè linum, vel pelles in fluminibus publicis , lacibus, ac torrentibus intra Civitates , vel prope curentur , seu macerentur , *Novar. de gravam. vasall. tom. 1, gravam. 217, numer. 5, & ferè per tot* ubi *Ripa Capiblanc. & alios* citat novissimè *DD.* quos citat *Sabell. in summ. divers. tract. §. Aqua, n. 13.*

DE BALCONE , PONTE , SIVE SCALIS in viis non faciendis.

Rubrica XXXI.

AD tollendam Deformitatem , quæ hactenus à multis ob privatam commoditatem Civitati illata est , Statuimus , & Ordinamus quòd Nullus in posterum facere audeat Balconem in domo , sivè iam factum instaurare , vel etiam Pontem aliquem facere , sivè Horticellum super Viis publicis, aut Scalas extra Domos in dictis Viis ad pœnam xxv. librarum quoties contrafecerit:

fecerit: Nisi tamen Magistratus cum assistentia Superstitum Viarum propter necessitatem unum, vel duos Scalinos ad summum fieri permitteret: Pons autem si in aliquo Viculo faciendus sit, de licentia solùm Generalis Consilii construi possit.

S V M M A R I V M.

1 *Balconus, seu orticellus fieri non potest super viis publicis.*
Nequè super solo communi, n. 2,
Nequè super via publica potest fieri ponticellus, num. 3, & 6,
Etiam si quis sit dominus muri ab utraque parte, n. 4,
Nequè scalæ possunt fieri super solo publico, n. 5, & dict. n. 6,

A N N O T A T I O.

Statutum supradictum prohibens fieri balconem, seu horticellum in domo super viis publicis concordat cum iure communi,
2 quo idem disponitur, ut tradunt *Capoll. de servit. rustic. præd. cap. 13, numer. 3,* benè *Petr. Greg. Tholos. in Sintag. iur. uni. lib. 4, cap. 12, per tot.* ubi dicit in Gallia de anno 1499, fuisse statutum per Ludovicum X I I. deijci proiecta domorum in vias publicas, & *Surd. cons. 137, numer. 7, & sequent. vol. 1,* & illud neque fieri posse super solo communi voluit *Sperel. decis. 56, num. 14.*
3 Sicut etiam prohibitum est facere ponticellum super via publica, seu vicinali, ut docent *Capoll. de servit. urba. præd. cap. 60, numer. 1, Thesaur. quæst. foren. 89, numer. 4, lib. 2, Surd. decis. 42, numer. 9, & cons. 137, numer. 1, & sequent. lib. 1, & Ciriac. controver. 28, num. 11, & sequent.* etiam si faciens
4 ponticellum sit dominus muri ab utraque parte, cùm solum debeat esse liberum usque ad Cœlum, *Silvan. cons. 60, in princip. Thesaur. d. quæst. foren. 89, numer. 4, & Surd. d. cons. 137, n. 1, & seq. vol. 1.*
5 Et pariter quòd fieri non possint scalæ ante domum super solo publico, uti habetur in hoc statuto, cessante consuetudine, nequè infra stillicidium concludit *Capoll. de servit. urban. præd. cap. 54, numer. 6, & 7.* itaut nequè primus, vel secundus gradus scalæ apponi possit *Surd. decis. 42, numer. 7, Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 23, n. 8.*

A D D I T I O.

6 Ex quo solum publicum debet esse liberum usque ad Cœlum, nullus potest super vias publicas, pontem, balconem, scalam, nec primum gradum scalæ construere, ut dixi *lib. 1, rubr. 54, num. 17,* & latius tradunt *Modern. Antun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 3, numer. 47, & sequent. Modern. Altimar. ad lib. 3, consil. Rovit. obser. 19. numer. 21,* ubi *Sperel. & alios citat Tondut. quæst. civil. cap. 48, numer. 23, Actolin. resol. 59, numer. 1, & seq.* novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 34, ad §. 31, numer. 1, & sequent.* qui omnes latè materiam hanc tractant.

D E P A R I E T E.

Rubrica X X X I I.

Cvicumque liceat Muro sibi propinquo liberè uti, eique tigna, aliáque ad ipsum Ædificium necessaria iniungere, etiam si is ad vicinum suum in totum pertineat, Dum tamen Murus sit sufficiens, ciúsque Ædificiis nullo pacto officiat, & dimidium pretii eiusdem Muri ad Æstimationem duorum Peritorum per ipsas partes eligendorum, persolvatur. Quod si aliquis habens communem Parietem voluerit super ipso fabricare, de suo proprio id facere possit, dum tamen ipse Murus communis sit idoneus, & habilis ad tale onus ferendum, aliter teneatur suis expensis fortificare, & hoc casu eligi etiam debeant

beant duo Periti in Arte iuxta quorum Declarationem Murus ipse aptetur. Et si quis super Muro communi mutaverit de suo proprio, & alter Socius super eo voluerit ponere, & iniungere, aut altius tollere suum Ædificium, liceat ei, etiam si Vicini luminibus officiatur, soluto pretio dimidiæ partis ponendo per Peritum communiter eligendum, & ex tunc facta satisfactione Murus fit communis. Quòd si inter duas Domos parva illa Intercapedo, sivè distantia intersit, Liceat ei, qui priùs in altera earumdem Domorum ædificare cœperit, totum illud spatium nullo persoluto pretio occupare, & domui suæ adiungere, Muróque Vicini, ut suprà dictum est soluto pretio pro medietate communiter uti, dummodò Vicini Ædificia, si quæ sint, illesa conserventur, vel reaptentur, & eius indemnitati provideatur.

SVMMARIVM.

1 *Muro alieno sibi propinquo quis uti potest soluto pretio illius, licet sit totus vicini.*

Ac etiam quis potest fabricare super muro communi etiam si noceat luminibus vicini, num. 2,

Si murus sit destinatus ad elevandum, secùs si sit divisorius, n. 3,

Non potest tamen offici luminibus vicini si cubiculum remaneret omninò cœcum numer. 4,

Nisi cubiculum posset habere lumen ex alio loco, n. 5,

Et an sufficiat ad dictum effectum lumen habere ex tecto, n. 6,

7 *Intercapido, qua est inter duas domos ad quem ex vicinis spectet.*

8 *Fenestras in suo aperire cuique liberum est, ac pariter ædificare.*

Relicto tamen legitimo spatio, n. 9,

Non tamen hodiè dictum spatium practicatur, num. 10,

Imò, ut ridiculum consideratur, n. 11,

12 *Ædificare iuxta parietem communem in Cathalonia quomodo liceat.*

13 *Ædificationis, ac fenestrarum apertura materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 CVm dispositione supradicti statuti, quòd quis uti possit muro alieno sibi propinquo, & illi suum ædificium iniungere etiam si murus ad vicinum in totum pertineat, soluto tamen ei eiusdem muri dimidio pretio concordat *Bulla Gregor. XIII.* cuius verba refert *Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 107, numer. 4,* & de eadem meminit etiam *Illustrissimus Dominus Deluca in Theatr. verit. & inst. tom. 4, in tit. de servit. discur. 7, n. 2.*

2 Quo verò ad alteram partem dispositionis eiusdem statuti quod habens communem parietem possit desuper fabricare, si murus sit idoneus, etiam si luminibus vicini officiatur concordant post *Ang. Simon. de Prat. Capol. Corn. Ias. Soc. Sen. Honded. Felic. & Thesaur.* per eum adductos *Thomat. decis. March. 119, numer. 5, & sequent.* ubi loquitur in terminis statuti nostri, etiam si pars muri communis fuerit per socium ædificata soluta parte muri, ut ibi per eum, & alii quamplures relati per *Sperell. decis. 54, numer. 11, & sequent.* ubi hanc opinionem dicit communem, licet ipse illam non sequatur, cum qua tamen pertransit quando murus communis est ad ædificandum destinatus *decis. 56, numer. 20,* & novissimè *Illustr. D. Deluca in Theatr. verit. & inst. tom. 4, in tit. de servit. discur. 3, numer. 2, & discur. 4. numer. 2, & discur. 6, numer. 3, & discur. 7, num. 4.* ubi dat con-
3 cordantes licet secùs sit si murus non sit destinatus ad elevandum, sed sit simpliciter divisorius, ut post *Capoll. Bero. Bursatt. Carpa. Thesaur.* & alios per eum relatos firmat *Ciriac. controvers. 450, numer. 4, & sequent. Antonel de loco legal. lib. 2, cap. 23, numer. 28, & sequent. & D. Deluca in d. discur. 3, numer. 2, & d. discur. 4, num. 2, & d. discur. 6, num. 3, & d. discur. 7, num. 4,* ubi dicit, hanc esse communem distinctionem Doctorum, & ita conciliari contrarias Doctorum opiniones in hac materia muri, & *discur. 9. numer. 2,* ubi testatur de communi opinione etiam si fenestræ claudantur, & *discur. 10, n. 2.*

4 Quæ tamen dispositio statuti quod ad obturationem fenestræ licet non videatur habere locum, quando mansio socii remaneret omninò cœca, & inutilis cùm nemo debeat sepeliri vivus in propria domo, ut voluerunt *Gratian. discep. foren. cap. 896,*

num.

numer. 1, & sequent. par. 5, Ciriac. controv.
460, *numer. 15,* nec non *D. Delnca d. di-*
scur. 9, numer. 7, & in d. discur. 10, num. 6.
5 Id tamen non habet locum quando camera
potest habere lumen ex alio loco, & quan-
do fenestra non fuit constructa ab initio ædi-
ficatæ domus, sed posteà ut declarat *D. De-*
luca in d. discur. 9, numer. 8, vers. Verum,
&c. & sentit *Rota apud Duran. decis.* 450,
6 *numer.* 3. Quando verò ad dictum effectum
sufficiat lumen habere ex tecto ex lucernali
vulgò Balestriera videas per *D. Delnca in*
d. discur. 10, sub numer. 6, vers. Non ob-
stante, &c. qui distinguit, ut ibi per eum.
7 Ad quem autem ex vicinis pertineat di-
ctum spatium, seu intercapedo inter duas
domos, de qua fit mentio in hoc statuto po-
nit *Capol. de serv. urba. præd. cap.* 40, *n. 5,*
& de dicta intercapedine meminit etiam
Illustrissimus D. Delnca in d. tit. de servit.
discur. 6, sub n. 9.

ADDITIO.

8 Licet quisque possit ædificare regulari-
ter usque ad Cœlum in suo solo, fene-
stráique in suo aperire, ut tradunt *DD. ci-*
tati à nostro Conciol. hoc lib. 5, rubr. 34,
numer. 1, & præter eos *Modern. Autun.*
Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 39,
numer. 13, *Altimar. ad lib.* 3, *consil. Rovit.*
obser. 19, numer. 1, Eminen. De Luca de ser-
vitut. discur. 2, numer. 9, Modern. Brilla
ad consuetud. Neapol. tit. 20, cap. unic. nu-
mer. 32, *Modern. Manfrell. ad Capic La-*
tro obser. 50, numer. 20, Cancer. var. 3, *cap.*
13, *numer.* 3, *Palma Filius consultat.* 38, *n. 1.*
9 tamen relictis variis limitationibus passim à
suprà citatis *DD. & aliis relatis*, hoc ita
est intelligendum, ut relinquatur legiti-
mum spatium iuxta *l. fin. ff. fini. regundor.*
novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn.*
Portugal. tom. 6, tit. 69, §. *24, numer.* 83,
10 quamvis eius dispositio in praxi non sit re-
cepta, optima ratione, eo quia si talia re-
linquerentur spatia ædificia Vrbium inster-
stitia, frequentissimi essent in Civitatibus
vici, non sine publicarum viarum damno,
ac totius Civitatis deformitate, iique im-
munditiarum receptacula repræsentarent,
publicásque cloacas, quæ suis immunditiis
cœlo pestilentiam, ac per consequens gen-
tibus ruinam minare possent, *Leotard. Spe-*
rell. & alii quos citat *Pacichel. de distant.*
cap. 6, membr. 1, numer. 13, *Andreol. con-*
11 *trover. 295, numer. 15.* imò non modo con-
tra consuetudinem spatium istud, verum, &
pœnè ridiculum consideratum fuit, *Muta*
citatus à Pacichel. dict. numer. 13, ad quem
ad dict. cap. 5, & 6, membr. 1, & 2, recurre
pro tali intelligentia huius distantiæ parie-
tum, tàm in prædiis urbanis, quàm rusticis,
cuius sola allegatione contentor, ex quo do-
ctissimè hanc materiam tractat.
12 Circa parietem communem, dispositio-
nem statutariam in hac nostra Provincia Ca-
thaloniæ habemus in 2, *vol. Const. in Con-*
suetud. vulgariter dict. de Santacilia sub tit.
13 *de servitut.* ideò in his tempus non consu-
mum, sed si plura de ædificatione, ac aper-
tura fenestrarum in muro, seu pariete com-
muni scire cupias consule *d. Pacichel. in d.*
tractat de distant. cap. 5. à numer. 6. ubi *nu-*
mer. 8, plures Modernos citat *Altimar. d.*
obser. 19, ad lib. 3, consil. Rovit. numer. 36,
& ad decis. eiusdem Rovit. obser. ad decis. 30,
per tot. ubi pariter plures *Doctores Moder-*
nos citat *Brilla d. tit. 20, cap. unic. à num.*
60, benè, ac doctè *Modern. Carol. Ant.*
De Luca ad discep. Gratian. ad cap. 263,
numer. 1, & sequent. tom. 2. & doctissimè
cum segregatione omnium casuum *Eminen.*
De Luca de servitut. discur. 2, per tot. no-
vissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Por-*
tugal. tom. 6, tit. 68, glos. 33, ad §. 35, nu-
mer. 3. & glos. 39, ad §. 36, & glos. 40. ad
§. 37, per tot. Valenzuel. Velasq. cons. 116,
per tot. tom. 2, Tondut. quæst. civil. cap. 88,
per tot. Palma Filius consulta. 140, per tot.
& ita ab hac materia remissivè me expedio,
nè credas sit mei instituti, velle omnia per-
extensè pertractare, sed aliqua ad facilio-
rem notionem cunctorum, annotare.





DE STILLICIDIO.

Rubrica XXXIII.

NEmini liceat fabricare Stillicidium, per quod aqua decurrat super tectum, sivè Ædificium Vicini, nequè etiam Canale per quod Aqua pluvia collecta propè, vel ante Domum alicuius cadat, ad pœnam xxv. librarum, & restitutionis Ædificii in pristinum Vicino requirente.

SUMMARIUM.

1 *Stillicidium est quod stillat, & aliquando cadit directo, & quando non, maximè per dochiam.*

2 *Aquam nemo potest devertere ex suo stillicidio super aream, vel fundum vicini.*

Fallit si servitus esset imposita, n.3,

Quæ tamen non præsumitur, sed est probanda, num. 4,

Et probatur ex coniecturis, & præsumptionibus, num. 5,

6 *Dominus prædii debentis servitutem Stillicidii recipiendi potest in loco ædificare dummodò dictam servitutem non impediat.*

7 *Stillicidia, seu protecta demonstrant cuius, & quanta sit proprietas loci inferioris.*

Et ita nemini licet aquam ex suo stillicidio in solum vicini divertere, n.8,

ANNOTATIO.

1 STillicidium est illud, quòd stillat, & interdum cadit directo, & aliquandò non propter ventum, & maximè per dochiam, *leg. servitutes, 19, §. stillicidium, ff. de servit. urb. præd. Capoll. de servit. urb. præd. cap.* 38, *numer.1, Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1, cap. 106, in princip.* ubi illud appellat *Quasi stillarum cudium*, quod guttatim cadat ubi è tecto guttæ fluunt, *Petr. verò Greg. Tholos. in Sintag. iur. univ. lib.4, cap. 9, numer.1,* asserit, stillicidium dici tectum, ex quo aqua guttatim in pluviam, seu in aream decidit, ut ibi per eum.

2 Nemo autem potest divertere aquam ex suo stillicidio super aream, seu tectum vicini, *ad tex. in l. 1, & ibi not. Doct. ff. de serv. urban. præd.* & tradunt *Capoll. de servit. urban. præd. cap. 28, numer. 2, Surd. cons. 137, numer. 7, & sequent. lib.1,* qui dat concordantes quamplures, *& Illustrissimus D. meus Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 4, in tit. de servit. discur. 17, num. 3.*

3 Quod tamen non habet locum si servitus esset imposita, ut declarant *Capoll. de servit. urb. præd. d. c. 28, n. 3, & Surd. d. cons. 137, n.7, & seq.* nec non *Fenzon. ad stat. Urb. d.*

4 *c. 106, n.5.* Quæ tamen servitus non præsumitur, sed illa est probanda per allegantem, ut docent *Menoch. de præsum. lib. 3, præsum. 89, n.1, & seq.* ubi alios allegat ita sentientes, *Fenzon. d. c. 106, in fin. & D. Deluca in Theatr. verit. & iust. in tit. de servit. disc. 29, n. 10,* nec non *Rota dec. 398, n.2, par. 14, re-*

5 *centior.* Illam tamen probari ex coniecturis, & præsumptionibus voluerunt *Bart. in l. 1, n.9, ff. de stin. actiq. privat. Gratian. discep. forens. c. 681, n.7, par. 4,* plenè *Domin. Deluca in d. tit. de servit. tom. 4, discur. 3, nu. 11, & Rota in Firmana servit. 21, Martii 1664, coram R.P.D. Ninot.*

6 Dominus verò prædii debentis servitutem stillicidii recipiendi quod possit in loco in quo cadit stillicidium ædificare dummodò servitutem stillicidii non impediat firmat *Honded. cons. 80. n. 42, lib. 2,* & novissimè *Antonel. de loco leg. lib. 2, cap. 31, in princ.*

ADDITIO.

7 STillicidia, seu protecta demonstrant cuius, & quanta sit proprietas loci inferioris, *Thesaur. dec. 219, numer, 4, in fin.* quem refert *Sabell. var. resol. cap. 79, numer. 3.*

8 & ideò præsumitur solùm illius cuius stillicidia in eo divertunt; quàpropter nemini licet aquam ex suo stillicidio divertere in solum vicini, ut tradit hìc *noster Conciol. n.2,* & præter eum tradunt *Sperel. decis. 57, num. 9,* ubi *Capol. & Franc. Marc.* citat, videndi no-

novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 31, ad §. 28, numer. 1, & sequent. & glos. 42, ad §. 39, & glos. 43, ad §. 40, & glos. 44, ad §. 41, Fragos. de regim. Reipub. Christian. tom. 1, lib. 7, disput. 21, numer. 11, vers. Subgrunda, &c. & numer. 13, vers. Quæras, &c.* qui latè de his agunt.

DE ÆDIFICIO PROPE VICINVM faciendo.

Rubrica. XXXIV.

OMnibus liberum esse volumus suum tollere Ædificium, etiam, quòd Vicini aspectus impediatur, vel etiam Novum facere in suo solo, dummodo Vicino non appropinquet spatio unius pedis cum dimidio, vel contra antiquam debitam Servitutem, seu contra conventiones, & pacta id non fiat, quibus casibus Iudex cùm primùm de prædictis ei constet, Ædificium dirui Iuris, & facti remediis compellat.

S V M M A R I V M.

1 *Ædificare in suo solo cuilibet licet etiamsi noceat luminibus vicini.*

Nisi quis ædificaret ad æmulationem, numer. 2,

Qu d tamen non præsumitur, sed est probandum, num. 3,

Et quando dicatur ædificari ad æmulationem, n. 4,

Neque quando quis ædificaret in solo publico, n. 5,

Neque quando quis ædificaret in suo solo ob honestatem, n. 6,

Nec si esset imposita servitus altius non tollendi, n. 7,

2 *Ædificare volens iuxta domum vicini tenetur relinquere duos pedes.*

3 *Authoris remissio.*

A N N O T A T I O.

1 STatutum prædictum quòd quilibet possit in suo loco ædificare, & ædificium extollere usque ad Cœlum, & si illud officiat luminibus vicini concordat cum iure communi, quo idem est dispositum ad tex. *in l. altius, 8, & ibi not. Doct. communiter, C. de servit. & aqua*, & tradunt *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1, cap. 104, numer. 3, Honded. cons. 80, numer. 14, & sequent. & cons. 81, numer. 35, & sequent. vol. 1, Paul. Rub. de validit. legal. cap. 10, numer. 5, & cap. 11, numer. 1.* latè comprobans *Illustriss. Dominus Delaca in Theatr. verit. & iust. tom. 4, in tit. de servit. discur. 1, numer. 2, discur. 2, numer. 5, & discur. 4, numer. 14, & Rota apud Zuffi. de legitt. process. criminal. decis. 85, numer. 1.*

2 Nisi tamen quis ædificaret ad æmulationem, quòd non licet facere, *Dominus Deluca in d. tit. de servit. d. discur. 1, numer. 2, & discur. 2, numer. 6, Paul. Rub. de validit. legal. d. cap. 10, numer. 7, & seq. Rota in Romana Tramontana, 7, Iunii 1623, coram R. P. D. Pirovano, §. Neque prædicti, &c.*

3 Quod tamen non præsumitur, sed est probandum per allegantem, *Capol. de servit. urban. præd. cap. 62, numer. 2, Menoch. de arbitrar. casu 156, numer. 8, Honded. cons. 80, numer. 34, vol. 1, Rota in dict. Romana Tramontana, d. §. Neque prædicti, &c.*

4 Tunc autem dicitur ædificari ad æmulationem, quando ædificium ædificanti non prodest, & vicino nocet, ut benè declarat *Honded. d. cons. 80, numer. 35, lib. 1, Giurb. observ. 47, numer. 19, Paul. Rub. de validit. legal. cap. 10, numer. 7, & sequent. & Rota decis. 253, numer. 63, & sequent. part. 7, recent.*

5 Neque quando ædificaret in solo publico, quod non licet facere regulariter cum damno vicini, *l. 2, §. merito, ff. nè quid in loco public. Paul. Rub. de validit. legal. cap. 10, numer. 21, & 22, Anton. Gomez in l. 46, Taur. in princ.*

6 Prout neque licet ædificare in suo solo favore honestatis, ut si ex ædificio inspiceretur intra Monasteria Moñialiū, ut probant *Sperel. d. decis. 54, numer. 6, & seq.*

seq. par. 1, *Capic. Latr. decis.* 157, *num.* 20, *& sequent. par.* 2, *Dominus Deluca in dict. discur.* 2, *numer.* 6, & latiùs *discur.* 21, *per tot. & Rot. in d. Romana Tramontana.* Nec
7 si esset imposita servitus altius non tollendi, ut tradunt *Post. de manut. obser.* 10, *in fin. & D. Deluca in d. discur.* 2, *numer.* 6, qui dant concordantes.

Hoc statutum intelligitur quando quis vult ædificare prope domum vicini ex parte laterali, non autem ex parte anteriori, ut benè observat *Illustriss. Dominus Deluca in dict. tit. de servit. discur.* 6, *numer.* 9, *vers. Dicebam, &c.* quicquid senserit *Antonell. de loco legal. lib.* 2, *cap.* 23, *n.* 27.

8 De iure autem communi volens ædificare iuxta domum vicini debet relinquere duos pedes, ad tex. *in l. fin. ff. fini. reg.* & tradunt *Capol. de servit. urban. præd. cap.* 40, *numer.* 1, *&* 2, *Andreol. ad Capol. post lib.* 3, *controver. in verbo Volens ædificare, &c.* ubi quamplutes dat concordantes, *Antonell. de loco legal. lib.* 2, *cap.* 23, *numer.* 21, *& sequent. & Dominus Deluca in d. tom.* 4, *in tit. de servit. discur.* 6, *numer.* 6, *vers. Dicebam, &c.*

ADDITIO.

9 DE materia huius rubricæ aliqua dixi *hoc in libro* 5, *rubr.* 32, materiámque hanc *Doctores* ibi citati latè tractant; ideò nè eadem repetam illùc recurre, ac penès eos habebis cuncta quæ volueris, tractatósq; casus forsan perquirendos.

DE FENESTRIS PROPE VICINUM ferrandis.

Rubrica XXXV.

QVicumque habuerit aliquam Fenestram, seu foramen adeò latum in Muro aliquo Communi, vel proprio propè Domum Vicini, per quam, seu per quod descendi facilè possit in Domum, seu Cortile, vel hortum Vicini, quòd Iudicis arbitrio iudicandum relinquimus, cogi possit à Iudice ad petitionem Vicini conquerentis, ut debeat illa ferrari facere, ita & taliter, quòd per illa non possit caput mitti, & Vicini Domus in tuto ponatur.

SVMMARIVM.

1 *Fenestra per quas potest descendi in domum vicini quod sint ferranda adest etiam statutum Bononiæ, & fuit decisum in Consilio Neapolitano.*

Ferrata supradicta si sint fracta sunt iterum apponendæ, num. 2,

De iure communi vicinus non tenetur d. ferratas apponere, n. 3, *&* 8,

4 *Fenestra in Cathalonia quomodo sint aperienda in proprio muro, aut communi.*

5 *Fenestra de iure communi aperiri possunt in proprio muro invito vicino.*

Non tamen in muro communi sine licentia socii, num. 6,

Et licentia data pro una fenestra non potest deservire pro pluribus fenestris aperiendis, num. 7,

9 *Fenestra ferrata supra solum vicini pendere non possunt, si præiudicium adest.*

ANNOTATIO.

1 CVm dispositione huius statuti mandantis quod habens fenestram, seu foramen in muro communi, vel proprio propè vicinum adeò latum, per quod descendi possit in domum, Cortile, vel in hortum vicini cogi possit ad petitionem eiusdem vicini ad illam ferrandam, itaut per illam non valeat caput mitti concordat *Statutum Bononien.* de quo mentionem facit, & illud approbat *Rota apud Zuffi. de legit. proc. crim. decis.* 85, *numer.* 7, *& ferè per tot.* & ita fuit decisum in *Cons. Neapol.* ut dicit *Affl. decis.* 224, *in fin.*

2 Addo prædictis, quòd stante dicto statuto, quòd vicinus teneatur habere ferratas in suis fenestris, nè possit descendere in do-

mum, seu fundum vicini, si dictæ ferratæ reperiantur fractæ, vel vetustate consumptæ vicinus tenetur illas reficere propriis sumptibus *ad tex. in l. Et si forte, 6, §. etiam, ff. si serv. vendic. iuncta, l. cum debere, 32, ff. de serv. urb. præd.* & per *d. tex. ita not. Capol. de serv. urb. præd. cap. 55, n. 3.*

3 Circumscripto autem hoc statuto vicinum non teneri ad apponendas ferratas in suis fenestris, per quas possit introire in domum, seu hortum vicini probat *Capoll. de servitut. urb. præd. d. cap. 55, numer. 3.* licet contrarium fuerit decisum in *Consf. Neap.* ut dicit *Affl. d. decis. 224, in fin.*

A D D I T I O.

4 FEnestræ autem quomodo sint aperiendæ, tàm in pariete proprio, quàm communi iuxta ius nostrum statutarium, ac municipale reperitur dispositum in 2, *volum. Constit. in consuetud. vulgò dict. de Santacilia collatis sub tit. de servitutib.* & ita in casus occurrentia illùc recurre.

5 De iure autem communi regulariter possunt fieri fenestræ in muro proprio invito vicino, non solùm luminares, sed etiam prospectivæ, etiam si per mille annos ibi non extitissent, *l. altius cum sequent. & ibi Bald. & cæteri scribentes, Cod. de servitut. & aqua. Capoll. Cephal. Bero. Carpan. Mansil. Ciarlin. Sperel. & alii,* quos citat *Pacichel. de distant. cap. 6, membr. 4, num. 35,* ubi *numer. 16, & sequent.* ampliationes, & limitationes adfert, novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 25, ad §. 22, numer. 8, & glos. 27, ad §. 24, numer. 3, Modern. ac sanè Doctissimus Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 39, numer. 13, & sequent. tom. 2.*

6 In muro autem communi ab uno domino altero invito fenestræ fieri, ac aperiri non possunt *Pacichel. d. membr. 4, numer. 32, Autun. Portugal. dict. cap. 39, numer. 17,*

7 Et una fenestra ex expressa licentia socii permissa, plures fieri non possunt, *Sperel. dec. 56, numer. 9, Modern. Mansrell. ad Capic. Latr. obser. 66, numer. 16, & obser. ad decis. 157, numer. 22, & sequent.* ubi huic dicto intelligentiam dat authoritatibus *Urceol. Petr. & aliorum,* quem omninò vide.

8 Fenestræ sanè aliquando cratis ferreis sunt muniendæ, præcipuè quoties ita statuitur prout in nostro statuto, aliter certum est de rigore illas apponendas non esse, nec renovandas quatenus priùs per accidens ferratæ extitissent, nisi talis debita fuerit servitus, vel quis ea tollere velit ad vicini æmulationem principaliter, ut sibi spontè sua in eius domum aditum faciliorem pararet, *Capol. Gratian. Sabell. & alii* quos citat *d. Pacichel. d. membr. 4. n. 37.*

9 De æquitate tamen illas reponere, seu tenere prohibitum non est, nisi contradictio insit, & dummodò supra vicini solum protendentes non sint, quia hoc esset cum aliquo eius præiudicio, *Grat. Thor. Sperel. Capoll. & alii,* quos citat *Pacichel. d. n. 37,* apud quem *in toto d. membr. 4,* recurre, qui latissimè materiam hanc fenestrarum tractat, & nisi ita nimis à instituto suscepto me protraherem, per extensum verba dicti Doctissimi Viri hùc transcriberem, quia docta, & non ignoranda.

DE VERSATORIO, ET NECESSARIO.

Rubrica XXXVI.

NVlli liceat Aquæductum, sivè Versatorium apertum habere, per quod Aqua in vias publicas decurrat: Sicut etiam nulli licere Volumus in Muro Communi ex parte sua fabricari facere Versatorium, sivè Necessarium, per quod parieti aliquod præiudicium, vel etiam fœtor vicino inferatur, & si quis contrafecerit Iudex statim illud amoveri faciat.

Si quis verò habeat Versatorium, sivè Necessarium iam constructum in communi pariete, per quod damnum, sivè fœtor Vicino inferatur, Iudex summariè Iuris remediis Dominum cogat, ut omne damnum, & fœtorem tollere, & amovere faciat, Alioquin Ædificium ipsum tolli, & dirui mandet.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Versatorium fieri non potest, quod exeat in viam publicam.*

2 *Et vicinus petere potest, illud amoveri, numer. 2,*

3 *Necessarium fieri non potest in muro communi.*

4 *Licet distinguat Capoll. relatus. n. 4,*

5 *Vicinio datur actio in factum contra immittentem fœtorem in domum suam.*

6 *Latrina, seu versatorium fieri non potest propè puteum vicini, quin paries intermedia construatur.*

7 *Latrinas, seu necessaria ad expurgandum cogere possunt Decuriones personas viles, & quo tempore sint expurganda.*

ANNOTATIO.

SAtis prudenter quidem dispositum fuit in hoc statuto, quòd nemo possit habere Versatorium, per quod aqua decurrat in vias publicas, cùm aquæ ex eo descendentes uti putridæ generent fœtorem, ut dicit *Capoll. de servit. rust. præd. cap. 43, num. 2*, ex quo aër solet corrumpi, & sic generari solet pestis, quod quidem est maximum malorum, ut probavi suprà in hoc *quinto libr. rubr. 30.*

1 Et ideò id reperiatur prohibitum in *l. 2, §. via autem, cum §§. sequent. ff. ne quid in lo-*

2 *co public.* Et ideò vicinum posse cogere, ut illud amoveatur dum nocere potest tradit *Capoll. de servit rust. præd. cap. 67, num. 5.* Et idem est si dict. Aquarolum ex aqua ex eo profluens inundaret parietem vicini, *l. fistulas, 16. & ibi Bart. ff. si servit. vendic.*

3 Necessarium verò fieri non posse in muro communi tradit *Anguis. cons. 29, lib. 3*, quem referendo sequi videtur *Andreol. in*

4 *addit. ad Capol. de serv. in verb. Necessarii materiam, &c. Capol. verò de servit. urban. præd. cap. 65, num. 2, & sequent.* distinguit ad mentem huius statuti, si damnum præcipuè muro vicini inferatur, vel malus odor in domo vicini percipi possit, & si murus est communis pro diviso, vel indiviso, de quo videas ibi per eum.

5 Et quod competat actio in factum contra vicinum in domum suam fœtorem immittentem, uti habetur in hoc statuto est *tex. in d. l. 2. §. idem. labeo ver. idem ait si odore, ff. ne quid in loco public.* & advertit *Choel. in Bull. bon. regim. cap. 31, n. 216.*

ADDITIO.

6 LAtrina, seu versatorium ædificari non potest propè puteum, quin paries duorum pedum versus illum construatur per *tex. in l. 17, §. 7, ff. de actio. empt. Pacichel. de distant. cap. 9, numer. 5*, & conducunt *D.D. citati per Sabell. in summ. diver. tract. §. Aqua, n. 13.*

7 Latrinas, seu necessaria ad expurgandum cogere possunt Decuriones personas viles, & id potiùs de nocte, quàm de die aperiendas & expurgandas esse, potiúsque in hyeme, quàm æstate, *Choel. in bull. bon. regim. cap. 31, numer. 215, & sequent. Pacichel. de distan. cap. 8, n. fin.*

DE DOMIBUS NON DIRUENDIS.

Rubrica XXXVII.

NE Civitas ruinis deformetur, nulla Domus in posterum prætextu maleficii diruatur, præter quam in casu Proditionis, & læsæ Maiestatis, Sed in casibus, qui bonorum publicationem de Iure Communi, sivè Municipali requirunt, publicata Fisco applicetur, aliàs delinquentis hæredibus relinquatur: Addentes etiam quòd quis non possit propriam Domum ratione dominii diruere, & devastare ad vendendum Cuppos, Lateres, Ligna, Ferramenta, & similia, sed integram alienare teneatur, pœna L. librarum quoties fuerit contrafactum, Nisi tamen Domus totalem ruinam minaretur, & Dominus illam propter eius paupertatem reficere, aut sustinere non possit, & emptorem præmisso publico Banno, non inveniret, quo casu de licentia priùs habita à D. Locumtenente, & Magistratu eam diruere valeat. Declarantes, quòd si

quis haberet aliquam Domunculam, illam occasione ampliandi propriam Domum, vel Hortum cum consensu Magistratus diruere possit.

S V M M A R I V M.

1 *Domus non possunt demoliri, ne Civitatis aspectus deformetur.*

Fallit ob crimen lesæ Maiestatis, numer. 2,

Et in domo in qua haretici conveniunt, & se retrahunt, n. 3,

4 *Domus diruta si refici nō possit per dominum quomodo sit agendum.*

5 *Domus debitoris fisco non potest demoliri.*

6 *Domus potest demoliri per Officialem, ut Civitatis aspectus fiat pulchrior.*

Dummodo pretium solvatur domino domus, num. 7,

8 *Domus pro executione non potest discooperiri, & auferri cuppi, & trabes.*

9 *Ædificare non licet in loco publico, sine licentia Principis, & Civitatis.*

Si tamen absque tali licentia ædificetur, si ædificium præiudicium non adfert non est destruendum, sed census supra eum imponitur, n. 10,

Sicuti non destruitur ædificium factum in solo alieno, si domino non nocet, n. 11,

12 *Ædificia nè destruantur interest publicæ utilitati, nè Civitas deformetur.*

A N N O T A T I O.

1 QVod domus de iure non possint de-
moliri nè publicus Civitatis defor-
metur aspectus, ut habetur in hoc statuto,
suadetur ex *l. 2, Cod. de ædif. privat. & ex*
l. ædificia 13, C. de oper. publ. & tradit *Bon-*
fin. ad Bannim general. cap. 36, numer. 10.
& contra demolientes domos sine licentia
Superioris imponitur pęna à *Cōstit. March.*
lib. 4, rubr. 80.
2 Domus committentis delictum læsæ
Maiestatis devastari, uti habetur etiam in
hoc statuto, tradit latè *Farinac. de crim. læ-*
sæ Maiest. quæst. 116, numer. 28, & sequent.
ubi multipliciter hanc conclusionem am-
pliat, & limitat, quas non refero, cùm sint
extra materiam statuti nostri, cum quo con-
cordat *Massin. de confisc. bonor. quæst. 4,*
3 *numer. 69.* Prout etiam devastari domum,
in qua hæretici conveniunt, & se retrahunt,
ut sic in posse Curiæ deveniant tradunt
iidem *Farinac. de hæres. quæst. 190, §. 2, per*
tot. & Massin. de confisc. bonor. d. q. 4.
4 Domus autem diruta si refici non possit
per dominum, & illa pariat deformitatem
in Civitate cogi potest dominus ad illam re-
ficiendam, si verò illam non potest reficere
tenetur illam vendere alteri, qui valeat illam
reficere, quàm si iusto pretio vendere non
poterit potest petere à Republica quantum
sufficiat ad reparationem illius, ut tradunt
Specul. in tit. de satisd. §. hoc quoque Mar-
sil. singul. 470, ubi dicit, quòd hoc putat
difficilè practicari, & *Capoll. de servit. urb.*
præd. cap. 59, n. 4.
5 Addo quod neque potest dirui domus
debitoris fisci, *l. cætera, §. hoc senatus con-*
sultum il primo, & ibi hoc not. Angel. &
Doctores, ff. de lega. 1.
6 Posse autem dirui è contra domum priva-
ti per Officialem publicum, ut Civitatis
aspectus fiat pulchrior est tex. *in l. ædificia*
13, C. de ædif. privat. & tradit *Roma. sin-*
gul. 718, per tot. & ibi adden. Hippol. de
Marsil. in pract. §. aggredior. numer. 68.
7 Dummodò pretium solvatur domino do-
mus, ut post *glo. & Ias. in l. barbarius, 3,*
ff. de offic. prato. & Felin. & Deci. in cap.
quæ in Ecclesiarum 7, de constit. per eos re-
latos declarant *Adden. ad Roma. in dict.*
singul. 718.
8 Addo quod nè Civitas deformetur non
licet discooperire domum, & auferre cup-
pos, trabes, & simil. ut ex *Gilia.* per eum
relato firmat *Post. de subhast. inspec. 14, nu-*
mer. 13.

A D D I T I O.

9 LIcet in loco publico non liceat ædifica-
re absque licentia Principis, & Civi-
tatis ut tradidi alibi, & tenent *Modern Au-*
tun. Portugal. de donationib. Reg. cap. 8, nu-
mer. 39, & alii quos citat novissimè *Pegas*
ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6,
tit. 68, glos. 29, ad §. 26, numer. 4, & seq.
Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1,
lib. 7, disp. 21, numer. 14, Actolin. resol. fo-
10 *ren. 59, numer. 1, & sequent.* tamen si inibi
ædificetur absque tali licentia, & præiudi-
cium sequatur, ædificium destrui debet; si
verò nullum detur præiudicium ædificium
conservatur, imposito in eo sensu, ut iure
directo ædificium publicum censeatur, &
censuale per *l. 2, §. si quis nemine prohiben-*
11 *te, ff. ne quid in loco publico*; prout quando
ædificium factum fuit valdè utile facienti,
&

& ædificanti in solo alieno, si nihil vel parum nocet domino soli, non destruitur *l.2, §.Hi vævrus, ff. de aqua plu. arcen.* & citatis *Deci. Surd. Camunc. & aliis* tradit *Portug.*
12 *d. cap. 8, numer. 40*, & hoc nè ruinis Civitas deformetur; quoniam interest publicæ utilitati ædificia non destrui, ex quo ad decus Urbis pertinent, *Gratian. Surd. Barbos. Hermosill. Ciriac. Amend. & alii*, quos citat *d. Authn. Portugal. eod.cap.8, num.41, & par. 3, cap. 39, à nnmer. 1, tom.2, Hodiern. Amat. & alii*, quos citat *Modern. Carol.. Ant. De Luca ad discep. Gratian. cap. 32, numer. 8, vers. Ulterius, &c. tom.1.*

DE MORTUIS SEPELIENDIS.

Rubrica XXXVIII.

Laudabilis consuetudo in Mortuis sepeliendis nonnullis ab hinc annis inducta omninò observanda erit, & quòd impensa, quæ olim extrinsecus ad pompam non sine Civium iactura fieri solebat, ad Suffragia pro salute Animarū in Ecclesiis porrigenda iuxta cuiuscumque conditionem hæredū arbitrio convertatur. Volumus etiam quòd Ascendentes omnes, Descendentes, & Consanguinei primi gradus non possint exire de Domo ad associandum Cadavera Defunctorum ad Ecclesias, sed die sequenti, vel aliis, quibus Officia pro Defunctis celebrantur, adesse possint, ibique pro salute Animarum Defunctorum, & Propinquorum suorum Deum Opt. Max. exorare debeant.

Declarantes etiam, quòd Civium cadavera extra Civitatem, Defunctorum possint intra Civitatem exportari, & in propriis Sepulchris, & Ecclesiis, unà cum Maioribus condi, & sepeliri, nisi tamen aliqua suspicio Cadaveris, vel temporis qualitas, & occasio aliter suaderet, quod Iudicum, & Magistratus arbitrio iudicandum erit.

SUMMARIUM.

1 *Statuta disponentia circa funera in spectantibus ad utilitatem Ecclesiæ, & Clericorum non valent.*
Secùs si disponat circa vestes lugubres, & alia ad Ecclesiam non spectantia, n. 2,
3 *Mortuorum corpora antiquitùs intra Civitatem non sepeliebantur.*
Hodiè tamen id est permissum, nu.4.
Et mortui extra Parochiam possint ad illam deferri, n. 5,
Et est deferendus si uxorem, & filios in ea habet sepultos, licèt fortuitò sit mortuus in Parochia in qua aderat sepulchrum maiorum, numer. 7,
6 *Sepulturæ materiam qui tractant remissivè.*
8 *Ius sepulchrorum, & capellania an vendi possint.*

ANNOTATIO.

1 Licet statuta laicorum circa funera disponentia de his, quæ spectant ad utilitatē Ecclesiæ, & Clericorū, ut de eleēmosina Missarū, eleēmosina Clericorū, numero candelarū, & Religiosorum comitantium cadaver, & de Cultricis quæ apponuntur super corpus defuncti sint invalida uti prohibentia saltem indirectè liberam facultatem dandi eleēmosinas Ecclesiæ, & Clericis, ut tradunt *Alter. de censu. tom. 1, disput. 16, lib. 5, cap.6, & P. Diana* qui illum referendo sequitur in *Sum. in verbo statutum laicale numer. 9, Grass. de effect. cler. effect. 2, numer. 467, & sequent. & Balth. Thom. de Immun. Ec-*
2 *cles. tit. 1, numer. 117.* Secùs tamen est, si statutum disponat de vestibus lugubribus, apparatu cubiculorum, & de aliis ad Ecclesiam non pertinentibus, ut facit statutum nostrum, & præcipuè quod Consanguinei primi gradus non comittentur cadavera ad Ecclesias nè ibi cum eorum fletibus divina Officia perturbent, quia tūnc statutum est rationabile, & validum, ut declarant *Alter. P. Diana Grass. & Balth. Tomas. in locis proximè adductis*, ac etiam, idem scribit am-

amplia. 501, ubi quamplures dat concordantes.

3 Et licet antiquitùs corpora mortuorum intra Civitatem sepeliri ex leg. 12, tabularum non esset permissum, ut dicit *Barbos. de Offic. Paroch. cap. 26, numer. 5, & Petr. Gregor. Tholos. in Sintag. iur. uni. cap. 21,*
4 *lib. 33, numer.* 4. hodiè tamen id benè est permissum *cap. nullus* 13, *quæst.* 2, *& ibi glos. cap. ex parte 5, cap. cùm liberum, 6. de sepul.* & latè comprobat *Barb. in d cap. 26, n. 8, & Rot. apud Card. Cau. dec.* 15, *n.* 2.

5 Et ideò quod mortuis casualiter extra eorum Parochiam, & etiam extra, Diœcesim deferri posse ad eorum Parochiam sepeliendi tradunt *Nicol. in lucub. utriusque iur. par. 1, lib. 4, tit. 15, sub numer. 19, §. multo magis, &c. & Marched. de sepult. tit. 38, §. 2, num. 63, in fin.* ubi refert *Resolut. Sacr. Congr. Episc. in Caieta. 5, & 26, Octobris* 1604.

ADDITIO.

6 Multa de sepulturis possem hic confarcinare, nisi ita repræhensione dignus effecerem, & ita libenter ea prætermitto; ex quo præcipuè de materia hac tractarunt, præter *citatos hic à nostro Conciolo, Fragos. de reg:m. Reipub. Christian. par. 3, lib. 5, disput. 8, à numer. 512, Murga in suis disqui. moral. per 2, tom. Samuël. P. Passerin. à Sextul. de stat. hom. tom. 2, ad quæst.* 187, *D. Thom. art. 4, inspect. 3, cap. 1, & sequent.* ubi latissimè.

7 Itaque ut tradit hic noster *Conciol. nu.* 5, mortui casualiter extra eorum Parochiam sepeliendi sunt, ac deferendi ad eorum Parochiam, si tamen (ut mihi evenit consulere) mortuus ita casualiter inclecta sepultura extra Parochiam, & in qua aderat sepultura maiorum fuerit mortuus, in propria tamen Parochia sepultos haberet uxorem, & filios, ad propriam Parochiam deferendum esse, & in ea sepeliendum, non autem in Parochia in qua fuit mortuus, & adesat sepultura suorum maiorum, ut ita consului, propter coniecturatam voluntatem sic ab eo sepulturam eligendam fuisse si loquutus fuisset ob cogitationem quod ea in sepultura sepulti extabant filii, & uxor, ad tradita per *dict. Passerin. à Sextula d. tom. 2, art. 4, inspect. 4, cap. 2, num.* 296.

8 Jus autem sepulchrorum, & Capellaniarum an vendi possit ad instantiam creditorum latè cum copia *Doctorum* tradunt *Altimar. ad lib. 2, consil. Rovit. obser. ad consil. 75, per tot. Modern. Carol. Ant. De Luca animadver. ad discep. Gratian. ad cap. 110, per tot. tom.* 1, novissimè *Mansfell ad Capic. Latr. obser. ad decis.* 181, *numer. 8, & sequent.*

DE FAMULIS COGENDIS AD SERVITII tempus implendum.

Rubrica XXXIX.

Famuli, & Famulæ Artificum, & aliorum si promiserint pro certo tempore alicui inservire Domi, sivè in aliqua Apotheca, teneantur conventum tempus complere dummodo Dominus illis mercedem conventam solvat, & non aliter quàm conventum est, eorum opera utatur, & si convenerint, condecentia præbeant Alimenta, & ad hoc famuli, & famulæ, sicut etiam Domini ad persolvendum mercedem per Iudices iuris, & facti remediis compellantur: Et si dicti famuli, vel famulæ damnum aliquod Dominis intulerint, illud emendare etiam cum Salarii retentione cogantur.

SUMMARIUM.

1 *Famuli qui promiserunt pro certo tempore inservire non possunt ante tempus recedere. Ratio affertur, numer.* 2,

Et recedens ante tempus non debet habere salarium, neque pro tempore quo servivit, num. 3, *&* 8.

Nisi

Nisi à domino fuerit expulsus, & alteras operas sui non locaverit, num. 8,

Si tamen alteri operas locaverit, licet à domino sit expulsus, salarium pro residuo non consequitur, n. 9,

Et ad consequendum salarium debet redire si à domino fuerit requisitus, n. 10,

Et tenetur restituere vestes ei traditas, num. 4,

Et sit debitor domini potest retinere illius bona, n. 5,

Ac etiam pro damnis ab eo acceptis, numer. 6,

Etiam cessante hypotheca, n. 7,

A N N O T A T I O.

1 Famuli, & famulæ qui promiserunt pro certo tempore alicui inservire non possunt ante tempus recedere, uti habetur etiam in hoc statuto, & suadetur ex *Caroc. de locat. & conduc. par. 1, in tit. de famul. & pedisseq. quæst.* 10, *numer.* 20, *in addit. inci-*
2 *piev. Addo etiam, &c.* cùm pacta, & conventiones sint servanda, *l.* 1, *& ibi not. glos. & Doctores omnes, ff. de pact.* & tradit *Rota per Merlin. de pignor. decis.* 66, *numer.* 1, *& decis.* 148, *numer.* 4, *& in Vrbinaten. Salviani* 18, *Iunii* 1660. *coram Card. Celsio*, §.
3 *Iniustitia quoque* ubi aliæ recensentur. Itaut si famulus recedat à Domino ante tempus non debeat habere salarium pro tempore, quo servivit, ut voluerunt *Bald. in l.* 2, *col.* 1, *& in l. ede* 3. *numer.* 8, *C. locat. & conduct. Borgn. decis.* 26, *numer.* 44, *par.* 2, *Diaz. de Mena lib.* 1, *variar. quæst.* 8, *numer.* 18, & alii plures quos refert, & sequitur *Giurb. observ.* 67, *numer.* 20, *&* 21, ubi dicit, quòd si famulus illicentiatus decedat potest cogi salarium solutum restituere, ut
4 ibi per eum. Ac etiam tenetur restituere domino vestimenta ei tradita sec. *Bald. & Alex. in l. in his* 67, §. *servis, ff. solut. matrim. & in l. diversarum* 20, *C. de postli. rever. & in auth. habita, ne filius pro patr.*
5 Et quod si famulus recedat à Domino, & remaneat illius debitor dominus, possit retinere illius bona donec solvat debitum tradunt *Bart. in dict. in iis rebus*, 67, §. *servis*, *numer.* 4, *& ibi Roman. numer.* 26, *ff. solut. matrim. Vinc. de Anna singul.* 287, quos refert, & sequitur *Caroc. in d. tit. de famul. &*
6 *pedisseq. quæst.* 10, *num.* 21, *in addit.* & idem dicendum est licere pro damno recepto, uti habetur in hoc statuto, cum favorabilior sit retentio, quàm actio, ut tradunt *Giurb. decis.* 60, *numer.* 5, *Castill. tom.* 3, *controvers. cap.* 15, *numer.* 9, *& sequent. & tom.* 4, *cap.* 42, *numer.* 13, *& Alph. Abolea de cession. iur. tit.* 4. *quæst.* 7, *numer.* 30. *in fine.*
7 Etiam cessante hypotheca, *Cirlac. controver.* 428, *in fin. & controuer.* 430, *numer.* 13. *Post. de subhast. inspect.* 62, *numer.* 4, *Rota apud Merlin. de pignor. decis.* 1, *numer.* 2, *& decis.* 78, *n.* 7.

A D D I T I O.

8 Statuti autem nostri dispositio non procedit quoties per famulum non stetit, quominùs tempus conventum adimpleretur, veluti ex quo fuit à domino expulsus; quia tali casu si post expulsionem alteri domino suas operas non locaverit, famulus pro toto tempore salarium consequetur, *l. qui operas, & l. sed addes*, §. *ult. ff. locat. & alii text.* quos citat *Zachia de salar. quæst.* 68, *num.* 12, *Fragos. de regim. Reipub. Christian. par.* 1, *lib.* 5, *disp.* 13, §. 9, *numer.* 204, tamen si absque culpa domini recedat ei salarium non debetur, etiam pro tempore quo servivit, *Fragos. ibid. numer.* 205, *Giurb. obser.* 67, *numer.* 20, & tradit *Conciol. hic. num.* 3.
9 si tamen alteri operas suas pro residuo temporis locaverit tale salarium consequi non potest; ex quo non potest quis eodem tempore duobus dominis servire, & à duobus salarium recipere, *Zachia d. quæst.* 68, *numer.* 17, *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 50, *n.* 34, *& seqq.*
10 Scias tamen, quod etiamsi culpa domini conductoris famulus ante tempus fuerit expulsus, & sic fine causa, si à dicto domino fuerit requisitus redire, & illi operas suas præstare, usque ad implementum temporis conventi redire debet, aliter salarium ei non debetur, *Zachia d. q.* 68, *n.* 16.

DE

DE MERETRICIBUS.

Rubrica XL.

SI Mulier aliqua reperiatur in Civitate Eugubii, quæ impudicam duxerit Vitam, & sui corporis quæstum palam fecerit, de qua Vicini conquerantur, tunc ex dicto loco, & Vicinia, si ibidem personæ honestæ inhabitent, talis Mulier expellatur, & si Domum propriam inhabitet, eam vendere cogatur, & debeat se conferre ad alium locum à Meretricibus habitari solitum, & ad id summariè per Iudices iuris, & facti remediis compellatur. Nulla etiam dictatum Meretricum audeat in Ecclesiis se ponere, & intromittere cum Mulieribus honestis, sed ab eis separatim stare debeat, sub pœna lib. x. quoties contrafecerit.

SUMMARIUM.

1 *Meretrix potest expelli de vicinio ad instantiam vicinorum, & n. 7,*
Etiam contradicente locatore, n. 9.
Taliter quod post expulsionem non possunt peti à locatore logerta, n. 20,
Et hoc etiam si domus sit propria, numer 2,
Declara, ut num. 3,
Si verè tamen meretrix sit, & vivat ut scandalum causet, n. 8,
Fallit in ea, quæ solùm alicui amasio sui copiam facit, n. 4.
Nequè in muliere nupta, nisi vir sit leno, num. 5,

6 *Meretrix quæ dicatur; & eius materiam remissivè, & n. 11,*

10 *Meretrices in Civitatibus sunt tolerandæ.*

12 *Meretrices licitè retinent quæsita, licet illicitè querant.*

13 *Meretrix si de mercede convenit eam petere valet*
Et etiam si de ea non fuerit conventum, num. 14,
Non tamen ita, quæ non est publica meretrix, num. 16,
Licet expressè possit locare operas suas ad fornicandum, n. 15,
Et ita potest pro eis recipere aliquid, num. 17,
Non tamen è contra, si ea aliquid viro promiserit, num. 18,

19 *Meretrix ante operas præstitas non potest agere ad mercedem,*

ANNOTATIO.

1 STatutum supradictum quòd Meretrix
possit expelli è vicinia honestarum per-
sonarum ad instantiam vicinorum concor-
dat cum iure communi, quo idem fieri pos-
se statutum est, ut tradunt *Menoch. de ar-
bitr. casu 328, numer. 14, Thes. Iun. quæst.
foren. 33, nu. 1, lib. 1, Calvin. de æquit. lib. 1,
cap. 33, numer. 4, & Bonfin. ad bannim. ge-*
2 *ner. cap. 6, numer. 10.* Etiam si domus sit
propria, ut habetur in hoc statuto, *Thesaur.
Iun. d. quæst. 33, numer. 4, Calvin. in dict.*
3 *cap. 33, numer. 7.* Quæ tamen habet locum
in ea, quæ impudicam vitam ducit, & pu-
blicè sui corporis quæstum facit, quæ verè
dicitur Meretrix *cap. meretrices, 32, quæst.
4, l. si ea quæ. 22, C. ad leg. iul de adult.* &
tradunt *Covar. in 4, Decretal. par. 2, cap.
8, §. 11, numer. 4, Farinac. de delict. carn.
quæst. 136, numer. 76, & sequent. & cons. 33,
numer. 30, & ibi Adden. lib. 1, Gratian. di-
scep. forens. cap. 135, numer. 8, par. 1,* ple-
nè *Barbos. de appell. verb. signif. appell. 150,*
4 *numer. 1.* Non autem habet locum in illa,
quæ amore capta alicui sui copiam facit, quæ
non dicitur propriè meretrix, ut declarant
*Menoch. de arbitr. d. casu 328, numer. 14,
Barbos. d. appell. 150, numer. 2, & Bonfin.
in d. cap. 6, num. 10,* qui alios adducunt ita
sentientes.
5 Si verò meretrix sit nupta nequit ipso vi-
ro invito expelli à vicinia favore matrimo-
nii, nisi vir sit leno uxoris propriæ, vel nisi
quæstum publicè faciat, ut not. *Gratian.
discep.*

discep. forens. cap. 135, num. 20, & sequent. par. 1, & cap. 962, numer. 19, par. 3, Peguer. decis. 12, per tot. Caball. resol. crimin. casu 184, fere per tot. & Bonfin. ad bannim. gener. d. cap. 6, num. 10.

6 Et meretrix quæ verè dicatur latè tradunt *Farinac. de delict. carn. d. quæst. 136, numer. 76, & plur. sequent. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 472, numer. 4, & sequent. & Barbos. de appell. verb. signif. d. appellat. 150, per tot.*

ADDITIO.

7 MEretrices possunt de iure communi expelli è vicinia, & convicinia honesta, etiamsi sint maritatæ, si virum lenonem habent, ut tradit *hic noster Conciol. numer. 1, & sequent.* & cum eo *Avendan. Sanfelic. Thor. & alii citati à Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obser. ad decis. 316, num. 1, Matthæu. de re crim. contro. 59, numer. 2,* novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 22, cap. unic. numer. 24, & sequent. Severin. in addit. ad decis. 356, Sanfelic. per tot.* modernè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, tit. 22, glos.*
8 *6, numer. 4, & sequent. pag. 505.* imò sunt expellendæ si verè meretrices sint, tàm inhonestè viventes, ut vicinis scandalo sint, *Thesaur. quæst. forens. 73, lib. 1, Fontanel. decis. 503, numer. 3, Matthæu. ubi suprà nu-*
9 *mer. 26,* & ad instantiam vicinorum, etiam contradicentibus locatoribus, *Fulgine. de iur. emphiteo. tit. de divers. quæst. emphiteo. quæst. 20, per tot.* maximè *n. fin.*

10 Meretrices autem extra Civitatem expelli non possunt, quia tolerantur propter maiora mala evitanda, benè tamen eæ, & lenones morari debent in extremis partibus Civitatis; quia sunt vastatores Civitatis *Mastril. & alii citati à d. Carol. Ant. De Luca d. obser. 316, n. 6.*

11 De meretricibus latè agunt *DD. citati hic* per *nostr. Conciol.* signanter *Ricciul.* & præter eos *DD. citati per Modern. Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. in tom. 2, glos. 35, ad §. 33, tit. 8,* ubi alibi se refert *Matthæu. d. contro. 59, per tot.* novissimè *Altimar. de nullitatib. rubr. 11, quæst. 9, à numer. 69,* & pariter novissimè *Brilla ubi suprà à dict. numer. 23, Severin. ad dict. decis. 356, Sanfelic. per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 2, disput. 4, à numer. 161, & alii passim,* quos scienter
12 omitto: solùm dico quòd meretrices licèt illicitè acquirant, tamen licitè retinent quæsita ex meretricio, *Modern. Anton. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 28, num. 22, & sequent.* latissimè *Franc. Mar. Prat. respon. crim. 3, per tot. Fragos. ubi supr. à numer. 167, Passerin. à Sextula de stat. homin. tom. 1, quæst. 186, art. 7, numer. 499,* & quia in his incidimus ad prolixitatem vitandam hùc verba uti à tam celebri Viro prolata transcribam, *Modern. Carol. De Luca ad discep. Gratian. animadver. ad cap. 218, numer. 1, & sequent.* qui sic ait, & ut sequitur dicit.

13 Uno ore Theologi, Canonistæ, ac Civilistæ affirmant, actus venereos, & coitus cum meretrice, licet turpes, & illiciti sint, tamen quia in foro fori non sunt punibiles si mulier ad hoc locet operas suas, & de mercede conveniat, petere eam valebit, ut *Gratian. numer. 5, & 6, Gizzarel. decis. 54, per tot. Carlin. controver. 33, numer. 127, Zachias de salar. quæst. 76, numer. 1, Prat. respon. crim. 3,* quidquid velit *Navar. in manual. cap. 17, numer. 41,* arguens in contrarium, quia ex tali actu sequatur ratihabitio peccati: id etenim negat *Zachias n. 9.*

14 Ampliatur, ut etiam possit petere meretrix mercedem, etiam si non fuerit de ea conventum, quia dari semper est solita, *Covarr. in reg. peccatum par. 2, §. 2, numer. 4, Zachi. numer. 15, & sequent. Pacion. de locat. cap. 15, num. 18.*

15 Controvertitur in occulta fornicatione, utrum quæ non est publica meretrix possit locare operas suas ad fornicandum: Negativam tenent *Cyn. in l. 2, C. de condict. ob turp. caus.* & ibi *Angel. Abb. in cap. quia plerumque numer. 14, de immunitat. Eccles.* At communiter reprobari, uti improbabilem tradit *Gratian.* & post alios *Zachias numer. 20,* ubi quod occultè peccans plus, quàm publicè valeat petere, & plus meretur nemini pervia, quàm omnibus obvia.

16 At declaranda venit hæc sententia, ut procedat in locatione expressa, non autem tacita; quia si mulier non est meretrix, non facilè argui poterit hæc tacita locatio, sed consensus per amicitiam, & affectionem, quo casu merces non debetur, *Aretin. in §. fin. Instit. mandat.*

17 Nec in contrarium urget *Gratian. nu. 6,* quia non dicit, occultè mulierem sui copiam facientem agere posse in iudicio pro mercede assequenda, sed tantùm dicit, posse recipere aliquid, vel etiam conventionem de mercede facere, quod non negatur, & posset adhuc præsumi tacita locatio ex circunstantiis, ut si mulier esset solita occultè locare similes operas, ita *Gratianum* declarat *Pacion. n. 60.*

18 De-

18 Declaratur, ut possit peti merces conventa per mulierem; secus è contra, ut si quid ipsa mulier homini promiserit, *text. est in l. fin. §. ultim. ff. de actio. & obligatio.* & latè *Berlich. conclu. 39, par. 5, numer. 19, Pacion. numer. 61,* qui etiam declarat, non posse peti mercedem, si actus venereus, pro quo petitur, sit punibilis ex parte petentis, quamvis soluta merces possit retineri, nec ab uxore marito occultè restitui. At contrarium vult *Zachias numer. 21.* de pretio promisso virgini, seu coniungatæ. Qui non satisfacit *text. in l. Lucius, ff. de iure fisci*, ubi scelestè acquisita fisco sunt applicanda. Neque satisfacit idem *Pacionus*, verius enim erit, quod si coitus sit punibilis, possit peti promissa merces, & acquiretur fisco.

19 Declara similiter, ut agi possit pro mercede, postquàm mulier operas præstitit non ut anteà agere possit, cùm sit promissio de re turpi, ut est *text. in cap. in malis 22, q. 4,* latè *Gizzarel. numer. 11, Pacion. numer. 64,* hæc *Doctissimus De Luca.*

20 Pro coronide scias quòd pensiones domorum futuri temporis, post expulsionem meretricum, cædunt in damnum locatoris, non tamen illorum, quorum occasione fuerunt meretrices domos ipsas habitantes expulsæ, cum locatori imputetur, *Brilla dict. tit. 22, cap. unic. numer. 29,* ubi *Rovit. Ricc. & alios* citat *Severin. ubi suprà, vers. Si meretrix, &c.*

DE CIRCVLATORIBVS, SIVE CERETANIS ultra triduum non permittendis.

Rubrica XLI.

Quia sæpè experimur Circulatores, sivè Ceretanos sub prætextu Medicamentorum, & aliarum rerum ab eis vendendarum Iocis, & Mendaciis non parvam pecuniarum quantitatem à Civitate extrahere; volumus eos absque licentia D. Locumtenentis ad vendendum non admitti, quæ ad triduum tantùm detur, & non ulterius, quo elapso à Civitate recedere debeant, & compellantur ad pœnam libr. x. qualibet die contrafecerint, cuius medietas Denuncianti, & Executori concedatur, altera verò Fisco applicetur.

S V M M A R I V M.

1 *Circulatores plures committunt fraudes in extorquendis pecuniis à Civibus.*

2 *Decuriones debent procurare suorũ Civium utilitatem, & commodum.*

3 *Ceretani, & Circulatores sunt personæ infames, & plura de eis remissivè.*

A N N O T A T I O.

1 Tot quidem sunt fraudes, & deceptiones, quæ fiunt pro extrahendis pecuniis ex marsupio Civium per istos Circulatores, quæ latè recensentur per *Thom. Garzo. in sua Platea univers. ca. 103, per tot.* ut providè statutum fuerit, quòd illi in Civitate Eugubii non permittantur ultra triduũ, cùm ad Officium Decurionum spectet suorum Civium utilitatem, & commodum procurare, & nè illi in boni communis detrimentum depauperentur, ut latè comprobat *Petr. Ant. Ala de decurio. Christian. quæst. 29, per tot.* 2

A D D I T I O.

3 Ceretani, & Circulatores qui sint, tradunt *Calvin. in lexicoñ. & Beyerlinc. in theatr. vit. hum.* his verbis: *Tamen scias quos hi omnes sunt infames, & ut tales reputantur*, quod pariter tradunt *Ricciul de reprob. lib. 5, cap. 8, numer. 6,* ubi *Bart. Bald. Castren. Angel. Alberic. & alios* citat, & de his *Caball. cas. 178.*

QVOD

QVOD PORCI PER CIVITATEM ire non permittantur.

Rubrica XLII.

QVi Porcos in Civitate, vel Burgis nutriunt, nullatenus finant eos per Civitatem, vel Burgos discurrere, aut vagari, sed illos Domi reclusos habere debeant sub pœna 40. solidorum pro quolibet Porco vice qualibet persolvenda,& nihilominus teneatur Dominus ad emendatiōnem damni, si quod fecerint, & propterea liceat cuilibet damnum Passo Porcos capere, & recludere, donec ei fuerit satisfactum, aut saltem præstita cautio de satisfaciendo: Exceptis tamen Porcis duobus S. Antonii, qui ob utilitatem dictæ Ecclesiæ ali permittantur per Civitatem. Scrofas autem nemo audeat tenere in Civitate, vel Burgis, aliàs ultra damni emendationem pœnam V. librarum incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Porcorum flatus, & immunditia possunt pestē generare in Civitate.*

2 *Piæ causæ favore plura specialia sunt in iure inducta.*

3 *Porci, & animalia aliquando in detestationem delictorum pœnis puniuntur.*

4 *Rustici, & pauperes magis præiudicantur ex amissione porci, quàm divites ex amissione pecuniæ.*

ANNOTATIO.

QVod habentes regionem sanitatis possint prohibere, ne quis Porcos,aliudvè fœtidum, aut venenosum animal teneat
1 in Civitate, ut habetur in hoc statuto, quia eorum flatus, & immunditiæ possunt locum, & Civitatem reddere pestilentem tradit *Ripa de peste in tit.de remed. preserv.contra pestem numer. 88.* Duo verò porci in utilitatem Ecclesiæ S. Antonii permittuntur nòn tantùm quia duo tantum non pos-
2 sunt tam perniciosum effectum producere, sed etiam quia plura favore piæ causæ permittuntur, quæ aliàs non permitterentur,ut videre est apud *Rube.de testam. cap.10, num. 590, & sequent. & n. 609,*

ADDITIO.

3 NOn solùm ratione tradita *hic à nostro Conciol. numer.* 1. statutum reperitur quod non permittantur ire porci per Civitatem, sed nè damnum per ipsos inferatur, nè in detestationem eorum delictorum in eis, ac aliis brutis fit animadvertendum, prout ita factum Romæ tradit *Carpzou. in pract. crim. quæst.* 101, *numer.*20, *&* 21, & tradunt *Minyan. in bass. Pontific. iurisdict.tract.*2, *fundam.* 1, *quæst.* 3, §. 2, *numer.*37, *pag.mihi* 110, *Quesada & Pilo contro.* 14, *num.* 20, vidend.. *Pegas ad lib.* 1, *ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 5, *tit.* 68, §. 28, *cap.* 7, *num.* 5, ubi *Bovadil. & Fragos.* citat,& materiam huius rubricæ tractat.

4 Nota tamen quòd rustici, ac pauperes magis damno afficiuntur ex offensa facta suo Porco, quàm dives ex amissione 200. ducatorum, *Novar. Ciriac. Menoch. & alii.* quos citat *Quesada & Pilo controver.*7, *numer.* 30, ubi ex *Lazart.* tradit, quod qui aufert rustico Porcum aufert ei oculum, quod pariter recenset *controver.* 14, *num.*10, novissimè *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. animadver. ad cap.* 206, *n.* 2.

DE

DE INTERFICIENTIBVS LVPVM.

Rubrica XLIII.

SI quis in Comitatu quocumque modo Lupum interfecerit, habeat à Communi Eugubii florenum unum, Si verò in Territorio Castrorum occiderit, dictum florenum ab illa Vniversitate consequi possit, & debeat.

SVMMARIVM.

1 *Lupus est bestia rapax, & cruoris appetens, & maximè damnosus.*
2 *Statutum concedens premium occidenti lupum, non habet locum in occidente lupam pregnantem.*
Et quid si occidat lupam lactantem cum lupatinis, n. 3.
4 *Luporum venatio à quibus tractatur remissivè.*

ANNOTATIO.

MAgna cum ratione prudentes Eugubini statuerunt in hac Rubrica dandum esse præmium occidentibus lupum,
1 cùm lupus sit bestia rapax, & cruoris appetens, qui rabie rapacitatis, quemcumque invenerit trucidat, & quando inter animalia prævalet, si non resistatur totum gregem strangulat, & occidit, licet totum comedere non possit, ut eleganter scribit *Gugliel. de Benedi. in cap. Rainutius in verbo, & uxorem nomine Adelasiam. decis. 5, numer. 316,* ubi ex *Arist.* subiungit, quòd illius morsus adeò sunt mali, ut ex eis exeat virus, & curentur sicut morsus canis rabidi, ut ibi per eum.
2 Adnotandum tamen est, quòd dictum statutum concedens præmium interficienti lupum non habet locum in interficiente lupam pregnantem, quia debet habere unum tantùm præmium, non autem plura pro lupatinis, qui sunt in utero, ut tradunt *Bart. & Bald. in l. qui in utero, ff. de stat. homi.* idem *Bald. in l. fin. ff. de libe. cau. & Alex. in l. in lege Falcidia. la 2, ff. ad leg. Falcid.* Et quid si capit, vel occidit
3 lupam lactantem cum lupatinis vide *Imol. in d. l. in lege Falcidia. & Felic. in cap. sicut. 20. de homic.*

ADDITIO.

4 DE venatione luporum extat expressa lex Castellæ nempè *5. tit. 8, lib. 6, Recopil.* ad quam recurre, & ad *Doctores* eam glosantes, & *ad alios* quos citat novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom 5, tit. 65, glos. 23, ad §. 21, numer. 1, pag. 31,* ubi latè de hac venatione luporum agit, quam consule,

TAXA MERCEDVM EXECVTORVM.

Rubrica. XLIV.

NE Cives, & districtuales propter nimiam Executorum cupiditatem graventur, Sed Taxa Mercedum à Serenissimis Ducibus approbata omninò servetur, atque omnibus innotescat; Volumus illam in præsenti Volumine Statutorum de verbo ad verbum describere, & registrare, prout etiam extat in Tabella in Audientia Palatii. Videlicet.

Se alcuno de gl'Vffiziali, & Essecutori farà legitimamente per la licenza datali, alcuna Essecutione, ò pegno reale, per Cause Civili, nella Città, ò Borghi

Borghi di essa, habbia per sua mercede quattro bolognini per ciascun pegno, & un soldo al Balìo, che sarà con esso di qualunque quantità sia fatta detta essecutione, & nel Contado l'Vffitiale, & Essecutore habbia bolognini cinque per ciascun pegno, & il Balìo soldi doi, e non più, laqual mercede s'intenda quando saranno li sopradetti pegni in diverse Ville, ò Castelli: ma quando nella medesima Villa, ò Castello saranno più pegni, all'hora habbino solamente l'essecutione, come l'havessero fatta nella Città, sotto pena di restituire il doppio di quel che havessero havuto, e di perdere la giusta mercede, & in oltre di doi scudi per ciascuna volta.

Per qualunque essecutione personale, ò sospetti di fuga, che si ritrovassero, ò facessero prigioni per le sopradette Cause Civili, nelli luoghi detti di sopra, habbino havere li sopradetti Essecutori, & Balij altretanto di quella mercede, che di sopra è stata tassata per qualunque quantità sia l'essecutione, e non più sotto la detta pena.

Per Sequestri, tenute possessi, che saranno secondo le concessioni, che haveranno haute, habbino solamente quella mercede, che è detta di sopra nell'essecutioni reali per le Cause Civili, sotto la detta pena.

Per Raccomandationi, ò Confirmationi di coloro, che fossero ritenuti prigioni ad instanza d'altri Creditori, habbino haver solamente un bolognino per ciascuna raccomandatione, sotto la detta pena.

Che per qualunque essecutione reale, & personale, che si facesse nella Città, e Borghi d'essa, contro persona particolare, per paglia, legne, imposte de guastatori, & Acquedotto della Muraglia di Pesaro, & altre imposte ordinarie, & straordinarie, che da S. A. S. o dall'Illustre Communità s'imponessero per l'avvenire, ò fussero già imposte per il passato, non possa haver l'Essecutore più che un bolognino per ciascun pegno, & un quattrino al Balio, & se il debito sarà da bolognini 20. in giù, e da bolog. 20. in sù, per fino à bolog. 80. bologn. 2, all'Vffitiale, e quattrini doi al Balìo per ciascun pegno, e da quella somma in sù un grosso all'Vffitiale, e quattrini quattro al Balìo per qualunque somma sia nella Città di Gubbio, e Borghi, e per le essecutioni, che saranno fatte nel Contado si raddoppi la detta mercede, con riserva però se li pegni saranno fatti nelle medesime Ville, ò Castelli, come si è detto dell'Essecutioni Civili, sotto le dette pene.

Per l'Essecutioni reali, & personali, di sicurtà, ò precetti, ò altre pene, che nasceranno per contratti, è conventioni delle parti, habbia havere il sopradetto Essecutore solo un soldo per fiorino, tanto di quella quantità, che è applicata alla Camera, quanto di quella, che si deve alla Parte osservante, la qual mercede detto essecutore habbia havere quando il Fisco, e la parte saranno sodisfatte di quello, che devono havere, ò per rata di quello si pagasse, e non altrimente, sotto la detta pena.

Che quando il Giudice per disubidienza per qualche parola, ò atto, che havesse detta, ò fatto, ordinarà, che sia menato prigione per castigo, ò pena di quella loro inobedienza, ò per testimonio, informatione, overo perche contra di loro si cercasse alcun altro delitto, in quel caso debbino havere gl'Essecutori quella mercede, che dal medesimo Giudice sarà loro tassata, considerata la qualità della pena, e la causa della retentione, purche la mercede non ecceda la somma di tre giuli.

Per l'Essecutioni reali, e personali, che si faranno contro gli Vffitiali pre-

Hhh senti,

senti, passati, ò futuri debitori della Camera, ò della Communità di Gubbio per cagione di Datij, Gabelle, Offitij di qualsivoglia sorte, come del Sale, della Carne, del Passo, Damno dato, è simili, habbino gli Essecutori per lor mercede un soldo per fiorino, e non più per quella quantità, che saranno debitori.

Per Essecutioni reali, e personali fatte per causa di multe, purche citati non siano comparsi, à presentarsi avanti al Giudice, ò à rinovar sicurtà, ò da altri loro comandamenti, debbino havere gli Essecutori per la lor mercede grossi doi per ciascheduna multa di qualunque quantità si sia, & in qualunque luogho sia fatta l'essecutione, e questa mercede habbi havere dopò che haverà fatto il pegno idoneo, e gli Condennati havetanno supplicato, ò dato sicurtà di supplicare per la detta condenatione.

Per l'Essecutioni personali contro alcuno, che havesse commesso alcun delitto, per il quale fusse imposta, ò si dovesse imporre per li Statuti, ò Decreti solamente la pena corporale, ancorche all'hora non sia fatta la condennatione, debba havere per sua cattura, subito, che l'haverà ritenuto prigione, un fiorino per l'essecutione fatta, e se l'essecutione sarà fatta dopo la condennatione in detta pena corporale, habbia havere fiorini doi, e non più, e la medesima mercede habbia havere, ancorche se la pena del delitto fusse Alternativa, cioè pecuniaria, ò corporale, in caso che il delinquente non pagasse infrà il tempo, ma se la pena fosse parte pecuniaria, e parte corporale possi havere tanto per libra, come è tassato qui di sotto nella pena pecuniaria.

Et in caso, che alcuno comparisse spontaneamente avanti alcun Giudice, & il Giudice comandasse, che fosse tenuto prigione, e così di sua volontà vi andasse, se la pena del delitto, del quale è imputato fosse la pena della vita, habbia havere l'Essecutore grossi cinque, e per qualunque altro delitto si sia grossi dui, e non più.

Per Cattura fatta di alcuno, che portasse le Armi contro li Decreti di S. A. S. non possa haver l'Essecutore altra mercede, se non quella del guadagno dell'Armi, intendendo solamente dell'offensive, e della parte della pena, che li sarà data da i medesimi Decreti, riservata la gratia di S. A. S. ma quando havesse licenza di poterla portare, all'hora non possa havere ne anco essecutione alcuna.

Per l'Essecutioni fatte personali contra condannati per alcun delitto in pena pecuniaria, habbia haver l'essecutore un quattrin per libra di quella quantità, che sarà condennato, ò veramente un bolognin per fiorino della quantità, che entrarà in Camera, dopò che lui sarà gratiato, e non altrimente, ne prima che la Camera sia sodisfatta.

Per l'Essecutioni reali, e pegni fatti nella Città, e suoi Burghi contro condennati per cause Criminali, ò Danni dati in pena pecuniaria, habbia havere bolignini cinque da libre trenta in giù, è da libre 30. in sù un quattrino per libra à buon conto di quanto si potrà rittahere dall'ispeditione di dette pene, di modo che non sia pagato l'Essecutore, se non per rata di quello, che entrarà in Camera, Ne possa conseguire intieramente la sua mercede, se il pegno che haverà fatto non sarà bastante alla sodisfattione della pena, ma per rata del retratto, che se ne sarà, come si è detto di sopra, sotto la pena di doi scudi, e della perdita dell'essecutione ogni volta, che contrafaranno, e per soprodette essecutioni fatte nel Contado habbi havere altrettanto di quello, che è detto di sopra, con riserva se l'essecutioni saranno fatte in un medemo Castello, ò Villa, che al-

all'hora sia pagatto come l'havesse fatto nella Città, come si è detto di sopra dell'essecutioni Civili.

Che li pegni quali detti Essecutori haveranno fatto per qual causa si sia, tanto nel Contado, quanto nella Città siano obligati per termine di due giorni consignarli al Depositario della Città, ò lasciarli in man del Sindico di Castelli, ò Ville, con ordine, che il Sabbato seguente l'habbia à portare al medesimo Depositario, sotto la detta pena.

Che detti Essecutori non possino, ne debbino havere, ne far pagare serratura, e sferratura da alcuno, che da loro fosse ritenuto prigione, se dal Giudice della causa non haverà hauta licenza in scritto di doverli metter li ferri; la qual licenza il Giudice la possa solamente concedere quando il carceraro sarà imputato di alcun delitto, per il quale venisse condennato in pena corporale, ò veramente la pena fosse pecuniaria, & il carcerato non volesse dar sicurtà de tuto carcere, & in quei casi, ne'quali dovesse legitimamente esser pagato della ferratura, e esferratura debba havere uno scudo dove fosse la pena corporale, e dove fosse pecuniaria mezo scudo.

La Mercede della prigionia sia ogni caso, un bolognino il giorno, come è usato sempre.

Che l'Essecutore non possa, ne debba havere la sua mercede, se non quando con effetto haverà fatto l'essecutione intieramente.

Che non debba havere la mercede dell'essecutione più di una volta per una medesima causa, ancorque l'havesse fatta più volte, ma il debitore non havesse sodisfatto intieramente il creditore per difetto, e colpa di detto essecutore.

Che dovendo pigliare la persona, e non la pigliando non possa, ne debba havere mercede alcuna, e perciò non possa pigliare la robba, e massimamente le armi di quella persona, che devono pigliare, se non in quanto bisognasse per servitio della Camera, ò d'altri, per chi facesse l'essecutione, deponendo detta robba in mano del Depositario de pegni, da darsi poi à chi sarà di ragione.

Che pigliando alcuna persona, che havesse armi, denari, & altre robbe adosso, debba l'essecutore subito con inventario deporle medesimamente in mano del Depositario de pegni, da darsi poi à chi sarà di ragione, come di sopra.

Che in caso debba havere rara alcuna di pena per virtù dello Statuto, ò Decreto, ò Bando, s'intenda, che habbia havere solamente la rata del gratiato, cioè havendo rispetto alla quantità, che il delinquente deve pagare per la gratia, e non à tutta la pena.

Che non habbia haver mercede alcuna per l'essecutione, ove hà la rata della pena, ma sia contento di quella rata sola, eccetto in caso che il delinquente havesse gratia libera, nel quale habbia l'essecutione, e mercede, come di sopra nell'altro capitolo.

Che non possa havere, ne fare alcuna Essecutione civile, e criminale, reale, e personale, se non ha licenza dal Giudice, eccetto dove trovasse il delinquente in flagranti crimine, ò che fosse notorio delinquente, ò condennato sotto la pena sopradetta.

Che detti Essecutori non possino mancare di non far l'essecutioni infra termine di otto giorni al più, dal dì, che saranno ricercati nelle cause civili, sotto pena di doi scudi, e non debbino pigliare più delle sopradette mercedi ordinateli, ancorche dal creditore, ò debitore li fosse offerto di vantaggio, e contrafacendo siano tenuti alla pena di restituire il doppio, e mancando di esseguire

nel modo sudetto, se li debba ritenere del lor salario immediate.

Che il Notario de Malefitij per l'inventari, che farà de beni de delinquenti, in caso, nelquale per la forma de Statuti, ò Decreti di S. A. S. fosse la pena di confiscatione de beni, debba havere nella Città, ò Contado un Fiorino per sua mercede, e non più, & in caso, che alcuno fosse ferito, ò che per simili ferite non ne seguisse la morte, debba havere grossi cinque nella Città, e Contado, e non più, se dal Medico non sarà giudicato con Giuramento, che la ferita fosse mortale, e non altrimente, sotto la pena di restituire il doppio di quel che in simili casi havesse hauto; Dichiarando, che per un medesimo delitto, facendo in una casa diversi inventarii, overo per più delitti, ò delinquenti, facendo un'Inventario solo, non debba havere se non un Fiorino, come se fosse un solo Inventario, & un sol delito.

Per le Cassature, e Mercedi del Notario della Camera, si dichiara, che per le pene criminali ordinarie de delitti, debba havere il medesimo, tanto per lettera, secondo la Tassa Vecchia nella Gabella; la qual cosa s'intenda solamente nelle pene criminali, ogni volta, che insieme con la pena del delitto, fosse anco la pena di haver portato l'Armi, ò altri simil casi, debba haver solamente per la cassatura della pena dell'armi un giulio, e non più, e nel resto la cassatura ordinaria; E quando alcuno fosse condennato per le Armi solamente senz' altra pena, all'hora sia lecito al Notario haver per cassatura la mercede delle pene corporali, ò d'altro, che fosse ricerco colui, che havesse portato le Armi.

Per la cassatura di qual multa si sia per non esser comparso à i precetti del Giudice, ò non havesse in tempo rinovate le Sicurtà, ò fusse stato contumace in qualunque modo si sia, debba havere detto Notario per la sua cassatura un giulio per multa, per qualunque quantità si sia.

Per le risposte da farsi avanti al Giudice, li Notari non possino havere se non mezo grasso per risposta, e non più.

Che quando occorresse, che li Giudici facessero mettere, ò ritener prigione alcun testimonio per haver la verità, vogliamo, che in tal caso gli Essecutori, Barigello, ò altri in nessun modo habbino cosa alcuna, ne anco la prigionia, se non constasse, che gli havesse detto il falso.

Che comandando il Giudice, che alcuno vada in Palazzo prigione, e colui andandovi da se stesso, non possa esser astretto à pagare cattura alcuna, ma solamente la prigionia.

Che ne anco per cattura, ò prigionia si possa far pagare più à forestieri, che à quelli della Città, ma siano trattati egualmente, come si è fatto fino al presente.

Et nascendo alcuna differenza intorno alli capitoli già fatti, il Giudice della causa la debba dechiarare, dalla cui dechiaratione l'Essecutore non possa altrimente reclamare, ma debba starsi principalmente à detta dichiaratione. Frivola tamen appellatione non obstante.

Et perche poco giovarebbe poner le leggi, e pene contra detti Essecutori, e Barigello contrafacendo à detti capitoli, e non se li facesse pagare, però ogni volta, che alcun di loro incorrerà in alcuna di dette pene imposte, il Giudice senz' altra solennità, faccia un bullettino al Camarlengo facendo ritenere del Salario del Barigello la detta pena incorsa in quel Mese, senz' aspettare altrimente il Sindicato.

Su

Supradicta Capitula Confirmamus, Concedimus, & Observari mandamus G. V. D.

Innoc.

Iacob.

Vrbini Die 2. Settemb. 1566. Nicolaus.

Auvertino ancora gl'Essecutori di non riscuotere i Gravami di quei Giorni, ò Settimane, che non sono stati à casa del Debitore, ma che vi vadino con effetto à fare i pegni, & à gravarlo conforme alla Pronuntia del Giudice, acciò il creditore venga quanto prima satisfatto.

NEll'Essecutioni Camerali la Tassa delle Mercedi, tanto de gl'Essecutori della Città, come del Bargello di Campagna, è prescritta per Decreto Ducale sotto il dì 22, di Gennaio 1613. Registrato nel Libro de i Decreti à car. 372.

DE GABELLA PASSAGII.

Rubrica XLV.

CVrandum est etiam à Magistratu, & Revisore Ducali, quòd Publicani in exactione Gabellæ Passagii modùm non excedant, Sed illius Taxa, quæ descripta est in Gabella Palatii, quadam adhibita semper equitate, per eos servetur: Et quia valdè prolixa est, & aliqua indiget Reformatione, Ideò illam noluimus in hoc Volumine inserere, & registrare.

SVMMARIVM.

1 *Causâ fraudata gabelle an sit criminalis remissivè.*

ADDITIO.

1 FRaudum gabellæ passagii non solutæ causæ, an sint civiles, vel criminales tradit latissimè *Regens noster Cortiada decis. 35, num. 89,* ubi *Ferrer. Farinac. Suelves, Palm. Capic. Latr. & alios* citat, penes ipsos id examina.

FINIS LIBRI QVINTI.



STATUTORUM CIVITATIS EUGUBII

LIBER SEXTUS.

DE DAMNO DATO.

DE OFFICIO, ET AUCTORITATE Officialis maioris.

Rubrica Prima.



GRICULTURA Artium omnium Innocentissima, ac Mortalium victui maximè necessaria, ut debita diligentia valeat exerceri, & conservari Curandum est in primis. Quòd ad Officium Damni Dati admittatur, & eligatur Civis bonæ conditionis, & famæ, Qui deindè obtentis Literis Patentibus à Serenissimo Duce Nostro, eas, antequàm suum Officium exerceat, præsentare debeat DD. Confalonerio, & Consulibus, & Iurare in manibus Cancellarii se benè, fideliter, ac diligenter suum Officium exercere velle, Statuta, & Ordines Civitatis Eugubii observare omni fraude, & collusione remota: Et propterea idoneum Fideiussorem præstare teneatur ad effectum restituendi in Syndicatu, si quid indebitè per eum fuerit exactum: Quæ omnia in Libro Reformationum per Cancellarium redigantur: Suscepto deindè Officio plenam habeat facultatem procedendi, mulctandi, examinandi, & decidendi de omnibus, & singulis Damnis Datis personaliter, vel cum Bestiis in bonis, & rebus alienis, Personam, & animalia coram se præsentari facere in civitate, & recipiat idoneum fideiussorem de solvendo condemnationem, & damno emendando: Quòd si persona, quæ damnum de-

dederit, vel cuius fuerint Animalia idoneum fideiussorem dare voluerit extrà Civitatem, teneatur eum recipere, & ipsum damnum dantem, sive animalia relaxare, ac deindè procedere, & condemnare secundum formam Statutorum. Officiali autem de his, quæ ipse viderit, credatur solum pro quantitate quinque librarum, quo casu si per Partem petatur, tenebitur talem Inventionem cum suis qualitatibus, designando Personas, & Bestias, eius iuramento confirmare; Vltra verò dictam quantitatem credatur Officiali saltem cum uno Teste fidedigno, qui talem Inventionem cum Iuramento, si Pars petierit, confirmaverint,

Possit etiam Officialis famâ publica præcedente, vel Relatione habita à fidedigno procedere per viam Inquisitionis: Item per Denunciationes, Accusationes, & Querelas Damnum passi, prout dicetur infra, sub Rub. De Modo, & Forma procedendi in Damnis Datis.

Quòd si Officialis, sivè eius Officiales Inventionem aliquam deduxerint, quæ falsa reperiatur, ultra damni emendationem Accusato faciendam, pœnam scutorum vigintiquinque incurrat; Nec illum amplius durante eorum Officio accusare possint.

Quare Magistratus cum assensu etiam Consilii illorum aggraviis provideat, Assignando Guardiam assistentem Officiali, cum aliquali provisione, Videlicet unam pro parte Levantis, & aliam pro parte Ponentis, vel etiam aliter, prout sibi magis videbitur expedire: Et propterea Officialis finito Officio pro excessibus etiam suorum Officialium stabit ad Syndicatum.

SVMMARIVM.

1 *Agricultura nihil melius, nihil uberius, nihil dulcius.*
Cùm illa etiam nobilitatem servet, numer. 6,

2 *Boves aratorii, & Instrumenta agricultura non possunt in executionem capi.*
Nequè pro debito publico, n. 3,
Fallit stante obligatione camerali, numer. 4,
Et quid si non adsint alia bona remissivè, numer. 5,

7 *Agricolæ tempore messium in ius vocari non possunt.*

8 *Agricolæ sunt nobiles, & agricultura nihil detrahit de nobilitate, & plura de ea remissivè.*

9 *Officiales Damni Dati in Regno Neapolitano quomodo vocentur, & an eis competat iurisdictio privativè, aut cumulativè.*

ANNOTATIO.

1 Agricultura de qua fit mentio in principio huius statuti omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur nihil est melius, nihil uberius, nihil est dulcius, ut exclamat *Cicer. in lib. 1, de offic.* & scribit *Mantuan. sing. 497, in fin.* Itaut *Vale, Max.* dicere soleret *Beatus qui procul negociis paterna rura bobus exercet suis omni solutus fœnore, ut exornat*, ut refert *Vrsell. in exam. apum concl. 82, n. 2.*

2 Hinc videmus, quod illa est admodum privilegiata cùm boves, & alia instrumenta ad illam necessaria non possint in executionem capi, ne sterilitas agrorum, & fructuum indè contingat, & capta debeant restitui, ut not. *Mantu. singul. 497, numer. 1, Giglia ad stat. Perus. in verbo executio, numer 7, Post. de subhast. inspect. 14, numer. 9, Merlin. de pignor. lib. 2, quæst. 61, numer. 5.* qui dant concordantes,

3 Nequè pro debito publico, *Giglia ubi suprà, Post. d. inspect. 14, numer. 11, Merlin. d. quæst. 61, numer. 6, Vrsell. in d. conclus. 82, numer. 4.*

4 Licèt prædicta non admittat stante obligatione camerali, ut ibi per eum *numer. 5.*

5 Vtrum verò supradicta habeant locum quando non adsunt alia bona inter Doctores est controversum, videas per *Cost. remed. subsid. 43, numer. 4, per Gait. de credit. cap. 4, quæsit. 7, numer. 352, & sequent. & per Merlin. in d. quæst. 61, numer. 14, & seq.* cùm hic non sit locus examinandi.

6 Item agricultura nobilitatem conservat, uti habemus in *Q. Cencinato*, qui à bobus ad Dictatoris officium fuit evocatus, ut post illud strenuè exercitatum ad boves redire voluit,

voluit, de quo *Boer. decis. 522, numer. 11.*

7 Nec agricolæ occupati in messibus, vel vindemiis dicto tempore in ius vocari possunt, *l. 1, ff. de fer. Mantuan. d. singul. 497, in fin. Thesaur. decis. 39, numer. 2, Vber. de citat. cap. 10, numer. 57, & sequent.* & alia singularia inducta favore agriculturæ recenset *Mantua. d. sing. 497, per tot.*

ADDITIO.

8 Licet in aliquibus Regionibus per statuta agricolæ aliquando veniant mulctandi, tamen non mulcta, seu pœnâ vili; ex quo agricolæ sunt nobiles, & agricultura non detrahit nobilitati, etiam ad suscipiendum habitum Militarem, ut iudicatum tradit *Escanno. ex Rojas*, & his citatis novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 3, glos. 7, ad §. 5, tit. 17, numer.* 1. quibus conducunt *Tiraquel. Guid. Pap. Colland. Fontanel. Contzen. Narbon Amaya. Navarret. Chopin. Carleval. Bovadil. & alii citati à dict. Pegas dict. numer.* 1. qui omnes referunt privilegia, & exemptiones agricolarum, quibus adde *Solorzan. Politic. cap. 9, lib. 2, Salgad. de Reg. protect. par. 2, cap. 4, numer. 96, Parexa de instrum. edit. lib. 2, resol. 9, à num.* 105, & novissimè *Balmaseda de collect. quæst. 98, per tot.* ubi latissimè de his agit, & latius *DD.* quos novissimè citat *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 7, tit. 87, glos. 15, ad §. 13, nu. 6.*

9 In Regno Neapolitano hi Officiales damni dati dicuntur Baiuli, & persæpè competit cognitio Vniversitatibus: an autem privativè, seu an cumulativè cum ordinario, & de iurisdictione huius Officialis, tradunt *Caput. de regim. Respub. cap. 7, §. 18, per tot. Franch. decis. 397,* & ibi novissimè *Carol. De Luca numer. 2. & sequent. Pegas, & alii ab eo citatis in loco à me citato infra rub. 12, numer. 5.*

DE OFFICIO SVPERSTITVM DAMNI dati. Rubrica II.

Eligantur ad Annum à Magistratu Superstites D.D. Octo Cives, quorum Quatuor sint Notarij, Duo videlicet de quolibet Quarterio, qui successivè saltem in bimestri Confalonerii eorum Quarterii, teneantur die Sabbati, & diebus Festivis, hora solita assistere in Gabella Officialibus D. D. & providere, ubi opus fuerit, cum assistentia, & auctoritate etiam Revisoris Ducalis, sive Domini Locumtenentis, aut Magistratus, ne Cives, aut Comitativi aliquo modo in Damnis, sive pœnis graventur, sed quàm primùm expedire faciant, & singulorum indemnitati prout Iustitiæ consentaneum fuerit provideant.

DE NOTARIIS D.D. ET EORVM MERCEDE Rubrica III.

Notarii, duo deputati ad Bancum D.D. scribere debeant omnes Inventiones, Denunciationes, Accusationes, & Querelas, quæ fierent ad dictum Bancum: Et pariter Reponsiones, Excusationes, & Defensiones Accusatorum, nec non Testium Depositiones, Sententias, & earum Cassationes, omnesquè alios actus, quos fieri contigerit, integrè ac diligenter describant, nec per alium, quàm per Substitutum in Actis ab eis, & à Magistratu approbandum valeant annotari. Admoneant Officiales ne errent, nec in ali-

quo

quo excedant, aliàs desistant à scribendo; & vadant pro decisione talis controversiæ ad D. Potestatem: & eius Votum omninò exequantur: Sicut etiam si pars petierit, non possit Officialis causam expedire, nisi priùs consuluerint D. Potestatem, cui dicti Actuarii teneantur gratis Acta ostendere, ad pœnam quocumque casu damnorum, & expensarum Parti reficiendam, & eius Iuramento declarandam: Liceat tamen Parti in executione dicti Voti semper habere recursum ad D. Locumtenentem.

Pro eorum verò mercede habeant pro qualibet responsione, in qua fuerit negata Accusatio, sivè inventio Officialis, & præstita fideiussio, De stando iuri, & Iudicatum solvendo bononenos duos, pro qualibet Inventione, & Accusatione. Pro responsione simplici, bononenum unum pro qualibet Accusatione, & Inventione. Pro cassatura cuiuslibet Inventionis, bononenum unum: Pro cassatura cuiuslibet accusæ, bonon. sex. In cæteris Actis, & aliis quæ fierent pro constructione Processus, usque ad Sententiam inclusivè servetur Taxa, de qua suprà Libro II. sub Rub. De mercede Iudicum, & Actuariorum.

DE OFFICIALIBVS MINORIBVS, & eorum mercede.

Rubrica IV.

MAior Officialis conducere possit, & debeat quatuor Officiales Minores à Magistratu approbandos, qui benè, ac fideliter suum officium exercere iurent in manibus Cancellarii Communis, & diligenter invigilent, ne Damna dentur, & cùm reversi fuerint in Civitatem, referant Officiali Maiori, & eius Notariis, omnes, & singulas inventiones per eos factas dicta die, & duabus præcedentibus, & eas scribi faciant per Notarios ad dictum Bancum, quas immediatè scribere debeant, sub pœna V. Libr. cuilibet Notario, & Officiali contrafacienti: & credatur eis pro summa trium librarum, & cum uno teste idoneo, usque ad summam V. Libr.

Prædicti verò Officiales contenti sint mercede conventa cum Officiali Maiore, exhigenda de pœnis Inventionum per eos factarum iuxta Taxam, & declarationem à Magistratu faciendam, & si aliquam fraudem, sivè extorsionem commiserint contra damnum dantes, ultra emendationem damni, incurrant pœnam decem librarum, pro qualibet vice, & removeri possint, aliique subrogari, si id Magistratui expedire videatur. Sicut etiam si inventos dare damnum non referant, teneri volumus in duplum damnum Passo: Et quilibet admittatur ad eos accusandum coram Magistratu, & lucretur quartam partem prædictæ pœnæ, ac procedatur contra illos sola facti veritate inspecta, compellendo ad solvendum dictas pœnas ultra emendationem damni; Et cuilibet invento dare damnum prædicta revelanti remittatur pœna, ad quam tenebatur.

Et quia hactenus Officiales Maiores Invētiones, & Accusationes à Malevolis, sivè falsis eorum Institoribus recipere sæpè solebant, ac uti proprias proponere, Statuimus, quòd in posterum non liceat, nisi prædictis Officialibus uti, & ab eis Inventiones recipere ad pœnam decem librarum qualibet vice, à dicto Officiali incurrendam.

DE

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in D.D. & infra quantum tempus causæ debeant expediri.

Rubrica V.

Diximus suprà, licere Officiali procedere non solùm per Inventionem ab eo, & eius Officialibus factam de D.D. sed etiam per Inquisitionem, seu Accusationem, & Querelam summariè, & de plano quibuscunque diebus dummodò legitimæ defensiones nemini denegentur iuxta ordinem infrascriptum, Videlicet.

Quòd omnes, & singulæ inventiones, & inquisitiones scribi debeant per Notarios deputatos, in uno libro, accusationes verò, denunciæ, & querelæ in alio libro, qui sint ligati, cartulati, & expensis Officialis conficiendi.

Deinde si per inventionem procedatur, citetur inventus semel personaliter, vel domi, per cedulam continentem, diem, mensem, & annum, in quibus damnum esse datum, nomen Officialis, & accusati, quantitatem, & qualitatem bestiarum, locum damni, cum duobus finibus, & Villam, cum termino quinque dierum ad se defendendum, & excusandum; Et si citatus fuerit contumax in respondendo, expectetur per alios quinque dies, qui censeantur assignati ad faciendum suas defensiones, quibus elapsis, accusatus habeatur pro condemnato, iuxta formam Statutorum, absque alia forma sententiæ, & contra eumdem procedatur ad executionem condemnationis, realiter, & personaliter, prout Officiali visum fuerit.

Et si accusatus comparuerit, admittatur ad defensiones, & excusationes, prout sibi expedire videbitur; Quòd si inventionem negaverit, vel de nullitate dixerit, aut alias exceptiones proposuerit, assignetur ei terminus quinque dierum, ad probandam negativam, nullitatem, & alias deductas exceptiones prævia tamen fideiussione præstanda per accusatum, de stando iuri, & iudicatum solvendo, & electo loco citationis in Civitate; In quo termino poterit accusatus suas exceptiones probare per Testes, & omne aliud genus probationis, citato Officiali in quolibet Actu, qui terminus possit prorogari Parte petente ad alios quinque dies, & illis elapsis processus, absque alia pronuntia habeatur pro publicato, & detur illius copia parti, cum termino quinque dierum ad concordandum, & opponendum; & aliorum quinque, ad opposita probandum, & trium ad allegandum in iure; & posteà præsentato Processu, feratur Sententia ab Officiali iuxta probationes factas, in Condemnando, vel absolvendo accusatum, secundum iuris dispositionem, accedente voto D. Prætoris, si pars petierit, & lata sententia, intimetur Parti cum Cedula, continente tenorem dictæ Sententiæ; Et si pars aliqua senserit se ab ea gravatam, poterit appellare infra quintam diem, à die notificationis ad Dominum Locumtenentem, seu ad eundem, vel ad Magistratum Recursum habere; Qui possint, & debeant summariè de gravamine cognoscere, & illud emendare infra duos menses ad summum, pro ut iustitia, & equitas suadebit.

Quòd si in termino quinque dierum accusatus nihil probaverit, vel in eodem termi-

termino à fententia non appellaverit, ut fuprà, ipfo citato ad locum electum, procedatur contra eum ad executionem condemnationis, modo quo fuprà, ac fi effet contumax.

Si verò per accufationem, feu quetelam procedatur, accufatus citetur cum Cedula continente nomen Officialis, accufatoris, locum damni qualitatem, & quantitatem Beftiatum, villam, cum duobus finibus, & cum eodem termino ad comparendum, & fe defendendum; Et fi citatus contumax fuerit, vel comparuerit, procedatur modo quo fuprà, præcedente femper citatione partis in loco electo.

Et quia ut plurimum folent teftes examinati ad inftantiam Accufatoris pro verificatione accufationis fummatiè, abfque citatione accufati; Propterea, ut dictus accufatus poffit fuas legitimas defenfiones facere, poterit, fi voluerit, habere copiam teftium examinatorum, cum termino ad repetendum fuper fuis interrogatoriis, & Officialis, illos repeti faciat fuis fumptibus, aliàs dicti Teftes nullam fidem faciant, ac fi non effent examinati.

Et facta dictorum teftium repetitione, detur parti petenti illius copia, cum termino quinque dierum ad faciendum fuas defenfiones, & tunc poterit per alios teftes, & per omne aliud genus probationis eius intentionem probare, quo cafu Officialis, fivè Pars poterit interrogatoria exhibere fuper capitulis, fivè intentione, fuper qua teftes examinari debeant, & completo proceffu procedatur ufque ad Sententiam, feu Appellationem, aut recurfum modo fuperius refpectivè expreffo.

Addentes etiam quòd fi fecunda fententia erit conformis cum prima, omninò exequi debeat; Alioquin poterit in partibus diformibus appellare ad Sereniffimum, & per alium Iudicem per eum, fivè à Partibus communiter eligendum terminati facere infra duos menfes.

Declarantes, quòd Cedulæ Inventionum præfentari debeant ad fummum fpatio viginti dierum, à die factæ Inventionis; Accufationum verò, Denunciationum, & Querelarum, fpatio duorum menfium, aliàs nullius fint roboris, & momenti, & Plazzarium recepta competenti mercede, illas quàmprimum præfentare teneatur.

Officialis autem teneatur expedire, & expediri facere, omnes, & fingulas Inventiones, Accufationes, & Querelas factas, & receptas de tempore fui Officii, infra menfem poft completum Proceffum, fub pœna decem librarum fingulo Proceffu non expedito, exceptis Denuntiis, Accufationibus, & Inventionibus factis in ultimo menfe fui Officii, quas etiam Succeffores ad inftantiam Officialis, vel Partis expedire poterunt, & teneantur.

Addentes infuper, quòd captis pignoribus pro executione Sententiarum, Officialis notificare debeat, quòd infra triduum reluere debeat, aliàs dicto tempore elapfo, abfque alia citatione vendi poffint, & deindè infra decem dies, à die notificationis Parti illa reluere liceat, ut in aliis conftitutum eft.

IN-

INFRA QVOS FINES OFFICIALES PROCEDERE possint per Inventionem.

Rubrica. VI.

Officiales teneantur, & debeant diligenter investigare damna illata personaliter, & cum Animalibus à Flumine Laurei, usque ad Flumen Abbatiæ Episcopatus, & à Flumine Sabundæ, usque ad Montes versus Civitatem, videlicet, donec in illis Possessiones, & Vineæ existant. Vltra verò prædictos Confines non liceat eis per Inventionem procedere, sed per Accusationem, & Querelam damnum Passi, nisi aliqua bona fuerint eis assignata in Custodiam, sivè Guardiam, & talis assignatio fuerit annotata in libro Inventionum, cum die, mense, & anno, ac nomine assignantis, & testibus, exclusis personis à Domino nominandis, ac deinde à Syndico Villæ fuerit proclamata coram Populo, ante Fores Ecclesiæ eiusdem Villæ ad hoc, ut omnibus innotescat, & ab eodem Officiali reportetur, & à Notario in libro annotetur.

SVMMARIVM.

1 *Damni dati causæ an sint criminales, remissivè.*

2 *Causa banni, seu defensa criminales sunt.*

ADDITIO.

1 Secundum quod continetur in hoc nostro statuto, causæ damni dati in Civitate Eugubii dicuntur criminales, & criminaliter tractantur, quod an id procedat de iure communi tractant *DD. citati per nostrum Regentem Cortiada decis. 35, num 79, Quesada & Pilo contro. 7, numer. 2,* quos si placet consule, & *Muscatel. in prax. crim. cap. de incendiis, &c. numer. 45.* bene tamen pro defensa, seu pro banno, ut 2 nos dicimus, de iure etiam communi criminaliter proceditur, licet propter id, pœna pecuniaria fisco applicanda sit stabilita, novissimè *Hieronym. Calà post tractat. de restitut. in integr. Respons. 1, à numer. 10, Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib. 1, tit. 65, ad §. 24, cap. 3, à numer. 1, tom. 5, pag. 56, & pag. 254, à numer. 1.* ubi latè hoc declaratur.

DE HIS, QVI ACCVSARE, ET ACCVSARI possunt, & infra quantum tempus.

Rubrica VII.

Accusare possunt de Damnis Datis, Dominus Rei, in qua damnum datum sit, eius Vxor, Filii, & Nepotes habitantes Domino non contradicente, Quicumque Possessor, Colonus, sivè Laborator quarumcumque Possessionum, Item, Tutor, Curator, Actor, Factor, & Administrator bonorum Ecclesiasticorum, & Locorum Piorum dummodò ii, qui viderint damnum dare personaliter, vel cum Bestiis in rebus suis ubicumque sitis, sint Maiores XIV. Annis, & Accusatio, sivè Denunciatio proponatur intra tres

menses. à die damni illati, & non ulterius, Officialis verò teneatur condemnare, vel absolvere, pro ut fuerit probatum. Quòd si contigerit Dominum, & Colonum non concordare in accusatione facienda, sed aliquem ex eis velle remittere, teneatur recusans ad emendationem damni pro parte reficiendam.

Accusati autem possit maior annis septem, qui si decimum non expleverit, teneatur ad emendationem damni, & dimidiam pœnam: Maiores autem teneantur ultra damni emendationem, ad integram pœnam, iuxta dispositionem Statutorum: Possit tamen Accusatus suas defensiones facere, tàm super eius Innocentia, quàm super quantitate, & extimatione damni, & si petierit visitari damnum, teneatur Officialis, recepta competenti mercede, attenta distantia loci, ire ad locum damni, & si damnum non invenerit, sivè accusationem non probaverit, possit accusatorem in pœnam accusati condemnare.

SVMMARIVM.

1 *Accusare cui liceat in causa damni dati.*

2 *Accusans de damno dato tenetur probare dominium rei damnificatæ.*

Contrarium quod sufficiat probare possessionem tenent alii n. 3,

4 *Minor decimo anno cum dimidio non tenetur ad aliquam pœnam.*

5 *Ocularis inspectio potest fieri quandocunque etiam post conclusum in causa.*

Quæ superat omnes alias probationes, numer. 6,

7 *Authoris remissio.*

8 *Damnum dans sortitur forum in loco in quo damnum dedit.*

ANNOTATIO.

1 CVi nam liceat accusare in causa damni dati ad declarationem huius statuti, tradit *Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. A, conclus. 161, per tot. & litt. D, conclus. 10, & conclus. 12, per tot. & Caroc. de locat. & conduc. par. 5, de damn. dato, remed. 5, nu-*
2 *mer. 1, & sequent.* videas ibi per eos, Prout etiam accusans de damno dato, ut obtineat an teneatur probare dominium rei, in qua fuit datum damnum, vel ei sufficiat docere de sola possessione illius Doctores inter se sunt discordes, cùm partem affirmativam, quod debeat docere de dominio firment *Bart. Ias. Alex. Ruin. Crot. Socc. Iun. & alii in rub. ff. de nov. oper. nunciat.* quorum aliqui testantur de veriori, & communi opinione, nec non *Card. Tusch. in conclus suprà adductis*, & alii per me relati *alleg. fo-*
3 *ren. 53, numer. 4.* Contrarium verò, quod sufficiat docere de sola possessione tenent *Fulgin. de iure emphit. in tit. de diver. quæst. quæst. 14, num. 1, & Thomat. decis. March. 12, num. 34.*

Statutum hoc, quòd minor decimo quarto anno teneatur pro damno dato ad emendationem damni, & ad solvendam medieta-
4 tem pœnæ videtur rigorosum, cum minor annorum decem cum dimidio, & sic proximus infantiæ delinquens non sit puniendus aliqua pœnâ etiam si sit doli capax, ut latè probat *Farinac. de pœn. temp. quæst. 92, n. 54, & n. 57,* ubi dicit, ab hac opinione nõ esse recedendum, & minorem decimo anno pro delicto nulla pœnâ puniri posse fuit statutum suprà *lib. 4, rubr. 13, in princip.*

5 Ocularis verò inspectio, de qua fit mentio in hoc statuto potest fieri quandocunque etiam post conclusum in causa, & post didicita testificata post *Bald. Alex. Rip. Ias. Tiraq. Afflict.* & alios per eum adductos latè firmat *Costa remed. subsib. 101, numer. 1,*
6 *& sequent.* Et illa superat omne genus probationis, & cavillandi materiam tollit, ut tradunt *Afflict. decis. 216, numer. 3, Barz. decis. 2, numer. 57, Cravet. cons. 104, num. 12, Ciriac. controv. 580, numer. 52, tom. 4, & Rota apud Gregor. XV. dec. 575, n. 6.*

ADDITIO.

7 ACcusare, ac accusari qui possint remissivè tradidi *lib. 4, rubr. 1, numer. 16,* ubi *plures Modern. DD.* citavi, & ut repetitionem evitem, benignè suscepi rubricam hanc sola remissione ad *d. rubric. 1.* dotare, & ea ulteriori additione privare; quàpropter ad tàm celebres viros recurre.

8 Scias tamen quòd damnificans sortitur forum, & conveniri potest in loco, in quo damnum dedit, licet sit diversi fori, & ita efficitur illius fori in cuius territorio damnum fuit datum, *Quesada & Pilo contr. 14, n. 11, & seq. Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portug. tom. 5, pag. 36, à n. 1, & pag. 254, à numer. 1,* ubi declarat coram quo Iudice sit instituendum hoc iudicium.

DE

DE PROBATIONIBVS FACIENDIS in Damno Dato.

Rubrica VIII.

AD probandum Damnum aliquod datum personaliter, vel cum bestiis, sufficiat Iuramentum Domini Possessoris, Laboratoris, Factoris, negociorum Gestoris, & similium bonæ famæ conquerentis, & iurantis se vidisse, & invenisse damnum in re sua usque ad quantitatem unius libræ, & ad totidem pro emendatione damni, si tamen infra triduum proponat, & parte petente detur terminus v. dierum ad probandum contrarium, & si probetur, Accusator teneatur ad omne eius damnum, & interesse. Ab inde verò suprà, usque an quantitatem decem librarum sufficiat Iuramentum prædictorum cum uno teste fide digno, & à decem libris suprà requiritur Inventio prædicta de visu cum duobus testibus: Et quocumque casu habeatur pro plena probatione. Addentes quòd tàm masculi, quàm fœminæ maiores duodecim annis sint habiles ad testificandum.

SVMMARIVM.

1 *Testis nemo admittitur in causa propria.*
Etiam si sit persona nobilis, & in dignitate constituta, num. 2,
3 *Damnum quod fuerit datum non probatur iuramento.*
Fallit quando agitur de re exigua, numer. 4,
Et statutum id admittens est validum, num. 5,
Dummodo iurans, sit bona qualitatis, & fama, n. 8,
Iuramentum verò est præstandum parte citata, n. 6,
7 *Statutum non potest mandare standum esse dicto unius testis, nisi ex causa.*
9 *Minores* 20. *anno non sunt testes idonei in criminalibus.*
Causa damni dati dicitur criminalis, num. 10,
11 *Statutum permittens, domino auferre pignus à damnificante est simile statuto Mediolani.*
12 *Statutum disponens quod damnum probetur iuramento damni passi intelligitur si aliter constat de illatione damni.*
Et admittuur is contra quem est iuratum ad probandum contrarium, n. 13,
Et pariter statutum prædictum non procedit contra tertium, nec quando dubitatur de qualitate iurisdictionis, n. 14,

ANNOTATIO.

STatutum supradictum admittens probationem in damno dato per iuramentum
1 domini, vel possessoris licet videatur esse contra ius, cùm absurdum reputetur in iure, quod quis admittatur in testem in causa propria neque in civilibus, neque in criminalibus, ut latè comprobat *Farinac. de testi. quæst.* 60, *numer.* 6, *& sequent. & numer.* 64, *& sequent.* & probavi etiam *ego in Resol. crim. in verbo Accusatio. resol.* 6, *numer.* 1,
2 *& sequent.* ubi concordantes, Etiam si sit persona nobilis, & in dignitate constituta, ut tradunt *Vulpell. Bossi. Farinac. & Vermigl.* per me relati in *d. resolut.* 6, *numer.* 4.
3 Et in terminis quòd damnum fuerit datum non probetur iuramento, sed per alias probationes, quicquid sit quo ad quantitatem damni, probat *Masc. de probat. concl.* 472, *numer.* 24, *vol.* 1. ubi alios adducit ita sentientes, & *Manci. de iuram. part.* 4, *effect.* 108, *num.* 3.
4 Illud tamen sustineri potest saltem ratione paivitatis summæ unius libræ, ob quam non est verisimile, virum bonum esse peieraturum ad not. per *Tiraq. de indic. in reb. exig. in princ. vers. Ex quibus posset, &c. & per Farinac. de indit. & tortur. quæst.*
5 52, *numer.* 180. Et in terminis, quòd statutum, quod standum sit quo ad damnum

datum iuramento damnum passi pro certa summa admissa probatione in contrarium sit validum scribit *Card. Tusch. pract. concl. litera S, concl.500, numer.1, & sequent.*

6 Licet authoritate per eum adductæ non benè probent illius intentionem iuramentum tamen est præstandum parte citata *Bar.cons.* 113, *numer.* 2, *lib.* 2, Quod tamen est magis tutum quò ad summam decem librarum quando scilicet Querelator habet pro se unum testem fide dignum, Quia licet non

7 possit statutum generaliter disponere, quod stetur dicto unius testis, potest tamen id facere in aliquo casu particulari, & præcipuè in causis levibus, ut in hoc casu, ut benè probat *Tiraq. de iudic. in reb. exig. in prin. d. vers. Ex quibus posset, &c.* & dixi suprà *lib. 4, rubr.* 64.

8 Et dictum statutum quòd credatur iuramento damnum passi semper intelligendum est concurrente legalitate, & bona qualitate eius, cui iuramentum deferendum est, ut habetur etiam in dicto statuto, ut tradunt *Roma. in l. damnum* 3, *ff. de damn. infect. Mascar. de prob. concl.* 471, *numer.* 29, & 30, *vol.* 1, & *Baiar. ad Clar. quæst.* 82, *numer.* 33. ubi dicit, pauperem non posse iurare, & in hoc versari arbitrium Iudicis, ut ibi per eum.

Dum verò statutum admittit ad probandum maiores quatuordecim annis tàm masculos,

9 quàm fœminas videtur discordare à iure communi, quo disponitur minores vigesimo anno in criminalibus non admitti, ut probant *Ant. Gomez. var. resol. tom.3, cap.* 12, *numer.* 12, *vers. secundo repellitur*, ubi testatur de communi opinione, latè *Farinac. de test. quæst.* 58, *numer.* 10, ubi quamplures dat concordantes, *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3, *tit.* 5, *numer.* 48, & alii per me relati in *Resol.crim. in verbo Minor, re-*

10 *sol.* 2, *numer.* 3. Causa autem damni dati dicitur potius criminalis, quàm civilis, ut post *Bruno. à Sole in suo compendio viris vers. causa criminalis*, per eum relatum firmat *Farinac. de var. ac diversf. quæst. quæst.* 100, *numer.* 37.

11 Cum dispositione huius statuti quòd si quis inventus fuerit damnum dare, quod possit Dominus, possessor, seu laborator auferre clamydem, seu ferramenta, & secum portare, & teneatur id notificare Officiali concordat *statutum Mediolani lib.* 2, *rubr.* 369, & *ibi not. Carpan. in addit.*

12 Et stante dicto statuto quòd damnum probetur iuramento domini, an iuramento probetur quantitas damni, sed etiam illius illatio vide *Fulu. Benig. ad stat. Agricol. Vrb. cap.* 41, *litt.H.*

ADDITIO.

13 Statutum disponens quòd stetur iuramento damnum passi, procedit quando prius constat quòd verè passus est damnum, & etiam si constet damnum datum esse, admittitur is, contra quem iuratum est, ad probandum se damnum non dedisse *Modern. Scoppa. ad decis. Gratian. obser.* 57, *numer.* 10, & *sequent. Modern. Sabell. in tractat. var.* §. *Damnum, numer.*12, *vers. Intelligitur, &c.* ubi *Peregrin. Mascard. & alios* citat *Guzman. de evictionib. quæst.* 14, *numer.* 6, 7, & 34, *Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 2, *glos.* 7, *numer.* 11, *Quesada & Pilo. contro.* 14, *numer.* 15, *Hermosill. glos.* 4, *leg.* 10, *tit.* 1, *par.* 5, *numer.* 357, ubi *Fontanel. Castill. Mastril. & alios* citat,& ad ista vide *Doctissimum Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib.*1, *tom.*5,*pag.* 247, *numer.* 88.

14 Neque pariter damna probantur iuramento damnificati, etiam stante statuto ita disponente quando agitur ad emendationem contra tertium, nec quando dubitatur de qualitate iurisdictionis, vel loci, sed tale statutum restringitur ad ipsum damnum, & contra damnificantem *Gratian.Pac.Iordan. Novar. & alii*, quos citat *d. Modern. Sabell. in d.* §. *Damnum, d. numer.* 12, ad quæ vide *Brilla ad consuetud. Neapol. tit.* 16, *cap.* 2, *numer.*28, & *seqq.*

QVOD

QVOD DOMINVS REI POSSIT ACCIPERE clamydem, & ferramenta cuilibet invento damnum dare.

Rubrica IX.

SI quis inventus fuerit damnum dare, possit Dominus rei, Possessor, vel Laborator, & similis per se, vel quos voluerint, acciperere, & auferre Clamydem, & Ferramenta liberè, & sine pœna, & secum portare, & si dare noluerit condemnetur in v. libr. & credatur de tali contentione, & recusatione Iuramento accipientis: Teneatur tamen notificare Officiali res ablatas, quas restituere teneantur præstita fideiussione de stando Iuri, & iudicatum solvendo.

QVOD LICEAT ANIMALIA IN DAMNIS reperta conducere.

Rubrica X.

VNicuique liceat Bestias, quas invenerit damnum dare in bonis suis, vel Domini repellere, & sine pœna conducere ad Officiales, vel Depositarium Communis, sivè ad Hospitium eadem die, vel sequenti, à quibus redimi non possint, nisi priùs cum Domino Bestiarum se concordaverit, & cum damnum Passo, aut præstiterit idoneum Fideiussorem de solvendo condemnationem, & damni emendam, de qua Inventione stetur iuramento Damnum Passi: Et si Dominus, vel Custos Animalium impedierit conduci, puniatur in x. libr. ultra pœnam, & damni emendationem, & si resistentiæ qualitas requirat, graviori etiam pœnâ puniri possit: Nisi Dominus, vel Custos dicerent velle damnum emendare coram saltem uno teste fide digno, quo casu teneatur illi restituere, si Dominus, vel Custos sint facultosi; & idonei ad damni emendam, & credatur dicto illius Testis, & Domini cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Animalia damnum dantia possunt expelli de fundo per dominum.*

Ac etiam possunt retineri ad effectum sciendi cuius sint, n. 2,

Non tamen ex post quod scitur cuius sint, num. 5,

Contrarium de consuetudine est verius maximè in Episcopatu Gerunde, n. 6,

Etiam si sint animalia Clericorũ, n. 8,

Et ea sic detinendo non committitur furtum, num. 7,

Quæ si dominus alimentavit potest illa retinere pro alimentis, n. 3,

4 *Animalia damnum dantia retenta si pereant cuius periculo pereant.*

9 *Animalia Clericorum damnum dantia an possint capi à Magistratibus laïcis, seu custodibus, aut saltuariis.*

10 *Damna data ab animalibus in messibus sunt stimanda secundum tempus damni dati, &*

non ex furto eventu.

11 *Damna data ab animalibus sunt extimanda per rusticos, & peritos.*

12 *Damna data per puerum custodientem animalia à quo sint resarcienda.*

ANNOTATIO.

1 Animalia damnum dantia in fundo alie-
no possunt non solùm expelli de fun-
do per Dominum ipsius fundi, *l. Quintus*
39, & ibi Floria. ff. ad leg. acqui. Capoll. de
servit. rustic. pred. cap. 9, numer. 30, vers.
Aut volo illum, &c. & Carpan. ad stat.
2 *Mediol. lib. 2, cap. 369, numer. 1.* Sed etiam
possunt retineri per dominum damnum pas-
sum ad effectum sciendi cuius sint, non au-
tem donec ei solvatur damnum, ut docent
Plot. de in litem iura. §. 53, numer. 7, & 8,
Bossi. in pract. in tit. de damn. dato, numer.
10, Capoll. de servit. rustic. prad. d. cap. 9,
numer. 30, & Carpan. in d. cap. 369, numer.
9, Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 20, nu-
3 *mer. 14, & sequent.* Si tamen illa reconducens
alimenta eis præstiterit, non tenetur il-
la restituere, nisi solutis ei alimentis, pro
quibus præfertur etiam creditoribus ante-
rioribus, *Plot. de in litem iura. d. §. 53, nu-*
mer. 8, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 369,
numer. 13, lib. 2, Surd. de aliment. tit. 8, pri-
vil. 62, numer. 3, Gratian. discept. foren.
cap. 80, numer. 11, & seq. par. 1.

4 Si verò dicta animalia retenta pereant cu-
ius periculo pereant, vide tex. in *l. quemad-*
modum, 29, § magistratus, & ibi glos. &
Bald. ff. ad l. acqui. Cassan. in tit. Res rusti-
ces, §. 6, vers. mesurage, &c. & Carpan. ubi
suprà, nec non Fului. Benign. ad stat. Agri-
cult. Vrb. cap. 41, lit. E.

ADDITIO.

5 Animalia damnum dantia in proprio
fundo, licèt aliqui dicant non posse
retineri de iure, donec sequatur satisfactio,
si adest notitia cuius sint, nempè *Gratian. re-*
latus à Modern. Carol. Ant. De Luca ad
discep. Gratian. tom. 1, cap. 80, numer. 1, &
2, Calvin. de aquit. cap. 268, numer. 5, Man-
son. de causis execut. ampl. 26, numer. 21,
Oter. de pasc. cap. 13, numer. 21, Berlich.
conclu. legal. par. 2, conclu. 34, numer. 1, in
6 *fin.* tamen de consuetudine animalia sic dam-
num dantia, licet retinere, & recondere, do-
nec sequuta sit satisfactio, *Bossi. Gratian.*
Merlin & alii, quos citat *Sabell. in sum.*
divers. tractat. §. Animal. numer. 2, vers.
Quod de consuetudine, &c. Calvin. dict. cap.
268, numer. 7, Berlich. d. conclu. 34, num. 2,
novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portu-*
gal. tom. 5, tit. 66, §. 28, cap. 4, numer. 4,
& ita observatur in hoc Diœcesi Gerunden.
si per expressas consuetudines scriptas collo-
catas *sub tit. de Castro, & iurib. suis*, quæ
incipiunt: *servatur de consuetudine, &c.* &
Generali constitutione, &c. quod tu forensis
7 noster nota; quàpropter neque committitur
furtum, *Sabell. d. §. Animal. numer. 2, in*
prin. Manson. d. ampl. 26, numer. 24, Bri-
lla ad consuetud Neapol. tit. 16, cap. 2, nu-
mer. 1, & sequent. Hermosill. glos. 3, & 4,
leg. 9, tit. 2, p. 5, n. 62.

8 Et hoc permittitur domino prædii dam-
nificato, etiamsi sint animalia Clericorum,
ratione privatæ facultatis, quæ domino fun-
di damnificati, seu pascui conceditur, talia
animalia retinendi pro solutione pretii pa-
scui, vel refectione damni, *Eminen. De*
Luca, & alii, quos citat novissimè *d. Ca-*
rol. Ant. De Luca ad Gratian. cap. 80, n.
3, Fragos. de Regim. Reipub. Christian. par.
1, lib. 2, disput. 4, numer. 345, novissimè *Pi-*
gnatel. consult. canon. tom. 4, consult. 112,
numer. 1.

9 Animalia autem Clericorum in pascuis
vetitis damnum dantia reperta, an à Iudici-
bus, seu Magistratibus secularibus, vel à sa-
lutariis, seu custodibus territorii capi possint,
ardua est quæstio; pro nunc nihil in ea fir-
mo, licèt non ignorem affirmativam senten-
tiam sequi à *nostris DD. Gotholanis citatis*
à Fontanel. decis. 514, numer. 1, Cortiada
decis. 26, numer. 51, Marin. & aliis, quos
citat novissimè *Carol. Ant. De Luca ad*
Gratian. d. cap. 80, numer. 6, Hermosil. glos.
1, leg. 3, tit. 5, par. 5, numer. 99 Brilla ad
consuetud. Neapol. tit. 16, cap. 2. numer. 34.
Fragos. de Regim. Reipub. Christian. par. 1,
lib. 2, disput. 4, §. 4, numer. 336, & seqq.
D. Petr. Frass. de Reg. Patronat. tom. 2,
cap. 61, numer. 40, & sequent. novissimè
Pignatel. consult. canon. tom. 4, consult. 112,
à numer. 1, attamen eam examinare poteris
penes suprà citatos, & penes *Eminen. De*
Luca citatum à d. Carol. Ant. De Luca d.
cap. 80, & penes *alios citatos à Modern.*
Pilaia decis. canon. tom. 1, decis. 11, numer.
69, in fin. & à Modern. Sabell. in d. summ.
tractat. var. d. §. Animal. d. numer. 2, vers.
Quod si animalia essent Clericorum, &c. &
à Guazzin. Iun. ad defens. animar. lib. 2,
defens. 1, cap. 12, numer. 60, Fermosin. ad
cap. Quia de Iudic. q. 9, n. 9, & 10.

10 Damna ista data ab animalibus non sunt
æstimanda ex futuro eventu, sed sunt iudi-
canda secundum tempus facti damni, &

non

non ex tempore messis supervenientis, & sic sunt iudicanda habito respectu ad herbam, *Cancer, var. 1, cap. 13, n. 14.* novissimè *Scoppa ad Gratian. d. obser. 57, n. 1, & seq. Cravet. Menoch. Ruin. Ricci. & alii,* quos citat *Sabell. in d. §. Damnū, n. 7,* novissimè *Pacichel. de distant. c. 6, membr. 8, n. 11, & Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom. 5, tit. 66, §. 25, c. 7, numer. 4.* ubi *Fragos. & alios* citat *Hermosill. gloss. 3, & 4, leg. 9, tit. 2, par. 5, numer. 83, Oter. de pasc. d. cap. 13, n. 5, & seqq.*

11 Damna autem ista in messibus data à agricolis, & rusticis (uti petitis in arte) sunt iudicanda, & potiùs relationi eorum, quàm aliorum est standum, *Pacichel. d. tractat. de distan. cap. 4, membr. 1, n. 8,* ubi plures citat.

12 Nota tandem quòd ille qui alicui puero commisit custodiam pecoris sui, non excusatur à damno illato attenta consuetudine (quicquid sit de iure) sed solùm tribuitur ipsi recursus contra salarium pueri, seu famuli, novissimè *Pegas ad lib. 1, ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, §. 13, numer. 5, pag. 11.*

DE POENA PERCVTIENTIVM, & occidentium animalia.

Rubrica XI.

QVicumque occiderit, vel percutiendo inutile fecerit Animal minutum quod gregatìm pascitur, inventum dare damnum puniatur pœnâ trium librarum. Si verò animal sit grossum, uti Boves, Equi, Asini, & similes, condemnetur in XII. libr. ultra refectionem, utroque casu valoris dicti animalis domino iuxta extimationem statim faciendam, & ad solvendum prædicta summariè, & de facto cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Animalia damnum dantia non possunt occidi, nec verberari.*

Licet contrarium quando illa fugerunt extra fundum sentiat Carpan. n. 2.

Nec possunt per viam arctam dirigi, ut collum rumpant, aliter ejiciens tenetur de damno, n. 4.

Contra tamen occidentem animalia nō proceditur criminaliter, sed de damno dato, numer. 3.

5 *Animalis dominus mortui non tenetur recipere ad computum, carnem, & corium.*

ANNOTATIO.

1 ANimalia reperta dare damnum non solùm non possunt occidi per dominum fundi, sed neque verberari, vel illa dejicere cum violentia, ut aliquod damnum patiantur, sed debent expelli uti animalia propria, aliàs dominus tenetur de damno, *l. quintus, 30, in princ. §. 1, ff. ad leg. acqui. &* tradit *Capoll. de servit. rustic. præd. cap. 9, numer. 30, & Antonell. de loco legal. lib. 3, cap. 20, numer. 14, & sequent.*

2 Licet contrarium quando illa fugerunt extra fundum teneat *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 369, numer. 17,* de quo vide *Antonell. ubi suprà numer. 19.*

3 Contrà tamen occidentem animalia de iure communi non potest procedi criminaliter sed agendum est de damno dato, cùm dicta occisio sit mera causa damni dati, ut scripserunt *Bertaz. cons. 116, num. 161, Adden. & Guazzin. defen. 30, cap. 3, numer. 5, vers. Ego autem, &c.*

ADDITIO.

4 NOn solùm occidentes animalia damnum dantia tenentur de damno dato; verùm & etiam si dum animalia expelluntur à damno, tangantur, percutiantur, vel cogantur transire per viam arctam, vel alio modo, ut rumpant collum, vel interitum patiantur; quia, hoc probato à domino animalium, tenetur expellens ad emendam damni per huiusmodi interitum passi, *l. quintus,*

tus, *& l. Si boves, ff. ad l. Aquil. Marcel. Calà de modo articuland. & proband. §. 2, glos. unic. numer. 1069.* & novissimè *Pacichel. de distant. cap. 6, membr. 8, numer. 12, & 13*, qui *Costa. Boer. & alios* citat *Hermosill. glos. 3, & 4, leg. 9, tit. 2, par. 5, numer. 86, & seqq.*

Nota tamen quòd in hoc casu mortis animalis, & damni dati, non tenetur dominus animalis recipere ad computum carnem & corium, *Quesada & Pilo, controver. 14, numer. fin.*

DE GVALDARIIS, ET EORVM OFFICIO.

Rubrica XII.

QVodlibet Castrum Civitatis Eugubii facere debeat duos Gualdarios: Villa autem Comitatus, habens quatuor fumantes, faciat solùm unum Gualdarium, quòd si Villa habeat plures fumantes, facere teneatur duos Gualdarios ad VI. Menses, extrahendos in Cal. Maii, & in Cal. Novembris, iuxta ordinem, & descriptionem fieri solitam in eorum Libellis. Castra verò in electione Gualdariorum, & Syndicorum observent eorum consuetudines: Et facta electione teneantur sub pœna V. Librarum infra quintum diem se præsentare coram Notario Maleficiorum, & in manibus ipsius iurare Se benè, ac fideliter suum Officium exercere velle. Sumpto deinde Officio, omnia damna illata in eorum Territorio, etiamsi de nocte à Bestiis illata fuerint, diligenter videant, secùs si à personis, quo casu de furto criminaliter agi possit: Et in absentia alicuius ex dictis Gualdariis suppleat alius habilis de familia absentis, & in visitando damnum accusari non possint: Et infra X. dies damni æstimationem, si qualitas damni ita permittat, Domino damnum passo dare teneantur, receptis pro eorum mercede bononenis duobus, aliàs expectetur tempus debitum pro verificatione damni. Adhibeant tamen priùs omnem diligentiam inveniendi damnum dantes, quibus, quatenus indicia sufficientia urgeant damnum imponant, & ad dictum effectum debeant primùm innotescere omnibus extra Ecclesiam, dum ad Sacrum audiendum conveniunt. Quòd si prædictis non obstantibus damnum dantes non inveniant, debeant dicti Gualdarii imponere damnum hominibus Villæ per fumum, in qua damnum fuerit commissum, computaris eorum personis pro rata. Advertentes tamen, quòd in damnis datis cum Bestiis, non graventur per fumum qui Bestias non habuerint: Quòd si fuerint negligentes in prædictis omnibus adimplendis postquàm fuerint requisiti, incurrant pœnam V. Librar. & teneantur ad emendationem damni; Et si minus legitimè damnum ipsum æstimaverint, Volumus per Officialem ad Partis instantiam revideri posse, & debere, cuius declarationi omninò standum erit, & Officialis pro viatico habere debeat grossum unum pro quolibet miliario, & expensas.

Declarantes, quòd si tale damnum pro parte fuerit factum à Domino, Gualdarius, sivè Officialis teneatur detrahere ratam dicti damni iuxtà iuramentum ipsius domini.

Statuimus etiam, quòd dicti Gualdarii teneantur petere damnum quibus fuerit positum, tàm à damnum Dante, quàm ab Hominibus Villæ, assignando terminum octo dierum ad solutionem faciendam, quibus elapsis, si damnum non fuerit emendatum, liceat Domino accusare tàm damnum Dantes, quàm Homines

mines dictæ Villæ: Et teneantur ad pœnam iuxta formam Statutorum, & emendationem damni pro rata cuilibet iniuncta.

Præterea volumus, quòd Gualdarii, & Officiales damnum dantes per loca eorum Gualdariæ in possessionibus, & alibi, puniantur in duplum pœnæ à Statutis sancitæ, & damnum emendent iuxta declarationem faciendam per duos Homines de Villa à Magistratu eligendos. Addentes etiam quòd si damnum fuerit datum in aliquo loco non subiecto alicui Villæ, illud revideri possit, & debeat per Gualdarium Villæ vicinioris, & quòd pro emendatione damni possit civiliter procedi etiam coram aliis Iudicibus ordinariis.

Declarantes etiam quòd Maior septuaginta annis, vel Minor decem, & octo ad Gualdariam faciendam cogi non possint, nisi tamen hominum penuria id requirat, quod Magistratus arbitrio iudicandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd Villa teneatur emendare damnum per fumum est validum.*

Et tenetur etiam ille in cuius prædio fuit datum damnum pro rata, n. 2,

Et statutum habet locum non reperto damnum dante. n. 3,

Non tenetur tamen ad dictum damnum Villa, quæ non habet quinque fumantes, num. 4,

5 *Custodes damni dati, seu Gualdarii à quo possunt apponi.*

ANNOTATIO.

AD materiam huius statuti de Gualdariis, an teneantur denunciare maleficia commissa de nocte, & maleficia omninò occulta, sed tantùm notoria, & an teneantur referre maleficia commissa extra territorium, & de tempore eorum antecessorum scripsi suprà *lib. 4, rubr. 3,* videas igitur ibi eum noluerim hic iterù illa replicare. Prout etiam an minor possit constitui Gualdarius, & an teneatur referre maleficia dum fuit præventus in denunciando ab ipso offenso, vel dum ipse Index prævenit declaravi pariter suprà in d. *rubr. 3,* ubi videre non te pigeat, si cupis.

1 Statutum verò prædictum, quod Villa teneatur emendare damnum datum per fumum, quod uti favorabile dicatur validum, & plura ad illius interpretationem quando illi sit locus, nec ne tradunt *Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. S, conclus. 498, & concl. 499, per tot. & Baiar. ad Clar. quæst. 82, numer. 1, & plurib. sequent. & Gratian. discept. Foren. cap. 171, numer. 20, par. 1.* videas ibi per eos, cùm nimis longum esset omnia per eos ibi scripta hic referre.

2 Nolo tamen omittere, quòd stante hoc statuto, quòd homines Villæ teneantur emendare damnum datum in eorum Villa possessori, in cuius possessione fuit datum damnum tenetur ad emendationem etiam dominus dictæ possessionis pro rata, ut scripserunt *Bart. in cons. ultim. lib. 2, per tot. & Baiar. ad Clar. in d. q. 82, n. 37.*

3 Prout etiam, quod Villa non tenetur ad emendationem damni, nisi prius facta diligentia de inveniendo damnum dantem, & eo non reperto, ut habetur in hoc statuto, ut not. *Baiar. ad Clar. d. quæst. 82, numer. 8,* ubi dicit, quòd reperto posteà damnum dante potest Villa ab eo damnum repetere, ut ibi per eum, *numer. 6, & numer. 27, Ciriac. controv. 580, num. 25.*

4 De iure autem communi Villa, quæ non habet quinque fumantes non tenetur ad emendationem damni cùm non dicatur villa sec. *Hippol. de Marsil. singu. 232, & Baiar. ad Clar. d. quæst. 82, in princ.*

ADDITIO.

5 ISti Gualdarii, seu custodes possunt ab Universitatibus, seu dominis fundorum apponi, si solum eis sit iniunctum, ut custodiant, & coërceant alios ab ingressu; si tamen ultra manus apponerent, carcerando, pignorando, aut animalia capiendo (cùm hæc sint actus ministerii iurisdictionis) facere id non possent, nisi à Barone, seu Officiali id tributum eis esset, aut aliter à lege, statuto, seu consuetudine eis competeret, *Capiblanc. de Baronib. lib. 2. cap. 70, num. 20, & sequent. Mauson. de causis execut. ampl. 26, numer. 22,* & de his custodibus, seu iuratis latè agunt *Doctores*, quos citat novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portug. tom 5, ad lib. 1, tit. 65, §. 6, & 25, per tot. Oter. de pasc. cap. 19, n. 4, & ferè per tot.* ubi latè tradit, an eorum dicto sit standum.

DE

DE QVERELANTIBVS.

Rubrica XIII.

QVicumque voluerit exponere Querelam de aliquo damno sibi illato, antequàm scribatur, debeat iurare, quòd damnum sit datum in tali re, & quod nescit quis fecerit damnum. Et deindè scribatur Querela, & procedatur in ea iuxta formam Statutorum. Quòd si talis Querela non sit vera, & Gualdarius ad quem spectat videre damnum, attestetur suo iuramento non invenisse, seu aliàs Accusatores Querelam non probaverint, Talis Querelans, & Accusator puniantur in pœnam, ad quam teneretur, qui damnum dedisset, ultra interesse Partis. Et Officialis possit eam defacto ab illis exigere.

SVMMARIVM.

1 *Accusator qui accusationem non probavit non tenetur ad pœnam, sed solum ad expensas.*

Cùm pœna talionis hodiè non sit in usu, num. 2.

Non tenetur tamen neque ad expensas in pluribus casibus relatis, n. 3.

4 *Querelantium materiam qui tractant remissivè*

5 *Accusare delinquentem, seu querelam instituere an liceat in foro interno.*

6 *Accusator non probans in crimine falsa monetæ non tenetur de calumnia.*

ANNOTATIO.

1 QVod de iure communi accusator, qui accusationem contra aliquem porrectam non probavit qui dicitur calumniator præsumptus non teneatur ad pœnam, ut habetur in hoc statuto, sed solùm ad refectionem expensarum tradunt *Farinac. de accusat. quæst. 16, numer. 13*, ubi dicit ita practicari, & reprobat *Scacc. contrarium tenentem*, *Vermigliol. conf. 127, numer. 11, & conf. 283, numer. 8*, *Caball. variar. resol. casu 205, numer. 4, & sequent. cent. 3*, ubi dicit, ita semper practicari vidisse, & alii per me relati in *Resolut. criminal. in verbo Accusatio, resol. 1, n. 4.*

2 Maximè cum pœna tallionis, quæ videtur renovari in hoc statuto non sit amplius in usu, ut probant Doctores per me relati

3 in d. *resol. 1, in princ.* Cuius statuti dispositio cessat in quampluribus casibus, & præcipuè quando accusator habuit iustam causam accusandi, quando accusationem semiplenè probavit, & in aliis casibus, quos refert *Farinac. de accusat. d. quæst. 16, ferè per tot.* & dixi *Ego in Resolut. crimin. in d. verb. Accusatio, resol. 1, n. 5, 6, & seq.*

ADDITIO.

4 DE materia huius rubricæ tractant *Doctores citati lib. 2, rubr. 10*, & præter eos *citati à Sabell. in summ. diversf. tractat. §. Calumnia, numer. 1, & sequent.* & latissimè *Severin. in addit. ad decis. 346, Sanfelic. per tot. Fragos. de regim. Reipub. Christian. par. 1, lib. 5, disp. 13, §. 8, à numer. 1, Berlich. conclu. legal. conclu. 19, par. 4, à numer. 1*, & latissimè *Pasferin. à Sexiul. in Tribunal. Regular. quæst. 7, art. 5, à num. 19*, & ita ipsos pro occurrentia casuum examina, nè additioneshas, etsi tenuiles, non tamen fastidiosas consarciam.

5 Nota tamen quòd querelatio, seu accusatio prætermissis interno odio, & iniuria, licitæ sunt, imò meritorium est accusare, & accusationem prosequi, quando vitatur odiũ internum; ex quo Domini præceptum parcendi inimicum consistit in remissione interna iniuriæ, & ita aliquando accusare tenemur *D. Thom. Suarez, Bonac. Ioann. Sanchez, Castr. Palao, Trullench. & alii citati per Matthæn. de re crim. controver. 27, numer. 14*, & ad ista vide *Guazzin. Iun.* ad

ad destruc. Animar. lib. 2, def. 2, cap. 17, & sequent. latè hæc tractantem.

6 Scias etiam, quòd si accusator in crimine falsæ monetæ succumbat, & non probet, non punitur de calumnia, *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controver. inter Episcop. & Regular. p. 1, n. 1360, in fin.*

DE POENA AMOVENTIS TERMINUM.

Rubrica XIV.

QVi Terminum alicuius Possessionis fraudolenter amovere, evellere, seu quomodocumque corrumpere, vel mutare ausus fuerit, ultra refectionem interesse Parti statim faciendam, pœnam scutorum xxv. & maiorem iuxta facti qualitate Iudicis arbitrio, vice qualibet incurrat, quam si solvere non possit, corporaliter etiam plectatur, & Terminus in pristinum locum reponatur: Et si de delicto non constet, volumus in dubio procedi posse contra Vicinum interesse habentem, præcedentibus aliquibus indiciis, ad dictam pœnam. Reliqua de Terminis, vide infra sub Rubr. De Terminis ponendis.

SVMMARIVM.

1 *Termini dicuntur lapides, pali, & alia signa similia agros dividentia.*

Quæ quomodo cognoscantur, num. 2,

3 *Terminos amoventes puniuntur pœnâ arbitraria, & num. 9,*

Quæ extendi potest usque ad mortem iuxta facti circunstantias, num. 10,

Et qua pœna puniebantur inspectis ll. 2, tab. iure civili, & Canonico, n. 8,

Amplia supra tradita, ut num. 4,

Et contra amoventes terminos datur iuramentum in litem, n. 5,

Procedit si amotio terminorum sit facta dolosè, & fraudolenter, aliàs secùs, numer. 6,

ANNOTATIO.

1 TErmini dicuntur lapides, pali, arbores, & alia signa similia agros adinvicem dividentia, ut declarant *Iodoc. in pract. crimin. cap. 127, numer. 8, Vivia. opin. 870, & Farinac. de furt. quæst. 168, numer. 112.*

2 Quæ cognoscuntur esse talia, si illi habeant lapides parvulos hinc inde ad custodiam, qui vulgò dicuntur testes, ut not. *Corn. consi. 333, numer. 12, vol. 1, & Monta. de fini. cap. 19, numer. 2,* & etiam fovet *Sperell. decis. 178, num. 2, par. 2.*

3 De iure autem communi pœna contra amoventes terminos est arbitraria, & extraordinaria, *l. 1, & ibi glos. Cin. Odofr. Bald. Alber. Fulgos. & alii, C. de accus.* nec non *Clar. in pract. §. final. quæst. 83, numer. 10, vers. Terminos movens, &c. & Farinac. de furt. quæst. 168, numer. 92, & Menoch. de arbitr. casu 393, numer. 15, & sequent.*

4 Maximè contra amoventes terminos causa occupandi agrum vicini, & dilatandi confines proprii agri, ut tradunt *Clar. in d. quæst. 83, numer. 10, Petr. Gregor. Tholos. in sintag. iur. univer. lib. 39, cap. 13, num 9, Vivian. d. opin. 870,* & alii quos refert, & sequitur *Farinac. de furt. d. quæst. 168, numer. 94.*

5 Et contra amoventes terminos dari iuramẽtum in litem non solum pro damnis, & interesse, sed etiam ad probationem loci, in quo ante amotionem termini extabant, ut declarant *Hieron. de Monte de fini. cap. 69, numer. 1, & sequent. Seraph. de privil. iur. privil. 31, numer. 106, & Farinac. in d. q. 168, numer. 114,* ubi dat concordantes.

6 Supradicta tamen habent locum quando amotio terminorum fit dolosè, & fraudolenter, ut dicitur in hoc statuto, animo occupandi bona alterius, vel inducendi discordias inter vicinos, vel illos furandi, & simil. quia tunc intrant dictæ pœnæ, secùs tamen est si id fiat casu, & sine dolo, prout evenit aliquando in rusticis, qui arando terminos effodiunt, quia tunc nulla intrat pœna, ut not. *Petr. Gregor. Tholos. d. lib. 39, cap. 13, n. 11, & Farinac. d. quæst. 168, n. 115.*

A D-

A D D I T I O.

7 Termini ut conserventur, & nè confundantur poni debent citatis partibus, & eis fixis coram testibus conficiendum est instrumentum, *Pacichel. de distant. cap. 4, membr. 2, numer. 16, vers. Verum hi, &c. per tex. in l. si quis super 3, ibi si altera pars se subtraxerit, Cod. fin. regundor. & l. si irruptione, 8. ff. Cod. Oter. de pasc. c. 28, n. 3.*

8 Terminos amoventes, rumpentes, pervertentes, aut quocunque modo invadentes, variis pœnis puniebantur; *legib. 12, tabul.* pœnâ capitali, quasi ipsius Divinæ Maiestatis esset ius læsum; iure Divino horrenda maledictionis pœna; iure autem canonico excommunicationis, *cap. tanta. 11, causa 1, quæst. 7. arg. 1, Divus, 2, ff. de term. amot.* duorum mensium spatio, *cap. tanta, 24, disp. 86, Farinac. Meyler. & alii*, quos citat *d. Pacichel. d. membr. 2, n. 18.*

9 Iure autem civili pœnâ arbitraria iuxta qualitatem, & gravitatē delicti puniuntur, ut tradit *hic noster Conciol.* & novissimè *d. Pacichel. d. membr. 2. & n. 18*, ubi tradit pro circumstantiarum gravitate posse pœnam usque ad mortem perduci per *tex. in l. sunt quadam, 9. de extraordin. crim. l. 1, §. generaliter, 3 ff. de pœnis, l. si is qui, 7. §. in servos, 3, ff de iurisd. l. sacrilegii, 6. in princ. ff. ad l. Iul. pecul. lex. Iulia, 7. in fin. ibi: Capite plecti, ff. ad l. Iul. repetend. Menoch. de arbitrar. 2, cas. 89, numer. 20, Fachin. contro. lib. 9, cap. 45.* quem *Pacichel.* pro hac materia consule, qui latè doctissimè eam in *dict. membr. 2*, tractat, & videas *Carpzov. in pract. crim. quæst. 83, numer. 67, & seqq. Oter. de pasc. cap. 28, per tot.* maximè *numer. 8, & sequent. Fermosin. in cap. ex literis 3, de probatio q. 2, per tot.*

DE POENA INCIDENTIVM VITES.

Rubrica XV.

QVi dolosè Vineam, Arbustum, sivè Pergulam, vel eorum Partem inciderit, vel aliter corruperit, si quidem ultra decem Vites id commiserit, ad Triremes quinquennio transmittatur: Si verò inciderit a tribus Vitibus suprà condemnetur in Libr. C. & fustigetur per Civitatem: Quòd si inciderit tres Vites, sivè pauciores in libris xxv. pro qualibet Vite condemnetur, & in Exilium per Annum mittatur, & quocumque casu damnum Parti læsæ resarcire cogatur. De prædictis verò Iudex tàm ad Partis Querelam, quàm ex officio diligenter inquirere possit, & debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Vitium incisores puniuntur pœnâ mortis.*
De iure autem communi puniuntur arbitrariè, n. 9,
Cùm pœna mortis de consuetudine non servetur, n. 4,
Et eadem pœna puniuntur vastatores, & incisores arborum, n. 2,
Qui etiam tenentur ad emendationem damni, num. 3,
Præsumptio verò incisionis est contra inimicum, n. 5,
Et contra vicinum, n. 6,
7 *Vites veniunt appellatione arborum.*
Impropriè tamen, & sic non veniunt appellatione arborum in materia stricta, & odiosa, num. 8,
10 *Arborum incisores an sint criminaliter procedendi.*
11 *Arborum incisio quæ sufficiat ad caducitatem in emphiteusi.*
12 *Arbores aptæ ad fabricandum triremes non possunt incidi.*

A N N O T A T I O.

1 POEna contra incidentes vites de iure est ultimi supplicii, uti puniuntur latrones, *l. 2, & ibi glos. ff. arb. fur. cæsa.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæst. 68, vers. Vastatores, &c. Vulpell. cons. crim. 111, in princ.*

princ. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 20, numer. 113, & Cabal. variar. resol. casu 21,
2 *numer. 1, & sequent. cent. 1.* Quæ pœna habet locum etiam in vastatoribus, & incisoribus arborum secundum *Clar. in d. quæst. 68, vers. Vastatores, &c. & Farinac. in d. q. 20, n. 113, Caball. in d. casu 21, in princ. & Bonfin. ad bannim. general. cap. 72, nu. 1.*

3 Qui etiam tenentur ad restitutionē, & emēdationem damni, *l. si servus servū, 27, §. idem & in silva cedria. ff. ad l. aquil. l. si altius, 7. §. at qui arbores, ff. quod vi. aut clam. l. 1, C. ad leg. acq. Medic. de casib. fort. par. 1, quæst. 11. numer. 18,* & latè comprobat *Aldovin. cons. 43, n. 4.*

4 Licet quòd dicta pœna mortis contra incisores vitium, & arborum in practica non servetur, & eius loco imponatur pœna extraordinaria modo scilicet trium funis ictuū, modo fustigationis, & modo triremium iuxta facti, & personarum qualitatem, ut disponitur etiam in supradicto statuto declarant *Clar. in d. quæst. 68. vers. Vastatores, &c.* ubi dicit ita apud eos servari, & idem tradit *Baiar. ibi. numer. 120, & Farinac. de delict. & pœn. d. quæst. 20, numer. 113,* & tradit etiam *Bonfin. ad bannim. general. d. cap. 72, numer. 1,* & non dissentit *Caball. in d. casu 21, in prin.*

5 Quod si ignoretur delinquens præsumptio est contra inimicum, si inimicitia est capitalis, ut not. *Osasch. decis. pedem. 88, numer. 21, & sequent. Plot. de in litem iura. §. 54, numer. 3, & 12, Bonfin. ad bannim.*
6 *gener. cap. 72, numer. 2* & contra vicinum, ut not. *Mascar. de probat. conclus. 472, numer. ... vol. 1, Farinac. de indit. & tort. quæst. 52, numer. 27, & sequent. Plot. de in litem iur. d. §. 54, numer. 3, & 12, & Bonfin. in d. cap. 72, n. 2.*

ADDITIO.

7 Vites appellatione arborum veniunt, & ita tanquam de arbore iudicatur, ita ut, ad idem teneatur sepem, seu vitem erumpens ob violentum ingressum in fundum, sicut qui arborem excidit, *Berlich. ubi proximè concl. 52, numer. 22, Florian. citatus à Pacichel. de distant. cap. 4. membr. 1, numer. 9, Capol. Tusch. Bart. Rota. Barbos. & alii*, quos citat novissimè *Sabell. in summ. divers. tractat. §. Arbor. numer. 1,* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.*
8 *5, tit. 65, glos. 36, ad §. 32, numer. 3.* qua appellatione arborum impropriè vites venire, taliter quod stante statuto de arboribus loquendo, cùm strictè sit accipiendum, non se extendere ad vites dicat *Aldovin. citatus à dict. Pacichel. dict. tractat. cap. 11, numer. 4, & 5.*

9 Itaque vites, & arbores incidentes iuxta qualitatem, ac modum excisionis variè puniuntur, ut apparet *in tit. ff. arbor. furt. cæs.* & tradunt *Menoch. Christin. Farinac. Baiar. ad Clar. Tepat. Caball. & alii citati à d. Modern. Sabell. dict. §. Arbor, numer. 4, Carpzou. in pract. crim. quæst. 83, numer. 2, & sequent. Gimb. obser. 72, num. 1,* & eo citato novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 4, cap. 26, tit. 51, numer. 1, & tom. 5, tit. 65, §. 31, numer. 39, pag. 91, Muscatel. in prax. crim. cap. de incendiis, &c. numer. 41, & sequent.* novissimè *Brulla ad consuetud. Neapol. tit. 29, cap. unic. numer. 23, & sequent. & alii,* quos citat *Valeron. de transact. tit. 4, quæst. 3, numer. 8, Berlich. conclu. legal. par. 5, concl. 52, per tot. Eminen. De Luca de servitutib. in supplem. discur. 111, numer. 6, & de iurisd.*
10 *discur. 81, numer. 3. & 4,* ubi tradit, an, & quando iudicium istud sit civile, vel criminale, *Quesada & Pilo, dissert. 5, per tot.* ubi multa de excisione arborum, & lignorum, & *numer. 31, & sequent.* tradit quando incidentes de mandato alterius teneantur, quem, & suprà citatos prævide.

11 Arborum incisio quæ sufficiat pro caducitate rei emphiteoticariæ latè tradunt novissimè *Castald. consult. foren. consult. 90, numer. 3, & sequent. Carol. Ant. De Luca animadver. ad discept. Gratian. cap. 152, numer. 6, 10, & sequent. tom. 1, & cap. 21, per tot.* tradit arbores frugiferæ vi ventorum evulsæ an spectent ad usufructuarium, seu ad proprietarium, ad quod vide *Doctores citatos per Modern. Sabell. in summ. divers. tractat. §. Arbor. n. 8.*

12 Nota tandem quòd arbores aptè ad fabricandum Triremes, etiam inspecto iure communi, radicitus non possunt incidi *Revit. ad prag. 1, de incis. arbor. n. 1.*

DE POENA CAPIENTIS, AVT occidentis Columbos.

Rubrica XVI.

SI quis ausu temerario præsumpserit Columbos, seu Pipiones Archibusio, Balista, vel alio instrumenti genere occidere, vel etiam retibus, laqueis, aut quovis alio modo aucupatus fuerit ad Palearia, Venatia, & similia, duobus funis ictibus publicè plectatur, & Pœnam Scutorum xxv. vice qualibet incurrat, & pro quolibet Pipione Iulios duos Domino solvere teneatur. De prædictis verò quilibet possit accusare, & denunciare, & lucretur quartam partem pœnæ, & credatur eius iuramento cum uno Teste idoneo. Et Iudex debeat de prædictis diligenter inquirere, dummodò tempore sui Officii, vel antè per annum dumtaxat commissa fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Columbos capiens, vel occidens committit furtum.*

Et tenetur Domino ad restitutionem, numer. 2.

Nisi tamen Columbaria esset prohibita per statutum, n. 3.

Et idem est in eo, qui in suo Columbario appositis illecebris alienos columbos trahit, num. 4.

5 *Columbaria in Cathalonia sunt sub pace, & tregua, & ita columbis damnum dantes graviter puniuntur.*

6 *Columbos habere cuique licitum est.*

Et ita eorum domini de damno dato ex accidenti per columbos non tenentur, num. 7.

Neque in foro interno, num. 8.

ANNOTATIO.

MAgna quidem cum ratione fuit in hoc statuto imposita pœna scutorum vigintiquinque, & duorum funis ictuum cōtra capientes, seu occidentes columbos, seu pipiones, quia cùm illi habeant consuetudinem eundi, & redeundi ad Columbarium

1 dicuntur habere certum dominum, & ideò illos capiens, seu occidens dicitur committere furtum, ut tradunt *Baiar. ad Clar. §. furtum, numer. 94. Petr. Gregor. Tholos. in sintag. iur. univ. lib. 37, cap. 5, numer. 14, Cæpoll. de servit. rustic. præd cap. 77, in princip. Carpan. ad stat. Mediol. lib. 2, cap. 442, numer.... Farinac. de furt. quæst. 174, numer. 91, & Bonfin. ad bannim. gener. cap. 76, numer. 1.*

2 Itaut in foro conscientiæ illos capiens, vel occidens teneatur ad restitutionem domino illorum, ut disponitur in hoc statuto, in quo mandatur restitui iulios duos pro pipione, & tradunt *Bonif. de furt. §. mobilis numer. 21*, quem refert, & sequitur *Farinac.*

3 *de furt. in d. quæst. 174, numer. 91.* nisi Columbaria essent prohibita per statutum, ut ibi per eum, cum quibus pertranseunt *P. Less. de iust. & iur. lib. 2, cap. 5, dubit. 6, sub numer. 28, & P. Laiman. in Theol. moral. lib. 3, tractat. 1, cap. 5, numer. 17.*

4 Quæ conclusio ampliatur, ut habeat locum etiam in eo, qui in suo columbario appositis illecebris aliorum columbos eo traducit, quem teneri ad restitutionem dicunt *P. Less. d. disput. 6, numer. 28, in fin.* Secùs si sine fraude id accidat, ut ibi per eum, & *P. Laiman. in d. cap. 5, numer. 17, vers. Ceterum, &c.*

Quando verò valeat statutum, quod credatur unico testi dixi suprà *lib. 4, rubr. 64*, videas ibi si placet.

ADDITIO.

5 COlumbarii in hac nostra Provincia per *Constit. 3, §. 6, tit. de pau, y treva* sunt posita sub pace, ac tregua, & ita columbariis, ac columbis damnum dantes graviter puniuntur, imò ipsos occidens absque ballista tenetur domino alios restituere;

G

si tamen columbos non habeat, tenetur solvere domino pro quolibet columbo mortuo, quinque solidos per *usat. 28, sub tit. de iniur. & damn. dat.*

6 Columbos habere in suo columbario cuique licitum est, & isti qui ab ædificiis nostris volant, ac revolant nostri sunt, *l. 3, ff. de acquirer. domi. & §. Pavonum. inst. de*

7 *rer. divis.* undè sic habentes columbaria minimè tenentur ex damni causa, quod per columbos contingit, quamvis non tam latos campos possideat, ut columbarum pastioni sua rura non sufficiant, ea potissima ratione; quia innocens earum est victus in sententia, *D. August. quæst. 7, cap. Non, omnis*, & dicunt *Alberic. Boer. Rendel. &* *alii citati per Pacichel. de distant. cap. 6,*

8 *membr. 5, numer. 5. & sequens.* quàpropter non peccant columbariorum domini, & si tam latos fundos non habeant, ut pastioni columbarum sint verisimiliter satis, nec tenentur ex causa damni per accidens dati, quòd par videtur eorum utilitas quæ agris per stercorationem affertur, ut referunt *Angel. Io. de Saxo. Alberic. Boer. citati per dict. Pacichel. dict. membr. 8, numer. 8*, vide *Tondut. quæst. civil. cap.* 140, aliqua de hac materia columbarum tradentem, & *Berlich. concl. legal. par. 5, concl. 50, à numer. 19*, ubi de furto columbarum multa tradit *Bonacin. tom. 2, de restitutio. in genere disp. 1, q. 3, punct. 7, à n. 4.*

DE POENA OCCVPANTIS, VEL DEstruentis, sivè mutantis vias.

Rubrica XVII.

SI quis ausus fuerit occupare, vel destruere aliquam viam publicam, vel eius partem, sivè etiam vicinalem in Comitatu Eugubii eam laborando, vel aliter, puniatur pro via publica in xxv. libr. & pro vicinali in x. libr. & viam reducat in pristinum statum, & quilibet possit accusare, & habeat tertiam partem pœnæ: Et ad requisitionem cuiuslibet Vicini Officialis, & Syndicus Communis habita debita informatione teneantur illam iterum terminari, & aperiri facere.

SVMMARIVM.

1 *Via publica, vicinalis, & privata quæ dicatur.*

Via autem in dubio præsumitur publica, numer. 2,

3 *Via publica à nemine potest occupari.*

Neque potest claudi, nisi favore religionis, num. 4,

Neque via vicinalis potest claudi, numer. 5,

6 *Authoris remissio.*

ANNOTATIO.

DIxi suprà in *lib. præcedenti ad rubr. 27, ex Capoll. Petr. Greg. Tholos. Fenzo. Surd. Antonell.* ibi adductis, quod viarũ aliæ sunt publicæ, aliæ sunt privatæ, & aliæ sunt vicinales, Quæ autem dicatur via publica,

1 quæ vicinalis, & quæ privata, declarant *Capoll. de servit. rustic. præd. cap. 3, numer. 16, & numer. 68; Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. V, conclus. 176, per tot. Petr. Gregor. Tholos. in synt. iur. univ. lib. 3, cap. 13, Fenzon. ad stat Vrb. lib. 1, cap. 105, numer. 3, & sequent. Surd. decis. 42, numer. 2, & Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 23, num. 6, & sequent.*

2 In dubio tamen via præsumitur publica, non autem vicinalis, *l. 2, §. viarum, ff. ne quid in loco public. Cardin. Tusch. d. concl. 176, numer. 3, & P. Diana in summa in verbo Immunitas Ecclesiastica, numer. 31, in princip.*

3 Via autem publica à nemine potest occupari, vel impediri, etiam si id nemini sit nociturum, ut habetur in hoc statuto sub pœna, ultra obligationem reponendi in pristinum, ut not. *Calvin. de aquit. lib. 1, c. 25,*

num. 7, & Ciriac. contro. 667, numer. 31, sacrilegii quasi occupans rem sacram, *l. 1, ff. de via public. Afflict. de iure protom. § 9, numer. 9, & sequent.* ubi dicit dict. occupantem puniri in quinquaginta libris auri, *Cardin. Tusch. pract. conclus. litt. V, concl. 177, numer. 4, & conclus.* 178, *per tot. Capoll. de servit. rustic. prad. cap. 3. numer. 26, & sequent.* ubi quod illa neque potest claudi, ut ibi per eum, & *Antonel. de loco legal. lib. 2, cap. 23, numer. 7.* Nisi favore

4 Religionis *Bald. cons.* 206, *n. 2, par. 1.*

5 Prout etiam neque via vicinalis potest occupari, neque claudi, itaut si id fiat sit in pristinum reponenda, *l. 2, §. vicinalis, ff. ne quid in loco public. Capoll. de servit. urban. prad. cap. 75, numer. 7, Fenzon. ad statut, Vrb. lib. 1, cap. 105, in fin.*

A D I T I O.

6 MVlta de viis, & materia nostri statuti dixi in *lib. 1, rubr. 54, & 56, & lib. 5, numer. 27,* quæ hic repetere foret inutile, imò repræhensibile; itaque ad ibi dicta recurre, cùm diligentia possibili studeam repetitionem effugere.

QVOD NEMO PLANTET IVXTA VIAS publicas, aut arbores in iis incidat.

Rubrica XVIII.

NVllus etiam audeat plantare Sepes, aut Arbores quascumque, & similia iuxta Vias publicas per unum pedem cum dimidio. Sicut etiam Arbores quascumque existentes in Viis publicis incidere, aut amovere nemo possit, Sed Communis esse censeantur, non obstante usu, sivè præscriptione per temporis lapsum allegata ad pœnam quocunque casu x. libr. Restitutionis loci in pristinum, & Arborum amotarum Communi faciendæ: Possit tamen proximior vicinus habere fructus dd. Arborum absque pœna salva proprietate Communi.

S V M M A R I V M.

1 *Arborem plantans debet distare à fundo vicini per quinque pedes, & num. 7,*
Licet esse relinquendum solum spatium duorum pedum not. Giovag. *n. 2,*
Et plantans propè aquaductum debet distare per decem pedes, num. 4,
3 *Arborum appellatione veniunt etiam vites.*
5 *Vrbini Ducis Decreta fuerunt confirmata per Summos Pontifices.*
6 *Arbores propè vias publicas pertinent ad Principem seu Rempub.*
Contrarium tenent alii imò eos spectare ad dominos prædiorum vicinorum, numer. 8,
Plantatæ autem propè ripas eorum sunt quorum sunt ripæ, n. 9,

A N N O T A T I O.

1 PLantans arborem in suo fundo debet distare à fundo vicini per spatium quinque pedum de iure communi ad tex. in *leg. fin. ff. fini. regun.* & tradunt *Capoll. de servit. Vrb. prad. cap. 81, in princ. Aldov. consil. 12, numer. 2, Gratian. discept. foren. cap. 314, numer. 7, & Antonel. de loco legal. lib. 2, cap. 23, numer. 32,* licet plantans olivam, & ficum distare debeat à fundo vicini per spatium novem pedum, ut habetur in *d. l. fin. ff. fini. regun.* & tradunt *Capoll. Aldov. &*

2 *Antonel. in locis proximè adductis.* Et licet relinquendum esse tantum spatium duorum pedum tueatur *Giovagn. cons. 30, numer. 14, lib. 2,* si plantatio est facta sciente vicino nō est amovenda, *Gratian. ubi suprà, num. 8,*

Ar-

3 Arboris verò appellatione veniunt vites, *l. 1, §. arboris, l. 2, ff arbor. furt. caesa. Amat. decis. March. 96, per tot. Petr. Gregor. Tholos. in sintag. iur. univ. lib. 37, cap. 6, num. 4.* plenè *Barbos. de appell. verb. signif. appell. 22, numer. 1, & 2.* ubi dicit, arborum appellatione venire etiam hæderam, arundinem, & alia de quibus ibi per eum.

4 Hinc videmus, quod propè aquæductū publicum non possunt arbores plantari, nisi dimisso spatio decem pedum, ad tex *in l. omnis servitus, 6, §. super his, & ibi not. glos. Io. de Plat. Bart. & alii, C. de aqued. lib. 11,* & notat etiam *Petr. Gregor. Tholos. in sintag. iur. univers. lib. 20, cap. 9, n. 5.*

Hoc statutum prohibens incidi arbores quæ sunt in viis publicis concordat cum *Decreto q. Ducis Vrbini* idem prohibente publicato de anno 1588, de quo habetur in libro Decretorum Communitatis Cantiani fol...

5 Quòd etiam hodiè venit observandum nòn solum ex confirmatione S. M. Vrbani Octavi, ut testatur Illustrissimus Dominus meus Deluca *in Theatr. verit. & iust. in tit. de donat. discur. 2, nu. 27, & discur. 35, numer. 13,*

6 Sed etiam ex speciali confirmatione S. M. Clem. Papæ X. & cum concordet etiam cum iure communi, quo arbores iuxta vias publicas, quæ non subiacent periculo corrosionis fluminis pertineant ad Rempub. seu Principem, ut tradit *Ripa in l. quominus, numer. 70, ff. de flum.* ubi testatur, ita de facto servari, Quicquid dicendum sit de arboribus, quæ sunt in ripis, seu fossis Civitatis, de quibus *Surd. cum alleg. ab eo decis. 42, numer. 14, & Franc. Marc. dec. 346, num. 3, par. 2.*

ADDITIO.

7 Tradita hic à *nostro Conciolo* comprobant *Pacichel. de distant. cap. 11, per tot.* præcipuè *numer. 8, & sequent. Calvin. Astald. Severol. & alii* ab eo citati, & pariter novissimè *Carol. Ant. De Luca animadver. ad discep. Gratian. cap. 314, num. 13, tom. 2, Rot. post. Pacichel. decis. 34, numer. 5.*

8 Arbores autem plantatæ propè vias, seu inibi natæ pertinent ad dominos prædiorum vicinorum, non autem sunt Principis, seu Reipublicæ, statuto non extante, *Vrsill. à me citatus lib. 1, rubr. 56, numer. 12, Bart. Afflict. Ripa Alban. Fabian. Surd. & alii* quos citat *Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 3. num. 53, tom 2,* ad quod videas *Modern. Pecch. de aquaduct. & Gob.* citatos p r *Sab ll in summ. tractat. var. 5.*

9 *Arbor, numer. 16,* natæ autem in ripa eorum sunt, quorum sunt ripæ, *Modern. Autun. Portugal. de donationib. R g par. 3, cap. 4, numer. 55, tom. 2, Moli. obser. foren. obser. 97, num. 95.*

QVOD NEMO PROIICIAT SAXA, VEL IMmunditias in Vias publicas.

Rubrica XIX.

Nemo in posterum Agros expurgando saxa, & aliàs immunditias, sive imbrigamenta projicere debeat in Vias publicas, & in illis existentia per adjacentes ex eorum parte omninò removeri debeant, ad hoc ut quilibet per eas liberè, etiam cum bestiis transire valeat, sed prædicta ad vicinum flumen exportari faciat, vel in Agro ipso fodiat termino octo dierum ab Officiali, seu Syndico Communis assignando, ad pœnam v. libr. pro qualibet vice de facto ab inobediente exigendam, & ulterius per eosdem gravari possit qualibet die, donec pareat.

SVMMARIVM.

1 *Concioli alibi remissio.*
2 *Additionatoris alibi remissio.*

ANNOTATIO.

1 De materia huius statuti prohibentis projici saxa, & immunditias in vias publi-

publicas, & quod illa amoveri debeant infra terminum octo dierum sub pœna quinque librarum, quòd dict. statutum sit validum, & alia plura pro illius declaratione dixi supra in *lib. praeced. rub. 28*, videas igitur ibi, cum noluerim illa iterum hic inutiliter replicare.

A D D I T I O.

2 MAteriam hanc huiusstatuti tetigi *lib. 5. rubr. 28*, quàm hic repetere inutile foret; quàpropter eam prævidere penes *Doctores* ibi citatos, nè met ipsa hùc transcribere tenear.

QVOD TRANSEVNDO PER BONA ALTErius ius eundi non præscribatur.

Rubrica XX.

ANtiquis Constitutionibus inhærentes, Volumus quòd si quis longi, sivè longissimi temporis spatio, sciente etiam, & patiente Domino transierit per bona, vel terras alterius, non censeatur Ius aliquod transeundi acquisivisse, vel Præscripsisse, sed per Dominum quandocumque repelli, & prohiberi posse: Nisi tamen servitus probaretur, vel Via, sivè aditus aliunde ad propria bona non adesset, quo casu Iuris præsumptione servitutem constitutam esse censendum erit. Reliqua ad Vias spectantia habes supra Libr. V. sub Rub. de Viis, & aliis locis.

S V M M A R I V M.

1 *Servitus via dicitur discontinua.*

Et ideò ad illam acquirendam requiritur tempus immemorabile. num. 2.

Nisi allegaretur titulus, & probetur quasi possessio decem annorum inter præsentes, num. 3.

4 *Vicinus tenetur vendere viam vicino illam non habenti ad suum fundum.*

Secùs si illam possit habere aliundè licet longiorem 5.

6 *Servitus via non præsumitur deberi, & qua ratione.*

A N N O T A T I O.

STatutum supradictum, quòd per transitum super bonis alterius etiam per tempus longum, seu longissimum, & etiam patiente domino non censeatur præscriptum, neque acquisitum ius transeundi super dictis bonis concordat cum iure communi,
1 quo est dispositum, quod cùm dicta servitus dicatur discontinua cùm in ea requiratur factum hominis, qui non potest esse continuus, sed interpellatus, ut declarant *Capoll. de servit. urban. praed. cap. 19, numer. 5. Adden. ad Paitell. exped. 24, numer. 1, & sequent. Giurb. obser. 62, numer. 5, & Andreol. ad Capoll. post princ. vers. servitus quadam, &c. Rota decis. 416, numer. 4, par. 14,*
2 *recent.* & ideò ad illam acquirendam non sufficit transitus super bonis alienis per spatium longi, aut longissimi temporis, sed requiritur tantùm tempus, cuius initii memoria non extat, ut tradunt *Capoll. in d. cap. 19, numer. 4, Balb. de praescr. 2, par. 4, par. princ. quaest. 1, numer. 2, vers. Si verò, &c. Paitell. exped. 24, numer. 12, & 34, & ibi Adden. numer. 37, & sequent. Andreol. controver. 178, numer. 3, & sequent. & Giurb. obser. 62, numer. 4,* ubi dat concordantes quamplures *Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 81, numer. 8, & Rota decis. 416, num. 5, par. 14, recent.*
3 Nisi tamen allegetur titulus servitutis discontinuæ, & probetur de quasi possessione servitutis decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, sciente, & patiente adversario, quia tunc id sufficit, licèt titulus non probetur, ut testantur *Capoll. & Balb. in locis suprà adductis,* ubi de communi, *Sum. magis comm. opin. lib. 1, conclus. 456, Adden. ad Paitell. d. exped. 24, numer. 42, & sequent. & Andreol. d. contro. 178, numer. 3, & sequent.* qui dant concordantes, & plura requirunt, ut d. conclusioni sit

fit locus, quæ videas ibi per eos, cum quibus pertransit *Antonel. de tempor. legal. lib. 2, cap. 81, numer. 47.*

4 Quando verò quis non habet viam eundi, ad fundum proprium, vicinus tenetur illam concedere soluto pretio super suis bonis per locum ei minus damnosum, saltem de æquitate secundum *Boer. decis. 322, numer. 11, & seq & Cardin. Tusch. pract. concl. lit. V, concl. 180, numer. 7,* ubi testatur de veriori opinione *Abb. cons. 403, numer. 7, vol. 2,* Secùs
5 si aliundè possit habere viam licet longiorem, *Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 23, numer. 13.* ubi concordantes.

ADDITIO.

6 Hoc in statuto non tractatur de prætendentibus ius eundi per bona alterius, ex quo solum per quod transitur sit publicum; quia tunc diversas res esset iuxta tradita per *Eminen. De Luca de servitutib. discur. 23, per tot.* sed tractatur solùm de servitute viæ, seu transitus per fundum alterius, & in ista, ex quo allegans libertatem habet intentionem fundatam, difficile est obtinere, quod servitus prædicta competat; eo quia ea non præsumitur, ut in terminis tradit *Eminen. De Luca de servitut. in supplem. discurs. 24, n. 3.*

QVOD NEMO FODIAT PROPE MVRVM, vel grippum alterius.

Rubrica XXI.

Nemo debeat fodere, vel zappare propè Domum, Murum, vel Grippum alterius, ita quòd Domus, Murus, vel Grippus possint ullo modo destrui, vel alamari, sed dimisso spatio arbitrio boni viri, & qui contrafecerit in X. Libr. qualibet vice condemnetur, & damnum emendare statim per Iudices compellatur.

SVMMARIVM.

1 *Vicini fundus dicitur qui cohæret ad unguem fundo vicini.*
Et quis dicatur vicinus remittitur arbitrio Iudicis, num. 2,
Vicini verò dicuntur ferè socii, n. 3,
Et ideò debent sibi facere bonam vicinam, num. 4,
Et tenentur dimittere legitimum spatium Iudicis arbitrio, n. 5,
6 *Passus est mensura quinque pedum,*
7 *Fovea fieri potest in proprio solo quando sibi prodest, & vicino non nocet.*
Et ex quo in viam publicam respicit cessare facit æmulationem, num. 8,

ANNOTATIO.

1 Vicini fundus, seu grippus, de quibus habetur in hoc statuto dicitur qui cohæret ad unguem fundo vicini, non autem si via sit in medio, *l. 4, §. hoc indicium, & ibi Bart. ff. fini. regun. Afflict. de iure protho. §. 9, numer. 1, not.* licèt contrarium teneat *Capoll. de serv. rustic. præd. cap. 3, num. 34,*
2 & licet quando quis dicatur vicinus pluribus opinionibus relatis remitti Iudicis arbitrio scripserit *Antonel. de loco legal. lib. 1, cap. 2, numer. 14,* ubi testatur de veriori opinione.

Et non mirùm si statutum supradictum prohibet quòd vicinus non possit fodere iuxta murum, domum, & grippum alterius, ex
3 quo vicinus possit damnificari, quia vicini dicuntur ferè socii, ut dicit *Specul. in tit. de*
4 *Iudic. §. 2, vers. dicitur enim, &c.* & ideò vicini debent sibi invicem facere bonam vicinantiam, *l. Imperatores, 17, & ibi hoc*
5 *not. Floria. ff. de servit. rust. præd.* Itaut debeat dimittere legitimum spatium Iudicis arbitrio statuendum, quòd ego iudicarem saltem unius passi, ut tradunt *Franc. Marc. decis. 501, numer. 7, 8, & 9, & sequent. par. 1, & Antonell. de loco legal. cap. 23, numer. 22,* volentes, quod si quis effodiat puteum iuxta regionem alterius teneatur dimittere
6 spatium unius passi, ut ibi per eos, Passus verò est mensura quinque pedum, & pes est

est spatium quindecim digitorum, ut tradunt *Franc. Marc. d. decis. 501, numer. 12, & Antonell. de loco legal. lib. 2, cap. 23, numer. 33.*

ADDITIO.

7 Fovea autem in proprio solo fieri potest prope domum, & murum vicini, quando quis id facit ut sibi principaliter prosit, & vicino minimè nocumentum afferat, fundamenta eius non destruendo, nec marescendo cum aqua in illa recolligenda, & non fiat ad æmulationem, *Pacichel. de distant. cap. 8, numer. 3, per l. vicinus, 24, ff. de aqua, & aqua pluv. arcen.* ubi citat *Cepoll. Sabell. & alios*, & num. 4, tradit quan-
8 do æmulatio cesset, præcipuè si foveæ viam publicam respiciant, vid. adi *Tondut. & alii citati à Modern. Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, cap. 4, numer. 24, Saminiat. cons. 4, post tom. 2, contro. Ios. Altograd. per tot.* maximè *à n. 26.*

DE FOSSATIS FACIENDIS, & scaricandis.

Rubrica XXII.

Fossata, per quæ iuxta vias vadit Aqua, Officialis, seu Syndicus, tàm ex eorum Officio, quàm ad petitionem vicinorum, & aliorum competenti termino assignato Vicino adhærenti mundari, & scaricari faciant, ita ut Aqua vias publicas nullo modo impediat, ad pœnam pro qualibet vice libr. decem, Fisco, & Accusatori cum Executore pro parte applicandam. In Fossatis autem de novo faciendis, vel in iam factis scaricandis nullus audeat Vias publicas ullo modo restringere, sivè occupare ad pœnam v. libr. Communi applicandam.

Addentes etiam, quòd ubi opus fuerit, ad viam conservandam facere nova Fossata ad omne mandatum Syndici Communis quis facere teneatur ad pœnam decem librarum.

SVMMARIVM.

1 *Fossata sunt mundanda, & scaricanda per colonos, & num. 6,*
Fallit si illa sint ad perpetuam utilitatem fundi, num. 2,
Quæ fossata præsumuntur communia inter vicinos, n. 3, & 8,
Fallit si sunt iuxta vias publicas, numer. 9,
4 *Fossata publica expensis publicis sunt excavanda, & scaricanda.*
Privata autem expensis prædii servientis, seu eorum dominorum, n. 5,
7 *Fossata publica aperire potest quilibet in suo solo ad ea mundanda.*

ANNOTATIO.

1 Fossata de quibus in hoc statuto quod sint mundanda, & scaricanda per Colonum, tradunt *Bart. in l. penul. num. 2, ff. de impen. in reb. dota. fact. & in l. prædia, 27, §. pen. ff. de fund. instru. Petr. de Vbal. de societ. in 6. par. 12, quæst. & Adden. ad*
2 *Paitell. exped. 54, numer. 11.* Quod tamen habet locum si fossata sint ad utilitatem unius anni, secùs tamen si illa sint ad perpetuam utilitatem prædii, ut declarant *Bart. in d. l. prædia, 27, §. pen. ff. de fund. instr. & in d. l. pen. ff. de impen. in reb. dota. fac.*
3 Quæ fossata inter prædia præsumuntur communia inter vicinos, ita ut quilibet ex cis

eis possit illis uti ad usum destinatum, *l.1, §. perpetua, & ibi glos. ff. de aqua pluv. arcenda, l. 2, §. praeterea, ff. eod. tit.* & scriptum reliquit *Felic. allegat. 4, numer. 1, & 2, p. 3,* nisi constaret, quod ab uno tantùm ex dictis vicinis possideretur, ut not. *Felic. d. alleg. 4, numer. 2, & 8, Sperell. decis. 178, p. 2, n. 84, & 85.*

Quod autem nulli liceat vias publicas restringere, vel occupare dixi suprà hoc *lib. 6, rub. 17.* videas ibi si placet.

ADDITIO.

4 STatutum autem nostrum non loquitur de foveis, seu fossatis publicis, sed de privatis; illa tamen expensis publicis, seu communibus sunt excavanda, & scaricanda, seu aliter attenta consuetudine, *Pacichel. de distant. cap. 8 numer. 16.* ubi *Ciriac. &*
5 *alios* citat; ista tamen si jure servitutis aquae recipiantur reficienda excavanda, aut excaricanda sunt expensis dominorum fundorum servientium, & ad id cogi possunt per eos quorum aquae in eis scavantur, *Pacichel. d. cap. 8, numer. 20,* videndus *Actolin. resol. foren. 110. numer. 39, & sequent.* ubi tenet non ad reficiendum teneri servientes, sed solum ad patiendum ut reficiantur; & si à pluribus fuerit debita servitus, ab omnibus praedicta sunt facienda, *Pacichel. d. ll.*
6 *cap. 8, numer. 22,* & ista, si earum refectio, ac excavatio potius respiciunt perceptionem fructuum, quàm rei locatae conservationem, à conductore sunt facienda, ut tradit hic *noster Conciol. numer. 1, & 2,* & novissimè *dict. Pacichel. dict. cap. 8, numer. 21, Pacion. de locat. & conduct. cap. 34, §. 1, numer. 47, & sequent.*
7 Publica autem fossata aperiri possunt à quolibet domino in suo fundo, ad ea excavanda, & scaricanda; cùm ibi haec, & alia facere valeat, *Pacichel. d cap. 8, numer 17.* ubi *decis. Rot. Rom. Modernissimam* citat.
8 Fossata autem, si sint inter praedia privata, communia erunt iudicanda maximè cùm fuerint in usu publico, ut tradit *hic Conciol. numer. 3.* & novissimè pluribus citatis dicit
9 *Pacichel. d. cap. 8, nu. 11.* aliter autem propria praedii cui adhaerent sunt, ea quae pars fundi censentur cuius dominus propterea ad viae reparationem tenetur *Pacichel. d. cap. 8. numer. 9, & 10,* ubi *Alex. Bursat. Amic. Jas. Surd. Antonel.* citat.

QVOD AQVA EX AGRIS NON DIRIgatur ad vias publicas.

Rubrica XXIII.

ITem ad conservationem Viarum, Nullus audeat dirigere Aquam per Sulcos ultra modum antiquum in Vias publicas, nisi priùs faciat Fossatum iuxta Agrum, absque ulla occupatione Viae, per quod commodè dirigatur Aqua, illudquè singulis annis faciat expurgari, ad poenam decem librarum, pro qualibet vice à Syndico, vel Officiali facta monitione, exigendam.

SVMMARIVM.

1 *Aqua non potest derivari in vias publicas,*
Nec ea deduci per vias publicas, n. 2,
3 *Ponticellus construi non potest in vias publicas sine licentia Principis.*
4 *Aquarum materiam qui tractant remissivè.*
5 *Aquas licet foveis arcere ad muniendum praedium via adiacentis.*

ANNOTATIO.

1 QVod nihil sit immittendum in vias publicas, per quod illae restringantur seu deteriorentur in praeiudicium transeuntium dixi sup. hoc *lib. 5, rub. 19,* videas igitur ibi si cupis, & quod aqua non possit derivari in vias publicas scripsit etiam *Paitell. expedit. civil. n. 6,* ubi dat concordantes.

AD-

ADDITIO.

2 NOn solùm ex agris non licet dirivare aquam in vias publicas, modo in statuto disposito, sed etiam neque ea deduci potest per vias publicas, licet concessio per superiorem facta adsit, si de hoc specialis non sit facta mentio in concessione, & reservato interesse, & utilitate publica, *Tondut. quæst. civil. tom. 1, cap. 48, numer. 21.* præ-
3 sertim sine ponticello, quod etiam fieri non potest sine licentia Principis, *Tondut. dict. cap. 48, numer. 23,* novissimè *Autun. Portugal. de donationib. Reg. par. 3, tom. 2. cap. 3, numer. 47,* ubi *Bart. Capol. Afflict. Surd. Mastril. & alios* citat *Fragos. de regimin. Reipub. Christian. par. 1, lib. 7, disput. 21, numer. 13, in fin.* novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, ad lib. 1. tit. 68, ad §. 31, glos. 35, numer. 1, & sequent. pag. 134, & glos. 3, pag. 147. numer. 1,* & in ista
4 materia aquarum ad varias quæstiones vide *Pacichel. Eminen. De Luca Marin. Pech. & alios* quos citat novissimè *Pegas ad ordinario. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 20, ad §. 18. & ferè per tot. Valenzuel. Velazq. consil. 20, per tot.* maximè *n. 31.*
5 Aquas tamen licet foveis arcere, & munire prædium viæ adiacentis, *Antonel. cons. 88, numer. 15, Paris. Dec. & alii* quos citat *Pacichel. de distant. cap. 8. numer. 6, per l. 1, §. labeo, ff. de fluminib.*

QVOD NEMO DERIVET AQVAM in rem alterius.

Rubrica XXIV.

SI quis dolosè derivaverit, vel derivari fecerit Aquam in rem alterius, puniatur in libris x. & emendet damnum, cursumque Aquæ in pristinum statum reducat, & intelligatur derivasse si in terreno suo versus terrenum alterius factum fuerit Fossatum, vel Sulcus, ubi non consuevit esse. Addimus insuper quòd nullus audeat, vel præsumat quovis quæsito colore derivare Aquam fluminis alicuius, vel fossati, de loco suo, unde solita est ire, & ad alium locum transmittere, seu aliquod obstaculum apponere per quod Aqua in alium locum inducatur ad pœnam xx. libr. & emendationis damni, & nihilominùs cogatur per Potestatem ad reducendum aquam per pristinum statum, & quilibet possit de prædictis accusare, & denunciare, & Potestas ex Officio inquirere, & de prædictis culpabiles condemnare.

SVMMARIVM.

1 *Dominus fundi inferioris tenetur recipere aquam fundi superioris, & n. 6,*
2 *Maximè cùm ager inferior sentiat commodum pinguedinis defluentis, n. 2,*
3 *Etiam si dicta aqua fundo inferiori damnum afferat, n. 3,*
4 *Maximè stante longa consuetudine, num. 4,*
7 *Contrarium licet præcesserit conventio, numer. 7,*
5 *Aquam divertere non licet à flumine publico in damnum vicini.*

ANNOTATIO.

1 COnsulto quidem in hoc statuto dispositum fuit, quòd nemini liceat dolosè aquam divertere in fundum vicini sub pœna de qua in eo, quia cessante dolo dominus fundi inferioris tenetur natura ipsa aquas recipere superiorum agrorum, cùm ut dixi ipsa natura insitum sit, quod aquæ superiores fluant ad inferiores, ad tex. *in l. 1, & 2, ff. de aqua pluv. arcen.* & tradunt *Paitell. exped. 83, numer. 12, & sequent. & ibi Addit. numer. 5, & 7, & Felic. allegat. 4, numer. 10, & numer. 28, par. 3,* ubi plenè habetur de

de hac materia, *& alleg. sequen. & Ciriac. controver. 174, numer. 2, & controver. 688,*
2 *numer. 31, & 41.* Maximè cùm ager inferior sentire soleat commodum, dum pinguedo terræ ad eum decurrit, ut advertunt *Paitell. d. exped. 83, numer. 12, & sequent. & Menoch. conf. 43, numer. 9, lib. 1, & Felic. dict. allegat. 4, numer. 10, Ciriac. d. controv. 688,*
3 *numer. 31.* Etiam si agro inferiori dict. aqua damnum afferat, *Beron. conf. 143, numer. 4, vol. 1, Adden. ad Paitell. d. exped. 83, nu-*
4 *mer. 6.* Maximè si concurrat longa consuetudo, quæ servanda est perindè, ac si servitus esset imposita, ut not. *Adden. ad Paitell. d. exped. 83, numer. 6, & 7,* qui dant concordantes, *Ciriac. d. contr. 179, n. 3.*
5 Quod verò divertens aquam fluminis à solito suo cursu ex plantatione arborum, seu alio modo faciendo aquam regurgitare in damnum vicini, ut habetur in hoc statuto teneatur removere impedimentum post tex. in *l. 1, §. sed & apud ff. de aqua pluv. arcen.* tradunt *Neguf. in silv. respon. quæst. 146, numer. 10, Adden. ad Paitell. dict. expedit. 83, numer. 22,* ubi dicunt competere contra divertentem aquam à suo solito cursu interdictum Iudicis Officio, ut ibi per eos, & *Costa de scien. & ignor. cent. 2, distin. 1, numer. 37, & sequent.* nec non *Ciriac. dict. contro. 179, n. 7, & 8.*

ADDITIO.

6 Quæ itaque prædii dominantis recipi debent à fundo inferiori, *l. si aquæductus, 47, ff. de contrahend. empt. Rosa post Pacichel. de distant. decis. 27. numer. 9,* quæ est 461, *par. 14, recen. Vrceol. Tomat. Capol. Boer. Tusc. Gob. & alii,* quos citat *Modern. Sabell. tractat. var. §. Aqua num. 1. Actolin. resol. foren.* 110, *numer. 35,* non ta-
7 men quando ex earum nimio fluxu nimia prædio inferiori afferretur læsio, etiam si conventio præcessisset de aquis recipiendis; quia in eo casu non teneretur inferior eas suscipere, cùm promissio ita læsiva facta non præsumatur, *Castren. Caphal. Capol. Ciriac. & alii citati à dict. Pacichel. d. tractat. de distant. cap. 8, n. 19.*

DE PVTEIS, FONTIBVS, ET LAVATORIIS mundandis.

Rubrica XXV.

PVtei, Fontes, & Lavatoria existentes, sivè existentia in Districtu Eugubii ad usum publicum destinata debeant mundari, scaricari, & manuteneri per convicinos commoditatem ex illis habantes, & per eosdem aptetur Via necessaria ad eundem, aqua dirigatur per Fossata, & impedimenta quæcumque removeantur: Et ad prædicta Syndicus Communis, & Officialis D. D. pœna decem librarum convicinos inobedientes pro virili, qualibet vice compellant.

SVMMARIVM.

1 *Vicini tenentur mundare, & manutenere fontes quibus utuntur.*
Et purgare viam ante eorum domum existentem, num. 2,
Et quid si vicinus velit renunciare usui dicti fontis, n. 3,
4 *Fons dicitur omnis puteus; sed non è contra.*
5 *Puteus communis est expensis vicinorum purgandus, ac reficiendus.*
6 *Putei aliqua notabilia tractat* Pegas.
7 *Puteus est purgandus à locatore si impensa est magna, & utilitas est duratura.*
Aliter est purgandus à conductore, numer. 8,
9 *Fontes cuius expensis sunt mundanda, & reparanda.*

ANNOTATIO.

1 STatutum de quo suprà, quòd vicini teneantur mundare, scaricare, & manutenere puteos, & fontes, quibus utuntur con-

concordantes cum iure communi, quo idem reperitur dispositum *l. 1, & ibi glos. Alberic. & alii, ff. ad leg. Rhod. de tactu. l. ad reparationem, 7. C. de aqued. lib. 11, l. ad portus, 6. C. de oper. publ.* & tradunt *Bald. & alii in l. 4. §. actor, ff. de re iudic. & Capoll. de servit. urb. pred. cap. 47, num. 3,*
2 ubi hoc dicit verissimum, Cùm illi teneantur etiam purgare viam ante eorum domum existentem etiam si domus sit conducta, *l. 2, & ibi not. Bart. & Doct. ff. de via publ.*

3 Sed quid si vicinus vult renunciare usui dicti putei, vel fontis, & sic se eximere ad contribuendum pro illorum refectione, an id facere possit, hanc quæstionem examinat *Capoll. de ser. urb. pred. d. cap. 47, num 4,* ubi ponit rationes pro utraque parte, & postea distinguit, quam videas ibi per eum. & per *Gallerat. de renunc. lib. 2, cap. 3, nu. 14.*

4 Addo prædictis pro coronide, quòd fons dicitur omnis puteus, non autem è contra ut probat *Specul. in tit. de caus. possess. & propriè. §. 4, numer. 25, lib. 3,* & facit illud *Ioan. cap. 4, Sedebat. sic suprà fontem,* & tamen erat puteus, ut habetur pariter ibi *Puteus altus est, & non in quo haurias habes.*

ADDITIO.

5 Puteus communis vicinorum expensis est reficiendus, ac mundandus, quòd onus non evitat qui propè refectionis tempus illius usui renunciat *Pacichel. de distant. cap. 9, numer. 6, per l. ad portus, Cod. de operib. publ. l. ad reparationem, Cod. de aquaduct. lib. 11,* ubi pariter *Gallerat. Sprenger. Specul. Roman. Capoll. & alios* citat *Avendan. de exequend. mandat. par. 2, cap. 3, numer. 9.*
6 & de puteo aliqua tradit novissimè *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom. 6, tit. 68, glos. 20, ad §. 18, numer. 56, & sequent.* ubi *Cancer. Fontanel. & alios* citat.

7 Puteus sanè est purgandus à locatore, si impensa est immodica, & utilitas ultra tempus locationis protenditur, *Ciriac. contro. 61, numer. 29,* ubi *Natta. & Garzia.* citat novissimè *Pacion. de locat. & conduct. cap. 34, §. 1, numer. 4, Pilaia ad Iranç. de protestatio. addit. ad consider. 54. numer. 8.*
8 quando autem impensa est parva, & utilitas non ultra tempus conductionis protenditur, ipsa purgatio, ac mundatio à conductore est facienda *Pacichel. de distant. dict. cap. 9, numer. 15,* ubi *per tot. cap.* tradit multa de puteo, & aquæ haustu scitu digna, quæm deprecor consulas.

9 Circa hanc mundationem fontium, ac expensas ad id faciendas vide *Modern. Pegas ad ordinatio. Reg. Portugal. tom. 5, tit. 66, glos. 46, post §. 43, numer. 4, & sequent. & de regim. Senat. Palat. post tom. 7, cap. 57, numer. 3, & Modern. Brilla. ad consuetud. Neapol. tit. 23, cap. unic. numer. 6, & seqq. Avendan. d. num. 9.*

DE SEPE PENDENTE SUPRA VIAM,

Rubrica XXVI.

Habens Sepem iuxta Viam debeat illam tenere in bono statu, ita quod non se extendat supra Viam, & offendere, sivè impedire possit transeuntes, Equestres, vel pedestres, sivè cum bestiis onustis, Fœno, Palea, & similibus, sed ad petitionem cuiuslibet teneatur Viam expeditam reddere ad pœnam contrafacienti L. solidorum pto qualibet vice à Syndico, sivè Officiali exigendam Alioquin dictus Syndicus eandem Sepem remittere, & remolire possit expensis dicti Contumacis.

SUMMARIUM.

1 *Arbor si cadat in viam publicam ex fundo vicini ipse tenetur illam amovere.*

ANNOTATIO.

1 Ad materiam huius statuti, quòd si arbor ex fundo alicuius in viam publicam caderet, ita ut itineri sit impedimento, si vicinus non habeat illam pro derelicta teneatur illam amovere ex interdicto *Ne quid in loco publ.* tradit *Capoll. de serv. urban. præd. cap. 81, numer. 8.*

QUOD

QVOD ARBORVM RAMI, ET SEPES pendentes inter vicinos remoliri debeant.

Rubrica XXVII.

SI arbores ramos emiserint vltra terminum, teneatur dominus ad requisitionem vicini eos incidere, & sepem etiam remittere, & remolire, aliàs pœnam v. libr. vice qualibet incurrat, & si incidere, sivè remittere distulerit, Iudicis arbitrio gravetur.

SVMMARIVM.

1 *Arborum rami pendentes super fundum vicini debent succidi per dominum.*
Vicinus verò an possit illos incidere propria authoritate, num.3, & 4.
An melius adito Iudice, num.6.
2 *Arborum umbra frugibus est nociva.*
5 *Arbor quæ est in confinio duorum præsumitur communis inter eos.*

ANNOTATIO.

1 ARborum rami pendentes supra solum vicini si eorum umbra fundo vicini noceat Dominus illorum eos circumcidere debet ad altitudinem quindecim pedum à terra ad requisitionem vicini, ad text. *in l. 1. §. quòd ait prætor, ff. de arbor. ceden.* & tradunt *Petr. Greg. Tholos. in sintag. iur. univ. lib.20, cap.9, in princ. Capoll de serv. urban. præd. cap. 81, num. 4, & 5. Aldov. cons. 12, num. 11.* vbi dicit, hoc non habere locum in tineribus viribus, quarum umbra vicino non nocet, ut ibi per eum, *& Calvin. de aquit. lib.2, cap. 120. num.2.*

2 Arborum verò umbram agris esse non parum nocivam cecinit *Poeta Mantuanus Egloga 10, ibi Nocent, & frugibus umbra*, & idem tradit *Plin. lib.7, natur. hist.* & præcipuè nociva est umbra Cupressus, Pini, Nucis, & simil. de quibus *Vrsell. in exam. apum, concl.136, num.34.*

3 Utrum verò liceat vicino dict. ramos incidere propria authoritate dicas, quòd sic domino non resistente, aliàs sit recurrendum ad interdictum de arboribus cædendis sec. *Bart. in l.1, num.1, ff. de arbo. caden.* & not. *Capoll. de servit. urb. præd. d. cap. 81,*
4 *numer. 4.* licet vicinum posse abscindere ramos arboris ad altitudinem qu ndecim pedum sibi damnum inferentes propria authoritate saltem de æquitate firmet *Calvin. de aquit. lib 2, cap.120, numer. 6.* nisi tamen fuisset præscriptum dict. ius non incidendi per vicinum, ut ibi per eum, qui alia subvertit ad dictam materiam facientia.

5 Arbor verò quæ est in confinio duorum præsumitur communis *l. arbor, 19, ff. commun. divid. Surd. cons.126, num.6. lib.1.*

ADDITIO.

6 ARborum ramos supra fundum alienū pendentes, licet propria authoritate posse excidi à vicino dicat *noster. Conciol. hic num.3, & sequen.* tamen certius est quod melius dijudico id faciendum adito Iudice, & facta denunciatione per actionem negatoriam *NeviZan. Scapp. & alii* quos citat *Pacichel. dict. tract. de distant. cap. 11, numer. 12, Ciarlin. Quesada & Pilo disert. 4, num.4, & 5,* quos citat *Pacichel. dict. cap. 11, num. 18,* novissimè *Brilla ad consuetud. Neapol. tit. 29, cap. unic. numer. 20, & sequent.*

DE CÀPRIS IN PLANO NON DEtinendis.

Rubrica XXVIII.

NEmo in posterum quovis prætextu audeat Capras detinere in Plano Eugubii, ubi Arbusta, & Vineæ sint, vel si vicina, vel vicinæ existant quòd Magistratus arbitrio iudicandum relinquimus: Aliàs ultra damni emendationem, pænam v. librarum pro singulis Capris incurrat, cuius medietas Accusatori, & Executori, altera verò Communi applicetur, & nihilominùs Capras removere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Capræ sunt maximè nocivæ in agris, vel arbustis.*

Itaut cum laborent febri omnia virgulta arefaciant, num.2.

3 *Statutum quod capræ non detineantur in agris non comprehendunt hircos.*

ANNOTATIO.

NOn sine magna ratione prohibitum fuit in hoc statuto, quod in plano Civitatis Eugubii in agris in quibus sunt arbusta, vel vineæ, vel illis sunt vicinæ non
1 detineantur capræ, quia illis sunt maximè nocivæ, Capræ enim semper laborant febri, ita ut febre recedente illæ statim intereant, ut scribit *Plin. lib.8, natur. histo. tom.1, cap. 50, lib.15, & tom.2, cap.8, & lib.28. cap.10, tom. 4* & latè comprobat *Aldovi. cons. 11,*
2 *num. 11.* Ita ut quæcumque arido, & ferventi ore, aut lingua contingunt statim ob febris ardorem arefaciant, undè cecinit Poëta *Urentes culta capellas*, & ideò idem *Plin. lib. 8. cap. 50.* scribit, illas exitiales agris esse, & post eum tradit *Guido Panciroł. in subscriptione ad dict. cons. 11. Aldovin.*
3 Licet dictum statutum non extendi ad hircos not. *Carpan. ad stat. Mediol. lib. 2, cap.363, num.25.*

QVOD VENATORES NON INTRENT possessiones, vel Vineas.

Rubrica XXIX.

QUicumque iverit ad venandum, & secum Canes duxerit intrans Possessiones, Vineas, vel Hortos alicuius à Cal. Augusti per totum Mensem Octobris, seu Canes intrare permiserit, solvat pro qualibet vice libras tres, & pro quolibet Cane libr. 1. & damnum in duplum Domino emendare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Venator non potest prohiberi venari postquã fundum est ingressus, benè tamen potest prohiberi ingredi.*

2 *Animalia, seu feræ captæ per venatorem post prohibitionem ei factam per dominum venatoris sunt.*

AD

ADDITIO.

1 Venatio autem omnibus est permissa, sicuti de piscatione supra diximus *lib. 4. rubr. 68*, & tradunt *Tondut. quaest. civil. cap. 105, num. 1, Fragos. de Regim. Reipub. Christian. part. 1, lib. 3, disp. 7, num. 31, & alii citati in dict. rubr. 58, Avendan. in tract. de venatio. post tractat. de exequend. mandat. num. 2, & ferè per tot.* ubi plura de venatione *Pignatel. consult. canon. tom. 3. cons. 58.* potest etiam quis venari in fundo alieno absque quod à Domino possit prohiberi ne venetur, postquam ingressus est fundum; potest tamen prohiberi ne venator fundum ipsius ingrediatur ad venandum *Autun. Portugal. de donationib. Reg. part. 3, cap. 9, num. 11, Tondut. dict. cap. 105, num. 2, Antonel. de loco legal. lib. 2, cap. 23, quaest. 4, numer. 50, Avendan. ubi supr. pag. 9.*

2 Fera autem, vel avis capta per venatorem post Domini prohibitionem fundi ingrediendi, an sit Domini prohibentis, an verò venatoris, contendunt antiqui; caeterùm ex quo per prohibitionem ullum dominium acquirit Dominus fundi in feris, neque fera pars fundi efficiatur; certè teneo venatoris esse, licèt dominus fundi contra eum injuriarum actione agere possit *Portugal. ubi supr. num. 13, & seq. Rovit. ad pragm. de aucupib. & venatorib. num. 6,* ubi *per tot.* plura de hac materia, videndi *Antonel. d. cap. 23, num. 50, Avendan. ubi sup. dub. 3, pag. 13, vers. El otro, &c.*

DE POENA OFFICIALIS, ET COMPONENTIUM IN DAMNO DATO.

Rubrica XXX.

EXperientia docet Officiales saepè certa pecuniarum summa recepta se cum multis composuisse, ad hoc ut illorum Bestiae liberè, & sine metu poenae vagari, & damnum facere possint in grave praeiudicium aliorum: Ideò Volumus quòd si in posterum dicti Officiales praedicta committant, ultra poenam xxv. scutorum pro quolibet, & qualibet vice incurrendam, tribus funis ictibus publicè plectantur, nec ullo modò dictam compositionem exigere valeant, sed exactam reddere teneantur. Qui verò cum illis composuerint, eandem poenam pecuniariam incurrant, ac Bestias proprias amittant Fisco Serenissimi applicandas: Et ad probandum praedicta sufficiat unus Testis fide dignus, & si aliquis ex componentibus id revelaverit, omnis poena eidem remittatur, & Quartam partem poenae ab Officiali solvendae lucretur, & nihilominùs quocumque casu, tàm Officialis, quàm Componens teneatur totale damnum Parti emendare.

DE POENA DEPOPULANTIUM.

Rubrica XXXI.

DEpopulatores Agrorum, qui diabolico Spiritu ducti damnum notabiliter, & per modum Guasti intulerint, gravius puniri debent: Et ideò si quis Segetes, Hortos, & similia inciderit, & devastare ausus fuerit Volumus quòd eidem vigore praesentis Statuti ultra damni emendationem in duplum faciendam, poenâ ordinaria respectivè duplicetur, & si facinoris qualitas

id requirat possit, & debeat D. Potestas ad Partis querelam, & ex Officio procedere, inquirere, & pœna etiam corporis afflictiva acrius delinquentem punire.

SUMMARIUM.

1 *Depopulatores agrorum dicuntur qui segetes deprædantur, & vineas vastant.*

Qui depopulatores nocturni non gaudent immunitate Ecclesiæ, nu.2, & 3.

4 *Depopulatores agrorum pœna ultimi supplicii puniuntur.*

ANNOTATIO.

1 Depopulatores agrorum dicuntur, qui segetes in agris deprædantur, & qui fructus, in vineas vastant, *Decian. tractat. crim. lib.6, cap. 28, num. 3, Ambros. de immun. Eccles. cap.4, num. 4. Farinac. de immunit. Eccles. num.* 149. ubi ponit differentiam inter depopulatorem, & publicum latronem, ut ibi per eum.

2 Quod delictum adeo grave reputatur, ut depopulator nocturnus, quicquid sit in diurno non gaudeat immunitate Ecclesiæ, ut tradunt *Decian. tract. crimin. lib. 6, c.28, num.3, Farin. de immun. Eccles. num.*158, *P. Diana in Summ in verb. Immun. Eccles. num. 32, & Balth. Thomas. in suis tractat. variar. tom 4, in tit. de Immunit. & libertat. Eccles. num.787.*

ADDITIO.

3 Depopulator agrorum, sivè nocturnus, sivè diurnus, pro certè tene, quòd non gaudet immunitate Ecclesiastica *Regens noster Cortiada decis.*109, *num.1, & sequent. Francesc. de competen. quæst.*110, *num.27.* qui duo *D D.* limitationes, & intelligentias tradunt huius asserti.

4 Hi sanè delinquentes de iure communi, ac nostri Regii Senatus Observantia pœna ultimi supplicii puniuntur, si damnum est magnum, aliàs si est parvum extraordinaria pœna Iudicis arbitrio *Cortiada dict. decis.* 109, *num.16, & sequen.* quæ præcisio, attenta atrocitate delicti, nimis æqua censeo, imò immunitate Ecclesiastica, ac vita privandos esse iustè censeo, sicuti de grassatoribus viarum Regiarum alibi diximus; ex quò non propter damnum, sed propter immanitatem delicti, ac animi depravationem à iure delictum hoc execratur.

DE EMENDATIONE DAMNORUM.

Rubrica XXXII.

Quia sæpè per Officiales proceditur ad pœnam sibi tangentem, & damnum Parti negligunt emendare; Volumus quòd Officialis declaret in eadem Sententia damni quantitatem Parti reficiendam, illùdque cum effectu summariè, & de facto simul cum pœna Parti emendari curet, alioquin non cassetur eis condemnatio, & Officialis de suo teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Damnum dantes tenentur ad emendationem damni damnum passo.*

Fallit si damnum datum sit sine culpa Domini, num.2.

Nisi tamen fuerit in negligentia bestias dispergendi, num.3.

Et quando teneantur ad emendationem damni in foro conscientiæ, num 4.

Item fallit in immittente bestias in alienum quando via est diruta, num. 5.

Damnum verò quomodo veniat æstimandum, num.6.

Et officialis tenetur condemnare damnum dantem ad refectionem damni illati, num.

numer. 7.

8 *Dominus animalis aut damnum tenetur resarcire, aut animal date pro noxa.*

9 *Damnum absque culpa eventum est resarciendum ab omnibus qui de commodo participarunt, veluti in iectis in mare ad navem sublevandam.*

Et ita tenentur vicini contribuere ad emendationem damni, quando domus intermedia ignis causa devastatur, nu. 10.

ANNOTATIO.

1 QUod dans damnum teneatur ad emẽdationem illius ad favorem damnum passi omnia iura clamant, ut docent *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 263, numer.* 10, *& sequen. vol.* 2. *& Cirtac. controv.* 582, *num.* 56, *& controv.* 688. *num.* 78. qui dant concor-
2 dantes, Quod tamen non habet locum si damnum sit datum sine culpa Domini, ut post *Amanel. Albertc. Gandi. Boer. & Bonacos.* per eum relatos firmat *Carpan. d. cap.*
3 363, *num.* 27. Nisi tamen dominus, vel Custos fuerit in negligentia bestias disperdendi, ut not. *Carpan. ibi. num.* 28. Prout nequè tenetur ad emendationem damni dati
4 in foro conscientiæ, quando illud datum fuit levi, vel levissima culpa, quicquid sit in foro fori, ut tradunt *Corcett. in stat. verborum conscientia, num.* 1, *& Carpan. d. cap.* 363, *num.* 30. licet secus sit si damnum sit datum dolo, vel lata culpa, quia tunc tenetur damnum reficere etiam in foro conscientiæ, ut declarant *Corcett. & Carpan.* ubi suprà, de quo vide etiam *P. Laiman. in Theol. moral. lib.* 3, *tract.* 3, *part.* 1, *cap.* 6, *per tot.*

5 Addo prædictis quod qui damnum dedit non tenetur ad illius emendationem quando mittit animalia per alienum, quia via sit diruta, itaut non possit per illam iri, ut not. *Plot. in l. si quando, numer.* 818, *C. unde vi. Bonacos. in quæst. crimin. in verb. de damno dato, vers. quoties quis, &c.* quos una cum aliis refert, & sequitur *Carpan. in d. cap.* 363, *num.* 29.

9 Damnum verò non æstimatur uti frumentum maturum, nec arbor prout est magna, sed solùm dubius eventus, idest quanti vendi potuerit illa perceptio frumẽti, vel arboris fructus, & simul. ut declarant *Carpan. ad stat. Mediol. lib.* 2, *cap.* 371, *numer.* 15, *Caroc. de locat. & conduct. part.* 1, *in tit. locat. divisio, quæst.* 4, *numer.* 5, qui dant concordantes, & *Antonell. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 20, *num.* 27.

7 Et quod officialis damni dati teneatur ultra pœnam condemnare damnum dantem etiam ad refectionem damni illati, uti habetur in hoc statuto tradunt etiam *Farin. cons.* 43, *num.* 2, *in fin. lib.* 1, *Cabal. resol. crimin. casu* 82, *numer.* 4, *& sequen. & casu* 98, *num.* 10, *cent.* 1, *Merlin. Pignatel. controv. foren. cap.* 20, *numer.* 2, *part.* 1. & alii per me relati in *Resolut. criminal. in verbo Iudex, resol* 6, *numer.* 3. Aliàs Iudicem male facere volunt *Adden. ad Pairell. exped.* 88, *numer.* 35, *Calvin. de æquit. lib.* 2, *cap.* 180, *num.* 27, *& seq. & dixi ego in d resol.* 6, *num.* 3, *in fin.*

8 Dominus verò animalis aut damnum tenetur resarcire, vel dare animal pro noxa, ut not. *Antonel. de loco legal. lib.* 3, *cap.* 20, *numer.* 25.

ADDITIO.

9 DAmnum autem absque culpa alicuius eveniens, sicque fortuito, ab omnibus qui de commodo participarunt est emẽdandum, & ita damna passa ab eo, cuius bona lavandæ navis gratia in mare proiecta sunt, debent ab aliis in eadem navi existentibus pro rata valoris mercium cuiuslibet resarciri, *l.* 2, *§. cùm in eadem, & l. ult. in fin. ff. ad l. Rhod. de iact. Menoch. de arbitrar. cas.* 245, *numer.* 8, latissimè, ac novissimè *Alvarez Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. ad lib.* 1, *tom.* 4, *ad tit.* 51, *cap.* 53,
10 *per tot.* maximè *à numer.* 32. sicuti quando truncandi ignis causa aliqua domus devastatur; nam tunc tenentur alii vicini contribuere ad illud damnum, quod factum fuit pro abundanti cantela ad impediendũ ignis progressum, *Sabell. in summ. diverf. tractat.* 5. *Damnum, numer.* 13, *Capic. Latr. decis.* 60, *numer.* 20, & ibi *D D.* quos citat *Modern. Manfrell. ad dict. obser.* 60, *numer.* 11, *& fin.* & novissimè *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. cap.* 354, *numer.* 25. ubi alios citat, & tradit an ad id contribuere debeat vicinus devastationem passus, quibus conducunt *D D. citati à Quesada & Pilo controver.* 4, *num.* 25.

DE REVISIONIBVS CONDEMNATIONUM Officialis.

Rubrica XXXIII.

SI quis senserit se gravatum per Sententiam Officialis, vel per aliud quodcumque gravamen illatum, etiam cum Voto Prætoris, possit infra triduum à die pignoris capti, sivè à die notificationis Sententiæ cum Cedula, per viam Recursus appellare ad D. Locumtenentem, etiam quòd dictus appellans sit contumax, & coram eo dicere de Nullitate & Iniustitia, & alias defensiones facere pro iustificatione Appellationis, & Recursus: Qui D. Locumtenens teneatur dictam causam Appellationis terminare infra duos menses, si tamen Processus non fuerit fabricatus coram Officiali, sed fabricari contigerit coram D. Locumtenente, aliàs teneatur infra mensem causam expedire.

SVMMARIVM.

1 *Appellat omnis gravatus.*
Maximè de iure canonico, quo licet appellare à quocumque gravamine, n. 2.
3 *Contumax non appellat.*
4 *Statutum quod appelletur intra tres dies est ordinatorium.*
5 *Revisio sententiæ in Cathalonia non procedit, nisi latarum de tempore turbationum, & plura de revisione remissivè.*

ANNOTATIO.

PRo confirmatione huius statuti concedentis appellationem ad D. Locumtenentem eiusdem Civitatis gravato à sententia contra eum lata per Officialem damni
1 dati sufficit allegare vulgatam regulam Omnis gravatus appellat, de quo habetur per *Specul. de appell.* § 1, *in princ. lib.* 2, *per Rugginel. de appellat.* §. 2, *cap.* 1, *ampl.* 12, *nnmer.* 118, & per *Scacc. de appell. quæst.*
2 5, *nnmer.* 1, *& sequent.* Maximè de iure canonico, quo permittitur appellatio à quolibet gravamine etiam minimo, ut not. *Frãcb. in rubr. numer.* 17, *de appell. Scacc. de appell. quæst.* 17, *lim.* 40, *num.* 17, *Rota apud Pacif. de Salvian. decis.* 231, *numer.* 1, *&* 2, *& apud Post. de manut. decis.* 297, *num.* 2. Licet statutum videatur corrigere ius commune, dum admittit appellari posse etiam
3 per contumacem, contra quem stat regula Contumax non appellat, de qua habetur per *Maran. in pract. par.* 6, *vers. & advertatur circa contumaciam, num.* 6, *& per Scacc. de appellat. quæst.* 17, *limit.* 3, *in princ. & per Pract. Rodolph. par.* 1, *cap.* 13, *numer.*
4 125, *& sequent.* Dictum tamen statutũ mandam appellationem esse interponendam infra tres dies est ordinatorium, *Scacc. de appellat. quæst.* 18, *numer.* 3, *& sequent. Hond. cons.* 29, *numer.* 21, *vol.* 2, *Rota decis.* 305, *num.* 10. *par.* 6, *recen.*

ADDITIO.

5 MAteriam revisionum hoc in loco cõtexere possem, si stilum sumptum id pateretur, & nimis molestus non efficerem; ideò pertranseo dicendo, quòd in nostro Regio Senatu non practicatur interpc.fitio illius à sententiis inferiorum, & multò minus à sententiis in eo latis, tanquam in Curia Principis; solùmque revidentur sententiæ in eo latæ de tempore turbationum huius Principatus, & ita qui latè hanc materiam prævidere cupiat, legat *Fontanel. & alios DD. innumeros citatos à Modern. Altimar. de nullitatib. rubr.* 1. *quæst.* 8, *per tot. & rubr.* 4, *quæst.* 21, *à mum r.* 10, *Pegas ad ordinatio. Regn. Portugal. tom.* 2, *glos.* 88, *ad* §. 32, *per tot.* ubi latissimè *Quesada & Pilo contro.* 6, *à numer.* 37, *Modern. Amun. Portugal. de donatio. Reg. par.* 2, *cap.* 8, *numer.* 24, *& seq.* qui nihil circa materiam hanc prætermiserunt,

QVOD

QVOD PATER PRO FILIO, ET DOMINVS pro famulo teneatur.

Rubrica XXXIV.

Filius Familias, vel Filia habitantes cum Patre, si damnum dederint, & non habeant unde solvant, teneatur Pater ad emendationem damni, & pœnæ solutionem, Sicut etiam Dominus pro Famulo, Famula, vel Custode, si ii non sint solvendo, usque ad quantitatem C. solidorum, & si pro illis solvere sit coactus, ab eisdem recuperare valeat, & in eadem Sententia reficere Domino condemnentur. Nisi damnum esset datum de consensu, & mandato Domini, vel eo sciente, & non prohibente, quo casu Dominus condemnetur ad integram pœnam, ultra emendationem damni faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd pater teneatur solvere condemnationem pro filio secum habitante est validum.*

Valet etiam, quòd pater teneatur solvere legitimam fisco pro filio, n. 2.

Et quòd Dominus teneatur pro famulo, num. 3,

Et quod filii mercatoris teneantur solvere debita patris, n. 4,

5 *Pater solvens condemnationem pro filio potest ei illam imputare in legitimam.*

6 *Auctoris remissio.*

ANNOTATIO.

1 Statutum supradictum, quòd pater teneatur solvere pœnam pro filiis habitantibus cum eo, qui damnum dederunt, si ipsi non sint solvendo uti conditum in publicam utilitatem, ut filii à damno inferendo retrahantur, quod sit validum scripserunt *Soccin, Sen. in l. cùm filius familias, 49, numer. 8, ff de verb. oblig. Ant. de Padill. in l. si emancipata, 3, numer. 34, C. de iur. & fact. ignor. & Cartar. de pœn. innoc.* 2 *art. 3, numer.* 267. Prout etiam videmus, quòd valet statutum, quòd pater teneatur solvere legitimam fisco pro filio delinquente, ut tradunt *Clar. Ludon. Cartar. & Maffin. in locis relatis suprà lib. 4, rubr.* 3 *57, nu.* 1. Nec non valere statutum ob supradictam rationem, quòd dominus teneatur pro famulo pœna pecuniaria voluerunt *Anani. cons. 2, numer. 3, Clar. in pract. §. fin. quæst. 86, vers. & ex hac, &c. I.f. in §. actiones, numer.* 81, *Instit. de actio.* & alii plures, quos refert, & sequitur *Cartar. de* 4 *pœn. innoc. d. art. 3, num.* 256. Sicuti etiam quòd sit validum statutum, quod filii mercatorum teneantur solvere debita patris, etiã si non sint illius hæredes annotarunt *Bald. Alex. Ias. Dec. Marsil. & Crot.* quos refert, & sequitur *Cartar. de pœn. innoc. dict. art. 3, num.* 257.

5 Pater tamen solvens condemnationem pro filio coactus potest soluta ei imputare in legitimam, ut tradunt *Adden. ad Gregor. XV. decis.* 436, *numer.* 2, *Merlin. de legit. lib. 2, tit. 2, quæst. 25, numer.* 14. ubi dicit hoc esse clarum, *Pir. Maur. de fon. Imt. cap. 47, numer. 6, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416, numer. 225, lib. 1, & Rot. decis. 59, numer. 1, apud Merlin. de legit.* Circumscripto tamen statuto pater non tenetur solvere condemnationem pro filio *dixi supr. lib. 4, rubr. 57, n. 19.*

ADDITIO.

6 Aliqua dixi pariter *lib. 4, rubr. 57, numer.* 19. ubi citavi *Altimar.* qui magistraliter materiam huius statuti tractat, eum consule, nè ibi dicta hìc sint transcribenda, & ita opus hoc ad immensum protrahendum.

DE

DE LICENTIIS DATIS A DOMINO super D. D.

Rubrica XXXV.

SI quis dixerit pro sua defensione habuisse licentiam à Domino rei, in qua damnum dederit credatur super ea Iuramento Domini, & eius, qui damnum dederit, cum uno teste pro illa vice tantùm: Nisi licentia daretur per Instrumentum, vel Apocam subscriptam per unum Testem fide dignum, quo casu valeat solum durante Officio illius anni, & non ulterius.

SVMMARIVM.

1 *Licentia habita à Domino excusat damnum dantem à pœna in eius bonis.*

2 *Quæ licentia non præsumitur, sed est probanda per allegantem.*

Per duos testes, vel per aliud genus probationis, num. 3.

Illa tamen expirat per mortem illius, cui est concessa, n. 8.

4 *Iuramentum facit semiplenam probationem.*

Et unicus testis facit aliam semiplenam, num. 5.

Quæ coniunguntur ad faciendam plenam probationem n. 6.

Maximè quando agitur de modica summa, num. 7.

9 *Dominium præsumitur in concedente licentiam, aut quoties ab illo petitur.*

10 *Diffidæ materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 LIcentiam habitam à domino pascendi animalia, & alia faciendi in eius bonis excusare damnum dantem in d. bonis, ut habetur etiam in hoc statuto scripserunt *Ludov. conf. 14, verf. infertur, 84, & Carpan. ad stat. Mediol. cap. 363, numer. 24, vol. 2.*

2 Quæ tamen licentia cùm sit quid facti non præsumitur, sed illa est probanda per allegantem, ut disponitur in eodem statuto, ut tradunt *Carpan. in d. cap. 364, numer. 24. Cirtac. controv. 235, numer. 2,* & dixi, *Ego*

3 *alleg. foren. 46, numer. 11.* Et est probanda saltem per duos testes, vel per aliud genus probationis, *Corbol. de emphit. in tit. de cauf privat. ob alienat. quæst. 4, numer. 3, Fulgin. de iure emphit. in tit. de alienat. q. 3, numer. 2,* & dixi *Ego in d. allegat. Foren. 46, numer. 12,* ubi alios retuli ita sentientes, ubi *numer. 37,* dixi de illa constare debere fuisse concessam ante damnum datum.

Probatio autem licentiæ per iuramentum Domini, & damnum dantis cum uno teste

4 videtur satis concludens, cum Iuramentum faciat semiplenam probationem, ut not. *Seraph. de privil. iuram. privil. 33, num. 1, & 2,*

5 & testis facit aliam semiplenam, ut dicit idem *Seraph. ubi suprà,* cum quo pertransit *Manci. de iuram. part. 2, effect. 6, numer. 3, Remin. Iun. conf. 489, num. 2, lib. 5.* Quæ

6 duæ semiplenæ probationes coniunguntur ad faciendam plenam probationem secundũ *Bar. in l. admonend., 31,* quem cæteri communiter sequuntur, *ff. de iure iur. Gras. conf. 120, num. 14, lib. 1, & conf. 152, num. 3, lib. 2, & Seraph. in dict. privil. 33, num. 3.* Maximè

7 quando agitur de modica summa, & iurans est persona legalis, ut declarant *Seraph. de privil. iuram. d. privil. 33, num. 5, & seq. & Manci. de iuram. part. 4, effect. 44, num. 17, & 19.* qui alios adducunt sectatores.

8 Addo prædictis quod licentia alicui concessa expirat per mortem illius, cui fuit concessa, *Fulgin. de iure emphit. in tit. de alienat. quæst. 1, num. 59, Rot. decis. 773, num. 8, part. 3. recen.*

ADDITIO.

9 LIcentia autem præstita ab aliquo, aut illius petitio, arguit dominium ex parte concedentis, probationemque illius inducit *Salgad. in laby. cred. part. 1, cap. 35, num. 27,* ubi *Ozasc. Paz. Noguerol. Natta. Gonzal. & alios* citat.

10 Diffidæ autem materiam, de qua in hoc nostro statuto, annotare prætermittam; ex quo eam latissimè tractavit *Modern. Brilla ad*

ad consuetud. Neapol. tit. 27, cap. 2. per tot. ubi plura de deffensis, & pascuis animalium in prædiis bannitis, ac vide *Eminen. De Luca* ac alios citatos à *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. cap. 80, numer. 8, & Modern. Cala in cons. 1, post tractat. de restitutio in integr. per tot. Altimar. ad lib. 2. consil. Rovit. observ. ad cons. 30, numer. 4, & sequente. Berlich. concl. legal. part. 2, concl. 49, per tot.*

DE GRATIIS OBTINENDIS A DD. CONfalonerio, & Consulibus.

Rubrica XXXVI.

IN omnibus pœnis Damnorum Datorum DD. Confalonerius, & Consules habeant facultatem gratiandi de medietate pœnarum, prout hactenus observatum est, quod semper absque præiudicio emendationis damni intelligendum erit. Et quilibet Officialis contrafaciens condemnari possit à Magistratu vice qualibet in x. libris.

SVMMARIVM.

1 *Princeps faciendo gratiam non præsumitur gratiare de interesse partis.*
Cùm rescripta Principis intelligantur salvo iure alterius, num. 2.
Et quod noluerit tertio præiudicare, numer. 3.

ANNOTATIO.

NEmini dubium est, quod Illustrissimi DD. Confalonerius, & Consules Civitatis Eugubii faciendo gratias de medietate pœnarum damnorum datorum censeantur semper reservare emendationem damni, & interesse damnum passi, quia cum d. DD. gratiando ex antiquissima consuetudine de medietate d. pœnarum utantur iure Principis, ideò censentur ad instar illius gratiam
1 facere de pœna, non autem de interesse partis, ut declarant *Gabr. commun. conclus. de iure quasi. non tollen. conclus. 2, numer. 6, & Farinac. de inquis. quæst. 6, num. 25,* Cùm
2 rescripta Principis intelligantur cum iustitia, & salvo iure alterius, ut tradunt *Lancellot. de attent. part. 2, cap. 4, in præfat. numer. 465, & sequent.* & dixi *Ego resol. crim. in verbo Princeps, resol. 1, in princ. & Roc.*
3 *apud Greg. XV. decis. 383, num. 2.* Et quod noluerit tertio præiudicare. *Lancellot. de attent. part. 2, cap. 12, limit. 52, num. 23. Buttigl. de success. cap. 1. theor. 8, numer. 18. Dominus Deluca in Theatr. verit. & iust. tom. 4, in tit. de locat. & conduct. discur. 6, numer. 4.*

DE SYNDICIS, ET EORVM OFFICIO, ac ætate.

Rubric. XXXVII.

SYndici eligantur in qualibet Villa per fumum ad sex Menses, Videlicet, in Cal. Maii, & Cal. Novembris iuxta ordinem, & descriptionem factam in eorum Libellis: Castra verò in electione Syndicorum observent eorum consuetudinem: Nec Minor decem, & octo annis, sive Majo-

Maiores sexaginta ad tale onus eligi possint: Et in principio sui Officij iurare debeant in forma coram Notario Maleficiorum, Cui, sivè D. Potestati denunciare debeant omnia Delicta commissa in eorum Castro; vel Villa, pro ut diximus, suprà Libro IV. sub Rub. Quod Syndici, &c. Impositiones tàm ordinarias, quàm extraordinarias iuxta compartitionem factam exigere curent, pro conductione Grani, vel Salis Bestias adduci mandent, Praecepta ad Informandum Curiam dumtaxat iuxta commissionem eis datam per D. Potestatem, vel eius Notarium Maleficiorum praesentent: Et si fuerint requisiti ab Executoribus, vadant ad docendum Domos, in quibus per eos pignora fieri debeant, & eadem pignora ab eisdem Executoribus eis consignata infra duos dies ad Civitatem portare teneantur: Debeant etiam ad Partis instantiam, & cum licentia priùs habità à Iudice perquirere Domos cum praesentia Partis, pro reperiendis furtis, & Maleficiis in eorum Castris, vel Villis commissis, Talemque diligentiam Iudici statim referre.

Sicut etiam quocumque Bimestri sui Officii ire debeant in Palatium, & notificare Magistratui omnes defectus Viarum, Fontium, Pontium, Fossatorum, & similium existentium in eorum Territorio, ad poenam xx. solid. à quolibet inobediente, qualibet vice à Communi exigendam, ad hoc ut praedictis omnibus possit per Magistratum provideri, & illa per Homines eiusdem Villae, vel Castri, quorum culpa praedicta committantur, quamprimùm reparari faciat, iuxta ea, quae diximus, suprà Libro I. sub Rubr. De Viis Publicis Fontibus, &c. Et quia in aliquibus Villis parvis eligitur solùm Gualdarius, Volumus eundem ad praedicta omnia etiam uti Syndicum teneri.

Officio verò per eos facto, & completo, non cogantur esse Gualdarij, nisi post annum.

S V M M A R I V M.

1 Conciol. *alibi se refert.*
Pariterque Additionator, num. 2.

A N N O T A T I O.

1 De spectantibus ad officium Syndicorum, & Gualdariorum fuit satis dictũ suprà *lib. 4, rubr. 3.* quae hic non convenit iterum replicare, videas ibi si places.

A D D I T I O.

2 Pariter de his Syndicis, & publicis delatoribus aliqua dixi *dict. lib. 4, rubr. 3.* quae hic non sunt reiteranda illuc reperies aliqua praenotata quae ad praenotionem aliarum possunt deservire, & ita ibi recurre.

DE POENIS DAMN. DATI.

Rubrica XXXVIII.

Ut facilius Poenae in Damnis Datis solvendae omnibus innotescant, Volumus eas sequenti Taxa vulgari sermone breviter, ac distinctè apponere, & declarare.

E prima lasciando la metà della pena solita à gratiarsi dalli SS. Confaloniero,

e Consolidi, laquale non si comprende nell'infrascritta Tassa.

Chi taglia Arbori fruttiferi, deve pagare uno scudo per Arbore, purche il detto Arbore, come di Cerqua, Cerro, Farna, Faggio, ò simili, sia nato solo, e sia di grossezza almeno mezo piede, da misurarsi doi piedi alto da terra. Fiorini 2. Sol. 0

Non fruttiferi la metà meno.

E da detta grossezza in giù s'intenda Pedagnola, e si paghi cingue Grossi. S. 40

Chi taglia in Selua cedua solita à tagliarsi in capo à tanti anni per ogni sei getti d'honesta grossezza, ancorche tutti in un ceppo. F. 1

E se meno per rata.

Chi taglia rami d'Arbori fruttiferi per un ramo. F. 1

E se doi, ò più. F. 2

Non fruttiferi la metà meno.

Chi taglia Arbori da frutti domestici, come Pere, Mele, Succini, ò simili.

Per rami la metà. F. 2

Non fruttiferi la metà meno.

Chi taglia Arbori da frutti salvatichi, come Sorbi, Nespole, ò simili. F. 1

Non fruttiferi la metà.

Chi taglia Salci, Pioppi, Albani, Olmi, ò simili da far pali. F. 1

Non fruttiferi la metà.

Chi scapezza li sopradetti Arbori per ciascuno di essi. S. 40

Chi cava Arbori da piantare, tanto domestici, come salvatichi in Arboreti, ò Vigne per ciascuno. S. 32

Chi cava i posti ne i luoghi sudetti la metà più. S. 64

In altri luoghi salvatichi. S. 16

Chi cava piantoni d'Oliva in ogni luogo per ciascuno. S. 40

Chi cava i piantoni già posti per ciascuno. F. 1

Chi taglia Erba domestica, come Sagina, Miglio, Panico, ò simili. S. 32

Chi toglie Erba salvatica la metà.

Chi toglie Paglia, ò Fieno da i Pagliari. F. 1

In altri luoghi la metà.

Chi toglie Legne, ò Fascine acatrastate. S. 60

Non acatrastate la metà.

Chi toglie Legname da Edificio, come Tavole, Doghe, Vergoli, Decorenti, e simili, sia punito come nello Statuto de Furti.

Chi nega il Nome all' Officiale. F. 2

Chi traversa per Vigne, Arboreti, Horti, e Chiusure dal principio di Maggio per tutto Ottobre. S. 60

In alteri tempi la metà.

Chi traversa in altri luoghi, la metà delle dette pene.

Chi traversa detti luoghi à Cavallo, l'intiera pena.

Chi traversa ne i luoghi detti di sopra più luoghi uniti, paghi una pena sola.

Chi thoglie frutti pendenti d'ogni sorte, come anco Fave, Cecere, Cecio, Bisello, ò simili. F. 2

Chi tohlie Cavoli Capucci, trè bolognini il piede. S. 6

Gl'altri la metà.

Per ogni Bove, Asino, Cavallo, Capra, ò Porco in Arboreti, Vigne. S. 24

Campi seminati à Grano, ò Biadi, Prati non fenati, e Ghiande. S. 12

In

In altri luoghi la metà.

Per ogni dieci Pecore in ogni luogo, è tempo. S. 12

Per rodere un' Insito domestico, che faccia frutto, se perde. F. 1

Se non perde un Giulio.

Non domestichi la metà.

Per rodere Maglioli, ò Palaiole di doi Anni, un grosso per ciascuno. S. 8

Se di manco tempo la metà.

E seccando si duplichi la pena.

Chi fa rodere Tagliate con Animali d'ogni sorte, risaccia al Patrone per il danno, doi quatrini per Zecca, & all'Officiale si debba la pena delli Animali tassata nelle Terre sode.

Che il danno, che si deve risare al Patrone per l'incisione d'Arbori, ò rami, s'intenda essere conforme alla pena douuta all'Officiale, come in ciascuno Capitolo: Ma se il danno eccedesse detta pena, secondo la stima de Gualdari, si paghi intieramente.

Che il danno d'Erba, ò d'altri frutti, si risaccia al Patrone, conforme alla stima.

Che se alcuno havesse fatto il danno, sia tenuto all'emenda, e pena di quello intieramente, se però non provasse, che altri ancora l'havessero dato, nel qual caso ogn'uno sia tenuto per la sua rata.

Che gl'Allevini d'ogni sorte di Bestiame di tre Mesi, non si possino accusare.

Per Polli da Cal. di Maggio per tutto Novemb. un bol. per ciascuno. S. 2

Per altro tempo la metà.

Per il Cane senza uncino da mezo Agosto per tutte le Vendemie. S. 24

Che da Cal. di Novembre, insino tutto Marzo, s'intenda la metà di dette pene, cioè doue il danno sia minore, come nel traversare seminati, ò simili; ma se il danno sia l'istesso, come nel tagliar Legnami, ò simili, s'intenda sempre la medesima pena.

Che sia lecito, tanto all'Accusatore, come al Patrone renuntiare all'Accuse, avanti l'Essecutione della condennatione dell'Accusato, pagando l'Accusato all'Officiale per suoi Caposoldi un bolognino per libra.

Che se le Bestie passando per strada, ò per luoghi proprii scappassero ne i beni d'altri, & il Custode le removesse subito non possa esser accusato.

Che non si potendo passare per strade rotte, ò per altro impedimento, sia lecito di passare per i Beni de i Vicini.

SVMMARIVM.

1 *Affidati à Doana Patrimonii tenetur ad panam pro damno dato ab eorum animalibus cum affida eis non prosit nisi in itinere, & per tres dies post adventum in patriam.*

ANNOTATIO.

1 AD solutionem pœnarum, de quibus in supradicto statuto tenentur etiam Affidati à Doana Patrimonii pro damnis datis per eorum animalia post tres dies, quibus morantur in Regionibus propriis cum bestiaminibus, cum affida eis concessa illos non iuvent, nisi dum sunt in itinere in eundo, & redeundo, & per tres dies post eorum adventum in Patriam non obstantibus privilegio, & inhibitione, ut probat *Choell. de Bull. Pontif. favore Univ. fol. mihi 177.* ubi refert duas *Resol. Sacr. Congr.* super sgraviis, *& ad Bull. bon. regim. cap. 50, n. 171.*

DE

DE OBSERVANTIIS LABORATORUM.

Rubrica XXXIX.

POSTQUAM de modo procedendi in D. D. pertractavimus: Reliquum est, ut aliqua subjiciamus, quæ cum Colonis, sivè laboratoribus frequentius accidere solent. Volumus igitur, quòd si inter Dominum, & Colonum partiarium in Apoca, sive instrumento locationis aliqua pacta, & conventiones intercesserint, illa omninò serventur: Si verò simpliciter conductio facta sit, teneantur Coloni ad usum boni Laboratoris terras arativas rumpere per totum Mensem Aprilis, refrangere per totum Mensem Iunii, transversare per totum Mensem Augusti, & serere, seu seminare per totum Mensem Novembris, mundando semen, sappando grippos, prò ut locorum qualitas requirit, & expurgando debito tempore fossata solita, & consueta: Quòd si culpa veteris Laboratoris aliqua fossata non sint facta, sed valdè repleta existant, Dominus ad illa expurganda contribuere debeat: Sicut etiam si de novo fieri sit necesse, Domini expensis omninò fieri debeant, nisi aliter inter ipsos sit conventum. Teneantur etiam propriis sumptibus, & expensis solitas terras seminare, ac deindè frumenta benè, & diligenter mundare, & curare, ne propria, aut illa, quæ sunt veteris Laboratoris à Bestiis devastentur, Alioquin ad interesse Domino iudiciò Gualdarii teneantur, & si solvere recusaverint, per Accusationem ab Officialibus ad Damni emendationem procedi possit.

Item requisitis priùs Dominis metere, & triturare debeant in Area, quæ esset in dictis terris, nec possint illa ad alium locum, sivè Aream exportare absque licentia, & voluntate Dominorum: Et cum frumentum, & alia fuerint triturata, debeant sine aliqua fraude dividere in Area secundum consuetudinem, seu conventiones inter ipsos initas, tam de grano, quàm etiam de concimine, sivè purgatura grani, & de cæteris bladis, & leguminibus, & successivè omnia exportari facere ad Domum Domini expensis ipsius Coloni; Ac deindè Palearia facere, illaque custodire de hoc ut novus Laborator integrè, & sine damno recipiat: Arbores etiam incidere non possint, nisi inutiles, & ad proprium usum, sivè indigentiam ignis, nec portare ligna ad vendendum, nisi quatenus à Domino fuerit permissum: Damna omnia, quæ in prædiis fieri contingunt, Domino indicare teneantur infrà xv. dies à die scientiæ, ad hoc ut Dominus possit se informare de eo, qui Damnum dederit, aliàs de proprio damnum emendare teneantur: decimas prædiales æqualiter de Acervo solvant, nisi aliter adsit consuetudo in loco. Vineas, & Arbusta, quæ conduxerint teneantur debitis temporibus colere, & omnia adhibere quæ pro illorum coltura opportuna, & necessaria sint, & partem conventam Uvarum, seu Vini Domino assignare, & ad eius domum propriis expensis, ut diximus exportare, & cætera omnia facere teneantur secundum consuetudinem loci. Prædicta verò omnia censeantur tacitè conventa inter Dominum, & Colonum, si inter eos instrumento, vel Apoca non fuerint sigillatim expressa.

Quod si colonus terras ut suprà non araverit, nec seminaverit, sivè debitum semen non exhibuerit, aut seminata non mundaverit, Arbusta, & Vineas debito modo non excoluerit, & in aliquo prædictorum defecerit, teneatur Domino

ad totale interesse arbitrio duorum Hominum communiter eligendorum, & nihilominùs in libr.x. pro quolibet casu contraventionis puniri possit.

Curent etiam, quòd Bestiamina tam grossa, quàm minuta diligenter custodiantur, & ad illorum multiplicationem semen eisdem debito tempore dari, & exhiberi faciant, ut in eorum discessu absque præiudicio Domini reassignent Alioquin ad eius interesse teneantur.

Declarantes quòd omnes de familia masculi maiores quatuordecim annis tam ad prædictum interesse, quàm ad alia debita cum Domino contracta teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Colonus Ergo Fur.*

2 *Laborator dicitur socius, cùm inter illum, & dominum dicatur contracta societas.*

Itaut non teneatur domino nisi in quantum facere potest, num.3.

Quæ societas finitur morte Laboratoris, nec transit ad hæredes, num.4.

5 *Laborator tenetur vendere fructus potiùs domino, quàm alteri, & num 17.*

6 *Palea dividitur inter dominum, & colonum sicut alii fructus.*

7 *Laborator tenetur deferre fructus ad domum Domini, & num.12.*

Etiam proprio periculo, num.13.

Tamen si absque sui culpa pereunt, domino pereunt, num.14.

Et tenetur colere prædium benè, & diligenter, num.8.

Et ipse tenetur id probare, num.9.

Et non potest incidere arbores fructiferas, num.10.

11 *Statutum quod omnes de familia laboratoris teneantur ad debita ad favorem domini est validum.*

15 *Colonus non tenetur de suo solvere gabellas, licet suis sumptibus debeat asportare fructus.*

16 *Colonus non potest de massa deducere expensas pro semine, aut pro alio, cum ad id teneatur de proprio.*

ANNOTATIO.

1 AD materiam huius Rubricæ de laboratoribus non est multum laborandum in illa exponenda, cùm certum sit ex mala illorum qualitate semper dominum esse remansurum in damno ex vulgato dicterio *Colonus Ergo Fur*, de quo *Caroc. de locat. & conduct. part. 5, in tit. de recusa. quæst. 12, num. 1, & Adden. ad Paitel. exped. 54, numer. 25.*

2 Nolo tamen omittere, quod inter laboratorem, & dominum dicitur contracta societas, & laborator dicitur socius, & inter illum, & dominum datur actio pro socio, non autem ex locato, & conducto, *l. si merces, 28, §. vis maior, & ibi Bart. ff. locat.* plenè *Caroc de locat. & cond. part.4, in tit. de remiss. merced. quæst. 4, num.3, & 4.* benè comprobans, & *Adden. ad Paitell. exped.*
2 *54, in princ.* Itaut laborator uti socius non teneatur domino, nisi in quantum facere potest, *Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. ult. in princip. Gasp. Beat. de inope debit. cap. 17, num. 65,* plenè *Castag. de benef. deduci ne egeat quæst. 13, ampl. 1, per tot.* licèt illum appellent impropriè socium *Adden.*
3 *ad Paitell. ubi suprà.* Quæ societas finitur morte laboratoris, & domini, & non transit ad illorum hæredes, *Petr. de Vbal. de duob. fratr. par.11, num.33.*

5 Nec non etiam quòd colonus tenetur vendere fructus potiùs Domino, quàm alteri etiam si alter maius pretium offerat, ut not. *Ludov. decis. Perus.24, num.27, par.1, Paitel. exped. 86, numer.6, Carpan. ad stat. Mediol. cap.433, num.71, lib.1, & cap.383, num.8, part. 2, & Adden. ad Paitell. exped. 54, num 44.*

6 Palea verò est dividenda inter dominum & colonum sicuri dividuntur alii fructus semota consuetudine, *Petr. de Vbal. de duob. fratr. par.11, quæst. 9, num.29, Ludov. d. decis. 14, num.10, Caroc. de locat. & conduct. part .4, in tit. de paleis oliv. & gland. num. 3, & 4,* Cùm regulariter inter dominum, & colonum sit servanda consuetudo *Ludov. d. decis. 14, num. 5.*

7 Colonus partiarius tenetur deferre fructus ad Domum Domini uti habetur in hoc statuto si sint eiusdem territorii, aliàs secùs, ut tradunt *Caroc. de locat. & conduct. par.4, de melior. quæst.4 & in tit. de paleis, num.13, & seq. & in tit. de fideius. quæst.8, num.1, & Adden. ad Paitell. exped.54, num.27.*

8 Colo-

8 Colonus partiarius tenetur colere prædium benè, & diligenter etiam quod id non promiſerit, ut advertit *Caroc. de locat. & conven. in tit. de focio perſo. exerc. numer. 5.*
9 & onus probandi ſe id benè exercuiſſe ſpectat ad ipſum Colonum, *Ludov. d. deciſ. Peruſ.24, num.26, Burſatt. conſ.167, num.31, lib.2, Caroc. de locat. & conduct. part.5, in tit. de fideiuſ. quæſt. 6, num. 20, & in tit. de*
10 *proxeneta, quæſt.17. num.1.* Qui non poteſt incidere arbores fructiferas, *l. merces*, 28, *§. culpæ, ff. locat*, & not. *Alex. in l. divortio, 8, §. ſi fundum, ff. ſolut. matr. & Caroc. de loc. & conduct. in tit. de neceſſ. uſus quæſt. 7, num. 5, & ſeq.* ubi teſtatur de communi opinione, & ſubdit, quòd arbores fructiferæ dicuntur Quercus, Nuces, Silua cedua, & aliæ quæ de per ſe naturaliter naſcuntur ut ibi per eum.
11 Dictum verò ſtatutum, quod omnes de familia laboratoris maiores 14. anno teneantur ad debita ad favorem Domini ſit validum probat latè *Cartar. de pœn. innoc. art. 3, num. 256, 257, & plurib. ſeq.* ipſum conſulas.

ADDITIO.

12 COlonus, ut tradit *hic noſter Conciol. num. 7.* quòd teneatur deferre fructus ad domum Domini ſuis ſumptibus, præter ab eo citatos tradunt noviſſimè *DD. citati à Sabell. en ſumm. diverſ. tractat. §.*
13 *Colonus numer.6*, etiam proprio periculo, cùm regulare id ſit in debitoribus obligatis portare ad domum creditoris, ut teneantur portare proprio periculo *Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.38, numer. 30*, ubi *Gratian. Cenci. & alios* citat *per l. fin. Cod. de cond't. inſer.* & ibi *Bald. numer. 9.*
14 Si tamen fructus perirent abſque mora, & culpa coloni, colonus liberaretur *l. electio 26, §. ſi quem ff. de noxal. Bart. Angel. Gabriel. Surd. Gratian. Fontanel. & alii* quos citat *dict. Modern. Pacion. dict. cap. 38, num. 31, & ſequen.* ubi plura de his debitoribus obligatis ſolvere in domo creditoris.
15 Non tamen, colonus, ſivè nummis colens, ſivè partiarius, tenetur ſolvere de ſuo gabellas, etiam ſi obligaverit aſportare fructus ad Domum Domini, ſuis propriis ſumptibus *Marin. & alii citati à dicto Pacion. dict. cap. 38, num. 28, & ſequen. Bald. Tuſch. & alii citati* noviſſimè *à dict. Sabell. dict. §. Colonus dict. num. 6, Eminen. De Luca de Regalib. diſcur. 75, num. 3, Cancer. var. 1, cap. 14, num. 92, & var. 2, cap. 6, numer. 200, Ripoll. var. cap. 12, num. 255, Kloc. de contributio. cap. 11, num. 168, & ſequen. Caroc. de locat. & conduct. part. 4, cap. de collect. num. 3, & ſequen. Carol. Ant. De Luca ad Vincen. de Franch. obſerv. ad deciſ. 107, numer. 1.* tamen ſunt aliqui qui huic dicto Doctorum intelligentiam dant, dicendo, quòd ſolutio collectarum in pecunia ſolvendarum locatori incumbit; quando autem collectæ meræ reales ſunt, & in fructibus ſolvendæ, earum ſolutio conductori incumbit, *Coſta de rata quæſt. 158, num. 12, Carocc. dict. cap. de collect. num. 14, & ſequen.* noviſſimè *dict. Pacion. de locat. & conduct. cap. 34, §. 1, num. 38, Peregrin. de fideicom. art. 50, numer. 18*, & ad iſtam materiam vide *Sperel. deciſ. 41, per tot.*
16 Colonus autem (ceſſante pacto, aut conſuetudine) non poteſt de maſſa communi deducere expenſas ſeminis, nec alias factas gratia recolligendorum, & conſervandorum fructuum; cum ipſe teneatur ſemen ponere de proprio, & alias impenſas neceſſarias facere *Bart. Iaſ. in l. fructus ff. ſolut. matrimo. Tiraquel. Menoch. Tepat. Mareſcot. Surd. Rodolphin. Thomat. citati à Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. §. Colonus numer. 6, & §. Conductor numer. 18*, noviſſimè *Pacion. de locat. & conduct. cap. 5, numer. 28, & ſequent.* qui plura de his partiariis tradunt.
17 Traditis autem *hic à noſtro Conciol. numer. 5*, adde *Pacion. de locat. & conduct. cap. 33, numer. 68, & ſequent. Scoppa. ad Gratian. obſerv. ad deciſ. 77, numer. 1, & ſequent.* noviſſimè *Caroc. Anton. De Luca animadver. ad diſcep. Gratian. cap. 149, numer. 1, & ſequent. tom. 1*; ubi *Boer. Marant. Rocc. Cancer. Caſtill. & alios* citat, *& DD. citati à Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. §. Colonus num. 1.*

QVOD DOMINI PRÆFERANTVR IN fructibus alius creditoribus, Et quod Pars Coloni vendi non possit.

Rubrica XL.

Volumus etiam quòd Domini præferantur in fructibus pendentibus, sivè perceptis pro eorum creditis aliis creditoribus, etiam anterioribus tempore: Et ideò Colonus in ultimo anno laborerii fructus cuiuscumque generis de prædio amovere non possit absque consensu, & licentia Domini, donec cum illo computa non solidaverit, & Domino satisfecerit. Sicut etiam Statuimus, & Ordinamus quòd Domini nullomodò possint vendere, vel alienare etiam expressè, portionem fructuum spectantem ad Colonum, sed illa eidem reservata omninò censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod Dominus in fructibus præferatur aliis creditoribus concordat cum iure communi, & num.6.*

Et præfertur etiam qui mutuavit laboratori semen ad seminandum, nu.2.

Et etiam qui mutuavit laboratori pecuniam ad dictum effectum, num.3.

4 *Fructus pro parte colonica an veniant in venditione est controversum.*

Censetur vendita quando debitor colit propriis manibus, num 5.

7 *Locator pro pensione super fructibus rei locatæ procedit executivè.*

Et quousque sit ei pensio soluta potest conductori interdicere asportationem fructuum, num.8.

ANNOTATIO.

1 Statutum prædictum, quod Domini in
fructibus pendentibus, seu collectis
præferantur aliis creditoribus etiam anterio-
ribus concordat cum iure communi, quo
idem est dispositum, ut probant *Paitel. ex-
ped. 86, num. 3, Merlin. de pignor. lib. 4.
quæst.41, num.20, & sequen. & Antonel. de
temp. legal. lib.4, cap. ult. num.111.*
2 Quod habet locum etiam in eo qui mu-
tuavit laboratori semen ad seminandum
agrum, qui pariter præfertur non solum
creditoribus anterioribus, sed etiam Domi-
no ipsius fundi, ut probant *Card. Mantic.
de tacit. lib. 11, tit. 23, num. 11, Paitell. ex-
ped.86, numer.11, & sequen.* dicens ita fuisse
iudicatum per conformes, *Merlin. de pign.
lib.3, quæst.5, num.46, & plurib. sequen.* ubi
respondit rationibus *Decian.* contrarium te-
nentis, *in cons.50, lib.3.* & aliquas ponit de-
clarationes, *& Antonel. de temp. legal. lib.4,*
3 *cap. ultim. num.116.* qui id extendunt etiam
ad eum, qui laboratori mutuarunt pecunias
ad effectum producendi fructus, de quo ibi
per eos.
Dum verò dictum statutum declarat, quod in
venditione, vel alienatione facta per domi-
num nunquam sint comprehensi fructus
pro parte colonica dirimit quæstionem, quæ
4 in proposito controvertitur per Doctores,
an fructus pro parte colonica veniant in ven-
ditione, in qua partem affirmativam tenent
*Ludov. decis. Perus. 83, ferè per tot. Surd.
decis.294, num. 6, & ibi Hodier. num.7, &
Adden. ad Paitel. exped.54, num.34.* Con-
trarium tamen tenent *Ant. Gomez, Ias. &
alii* quos refert, & sequitur *Thesaur. decis.*
5 *55, numer. 4, & 5.* Licèt censeri venditam
partem colonicam quando venditor colit
fundum propriis manibus tenent *Costa de
rata, quæst.129, num.3, Surd. dict. decis.294,
& ibi Hodier. num. 2, & Posthi de subhast.
inspect.52, num.44.*

ADDITIO.

6 Conformè iuri communi statutum no-
strum tradit *noster Conciol. hic num. 1,*

& id

& id corroborant, & pro magis communi tenent *DD. citati suprà lib. 2, rubr. 71, numer. 20.* quos consule, qui quæstionem hanc latè tradunt, ac cum omnibus limitationibus, & intelligentiis eam tractant.

7 Itaque dominus fundi super fructibus agit executivè pro pensione sibi debita per tex. *in l. si servus 63, §. locavi ff. de furt.* &
8 donec solutio contingat valet colono illorum asportationes interdicere *Bald. Ias. Gratian. Rota decis. 64, part. 14, recent. numer. 6, & sequen.*

QVOD COLONVS TENEATVR AD MESsem, sivè Vindemiam requirere Dominum.

Rubrica XLI.

COlonus partiarius ad Messem non accedat, frumentum, & alia blada in Area non expurget, nec vindemiare, sivè Mustum exprimere non audeat, nisi priùs per duos dies id Domino, sivè conductori, aut eo absente illius Procuratori, Factori, sivè Attinentibus denunciaverit ad pœnam ultra damni emendationem peritorum æstimatione faciendam xx. libr. vice qualibet incurrendam, cuius medietas Domino, alterà verò Fisco applicetur. Item omninò curet in Messe, ne altius quàm decet, frumenta, & blada secentur, alioquin ad interesse Domino, vel novo Laboratori illum teneri Volumus arbitrio duorum Hominum communiter eligendorum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest iurare in litem contra laboratorem colligentem fructus eo inscio.*

Et contra laboratorem promittentem agros colere, vineam plantare, si id non fecit, num. 2.

3 *Colonus tenetur monere Dominum ut accedat ad triturationem messium, & repartitionem fructuum, aliter in litem contra eum iuratur.*

Et si non facit dolose furtum committit, num. 4.

5 *Colonus per quale tempus debeat spectare dominum ad fructus dividendum.*

ANNOTATIO.

1 QUod si laborator fructus colligat absente Domino, & eo inscio uti prohibetur fieri in hoc statuto possit Dominus contra eum iurare in litem tradit, *Plot. de in litem. iuram. §. 4, num. 13, & seq.* Amplia
2 quod possit etiam iurari in litem contra colonum, laboratorem, operarium, & simil. qui promiserunt agros colere, vineam plantare, aptare, & simil. si eius dolo, non voluerunt, non plantaverunt, & non ordinaverunt, ut not. *Alex. cons. 214, num. 2, & ibi Adden. lib. 7, Plot. de in litem iur. d. §. 4, numer. 80,* ubi dicit implementum esse probandum per promissorem, & ibi per eum, de qua materia videas, *Phanuc. de in litem iur. part. 2, membr. 3, num. 35.*

ADDITIO.

3 ITaque colonus tenetur nuntiare domino quod ad triturationem messium, ac repartitionem accedat, ad videndum si fraudes committantur ad suam portionem recipiendam, aliter, ita colono non faciente, per dominum contra ipsum iuratur, ut tradit *hic noster Conciol. nu. 1.* & novissimè *Pacion. de locat. & conduct. cap. 33, num. 22, & seq. Sabell. in sum. div. tract. §. Colonus nu. 3, vers. Quod non possit, &c.* ubi *Cartar. Sanfelic. &*
4 *alios* citat; & hoc nisi bona fide à colono sit factum, quia si malo animo colonus talia fecerit, & animo appropinquandi sibi res domini, furtum committeret *Gratian. Ludov. Sanfelic. & alii* quos citat *dict. Sabell. ubi suprà num. 3.*

5 Colonus autem quantum tempus debeat spectare dominum ad talem repartitionem faciendam, tractant *DD. supra citati Fontanel. & alii* quos refert *Carol. Ant. De Luca ad Franc. observ. 117, numer. 3,* ubi in terminis decimarum hæc affert

QVOD NVLLVS APPROPINQVET TERmino, laborerio, Sepe, vel Plantis.

Rubrica XLII.

NE termini de facili cutventur, sivè evellantur, Statuimus quòd nullus in laborando appropinquet Termino per unum pedem cum dimidio in Plano, ita quòd terrenum saudum prope illum remaneat: Si verò terrenum pendeat, per duos pedes. Sicut etiam quòd Sepes, sivè quæcumque Arbores per Vicinum non ponantur, nisi prædicto spatio relicto, ad pœnam contrafacienti quocumque casu x. libr. & repositionis suo loco faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Terminos amoventes puniri possunt pœna corporali.*
2 *Et aliquando pœna mortis, num. 2,*
3 *Discordiæ semper sunt periculosæ.*
4 *Et ideò eis est obviandum, n. 4,*
5 *Termini amotio præsumitur facta à vicinis, & ab eis ad quorum commodum cedit.*

ANNOTATIO.

DElictum amotionis terminorum ob graves discordias, quæ ex illorum amotione oriuntur inter vicinos dicitur ita grave, ut
1 pro illo non solùm imponi posse pœnam corporalem voluerint, *Monta. de finib. cap. 34, numer. 1, & sequent. & Menoch. de recuper. possess. remed. 9. numer. 343, & sequent.* & pœnam arbitrariam pro dicto delicto impo-
2 sitam extendi posse usque ad mortem voluerint, *Boss. in pract. in tit. de term. moto. numer. 1, & sequent. & Vivi. opin. 870, sub numer. 2.* Et ideò non mirum si prudentes Cives Eugubini ad effectum evitandi dictas discordias, & lites inter vicinos mandarunt in hoc statuto sub pœna in eo contenta. quod nemo laborando se appropinquet terminis inter vicinos appositis, nisi relicto spatio unius pedis cum dimidio in plano, & duorū
3 in terreno pendenti. Cùm discordiæ sint per se periculosæ *clem. dudum. §. ab olim. &*
4 *ibi Card. de sepult.* & ideò eis est semper obviandum per superintendentes Reipublicæ *clem. 1. §. 1, & ibi pariter Card. de iuretur. Petr. Ant. Ala de decurio. Christ. quast. 29, per tot.*

ADDITIO.

5 DE materia huius rubricæ aliqua tetigi *hoc libr. rubr. 14,* & ita in ea nimimè me detineam, sed solùm dicam, quòd si aliquis terminus, vel aliæ res contentarum in nostro statuto reperiantur mutatæ, seu appropinquatæ, præsumitur id factum à vicinis, & ab eis ad quorum commodum cedit dicta mutatio, seu appropinquatio termini, sepis, vel plantæ, *argum. l. si ita, 15. §. mulier, 2. ibi nequid. vicini, aut agri, aut fructuum occupent, ff. de instruc. legat. Marsil.* quem citat novissimè *Pacichel. de distant. cap. 4, numer. 17, vers. Amotis, vel turbatis, &c.* & conducunt tradita suprà à *nostro Conciol. hoc libr. rubr. 15, n. 6.*

DE

DE TERMINIS PONENDIS, SEU REAPtandis inter vicinos.

Rubrica XLIII.

SI inter Prædia Vicinorum Termini curvati reperiantur, vel etiam fuerint exttacti, Prætor ultra pœnam de qua diximus suprà hoc eodem libro sub Rubr. XIV. quàmprimum mandet eligi à Partibus duos Homines, qui infrà decem dies eos reaptare, vel de novo apponere debeant: Quòd si concordes non sint, Tertius à partibus eligatur, qui dictæ terminationi adesse debeat, & si aliqua Partium senserit se gravatam, possit termino tridui à die scientiæ appellare, & recursum habere ad D. Potestatem, & coram eo petere de novo reviderì, & terminari per alios Homines ut suprà eligendos: Quòd si secunda terminatio fuerit conformis cum prima, omninò observanda erit, nec Partes amplius reclamare valeant, pœna decem librarum Cameræ Ducali applicanda. Si verò fuerit difformis possit Pars, ut suprà, iterùm recurrere ad Dominum Potestatem pro electione, seu nominatione novorum Hominum, & quod deindè per eos fuerit terminatum omninò ratum, ac firmum esse censeatur.

SUMMARIUM.

1 *Prætoris Officium est discordias dirimere, & pacificum statum Civitatis procurare.*

2 *Terminos reponi in loco peti potest usque ad triginta annos.*

3 *Termini sunt ponendi per lineas rectas.*

Et sunt figendi, revisione sententiâ pendente, cùm executio per eam non impediatur, num.4.

ANNOTATIO.

CUm ut dixi suprà in *Rubr.præced.*ex amotione terminorum soleant oriri graves discordias, & iurgia inter vicinos, ideò providè statutum fuit in hoc statuto, quod D.
1 Prætor Civitatis, ad cuius officium spectat discordias dirimere, & procurare pacificum Statum Civitatis,ad tex. *in l.quidam æstimaverunt, 21, ff. si cert. peta. & in cap. iurgantium 2, de sent. & re iudic.* & not. *Deci.cons. 42, numer. 5. & cons. 445, numer. 1,* curet quàm primùm per homines communiter eligendos terminos reaptari, & de novo immitti iuxta formam in hoc statuto prudenter traditam.

2 Terminos verò reponi, vel reaptari in loco, in quo illi fuerunt avulsi, vel inclinati potest peti per vicinum usque ad triginta annos, si possessio sit retenta usque ad locum, ubi termini fuerunt amoti, *Cin. in l. fin. ff. fin. regun. Floria in l.1, in fin. ff. eod. tit.*

ADDITIO.

3 TErmini autem sunt ponendi per lineas rectas, cum in iure non sit excogitatus alius modus dividendi, nisi per eos *l. inter eos ff. de acq. rer. domin. Maffin. de confisc. quæst.11, numer. 43, & 44,* quem citat *Bonden. collect. legal. 39, sub num.13,* & termini
4 sunt figendi, revisione pendente sententiæ, quo tempore sententiæ prolatæ executio non impeditur *Pacichel. de distant. cap. 4, num.17, vers. Amotis, &c.*

QVO TEMPORE LABORATORES DEbeant à laborerio licentiari.

Rubrica XLIV.

Dominus si prædium, vel terras, etiam si ineo sint Arbusta, vel Vineæ à Colono, seu Laboratore auferre voluerit, vel etiam si Colonus terras, ut supra, renunciare velit, teneantur eorum voluntatem declarare usque ad medietatem Mensis Augusti, aliàs elapso dicto tempore intelligatur inter eos facta tacita reconductio cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus dictæ Terræ fuerunt datæ ad colendum: Si verò Dominus, vel Colonus Arbusta, & Vineas auferre, vel renunciare velint teneantur id facere, & notificare per totum Mensem Octobris, aliàs prædicta censeantur reconducta per alium Annum subsequentem, cum eisdem pactis, & conventionibus, quibus antea locata fuerunt. Quòd si Colonus non abiliret prædiis, & bestiis damnum inferat, ut indemnitati Dominorum provideatur. Volumus eundem Colonum quocumque tempore Iudicis arbitrio, & auctoritate expelli posse.

Addentes etiam, ne fructus ab utroque Colono, videlicet Novo, & Veteri auferantur, & damnificentur in præiudicium Domini, quòd Colonus ultimo Anno remoto frumento ab Area, non habeat regressum ad cæteros fructus, sed novo laboratori reservari censeantur, nisi aliter inter ipsos convenrum sit: Et si Coloni contra conventionem cum Domino factam aliquas Arbores inciderint, vel aliud damnum dederint, illos teneri Volumus in singulis damnis, prout habetur suprà de Damnis D.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio, quando per non disdictam inducta censetur.*

2 *Conductor finita locatione relinquere potest rem conductam absque denunciatione, & disdicta facta domino, inspecto iure communi.*

Secus attenta æquitate iuxta quam non debet conductor omninò tacere, numer. 3.

4 *Statutum disdictam requirens, & tempus præfigens ad eam fiendam correctorium iuris communis est, & strictè interpretandum.*

5 *Disdicta quando per quindecim dies ante finitam locationem est fienda, potest anticipatè fieri.*

Et è contra si statutum dicat quod fiat ante, quindecim dies, non potest intra eos fieri, num. 6.

7 *Disdicta materiam qui tractant remissivè.*

ANNOTATIO.

1 De materia tacitæ reconductionis ob non factam per Dominum, seu laboratorem declarationem, & renunciationem usque ad medietatem Mensis Augusti quò ad prædia, & quò ad vineas, & arbusta per totum Mensem Octobris, de qua in hoc statuto ad text. *in l. item quæritur 14, §. qui impleto. cum ibi not. per Doctores ff. loca, & conducti* adduxi suprà in *sec. lib. rubr. 71.* quæ non veniunt hic inutiliter replicanda, videas igitur ibi si placet.

ADDITIO.

2 De iure autem communi diffidatio, seu denunciatio non est necessaria ad exclu-

cludendam relocationem, imò conductor
potest rem conductam dimittere finito tem-
pore locationis, absque protestatione, de-
nunciatione, seu disdicta domino faciendis
Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap.
64, num. 120. & sequen. Sanfelic. Vrsil. &
alii citati à Modern. Carol. Ant. De Luca
ad Gratian. animadver. ad cap. 357, num. 4,
& ad Franch. observ. ad decis. 406, num. 1,
vers. Quimmò, &c. novissimè *Brilla ad*
consuetud. Neapol. tit. 24, cap. 1, numer. 36,
videndus *Pilaia ad Iranç. de protestatio.*
addit. ad consider. 54, num. 2. benè tamen
3 est verum, quod licet non sit necessaria di-
sdicta; tamen non debet conductor omni-
nò tacere, sed se aliquo modo declarare,
alià, opinio pro renovatione locationis ha-
beret pro se aequitatem, nec destitueretur
omninò fundamento iuris, nempè *l. item*
queritur §. qui impleto ibi: quod autem di-
ximus taciturnitas utriusque partis colonum
reconduxisse videri, ff. locat. Pacion. dict.
cap. 64, num. 122, Pilaia dict. num. 2, videndi
quos novissimè citat *Sabell. in summ. divers.*
tractat. §. Conductor. num. 5.
4 Undè est, quod nostrum statutum disdi-
ctam requirens, est contra ius, pariterque ex
quo tempus certum ad disdictam faciendam
praefigit, & sic est strictè interpretandum,
Pacion. dict. cap. 64, num. 121, in fin. & nu-
mer. 124, ubi citat *Alex. cons. 76. numer. 8,*
vers. Item est contra lib. 5. quàpropter si
5 statutum dicat debere fieri per quindecim
dies ante, non excluditur facultas faciendi
eam magis anticipatè, puta per duos menses
ante, sicuti de pacto dicto modo loquente
firmavit *Rota decis. 147, num. 8, part. 12, re-*
cent. tradit *Pacion. dict. cap. 64, numer. 125,*
6 Et è contra, si dicit statutum, vel pactum
quod disdicta fiat ante quindecim dies (pro
ut ita loquitur nostrum statutum) sine du-
bio non poterit fieri infra eos *Mart. ci-*
tatus à dict. Pacion. dict. capitul. 64, nu-
mer. 126.
7 Quam plurima de disdicta hùc possent
annotari, à quo, & cui sit facienda, an iudi-
cialiter, vel extraiudicialiter an sufficiat fieri
coram Iudice incompetenti, an sufficiat sola
scientia, & alia quae larè tractantur à *dict.*
Brilla ubi suprà, & à dict. Modern. Pacion.
de locat. & conduct. discur. 20, & 21. quos
consule.

DE RESIGNATIONE, ET AESTIMATIONE straminum.

Rubrica XLV.

AD tollendum difficultates, quae in dies oriuntur inter Dominum, & Colonum, necnon inter Veterem, & Novum, Volumus quòd omnia Stramina consignari, & resignari debeant, iuxta usum, & consuetudinem loci, nisi aliter inter Partes in conductione conventum sit: Quòd si dicta stramina fuerint aestimata, eodem modo reddi, & resignari debeant Novo Laboratori, & si deficiant, Colonus teneatur Domino pro medietate ad rationem bononenorum XII. pro qualibet Salma Palearum, quae sit, & esse debeat ponderis librarum tercentum: Foenum verò si deficiat, ad rationem Grossorum V. pro qualibet Salma, ponderis librarum centumquinquaginta: Et ad andem rationem Dominus si illa supersint Laboratori pro medietate solvere teneatur: Nec possit Colonus contra voluntatem Domini illa extra Praedium exportare, sed dicto pretio sit contentus. Quòd si contigerit Colonum in ingressu Stramina non habuisse, nihilominùs si in discessu reperiantur, Volumus per eum aufetri non posse, sed cum Domino dividere, & pro rata eum tangente iuxta aestimationem per homines quocumque casu faciendam, pretium eidem, ut suprà persolvi.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Palea, & fœnum veniunt appellatione fructuum.*

Et dividuntur inter Dominum, & colonum sicut alii fructus, num.2.

3 *Non tamen potest colonus paleam ultimi anni sibi afferre, licet in primo anno in fundo locato paleam non reperiisset, n. 3.*

4 *Palearium habere non licet vicino iuxta domum vicini.*

A N N O T A T I O.

1 PAlea, & fœnum veniunt appellatione fructuum, ut tradunt, *Ludov. decis. Perus. 14, num 9, & decis. 106, num. 10, & 11, Vincen. de Franch. decis.103, in princ.* plenè *Barbos. de appell. verb. signific. appell. 103. num.3.* Et ideò non mirum si in hoc statuto mandatur, quod laborator partem suam palearum non valeat exportare extra prædium, sed quod domino volenti teneatur illas vendere pro pretio palearum bon. 12. pro qualibet salma librarum 300. & fœni ad rationem grossorum quinque pariter pro qualibet salma ponderis librarum 150. cùm laborator teneatur vendere fructus prædii potiùs domino, quàm alteri, ut ex *Ludov. Paitell. & Adden. ad eum, & ex aliis* probavi suprà in hoc eodem *lib.6, rubr.39.*

2 Paleam verò esse dividendam inter Dominum, & laboratorem sicuti dividuntur inter eos alii fructus ex *Petr. de Vbal. Ludov. & Caroc. in loc. per me adduct.* probavi pariter suprà in *d. rubr.39, videas igitur ibi.*

A D D I T I O.

3 PAlea autem inter fructus computatur; ut tradit *hic noster Conciol. numer, 1.* & ita est dividenda inter Dominum, & colonum, sicuti inter eos dividuntur cæteri fructus, ut tradit *noster Conciol. supr. rubr. 39, numer 6, hoc lib.* neque ipsam secus auferre potest colonus in ultimo anno locationis, licet in primo anno colonus paleam non reperiisset, sed de suo aluisset animalia & fimum proiecisset, seu stercorasset *Pacion. de locat. & conduct. cap. 5, numer. 36, & sequent.*

4 Scias tamen quòd non licet vicino pallearium facere in re sua, iuxta domum vicini, propter damnum quod evenire potest, si pallearium igne combureretur *Giurb. observ.47, num.25.*

DE DIVISIONE QVORVMCVMQVE bestiaminum.

Rubrica XLVI.

COloni cùm recedunt à Prædiis, si Animalia maiora cuiuscumque generis habuerint æstimata, teneantur in eorum discessu iuxta æstimationem faciendam per Homines communiter eligendos, Domino resignare, & pro medietate supplere, sive participare de utili in eis existente, quod, & in Suibus observandum est: Minuta verò Animalia in capita recepta, in capita restituere, adeò ut etiam Agni, & Ædi in locum Ovium, & Caprarum eo tempore subrogari possint; Et si de numero assignato aliqua deficiant, Coloni si absque eorum culpa id factum sit, & illorum pelles Domino resignaverint, teneantur ad medietatem pretii deficientium, sivè demortuorum. Quòd in pósterum ad tollendas Partium subutilitates, Volumus esse ad rationem Iuliorum septem pro qualibet Ove, vel Agno, pro quolibet Castrato Iuliorum X. & pro qualibet Capra Iuliorum XII. Si verò culpa ipsius Coloni Animalia Maiora, sivè minuta perierint, ad integrum pretium illum teneri Volumus, & Mandamus: Quòd si ultra numerum assignatum aliqua Animalia minuta in Grege reperiantur, illa æqualiter dividi debeant, nec possint per Colonum à Prædiis removeri, si Dominus pro se retinere velit, & pretium ad dictam rationem Colono solvere sit paratus, Nisi tamen in prædictis casibus aliter inter Partes conventum sit.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Animalia periisse cum culpa laboratoris, vel sine quis teneatur probare.*
2 *Statutum supradictum circa restitutionē animalium laboratori est validum.*
3 *Animalia grossa, vel minuta que dicantur.*
4 *Boves, & alia animalia in contractu collatici si pereunt damnum cuius sit.*
5 *Pastores quando teneantur de interitu animalium.*

ANNOTATIO.

Disponitur in hoc statuto, quòd animalia minuta in capita per laboratores recepta in capita restituantur, & si de numero aliqua deficiant laboratores si absque illorum culpa id factum fit, & illorum pelles Domino resignaverint teneantur ad medietatem pretii deficientium, si verò culpa laboratorum animalia maiora, vel minuta perierint ad integrum pretium laboratores teneantur;
1 Quis autem teneatur probare animalia periisse sine culpa, vel cum culpa laboratoris latè tradit *Michal. de frat. par. 2, cap. 47, per tot.* ubi plures casus distinguit, & aliqua scripsi ego *alleg. foren. i.* videas ibi si placet.
2 Validitatem tamen dicti statuti circa restitutionem animalium in capita latè comprobat idem *Michal. de fratr. p. 3, cap. ult. numer. 47.*
3 Quæ autem dicantur animalia minuta, vel grossa habetur in *l. oves, 3. & ibi not. Bart. & alii, ff. de abige.*

ADDITIO.

4 Statutum nostrum, disponens quòd si animalia perierint culpa coloni, damnū sit ipsius, est iuri conforme, sicuti pactum ita appositum in locatione paris bovum ad laborandum, quæ quotidiè practicatur, & dicitur collatica, seu affanagium de qua latè *Corne. Carocc. & Cravet. citati à Modern. Pacion. de locat. & conduct. cap. 12, numer. 4. & sequent.* ubi *per tot. cap.* latissimè tractat cuius periculo animalia pereant, in omnibus casibus, quibus illa locantur pretio, seu relinquuntur pro alia re, aut traduntur ad depascendum.
5 Pastor autem quando teneatur de interitu animalium, & alia plura reperies pariter tractata à *d. Pacion. d. cap. 12, per tot.* quem perlege, nè dicta à tam celebri viro transcribere videar, & fatigabilem, ac fastidiosum additionum fasciculum hoc efficiam, consule tamen *Quesada & Pilo controver. foren. cap. 7, per tot.* ubi extensè de pastoribus tradit tractatum casum singularem.

DE SOCCITIS FACIENDIS.

Rubrica XLVII.

Soccitæ Animalium semper secundum usum, & consuetudinem bonæ Soccitæ factæ intelligantur, etiam quòd in scriptura non sit expressum: Videlicet quòd recipiens Animalia teneatur, & debeat omni diligentia, & sollicitudine illa custodire, seu custodiri facere, & gubernare, Ita quòd sua culpa, & defectu damnum aliquod non incurrant, aliàs teneatur illud de suo reficere, & emendare. Quòd si damnum absque eius culpa evenerit, communiter refici debeat: Sicut etiam quicquid utilitatis, & lucri evenerit, tàm in fructibus, quàm in Sorte, totum inter ipsos pro rata parte sortiri: Et recipiens teneatur illa toto tempore retinere, nec excusari, aut renunciare possit, nisi propter longam infirmitatem, paupertatem supervenientem, vel capturam personalem, seu inimicitiam, vel mortem: Quibus casibus pro rata temporis divisio inter eos facienda erit.

Quòd si divisio Bestiaminum in Nundinis facienda sit; Volumus Socium teneri ad ponendum partitum domino super illorum electione cum depositione medietatis pretii, Et si Socius deferat ad requisitionem domini ponere Partitū, liceat domino facta protestatione cogere Socium ad ponendum Partitum, & ad divi-

divisionem prædictam infra quindecim dies ab ultima die Nundinarum incohandos: Quibus elapsis Soccita reconducta censeatur, Si verò Socius malè tractaverit Animalia, eo quia nolit, aut non possit eis necessaria subministrare, aut aliter illa gravaret; Valeat alter petere eorundem divisionem, æstimatione facienda per homines communiter eligendos, & pretio inter eos calculato, & refecto.

SVMMARIVM.

1 *Societatē animalium qui tractant remissivè.*
2 *Animalium affictus ad caput salvum tractat* Conciolus.
3 *Actio pro socio competit in contractu societatis, seu soccita animalium.*
Intellige si dominium animalium fuerit communicatum, secùs alter, n. 4.
Dominium animalium in contractu soccita quando dicatur communicatum, numer. 5.
6 *Corium animalis demortui ad soccitam traditi cuius sit.*
7 *Soceda, seu pastor non potest uti ad laborandum animalibus susceptis in soccitam.*

ANNOTATIO.

1 DE hac materia societatis animalium videas *P. Less. de iust. & iur. lib. 2, cap. 25, dubit. 3. num. 21, & seq. P. Paul. Laiman. in Theol. moral. lib. 3. tractat. 4, cap. 20, num. 5, & Illustr. D. Deluca in Theat. verit. & iust. tom. 5, in tract. de usur. discur.*
2 *1. & 2, per tot.* Et de affictu animalium ad caput salvum quando sit licitū vide in meis *allegat. foren. allegat. 1, & 2, per tot.* ubi latissimè d. materiam pertractavi.

ADDITIO.

3 CUm contractus, de quo in statuto, non sit locatio, sed societas, actio pro socio pro ea competit, *l. si tibi area, 14, §. sed*
4 *si puerum, ff. de præscr. verb.* quod intelligitur quando communicatur dominium animalium; si autem tale dominium non communicetur contractus innominatus dicitur, *Pacion. de locat. & conduct. d. cap. 12, num. 26,* ubi à *numer. 28,* aliqua infert ab hoc quod dominium non sit communicatum, & metipsa, & alia refert *Oter. de pascuis cap. 26, num. 14,* quæ in terminis alibi non ita facilè reperies.
5 Dominium animalium dicitur cōmunicatum, quando ea tradita sunt æstimata, seu paciscitur quòd finita societate etiam animalia dividantur, *Pacion. d. cap. 12, num. 34, & sequent.* ubi latissimè de soccitis tractat, & tam doctissimè, ut non amplius veniat desiderandum, quem consule, & *Doctores citatos à Quesada & Pilo controver. 7, numer. 35,* pariterque *Ciriac. Carocc. & alios.* quos citat *Balmaseda de collect. q. 65, n. 10.*
6 Unde ex supradictis resultat, quod corium, seu pellis animalis, naturali morte, seu fortuitò absque culpa soccedani mortui, est domini animalium, si dominium non fuerit communicatum; si autem fuerit communicatum fit commune, *Pacion. d. cap. 12, numer. 46, Costa de rata q. 118, n. 9.*
7 Nota tandem, quòd non potest pastor, seu villicus uti animalibus susceptis in soccitam ad arandum, seu laborandum, *Costa d. quæst. 118, num. 4,* & eo citato *Balmaseda d. q. 65, n. 12.*

QVOD STATVTA CIVITATIS EVGVBII observentur in toto eius districtu, & illis deficientibus ius Commune.

Rubrica XLVIII.

VOlumus præsentia Statuta inviolabiliter observari inter Cives, Incolas, & Districtuales: Nisi in aliquo loco Districtus in casu contingenti aliter per particularia Statuta, sivè Constitutiones fuerit provisum. Et ubi statuta non disponunt, ad Ius Civile, & Sacros Canones iuxta subiectā materiam recurratur.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Statuta Civitatis sunt servanda etiam in Castris ei subiectis, & in districtu.*

Nisi tamen Castra haberent propria statuta, n. 2, & 8,

Quod declaratur, numer. 3,

4 *Ius civile, ad quod statutum vult recurri si sit correctum à iure Canonico, illud est attendendum.*

5 *Incola quis nam dicatur.*

6 *Districtualis quis nam dicatur.*

7 *Statuta ubi vigent praevalent iuri communi.*

9 *Statuta non extenduntur ultra territorium statuentium.*

ANNOTATIO.

Statuta Civitatis esse servanda non solum in ipsa Civitate, sed etiam in Castris Civitati subiectis, & in eius districtu, uti habetur in hoc statuto probavi suprà quampluribus authoritatibus adductis in Praelud. *numer. 130, & sequent.* quibus nunc addo *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 42, numer. 1,*
2 *& sequent.* Nisi tamen Castra haberent propria statuta, quia illa sunt servanda, ut dixi *ibi numer.* 111, cum quibus pertranseunt *Fenzon. ad stat. Vrb. d. cap. 42, numer. 1, & sequent. & Rota decis. 169, numer. 5, par. 12,*
3 *recent.* Quibus addo nunc, quòd id habet locum quando statutum particulare est incompatibile cum generali, aliàs secùs, quia Constitutiones quando non sunt incompatibiles una non sit derogatoria alterius, ut probat *Rot. apud Gregor. XV. decis. 260, numer. 4, & ibi Addens. numer. 19, & dec. 169, par.* 12, ubi declaratur quando statuta
4 dicantur incompatibilia. Si tamen ius civile, ad quod statutum vult recurri deficiente statuto esset correctum à iure Canonico, ius Canonicum est attendendum, cùm ius civile correctum non dicatur amplius ius civile, ut declarant *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 42, numer. 4, & Rota decis. 65, numer. 2, post. sec. vol. cons. Farinac.*

5 Incola verò de quo in hoc statuto dicitur qui aliunde venit ad habitandum in Civitate, vel Oppido animo ibi permanendi, & domum ibi constituendi, ut not. *Covar. pract. quaest. cap. 37, in princ. Hond. cons. 1, numer. 17, lib. 1, Afflict. decis. 385, num. 5,* & alios quos refert, & sequitur *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1, cap. 41, in voto Peniae ibi impresso*, ubi habetur quomodo incolatus contrahatur, ut ibi per eum.

6 Et districtuales dicuntur illi, quibus potest imperari, & in quos potest iurisdictio exerceri, licèt illi non sint Cives, neque Comitativi, *Bero. cons. 181, numer. 12, & sequent. lib. 3, Card. Tusch. pract. conclus. lit. D, conclus. 516, num.* 10. ubi plura scripta sunt ad materiam districtus, & alia ponit *Barbos. de appellat. verb. signific. appellat. 76, per tot.*

ADDITIO.

7 Alibi iamdixi, quòd in hac Provincia Cathaloniae est dispositum, quòd cessante iure Municipali, ac statutario insequatur ius commune, & anteà canonicum; quòd iuri conforme est; ex quo ubi viget statutum praevalet ipsi iuri communi, *Bonden. collect. legal. 2, n. 55.*

8 Providè pariter statuitur, quòd statuta serventur in toto districtu statuentium, nisi Castra habeant specialia statuta; quia tunc antè statuta Civitatis dominantis, specialia sunt sequenda; si tamen talia propria, & specialia non haberent, insequenda forent statuta loci dominantis, *Paecichel. de distant. cap. 12, num. 27, Brilla ad consuetud. Neap. in apparat. operis, num. 8, & 9, Bonden. collect. legal. 2, numer. 70, & 71,* ubi plures
9 citat; non tamen statuta, sive in personam sive in rem loquatur, extenduntur ultra proprii territorii statuentium districtum, sed in ipso territorio restringuntur *Bonden. collect. legal. 43, numer. 88.* & ad ista videas *Valenzuel. Velazq. consil. 79, ferè per tot. Pacichel. d. n. 27.*

DE VERBORUM, ET RERUM SIGNIFICATIONE.

Rubrica XLIX.

Districtus, sivè Territorium Civitatis Eugubii intelligitur comprehendere Oppida, Castra, & Villas, quae Communi Eugubii sunt subiecta.

Nnn Men-

Mensem, vel Menses in assignatione alicuius termini in Commissionibus, & similibus, non triginta dierum simpliciter, sed prout currunt, volumus computari.

Dierum Utilium appellatione illi dies continentur, quibus Ius redditur. Ubi verò Dierum sine adiectione utilium, fit mentio de continuis sivè currentibus diebus intelligatur.

Scutum si aliud non adjicitur, Iuliorum decem intelligitur.

Floreni Nomen simpliciter prolatum, Iuliorum quinque, sivè bononenorum quatraginta esse dicimus.

Libram in Pœnis Delictorum, Iulios duos continere declaramus.

Iulius bononenos octo continet.

Solidum trium Quatrenorum dicimus.

Pondera verò Singula, & Mensuræ designantur, & describuntur suprà sub Rub. De Ponderibus, & Mensuris.

SVMMARIVM.

1 *Oppidum dicitur Terra muris cinta.*
Castrum verò dicitur quasi casa stristricta, seu casa alta, num. 2,
Et Villa dicitur congregatio domorum sine muris, n. 3.

4 *Menses fuerunt distincti in dies à Numa Pompilio.*
Mensis emergens quis dicatur, & quot dies continere debeat, n. 5,

6 *Dies dicitur à verbo Graco Dian, idest claritas.*
Dies verò utiles dicuntur illi, in quibus ius redditur, n. 7.

8 *Florenorum appellatione quid veniat remissivè.*

9 *Florenus verò, & libra dicitur moneta imaginaria.*
Et pro illis solvi potest qualibet moneta, quæ constituat monetam, vel libram, numer. 10.

11 *Civitatis appellatione veniunt vici, suburbia, & territorium.*
Intellige in favorabilibus; secùs autẽ in odiosis, n. 12.

ANNOTATIO.

1 OPpidum propriè sumptum dicitur Terra muris cinta, quæ fert opem contra hostes, *l. pupillus* 239, *§. Oppidum, & ibi Alciat, ff. de verbor. signif.* & tradunt *Ias. in l. si hæres, 76, §. 1, numer. ult. ff. de legat. 1, & Choell. ad Bull. bon. regim. cap. 8, numer.* 29. licet Oppidum largè sumptum dicatur qualibet Civitas præter Romani, ut declarat *Choell. in dict. cap. 8, num. 29.*

2 Castrum verò dicitur quasi casa stricta seu casa alta, *Doct. in cap. si civitas, de senten. excomm. in 6, Gail. pract. obser. lib. 2, obser. 62, in princ. Choel. in d. cap. 8, num.*
3 30, & villa dicitur congregatio quædam domorum sine muris polita extra muros Civitatis, *Marsil. de Banni. in verbo Civitate, numer. 2, & sequent. Loseu. de iure Univer. par. 1, cap. 2 num. 39,* plenè *Choel. in d. cap. 8, numer.* 31.

4 Menses fuerunt divisi in dies à *Numa Pompilio* secundo Rege Romanorum, ut declarant *Aima. Dival. de hist. iur. civil. lib. 2, numer. 33,* quem referendo sequitur *Scacc. de iudic. lib. 2, cap. 3, numer. 360, & cap. 5, numer. 1.* & Mensis emergens, &c.
5 constare debet ex tot. diebus, quibus constat ille Mensis emergens, Vndè si tibi die 6, Februarii assignetur terminus unius mensis ad probandum habebis Mensem 28, dierum & 29. si sit bixestus, Si verò mensis emergens, quo assignatur dilatio unius mensis habet dies 31. tu habebis dilationem 31. dierum, ut post *Thom. de Marin. de feud. ex pact. & provid. antiq. titul. 2, numer. 57.* per eum relatum declarat *Scacc. de indic. d. lib. 2, cap. 3, num. 359,* ubi testatur de communi opinione, & dicit hoc non habere locum in Vrbe propter illius statuta, ut ibi per eum, videas tamen *Cenc. de cens. quæst. 64, numer. 36.*

6 Dies verò dicitur à verbo *Graco Dian.* quod latinè dicitur *claritas*, uti habetur per *Petr. Comest. in Histo. scolast. in princ. cap. Dixit Deus*, & tradunt *Gemin. in cap. fin. § in festivitatibus, col. pen. de sent. excomm. in 6. & Capoll. in l. 2, §. fin. ff. de verb. signif.* & dies septem hebdomadæ à septem

Pla-

Planetis denominati sunt etiam á Christia-
nis præter diem Dominicæ, & Sabbati di-
cit *Vbert. de citat. cap. 10, numer. 14, tom. 2.*
Hoc statutum quòd dies utiles intelligantur de
dicbus, in quibus ius redditur, & quod
dies simpliciter intelligantur de continuis
concordat cum iure communi, quo idem
7 est dispositum, ut declarat, *glos. in l. fin. C.
de temp. in integr. restit. & in Clem. univ. de
restit. in integr. & Vbert. de citat. tom. 2,
cap. 10, num. 515, & sequent.* ubi dicit, quòd
dies utiles intelligantur nòn solum deductis
diebus feriatis, sed etiam non feriatis, in
quibus ob aliquod impedimentum non po-
tuit agi in iudicio, ut ibi per eum, *num. 519,*
concordat *Cenc. de cens. quæst. 64, n. 35.*
8 Florenorum appellatione quid veniat vi-
de *Bart. in l. semper in stipulationibus, 35,
num. 1, ff. de reg. iur. Card. Tusc. pract. con-
clus. litera M, concl. 348, numer. 8, & Ci-
riac. contro. 620, n. 11.*
9 Florenus, autem & libra dieuntur mone-
ta imaginaria, cùm non reperiatur cussa sub
d. nomine, ut tradunt *Cenc. de censi. quæst.
85, numer. 15, & Rota apud eum decis. 214,*
10 *numer. 4.* Et ideò pro illis solvi potest quæ-
libet moneta, quæ constituat florenum, &
libram, & qualibet aliam monetam imagi-
natiam, quæ est in obligatione habita
ratione ad valorem monetæ debitæ, qui cur-
rit tempore solutionis faciendæ, ut decla-
rant *Menoch. cons. 49, sub num. 14, vol. 1,
Surd. cons. 335, sub n. 7, & 8, lib. 3, Cenc.
in d. quæst. 85, num. 15, & Rota apud Card.
Seraphin. decis. 84, numer. 1, & decis. 964,
numer.*

ADDITIO.

11 DE iure autem Civitatis, vici, & terri-
torium iudicantur pro una tantùm Ci-
vitate, & ita quando sunt sub eadem iurisdi-
ctione, non potest poni differentia inter
oriundos ex Civitate, & ex vicis, seu su-
burbiis; taliter quod oriundus ex vico, est
civis illius Civitatis, cui vicus illi respon-
det, *Modern. Autun. Portugal. de donatio-
nib. Reg. par. 3, cap. 43, numer.* 10, *& se-
quent. Pacichel. de distant. cap.* 12, *& fin.
num. 38,* conducunt *Altimar. ad lib.* 2, *con-
sil. Rovit. obser. ad cons.* 161, *numer.* 2, *&
sequent. Sabell. in summ. divers. tractat. §.
Civitas, numer.* 10, *Severin. in addit. ad de-
cis. 385, Sanfelic. lib. 3, in prin. Valenzuel.
Velazq. consil. 79, per tot. Capon. discep.* 107,
numer. 1, *& sequent. tom.* 2, *Passerin. a Sex-
tul. in cap. statutum,* 11, *de rescript. numer. 57,*
12 *in fin.* hoc in favorabilibus ab dubio proce-
dit; in odiosis autem, & materia stricta ap-
pellatione Civitatis id tantum venit, quòd
murorum ambitu terminatur, nòn suburbia
Portugal. d. cap. 43, numer. 13, novissimè
*Carol. Ant. De Luca ad Grattan. animad-
ver. ad discep. 217, numer. 2, & 3, cum seq.*
ubi latissimè tradit quando appellatione Ci-
vitatis veniant Villæ, & Castra, tàm in ma-
teria favorabili, aut odiosa, quàm indiffe-
renti; & ad hanc materiam Castrorum, Vil-
larum, Suburbium, & aliorum, prævide
hæc duo luminaria nostræ Iurisprudentiæ,
signanter *dict. Portugal. d. cap. 43, numer.*
16, *& sequent.* & cum eis finem his additio-
nibus impono ad Dei, Beatissimæque Vir-
ginis de Rosario auxiliatricis meæ, cæte-
rúmque Sanctorum, maximè Francisci, Pa-
troni huius nostræ Civitatis Narcisi, Anto-
nii à Padua, Thomæ Aquinatis, Pii Quin-
ti, Rosæ à sancta Maria Patronorum meo-
rum maiorem gloriam; omniáque à me di-
cta iudicio S. M. Ecclesiæ submitto, imò
expressè protestor, quòd si quæ me inscio
elapsum est, quod Catholicæ Fidei, aut
Christianæ Religioni adversentur, pro non
dictis, nec scriptis haberi volo, sed id om-
ne Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ,
aut cuiuslibet melius sentientis correctioni
subiectum ex debito voveo, ex animo volo.

FINIS.

FRANCISCUS MARIA DUX.

SUpradicta Statuta in omnibus , & per omnia Confirmamus, Approbamus, ac inviolabiliter obſervari Mandamus , iis tamen exceptis, quæ Eccleſiaſticæ Libertati, & Sacris Canonibus adverſarentur, ac ſalvis ſemper Noſtris Conſtitutionibus, & earum obſervantia, quibuſcumque aliis in contrarium facientibus non obſtantibus.

Tarq. Urban.
Oct. Leonar.

Urbini ult. Maii 1624.

M. Bonavia.

Loco ✝ Sigilli.

IL DUCA D' URBINO.

LUogotenente Farete ſapere à coteſto Magiſtrato, che habbiamo inteſo Ser Michelangelo Marini mandato da quella Communità per aggiuſtare il Negotio della Riforma fatta dal Dottor Beni de i Statuti di coteſta Città, & che oltre la Confirmatione, che gli n'habbiamo conceduta, ci contenciamo anco, che poſſi mandare alla Stampa i medeſimi Statuti, con aſſecurare quel Publico, que l'iſteſſo Marini ha complito molto bene, & in tutte le ſue parti alla commiſſione datali, & che Noi habbiamo havuto principale riguardo ha dare ogni poſſibile ſodisfattione al medeſimo Publico, come faremo ſempre con ogni prontezza in tutte l'occaſioni, & di così havere aſſeguito ci darete havuiſo.

Da Urbino l'ultimo di Maggio 1624.

Tarq. Urbanus.
Octav. Leonardus.

URBANUS

URBANUS
PAPA OCTAVUS.
AD FUTURAM REI MEMORIAM.



INCERÆ Fidei, & devotionis affectus; quo dilecti Filii Communitas, & Homines Civitatis nostræ Eugubinæ Nos, & hanc Sanctam Sedem prosequuntur, Nos inducit, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quòd Nos volentes eosdem Communitatem, & Homines specialibus favoribus, & gratiis prosequi, &c. supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quòd de cætero Rustici, vel aliæ personæ Civitatis Eugubinæ, eiusq; Diœcesis, & Comitatus, quæ paleam, avenam, & ligna olim Ducibus Urbinatibus pendere, seu præstare solebant, ea non nisi pro usu dilecti Filii nostri ANTONII Sanctę Marię in Aquiro Diaconi Cardinalis Barberini moderni, & pro tempore existentis in Urbinate, Eugubina, Pisaurense, ac reliquis Civitatibus, & Oppidis per obitum q. FRANCISCI MARIÆ FELTRI DE RVERE tunc temporis Urbini Ducis, nostro incorporationis Decreto comprehensis, & ad dictam Sedem devolutis, ac universæ Sedis Apostolicæ Ditioni incorporatis, Sedis Apostolicæ de Latere Legati, seu alterius in Statibus huiusmodi Superioris pendere, seu pręstare teneantur, &c. Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus, & respectivè statuimus, & ordinamus, &c. Ac demum omnia, & singula dd. Communitates, & Hominum, Statuta, & Privilegia licita tamen, & honesta, & dummodò non sint revocata neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, ac debitæ Nobis, & eidem Sedi obedientiæ non repugnent, auctoritate, & tenore præsentis confirmamus, & respectivè similiter approbamus decernentes præsentes Litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore expectabit, inviolabiliter observari, &c.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die 3. Februarii 1632. Pontificatus Nostri Anno Nono, &c.

Loco † Sigilli.



INDEX NOTABILIUM TOTIUS OPERIS.

Prior numerus marginalem numerum, alter verò paginam designat.

A



Et

INDEX.

tali,

Quod

Ooo Ap-

Ar-

INDEX.

B

Ne-

C

rali,

Quod

Ne-

Bul-

C

Can-

Ppp pu-

Et

Secùs

Potest

Con-

Cor-

Cre-

D

E

Ædi-

Qua

Et

F

Secùs

Fi-

Fur-

 Et

I

 In-

&

Quan-

Iura-

Li-

M

Sunt

Et

Mi-

Et

N

O

Of-

P

Per-

Q

R

Re-

Re

S

Que

Sta.

Zzzz 2

Ma-

T

Aaaa Ter,

V

Via-

FINIS.



